Discipulus est prioris posterior dies


CORNELL UNIVERSITY LIBRARY
3 1924 085 158 354

ACTA

SANCTORUM

NOVEMBRIS

TOMUS TERTIUS

BRUXELLIS
EXCUDEBANT POLLEUNIS ET CEUTERICK
DREESEN et DE SMET, Succ.
Actorum Bollandianorum typographi
Via dicta *des Ursulines*, 37

ACTA SANCTORUM

NOVEMBRIS

COLLECTA DIGESTA ILLUSTRATA

A

CAROLO DE SMEDT, FRANCISCO VAN ORTROY,
HIPPOLYTO DELEHAYE, ALBERTO PONCELET & PAULO PEETERS

SOCIETATIS IESU PRESBYTERIS

TOMUS III

Quo dies quintus, sextus, septimus et octavus continentur

BRUXELLIS

APUD SOCIOS BOLLANDIANOS

22, Boulevard Saint-Michel, 22

—

1910

Georges Montenez sculp. Imp. Ch. Wittmann. Paris

ALBERTVS REX BELGARVM

ALBERTO

REGI BELGARUM

Postquam, ante annos circiter quinquaginta, serenissimus Dux Brabantiae, avunculus tuus, qui nomen immortale sibi facturus erat Leopoldum II, et recentiore tempore nobilis memoriae Philippus Comes Flandriae, pater tuus, ab hagiographis Bollandianis edita volumina sibi dicari permiserant, una laus nostris *Actis Sanctorum* speranda supererat, quam iisdem iam adiecit **MAIESTAS TUA**, ut opus in Belgio quondam alienis legibus regnato natum et adultum, in patria tandem libera et florente auspice Rege Belgarum ederetur. Quod tuae dignationis beneficium, quantumvis insigne et pro merito nostro certe nimium, a Te nobis datum esse non miramur, cuius benevolentiam omnibus bonis artibus et studiis paratam esse conspicimus. Vix enim ad regnum inaudita quadam cum populi gratulatione et gaudio evectus, optimi cuiusque spem et exspectationem verbis factisque mirifice adauxisti. Neque imperii tui exordiis tantam gratiam comparavit regia plane consiliorum tuorum magnitudo, quantam perhumana illa providentia, qua Te civilibus viribus excitandis fovendisque intentum exhibes, in quibus universi regni salus

decusque consistit. Prosperum quidem illud et florens a summis regibus avo avunculoque tuo accepisti, qui prudentia, ingenio, sollertiaque sua gentem Belgicam angustis in finibus magnam maioribusque rebus gerendis paratam fecerunt. Verum, auctis opibus nostris, nova domi forisque nobis exorta sunt officia; quibus cum, Te regnante, populum tuum parem se praestiturum esse tam gravibus verbis in illa praefatione tua regia pollicitus es, genuinum patriae animum ardentissima exsultatione commovisti. Nemo cordatus fuerit qui non huius potissimum laudis Te cupidum velit, ut populus tuus audax et strenuus non modo labore et constantia ampliorem in dies locum sibi vindicet, sed etiam in maiore fortuna mores avitos religiose custodiat et, qua late patet orbis, integritate, iustitia et splendore quodam probitatis nomini belgico laudem fidemque conciliet.

Haec Tibi conanti quam elato promptoque animo boni omnes obsecuturi sint, ipsa externarum gentium approbatio luculenter ostendit. Casus enim tulit, — si tamen casus nominandus est, quod sine Dei numine factum non putamus, — ut sub ipso initio regni tui in urbem tuam regiam velut in mundi universi theatrum artium omnium lumina convenirent. Ad quae dum ex omnibus terrae partibus peritissimi quique concurrunt, non modo unius diei spectaculum mirantur, sed multo etiam magis totius regni optimam constitutionem, partam labore et modestia prosperitatem, publicum ordinem cum libertate coniunctum, ingeniumque populi melioribus consiliis sive ineundis sive excipiendis pariter idoneum intuentur atque probant.

Nobis quidem non ita blandimur, ut disciplinam nostram umbratilem et reconditam ad patriae laudem multum splendoris addere credamus. Neque studiorum nostrorum abstrusam subtilitatem cum eorum meritis aequandam putamus, qui sive domi, sive in longinquis regionibus clariorem et communi prosperitati utiliorem operam exercent. Haud tamen frustra opus ingentis laboris nos persequi confidimus, in quo ceterarum gentium eruditioni viam novam aperuisse Belgicae patriae decus olim fuit. Huiusce artis severioris quam elegantioris specimen Tibi offerimus, prioribus quidem non dissimile, sed ab historiae domesticae laudibus remotius etiam quam nostri commentarii esse solent. Etsi enim nec Tibi nec plerisque civium nostrorum plane

alienum videri potest quod ad laudem catholicae nostrae religionis pertinet, dolemus tamen huius voluminis argumentum in Actis sanctorum antiquioribus et peregrinis vix non totum versatum esse. Quod si operis nostri constanter prosequendi copia, Deo favente, dabitur, non ita multo post ipsa festorum cottidianorum series scribendi materiam nobis afferet quae apud nostrates maiorem profecto gratiam habebit. Iam propius abesse prospicimus sanctum Leopoldum Austriae marchionem, cui Belgica domus regia velut hereditaria clientela addicta est; sanctam Elisabeth Thuringiae landgraviam beneficentissimam, cuius nomen Serenissima Regina coniux tua, eiusdem bonitatis imitatrix, omnibus Belgis iam effecit carissimum; beatum denique Albertum, Leodiensis ecclesiae sidus atque MAIESTATIS TUAE caelestem patronum, cuius sollemnitas per multos, ut confidimus, annos universae gentis commune festum erit. His addamus licet sanctum Carolum Borromaeum, de cuius gestis amplior commentarius iam pridem edendus erat; quem post diuturnos labores ad expeditiora tempora dilatum, filio tuo Carolo principi obsequentis animi nostri testimonium olim perlaturum esse speramus.

Accipe igitur, SERENISSIME REX, volumen quod patrocinio tuo non indignum iudicasti. Quod ut nobis benevolentiae tuae perenne monumentum futurum est, sic a Te acceptum iri confidimus in signum fidelissimae voluntatis qua MAIESTATI TUAE se addictos profitentur

Devotissimi famuli

Carolus DE SMEDT
Franciscus VAN ORTROY
Hippolytus DELEHAYE
Albertus PONCELET
Paulus PEETERS
presbyteri Societatis Iesu.

INDEX SANCTORUM

IN TOMUM III NOVEMBRIS

D

ACTA

ACTA SANCTORUM

NOVEMBRIS

TOMUS TERTIUS

DIES QUINTUS

SANCTI QUI NONIS NOVEMBRIBUS COLUNTUR

SS. Zacharias et Elisabeth parentes S. Iohannis Baptistae.
S. Celsus episcopus Puteolis.
SS. Felix et Eusebius martyres Terracinae.
SS. Galaction et Episteme martyres.
SS. Domninus et socii martyres in Palaestina.
SS. Nivalis, Matrona, Salvius martyres in Africa.
S. Pardus cultus ut martyr Beneventi.
S. Marcus episcopus Aecis in Apulia.
S. Quartus confessor Capuae.
S. Marciana virgo apud Albigenses.
SS. Kenanus seu Colledocus et Kerrianus confessores in Britannia.
S. Magnus episcopus Mediolanensis.
S. Fibicius episcopus Treverensis.
S. Dominator episcopus Brixiensis.
S. Laetus confessor Aurelianensis.
S. Gonsaldus eremita Lemovicensis.
S. Bertila virgo et prima abbatissa Calensis.
SS. Colmannus, Flannanus, Faelanus, Gobbanus, Cuillenus, Cainnera, Caenna confessores hiberni.
S. Gwenfaen virgo in Wallia.
S. Guethenocus confessor in Britannia Armorica.
B. Gericus fundator coenobii in Gerresheim.
B. Geraldus episcopus Biterrensis.
B. Martinus de Porras tertiarius professus O. S. Dominici.

PRAETERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

S. Agathangelus, *cuius hodie in synaxariis brevis haec occurrit commemoratio :* καὶ μνήμη τοῦ ἁγίου Ἀγαθαγγέλου (1), *socius est S. Clementis Ancyrani, in cuius Actis occisus dicitur quinto mensis novembris* (2).

S. Amantius *in iisdem hieronymianis codicibus, a quibus heri proprio loco nuntiabatur, rursus occurrit. De illo egimus t. II, 1, p. 470-87.*

S. Angilbertus *abbas Centulensis* in nonis novembris... Centulo translatus, et anno post decessum eius 29°, corpore absque aromatibus indissoluto, repertus est. *Ita Nithardus,* Hist. *lib. IV, cap. 5. Hinc translationem istam hodie commemorat Bucelinus et alii. De Angilberto actum est ad d. 18 febr., t. III, p. 88-105.*

S. Antoninus *cum Cypriano, Antoniano et aliis in Caesarea Cappadociae passus dicitur in auctario Adonis e codice Vaticano Regin. 511* (3). *In aliis codicibus alia quoque nomina eodem in agmine reperies. Quae omnia ex hieronymianis iisque corruptis, ut solent, desumpta sunt. Quisnam sit Antoninus vel Antonianus, nam unius eiusdemque nomen procul dubio est, non plane liquet. Crediderim Antoninum martyrem Palaestinensem et in Caesarea Cappadociae (ut legitur in hieronymianis) idibus novembribus passum propter Domninum, qui etiam Caesareae mortem obiit, hic commemorari, quia passionis locus idem est, et Antoninum Apamiensem (nomen civitatis sub* Appimi *latet), quia alterius Antonini homonymus est. Similia in hieronymiano saepius occurrere alias diximus* (4).

S. Aprunculum *episcopum Treverensem hodie annuntiat exemplar Usuardi Albergense. De eo actum est ad d. 22 aprilis, t. III, p. 30.*

De SS. Apuleio et sociis, Rogato et sociis *martyribus Capuanis, qui hodie a Ferrario in Topographia, teste Michaele Monacho, notantur* (5), *nihil ipse Michael invenit; neque nos repperimus undenam horum notitia sumpta fuerit. Certe inter martyres fastis Capuanis authenticis et antiquis inscriptos nec Apuleius nec Rogatus reperiuntur.*

S. Baldomirum *seu* Baudomirum *ecclesiae Carnutenae presbyterum, qui cum S. Deodato in pago Blesensi ad Ligerim solitarius vixit* (6), *hodie commemoratum videmus in Martyrologio Ebroicensi anno 1752 edito. Verum in vico Sancti Deodati* (7), *in quo servabantur olim ipsius reliquiae, celebrabatur memoria eius dominica proxima post kalendas novembres* (8), *in reliqua vero dioecesi Blesensi die 13 novembris. Ad quem diem, si quid de sancto isto proferre habebimus, aptior erit id praestandi locus.*

Cesarius, Cessarus, Caesar, *qui in praestantioribus codicibus hieronymianis hodie inscripti sunt, iterati sunt, nisi aliud demonstretur, vel ex nomine* Caesareae *in principio posito, vel ex praecedente laterculo, ubi eadem plane ratione scripta vocabula singuli codices exhibent* Cesarii, Cessari, Caesari.

S. Castoris *episcopi et martyris haec est hodie in synaxariis commemoratio :* καὶ ἱερομάρτυρος Κάστορος τοῦ ἐπισκόπου (9). *De quo praeterea nihil nobis reperire contigit.*

S. Clarus *episcopus et martyr hodie in plurimis libris liturgicis dioecesis Parisiensis inde saltem a saec. XIV annuntiatur (cf.* Act. SS., *Nov. t. II, 1, p. 448, not. 27). Ex lectionibus autem, quae in breviariis manuscriptis (cf.* Catal. Lat. Paris., *t. III, p. 715) in hoc eius festo recitandae descriptae sunt, liquet eundem esse S. Clarum qui alias coli solet die 1 iunii.*

S. Cungarus, *alias vel cognomine* Docunus, *annuntiatur hodie in Martyrologio anglico Richardi Challoner; sed martyrologia plura et antiquiora eum sanctum memorant ac proinde de eo agendum videtur ad diem 7 novembris.*

Elisabethae Cueto, *quae Abulae in Hispania Tarraconensi, habitu Cisterciensi assumpto, circa annum 1603 floruit, memoriam hodie recolunt Henriquez* (10), *Bucelinus* (11) *et Arturus a Monasterio* (12). *Sed cum nusquam eius venerationis publicae vestigium recurrat, non est cur examinandis illius gestis immoremur.*

Elisabetham de Wans, *monialem Aquiriensem in Brabantia, cuius laus est hodie apud Bucelinum* (13), *iam bis maiores nostri inter praetermissos posuerunt, die nempe 1 iulii* (14) *et die 9 octobris* (15), *quia de cultu eius ecclesiastico publico nequaquam constabat. Neque nova ratio hodie nobis affulget, ut ab eorum circumspectione imitanda recedamus.*

Emericus. *Vid. infra* Henricus.

S. Englatius. *In kalendario Scotico compilato a Davide Camerario et primum edito Parisiis anno 1631 signatus est ad diem 5 novembris* Sanctus Englatius episcopus et confessor. Magna fuit in Strathbogia opinione sanctitatis et miraculorum gloria insignis (16). *De hoc sancto paulo fusius diximus ad diem 3 novembris inter praetermissos* (17).

Epiphanio *vel* Appiano *vel alio quopiam duce prodeunt in auctariis nonnullis Usuardinis varia sanctorum agmina qui hoc die in hieronymianis occurrunt. Eos omnes, quorum nominis certa lectio est, non diversos esse ab iis quorum acta mox illustrare conabimur, vix est cur moneamus. De ceteris, cum ex corruptis et perperam intellectis vocabulis conficti sint, ut Appiano, Appino, Appimo, cuius loco Apameae legendum putamus (ut diximus supra in Antonino), et Epiphanio, qui forsan ab Appiano reapse non differt, plura colligere non vacat.*

Euras, Eurus, Coras *et aliquando* Eurasius, *qui in plerisque martyrologiis et non paucis kalendariis hodie legitur, nomen sancti non est, sed, ut*

(1) *Synax. Eccl. CP.*, p. 198. — (2) *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 468. — (3) D. Giorgi, *Martyrologium Adonis* (Romae, 1745), p. 564. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 92-99. — (5) *Sanctuarium Capuanum*, p. 142. — (6) Cf. Vitas S. Deodati in *Act. SS.*, Apr. t. III, p. 273, num. 2; p. 274, num. 3, 4; Documents inédits sur l'histoire de France, *Mélanges historiques*, t. I (1873), p. 55-59 (éd. A. Dupré). — (7) *Saint-Dié-sur-Loire*, dép. Loir-et-Cher, arr. Blois. — (8) Cf. Breviarium Blesense anni 1737, pars autumn., p. 546. — (9) *Synax. Eccl. CP.*, p. 198. — (10) *Menologium Cisterciense*, p. 372. — (11) *Menologium Benedictinum*, p. 760. — (12) *Sacrum Gynecaeum*, p. 440. — (13) *Menologium Benedictinum*, p. 759. — (14) *Act. SS.*, Iul. t. I, p. 6. — (15) *Ibid.*, Oct. t. IV, p. 564. — (16) Apud A. P. Forbes, *Kalendars of Scottish Saints*, p. 241. — (17) *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 581 D, E.

ex

A *ex collatis antiquioribus codicibus hieronymianis manifestum fiet, corruptum est ex* Ecas, *quae civitas episcopalis est, uti recte legit Epternacensis :* In Ecas marci episcopi, *de quo plura infra. Sanctum quendam nomine Euras vel Euri reapse exstitisse ex eo forte quis deduxerit, quod in nonnullis kalendariis alio loco, a 5 novembris multum dissito, eius etiam mentio fiat. Ita in kalendario monasterii S. Benedicti Capuae kalendis martiis SS. Euri et Pardi martyrum festivitas annuntiatur* (1). *Verum, quod nomini S. Pardi coniunctum sit, satis ostendit hoc laterculum ab hodierno hieronymiano tandem aliquando pendere. Pardus enim, non secus atque ficticius ille Eurus, hoc die 5 novembris occurrit. Simul itaque, quo pacto non video, ad kalendas martias translati sunt in libro Capuano. Plura de his reperies in S. Pardo.*

B. Francisca ab Ambasia, *Britanniae ducissa, cuius festum SS. Rituum Congregatio ex decreto anni 1864 cum missa et officio in diem 5 novembris celebrandum indixit, pridie vita excessit ; ac proinde de eius vitae curriculo iam dictum est* (2).

B Franciscus a Cropanio, *contionator eximius, Ordinis FF. Minorum, qui circa 1496 Mensuracae in Calabria ulteriore magna sanctitatis fama occubuit, in Martyrologio Franciscano et in Martyrologio Calabrico* (3) *tamquam beatus inscriptus est. Quidam eiusdem familiae religiosae auctores certatim celebrant illius corpus, quod octo post annis exhumatum est, inventum esse ab omni corruptionis tabe immune suavissimumque spirans odorem* (4). *Sed cum nullam afferant ne hac quidem occasione popularis cultus manifestationem, nostrum non est indagare in eius acta, quae ceterum maximam partem latent.*

Gerardum *S. Bernardi discipulum et Novae-Vallis in Suecia abbatem Henriquez* (5) *et Bucelinus* (6) *titulo beati adornant, quin ullum publici cultus ei exhibiti indicium proferant; hunc igitur secundum leges operis nostri neglegere cogimur.*

S. Godwinum *abbatem Stabulensem hodie recenset Bucelinus in supplemento Menologii Benedictini; de eo egit decessor noster V. De Buck ad d. 28 oct., t. XII, p. 707-11.*

Gregorius *archiepiscopus Alexandrinus. De hoc sancto Gregorio, cuius laudes e synaxariis deprompsimus in* Propylaeo novembris (7), *nihil adhuc*
C *reperire contigit quod relatu dignum sit. Nullus enim fuit aetate iconomachorum huius nominis patriarcha Alexandrinus, et quae excogitarunt I. Martinov* (8) *aliique* (9) *ad difficultates componendas, minime placere ingenue fatemur. Una superest hypothesis, quae nodum minime solvit, ceteris tamen praeferenda est : synaxariorum compilatorem diversa miscuisse et Gregorium quendam, unum ex confessoribus qui pro sacrarum imaginum cultu tuendo passi sunt, nescio quo deceptus falso indicio, archiepiscopum Alexandriae appellasse. Admodum pauca de Gregorio illo tradita erant; si enim quae in elogio illo communia sunt et quod episcopus fuerit Alexandriae deleveris, superest Gregorium pro fide orthodoxa tormenta strenue subiisse et in exsilio decessisse.*

Gregorius, *quisquis ille est, in codicibus hieronymianis hodie notatus, ex laterculo praecedenti a scribis iteratus est. Proprius eius locus est inter sanctos diei 4 novembris.* D

S. Gregorii *Lingonensis episcopi translatio hoc die inscripta est in Divionensi codice Usuardi, quem adhibuit Sollerius noster, et in quodam missali dioecesis Tolosanae saec. XIII* (10). *Cf. ad d. 6 novembris inter praetermissos.*

B. Helenae, *sanctimoni alisordinis S. Clarae, hodie in proprio ecclesiae Patavinae et apud Fratres Minores festum liturgicum colitur; eius autem acta die 4 novembris, quo obiit, a nobis relata sunt* (11).

S. Henrici, *qui et* Emericus, *translationis sive elevationis festum hodie inde a saeculo XII celebrant Ungari, eodemque die sanctus iuvenis in antiquioribus martyrologiis, quae de eo meminerint, annuntiatur. Vide ad d. 4 nov., t. II, 1, p. 486, num. 34, 35; ibidem de eo egimus, p. 477-91.*

Venerabilem Hermenegildum *Gallaeciensem monachum ad hunc diem commemorat Castellanus; de quo cf. ad d. 1 nov. inter praetermissos, t. I, p. 6-7.* E

" S. Hosii *festum celebrat ecclesia Syriae ad diem „ 5 novembris, nomenque eius in calendario suo „ descriptum habet sub his verbis :* Hosii festum „ solemne. *Testaturque archiepiscopus Damasce- „ nus pro eiusdem nationis patriarcha in Urbe „ legatus, multas esse in Oriente ecclesias huius „ sancti nomini dicatas, ipsumque praecipua ibi „ veneratione haberi. „ Ita Bivarius* (12), *quem exscribit Florez* (13). *Ad diem 27 augusti, qui Hosii emortualis est, ab eius actis enucleandis abstinendum duxerunt maiores nostri, quia in nullo ex latinis martyrologiis eius nomen reppererant* (14). *Et recte quidem dixerunt Hosium in Latinorum fastis inscriptum non esse. Quod enim contendit Maceda, qui pro cultu Hosii vindicando latissime disputavit, nomen eius sub corrupto vocabulo* Olti *in martyrologio hieronymiano ad 27 augusti latere, gratis asseveratur* (15). *Quicquid id est, de cultu Hosii apud Graecos et Orientales qui suos fastos Graecorum sanctis ditarunt, dubium nullum esse potest, post ea quae tum ipsi decessores nostri attulerunt, tum copiose coacervarunt Maceda* (16), *Martinov* (17), *Gams* (18). *Quare Bivario, licet insigni falsario, gratias habemus quod occasionem nobis* F *praebuit affirmandi ex lege operis Hosium reapse die 27 augusti in nostris commentariis praetermitti non debuisse, quicquid de eius cultu legitimo censendum est.*

S. Ideburgam *seu* Ittam, *matrem S. Gerdrudis Nivialensis, hodie inscripsit Grevenus in sua editione Usuardi. Verum dies cultus est 8 maii, ad quem de ea paucis egit decessor noster Henschenius, Maii t. II, p. 307-8.*

Ioci, Ludi *vocabula nomini Eurasi adiuncta habet martyrologium S. Cyriaci in Via Lata, nunc cod. Vallicellan. F. 85* (19). *Par sanctorum exstitisse tam hilare, bonis argumentis probetur necesse est, et probabile existimo phrasin quampiam a rebus sacris prorsus peregrinam, ut puta de Vero*

(1) Peregrinus-Pratillus, *Historia principum Langobardorum* (Neapoli, 1754), t. V, p. 64. — (2) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 520-26. — (3) Gioanni Fiore, *Calabria illustrata*, t. II, p. 480. — (4) Exempli gratia Wadding, *Annales Minorum*, ad an. 1496, § V. — (5) *Fasciculus sanctorum ordinis Cisterciensis* (1631), p. 271-74. — (6) *Menologium Benedictinum*, p. 759. — (7) *Synax. Eccl. CP.*, pp. 195-98, 963. — (8) *Annus graeco-slavicus*, p. 271. — (9) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 216. — (10) *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 715. — (11) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 509-11. — (12) *Flavii Lucii Dextri Barcinonensis Chronicon* (Lugduni, 1627), p. 389, notae ad an. 360. — (13) *España sagrada*, t. X (1753), p. 193. — (14) *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 2. — (15) M. I. Maceda, *Hosius vere Hosius* (Bononiae, 1790), p. 460-62. — (16) *Op. cit.* — (17) *Annus graeco-slavicus*, p. 208. — (18) *Kirchengeschichte von Spanien*, t. II, p. 303-306 : *Hosius der heilige.* — (19) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [139].

imperatore

A *imperatore, qui a Iulio Capitolino* deliciis, ludis, iocis decenter aptissimus *dicitur* (1), *in margine prototypi ascriptum, in librum a scriba ineptissimo intrusum esse.*

S. Malachiae, *episcopi Connerthensis, in Hibernia, cuius secundum complura martyrologia festum die 5 novembris recolitur, Vita edita est die eius natali, 3 novembris* (2).

Marcia, *quae hodie in codice Wissenburgensi et aliis forsitan hieronymianis occurrit, unde in Usuardinos nonnullos transiit* (3), *perperam scripta est pro Marco episcopo Aecanensi, de quo infra.*

S. Maturinum *presbyterum iterum memorant hodie auctaria Usuardina; de quo vid. ad diem 1 novembris, t. I, p. 245-59.*

S. Meliavi, *qui pater S. Melori exstitit, festum hodie in dioecesi Trecorensi recoli asseverat Castellanus; reapse die 26 octobris colitur, ad quem de ipso egit V. De Buck noster Oct. t. XI, p. 943-47.*

S. Modestam *Treverensem abbatissam hodie commemorant martyrologia quaedam non ita antiqua, eiusdemque festum hoc etiam die iam agi-*
B *tur in dioecesi Treverensi. Cf. ad d. 4 nov., t. II, 1, p. 309, num. 38; de ea diximus ibid., p. 299-310.*

S. Natalenae, *virginis in Aquitania, hodie memoria recolebatur in nonnullis Galliae ecclesiis* (4). *In eius acta inquiremus cum occurret dies eius festo in dioecesi Apamiensi olim sacer, videlicet 10 novembris.*

SS. Paulini et Augustini, *beatissimi Benedicti discipulorum, corpora in ecclesia S. Stephani Casinensi anno 1103 inventa esse tradit Petrus diaconus,* Chron. mon. Casin. *lib. IV, cap. 23* (5); *idem vero eodem loco narraverat hanc ecclesiam anno illo nonis novembribus esse dedicatam. Utrum hoc ipso die inventae sint sanctorum reliquiae, non liquet; certe hodie illam inventionem annuntiant Menardus, Bucelinus, Wion, Ferrarius in Catalogo generali, alii. Verum de sanctis illis dicetur ad diem 13 novembris, qui sollemnis agitur in memoriam Omnium Sanctorum O. S. B.*

Publius, *qui in codicibus hieronymianis hodie reperitur, diversus non est ab illo qui in praecedenti laterculo occurrit et de quo mentionem fecimus ad diem 4 novembris.*

Pullilus *seu* Pullulus, *qui nuntiatur hodie in*
C *martyrologio Gellonensi* (6) *et in Labbeano* (7), *nullus umquam fuit; probabilius depravata lectio est pro* Publio, *qui martyribus huius diei, licet indebite, ut dictum est, in hieronymianis annumeratur. Rei sufficiens indicium est ceteros sanctos in eodem complexu recensitos, illos ipsos esse quos cento hieronymianus indicat, uti sunt Domninus, Gregorius, Quartus, etc.*

S. Quadanocum, *fratrem S. Winnoci, ad hunc diem in Menologio suo Scotico inscripsit Dempsterus, " breviarium propriae ecclesiae " contestans. De eo, si quid dicendum erit, dicetur ubi de S. Winnoco ad d. 6 novembris. Cf. interim ad d. 26 oct., t. XI, p. 792* F.

B. Rainerius *frater laicus Ord. FF. Minorum,* D
ex Burgo S. Sepulcri in Umbria, cuius cultus a Pio VII anno 1802 confirmatus est, die 5 novembris apud FF. Minores et Conventuales sollemniter honoratur. Sed cum die 1 novembris (*1304*) *obierit, de eo iam egimus* Act. SS., *Nov. t. I, p. 390-402.*

SS. Rasii et Anastasii, *quorum festum nunc die 5 novembris agitur* (8), *Acta nulla habemus. Nihil proinde addendum est iis quae protulit ad diem 13 maii vir egregius D. Papebrochius* (9).

Rogatus. *Vide supra* Apuleius.

S. Sabinam *aviam S. Cuthberti, celeberrimi illius episcopi Lindisfarnensis, ad hunc diem memorant* Menologium Scoticum *Thomae Dempsteri* (10), Gynecaeum sacrum *Arturi de Monasterio et Ferrarius in suo* Catalogo sanctorum. *Hanc Sabinam fuisse ortu Hibernicam, filiam Muiredhachi, qui regia potestate toti Hiberniae imperitabat, atque ipsum Cuthbertum in Hibernia primum lucem aspexisse, tradunt multaque de Sabinae fatis narrant scriptores non pauci, quorum antiquiores sunt Iohannes de Fordun in suo* Scoti-
chronico (11) *et Iohannes Tinmuthensis* (12) *in suo* E
Sanctilogio *seu, sub quo titulo magis notum est,* Nova Legenda (sanctorum) Anglie (13), *recentiores vero Iohannes Colgan* (14) *et nostris temporibus Eminentissimus Cardinalis Moran* (15) *et b. m. Iohannes O'Hanlon* (16). *Verum liquido demonstravit ante hos paucos annos cl. v. Georgius Phillips, unus e professoribus Collegii S. Cuthberti in civitate Dunelmensi, illos martyrologos et scriptores omnes ea quae de Sabina Cuthberti matre referunt hausisse, sive proxime sive aliis intermediis, ex uno fonte* (17), *nimirum e lucubratione cui titulus* Libellus de nativitate sancti Cuthberti de historiis Hybernensium exceptus et translatus, *primum edita anno 1838* (18). *Vetustissimi autem codicum, qui hanc Vitam continent, aetate non superant saeculum XIV, et ipse anonymus illius auctor profitetur se saeculo XII vixisse et quae de ortu S. Cuthberti narrat apud Anglos usque ad ipsius aetatem prorsus fuisse ignota* (19). *Et revera plurimi qui de S. Cuthberto scripserunt, longe illa aetate antiquiores, quorum agmen ducit Ven. Beda, alte de eius stirpe hibernica silent. Porro* Libellus *ille anonymus adeo absona, quin et inter se con-*
tradictoria, congessit, ut fide prorsus indignus F
prima facie, ut ita dicam, appareat (20). *Itaque Henschenius noster de exordio Vitae S. Cuthberti, ut apud Capgravium legitur* (*quod scilicet ex Libello illo totum excerptum est*), *sine haesitatione ei indignans profitetur* (21) : " *Certe Beda nollet " illustri suo purpureo operi hos laceros assui " pannos*

Cuius velut aegri somnia, vanae
Fingentur species, ut nec pes nec caput uni
Reddatur formae.

" *Servent Hiberni suum Nulluhoc* " (*quod nempe hibernicum Cuthberti nomen fuisse aiunt*)

(1) Peter, *Scriptores historiae Augustae*, p. 75. — (2) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 135-66. — (3) Ed. Sollerius, p. 654. — (4) [Chastelain], *Martyrologe universel* (1709), p. 562; De Noailles, *Martyrologium Parisiense* (1727), p. 343; cf. Labios, *Vie de Ste Natalène* (Pamiers, 1872), p. 93. — (5) *MG.*, Scr. t. VII, p. 772. Cf. locum ex libello eiusdem Petri *Ortus et vitae iustorum Casinensis coenobii* apud Mabillon, *Ann.*, lib. III, num. xxiv. — (6) D'Achery, *Spicilegium*, t. II, p. 36. — (7) *Act. SS.*, Iun. t. VII, p. 29. — (8) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 218. — (9) *Act. SS.*, Maii t. VII, p. 763. — (10) Ap. A. P. Forbes, *Kalendars of Scottish Saints*, p. 217. — (11) Lib. III, c. 51 (ed. W. Goodall, Edinburgi, 1757, t. I, p. 158). — (12) Cf. *Nova Legenda Anglie*, ed. Car. Horstmann (Oxford, 1901; de qua editione videsis *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 85-88), t. I, Introduction. — (13) Ed. 1516, fol. lxix; ed. Horstmann, t. I, p. 216. — (14) *Act. SS. Hiberniae*, p. 690. — (15) *Irish Saints in Great Britain*, p. 268-71. — (16) *Lives of the Irish Saints*, vol. III, p. 858-67. Alios scriptores, qui opinionem de ortu hibernico S. Cuthberti propugnant vel probabilem existimant, citatos videsis *ibid.*, p. 859, qui vero negant *ibid.*, p. 861. — (17) *St. Cuthbert's native Country*, in The Ushaw Magazine, 1892, p. 176-201. — (18) Inter Publications of the Surtees Society, VIII (*Miscellanea biographica*). — (19) Cf. Phillips, l. c., p. 187. — (20) Cf. *Act. SS.*, loco mox citando et praesertim cl. Phillips, l. l. — (21) *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 95, n. 10 extr.

A *„ eiulantem et relinquant Anglo-Saxonibus Cuthbertum... Si tamen ex antiquis scriptoribus „ habeant Hiberni monumenta alia quam quae a „ Colgano proferuntur „ (sed nulla alia proferunt), „ obesse profecto illis nollemus. „ Haec Henschenius. Nec est sane cur post editum ipsum* Libellum *ab eius sententia recedamus, cum praesertim non pauca in illo legantur multo maiore reprehensione digna quam quae apud Capgravium; quod fuse ostendit cl. Phillips. Unde non solum Sabinae isti inter sanctos legitimo cultu in ecclesia catholica honoratos, sed nec inter mulieres, quarum memoria probabili aliquo documento servata sit, ullus locus assignandus videtur.*

S. Salomonem *III Britanniae regem hodie recenset Bucelinus in Menologio Benedictino; de eo actum est ad d. 25 iun., t. VI, p. 248-59.*

Sechtruda *quaedam inter sanctos Capuanos enumeratur in martyrologio Greveniano, quod haec habet :* In Capua civitate Campaniae natalis sanctorum Mariae, Secundae, Sechtrudae et Quarti. *Uti sub ceteris nominibus diximus, solus* B *Quartus ad ecclesiam Capuanam pertinet; Marcia et Secunda ex inordinatis hieronymiani exemplaribus derivatae sunt. Sechtrudam ex nota necrologica martyrologii marginibus ascripta in textum irrepsisse probabile censeo. Nemo enim praeter Grevenianum compilatorem de beata quadam huius nominis quicquam audivit.*

Secunda, *quae in plerisque hieronymianis ita collocata est ut eam Marci episcopi sociam et insuper Capuanam diceres, quod et in Usuardinis nonnullis exemplaribus occurrit* (1), *probabilius ex praecedente laterculo excidit et a scribis iterata est. De illa ergo, nisi rem aliter declarandam aliquis demonstret, lege quae dicta sunt ad 4 novembris.*

In Actis antiquis S. Clementis Ancyrani (2) *laudatur pia mulier* Sophia, *quae sanctum mar-* D *tyrem, cum decimo aetatis anno matre Euphrosyna* (3) *orbatus esset, in filium adoptavit, et alia praeclara facinora edidit. Quam licet suo Gynecaeo ad hunc diem inseruerit Arturus* (4), *praetermittere cogimur, cum nusquam apud Graecos Latinosve in fastis sacris dies memorialis ei assignetur.*

S. Spinutum *confessorem in agro Tullensi hodie commemorant Saussaius et Ferrarius. Manifestum autem est hunc non alium esse quam S. Spinulum, de quo ad d. 1 novembris inter praetermissos, t. I, p. 9.*

S. Theodori ἐν τοῖς Σπαρακίου *seu* Σφωρακίου *dedicatio in synaxariis Graecorum hodie commemoratur* (5). *Celebris illa ecclesia est de qua Iustinianus imp.* Nov. III, 1 : ὅ τε σεβάσμιος οἶκος τοῦ ἁγίου μάρτυρος Θεοδώρου παρὰ Σφωρακίου τοῦ τῆς ἐνδόξου μνήμης ἀνιερώθη. *Sphoracius patricius consulatum gessit an. 412 et concilio Chalcedonensi interfuit* (6).

In martyrologio Beneventano, nunc codice Vaticano 5949, hodie nuntiatur natalis sanctae Trophimae virginis et martyris (7), *quae et in aliis kalendariis occurrit, exempli gratia in* E *Capuano, quod edidit Michael Monachus :* Non. nov. S. Trophimenis virginis et martyris (8). *Nonis quoque novembribus eius festum assignat Caietanus* (9). *Verum, quo die colitur Minoreae in Italia, erudite eius Acta illustravit I. Pinius noster, videlicet 5 iulii.*

S. Vigoris *episcopi Baiocensis hodie depositionem commemorat exemplar Usuardi Hagenoyense, eiusdemque memoriam celebrat nunc ecclesia Baiocensis sub ritu duplici maiore. De eo actum ad d. 1 nov., t. I, p. 287-306; cf. ibid., 290, num. 14.*

S. Zacharias *papa hodie martyrologio monasterii Syon in Middlesex* (10) *inscriptus erat, non aliam sane ob causam quam quod sacer est idem dies sancto homonymo, patri nempe Iohannis Baptistae.*

(1) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 654. — (2) *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 460-70; metaphrasis, *ibid.*, p. 470-83; quae graece edita est *P.G.*, t. CXIV, p. 816-93. — (3) A Metaphraste haec quoque vocatur Sophia; quem errorem renovavit compilator menaeorum. — (4) *Sacrum Gynecaeum*, p. 440. — (5) *Synax. Eccl. CP.*, p. 197. — (6) Ducange, *Constantinopolis christiana* (ed. Paris.), p. 139. — (7) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 653.— (8) *Sanctuarium Capuanum*, p. 410. — (9) *Vitae SS. Siculorum*, t. I, p. 131-35; animadv., p. 108-11. — (10) Anglice versum a Richardo Whytford, *The Martiloge in Englysshe* (1526), fol. cxxii; ed. altera curantibus Procter et Dewick (London, 1893), p. 174.

C F

DE SS. ZACHARIA ET ELISABETH

PARENTIBUS S. IOHANNIS BAPTISTAE

P. P.

CAPUT PRIMUM

Historia SS. Zachariae et Elisabeth ex Evangelio.

Evangelium perpauca 1. *De SS. Zacharia et Elisabeth parentibus Iohannis Baptistae nihil ad historiae fidem disseri potest, praeter ea quae in evangelio secundum Lucam, capite primo, non tam exposita quam adumbrata leguntur. Neque hanc ipsam sacram narrationem hoc loco fusius persequi expedit, cum partim sit omnibus nota, partim implexa quaestionibus quae solvere, immo et exponere longum est et a nostro opere alienum. Haec qui doceri volet, sponte sua ad Sacrae Scripturae commentatores adibit nec, ab iis sine idoneo responso dimissus, certius quid in Actis nostris se reperturum esse sperabit. Immo consultius visum est vel ab iis disputationibus exegeticis abstinere, quae ad historiam S. Zachariae praecipuo quodam modo pertinent. Fuere enim qui contenderent S. Lucam a scriptore iudaeo nescio quo primam evangelii sui partem esse mutuatum, in qua Iohannis Baptistae ortus et nativitas* *nec difficultate carentia*

exponuntur

AUCTORE P. P.

exponuntur (1); alii duo capita prima evangelii secundum Lucam, non cum reliquo opere in lucem primum prodiisse, sed eidem ab alio scriptore postea fuisse praefixa (2). In ipsa narratione, undecumque haec orta est, alii alia audacius addubitarunt. Quae controversiae, aliaeque id genus, ab huius nostri commentarii argumento non alienae profecto censerentur, nisi studia biblica tot tantasque disciplinas hodie sibi asciscerent, ut ea persequi solus ille possit qui in iis velut in sua provincia versetur. Itaque nemo nobis vitio dabit quod in hanc expositionem disputationes inferre noluerimus quae aut nos longissime abduxissent, aut omni utilitate caruissent.

adumbravit de Zacharia

2. Porro historiam evangelicam simpliciter legenti haec de Zacharia referuntur (3). Erat ille sacerdos iudaeus, communi plane condicione cum milibus aequalibus suis, etsi patres nonnulli aliique ecclesiastici scriptores indoctam opinionem secuti eum pontificia dignitate auxerunt. Subditur eum fuisse ἐξ ἐφημερίας Ἀβιά (4), quae una erat e viginti quattuor classibus sive ordinibus, quorum singuli bis in anno sua quisque vice per hebdomadem B ministerio templi fungebantur. De eius patria, ortu, vitae curriculo, omnia prorsus ignorantur.

et Elisabeth,

Constat tantummodo eum conubio iunctum fuisse mulieri generis sacerdotalis, e filiabus Aaron (5), quae Virginis Deiparae quoquo modo cognata erat; eum una cum illa in conspicua pietate et accuratissima legis observantia vixisse; eosque ambo ante Christum natum iam aetate provectos fuisse. Filius illis non erat neque sperabatur, cum die quodam, sacerdotibus Abia suas vices agentibus, Zacharias forte destinatus est ut in altari tus adoleret. Antiqua enim consuetudo sanxerat ut sacerdotes, dum sacro ministerio destinabantur, cotidie tempore antelucano convenirent, lectisque sortibus praestituerent quod quisque ex operibus diurnis exsequeretur. Inter quae excellentissimum illud habebatur ut primo mane super altare thymiamatum tus in acerra incenderetur; ideoque hunc honorem illi soli sortiebantur, quibus nondum obtigerat (6).

de vaticinio angeli,

3. Dum itaque Zacharias munere sibi delato fungebatur, affuit ei a dextra parte altaris Gabriel angelus, qui contremiscentem eum bono animo esse iussit monuitque ei filium a Deo datum iri; cuius C et nomen indicavit et laudem futuram magnifico oraculo descripsit. Tum dubitanti Zachariae diffidenterque interroganti, quasi loci horaeque sanctitas ipsa per se fidem non faceret, signum simul addidit et poenam, eumque mutum fore nuntiavit donec effata Dei suo tempore implerentur. Exiit D itaque ex adyto Zacharias voce interclusus, populumque diuturnioris morae admiratione iam tumultuantem signis compescuit. Deinde mansit Hierosolymis per dies aliquot, etsi, ut erat loquela captus, a muneribus sacris arcebatur (7), donec elapso ministerii sui tempore domum rediit.

de Iohannis conceptu,

4. Quae sequuntur non plane liquent. Ex iis quae nato Iohanne evenisse referuntur, Zacharias nec scripto nec ullo alio signo angeli vaticinia coniugi suae manifestasse videtur (8). Attamen ut primum Dei promissio adimpleri coepta est, Elisabeth perinde ac si mysterium suspicaretur, de quo interrogari nollet, per menses amplius quinque domi se abscondit. Sextus iam agebatur mensis cum Maria virgo deipara, angelo monente, ad consanguineam se contulit. Quomodo ab ea excepta fuerit, quibus verbis vel canticis altera alteri salutem dederit reddideritque, omnes nosse sibi videbantur, cum non ita pridem invecta, vel potius e quorundam Patrum operibus renovata est sententia qua canticum Magnificat in ore non Mariae sed Elisabeth ab evangelista positum fuisse defenditur. E Ad quam opinionem confirmandam argumenta non pauca subtiliter et erudite allata sunt (9). Haud scio an tamen illa non tam praeponderent rationes oppositas quam animos novitate quadam commoveant (10). Ceterum cum illa paucis verbis nec referri possent nec expendi, totam hanc controversiam idcirco tantum attigimus ne haec pars historiae nostrae nihil prorsus quaestionis habere videretur.

exspectatione,

nativitate, circumcisione.

5. Nascenti Iohanni affuisse matrem Domini, non certum quidem est, at maxime probabile, nisi credere malis eam postquam tres menses in domo Zachariae mansisset, inde tunc abiisse cum iam inibi esset laetissimus eventus, ad quem universa cognatio convocanda erat. Tandem circumciso infanti praeter omnium exspectationem impositum est a matre ipsum nomen quod eius patri ab angelo praestitutum fuerat; qui nutibus interrogatus, ingenti omnium admiratione, nomen ab Elisabeth infantulo inditum confirmavit. Tum demum exacto tempore quod ab angelo subobscure constitutum fuerat, soluta est lingua Zachariae qui laudes Domini praefari coepit.

Recentiorum coniecturae de cantico « Benedictus »

6. Hic rursus incidimus in quaestiunculam quae de cantico Benedictus ab eruditis non sine contentione disputata est; quam etsi dedita opera versare hoc loco non expedit, penitus tamen omittere non possumus, cum ex ea conclusiones oriantur, quas saltem indicasse iuverit. Age vero negarunt viri

(1) Joh. HILLMANN, *Die Kindheitsgeschichte Jesu nach Lukas*, JAHRBÜCHER FÜR PROTESTANTISCHE THEOLOGIE, t. XVII (1891), praecipue p. 193-213. E Protevangelio Iacobi ortam esse canonicam historiam nativitatis primaeque infantiae Christi, demonstrare voluit Ludovicus Conrady, minoribus primum lucubrationibus, deinde libro maioris molis, quem inscripsit *Die Quelle der kanonischen Kindheitsgeschichte Jesus'* (Göttingen, 1900); quae opinio iudicanda erit ex iis quae infra exponentur. — (2) Ex. gr. H. USENER, *Religionsgeschichtliche Untersuchungen*, t. I, Bonn, 1889; P. CORSSEN, in *Göttingische Gelehrte Anzeigen*, 1899, p. 325-26. — (3) Vide Ios. KNABENBAUER, *Commentarius in quatuor S. Evangelia Domini N. Iesu Christi*, Evangelium secundum Lucam (= *Cursus scripturae sacrae*. Commentariorum in Nov. Test. pars I, in libros historicos, Parisiis, 1896), p. 39 et seqq. Subsidia historica, philologica, alia, ad intellegentiam capitis primi evangelii sec. Lucam, egregie collecta digestaque habes apud Alf. PLUMMER, *A critical and exegetical Commentary on the Gospel according to S. Luke*, ed. quarta (Edinburgh, 1905), p. 6 et sqq. — (4) *Luc.* 1, 5. — (5) Ibid. — (6) E. SCHÜRER, *Geschichte des Jüdischen Volkes im Zeitalter Jesu Christi*, t. II, edit. tert. (Leipzig, 1898), p. 296. — (7) *Levit.* 21, 16-23. Cf. SCHÜRER, loc. cit., p. 230, cum annot. 19. — (8) Cf. *Luc.* 1, 60-63. — (9) Vide A. HARNACK qui omnium acutissime huic opinioni patrocinatus est (*Das Magnificat der Elisabeth*, SITZUNGSBERICHTE DER KÖNIGLICH PREUSSISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN ZU BERLIN, 1900, p. 538-56). Primus, ut videtur, hanc coniecturam obiter proposuit A. LOISY (*Les Évangiles synoptiques*, in periodico L'ENSEIGNEMENT BIBLIQUE, 1893); qui postea suam ipsius sententiam personatus approbavit et uberius defendit (François JACOBÉ, *L'Origine du Magnificat*, REVUE D'HISTOIRE ET DE LITTÉRATURE RELIGIEUSES, t. II, 1897, p. 424-432); cf. A. LOISY, *Chronique biblique*, ibid., t. VI, 1901, p. 286. — (10) Notatu dignissima sunt ea quae pro veteri sententia docte et sapienter disputavit P. LADEUZE (*De l'origine du Magnificat*, REVUE D'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE, t. IV, 1903, p. 623-44); apud quem vide historiam totius controversiae. Aequum est ut praecipuo quodam loco nominetur alius eiusdem sententiae patronus vir doctus O. BARDENHEWER (*Ist Elisabeth die Sängerin des Magnificat?* BIBLISCHE STUDIEN, t. VI, fasc. 1 et 2: *Vom Münchener Gelehrten-Kongresse. Biblische Vorträge*. Freiburg im Breisgau, 1901, p. 189-200).

docti

partim probabiles,

docti iidemque prudentes (1) *carmen illud a Zacharia in circumcisione filii sui conditum fuisse, his moti rationibus : In cantico* Benedictus *nonnullae sententiae sunt quae ad Christum iam natum non obscure referantur. Insuper antequam Zacharias haec vaticinans inductus est, evangelista iam absolvit ea quae ad circumcisionem Iohannis pertinent, conclusaque narratione ad alia divertit. Immo sententia quae cantici postremum versum consequitur :* τὸ δὲ παιδίον ηὔξανεν καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι καὶ ἦν ἐν ταῖς ἐρήμοις ἕως ἡμέρας ἀναδείξεως αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἰσραήλ (2) *commissura aptissima quadam continuatur narrationi quae proximo ante canticum versu necopinato abrupta est ; ita ut nostro carmini, disiuncta serie orationis, locus velut in alieno hic paratus fuisse videatur. Et re quidem vera si idem ille scriptor primus rettulisset Zachariae prophetiam, qui paulo ante narravit Iohannis nativitatem, haec prophetia opportunissime ipso eo loco memoranda erat ubi dicitur :* ἀνεῴχθη δὲ τὸ στόμα αὐτοῦ παραχρῆμα καὶ ἡ γλῶσσα αὐτοῦ, καὶ ἐλάλει εὐλογῶν τὸν Θεόν (3).

partim non verisimiles.

7. *Non levia igitur indicia suadent canticum* Benedictus *sumptum fuisse ab expositione quadam quae sequentia tempora persequebatur. Quod autem haec commentatio alia sit atque ea unde evangelista reliquam primi capitis historiam hauserit, id asseveranter dicant qui probare possunt. Profecto Zacharias apud Lucam animum Scriptura veteri imbutum stilo plane hebraico effundit, qui cum oratione circumiecta et praesertim cum cantico* Magnificat *non parum discrepet. Attamen numquid aliter vaticinari poterat sacerdos iudaeus qui sub priori lege senuerat? Aut quod aliud carmen in eius ore a considerato diligentique narratore poni oportebat* (4)*? Quae cum ita sint, vereor ne nulla indicia satis certa ostendant, quod aliqui sibi persuaserunt, inter* διηγήσεις *illas quas prae manibus habuit Lucas* (5) *fuisse etiam commentarios vel scripta quae ad familiam sancti Praecursoris praecipue spectarent* (6).

AUCTORE P. P.

De commenticia historia Zachariae

8. *Atque haec paucissima de vita et sincera historia S. Zachariae memoranda erant. De eius domicilio breviter dicetur cum de locis ubi floruerit eius cultus data opera erit agendum. Quando, ubi et quo exitu cesserit e vita, prorsus ignoratur. Gratis enim et sine ulla causa multi iam antiquitus arbitrati sunt patrem Iohannis Baptistae eum esse Zachariam Barachiae filium quem Christus apud Matthaeum in Pharisaeos invehens occisum fuisse dixit inter templum et altare* (7). *Sed haec interpretandi ratio quodammodo pertinet ad ficticias narrationes de quibus nunc nascitur quaestio difficilior fortasse quam utilior ; a qua tamen nos abstinere huius operis ratio non sinit.*

cognitio adhuc immatura.

9. *Importuna necessitate cogimur hanc subdifficilem materiam ingredi eo ipso tempore quo documentorum quae ad eam pertinent corpus quoddam iam editurus sit vir doctissimus Alexander Berendts.* E *Quantum utilitatis hic liber nobis allaturus fuisset, si nunc eum prae manibus haberemus, vel ex eo patet quod de commenticia S. Zachariae historia permulta docti sumus commentariis duobus quibus anno primum 1895 et iterum anno 1904 idem vir clarissimus operi suo maiori prolusit* (8). *Neque ita nobis blandimur ut nesciamus eius eruditionis luce, quae a nobis desideratur, ea ipsa quae utilia dictu hodie videntur, ante etiam quam vulgata fuerint, obscuratum iri. Hanc itaque sive satisfactionem, sive querelam ab iis exaudiri aequum erat, qui in commentariolum hunc nostrum incident.*

CAPUT SECUNDUM

De historia commenticia S. Zachariae.

C

§ I. Vestigia incerta obsoletae cuiusdam traditionis.

Mentio quaedam Zachariae

10. *Zachariam patrem S. Iohannis Baptistae vi interemptum fuisse referunt vel innuunt longe plurimi scriptores qui de eo mentionem fecerunt, non tamen omnes. Nempe servata est exemplaribus sat multis interpretatio collecticia Pentateuchi, sive " catena ", arabico sermone composita vel potius reddita. Huic prooemii loco praemissa est* Historia libri Legis, *in qua texitur series pontificum vel prophetarum iudaeorum qui legis archetypum a Moyse acceptum alius alii ex ordine tradiderunt. Quorum in numero ponitur Zacharias noster his verbis* (9) :

F ... وسلمها ناثان لشمعون الشيخ ابن شاطح وهذا هو الذي حمل المسيح على ذراعيه وشمعون سلمها ليهودا وسلمها يهودا ١) لزخريا الكاهن وسلمها زخريا الكاهن ابو يوحنا ٢) المعمداني ليوسف الحبر من شبطا ٣) وسلمها يوسف لحنان وقيافا ٤)

١) ܝܗܘܕܐ ܡܫܒܚܢܐ ٢) ܣܒܐ ٣) ܡܥܡܕܢܐ ٤) ܚܢܢ ܘܩܝܦܐ

quam (legem) Nathan tradidit Simeoni seni filio Satih : hic est qui Christum in ulnis suis tulit. Simeon autem eam tradidit Iudae. Iudas autem eam tradidit Zachariae sacerdoti. Tradidit autem

(1) LADEUZE, *L'Origine du Magnificat*, l. c., p. 641-44. — (2) *Luc.* 1, 80. — (3) *Luc.* 1, 64. — (4) HARNACK, *Das Magnificat der Elisabeth*, l. c., Excurs II, p. 552-56. — (5) Cf. *Luc.* 1, 1. — (6) Vide LADEUZE, l. c., p. 642-43 ; qui ipse existimat canticum Εὐλογητός fuisse psalmum in ecclesiis iudaeo-christianorum cantari solitum. — (7) *Matth.* 23, 35. De hoc Zacharia, vide, exempli gratia, Eberh. NESTLE, *Ueber Zacharias in Matth. 23*, ZEITSCHRIFT FÜR DIE NEUTESTAMENTLICHE WISSENSCHAFT, t. VI (1906), p. 198-200. — (8) A. BERENDTS, *Studien über Zacharias-Apokryphen und Zacharias-Legenden*, Leipzig, 1895. ID. *Die handschriftliche Ueberlieferung der Zacharias- und Johannes-Apokryphen* (TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN, N. F. t. XI, fasc. 4, Leipzig, 1904). — (9) P. DE LAGARDE, *Materialien zur Kritik und Geschichte des Pentateuchs*, t. II : كتاب تكوين الخلائق وتفسيره (" Liber Genesis cum eius interpretatione "), Leipzig, 1867, p. 3. Cf. Joh. Alb. FABRICIUS, *S. Hippolyti episcopi et martyris opera*, vol. II (Hamburgi, 1718), p. 35.

eam

AUCTORE P. P.

eam Zacharias sacerdos, pater Iohannis Baptistae, Ioseph pontifici e Sabta (*al.* e tribu sua). Ioseph autem eam tradidit Hannae et Caiphae...

opinatam eius necem excludens

11. *Haec qui non e certis monumentis referens, sed magis pro lubitu fingens, Zachariam tertium a Simeone pontificem esse voluit, neutram ex historiis recordabatur quae de illius interitu traditae sunt. In altera enim caedes Zachariae paulo post magorum adventum accidisse narrabatur, in altera autem, si rerum consecutio diligenter attendatur, etiam ante Christi nativitatem, ut varias eius historiae formas legenti patebit. Interim loco omnium antestari sufficiat* Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae (1) *et praecipue S. Cyrillum Alexandrinum* (2). *Hic tamen attendenda est narratio quaedam Hippolyti Thebani, qui Zachariam anno post Christi baptismum a Iudaeis oppressum occubuisse refert* (3); *quam traditionem tenere potuit scriptor ille, quisquis est, qui patrem Iohannis longiusculo tempore post Christum natum ad pontificiam dignitatem evectum esse affirmavit. Sed numquid haec traditio fuit? Immo plane constat* B *ab opinione ista prorsus singulari alienos fuisse auctores quos Hippolytum secutum esse videbimus. Qui cum eam proponeret, non famam alicubi sparsam rettulit, sed sententiam iam dudum pervagatam et receptam propriae rationi posthabuit, fortasse quod arbitraretur his verbis Christi:* ἀπὸ τοῦ αἵματος Ἄβελ τοῦ δικαίου ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου (4), *designata esse velut extrema totius historiae tempora.*

satis antiqua videtur.

12. *Hinc concludat quispiam commentarios e quibus prooemium illud arabicum collectum est, sin minus prooemium ipsum, ante scriptos fuisse, quam vulgares de Zacharia fabulae latius spargi coeptae sint. Quod veri specie quadam non caret. Etenim in "catena" cui praemittitur haec commenticia sacri codicis historia, leguntur excerpta cuiusdam Hippolyti, qui* Targumi expositor *appellatur: hunc non alium esse nisi Hippolytum Romanum agnovit iudex certe consultissimus H. Achelis* (5). *Unde constat lacinias quae in hoc opere consutae sunt partim esse valde antiquas. Neque ulla ratio cogit e vetustiorum fragmentorum numero illam Zachariae mentionem excludere.*

Eius origo.

13. *Addo qualecumque vestigium documenti quod in prologo perspicitur alias servatum esse.* C *Barhebraeus enim recensens pontifices Iudaeorum haec scribit:* Post Aristobulum Zacharias annos viginti duo, non tamen perpetuos. Sed enim hunc Zachariam, cum annum unum sivisset (Herodes), amovit eum et in eius locum Hananael subrogavit, quem amandaverat, ut ei fratrem uxoris suae subrogaret. Hoc igitur modo summos pontifices annuos constituebat. Post Zachariam Simon frater eius, qui et Hananael vocatur: annos octo. Post Simonem Caiphas: annum unum. Post Caipham Hannan: annos duos. Hoc tempore... natus est Dominus noster... (6). *Haec series plane opinabilis est, ut omnibus patet* (7), *et propterea notatu dignum est in illa, sicut in* Historia Legis — *quantumvis haec illi absimilis est — circa tempora* D *nativitatis Christi Zachariam pontificem nominari. Quem fortasse cum alicubi nominatum invenisset scriptor prooemii, patrem esse Iohannis opinatus est et ad annos paulo recentiores pontificatum eius transtulit. Undecumque tandem suam sententiam hausit, ista vix componitur cum narratiunculis in quibus Zacharias occisus fuisse fingebatur.*

§ II. Gnostica fabula de occisione Zachariae.

Occisum esse Zachariam Gnostici

14. *Si testimonium quod hactenus expendimus aliquid valeat, non defuere qui communem opinionem circa Zachariae obitum sive ignorarent, sive respuerent. Sed hi certe paucissimi fuerunt. Iam a primis saeculis percrebruerant historiae in quibus Zacharias pater Iohannis Baptistae morte violenta sublatus fuisse ferebatur.*

Harum diximus duas notari differentias praecipuas. E *Antequam de his disserimus, e traditione catholica removenda est tertia quaedam narratio, quae, si externa tantum indicia sectanda forent, omnium antiquissima videri posset. Eam refert S. Epiphanius Salaminae episcopus ita scribens:* Ἄλλα δὲ μυρία παρ' αὐτοῖς πλασθέντα γραφεῖα τετόλμηται. Γένναν μὲν γὰρ Μαρίας βιβλίον τί φασιν εἶναι, ἐν ᾧ δεινά τε καὶ ὀλέθρια ὑποβάλλοντές τινα ἐκεῖσε λέγουσιν. Ἐκ τούτου γάρ φασι τὸν Ζαχαρίαν ἀπεκτάνθαι ἐν τῷ ναῷ, ἐπειδή, φασίν, ὀπτασίαν ἑώρακε, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου θέλων εἰπεῖν τὴν ὀπτασίαν, ἀπεφράγη τὸ στόμα. Εἶδε γάρ, φασίν, ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ θυμιάματός τινα, ὡς ἐθυμία, ἄνθρωπον ἑστῶτα ὄνου μορφὴν ἔχοντα· καὶ ἐξελθόντος, φασί, καὶ θέλοντος εἰπεῖν· « Οὐαὶ ὑμῖν, τίνι προσκυνεῖτε; » ἀπέφραξεν αὐτοῦ τὸ στόμα ὁ ὀφθεὶς αὐτῷ ἔνδον ἐν τῷ ναῷ, ἵνα μὴ δύνηται λαλῆσαι. Ὅτε δὲ ἠνοίγη τὸ στόμα αὐτοῦ, ἵνα λαλήσῃ, τότε ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς καὶ ἀπέκτειναν αὐτόν. Καὶ οὕτως, φασίν, ἀπέθανε Ζαχαρίας. Διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ἱερεὺς προσετάγη ὑπ' αὐτοῦ τοῦ νομοθετήσαντος, φασίν, ἔχειν κώδωνας, ἵν' ὅταν εἰσέρχηται ἱερατεῦσαι, τὸν κτύπον ἀκούων τῶν κωδώνων, κρύπτηται ὁ προσκυνούμενος, ἵνα μὴ F φωραθῇ τὸ ἰνδαλ<μα>τικὸν αὐτοῦ τῆς μορφῆς πρόσωπον (8).

non primi finxerunt

15. *Sumimus tamquam per se evidens vel certe tamquam admodum probabile, non e latibulo cuiusdam sectae abiectissimae inter varias colluvies Gnosticorum profectam esse opinionem qua S. Zacharias martyrium obiisse passim in omnibus ecclesiis creditus est. Immo commenti, quod rettulit Epiphanius, invidiosa absurditas vehementissime suadet eam esse depravationem aliquam alius historiae, quae iam pridem inter christianos increbruisset. Accedit quod impiam criminationem, ad quam confirmandam haec interfecti Zachariae fabula ficta est, non inter Gnosticos primum prodiit*

(1) Ἐπεὶ δὲ μετ' ὀλίγον παρηκολούθηκεν ἡ γέννησις τοῦ Χριστοῦ (p. 15). — (2) Διὰ τοῦ προφητεύειν αὐτὸν μᾶλλον δὲ ἀποδεικνύναι τὴν Θεοτόκον καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον Θεὸν καὶ σωτῆρα et quae sequuntur (*In Lucam XI*, apud MAI, *Patrum veterum nova bibliotheca*, t. II, p. 284). — (3) Fr. DIEKAMP, *Hippolytos von Theben* (Münster, 1898), p. 2 (cf. p. 11). — (4) *Matth.* 23, 35. — (5) H. ACHELIS, *Hippolytstudien* (TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN, N. F., t. I, fasc. 4. Leipzig, 1897), § 4, p. 113 et seq.: *Hippolytus der Ausleger des Targums. Fragmente zum Pentateuch*; ubi p. 114 indicantur codices manuscripti in quibus hoc opus continetur. Annoto praeterea "*Historiam Legis*" seorsum a catena, de qua agitur, servari in codice arabico Harleiano 5475, qui scriptus fuisse dicitur saeculo XIV, adeoque ducentis circiter annis antegressus est vetustissimum quemque e codicibus quos enumerat H. Achelis (cf. MADDEN, *Catalogus codicum orientalium, qui in Musaeo Britannico asservantur.* Pars secunda, codices arabicos complectens, I. Codices christiani. Londini, 1846, p. 1-2). — (6) Syriace apud J. B. ABBELOOS et TH. J. LAMY, *Gregorii Barhebraei Chronicon ecclesiasticum*, t. I (Lovanii, 1872), p. 29. — (7) Cf. SCHÜRER, *Geschichte des Jüdischen Volkes*, l. c., p. 217-18. — (8) *Epiphanii episcopi Constantiae opera*, ed. G. DINDORFIUS, vol. II (Lipsiae, 1860), p. 52-53.

A *diit sed ad eos e vetusta quadam origine pervenit.* *Christiani enim Iudaeique asino tamquam numini cultum tribuere multo ante tempore dictitabantur quam scriptus est liber de Mariae prosapia. Id quis primus mentitus sit, nescimus; at simile quid a Tacito, Plutarcho, aliis referri vulgare est in scholis. Quin paulo post ortum Christi, Apion Iudaeorum insectator acerrimus, Posidonium Apolloniumque Molonem secutus, in libro de Iudaeis eiusmodi calumnias protulerat* (1) : *quibus existimat Iacobus Basnage ansam aliquam a doctoribus Iudaeis datam fuisse, quorum sententias rettulerunt Cabbalistae* (2). *Hinc etiam multo minus probabile fit, si quoquo modo probabile fuit, flagitioso isti scriptori gnostico in mentem venisse ut occisionem Zachariae antea inauditam comminisceretur, qui aliunde quoque assumpsit scurrilem accusationem quam ista occisione confirmat. Veri certe multo similius est eum ad suam intentionem detorsisse factum quod iam inter christianos vulgo credebatur.*

sed detorserunt

antiquo iam tempore

16. *Perantiquam esse hanc* γέννav Μαρίας *nemo non facile concedet.* B *Hanc rationibus motus, quas singillatim expendere longum est, medio circiter saeculo secundo scriptam fuisse conicit Alexander Berendts* (3) ; *quae viri prudentis aestimatio ab Adulfo Harnack approbata* (4) *nostro non eget suffragio. Quod si ita est simulque consistunt ea quae modo exposuimus, necesse est ut ante id tempus iam apud christianos fama obtinuerit Zachariam cruenta morte sublatum fuisse.*

e traditione christiana.

17. *Praesentissima his erat causa qua ad hanc opinionem inducerentur. Quisquis ille fuit Zacharias Barachiae filius, cuius necem Christus Dominus Iudaeis exprobravit apud Matthaeum* (5), *non poterat non accidere ut multi hoc loco patrem Praecursoris designari sibi persuaderent. Quod ut evasit, exspectandum erat ut narratiunculae suborirentur quae rem explicatius et animo vulgi accommodatius exhiberent. Neque secus actum esse modo patebit, etsi neutra e duabus historiis, quae traditae sunt, undequaque certam et exploratam originem habet.*

C § III. Traditio Origeniana : Zachariam propter vaticinium de beata Virgine editum a Iudaeis trucidatum esse.

Origenes

18. *Antiquissimo testimonio fruitur ea narratiuncula quam Origenes intexuit commentario suo in Matthaeum; ubi cum in explicando capite XXIII, se offerret versiculus ille impeditissimus de Zacharia Barachiae filio, hanc enodationem proposuit, quae in graecis fragmentis veteri interpretationi latinae parum congruentibus reperia est :*

historiam Zachariae

Ὠριγένους[1]· Ζαχαρίαν εὑρίσκομεν ἐν ταῖς Βασιλείαις ἱερέα φονευθέντα ἐγγὺς τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου ὑπὸ Ἰωὰς βασιλέως Ἰούδα[2]· Ἰώσηπος δὲ ἱστορεῖ τὸν υἱὸν Βαραχίου Ζαχαρίαν αὐτὸν εἶναι πατέρα τοῦ Βαπτιστοῦ (6). Οὐ δύνανται γὰρ Ζαχαρίαν υἱὸν Βαραχίου ἀνῃρηκέναι οἱ νῦν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ὀνειδιζόμενοι· εἴρηται γὰρ ἐν τῷ Ματθαίῳ· « ὃν ἐφονεύσατε μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. » Ἀλλ' εἰκός, καθά[3] φησιν Ἰώσηπος, Ζαχαρίαν νῦν λέγεσθαι τὸν Ἰωάννου πατέρα· περὶ οὗ ἀπὸ μὲν γραφῶν δεῖξαι οὐκ ἔχομεν, οὔτε ὅτι υἱὸς ἦν Βαραχίου, οὔτε ὅτι οἱ γραμματεῖς ἐν τόπῳ ἱερῷ αὐτὸν ἐφόνευσαν· ἀλλ' ἦλθεν εἰς ἡμᾶς τοιαύτη τις παράδοσις ὡς ἄρα ὄντος τινὸς περὶ τὸν ναὸν τόπου, ἔνθα ἐξῆν τὰς παρθένους εἰσιέναι καὶ προσκυνεῖν τῷ Θεῷ· τὰς δὲ ἤδη πεπειραμένας κοίτης ἀνδρὸς οὐκ ἐπέτρεπον ἐν ἐκείνῳ. Ἡ οὖν Μαρία μετὰ τὸ γεννῆσαι τὸν Σωτῆρα ἡμῶν ἐλθοῦσα προσκυνῆσαι, ἔστη ἐν τῷ τόπῳ τῶν παρθένων· καὶ κωλυσάντων τῶν εἰδότων αὐτὴν γεννήσασαν, ὁ Ζαχαρίας ἔλεγε τοῖς κωλύουσιν ἄξιαν αὐτὴν εἶναι τοῦ τόπου τῶν παρθένων ἔτι παρθένον οὖσαν. Ὡς οὖν σαφῶς παρανομοῦντα καὶ εἰς τόπον τῶν παρθένων ἐπιτρέποντα γυναῖκα γενέσθαι, ἀπέκτειναν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ θυσιαστηρίου οἱ τῆς γενεᾶς ἐκείνης (7). Ὀνειδίζονται γοῦν ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος οὐχ ὡς υἱοὶ τῶν τοὺς προφήτας ἀποκτεινάντων καὶ τὸν Ζαχαρίαν μετὰ τῶν προφητῶν, ἀλλ' ὡς αὐτοὶ φονεύσαντες. Οὐ θαυμαστὸν δὲ εἰ ἔτυχεν ὥσπερ ὁμώνυμον εἶναι τὸν πατέρα Ἰωάννου Ζαχαρίαν τοῦ ἐν τοῖς δώδεκα, καὶ τὸν πατέρα τοῦ πατρός (8).

propter oraculum de Virgine Deipara

a Iudaeis occisi

[1] Ed. Ὡριγένους. — [2] Ed. Ἰούδα. — [3] Ed. κατὰ.

primum ignorasse videtur.

19. *Iamvero ut perspiciamus unde venerit haec* παράδοσις, *iuvat animum advertere ad ea quae sequuntur. Idem Origenes in praecedentibus operibus non semel significaverat Zachariam illum, qui occisus est inter templum et altare, fuisse postremum e minoribus prophetis. Quod patet vel ex eo quod in expositione psalmi trigesimi septimi illum posuit medium inter Isaiam et Ieremiam* (9). *Quin etiam ad Africanum scribens Iudaeos accusat quasi mentionem huius caedis expunxerint e libris canonicis, utique veteris testamenti* (10). *In ipso commentario ad Matthaeum, libro decimo, cum Ieremiam Isaiamque nominasset, haec verba epistulae ad Hebraeos :* ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀπέθανον (11) *rettulit* ἐπὶ τὸν Ζαχαρίαν φονευθέντα μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, ὡς ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξε F μαρτυρῶν, *inquit,* γραφῇ μὴ φερομένῃ μὲν ἐν τοῖς κοινοῖς καὶ δεδημευμένοις βιβλίοις, εἰκὸς δ' ὅτι ἐν ἀποκρύφοις φερομένῃ (12). *Quae verba seorsum accepta videri possunt ambigua. Verum conferantur ea quae in enarratione capitis vigesimi tertii subdidit non multo posteaquam oraculum Servatoris interpretatus est de Zacharia patre Iohannis :* Fertur ergo in scripturis non manifestis serratum esse Isaiam et Zachariam occisum et Ezechielem (13) ; *ubi si intellegeretur pater Praecursoris, non omissum fuisset testimonium Christi. Rursus, aliquot versibus interiectis, ita pergit :* Nec plures serrati sunt nisi Isaias solus, nec plures lapidati sunt nisi Zacharias tantummodo filius Ioiadae, nec occisione gladii nisi Zacharias filius

(1) G. RÖSCH, *Caput asininum. Eine historische Studie,* THEOLOGISCHE STUDIEN UND KRITIKEN, 1882, p. 523 et seq. ; BERENDTS, *Studien,* p. 36. — (2) J. BASNAGE, *Histoire des Juifs,* l. VII, ch. 26, tom. V (Rotterdam, 1707), p. 1985 et seqq. — (3) *Studien,* p. 36-37. — (4) *Geschichte der altchristlichen Litteratur,* t. II, 1 : *Die Chronologie bis Irenäus* (Leipzig, 1897), p. 539; cf. p. 579. — (5) 23, 35. — (6) MAI, *Nova Patrum Bibliotheca,* t. II, p. 284, in nota. — (7) Hic legitur in recensione latina : *Tamen ab eis qui huiusmodi traditioni non credunt, exigamus rationem quomodo non quasi filios eorum ... exprobrat Iesus ...* : quae verba sive ipsius Origenis sunt, sive interpretis, suo momento non carent. — (8) DELARUE, *Origenis opera omnia,* t. III, p. 845. Cum quo fragmento testatur Mai concordare suum exemplum. — (9) DELARUE, t. II, p. 680. — (10) DELARUE, t. I, p. 21. — (11) *Hebr.* 11, 37. — (12) *In Matth.,* t. X, n° 18 ; DELARUE, t. III, p. 465. — (13) DELARUE, t. III, p. 848.

AUCTORE P. P.

Barachiae ... (1). *Quis in tanta sententiarum similitudine non agnoscat eundem illum virum, de quo sermo fuerat libro decimo, eo loco qui modo memoratus est? Ut brevi omnia complectar : Origenes antequam dedita opera versiculum Matthaei 23, 35 exposuit, eum de propheta Zacharia constanter intellexerat* (2). *Quae interpretatio tam alte in eius animo insederat, ut postquam testimonium Christi ad alterum Zachariam referendum esse opinatus est, nihilo tamen setius de caede filii Barachiae locutus est, quasi non saepe negasset eam ullo alio testimonio comprobari. Videtur itaque sententia, in qua ultimo conquievit, aliquomodo fuisse repentina. Quare non immerito conicit Berendts non pridem notam fuisse Origeni* παράδοσιν *illam, qua detecta fortasse adductus est ad aliam sententiam* (3). *Certe notatu dignum est non nisi extremo aetatis eius tempore, cum Caesareae in Palaestina degeret, memoratum ab eo fuisse commentum unde lucem aliquam afferri iudicavit difficultati, quae totiens eius animum agitaverat. Vereor tamen ne non satis prudenter inde concludat Berendts historiam illam fuisse ab ecclesia* B *Alexandrina alienam* (4).

Huius sententiae auctores

20. *En igitur primum de nostra historia testimonium. Eodem revolvuntur verba Hieronymi :* Alii Zachariam patrem Iohannis intellegi volunt, ex quibusdam apocryphorum somniis approbantes quod propterea occisus sit quia Salvatoris praedicarit adventum (5). *Qui enim Matrem Dei virginem mansisse perhibuit, iam aliquo modo mysterium Incarnationis praefatus est. Neque tantum interest inter haec duo, ut S. Hieronymo suo quodam impetu scribenti discrimen eiusmodi accurate notandum videretur* (6). *Utriusque sententiae nexus non obscure apparet in commentario Cyrilli Alexandrini in Lucam, cap. XI, ubi sanctus doctor eandem historiam atque Origenes et probabiliter ex Origene rettulit. Quem locum, cum in superiori disputatione antestati simus* (7), *integrum hic describere iuverit :* Ζαχαρίαν δὲ ὧδε ἀκόλουθόν ἐστι ἐννοεῖν τὸν τοῦ προδρόμου πατέρα, ὃν ἐξ ἀγράφου παραδόσεως ἱστόρηται τοὺς Ἰουδαίους ἀνελεῖν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, διὰ τὸ προφητεύειν αὐτόν, μᾶλλον δὲ ἀποδεικνύναι τὴν θεοτόκον καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς τεχθησόμενον Θεὸν καὶ σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστόν, οἷα δή τινα C βασιλέα καὶ κύριον ἐπὶ τὸ ἔθνος ἀποσταλήσεσθαι αὐτῶν· καὶ αὐτὴν τὴν ἁγίαν παρθένον κατὰ τὴν ἐκ Πνεύματος ἁγίου σύλληψιν, τοῦ τόπου τῶν παρθένων, τοῦ ἐν τῷ ἱερῷ ὄντος μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, μὴ ἀποστῆσαι καθὰ δὴ γεγαμημένην, ἀλλ' ἔτι παρθένον γινώσκειν αὐτὴν καὶ συγχωρεῖν κατὰ τὸν συνήθη τόπον ἱστάναι. Διὰ γοῦν ταῦτα τοὺς ἀκούοντας εἰς ὀργὴν ἐμπεσεῖν, καὶ ἐπ' αὐτὸν ὁπλίσαι τὰς χεῖρας, δεδιότας τὸν ἐκ τῆς αὐτοῦ προφητείας προσδοκώμενον βασιλέα, φόβῳ τοῦ μὴ γενέσθαι βασιλεῖ ὑποχειρίους μέλλοντι καταδυναστεύειν αὐτῶν· τὸν οὖν ταῦτα μαρτυροῦντα περὶ τοῦ τόκου διαχειρίζονται πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ τὸν ἱερέα ἱερουργήσαντα (8). D

pauci nec magni nominis;

21. *Cetera testimonia quae, labente tempore, huic traditioni accesserunt, pleraque sunt dubiae auctoritatis et notatu parum digna. Neque enim istius fabulae originem illustrant neque incrementa, cum haec brevi in libris emarcuerit. Non tamen ex hominum memoria penitus evanuit. Excepit eam Synaxarium ecclesiae graecae, in quo cum pervagatiore narratiuncula artificiose conflata est* (9). *Eandem memorarunt, ut alios omittamus, saeculo XI Theophylactus* (10) *et XII Euthymius Zigabenus* (11). *Crederes eam novis ineptiis corruptam agnoscere etiam apud Hippolytum Thebanum, qui de Zacharia haec obiter refert* (12): Ἀπὸ δὲ τοῦ βαπτίσματος αὐτοῦ (13) μέχρι τῆς Ζαχαρίου λιθοβολίας ἔτος α'. Ἐν τῷ γὰρ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος λιθοβολήσαντες αὐτὸν καὶ κροταφήσαντες ἐπέκτειναν, καὶ σύραντες ἐκρήμνησαν αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ. *Quod enim Zachariam lapidibus obrutum fuisse dicit, potius respondere videtur huic priori narrationi in qua interfectores de plebe inducuntur, quam illi alteri ubi satellites armatos ab Herode rege in* E *templum immissos fuisse legimus. Attamen rem diligentius inspicienti apparet Hippolytum hic usum esse adulterato quodam libello, in quo ad Zachariam nostrum translata est historia Zachariae filii Ioiadae, qui a Iudaeis lapidibus obrutus fuisse narratur in libro altero Paralipomenon* (14). *Quae mutatio, etsi fieri poterat ab aliquo ex iis qui* παραδόσει *origenianae assentiebantur, reapse tamen conexa fuisse videtur cum altera historia, de qua modo erit agendum.*

eius origo

22. *De origine huius fabellae malim tacere quam incerta loqui. Unum tamen sine temeritate nimia annotare liceat. Zachariam integritatem Virginis Deiparae testificatum fuisse, satis congruenter fictum est alteri commento, cuius variae propagines late serpunt. In protevangelio quippe Iacobi eiusmodi texitur historia : summo pontifici delatum fuisse nomen Mariae, quasi eam corrupisset Ioseph eius sponsus, cui divinitus commissa erat ; ab eo Ioseph Mariamque arcessitos interrogatosque, ritu sollemni potatos esse aqua probationis* (15); *utrumque incolumem e periculo evasisse ; eos tandem a sacerdote absolutos esse his verbis :* εἰ κύριος ὁ Θεὸς οὐκ ἐφανέρωσε τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν, οὐδὲ F ἐγὼ κρίνω ὑμᾶς (16).

probabilis.

23. *Profecto in exemplaribus tum graecis, tum syriacis* (17), *non liquet quo pontifice haec acta sint. Non multo ante id notatum fuerat :* τῷ δὲ καιρῷ ἐκείνῳ ἐσίγησεν Ζαχαρίας, καὶ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ Σαμουήλ, μέχρις ὅτου ἐλάλησεν Ζαχαρίας (18); *neque a narratore satis diligenter tempora observantur, ut concludi possit utrum ante an post iudicium illud Mariae Zacharias iterum munere suo fungi coeperit. Ceterum nomen eius nusquam in toto hoc loco enuntiatur. At quod ambigue dixerat scriptor, alii licenter interpretari potue-*

(1) DELARUE, t. III, p. 849. — (2) Idem docet Th. ZAHN, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons*, t. II (Erlangen, 1890), p. 776, annot. 2. — (3) *Studien*, p. 26-27. — (4) BERENDTS, l. c., p. 27. — (5) *Commentariorum in evangelium Matthaei*, lib. IV, cap. 23, *P.L.*, t. XXVII, p. 173. — (6) Cf. DIEKAMP, *Hippolytos von Theben*, p. 77. — (7) Sup. num. 11, p. 8. — (8) MAI, *Nova Bibliotheca Patrum*, t. II, p. 283-85. Hic tamen locus abest ab epitome syriaca quam edidit R. PAYNE SMITH : *S. Cyrilli Alexandriae archiepiscopi commentarii in Lucae evangelium quae supersunt, syriace* (Oxonii, 1858), expositio octogesima quinta, p. 213-14. Vide etiam homiliam spuriam *in sanctam Christi generationem* quae S. Basilio ascripta est *P.G.*, t. XXXI, p. 1468-69; ubi consimilis sententia exprimitur. — (9) *Synax. Eccl. CP.*, p. 15. — (10) *Enarratio in evangelium Lucae*, c. XI, *P.G.*, t. CXXIII, p. 872. — (11) *In Matth.*, c. LVI, *P.G.*, t. CXXIX, p. 600. — (12) DIEKAMP, *Hippolytos von Theben*, p. 2, cf. p. 11. — (13) Id est Christi; cf. sup. num. 11, p. 8. — (14) II. *Paral.* 24, 20-22. — (15) Vide *Num.* 5, 18-31. — (16) *Protevangelium Iacobi*, cap. 16 (*Evangelia apocrypha, collegit atque recensuit* C. DE TISCHENDORF, ed. altera, Lipsiae, 1876, p. 30-31). — (17) Vide *Historiam domnae Mariae* (Protevangelium Iacobi) syriace apud Agnetem SMITH LEWIS, *Apocrypha syriaca* (*Studia sinaitica* N° XI, London, 1902), p. 13-14. — (18) Cap. X, TISCHENDORF, op. cit., p. 21.

runt,

A *runt, sicut reapse accidit in protevangelio aethiopico, ubi non sacerdos quilibet sed ipse Zacharias inducitur. Vide excerptum quod nuper edidit Marius Chaine S. I.* (1). *Itaque non absurde conicias ex hac vetustissima narratiuncula ortam esse opinionem, qua Zacharias Dei iudicio mysterium incarnationis praenovisse et civibus suis perhibuisse crederetur. Postquam autem de hoc ipso Zacharia intellegi coeptum est quod a Christo dicitur de filio Barachiae a Iudaeis occiso inter templum et altare, facile cuipiam in mentem venerit ut sua sponte factum utrumque conecteret. Rem commenticiam aut hac aut simili ratione certe finxit, qui primus narravit. Neque obstat quod in eodem protevangelio prorsus alio modo refertur Zachariae caedes : haec enim pars libelli posteriore aetate addita est, ut modo indicabitur.*

Sed de his hactenus. Quaestionem maioris fortasse difficultatis quam utilitatis in medio relinquamus.

B

§ IV. Fama communior : Zachariam pro Iohanne filio suo ab Herode interfectum esse.

Interfecti a rege

24. *Maiora fata alteram historiam manebant, cuius summa haec est : Cum mandato Herodis infantes Bethlehemitani ad necem raperentur, Elisabeth filium suum auferens abscondit in remoto loco. Frustra conquisitum Iohannem rex ab eius patre sibi tradi iubet. Negat Zacharias sibi notum esse locum ubi sua uxor cum parvulo se receperit. Iterum iterumque postulatus idem responsum edit, donec tyrannus ira excandescens satellites in templum mittit, qui Zachariam noctu interficiunt eiusque corpus auferunt. Occultam caedem miraculum prodit, effususque cruor prope altare pavimento quasi concretus in testimonium sceleris adhaeret. Haec historia, quamquam eius origo perobscura est, in uno tamen est exploratu facilior, quod certo quodam loco suam sedem primum habuit. Ne magno inanique conatu res partim dubias partim notissimas congeramus, ea quae* C *nostram quaestionem propius attingunt, paucis verbis hic contrahimus.*

pontificis cruorem cum lapide coaluisse

finxerunt Iudaei,

25. *Opinabantur olim Iudaei sanguinem Zachariae pontificis, qui lapidibus obrutus est propter invidiam regis Ioas, non deletum fuisse e solo sanctuarii nisi post annos ducentos quinquaginta duo, eumque interea perpetuo ebullivisse, quasi ultionem inclamaret. Huius opinionis testimonia satis absurda e rabbinorum libris adduxerunt Lightfoot* (2), *Berendts* (3), *alii. Hinc eadem fabula, a christianis Palaestinensibus, ut videtur, servata, ad aliarum gentium fideles permeavit. Nota erat Hierosolymis rupes quaedam, in qua nonnulli post multa iam saecula huius Zachariae sanguinis vestigia cernere sibi videbantur. Antiquiorem istius opinionis formam refert Tertullianus, ita scribens :* David exagitatur, Helias fugatur, Hieremias lapidatur, Esaias secatur, Zacharias inter altare et aedem trucidatur perennes cruoris sui maculas silicibus assignans. Ipse clausula legis et prophetarum, nec prophetes sed angelus dictus, contumeliose truncatur in puellae salticae lucar (4). *Si enim Zachariam nostrum in mente habuisset Tertullianus, facillime poterat id verbulo indicare, neque homo quantumvis praeceps et tumultuarie scribens hanc mentionem omisisset proposito suo aptissimam, qua addita patris filiique consimilis casus multo videretur atrocior.*

rettulerunt Tertullianus

et Hieronymus;

26. *Origo iudaica istius fabulae perlucet etiam apud S. Hieronymum, ubi* simpliciores fratres *illos irridet qui* inter ruinas templi et altaris, sive in portarum exitibus, quae ad Siloam ducunt, rubra saxa monstrantes Zachariae sanguine putant esse polluta (5). *Zachariae nomine hic sane intellegendus est idem quem proxime ante decrevit Hieronymus esse filium Ioiadae. Fuitne tamen haec communis sententia vulgi? Quod enim errori credulae plebis indulgeat Hieronymus, quia, inquit,* de odio Iudaeorum ... descendit, *ambiguum indicium est.* E *Utique narrationes omnes in quibus portentum adhaerescentis sanguinis ad Zachariam patrem Iohannis translatum est, huius necem non Iudaeis sed uni Herodi ascribunt. At paulo superius memoravit ipse Hieronymus et explosit nutantes coniecturas eorum, qui ut ex oraculo Christi de occisione Zachariae Barachiae filii se expedirent, sive Zachariam undecimum e minoribus prophetis, sive Iohannis patrem interfectum fuisse comminiscebantur* (6). *Quae opinionum diversitas ipsa per se suadet* simpliciores fratres *illos nec certo nec constanti iudicio novisse cuiusnam viri sanguinea vestigia superstitiose colerent. Quamquam Hieronymus inconsiderata antecessione quadam eos omnes ad suam conclusionem promiscue ascivisse videtur, ut alias item ei accidit, cum eius oratio incitatiori flumine fundatur.*

alii

Zachariae nostro

27. *Contra Zachariam patrem Iohannis iam designari existimo in Itinerario Burdigalensi :* ... In aede ipsa ubi templum fuit, quem Salomon aedificavit, in marmore ante aram sanguinem Zachariae ibi dicas hodie fusum, etiam parent vestigia clavorum militum qui eum occiderunt, per totam aream ut putes in cera fixum F esse (7). *Zacharias filius Ioiadae non a militibus interfectus est sed tumultuante plebe obrutus; quae igitur hoc loco ab aedituis aliisve audivit peregrinus Burdigalensis, ad Zachariam nostrum spectasse videntur.*

fabulam accommodarunt.

28. *Utcumque de his aliisque testimoniis disputari potest, nemo sapiens existimabit sine iudaicae istius traditionis memoria exortam esse narratiunculam christianam, in qua portentum fingeretur consimile illi quod de alio eiusdem nominis viro iamdudum in eadem urbe narrabatur. Res ipsa per se patet. Servata veneratione eiusdem loci, eandem historiam transtulerunt fideles quidam a prisco Zacharia ad eius cognominem. Hinc prona quadam via accidere debuit ut nova commenta excogitarentur congruenter obscuratae vel potius*

(1) *Le cycle de la Vierge dans les apocryphes éthiopiens (Mélanges de la Faculté orientale de l'Université Saint-Joseph à Beyrouth*, Beyrouth, 1905, p. 191-92). — (2) Iohannis LIGHTFOOTI, *Horae hebraicae et talmudicae in quatuor evangelistas*, ed. altera (Lipsiae, 1684), p. 435-36 (in Matth. 23, 35), cf. p. 815-16 (in Luc. 11, 51). — (3) *Studien*, p. 57, ann. 2; p. 58, ann. 1 et 2. Vide etiam E. NESTLE, *Ueber Zacharias in Matth. 23*, l. c., p. 199, et, exempli gratia, *Talmud Babylonicum*, lib. *Synhedrin*, fol. 93, b, ed. Laz. GOLDSCHMIDT (*Der Babylonische Talmud*, t. VIII, Berlin, 1902, p. 417-18). De Iohanne Baptista eandem fabulam dictitari putavit scriptor moslemicus Birunensis; vid. infra ad num. 114. — (4) *Scorpiace* ed. Aug. REIFFERSCHEID et G. WISSOWA, *Quinti Septimi Florentis Tertulliani opera*, pars I (Vindobonae, 1890), p. 160-61. — (5) *In Matth.*, l. c., p. 174. — (6) Vide sup., num. 20. — (7) Ed. P. GEYER, *Itinera Hierosolymitana* (Vindobonae, 1898), p. 21-22.

mutatae

AUCTORE P. P.

mutatae historiae loci. Hanc enim christiani non ex abstrusis iisdemque perodiosis Iudaeorum libris didicerant, sed rudi tantum monumento coram oculis expositam habebant. Postquam autem sibi persuaserunt super hoc sacrato saxo non veterem pontificem a veteri rege, sed patrem Praecursoris ab Herode interfectum fuisse, sponte nascebatur quaestio, quae causa illi regis odium conciliasset. Responsum dedit narratiuncula de qua nunc disputatur.

libellis etiam

29. *Ceterum inscitae persuasioni vulgi conivit, immo favit fraus quorundam scriptorum. In libello de vitis Prophetarum qui S. Epiphanii nomine circumfertur, inest elogium Zachariae prophetae, qui inepte putatur esse filius Iöiadae. In codice non corrupto (Vatic. 2125) haec leguntur :*

Ζαχαρίας ἐξ Ἱερουσαλὴμ υἱὸς Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, ὃν ἀπέκτεινεν Ἰωὰς ὁ βασιλεὺς Ἰούδα ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου καὶ ἐξέχεεν τὸ αἷμα αὐτοῦ ὁ οἶκος Δαυὶδ ἀνὰ μέσον ἐπὶ τοῦ αἰλάμ· καὶ λαβόντες αὐτὸν οἱ ἱερεῖς ἔθαψαν αὐτὸν μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· ἔκτοτε ἐγένοντο τέρατα ἐν τῷ ναῷ φαντασίας καὶ οὐκ ἴσχυον οἱ ἱερεῖς ἰδεῖν ὀπτασίαν ἀγγέλων Θεοῦ οὔτε δοῦναι χρησμοὺς ἐκ τοῦ δαβεὶρ οὔτε ἐρωτῆσαι ἐν τῷ ἐφοὺδ οὔτε διὰ δήλων ἀποκριθῆναι τῷ λαῷ ὡς τὸ πρίν (1). B

in hunc finem corruptis.

30. *Eandem narrationem librarius aliquis inverecundus non dubitavit adulterare in hanc formam (cod. Paris. 2951) :*

Ζαχαρίας ἄλλος προφήτης καὶ ἱερεύς· οὗτος ἦν υἱὸς Ἰωδαὲ ἱερέως, πατὴρ δὲ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· τοῦτον ἀπέκτεινεν Ἡρῴδης ὁ βασιλεὺς ἐχόμενα τοῦ θυσιαστηρίου καὶ τοῦ οἴκου Κυρίου. Οὗτος δὲ ἦν ἐξ Ἱερουσαλὴμ ἐξ οἴκου Δαυίδ. Ἀνὰ μέσον τοῦ ἐλὰμ ἐξ οἴκου Κυρίου, οὗτος ἐπροφήτευσε[1] περὶ Χριστοῦ γέννας. Ἐκεῖ οὖν αὐτὸν ἔθαψαν ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἐχόμενα ναοῦ Κυρίου· ἔκτοτε ἐγίνοντο τέρατα πολλὰ ἐν τῷ ναῷ καὶ φαντασίαι, καὶ οὐκ ἴσχυον οἱ ἱερεῖς ἰδεῖν οὐκέτι ὀπτασίαν ἀγγέλων, οὐδὲ δοῦναι χρησμοὺς τῷ λαῷ ἐν δαβείρ, οὔτε ἐρωτῆσαι ἐν τῷ ἐφούδ, οὔτε διὰ τῶν δήλων ἀποκριθῆναι, ὡς[2] τὸ πρίν, ἕως τῆς ἡμέρας ἐκείνης (2).

[1] Cod. ἐπροεφήτευσε.— [2] Ed. ἕως.

C *Qui tamen dolus vulgari commento antegredi non potuit, sed contra videtur eum finem habuisse, ut pervagatae superstitioni antiquiorem libellum accommodaret. Num quo alio documento circumscriptor usus sit, incertum est nec in praesentia scitu necessarium. Utcumque se res habet, satis haec ostendunt qua in stirpe traditio, de qua nunc quaerimus, primum insita sit.*

Auctores huius sententiae :

31. *Iam historiae nostrae antiquiores formas conquiramus. Primum locum ex praeiudicata possessione aliquantisper obtineat narratio protevangelii. Eius summa ea est, quam supra indicavimus (3).*

Protevangelium Iacobi,

Γνοὺς δὲ Ἡρῴδης ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, ὀργισθεὶς ἔπεμψεν φονευτὰς λέγων αὐτοῖς· « Τὰ βρέφη ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω ἀποκτείνατε. » Καὶ ἀκούσασα Μαριὰμ ὅτι ἀναιροῦνται τὰ βρέφη, φοβηθεῖσα ἔλαβε τὸ παιδίον καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτὸ καὶ ἔθηκεν ἐν φάτνῃ βοῶν. Ἡ δὲ Ἐλισάβετ, ἀκούσασα ὅτι Ἰωάννης ζητεῖται, λαβοῦσα αὐτὸν ἀνέβη εἰς τὴν ὀρεινήν, καὶ περιεβλέπετο ποῦ αὐτὸν κρύψει· καὶ οὐκ ἦν τόπος ἀποκρυφῆς. Καὶ στενάξασα ἡ Ἐλισάβετ φωνῇ μεγάλῃ λέγει· « Ὄρος Θεοῦ, δέξαι μητέρα μετὰ τέκνου »· οὐ γὰρ ἠδύνατο ἀναβῆναι ἡ Ἐλισάβετ. Καὶ παραχρῆμα ἐδιχάσθη τὸ ὄρος καὶ ἐδέξατο αὐτήν. Καὶ ἦν διαφαῖνον αὐτοῖς φῶς· ἄγγελος γὰρ Κυρίου ἦν μετ' αὐτῶν, διαφυλάσσων αὐτούς. D

Ὁ δὲ Ἡρῴδης ἐζήτει τὸν Ἰωάννην, καὶ ἀπέστειλεν ὑπηρέτας πρὸς Ζαχαρίαν λέγων· « Ποῦ ἀπέκρυψας τὸν υἱόν σου; » Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο λέγων αὐτοῖς· « Ἐγὼ λειτουργὸς ὑπάρχω τοῦ Θεοῦ, καὶ προσεδρεύω τῷ ναῷ Κυρίου, οὐκ οἶδα ποῦ ἐστιν ὁ υἱός μου. Καὶ ἀπῆλθον οἱ ὑπηρέται, καὶ ἀνήγγειλαν τῷ Ἡρῴδῃ ταῦτα πάντα. Καὶ ὀργισθεὶς ὁ Ἡρῴδης εἶπεν· « Ὁ υἱὸς αὐτοῦ μέλλει βασιλεύειν τοῦ Ἰσραήλ. » Καὶ ἀπέστειλεν πρὸς αὐτὸν πάλιν λέγων· « Εἰπὲ τὸ ἀληθές· ποῦ ἐστιν ὁ υἱός σου; οἶδας γὰρ ὅτι τὸ αἷμά σου ὑπὸ τὴν χεῖρά μού ἐστιν. » Καὶ ἀπῆλθον δὲ ὑπηρέται καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ ταῦτα πάντα καὶ εἶπε Ζαχαρίας· « Μάρτυς εἰμὶ τοῦ Θεοῦ, εἰ ἐκχέεις μου τὸ αἷμα· τὸ γὰρ πνεῦμά μου ὁ δεσπότης δέξεται, ὅτι αἷμα ἀθῷον ἐκχέεις εἰς τὰ πρόθυρα τοῦ ναοῦ Κυρίου. » Καὶ περὶ τὸ διάφαυμα ἐφονεύθη Ζαχαρίας. Καὶ οὐκ ᾔδεισαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὅτι ἐφονεύθη. E

Ἀλλὰ ἀπῆλθον οἱ ἱερεῖς εἰς τὴν ὥραν τοῦ ἀσπασμοῦ, καὶ οὐκ ἀπήντησεν αὐτοῖς κατὰ τὸ ἔθος ἡ εὐλογία τοῦ Ζαχαρίου. Καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς προσδοκῶντες τὸν Ζαχαρίαν τοῦ ἀσπάσασθαι αὐτὸν ἐν τῇ εὐχῇ καὶ δοξάσαι τὸν ὕψιστον. Χρονίσαντος δὲ αὐτοῦ ἐφοβήθησαν ἅπαντες· ἀποτολμήσας δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν εἰσῆλθεν, καὶ εἶδε παρὰ τὸ θυσιαστήριον αἷμα πεπηγὸς καὶ φωνὴν λέγουσαν· « Ζαχαρίας πεφόνευται, καὶ οὐκ ἐξαλειφθήσεται τὸ αἷμα αὐτοῦ ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ἔκδικος αὐτοῦ. » Καὶ ἀκούσας τὸν λόγον ἐφοβήθη, καὶ ἐξῆλθε, καὶ ἀνήγγειλε τοῖς ἱερεῦσιν. Καὶ τολμήσαντες εἰσῆλθον καὶ εἶδον τὸ γεγονός, καὶ τὰ φατνώματα τοῦ ναοῦ ὠλόλυξαν, καὶ αὐτοὶ περιεσχίσαντο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ οὐχ εὗρον, ἀλλ' εὗρον τὸ αἷμα αὐτοῦ λίθον γεγενημένον. Καὶ φοβηθέντες ἐξῆλθον, καὶ ἀνήγγειλαν παντὶ τῷ λαῷ ὅτι Ζαχαρίας πεφόνευται. Καὶ ἤκουσαν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τοῦ λαοῦ, καὶ ἐπένθησαν αὐτὸν καὶ ἐκόψαντο τρεῖς ἡμέρας καὶ τρεῖς νύκτας. Μετὰ δὲ τὰς τρεῖς ἡμέρας ἐβουλεύσαντο οἱ ἱερεῖς τίνα ἀντ' αὐτοῦ στήσουσιν, καὶ ἀνέβη ὁ κλῆρος ἐπὶ Συμεών· οὗτος γὰρ ἦν ὁ χρηματισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μὴ ἰδεῖν θάνατον ἕως ἂν ἴδῃ τὸν Χριστὸν ἐν σαρκί (4). F

libellus copticus ignotae originis,

32. *Huic subiungimus narrationem contextam homiliae cuidam copticae incerti scriptoris, e qua non supersunt nisi fragmenta.*

E codice qui dictus est " Lord Crawford's Sahidic MS. N° 36 „ p. ⲧⲛⲁ-ⲧⲛⲍ (5).

ϨⲎⲢⲰⲆⲎⲤ ⲆⲈ ⲚⲈϤⲘⲈⲈⲨⲈ ⲈЇⲰϨⲀⲚⲚⲎⲤ ⲚϢⲎⲢⲈ ⲚⲌⲀⲬⲀⲢⲒⲀⲤ ⲠⲞⲨⲎⲎⲂ ϪⲈ ⲚⲦⲞϤ ⲠⲈ ⲚⲦⲀⲘⲘⲀⲄⲞⲤ ⲈⲒ ⲈⲦⲂⲎⲎⲦϤ ⲀϤϪⲞⲞⲨ ⲈⲠⲈⲈⲢⲠⲈ ϢⲀ ⲌⲀⲬⲀⲢⲒⲀⲤ ⲠⲞⲨⲎⲎⲂ ⲈϤⲘⲈ ⲈⲨⲈ ϪⲈ ⲘⲈϢⲀⲔ ϤⲚⲀϨⲈ ⲈⲠϢⲎⲢⲈ ⲔⲞⲨⲈⲒ ЇⲰϨⲀⲚⲚⲎⲤ ⲘⲠⲈϤϨⲈ ⲈⲢⲞϤ . ⲀⲨϪⲚⲞⲨϤ Ⲛ

(1) Eb. NESTLE, *Die dem Epiphanius zugeschriebenen Vitae Prophetarum* (Tübingen, 1893), p. 34. — (2) Ibid., p. 35. — (3) Sup. num. 24, p. 11. — (4) *Protevangelium Iacobi*, cap. XXII-XXIV, TISCHENDORF, op. cit., p. 42-49. — (5) De hoc codice, qui nuper transiit in *the Rylands Library* (Manchester), vide J. ARMITAGE ROBINSON, *Coptic apocryphal Gospels* (*Texts and Studies*, vol. IV, N° 2), Cambridge, 1896, p. XXII-XXIII. Cf. W. E. CRUM, *Catalogue of the Coptic Manuscripts in the British Museum* (London, 1905), cod. N° 257, p. 114.

Auctore P. P.

A ϭⲓ ⲛⲉⲛⲧⲁⲩⲧⲛ̄ⲛⲟⲟⲩⲥⲟⲩ ⲛ̄ⲥⲁ ⲡ̄ϣⲏⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ̈ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲛ̄ ϩⲏⲣⲱⲇⲏⲥ ϫⲉ ⲉⲣⲉⲡⲉⲕϣⲏⲣⲉ ⲧⲱⲛ ⲁϥⲧⲁⲙⲟⲟⲩ ⲛ̄ϭⲓ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ϫⲉ ⲁ ⲧⲉϥⲙⲁⲁⲩ ϥⲓⲧϥ̄ ⲁⲥⲡⲱⲧ ⲉⲧⲉⲣⲏⲙⲟⲥ ⲁⲥ ϩⲟⲡϥ̄. ⲁϥϭⲱⲛⲧ̄ ⲛ̄ϭⲓ ϩⲏⲣⲱⲇⲏⲥ ⲁϥϫⲟⲟⲩ ⲛ̄ϩⲉⲛⲣⲉϥϩⲱⲧⲃ ⲁⲩϩⲱⲧⲃ̄ ⲛ̄ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲉϥϣⲟⲟⲡ ϩⲙ̄ⲡⲉϣⲗⲏⲗ ⲙ̄ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ . ⲁⲩϥⲓ ⲙ̄ⲡⲉϥⲥⲱⲙⲁ ⲁⲩϩⲟⲡϥ̄ ϩⲛ̄ ⲧⲉⲩϣⲏ . ⲁⲩⲱ ⲙⲡⲉⲗⲁⲁⲩ ⲛ̄ⲣⲱⲙⲉ ⲛⲁⲩ ⲉⲡⲉϥⲥⲛⲟϥ . ϩⲏⲣⲱⲇⲏⲥ ⲟⲛ ϩⲓⲧⲙ̄ ⲡ̄ϭⲱⲛⲧ̄ ⲉⲧⲛ̄ⲙ̄ⲙⲁϥ ⲁϥϫⲟⲟⲩ ⲉⲛⲧⲟϣ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̄ⲃⲏⲑⲗⲉⲉⲙ ⲙⲛ̄ ⲡⲉⲥⲕⲱⲧⲉ . ⲁⲩⲧⲱⲣⲡ̄ ⲛ̄ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ ϣⲏⲙ ϫⲓⲛ ⲣⲟⲙⲡⲉ ⲥⲛ̄ⲧⲉ ⲉⲡⲉⲥⲏⲧ ⲁⲩⲱ ⲁⲛⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ ⲛ̄ⲧⲟⲩ ϣⲁ ϩⲏⲣⲱⲇⲏⲥ ⲁϥⲟⲩⲉϩ ⲥⲁϩⲛⲉ ⲉⲕⲟⲛⲥⲟⲩ ⲙ̄ⲡⲉϥⲙ̄ⲧⲟ ⲉⲃⲟⲗ . ⲁⲩϩⲱⲡ ⲇⲉ ⲟⲛ ⲛ̄ⲓ̈ⲱϩⲁⲛⲛⲏⲥ ⲙ̄ⲡϥ̄ϩⲉ[1] ⲉⲣⲟϥ ⲛ̄ϭⲓ ϩⲏ
B ⲣⲱⲇⲏⲥ[2] ⲉⲧⲣⲉϥⲙⲟⲟⲩⲧϥ̄ ⲙⲛ̄ ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ ⲕⲟⲩⲓ̈ ⲉⲛⲧⲁϥⲕⲟⲛⲥⲟⲩ ⲁⲩⲱ ⲁⲩϩⲱⲡ[3] ⲟⲛ ⲛ̄ⲛ̄ⲥⲱⲙⲁ ⲛ̄ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ ϣⲏⲙ ⲙⲛ̄ ⲡ̄ⲥⲱⲙⲁ ⲛ̄ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡⲟⲩⲏⲏⲃ . ⲱ ⲟⲩⲛⲟϭ ⲡⲉ ⲛ̄ϩⲓⲥⲉ ⲙⲛ̄ ⲧ̄ⲗⲩⲡⲉⲓ ⲉⲧⲙ̄ⲙⲁⲩ . ⲁⲡϩⲁⲙⲏⲣ ⲛ̄ⲧⲉⲩⲙⲁⲁⲩ ⲕⲱ ⲉⲃⲟⲗ ⲛ̄ⲁⲧϣⲏⲣⲉ ...

[1] Cod. ⲛ̄ⲡϥ̄ϩⲉ. — [2] Cod. ϩⲏⲇⲏⲥ. — [3] ⲩ add. al. man.

Herodes autem sibi persuasit Iohannem filium Zachariae sacerdotis eum esse cuius causa Magi advenerant. (Nuntios) igitur in templum misit ad Zachariam sacerdotem, ratus se fortasse potiturum parvulo Iohanne, neque hunc invenit. Illum ergo (Zachariam) de puerulo interrogarunt qui ab Herode missi fuerant, dicentes: " Ubinam est filius tuus? „ (Haec) nuntiavit eis Zacharias : " Accepit eum mater eius, aufugit in solitudinem eumque abscondit. „ Iratus est Herodes sicariosque misit ; qui Zachariam occiderunt,
C cum preces ad Deum funderet; sublatumque corpus eius hac ipsa nocte sepelierunt, neque ullus hominum sanguinem eius vidit. Herodes autem ut erat iratus, (satellites) misit in regiones Bethlehem eiusque viciniae. Qui bimos infantes hisque minores rapuerunt et ad Herodem adduxerunt. Hic eos coram se interfici iussit. Iohannes autem occultus erat, neque eo potitus est Herodes ut eum occideret cum parvulis quos iugulaverat. Corpora vero infantium cum corpore Zachariae sacerdotis sepulta sunt (1). O quam magnus hic dolor fuit planctusque! Solvebantur gremia matrum illorum liberis orbarum... (2).

Iacobus Edessenus,

33. *Tertiam formam eiusdem historiae nobis exhibet rescriptum Iacobi episcopi Edessaei exeunte saeculo septimo datum " ad interrogationes XVIII Iosue stylitae „ (3). Istud quatenus ad nostram quaestionem attinet e syriaco sermone transtulimus.*

Septima quaestio tua interrogavit quis ille sit Zacharias qui occisus est inter adytum et altare et quae fuerit causa mortis eius. Non fuit ille qui occisus est Zacharias filius Ioiadae sacerdotis, qui tempore Ioas regis Iuda interemptus est, sed Zacharias filius Barachiae, qui est pater Iohannis Baptistae. Necis eius causa, ut breviter dicamus, eiusmodi fuit. Cum venissent Magi in Iudaeam tempore quo natus est Christus, commotaque essent Hierosolyma universa, sicut scriptum est in Evangelio, arcessivit eos etiam Herodes et collocutus cum eis dimisit eos dicens : " Ite et explorate. Cum autem inveneritis, ad me revertimini. „ Illi vero abeuntes eum reliquerunt neque ad eum redierunt. Qui percitus ira, quod ab illis irrisus esset, iterum et a sacerdotibus et ab uno quoque percontatus est ubi Christus nasciturus esset. Et cum hac de causa saeviret et furore incalesceret, unus ex iis qui consistebant coram illo dixit ei : " In vicinia nostra, ubi habito, in hac civitate, ante hunc annum natus est infans quidam e genere sacerdotali. Porro multos audivi qui dicerent hunc esse Messiam. „ Interrogavit Herodes cuius hic filius esset. Respondit ille eum filium esse E
Zachariae sacerdotis. Cum igitur Herodes, misso nuntio, Zachariam arcessivisset, interrogavit eum: " Ubi est, inquit, filius tuus? „ Respondit ille : " Infans in domo mea est apud matrem suam. „ Ille autem (Herodes) una cum Zacharia satellites armatos mittens ei dixit : " I, filiumque tuum huc mihi affer; quem nisi actutum attuleris, mala morte morieris. „ Cum autem unus ex iis qui astabant et quae dicerentur audiebant, rem intellexisset, festinavit ad Elisabeth eamque totius negotii certiorem fecit. Quae parvulum Iohannem in ulnis suis confestim accepit, domoque sua atque adeo ex urbe Hierosolymis se subducens eum transtulit in solitudinem Ziph (4). Ibi occulti manserunt uterque, ibi mortua est illa, ibique Iohannes educatus est. Postquam autem Zacharias cum militibus, qui cum eo missi erant ab Herode, domum suam advenisset, neque filium suum neque eius matrem repperit; metuensque mortem quae sibi intentata erat, in adytum confugit. Cum autem id cognovisset Herodes, missis (satellitibus), eum occidit inter adytum et altare, in loco ubi consistebat, sicut scriptum est in Evangelio. Haec fuit causa F
cur interficeretur Zacharias sacerdos filius Barachiae. Eodem tempore quo necatus est Zacharias, (Herodes) iratus mortis sententiam edixit quoque in illos infantes qui erant Bethlehem.

Salomo Bassorensis,

34. *Quarta forma, quam Salomo episcopus Bassorensis nestorianus inseruit in opere quod inscripsit* ܕܒܘܪܝܬܐ (Apem), *neque specie sua neque auctoris aetate (c. an. 1222) perantiquam originem prodit. Cum tamen iudaici archetypi nativam similitudinem multo melius quam ulla alia retinuerit, non videtur hoc loco omittenda* (5) :

Numerus infantium quos interfecit (Herodes) fuit milia duo; sunt etiam qui dicant mille et octingenti. Cum autem quaereretur Iohannes filius Zachariae, auferens eum pater eius adduxit ante altare, manum ei imposuit sacerdotiumque tradidit. Tum dimisit eum in mediam solitudinem. Itaque cum Iohannem non invenirent, Zachariam

(1) Reliquiae S. Zachariae una cum reliquiis SS. Innocentium Constantinopoli colebantur. Vid. infra, num. 87. — (2) Idem comma anglice translatum est a I. Armitage Robinson, op. cit., p. 236. — (3) Syriace editum a W. Wright, *Two epistles of Mâr Iacob, Bishop of Edessa*, Journal of Sacred literature, 1867, p. 15-17 textus syriaci: ܡܐܠܦ ܕܝܢ ܡܟܣܝܐ ܠܐܕܝ ܕܐܝܠܝ ܕܩܪܝܢ ܐܠܦܘܢܣܘܢ ܗܘ ܕܐܬܡܗܠ... — (4) Prope urbem eiusdem nominis, ad meridiem Hebron. — (5) Ern. A. Wallis Budge, *The Book of the Bee* (*Anecdota Oxoniensia*, Semitic series, Vol. I, Part. II), Oxford, 1886, p. 95 textus syriaci (anglice, p. 86).

patrem

Auctore P. P.

patrem eius occiderunt inter vestibulum et altare. Ferunt ex eo die quo Zacharias interfectus est, ebullivisse eius sanguinem, donec adveniret Titus Vespasiani filius; a quo ter centena milia hominum trucidatos esse Hierosolymis; tum resedisse illius sanguinis aestum. Nathanael quoque infantem eripuit pater eius involutumque deposuit sub arbore fici...

Synaxarium alexandrinum.

35. *Notatu dignum est non absimilem historiam exceptam esse synaxario alexandrino, unde et in aethiopicum*(1) *transiit. In utroque subicitur alteri narrationi velut opinio quaedam singularis* (2):

Ferunt etiam aliquem e Iudaeis dixisse Herodi, postquam hic infantes occidisset: " Natus est filius Zachariae sacerdoti, angelo divinitus praenuntiante. Fortasse hic est Messias ". Milites itaque misit qui puerum occiderent. Quibus dixit Zacharias : " Hunc equidem puerum alicunde accepi ; venite mecum et eum inde accipite ". Qui secuti sunt eum usque dum in templum ingressus est. Ille autem deposuit eum (Iohannem) super verticem (pinnaculum) templi, ubi annun- B tiatus ei fuerat. Et abstulit eum angelus in solitudinem Ziphata. Itaque milites cum eo non potiti essent, occiderunt Zachariam patrem eius. Propter quam causam Iudaeis dixit Dominus : " Veniet super vos sanguis Zachariae filii Barachiae quem occidistis inter templum et altare; vos quippe eius necis causa fuistis ".

Fabulae ab aliis aliter

36. *Iamvero cum unius eiusdemque historiae multiformem hanc varietatem consideremus, haec primo aspectu probabilia videntur.*

Narrationi Salomonis Bassorensis admixtae sunt ineptiae quae non nisi sequiore aetate suboriri potuerunt. Hanc referens vir litterarum orientalium doctissimus unus, Ioseph Assemani, communem in ea Syrorum traditionem exhiberi testatur (3). *Multi tamen aegre animum inducent ut sine discrimine id admittant. Collatum semestri infantulo Iohanni pontificatum Iacobus Edessaeus aut non audivit aut non credidit ; qui nec Zachariam summum sacerdotem fuisse vulgari opinioni assentitur. Resciscere iuvaret num id Bassorensis addiderit ex eodem libro, quem secutus rabbinorum fabulas de cruore Zachariae filii Ioiadae tam aperte imitatus est. Quod autem in reliqua narra-* C *tione propius accedant scriptor nestorianus et synaxaria monophysitarum, causa et ratione certe non vacat. Fortasse unum idemque documentum aliter ab utroque contractum est.*

auctae vel mutatae

37. *Edessaeus contra pervagatam historiam liberiore stilo persequitur. Facta dictave addidit quae animis legentium rem vividius exhiberent ; de suo an aliunde, incertum. Quod Zacharias ex timore apud altare confugerit, legitur etiam in Menologio Basilii adeoque videtur ex graeco fonte haustum* (4). *Neque sine miro casu Iacobus, nemine antegresso, excogitasset a Iudaeo quodam nomen Iohannis Herodi fuisse delatum ; quod idem in alio monumento repperit Bassorensis. Res levior et per se obvia facile irrepere potuit in aliquam recensionem antiquioris historiae.*

D

38. *Ad copticam narrationem quod attinet, non aliter haec discrepat a protevangelio nisi erroribus huiusmodi, quos scribae maxime coptici alienas sententias carptim referentes diligentius cavere non solent. Neque nos moveat quod a scriptore dicitur, Zachariae sanguinem nemini visum esse. Id enim solummodo indicat in exemplari memoratum fuisse portentum sanguinis in lapidem conversi ; cum qua mentione Aegyptius noster, universa refragante traditione, inepte conflavit verba quae de cadavere Zachariae proxime subdebantur :* τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ οὐδαμοῦ εὑρέθη, *vel quid simile.*

fons alienus a Protevangelio.

39. *Quae cum ita sint, cuncta indicia eo vergunt ut scriptae narrationes omnes quae idem argumentum aliae aliter persequuntur, ab ea forma videantur esse profectae qualis habetur in protevangelio. Cave tamen inde concludas ab hoc opere primum fluxisse traditionem, quam vocant, litterariam ; quippe historia nostra neque pertinet ad partem antiquiorem protevangelii, neque velut destinato consilio ficta est ut isti adiceretur. Et re quidem vera ab ea compage protevangelii quam* E *novit Origenes afuisse totam eam partem in qua de familia Praecursoris exponitur, luce clarius demonstravit Berendts* (5). *Contrariam tamen sententiam constantiae causa retinuit Ludovicus Conrady* (6); *at solus, ut videtur, retinuit. Neque operae pretium foret in quaestione dirempta diutius immorari, nisi vir doctus E. Klostermann* (7) *indicasset Origenis fragmentum, unde nascitur aliqua difficultas. Sic enim versiculum Lucae 11, 54 exposuisse fertur* (8): Διὸ τῆς Ἐλισάβετ καὶ τοῦ παιδὸς ἀποτυχόντες οἱ δήμιοι κατὰ [1] τοῦ Ζαχαρίου τὸν θυμὸν ἀφιᾶσιν, ὡς λόγος· κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο γοῦν καὶ διὰ τὴν παρθένον Μαρίαν μετὰ τὸ γεννῆσαι τὸν σωτῆρα ἡμῶν· ἐλθοῦσα γὰρ προσκυνῆσαι, ἔστη ἐν τῷ τόπῳ τῶν παρθένων, καὶ κωλυόντων τῶν εἰδότων αὐτὴν γεννήσασαν, ὁ Ζαχαρίας ἔλεγε τοῖς κωλύουσιν ἀξίαν αὐτὴν εἶναι τοῦ τόπου τῶν παρθένων, ἔτι παρθένον οὖσαν· ὡς οὖν σαφῶς παρανομοῦντα ἀπέκτειναν μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου λειτουργοῦντα καὶ θύοντα τῷ Θεῷ, καὶ ἀναμιγνύουσι τὸ αἷμα τῷ αἵματι.

non obstante Origenis

[1] Cod. καί.

F

loco spurio.

40. *Verum sine ulla pervicaciae suspicione hoc testimonium recusare licet. Nam eandem sententiam iisdem prope verbis continet paraphrasis latina translata ex Iohanne Geometra* (9). *Neque Geometres illam ab Origene surripuit, cum Origenes nihil umquam eiusmodi scribere potuerit. Nempe primos versus, quibus solis nititur argumentum, cum reliqua oratione quam pessime conecti nemo non perspicit. Quae enim causa fuisset insectandi Iohannem cum eius matre, quod Zacharias Mariam Deiparam in locum virginum admisisset? aut qua personarum commutatione repentina* τοῖς δημίοις *qui Zachariae sanguine Iohannis fugam ulciscuntur, successerunt zelotae qui Zachariam sacris*

(1) Cod. aethiop. Bibl. Nat. Paris., N° 126, fol. 10. — (2) Arabice et gallice, apud R. Basset, *Le Synaxaire arabe jacobite* (*Patrologia orientalis*, t. I, fasc. 3), p. 247-248. Arabice item editum a J. Forget, *Synaxarium alexandrinum* (*Corpus scriptorum christianorum orientalium, Scriptores arabici*, Textus, series tertia, t. XVIII, 1905), p. 13. — (3) *Bibliotheca orientalis*, t. III, 1, p. 317. — (4) Vide inf., num. 59. — (5) *Studien*, p. 37-54; cf. 106-107 ; cui suffragatus est A. Harnack, *Geschichte der altchristlichen Litteratur*, t. II, 1, p. 600-602. — (6) Qui eam tuitus est in opere quod supra indicatum est. — (7) *Theologisches Literaturblatt*, t. XVIII (1897), col. 504. — (8) Apud Gallandi, *Bibliotheca veterum Patrum*, t. XIV (Venetiis, 1781), append. p. 103. Ex codice Veneto. — (9) B. Corderius, *Catena graecorum Patrum in Lucam* (Antverpiae, 1627), p. 331. Cf. Berendts, *Studien*, p. 107-108; ubi paulo festinantius Geometram accenset iis qui narrationem protevangelii cum traditione Origeniana compingere voluerunt. Iohannes Geometres, qui et Kyriotes cognominatus est, scripsisse putatur inclinante saeculo X.

operantem

A *operantem trucidarent* λειτουργοῦντα καὶ θύοντα τῷ Θεῷ? *Tandem omnis dubitatio solvitur si cum primis et postremis versibus huius pericopae, graecum contuleris exemplum eiusdem loci Iohannis Geometrae :* διὸ τῆς Ἐλισάβετ καὶ τοῦ παιδὸς ἀποτυχόντες οἱ δήμιοι κατὰ τοῦ Ζαχαρίου τὸν θυμὸν ἀφιᾶσιν, ὡς λόγος, καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ θυσιαστηρίῳ λειτουργοῦντα καὶ θύοντα τῷ θεῷ, θύουσι καὶ ἀναμιγνύουσι τὸ αἷμα τῷ αἵματι (1). *In hanc sententiam, dispositis, ut poterat, commissuris, falsarius aliquis ignotus inseruit fragmentum commentarii Origenis in Matthaeum, sumptum ex ipso loco qui supra allatus est* (2). *Quod fragmentum scholasticus nescio quis vel librarius, cum in eclogariis aut ubivis repperisset, una cum verbis Geometrae, quibus assutum fuerat, agnovit cuiusnam illud esset, ac perfacili errore Origenis etiam nomine inscripsit versus illos dispares quibus fragmentum interpolatum continuabatur. Cui explicatio eiusmodi non placuerit, aliae multae in promptu sunt; at omnium difficillima est ut credamus Origenem commentationem suam tam inepte permiscuisse cum alia opinione,* B *de qua plane reticuerat, ubi haec erat memoratu maxime opportuna.*

immo protevangelio antiquior

41. *Iam vero si Zachariae historia protevangelio non innata sed adventicia est, assumi etiam potuit ex opere quod antea seorsum exstitisset. Quod etsi tacite negarunt complures viri docti, qui velut ex anticipata sententia protevangelio usos esse opinabantur quotquot ex antiquis scriptoribus hanc historiam memorant* (3), *non levia tamen indicia nunc suadent narrationem protevangelii fluxisse ab alia vetustiori. De hac quaestione cum nostra non maximi referat, perpauca hic attigisse satis erit.*

esse demonstratur

42. *Ex documentis quae mira cum eruditione collegit Berendts* (4), *apparet ante saeculum quintum nullum afferri posse scriptorem certae aetatis, qui Zachariae historiam e protevangelio hausisse videatur. Primus omnium eam memoravit Petrus Alexandrinus in epistula canonica, cuius membra intercisa in commentariis Zonarae et Balsami — pessimum conditorium! — sepulta sunt* (5). *At Petrus nec comperitur alias protevangelio usus esse, neque res eo modo exponit, ut narratio Pseudo-Iacobi ulla peculiari similitudine agnoscatur.* C *Attamen, quod Zachariam occisum fuisse dicit* μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, *cum in protevangelio nihil tale habeatur, per se non multum valet* (6). *Haec enim verba ex evangelio Matthaei inserta fuisse crederes, nisi idem additamentum reperiretur in aliis fontibus ad quos Petrus adire potuit.*

certioribus testibus.

43. *Succedunt alia opera spuria eademque incertae aetatis, quae omnia ad unum excludit Berendts, neque iniuria. Narrationem Pseudo-Iacobi primum agnoscere sibi videtur vir doctissimus apud ignotum illum chronographum saeculi quinti exeuntis qui dictus est Barbarus Scaligeri* (7). *Verum equidem idipsum addubitaverim. Etenim brevis mentio Zachariae quae legitur apud Barbarum nullam notam prae se fert quae falso Iacobo propria sit; immo narrandi ordine propius abest ab aliis documentis, quorum vestigia supersunt. Cum quibus ut conferri possit, exscribimus hic paucos versus Barbari quae ad historiam nostram pertinent.*

AUCTORE P. P.

Barbarus Scaligeri

Audiens autem Herodes a Magis quoniam rex natus esset, conturbatus est et omnes Hierusolima cum eo. Et videns quia inlusus esset a Magis, misit homicidas suos dicens eis : " Interficite omnes pueros a bimatu et infra. „ Herodes autem quaerebat Iohannem et misit ministros ante altarem ad Zachariam dicens illi : " Ubi abscondisti filium tuum? An ignoras quia potestatem te habeo occidendi, et sangui tuus in manibus meis est? „ Et dixit Zaxarias : " Ego testes sum Dei viventis. Tu effundis sanguinem meum, spiritum autem meum Dominus recipiet „. Et sub aurora occisus est Zacharias .... Elisabeth autem cognoscens quia querebatur Iohannes, adprehendens eum ascendit in montana et aspiciebat ubi eum absconderet, et non erat locus abscondendi. Tunc suspirans Elisabeth exclamavit dicens : " Mons Dei, suscipe me matrem cum filio „. Et statim scissus est mons E et recepit eos (8).

usus est non protevangelio sed alio libello,

44. *Porro ex omnibus aliis locis Barbari, quos Carolus Frick in editione sua accuratissima cum protevangelio contulit* (9) *nullus est qui non aliunde transferri potuerit. Immo vix non evidenter constat Barbarum usum esse libello quodam alio atque opere falsi Iacobi, in quo continebatur etiam historia Zachariae. Exemplo sit haec sententia absona :* " ... dominus noster Iesus Christus natus est sub Augusto, VIII kal. Ianuar.; in deserto natus est cuiusdam nomine Fuusdu, quod est Eusebii ... „ (10). *Cum his conferri iubemur Protev. C. XVIII, 1 :* καὶ εὗρεν σπήλαιον (ὁ Ἰωσήφ) καὶ εἰσήγαγεν αὐτήν, *id est Mariam. Quis tamen neget multum interesse inter utramque sententiam? Atqui coptica illa homilia cuius excerptum antea dedimus* (11) *de eodem argumento haec habet :* Locus erat desertus, in quo prope viam inerat sepulcrum (ⲟⲩⲙϩⲁⲩ). Huc Ioseph Virginem adduxit.... „ (12). *Haud inepte fingas in archetypo, quod exscripsit Aegyptius noster, nominatum hic fuisse hominem cuius esset hoc monumentum. Contra plane absurdum est deserti loci erum nominatim designari. Num igitur credemus hoc nomen* Fuusdu *a Barbaro protevangelium exscribente sine causa ultro et sponte fuisse additum? Certe veri multo similius est ei praesto fuisse libellum aliquem, qualem exstitisse ostendit oratio illa coptica; quem dum contrahit, mentio sepulcri praeter alia permulta, festinante calamo, intercidit. Neque temere id nobis sumimus : constat enim aliunde Alexandrina quaedam chronica a Barbaro fuisse expilata* (13).

cuius vestigia

F

alibi etiam servata

45. *Ex eodem fonte fluxisse videtur alia commentatio coptica quae inscribitur :* ⲧⲙⲁⲣⲧⲩⲣⲓⲁ ⲙⲡⲁⲅⲓⲟⲥ ⲁⲡⲁ ⲍⲁⲭⲁⲣⲓⲁⲥ ⲡⲟⲩⲏⲃ ⲛ̄ⲥⲟⲩ

(1) Apud MAI, *Scriptorum veterum nova collectio*, t. IX, Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν, p. 682. — (2) Num. 20, p. 10. — (3) H. GELZER, *Sextus Iulius Africanus und die byzantinische Chronographie*, t. II (Leipzig, 1885), p. 327 et seq.; M. N. SPERANSKIJ, Славянскія апокрифическія евангелія (*Evangelia slavonica apocrypha*), in Труды восьмаго Археологическаго Съѣзда въ Москвѣ, 1890, t. II (Mosquae, 1895), p. 163; C. FRICK, *Chronica minora*, vol. I (Lipsiae, 1892), p. CCVIII; cf. pp. 337, 339, 341, 343, 345, 347. — (4) *Studien*, p. 38-44; cf. p. 106-107. — (5) *P.G.*, t. XVIII, p. 504. — (6) De hoc additamento aliter argumentatur Berendts, l. c., p. 39. — (7) L. c., p. 44. — (8) Th. MOMMSEN, *Chronica minora saec. IV. V. VI. VII*, t. I (*MG.*, Auct. ant. t. IX, Berolini, 1892). p. 278-79; FRICK, op. cit., p. 338-40. — (9) Locis modo indicatis, annotatione 3. — (10) MOMMSEN, l. c., p. 278; FRICK, p. 338, cf. p. 339, annot. 12. — (11) Vide num. 32, p. 12. — (12) Vide ROBINSON, *Coptic apocryphal Gospels*, p. 196. — (13) Vide FRICK, p. CCIX.

AUCTORE P. P.

ϣⲙⲟⲩⲛ ⲙⲡⲉⲃⲟⲧ ⲑⲱⲑ (*ita cod.*) ϩⲛ ⲟⲩⲉⲓⲣⲏⲛⲏ ⲛⲧⲉ ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ (Passio sancti domni Zachariae sacerdotis, die octavo mensis thout. In pace Dei). *Ex huius fragmentis, quae continentur in foliis aliquot laceris codicis Parisiensis 129/17, fol. 11ʳ, pleraque edita sunt ab Eugenio Revillout* (1). *Videndum tamen est num ista oratio propter inanem facundiam, quam manifesta indicia produnt, inter Acta amplificata S. Zachariae amandanda sit.*

Alexandrinam originem produnt.

46. *Quae hactenus assecuti sumus, partim dubia partim certa, nunc summatim complectamur :* a) *Cruentatae rupis portentum, quod sub regibus Iuda in caede Zachariae filii Ioiadae contigisse dictitabatur, christiani simpliciores, sicut mos est vulgi, ad notiorem sibi Zachariam transtulerunt, quem occisum fuisse in templo ex oraculo quodam Christi indubitanter sibi persuaserant. Iamque interpolato veteris fabulae argumento, narrari coeptum est quomodo in rubente illo saxo patrem Iohannis Herodes trucidasset.* — b) *Innovatae historiae vestigia scripta primum cernuntur apud* B *Petrum Alexandrinum, qui obiter eam memoravit sicut rem legentibus iam aliunde cognitam. Huic mentioni necessario antecessit libellus aliquis alius atque ea narratio, quae posteriore tempore protevangelio adiuncta est.* — c) *Eandem historiam primus post Petrum Alexandrinum, interiectis annis circiter ducentis, rettulit scriptor in rebus Alexandrinis praecipue versatus. Hic etiam prae manibus habuisse videtur non protevangelium, sed libellum aliquem non absimilem ei cuius lineamenta in oratione quadam coptica agnoscuntur.* — *Quae omnia qui perpendens simul recordetur istam alteram de Zacharia fabulam Origenem, ut videtur, fugisse, haud scio an probabiliter iudicaturus sit hanc historiam Alexandriae inclinante saeculo tertio litteris primum fuisse commendatam. Atque haec, ut in re perobscura, dubitanter dicta sunto.*

§ V. De passionibus S. Zachariae amplificatis.

Actorum, quae hactenus innotuerunt,

47. *Dicendum iam foret de Passionibus auctis vel interpolatis, nisi cl. vir Alexander Berendts, a quo istarum corpus proxime editum iri modo diximus, tam diu ac tanto studio hanc silvam explorasset, ut illo uno non praeeunte, nemo prudens eam ingredi nunc audeat. Cum quo etiam si eruditione contendere possemus, iniquum tamen duceremus in aliena provincia pabulari. Ignoscatur itaque nobis quod, postquam ab horum Actuum editione adornanda iustissimis causis deterriti sumus, ineptum censuerimus de iisdem quasi hariolando disserere. Quae hactenus sine temeritate proferri possunt, nec multa sunt nec magni momenti.*

varietas quadripertita.

48. *Plerique libelli graeci in quibus de Zachariae vita et exitu exponitur, non eius nomine sed Iohannis filii eius inscribuntur. Horum satis amplam multitudinem collegit Berendts, quam quadripertita distributione recenset* (2). *Prima forma exhibetur codice 1007 bibliothecae publicae Atheniensis,* D *(codex chartaceus, saec. XVII, fol. 372, 0,21 × 0,13)* (3). *In eo habetur (fol. 210-213ʳ)* Γέννησις καὶ τελείωσις τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου καὶ βαπτιστοῦ καὶ πατρὸς αὐτοῦ Ζαχαρίου. *Cuius documenti specimina nonnulla dedit Alexander Kirpitschnikoff* (4). *Ad hanc formam rettulit Berendts textum chirographi Messanensis 30, quem tamen non noverat nisi ex nostro catalogo codicum hagiographicorum graecorum Monasterii S. Salvatoris* (5) : Μαρτύριον καὶ τελείωσις τοῦ ἁγίου προφήτου Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς τοῦ Προδρόμου. *Non inscitam esse hanc docti viri coniecturam nobis ostendit apographum eiusdem exemplaris Messanensis, quod operi Bollandiano perhumaniter paravit S. Rossi.*

Prima classis

Codices Atheniensis et Messanensis

cum slavonicis apographis conferendi.

49. *Huius narrationis pars quae pertinet ad Zachariam recepta est in utraque recensione Menaeorum ecclesiae moscovitae slavonica lingua scriptorum, ad diem quintum septembris* (6). *Praeter editionem typis excusam Menaeorum quae dicuntur maiorum et a metropolita Macario composita sunt, permultos codices manuscriptos scrutatus est Berendts eosque inter se et cum Atheniensi* E *codice graeco diligentissime contulit. E variis lectionibus quas adnotavit plane constat slavonicas versiones fluxisse ex archetypo graeco alio atque exemplari Atheniensi. Num ex eadem graeca narratione omnes ortae sint, definiri non potest. Neque, ut nunc se res habet, periculo vacat divinare quae discrepantiae a slavicis amanuensibus primum inductae sint, quae in archetypo illo graeco iam exstiterint. Exemplo sint errores duo codicis Atheniensis, quos Berendts a translatore slavico primum correctos putat* (7) ; *eos enim abesse videmus a codice graeco Messanensi.*

Eurippius

50. *Hic etiam non parum recedit a slavonicis versionibus, etsi in quibusdam propius ab istis abest quam codex Atheniensis. Cum praeterea uterque sit turpissima barbarie foedatus, immaturus in praesentia conatus foret textum in pristinam formam restituere velle. Scripta est haec narratio ab homine ignoto qui se discipulum Iohannis Baptistae fuisse mentitur, Eurippium nomine vel Herpium* (Ἕρπιος), *si codicis Atheniensis corruptam scripturam anteponas.*

commentum de baptismate Zachariae

51. *Ceteris omissis, quae antiquiori traditioni vix quidpiam addunt, exscribimus hic portentosam narratiunculam quo Christus Zachariam a mortuis parumper excitatum baptizasse fingitur (cod. Atheniensis, apud Kirpitschnikoff)* (8).

Γενομένου δὲ τοῦ Ἰωάννου ἡμέρας μ´ ὁ Κύριος ἐλθὼν ἀπὸ Αἰγύπτου σὺν Γαβριὴλ τῷ ἀρχαγγέλῳ [1] ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ προσέταξεν τῷ Οὐριὴλ [2] καὶ ἤγαγεν ἐκεῖσε [3] τὸν Ἰωάννην νύκτα· καὶ ἐλθόν[των] αὐτῶν ἀμετρήτων οἱ δ' δυνατοὶ Μιχαήλ, Γαβριήλ, Οὐριὴλ καὶ Ῥαφαήλ, ἐν οἷς που ἦν [4] ὁ Κύριος, καὶ ἤγαγον τὸ σκήνωμα Ζαχαρίου, καὶ ἐνεφύσησεν αὐτῷ πρὸς ζωὴν ὁ Κύριος καὶ ἀνάσταντες πρὸς λειτουργίαν [5] ἐτρέποντο καὶ προσέταξεν ὁ Κύριος καὶ ἐξέβλυσεν πηγὴ ὕδατος, ὅπου τὰ ἅγια ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ· καὶ ἐβάπτισεν ἐκεῖ τὸν Πρόδρομον Ἰωάννην καὶ τότε βαπτίζει τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν [6], καὶ

(1) *La sage-femme Salome*, JOURNAL ASIATIQUE, 10ᵐᵉ série, t. V (1905), p. 456-59. Cf. E. REVILLOUT, *Les Apocryphes coptes*, I (*Patrologia orientalis*, t. II, fasc. 2), p. 165, annot. — (2) *Die handschriftliche Ueberlieferung*, p. 1-15. Quintam classem, de qua vir clarissimus exposuit, p. 15-17 (*Die dem Marcus zugeschriebene Erzählung*), omittimus ut quae ad solum Iohannem Baptistam pertinere videatur. — (3) A. SAKKELION, Κατάλογος τῶν χειρογράφων τῆς ἐθνικῆς βιβλιοθήκης τῆς Ἑλλάδος (Athenis, 1892), p. 180. — (4) Византійскій Временникъ, t. I (1894), p. 185-86. — (5) *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 42. — (6) Великія Минеи Четіи. Сентябрь. Дни 1-13 (Памятники славяно-русской писменности, Petropoli, 1868), col. 278-81. Quod elogium italicis litteris transcriptum et germanice translatum est a BERENDTS, *Studien*, p. 71-80. — (7) *Die Ueberlieferung*, p. 42-43. — (8) L. c., p. 186.

ἔκραξαν

A ἔκραξαν οἱ ἄγγελοι· « ἀμήν· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος ὁ Θεὸς ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου δόξης· ὅτι τὸ δόγμα τοῦτο[7] ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων[8] ἐστὶν καὶ τὸ[9] λουτρὸν οὐράνιον. » Καὶ πάλιν[10] εἶπεν· « ἀμήν. » Τότε προσέταξεν ὁ Κύριος καὶ κηδεύουσιν οἱ ἄγγελοι τὸ σῶμα Ζαχαρίου καὶ ἔθαψαν αὐτὸ ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου· καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἀπῆλθεν ὁ Κύριος <σὺν τῷ> Γαβριὴλ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Ἰωάννης σὺν τῷ Οὐριὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι ἐν στιγμῇ χρόνου ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἐγένοντο τὰ μεγάλα ταῦτα.

[1] Cod. τοῦ ἀρχαγγέλου. — [2] Θυριήλ. — [3] ἐκεῖσαι. — [4] ἔνε. — [5] λειτουργίας. — [6] Ζαχαρία. — [7] τοῦτον. — [8] φωνῶν. — [9] τοῦ. — [10] πάλλιν.

Codex Messanensis :

Γενομένου δὲ τοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ ἐρήμῳ μηνῶν τεσσάρων[1] ἦλθεν[2] ὁ Κύριος ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου σὺν τῷ ἀρχαγγέλῳ ἐν Βεθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας ἐν τῷ ἱερῷ νυκτός· καὶ ἐξελθόντες οἱ τέσσαροι ἄγγελοι Μιχαήλ, Γαβριήλ, Οὐριήλ, Ῥαφαὴλ ἐν οἷς παρῆν καὶ ὁ Θεὸς καὶ τὸ[3] σκήνωμα Ζαχαρίου. Καὶ ἐνεφύ- B σησεν αὐτῷ ὁ Κύριος καὶ ἔδωκεν αὐτῷ πνεῦμα ζωῆς καὶ ἀναστάντες πάντες πρὸς λειτουργίαν[4] ἐτρέποντο[5]. Προσέταξεν δὲ ὁ Σωτὴρ καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ ὅπου τὰ ἅγια[6] τῶν ἁγίων ἐν τῷ ναῷ πηγὴ ἀθανασίας. Καὶ ἐβάπτισεν ἐκεῖ πρῶτον τὸν Ἰωάννην καὶ εἶθ' οὕτως βαπτίζει[7] τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν· καὶ ἔκραξαν οἱ ἄγγελοι τὸ ἀμήν[8]. Καὶ πάλιν ἔκραξαν· « ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος ὁ Θεός, ὁ καθήμενος ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ· ὅτι τὸ δόγμα τοῦτο ἐκ τοῦ πατρὸς τῶν φώτων[9] ἐστὶν καὶ λουτρὸν οὐράνιον[10] ». Καὶ πάλιν εἶπον τὸ ἀμήν. Τότε προσέταξεν[11] ὁ Κύριος τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ καὶ ἐκήδευσαν τὸ σῶμα Ζαχαρίου καὶ ἔθαψαν αὐτὸ[12] ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου. Κἀκεῖθεν ἀπῆλθεν[13] ὁ Κύριος σὺν τῷ Γαβριὴλ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὁ Ἰωάννης σὺν τῷ Οὐριὴλ ἐν τῇ ἐρήμῳ πρὸς τὴν Ἐλισάβετ. Ἡ δὲ Μαρία ἦν ἐν Αἰγύπτῳ καὶ ἡ Ἐλισάβετ ἐν τῇ ἐρήμῳ[14]. Τοῦτο δὲ συνέβη ἐν σταθμῷ ὥρας ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ. Καὶ ταῦτα τὰ μεγαλεῖα ἐγένοντο.

[1] Cod. τεστάρων. — [2] ἥλθεν. — [3] τῷ. — [4] λυτρυγίαν. — [5] ἐτέρποντο. — [6] ἁγία. — [7] βαπτίξει. — [8] ἀμὴν. — [9] φότων. — [10] ὁ ὑιον (?). — [11] πρὸς ἔταξεν. — [12] αὐτῶ. — [13] κακεῖθεν ἀπῆλθην. — [14] ἐρέμῳ.

C

aliunde arcessivit :

52. *Absurdae huic fabulae alias eiusdem generis anteivisse, non importune notavit A. Kirpitschnikoff* (1) *qui conferre iubet libellum* τοῦ ἐν ἁγίοις Θεοδορίτου ἐπισκόπου Τύρου (*sic*) περὶ τοῦ βαπτίσματος τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῆς Θεοτόκου, *inter* selecta ad illustrationem Chronici paschalis *editum a Ludovico Dindorf* (2). *Ceterum Iohannem a Christo baptizatum fuisse, iam* in secretioribus libris manifeste ... scriptum legerat *auctor, quisquis hic fuit,* operis imperfecti in Matthaeum (3). *Baptismus a Domino Servatore Zachariae et Iohanni collatus memoratur etiam in fragmento codicis rescripti syriaci quod edidit Fridericus Schulthess et annotavit Berendts* (4). *Praeterea in luce collocavit Basilius Istrin pericopen alicuius veluti catechismi slavonici* de genuinis iisdemque ignotis Geneseos libris, *ubi facta interrogatione : " a quo, quando et ubi baptizati fuerint Zacharias praecursor et Iohannes ", responsum datur ex nostra historia* (5). *Graecum aliquod exemplar isti antegressum esse prudenter conicit Berendts* (6), *quamquam* ἐρωταποκρίσεις, *quae hactenus erutae sunt, hanc quaestionem non complectuntur.*

AUCTORE P. P.

Zachariam pro foribus templi occisum dixit.

53. *Excerpere tandem placet e narratione de qua nunc agitur comma quod ad difficultatem removendam miror excogitatum esse a scriptore isto inepto qui templum in urbe Bethlehem situm fuisse credidit. Quippe caedem Zachariae narrans haec addit :* Καὶ ἐπάταξαν αὐτὸν ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ πρὸ τῶν πυλῶν [*cod. Athen. apud Kirpitschnikoff l. c. p. 186, n. 1 :* πρὸς τῶν πυλῶν] τοῦ ἱεροῦ τοῦ Θεοῦ· αὐτὸς δὲ ἦλθεν ἕρπων πλησίον τοῦ θυσιαστηρίου καὶ ἐκεῖ ἐκενώθη τὸ αἷμα αὐτοῦ.

Classis secunda :

54. *Secunda classis ea est cuius typum refert* μαρτύριον εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ προδρόμου, *quod edidit Alexander Vassiliev e codice Casinensi* (7). E *Huius quoque multa exempla tum graeca tum slavica collegit et more suo perdiligenti excussit Berendts ; quam recognitionem concludens, asseverat hanc alteram recensionem e priore contractam, attenuatis vel etiam sublatis portentis, in primisque fabuloso illo Zachariae baptismate* (8). *Sit optimo iudici fides : nobis tamen si ex indiciis quae nunc prostant, sententia dicenda foret, censeremus ex ista narratione superiorem illam fuisse diductam. Nisi vero librarius nescio quis a quo libellus auctior contractus est, dum adventicias ineptias resecat, casu fortuito historiae argumentum ad eandem summam redegerit, quam ex veteri traditione complectebatur antequam ab ementito Eurippio auctum fuit. At quicquid demum verius videbitur, iam nunc plane certum est larvatum narratorem qui hic se Eurippum vocat,* secundum discipulum Iohannis, *cum isto sive Eurippio sive Herpio superioris fabulae personam esse tribus nominibus unam.*

tertia ;

55. *Tertiae classis qualemcumque notitiam interim subministrat latina interpretatio graeci cuiusdam libelli quam edidit Lipomanus* (9) *iterumque Surius* (10) : *qui sine ulla veri specie huic operi nomen inscripsit Symeonis Metaphrastae.* F *Praeterea ex apographis olim a quodam collega paratis cognovimus* ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον προφήτην καὶ πρόδρομον ἀπόστολόν τε καὶ μάρτυρα Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν *quod habetur in codice Bibliothecae Nationalis Parisiensis 1474, fol. 174v-191, partemque postremam eiusdem operis, quale exstat in codice graeco eiusdem Bibliothecae 1475, fol. 136v-151v. At praeter ista tot alia exempla in remotissimarum terrarum angulis delitescunt, ut sine ingenti labore huius libelli genuina forma adumbrari non possit. Nos vero pro finibus angustissimis ad quos hic commentariolus redactus est, eo potiore iure a tanto conatu abstinemus, quod in*

(1) L. c., p. 186, annotatio tertia. De baptismo Mariae virginis et apostolorum erudite disputat Franciscus DIEKAMP, *Hippolytos von Theben*, p. 118-23. — (2) *Chronicon paschale*, t. II (Bonnae, 1832), p. 144. — (3) Inter opera S. Iohannis Chrysostomi, MONTFAUCON, edit. altera, t. VI, p. 773. Vid. BERENDTS, *Studien*, p. 68, cum annot. 4. — (4) *Christlich-Palästinische Fragmente aus der Omajjaden-Moschee zu Damaskus*, ABHANDLUNGEN DER KÖNIGLICHEN GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN ZU GÖTTINGEN, philologisch-historische Klasse, N. F., t. VIII, p. 94. — (5) Отчетъ командированнаго за границу привать-доцента Василія Истрина, in Журналъ Министерства Народнаго Просвѣщенія, t. CCCVIII (1896), p. 27-28. E codice Berolinensi Bibl. Regiae Karadžić, nº 45, fol. 353v-335. Alia exempla docto viro nota esse videntur; cf. *l. c.*, p. 27. — (6) *Die Ueberlieferung*, p. 35. — (7) *Anecdota graeco-byzantina*, pars prior (Mosquae, 1893), p. 1-4. — (8) *Die Ueberlieferung*, p. 5. — (9) Tomus sextus *Vitarum sanctorum priscorum Patrum* (Romae, 1558), fol. 199-203. — (10) *Vitae sanctorum*, edit. 1618, t. VIII, p. 318-22.

AUCTORE P. P.

hac tertia classe Zachariae historia verbis rhetoricisque ornamentis magis quam rebus aut inventis aucta fuisse videtur. Non tamen praetereundum est, quod animadvertit Basilius Istrin, in recensiones aliquot slavonicas huius operis — quae multae sunt et variae — irrepsisse commentum baptizati a Christo Zachariae (1). *Mirum sane fuisset si duae traditiones in litteris slavonicis celebratissimae non aliquo modo confluxissent.*

quarta.

56. *Tandem in codice Coisliniano 296* (2) *continetur brevior narratio, quam Al. Berendts tertio loco collocavit, existimatque esse plane singularem, neque ulli alii cognatam* (3). *Attamen eiusdem originis esse non dubitamus arabicam orationem quae in codice arabico 262 Bibliothecae Nationalis Parisiensis* (4) *nomine Iohannis Chrysostomi falsissime inscripta est; nisi quod haec rerum seriem aliquanto ulterius persequitur. Quapropter ista etiam usui esse poterit, si quando explorandi altius hanc quaestionem, nova documenta copiam dederint. Quod si potiore utilitate carebit, pro epitome Passionum maiorum quae a nostro commentariolo excluduntur, hoc loco accipitor.*

B

١ نبتدئ بعون الله وحسن توفيقيه نكتب منمر قاله يوحنا
فم الذهب في خبر اليشبع وابنها وفتح ١) الصخرة لهما
في تلك الايام لما وُلد يوحنا طلب هيرودس الملك ان
يقتله وارسل الى زخريا ابيه يقول : اعطيني يوحنا ابنك .
وان اليشبع كانت اخذت يوحنا ابنها سرًا وهربت الى
الجهة الجبلية لخوفها من هيرودس ٢) . فقال زخريا
للسياف الذي ٣) ارسله اليه هيرودس : لست اعرف
اين هو ابني لاني انا خادم الرب الهي وما قد مضيت الى
منزلي . فقال له هيرودس : اين قد اخفيت ابنك
ارسله اليّ اوما قد علمت ان دمك هو تحت يدي
العزيزة . فاجاب زخريا وقال : حي هو الرب * الهي
لست اعرف اين هو ابني لاني انا خادم الرب الهي لست
اعرف اين هو ابني . حينئذٍ اغتاظ ٤) هيرودس وامتلأ
C حسداً وغضباً وتغير وجهه حنقاً وامر بقتل زخريا في حين
خدمته مذبح الله فدخلوا وقتلوه فيما بين الهيكل
والمذبح . ثم اشتدّ غضب هيرودس ٢) وحنقه وانفذ
الى كل موضع من بلده جندًا يلتمسون يوحنا .
٢ فنظروا الجند الى اليشبع في الجبل حاملة يوحنا ابنها
هاربة بأشد اسراعها فاجتهدوا ان يضبطوها فصاحت
قائلة : يا جبل الله تسلم أمًا مع ابنها مستكدة ١) ظلماً .
فعندما قالت هذا القول ظهر ملاك الرب لها ولابنها

١ ١) فتح فتح ٢) هيروس ٣) الدي الذي ٤) اغتاض

٢ ١) متنكدة : Ita cod.; fortasse reponendum

D حضنهما في باطن الجبل كأنهما في جنة النعيم مستترين
بضياء عظيم وكان ملاك * الرب معهما . فاذ عاينوا
الجند العجب الكائن فيهما ارتاغوا وهربوا وذهبوا الى الملك
فاخبروه بالعجب الحادث في امر اليشبع وابنها . فلما
وصل هذا لهيرودس خشي ٢) ولم يرسل ايضاً من يطلبها
لأنه اشتمله رعب وذهول عظيم عند استماعه ما جرى
من العجب العظيم البديع لأن ملاك ٣) . . .
٣ (ثم ان ملاك) الرب ارى اليشبع في بطن الجبل
عين ماء حيّ نابعة وعدة من الخبز كثيرة وعسلاً بريًّا
قاطراً من الصخرة وقال لها : افطمي ابنك ولا تعطيه
غذاً من الخبز لكن اجعلي طعامه من العسل . فعملت
اليشبع بما اوعز اليها ملاك الرب وفطمت ابنها وناولته
غذاً من العسل . ولم تكن اليشبع علمت بقتل E
زخريا رجلها فقال ملاك * الرب لها : يا اليشبع .
فقالت : بما تأمر يا سيدي . فقال لها : ان زخريا ابا
هذا الصبي قد قتله هيرودس ١) الملك لكن انهضي
بسرعة خذي ابنك واذهبي الى منزل ابيك وكوني هناك
الى حين يصير ابنك يوحنا كبيراً . واعطاها في
ظرف ٢) من العسل البرّي فقال : اطعمي الصبي من
هذا وانه سيكون في آل اسرائيل نبئاً عظيماً .
واخرجها من الجبل واراها الطريق التي تسلكها وانصرف
عنها فجاءت ٣) اليشبع الى منزل ابيها وعملت في تربية ٤)
ابنها بحسب ما امرها ملاك الرب .
٤ وان الصبي شبّ وكبر وقطن في البراري الى حين
ظهوره لاسرائيل وكان طعامه الجراد والعسل البرّي
(فكان) لابساً جلد ووبر الجمل ١) ولا * يشرب
F مسكراً . وفي تلك الايام صار روح ٢) الرب اليه ليكرز
بمعمودية التوبة لمغفرة الخطايا وجاءت ٣) اليه الجموع من
ايروشليم ومن بلد اليهودية معترفين بخطاياهم وعمدهم في
نهر الاردن ورأى السيد المسيح مقبلًا اليه مع الجموع
ليعتمد منه فقال : هذا هو حمل الله حامل خطايا العالم .
فلما اعتمد السيد وهو في الماء رأى السماء مفتوحة
والروح ٤) القدس هابط عليه شبه حمامة وصوت الآب

٢) خشا ٣) Hic aliquot verba excidisse videntur.

٣ ١) هيروس ٢) ضرف ٣) فجاات ٤) تربيت

٤ ١) الجبل ٢) روحى ٣) وجاات ٤) روح : Ita cod.; lege

(1) Отчетъ, l. c., 28. Cf. BERENDTS, *Die Ueberlieferung*, p. 13. — (2) In Bibliotheca Nationali Parisiensi; vid. *Catal. Gr. Paris.*, p. 309. — (3) *Die Ueberlieferung*, p. 12.— (4) Cod. papyraceus, variis manibus exaratus, saec. XV, fol 250; 0,21 × 0,15 m. Vide catalogum Gulielmi de Slane, p. 71-72. Puncta diacritica plerumque supplevimus aut correximus. Ex isto chirographo, quod in nota praefixa " pessime scriptum „ dicit Ioseph Ascari, neque iniuria, commentarium de exturbatione urbis Hierosolymorum a Persis edidit I. BROYDÉ apud COURET, *La prise de Jérusalem par les Perses, en 614*, REVUE DE L'ORIENT CHRÉTIEN, t. II (1897), p. 147-54.

صارخ

A صارخ يقول : هذا هو ابني الحبيب الذي به سررت اياه فاطيعوا . الذي له الملك والعزّ والوقار والسجود والإكرام الآن ودائماً والى ابد الدهور كلها . امين .

Cum auxilio Dei et gratia eius adiumenti scribere incipimus orationem quam habuit Iohannes Chrysostomus de historia Elisabeth ac filii eius et de saxo quod iis ambobus apertum est.

In diebus illis cum natus esset Iohannes, Herodes rex eum occidere studuit, missoque (nuntio) ad Zachariam eius patrem, dixit ei : " Trade mihi Iohannem filium tuum ". Elisabeth autem, clam accepto Iohanne, fugerat in montuosam regionem, quia Herodem formidabat. Dixit Zacharias satelliti quem ad eum miserat Herodes : " Nescio ubi sit filius meus; ego enim Domini Dei mei sum servus neque domum meam modo deverti ". Herodes autem dixit ei : " Ubinam occultasti filium tuum? Mitte eum ad me. An vero ignoras sanguinem tuum esse sub
B manu mea praepotenti? " Respondit ei Zacharias dicens: " Vivit Dominus (f° 99) Deus meus! Nescio ubi sit filius meus : quippe qui sim Domini Dei mei servus. Nescio ubi sit filius meus. " Tunc Herodes ira excanduit atque invidia et indignatione repletus est vultumque eius furor commutavit, praecepitque ut occideretur Zacharias, cum altari Dei ministraret. Ingressi (satellites) occiderunt eum inter templum et altare. Deinde invaluerunt ira et invidia Herodis ; qui exercitum misit in omnes partes regionis suae, ut Iohannem capesserent.

Conspecta est autem a militibus Elisabeth in monte Iohannem filium suum deferens fugiensque quam celerrime poterat. Illi igitur conisi sunt ut ea potirentur. Quae exclamavit dicens : " Mons Dei, serva matrem cum filio inique vexatam. " Et cum haec verba dixisset, apparuit ei eiusque filio angelus Domini, qui utrumque in tuto collocavit in interioribus montis, quasi essent in hortis Paradisi absconditi in permagna luce. Eratque angelus (f° 99v) Domini cum utroque. Milites autem portentum conspicati quod in iis ambobus contigerat, declinaverunt atque ad regem confu-
C gerunt; cui portentum nuntiaverunt quod propter Elisabeth et filium eius evenerat. Quae cum Herodi perlata essent, veritus est neque amplius misit qui eos ambo conquirerent; quia terror et miratio ingens eum comprehenderant cum audiret quantum et quam mirabile portentum accidisset. Nempe angelus.....

<Tum angelus> Domini ostendit Elisabeth in monte interiore fontem aquae vivae salientem et multam panum copiam ac mel silvestre quod e rupe stillabat. Et dixit illi : " Remove ab ubere filium tuum, neque ex pane victum ei praebe sed fac ut melle pascatur. " Egit itaque Elisabeth sicut praeceperat ei angelus Dei, et filium suum ab ubere removit cibumque ex melle ei praebuit. Necdum noverat Elisabeth caedem Zachariae viri sui. Dixit autem angelus (f° 100) Domini ad eam : " Elisabeth! " Dixit illa : " Quid iubes, domine? " Dixit ei : " Zachariam patrem huius pueri occidit Herodes rex. Tu vero surge celeriter; accipe filium tuum et proficiscere in domum patris tui et esto illic donec adoleverit filius tuus Iohannes. " Tum dedit illi vas plenum melle silvestri, dicens : " Hoc pasce infantem istum, quia futurus est propheta magnus in Israel. " Et eduxit illam ex monte ostenditque ei viam quam teneret atque ab ea discessit. Abiit igitur Elizabeth in domum patris sui atque in educando filio suo ea ratione usa est quam praeceperat ei angelus Domini (1).

AUCTORE P. P.

Puer autem crevit atque adolevit, habitavitque in deserto donec se ostendit (populo) Israel. Cibus eius erant locustae et mel silvestre <ipseque erat> indutus corio et villo cameli neque (f° 100v) temetum bibebat. In illis autem diebus venit in eum spiritus Domini ut praedicaret baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. Adieruntque ad eum multitudines ex (urbe) Hierosolymis et ex terra Iudaeae confitentes peccata sua. Et baptizabat eos in Iordane fluvio. Viditque Dominum Christum accedentem ad se cum turbis, ut ab eo baptizaretur et dixit : " Ecce agnus Dei, qui portat peccata mundi. " Et postquam baptizatus est Dominus, cum hic esset in aqua, vidit (Iohannes) caelum apertum, et Spiritus Sanctus consedit super eum instar columbae, voxque E
Patris exclamavit dicens : " Hic est filius meus carissimus, quo delectatus sum : huic oboedite. " Cui sit regnum et virtus et dignitas et adoratio et laus nunc et semper et in aeternitatem saeculorum. Amen.

§ VI. Synaxaria et Menologia.

Fere translaticiam historiam recinunt

57. *Postquam de variis fabulis exposuimus quibus Zachariae historia sive aucta sive adulterata est, earumque ortus, incrementa, propagines, quantum huius operis condicio ferebat, prosecuti sumus, operae pretium non est altius perscrutari testimonia collecta ex libris hagiographicis, qui non sunt nisi harum narrationum ultima receptacula. Perpaucis igitur ista memorasse sufficiat.*

Synaxarium Constantinopolitanum,

58. *Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae* (2) *artificiose conflavit veterem* παράδοσιν *quam ex Origene didicimus, et alteram fabulam quae cum Protevangelio coaluit. Fingit quippe Iudaeos Zachariae iratos, quod Deiparam in ordine virginum collocasset, non quidem statim ei* F
manus intulisse, at tempora praestolatos Herodem in Zachariam concitasse, cum ille caedem infantium decerneret; quo iubente, Zachariam a civibus suis in eum locum raptatum esse ubi Mariam post partum constituerat, ibique sanguinem suum profudisse. Concluditur elogium iisdem paene verbis quae leguntur in libro de Vitis Prophetarum : Ὃν λαβόντες οἱ ἱερεῖς ἔθαψαν *et quae sequuntur* (3).

Menologium Basilii

59. *Menologium Basilii de Origeniana narratiuncula plane silet. De altera haec habet :* Ἀκούσασα δὲ ἡ μήτηρ Ἰωάννου ὅτι μέλλει Ἡρώδης ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς φονεύειν τὰ ἐν Βηθλεὲμ βρέφη, βουλόμενος καὶ σὺν αὐτοῖς φονεύειν καὶ τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τότε μετὰ μῆνας ἓξ τῆς αὐτοῦ κυήσεως, ἔκρυψεν αὐτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Ἐπιζητήσας δὲ τοῦτον ὁ Ἡρώδης καὶ μὴ εὑρών, προσέταξε σφαγῆναι τὸν πατέρα αὐτοῦ Ζαχαρίαν μέσον τοῦ θυσιαστηρίου, ὅτι ἐκεῖ προσέφυγε φοβηθείς (4), καὶ χεθῆναι τὸ αἷμα αὐτοῦ εἰς τὸν ναόν. Ἐσφάγη οὖν, καὶ ἔρριψαν αὐτὸν ἐν τῷ κρημνῷ. Οἱ δὲ συγγενεῖς αὐτοῦ ἀναλαβόμενοι τὸ λείψανον

(1) Hic desinit codex Coislinianus. — (2) *Synax. Eccl. CP.*, p. 15-16. — (3) Vide num. 29, p. 12. — (4) Recolatur hic quod superius de Iacobo Edessaeo annotatum est (num. 33, p. 13).

αὐτοῦ

AUCTORE P. P.

et Synaxarium armenium;

αὐτοῦ κατέθεντο ἐν τῷ τάφῳ τῶν πατέρων αὐτοῦ (1).

60. *Synaxarium armenium* (2) *paucis primum refert historiam evangelicam non secus atque duo libri modo memorati. Deinde ita pergit :*

Herodes autem, cum infantes Bethlehem trucidaret, Iohannem quoque decrevit occidere. Itaque Elisabeth puerum assumens, fugit in solitudinem; (quos) assecuti satellites interficere volebant. At, Deo protegente, puer una cum matre eius servatus est, delitescens in montium speluncis (*Թաքուցեալ՝ ի քարանձաւս լեռնակողման*) donec satellites vacuis manibus ad Herodem redierunt. Deinde Iohannes inter pastores educatus est in solitudine, Elisabeth vero domum redux aetatis suae dies in pace complevit. At Zacharias in manus Herodis regis traditus occisus est inter templum et altare, eiusque corpus in fossam aliquam proiectum est (*Մարմին նորա արկաւ 'ի խորափիտ մի*). Quod viri pii elatum sepelierunt in monumento patrum eius : aliqui
B etiam sanguinem eius collegerunt in laguncolis et linteis. *Sequitur testimonium de his reliquiis quod infra referemus.*

alexandrinum

61. *In coptico synaxario duo Zachariae nostri elogia continuari iam diximus* (3). *Horum posterius l. c. descriptum est. Alterius initium ex evangelio recitatur; postea notissima nobis fabula exponitur in hunc modum :*

Postquam natus est Christus Dominus, advenerunt Magi ut eum adorarent. Herodes perturbatus timuit regno suo: quam ob rem (sicarios) misit occiditque omnes infantes Bethlehem bimos necdum bimos, ratus in eorum numero Christum Dominum occisum iri. Visus est autem Ioseph angelus Domini in somnio : itaque Ioseph faber lignarius, acceptis Domino Christo et Maria eius matre, in Aegyptum abiit. Iohannem vero accepit Elisabeth mater eius et in montem exiit, (ubi) manens annos sex puerum educavit: deinde mortua est. Mansit puer in solitudine donec Israelitis se ostendit. Cum autem occiderentur infantes, Herodes veritus quoque ne Iohannes Messias foret, (nuntios) misit ut hunc ab eius patre Zacharia flagitaret. Qui dixit ei : " Ubi sint puer eiusque
C mater nescio. " Tum (Herodes) mortem ei minatus est. Ille autem ab eo nihil territus est. Itaque militibus praecepit (Herodes) ut eum occiderent. Et interfectus est inter templum et altare. Eius autem corpus abscondit Dominus; sanguis vero eius concrescens factus est quasi lapis. Porro cum ad eum adiissent plebs et sacerdotes neque eum, ut solebant, invenirent ad orationem et sacrificium, aliquis e sacerdotibus ad altare accessit, illiusque cruorem invenit instar lapidis factum. Auditaque est vox in templo clamans : " Occisus " est Zacharias Barachiae filius; cuius sanguis cla- " mabit donec venerit ultor eius. " — Hic non est Zacharias filius Barachiae qui numeratur in duodecim prophetis minoribus. Nam iste non interfectus fuit, sed mortuus est in terra Uraiani (4) ubi corpus eius integrum incorruptumque repertum est, eiusque nomine ecclesia aedificata fuit.

Illius vero Zachariae corpus numquam inventum est, sed solum sanguis qui caedis eius testimonium fuit... D

et aethiopium

62. *A coptico synaxario nihil prorsus differret habessinicum si Aethiopes ignorare potuissent in qua latebra Iohannes occultus esset. Fertur apud eos Elisabeth cum filio suo aufugisse in solitudinem Sinaï, ibique mortua esse post septimum annum* (5) :

ወጐየት ፡ ውስተ ፡ ገዳመ ፡ ሲና ። ወነበረት ፡ እን
ዘ ፡ ተሐፅኖ ፡ ለሕፃን ። ፯ዓመተ ። ወእምዝ ፡ አዕ
ረፈት ፡ እሙ ፡ ወተርፈ ፡ ሕፃን ፡ ባሕቲቱ ፡ ውስተ ፡
ገዳም ፡ እስከ ፡ አመ ፡ አስተርአዮቱ ፡ ለእስራኤል ።

Et aufugit (Elisabeth) in vastitatem Sinaï, ibique mansit puerum nutriens annos septem. Deinde cum mortua esset mater eius, puer solus relictus est in deserto donec se ostendit populo Israel.

de morte Elisabeth

63. *Duo hic annotatu digna sunt.*

a) *In narratiunculis quas hactenus collegimus, Elisabeth in solitudine ubi filium suum absconderat, mortuam esse non legimus, nisi apud Iacobum Edessaeum* (6). *Istud tamen commentum Iacobo non proprium fuit. Nempe in encomio Iohannis Baptistae quod saïdice edidit Franciscus Rossi* (7), *Elisabeth inducitur alloquens filium suum his verbis :* E

ⲁ ϩⲏⲣⲱⲇⲏⲥ ϣⲓⲛⲉ ⲛ̄ⲥⲁ ⲡⲉⲭ︦ⲥ︦ . ⲁϥⲙⲟⲩ
ⲟⲩⲧ ⲛ̄ϣⲏⲣⲉ ϣⲏⲙ ⲛⲓⲙ ⲉⲧϩⲛ̄ ⲃⲏⲑⲗⲉⲉⲙ.
ⲁⲛⲟⲕ ⲇⲉ ⲁⲓ̈ⲡⲱⲧ ⲛⲙ̄ⲙⲁⲕ ⲉⲧⲉⲣⲏⲙⲟⲥ ⲉⲕ
ⲟ ⲛ̄ⲕⲟⲩⲓ̈ . ⲁⲩⲱ ⲁⲩⲙⲟⲩⲟⲩⲧ ⲙ̄ⲡⲉⲕⲉⲓⲱⲧ
ⲉⲧⲃⲏⲏⲧⲕ̄ . ⲙ̄ⲡⲓⲗⲟ ⲉⲓ̈ⲡⲏⲧ ⲛⲙ̄ⲙⲁⲕ ϩⲛ̄
(ⲧⲉ)ⲣⲏⲙⲟⲥ (ϣⲁⲛ)ϯⲕⲁ ⲥⲱ(ⲙⲁ) ⲉϩⲣⲁⲓ̈.

Herodes Christum quaesivit; interfecit omnes parvulos qui erant in Bethlehem. Ego vero tecum aufugi in solitudinem, cum esses parvulus. Propter te occisus est pater tuus. Nec destiti tecum fugitiva esse in solitudine, donec e corpore exii...

graecum figmentum referunt;

Mutila sunt postrema verba; quae tamen aegre aliam patiuntur interpretationem (8). *Quicquid id est apertissime loquitur Cedrenus :* Μετὰ δὲ δύο ἔτη ἐποίησε τὴν βρεφοκτονίαν Ἡρώδης καὶ τὸν Ζαχαρίαν ἔσωθεν τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεῖλε λει- F τουργοῦντα. Ἡ δὲ Ἐλισάβετ λαβοῦσα τὸν Ἰωάννην ἐξῆλθεν εἰς τὴν ἔρημον καὶ ἐκρύβη ἐν σπηλαίῳ ἡμέρας τεσσαράκοντα καὶ ἐτελεύτησεν. Ὁ δὲ Ἰωάννης ἐν τῇ ἐρήμῳ ὁδηγηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου καὶ ἐν αὐτῇ ἀνατραφεὶς ἔμεινεν ἕως τῆς τοῦ Κυρίου ἀναδείξεως (9). *Ne multa, minime dubium est quin multiformi narrationum varietati, quas iam novimus, aliae versicolores fabulae adiungendae forent, nisi eas tempus attrivisset.*

alius Zachariae historiam interpolant,

64. b) *Mentio prophetae Zachariae quae in elogium synaxarii coptici irrepsit, vix aliud esse potest quam depravatio satis inepta historiae quae legitur apud Sozomenum* (10). *Discrepat quidem nomen loci unde sacrum corpus effossum fuisse dicitur, et pro Ioiadae filio suffectus est filius Barachiae. At dissimilitudines eiusmodi in stilo alexandrini synaxarii levidenses sunt neque testimonii de quo*

(1) *Menologium Graecorum*, pars I (Urbini, 1727), p. 16. — (2) Յայսմաւուրք ըստ կարգի ընտրելագոյն օրինակի Յայսմաւուրաց Տէր Իսրայէլի (Constantinopoli, 1834), t. II, p. 116. Aliud exemplar nancisci non potui. — (3) Num. 35, p. 14. — (4) اوراياني, al. *Uzaiani, Ulani, Urati :* اوزياني . اوتاني . ዑራቲ ፡ — (5) E cod. Bibl. Nat. Paris. aethiop. n° 126, fol. 9v-10. — (6) Superius, num. 33, p. 13. — (7) *Trascrizione di tre manoscritti copti del museo Egizio di Torino*, MEMORIE DELLA REALE ACCADEMIA DELLE SCIENZE DI TORINO, serie seconda, t. XXXVII (1886), p. 124, a. — (8) Quod addit F. Rossi divinando potius quam interpretando : *e tu mi hai seppellito* (p. 165), incertissimum est. — (9) *Historiarum compendium*, ed. BEKKER, t. I (Bonnae, 1838), p. 328-29. — (10) *Historia ecclesiastica*, l. IX, cap. 17, ed. R. HUSSEY (Oxonii, 1860), p. 917-19.

agitur

A *agitur originem obscurant, sicut paulo post clarius apparebit* (1).

S. Elisabeth proprio die commemorant.

65. *S. Elisabeth memoria peculiaris habetur in synaxario coptico ad diem sextum decimum mensis amsir et in aethiopico ad eundem diem (17 iacatit). Elogii perscriptor, pauca praefatus de sanctae mulieris prosapia, argumentum ex evangelio sumptum oratoria cum facundia persequitur. De commenticia Elisabeth historia, quam ipse alias rettulerat, ne verbum quidem facit* (2).

§ VII. Mentiones variae de SS. Zachariae et Elisabeth.

SS. Zachariae et Elisabeth

66. *Congerimus hic testimonia dissoluta quae de SS. Zacharia et Elisabeth variis in locis occurrunt. Qui hunc pulverem subigere et ex eo aliquid utile conficere poterit, illi nos ex animo gratulamur.*

prosapiam commenti sunt

67. De Zachariae et Elisabeth prosapia et cognatione cum Beata Virgine et S. Ioseph. *Has cum* B *Evangelium reticuisset, alii aliter sibi excogitaverunt. Exemplo sit enarratio Andreae Cretensis.*

Andreas Cretensis,

Εἰκοστὸς τρίτος ἀπὸ γένους Δαυῒδ καὶ Σολομῶντος εὑρίσκεται ὁ Ματθάν· ὃς ἔγημε Μαρίαν ἐκ τῆς Ἰούδα φυλῆς καὶ ἐγέννησεν Ἰακὼβ τὸν πατέρα τοῦ τέκτονος καὶ θυγατέρας τρεῖς· Μαρίαν, Σοβὴ καὶ Ἄνναν. Καὶ ἡ μὲν Μαρία γεννᾷ Σαλώμην τὴν μαίαν· ἡ δὲ Σοβὴ γεννᾷ Ἐλισάβετ· ἡ δὲ Ἄννα γεννᾷ τὴν θεοτόκον· ὡς εἶναι τὴν θεοτόκον ἐγγόνην Ματθὰν καὶ Μαρίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, τὴν δὲ Ἐλισάβετ καὶ τὴν Σαλώμην ἀνεψιὰς μὲν τῆς Ἄννης, ἐξαδελφὰς δὲ τῆς θεοτόκου (3).

Idem stemma aliis auctum inventis legitur apud Cosmam Vestitorem, et consimili forma, sub nomine Hippolyti Thebani, in Ὑπομνηστικῷ *Iosephi, capite centesimo sexto ; quod spurium esse contendit Franciscus Diekamp* (4).

Hippolytus Thebanus,

68. *Aliter Hippolytus Thebanus :* Ἰάκωβος δὲ ὁ γεγονὼς ἐπίσκοπος πρῶτος ὑπὸ τῶν ἀποστόλων, ἀδελφὸς μὲν τοῦ Κυρίου κατὰ σάρκα λέγεται εἶναι, υἱὸς δὲ τοῦ τέκτονος Ἰωσήφ ἐστιν ἐκ τῆς βιωτικῆς αὐτοῦ γυναικός, ἀδελφὸς Σίμωνος καὶ Ἰούδα καὶ Ἰωσῆ. Τέσσαρας γὰρ υἱοὺς ἔσχεν ὁ Ἰωσὴφ καὶ δύο θυγατέρας, τήν τε Ἐσθὴρ καὶ τὴν C Μάρθαν ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Σαλώμης, θυγατρὸς Ἀγγαίου τοῦ ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως, τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, υἱοῦ Βαραχίου τοῦ υἱοῦ Ἀβιὰ τοῦ ἱερέως (καὶ τότε ἐχήρευσεν Ἰωσήφ)· ὡς εἶναι τὴν Σαλώμην καὶ τὸν βαπτιστὴν Ἰωάννην ἀδελφῶν τέκνα ἀρρενικῶν. Ὁ γὰρ Ἀγγαῖος υἱὸς Βαραχίου, θεῖος δὲ Ἰωάννου. Ὁμοίως δὲ καὶ ὁ Ζαχαρίας ἀδελφὸς Ἀγγαίου, θεῖος δὲ Σαλώμης τῆς γυναικὸς Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος. Σαλώμην δέ φημι οὐ τὴν μαίαν, ἀλλὰ τὴν γυναῖκα τοῦ τέκτονος Ἰωσήφ. Ἡ γὰρ μαία ἀπὸ Βηθλεὲμ ἐτύγχανεν, ἀνεψιὰ καὶ αὐτὴ οὖσα τῆς Ἐλισάβετ καὶ τῆς ἁγίας παρθένου Μαρίας· καὶ δηλοῖ τὸ κατὰ Λουκᾶν εὐαγγέλιον. Τρεῖς γὰρ ἦσαν ἀδελφαὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ θυγατέρες Ματθὰν τοῦ ἱερέως καὶ Μαρίας τῆς αὐτοῦ γυναικός, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κλεοπάτρας καὶ Σώπαρος τοῦ Πέρσου, πρὸ τῆς βασιλείας Ἡρῴδου υἱοῦ Ἀντιπάτρου. Ὄνομα τῇ πρώτῃ Μαριάμ, καὶ ὄνομα τῇ δευτέρᾳ Σοββή, καὶ ὄνομα τῇ τρίτῃ Ἄννα. Ἔγημέν τε ἡ πρώτη ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἔτεκεν Σαλώμην τὴν μαίαν. Ἔγημεν καὶ ἡ δευτέρα ἐν Βηθλεὲμ καὶ ἔτεκεν τὴν Ἐλισάβετ. Ἔγημεν δὲ καὶ ἡ τρίτη εἰς τὴν γῆν τῆς Γαλιλαίας καὶ ἐγγέννησεν Μαρίαν τὴν θεοτόκον. Ὡς εἶναι τήν τε Σαλώμην καὶ τὴν Ἐλισάβετ καὶ τὴν ἁγίαν Μαρίαν τὴν θεοτόκον θυγατέρας ἀδελφῶν τριῶν θηλειῶν. Ἐντεῦθεν οὖν ὁ βαπτιστὴς Ἰωάννης καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἀνεψιοὶ λέγονται εἶναι. Υἱὸς δὲ τοῦ Ἰωσὴφ λέγεται, ἐπειδὴ τῶν υἱῶν αὐτοῦ τῶν ἐκ τῆς πρώτης γυναικὸς ἀδελφός ἐστιν ἐκ τῆς συναναστροφῆς καὶ τῆς συγγενείας τοῦ Ἀγγαίου ἀδελφοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως (5).

Auctore P. P.

synaxaristae,

69. *Cum istis conferamus synaxaria.*

Vide Constantinopolitanum ad diem octavum septembris in nativitate Deiparae.

Synaxarium alexandrinum in festo sanctae Elisabeth (6) :

Haec sancta erat e civitate Hierosolymis. Nomen matris eius erat Sophia. Pater autem eius vocabatur Mathat filius Levi, filii Malchi, e stirpe Aaron e tribu Levi. Consanguinea erat Dominae matris Dei nostri. Nam Mathat filius Levi tres E filias habuit. Maior natu, Maria nomine, mater fuit Salome, quae in maxime miranda nativitate (Christi) Dominae nostrae velut obstetrix affuit. Altera, nomine Sophia, mater fuit huius sanctae Elisabeth. Natu minima, nomine Anna peperit Dominam sanctam Mariam. Itaque Salome, Elisabeth et Maria matrem una quaeque habebant aliarum materteram.

Haec more suo descripsit Aethiops (l. c.).

Iesudad Syrus,

70. *Iesudad Meruensis, in commentario Novi Testamenti, quem proxime editura est Margarita Dunlop Gibson, aliud stemma constituit, quod brevissime significavit E. Nestle*(7), *hoc modo:*

Elisabeth filia fuit Anon, sororemque habuit Dina : e qua et eius marito Sadoc nata est Maria Deipara. Sadoc vero filius fuit Zotham, filii Eliezer; a quo Eliezer genitus erat Mathan, pater Iacob qui fuit pater sancti Ioseph. Quae pauca exempla satis superque ostendunt quam libere traditio per avia et derupta vagata sit. Nec referre vacat quid labentibus saeculis varii scriptores in tam impunita fingendi licentia de suo quisque addiderint.

alii.

Zacharias in protevangelio fertur Mariam virginem,

71. De his quae Zacharias egerit cum Beata Virgine. *Protevangelium Iacobi*, VIII, 2 - X (8) :

Γενομένης δὲ αὐτῆς δωδεκαετοῦς συμβούλιον ἐγένετο τῶν ἱερέων λεγόντων· « Ἰδοὺ ἡ Μαρία γέγονεν δωδεκαετὴς ἐν τῷ ναῷ Κυρίου· τί οὖν αὐτὴν ποιήσωμεν μήπως μιάνῃ τὸ ἁγίασμα Κυρίου; » Καὶ εἶπον τῷ ἀρχιερεῖ· « Σὺ ἕστηκας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, εἴσελθε καὶ πρόσευξαι περὶ αὐτῆς, καὶ ὃ ἐὰν φανερώσει σοι Κύριος, τοῦτο καὶ ποιήσωμεν. » Καὶ εἰσῆλθεν ὁ ἀρχιερεὺς λαβὼν τὸν δωδεκακώδωνα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ ηὔξατο περὶ αὐτῆς. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη λέγων αὐτῷ· « Ζαχαρία, Ζαχαρία, ἔξελθε καὶ ἐκκλησίασον τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ, καὶ ἐνεγκάτωσαν ἅμα ῥάβδον, καὶ ᾧ ἐὰν ἐπιδείξῃ Κύριος σημεῖον, τούτου ἔσται γυνή. » Ἐξῆλθον δὲ οἱ κήρυκες καθ' ὅλης τῆς περιχώρου τῆς Ἰουδαίας, καὶ ἤχησεν ἡ σάλπιγξ Κυρίου, καὶ ἔδραμον πάντες.

a Deo admonitus,

Ἰωσὴφ δὲ ῥίψας τὸ σκέπαρνον ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῶν· καὶ συναχθέντες ἀπῆλθον πρὸς

(1) Num. 83, p. 23. — (2) Haec pars synaxarii coptici hactenus inedita est. Vide interim F. Wüstenfeld, *Synaxarium das ist Heiligen-Kalender der Coptischen Christen* (Gotha, 1879), p. 303-304. Synaxarium aethiopicum legimus et descripsimus e cod. Bibl. Nat. Paris. aethiop. 126, fol. 185v, col. 3 - fol. 186, col. 2. — (3) *P.G.*, t. XCVII, p. 1325; cf. Diekamp, *Hyppolytos von Theben*, p. 41-42. — (4) L. c., p. lvi, 150-51. — (5) Diekamp, l. c., p. 7-10; cf. p. 14-15. — (6) Wüstenfeld, l. c., p. 303-304. — (7) *The Relation of Mary and Elisabeth*, The Expository Times, t. XVII (1905), p. 140. — (8) Tischendorf, *Evang. apocr.*, p. 16-21.

τὸν

AUCTORE P. P.

τὸν ἀρχιερέα, λαβόντες τὰς ῥάβδους. Λαβὼν δὲ ἁπάντων τὰς ῥάβδους εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερὸν καὶ ηὔξατο. Τελέσας δὲ τὴν εὐχὴν ἔλαβε τὰς ῥάβδους καὶ ἐξῆλθε καὶ ἐπέδωκεν αὐτοῖς· καὶ σημεῖον οὐκ ἦν ἐν αὐταῖς. Τὴν δὲ ἐσχάτην ῥάβδον ἔλαβεν Ἰωσήφ· καὶ ἰδοὺ περιστερὰ ἐξῆλθεν ἐκ τῆς ῥάβδου καὶ ἐπετάσθη ἐπὶ τὴν κεφαλὴν Ἰωσήφ. Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεὺς τῷ Ἰωσήφ· « Σὺ κεκλήρωσαι τὴν παρθένον Κυρίου παραλαβεῖν εἰς τήρησιν ἑαυτῷ. » Καὶ ἀντεῖπεν Ἰωσὴφ λέγων· « Υἱοὺς ἔχω καὶ πρεσβύτης εἰμί, αὕτη δὲ νεᾶνις· μήπως περίγελως γένωμαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. » Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεὺς τῷ Ἰωσήφ· « Φοβήθητι Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ μνήσθητι ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν καὶ Κορέ, πῶς ἐδιχάσθη ἡ γῆ καὶ κατεπόθησαν διὰ τὴν ἀντιλογίαν αὐτῶν. Καὶ νῦν φοβήθητι, Ἰωσήφ, μήπως ἔσται ταῦτα ἐν τῷ οἴκῳ σου. » Καὶ φοβηθεὶς Ἰωσὴφ παρέλαβεν αὐτὴν εἰς τήρησιν ἑαυτῷ...

sancto Ioseph concredidisse

Ἐγένετο δὲ συμβούλιον τῶν ἱερέων λεγόντων· « Ποιήσωμεν καταπέτασμα τῷ ναῷ Κυρίου. » Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεύς· « Καλέσατέ μοι παρθένους ἀμιάντους ἀπὸ τῆς φυλῆς Δαυΐδ. » Καὶ ἀπῆλθον οἱ ὑπηρέται καὶ ἐζήτησαν καὶ εὗρον ἑπτὰ παρθένους. Καὶ ἐμνήσθη ὁ ἱερεὺς τῆς παιδὸς Μαριάμ, ὅτι ἦν ἐκ τῆς φυλῆς Δαυΐδ, καὶ ἀμιάντος ἦν τῷ Θεῷ. Καὶ ἀπῆλθον οἱ ὑπηρέται καὶ ἤγαγον αὐτήν. Καὶ εἰσήγαγον αὐτὰς ἐν τῷ ναῷ Κυρίου. Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεύς· « Λάχετε μοι τίς νήσει τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἀμίαντον καὶ τὴν βύσσον καὶ τὸ σηρικὸν καὶ τὸ ὑακίνθινον καὶ τὸ κόκκινον καὶ τὴν ἀληθινὴν πόρφύραν. » Καὶ ἔλαχεν τὴν Μαριὰμ ἡ ἀληθινὴ πορφύρα καὶ τὸ κόκκινον, καὶ λαβοῦσα ἀπίει εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Τῷ δὲ καιρῷ ἐκείνῳ ἐσίγησεν Ζαχαρίας, καὶ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ Σαμουήλ, μέχρις ὅτου ἐλάλησεν Ζαχαρίας...

et munia virginum illi detulisse;

B

De interrogatione Mariae et Ioseph coram Zacharia antea breviter dictum est (1).

72. DE VISIONIBUS ZACHARIAE IN TEMPLO. *Pantaleon diaconus in encomio Gabrielis archangeli de Zacharia haec habet (e codice Parisiensi, 1519, p. 303-304).*

Gabrielem ei ministrantem videt.

[γ'] Ἀλλὰ καὶ τῷ προφήτῃ Ζαχαρίᾳ ἐν τῷ ναῷ θυμιῶντι αὐτὸς ἔφησεν ἐν γήρει τεκεῖν τὸν Πρόδρομον ὁπηνίκα καὶ τὴν ἀφωνίαν αὐτῷ δέδωκεν τὸ τῆς ἀπιστίας ἐπιτίμιον. [δ'] Τὸν αὐτὸν οὖν θειότατον Γαβριὴλ ἐθεάσατο πάλιν ὁ αὐτὸς Ζαχαρίας εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων κομίζοντα τροφὴν οὐρανόθεν τῇ θεομήτωρι (2). D

Satis antiquum id commentum certe fuit: utpote illi simillimum quod iam in Corano Mohammedus exornaverit (3).

73. DE ORTU IOHANNIS BAPTISTAE. *Barbarus Scaligeri paulo postquam angelum in templo visum fuisse Zachariae narravit, mentionem hanc subdit ab evangelio alienam :*

Nuntius Angeli ad Elisabeth.

In his temporibus adnuntiavit Elisabeth angelus de Iohanne, in eodem consulatum Lentuli et Silvani, VIII kal. Aprelis (*al.* Aprilis) (4).

74. DE INTERITU ZACHARIAE. *Nescio quo consilio aethiopicus interpres Protevangelii, veterem narrationem ita detorsit ut rex Herodes Zachariam sua ipse manu trucidasse diceretur :*

Zachariam ab ipso Herode occisum credunt Aethiopes.

Tum Herodes rex noctu consurgens abiit in templum Domini, ubi erat Zacharias sacerdos eumque in ipso loco interfecit ; neque ullus umquam fuit e filiis Israel qui id resciesceret (5).

75. *Tandem ut conspiciatur quibus veluti meatibus istae fabulae se diffuderint, non supervacaneum erit indicasse portentum quod inter alia multa perabsurda de Zacharia decantarunt Mohammedani. Zachariam enim aiunt cum a Iudaeis accusaretur quasi virginem Mariam corrupisset, rogasse Deum ut truncus arboris dehisceret ; in quo cum se occultasset, arbor rursus cohaesit; hanc, prodente diabolo, a Iudaeis sectam fuisse nec inventum esse Zachariam* (6). *Fortasse huic vesano somnio ortum dedit recordatio aliqua subobscura miraculi quod S. Elisabeth in rupe patrasse dictitabatur.*

Somnia Mohammedanorum.

76. *De verbis* πατρὸς Ἰωάννου *appositis nomini Zachariae, in ea serie* τῆς στιχομετρίας *quae dicitur Nicephori, ubi enumerantur opera apocrypha Veteris Testamenti* (7), *otiosum foret hoc loco disputare. Quod " apocryphum Zachariae " quid commune habere videatur cum narratiunculis antea relatis, docebitur lector apud Alexandrum Berendts* (8).

Apocryphum Zachariae.

CAPUT TERTIUM

C F

De cultu SS. Zachariae et Elisabeth.

§ I. De sepulcro S. Zachariae.

Sepulcrum Zachariae penitus ignoratum

77. *Si quid umquam antiquitatis monumenta liquido demonstrarunt, scripta documenta quae superiore indagatione collegimus, evidenter ostendunt eos ipsos qui ista primi composuere vel potius confinxere, ne suspicatos quidem esse traditionem ullam quae certo loco Zachariae sepulcrum constitueret. Immo postquam huius occisio translaticia quadam forma narrari coepta est, plerique scriptores de tumulo et ossibus sancti viri aut reticuerunt, aut pro suo quisque lubitu contraria locuti sunt.*

78. A) *Protevangelium aliique id genus libelli negant Zachariae corpus umquam inventum fuisse.* — B) *Oratio coptica quae num. 32 edita est, fingit illud a militibus Herodis in eodem tumulo cum parvulis Bethlehemitanis humatum fuisse.* — C) *Pseudo-Euripptus Zachariae cadaver ab angelis nescio unde allatum sub altare templi conditum fuisse narrat, quod templum in civitate Bethlehem exstitisse fraudator iste comminiscitur.* — D) *Libellus de Prophetarum vitis secundum exemplar Parisiense, Zachariae tumulum assignat Hierosolymis, ut videtur,* ἐν οἴκῳ Θεοῦ ἐχόμενα τοῦ ναοῦ Κυρίου (9). — E) *Cum hac fabula quoquo modo coniungendus est rumor quem peregrinator moslemicus Ali Heravensis paulo ante annum 1191 Hierosolymis audivit : sepulcrum Zachariae latere in*

alii alibi collocarunt,

(1) Num. 22-23, p. 10-11. — (2) Latine apud MIGNE, *P.L.*, CXL, col. 588-89. — (3) Sur. III, vers. 32. Cf. *Protevangelium*, VIII, 1 (TISCHENDORF, p. 16). — (4) MOMMSEN, *Chronica minora*, p. 276 ; cf. FRICK, p. 334. — (5) Apud Mar. CHAINE, *Le Cycle de la Vierge*, l. c., p. 193-94. — (6) Vide, exempli gratia, Tabari *Annales*, ed. DE GOEJE, ser. I, t. II, p. 734. — (7) *Nicephori archiepiscopi Constantinopolitani opuscula historica* ed. DE BOOR (Lipsiae, 1880), p. 135 ; TH. ZAHN, *Geschichte des neutestamentlichen Kanons*, t. II, 2 (Erlangen, 1890), p. 300. — (8) *Studien*, p. 9 et seq. — (9) Sup. num. 30, p. 12.

spelunca

Auctore P. P.

A *spelunca quae nunc dicitur* antrum animarum (مغارة الارواح), *sub saxo illo sacrato quod subiacet tholo fani Omarensis* (1) (قبة الصخرة). — F) *Synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae suo etiam modo librum de vitis Prophetarum detorquens, Zachariam a sacerdotibus conditum esse vult* μετὰ τῶν πατέρων αὐτοῦ ἐν Ἱερουσαλήμ (2). — G) *Hippolytus Thebanus asseverat Zachariae corpus proiectum fuisse in convallem Iosaphat :* Ἐν τῷ γὰρ ἱερατεύειν αὐτὸν κατὰ τὸ ἔθος λιθοβολήσαντες αὐτὸν καὶ κροταφήσαντες (*ed.* κροταφίσαντες) ἀπέκτειναν καὶ σύραντες ἐκρήμνησαν (*ed.* ἐκρέμνησαν) αὐτὸν εἰς τὴν κοιλάδα τοῦ Ἰωσαφάτ (3). *Cuius opinionis originem eiusmodo esse conicimus.*

alii in valle Iosaphat,

79. *Stabant e regione templi, sub ipsis radicibus montis Olivarum, sepulcra pervetusta, quorum unum, quod hodie quoque consistit* (4), *ab antiquissimo tempore Zachariae prophetae nomine inclitum erat, quem ex Iudaeorum sententia fuisse filium Ioiadae non dubitamus. Qui veterem pontificem ibi depositum putabant, congruenter et loco et*
B *historiae fingere poterant illius corpus post patratam caedem, ex edita templi area praecipitatum fuisse in convallem Iosaphat, et hoc modo impressa esse sanguinea vestigia, quae* simpliciores fratres, *ut Hieronymi verbis utar, monstrabant* in portarum exitibus quae Siloam ducunt (5), *non procul ab ea parte vallis, ubi, in clivo adverso stat monumentum Zachariae. Iam vero postquam illius occisionis memoria ad patrem Iohannis traducta est, huic etiam sepulcrum cesserit necesse est, quod et propinquitate loci et opinione vulgi cum cruentatae rupis historia conecti solebat. Ceterum verba Hippolyti mire quadrant in Menologium Basilianum, ubi narratiuncula libelli de vitis Prophetarum rursus aliter depravata perspicitur* (6).

80. *Idem monumentum designare videtur Theodosius periegeta :* Sanctus Iacobus... positus est in monte Oliveti. Ipse sanctus Iacobus et sanctus Zacharias et sanctus Symeon in una memoria positi sunt, quam memoriam ipse sanctus Iacobus fabricavit, corpora eorum ipse ibi recondidit et se ibi cum eis praecipit poni (7). *Quod testimonium exscripsit iisdem prope verbis Gregorius Turonensis :* Iacobus apostolus... spiritum red-
C didit sepultusque est in monte Oliveti in memoriam quam sibi ipse prius fabricaverat, et in qua Zacchariam ac Symeonem sepelierat (8). *Transiit haec opinio ad peregrinatores non paucos sequioris aevi.*

nonnulli Sebastae,

81. *Memoratur etiam Zachariae sepulcrum Sebastae Samariae, prope Neapolim. Auctores huius sententiae fere sunt scriptores mohammedani inde a saeculo duodecimo. Audiatur unus Iacut in lexico geographico :*

Sebastia pagus est in Palaestinae partibus biduo distans ab Urbe Sancta. Ibi sepulcrum est Zachariae et Iohannis (يحيى) filii Zachariae — utrique sit pax ! — et complurium e prophetis et sanctis viris (9).

Huius opinionis, sive inter christianos umquam invaluit, sive apud solos moslemos fidem habuit, ortus minime obcurus est. A tempore satis antiquo Sebastae colebatur tumulus Iohannis Baptistae. Locus filio sacer parentum memoria aliqua diu carere non potuit. Itaque loci custodes sibi providerunt urnulam in qua olim Zachariae corpus asservatum fuisse diceretur, ut ait Iohannes Phocas (a. 1177). Qui cum rettulisset ostendi Sebastae carcerem in quo Iohannes ab Herode coniectus esse crederetur, hoc sanctuarium describit his verbis : Ἡ δὲ τοιαύτη φυλακή ἐστιν ὑπὸ τὴν γῆν, ἔχουσα βαθμίδας ἐκ τῶν ἄνωθεν ἕως αὐτῆς εἴκοσιν, ἐν δὲ τῷ μέσῳ αὐτῆς ὑπάρχει θυσιαστήριον περὶ τὸν τόπον καθ' ὃν ἀπεκεφαλίσθη ὑπὸ τοῦ σπεκουλάτορος. Δεξιᾷ δὲ τοῦ τοιούτου θυσιαστηρίου ἐστὶ λαρνάκιον ἐν ᾧ ἐτεθησαύριστο τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς τοῦ προδρόμου. Ἐν δὲ τῷ εὐωνύμῳ ἕτερον λαρνάκιον ἐν ᾧ ἐστι κείμενον τὸ σῶμα τῆς ἁγίας Ἐλισάβετ τῆς μητρὸς αὐτοῦ (10). *Dein ex hac cista quae Zachariae corpus aliquando continuisse putabatur* (ἐτεθησαύριστο), *ineptus quidam rumor sepulcrum fecit in quo eius ossa reapse quiescerent. Tumulum vero S. Elisabeth,* E
qui hoc loco velut ad exaggerandam fraudem erectus est, antiquitas universa nusquam exsistere novit.

aliqui etiam Beth-Zachariae.

82. *Neglegi hoc loco possunt dicta peregrinorum qui Zachariam nostrum venerati sunt in ecclesia viculi Beth-Zachariae prope Eleutheropolim, ubi saeculo quinto inventum fuisse corpus Zachariae prophetae fama tulit. Vide quae modo exponentur.*

§ II. De reliquiis Sancti Zachariae.

Reliquiae Zachariae Constantinopolim advectae,

83. *Anno 415 S. Zachariae reliquias Constantinopolim advectas esse narrat* Chronicon paschale (11) : Καὶ ἐκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διὰ τῆς Χαλκηδονησίας σκάλας λείψανα Ἰωσὴφ τοῦ υἱοῦ Ἰακὼβ καὶ Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ μηνὶ γορπιαίῳ πρὸ ς´ νωνῶν σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ σαββάτῳ, βασταζόντων τὰ αὐτὰ λείψανα ἐν γλωσσοκόμοις δυσὶν Ἀττικοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως καὶ Μωσέως ἐπισκόπου Ἀνταράδου Φοινίκης, καθεζομένων αὐτῶν ἐν βουριχαλίοις· ἅτινα ἀπέθεντο ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ προπέμποντος F
Οὔρσου ἐπάρχου πόλεως καί πάσης τῆς συγκλήτου. *Non supervacaneum erit notasse factam esse hanc translationem eo circiter tempore quo in agello Caphar Zachariae, qui vicus est non longe ab Eleutheropoli in Palaestina, corpus Zachariae filii Ioiadae necopinato ad lucem emersit; quod factum, sicut ipse audierat, rettulit Sozomenus* (12). *Profecto sine cuiusquam iniuria interrogari potest num sacra ossa quae anno 415 Constantinopolim allata sunt, cum iis quae Caphar Zachariae effossa modo fuerant, nihil commune habeant.*

asservabantur in Chalcopratiis

84. *Zachariae prophetae reliquias Constantinopoli in ecclesia Sancti Iacobi prope templum Sancti Conditorii in Chalcopratiis servatas esse, extremis imperii temporibus, resciscere possumus a Georgio Codino* (13) : Τὸν ἅγιον Ἰάκωβον τὸν πλησίον

(1) Ch. Schefer, *Aboul Hassan Aly el Herewy, Indication sur les lieux de pèlerinage* (extraits), Archives de l'Orient latin, t. I (Paris, 1881), p. 600. — (2) P. 16. — (3) Diekamp, p. 2, cf. p. 11, et annotationem editoris, p. 78. — (4) Cf. F. de Saulcy, *Histoire de l'art judaïque*, 2ᵉ éd. (Paris, 1864), pp. 225, 261-63. — (5) *P. L.*, t. XXVII, col. 174; cf. sup., num. 26. — (6) Sup., num. 59. — (7) Geyer, *Itin. Hierosol.*, l. c., p. 142. — (8) *In gloria martyrum*, ed. B. Krusch, *MG.*, Scr. rer. merov. t. I, p. 503. — (9) Ferd. Wüstenfeld, *Iacut's geographisches Wörterbuch*, t. III (Leipzig, 1868), p. 33. — (10) *Recueil des historiens des croisades*, Historiens Grecs, t. I (Paris, 1875), p. 537. — (11) Dindorf, l. c., t. I, p. 572-73. — (12) Hussey, l. c., p. 917. — (13) *De aedificiis Constantinopolitanis*, ed. Imm. Bekker (Bonnae, 1843), p. 113.

αὐτῆς

Auctore P. P.

αὐτῆς (1) ὁ αὐτὸν Βασιλεὺς [Ἰουστῖνος] ἀνήγειρεν, ἔνθα εἰσὶν ἐν σοροῖς λείψανα τῶν ἁγίων νηπίων καὶ τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ θεοδόχου, καὶ προφήτου Ζαχαρίου καὶ Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοθέου. *Ergo illius Zachariae prophetae ossa coniuncte quodammodo colebantur cum reliquiis parvulorum Innocentium, duorumque sanctorum, cum quibus Zacharias pater Iohannis Hierosolymis in tumulo vallis Iosaphat quiescere putabatur. Equidem non nimiae audaciae damnaverim qui coniceret sacra ossa ad Sancti Iacobi in Chalcopratiis servata primum attributa esse nostro Zachariae, quicquid sensit ipse Codinus. Et re quidem vera easdem atque ille reliquias designare videntur testes alii, qui Zachariam patrem Iohannis nominant.*

ad Sanctae Sophiae,

85. *Nicolaus Thingeyrensis (c. a. 1151) :* In Constantinopoli est ecclesia quae vocatur Hagia Sophia... Hic requiescunt quoque Iacobus frater Domini et Simeon qui portavit Christum ad altare cum oblatis, Zacharias pater Iohannis Baptistae (2).

in sacello imperiali.

86. *Descriptio sanctuarii Constantinopolitani (c. a. 1190) :* Hoc est Sanctuarium quod in capella imperiali Constantinopolim ad praesens continetur... Mentum cum genis occiputque Iohannis Baptistae, caput Iacobi minoris, caput iusti Symeonis; caput Zachariae patris Iohannis Baptistae; quorum duorum in eadem urbe requiescunt corpora (3).

87. *Antonius Novgorodensis episcopus (c. a. 1200) :* In eadem ecclesia (*hoc est in sacello maiori palatii Buccaleonis)* requiescunt Iacobus frater Domini, S. Zacharias propheta, dimidia pars Innocentium (altera parte Hierosolymis manente)... (4).

Inventio reliquiarum Zachariae obscure memorata.

88. *In synaxario Constantinopolitano* (5) *ad diem undecimum februarii memoratur :* ἡ εὕρεσις τοῦ λειψάνου τοῦ ἁγίου Ζαχαρίου τοῦ πατρὸς Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ. *Ubi, quando, a quo haec inventio facta fuisse censeatur, nulla coniectura assequi possumus.*

Caput Zachariae apud Moslemos Damascenos.

89. *Antequam ad alias orientis partes nos convertamus, memorandus est rumor quem fando audivit Quaresmius : a Damascenis Moslemicis servari ac sollemnioribus festis maximo cum apparatu exhiberi calvam quam contendant esse caput Zachariae patris Iohannis Baptistae* (6). *Mirandum sane non quod isti hoc commentum venditaverint, sed quod aliqui e christianis id ullo modo probabile duxerint.*

Armeni credunt

90. *In synaxario armenio, qui locus supra* (7) *allatus est, legimus Zachariae sanguinem a viris piis collectum fuisse in linteis atque laguneulis.* *sanguinem Zachariae* *Credulo sit animo qui vestigium obsoletae cuiusdam traditionis hic cernere sibi videatur, cum testimonium istud nitatur ipsa narratione cui auctoritatem addere simulat. Hanc ab auctore qui primus eam in medium attulit, audiamus.*

Moyses enim ille Utiensis sive mavis Calancatoviensis qui saeculo circiter decimo (8) *armenio sermone historiam regni Albanorum* (9) *scripsit, narrat S. Gregorium* (10) *nepotem S. Gregorii Illuminatoris, quem Albanis evangelium praedicasse asseverant, secum attulisse reliquias S. Zachariae* (11) : " Haec omnia cavens, *inquit,* beatus vir secum abstulit praeclarum et pretiosissimum pignus, reliquias e sanguine magni pontificis et martyris, Zachariae patris Iohannis, et sancti Pantaleonis qui Christum inclita testificatione confessus in urbe Nicomedia coronatus est. *in Albaniam translatum* Et cum sanctissimas martyrum reliquias in magnam urbem Thsri (12) in Albanorum dicione, attulisset, exstruxit ibi parvam ecclesiam ibique magna cum sollicitudine deposuit partem sanguinis Zachariae et reliquiarum sancti Pantaleonis, atque sacerdotem aliquem reliquit, qui custodiret martyres Christi iisque ministraret. Et assumens alteram partem reliquiarum sancti Zachariae et beati Pantaleonis, abiit in terram Moschorum (13). *Ubi postquam in campo Vatni ad litus occidentale maris Caspii, martyrium edidit, discipuli qui cum eo venerant ex pago Haband provinciae Arthsach, in partibus Albaniae Armenis finitimae* (14), *corpus eius transtulerunt in patriam suam, idque condiderunt in ecclesia castelli Amaraz* (15) *quam ipse S. Gregorius Illuminator erexisse fertur.* " Hic etiam, *inquit Moyses,* prope ambonem, ad partem septemtrionalem, deposuerunt sacrum sanguinem Zachariae in ampulla vitrea inclusum, et in altera ampulla, reliquias beati Pantaleonis. Et utraque ampulla deposita prope sanctissimas reliquias nepotis sancti Gregorii, aufugientes ipsi in Armeniam redierunt „ (16).

et oblivioni datum

91. *Reliquam historiam persequens — si tamen ea historia est — memorat Moyses urbem Thsri ab Albanorum regno defecisse et Persis deditam esse. A quibus, commota persecutione, sacerdos qui sacri pignoris curam gerebat, cum puero martyrium subiit* (17), " Horum, *inquit,* corpora, Syri quidam monachi elata attulerunt in vicum qui dicitur Hacu (18), atque in tumulo deposuerunt, sibique in eodem loco monasterium exstruxerunt. Aiunt

(1) I. e. τῆς ἁγίας Σοροῦ. — (2) Apud Riant, *Exuviae sacrae Constantinopolitanae*, t. II (Genevae, 1878), pp. 213, 215. — (3) Ibid., p. 216-17. — (4) Ibid., p. 224. Cf. Codinus, sup. num. 84, et quae, num. 32, p. 13, annotata sunt. — (5) P. 458. — (6) *Historica, theologica et moralis Terrae Sanctae elucidatio*, t. II, (Antverpiae, 1639), p. 875-76. — (7) Num. 60, p. 20. — (8) Agob Manandian, *Beiträge zur Albanischen Geschichte* (Leipzig, 1897), p. 18-19. Cf. p. 6. Vide etiam L. Alishan, Commentarii de Armenia (*Հայապատում*), t. I Scriptores historiae Armeniae (Venetiis, 1901), p. 173-76. — (9) Qui, alias aliter deflectente locutione, dicti sunt etiam Aluani, Alvani, Aghuani, Aghovani. Gens erratica trans Cyrum fluvium, Iberiam inter et mare Caspium illis temporibus incolebat. — (10) *Գրիգորիս* quod nomen proprietate quadam distingui videtur a communiore forma *Գրիգոր* (Gregorius). — (11) *Մովսէսի կաղանկատուացւոյ. Պատմութիւն Աղուանից աշխարհի* (Historia terrae Albanorum), ed. J. B. Emin (Mosquae, 1860), l. I, cap. 14, p. 25-26. Cf. C. V. Chahnazarian, *Պատմութիւն Աղվանից արարեալ Մովսիսի կաղանկայտուացւոյ* (Lutetiae Parisiorum, 1860), t. I, p. 126. Neutra ex his editionibus genuinam incorruptamque scriptionem exhiberi asseveratum est in ephemeride *Արարատ* (*Ararat*) 1895-96. Quam commentationem assequi non potuimus. Vide Manandian, *op. cit.*, p. 6. — (12) *Ցրի* : oppidum praecipuum gentis Djelborum de qua infra. — (13) *Մասքիթք*, graece Μόσχοι, quos veteres interpretes Massagetas esse putaverunt (*Agathangelus*, ed. P. de Lagarde, Abhandlungen der historische philologischen Classe der königlichen Gesellschaft zu Göttingen, t. XXXV, 1889, p. 146; cf. Hübschmann, op. cit., p. 275, ann. 2). — (14) Cf. Moyses, l. I, c. 20 et Fausti " Byzantii „, Historiam Armeniae, lib. III, c. 6 : *Պատմութիւն Հայոց* (Venetiis, 1832), p. 13-15. De situ pagi Haband (*Հաբանդ*), vide H. Hübschmann, *Die altarmenischen Ortsnamen* (Strassburg, 1904), pp. 266-67, 349. — (15) *Ամարաս* (vel *Ամարազ*) ad septemtrionem fluvii Araxis. Hübschmann, op. cit., p. 350 (ex Moyse nostro, l. III, c. 20). Monet L. Alishan vicum grandiorem Amaras nomine exstare hodie prope urbem Gandsara, quae fuit sedes Catholicorum Albaniae (*Հայապատում*, de Armenia historia, t. I, p. 226, annot. 2). — (16) Emin, p. 30-31; Chahnazarian, t. I, p. 127-28. — (17) Emin, p. 31-32; Chahnazarian, t. I, p. 129. — (18) *Հակու*, vicus nobis ignotus.

horum

AUCTORE P. P.

A horum beatorum reliquias illic esse etiamnunc. Haec omnia facta sunt regnante Vatcje (1) Albanorum rege (2). Porro delituerunt sanctissimae reliquiae beatorum martyrum usque ad regnum piissimi Albanorum regis Vatcjagani (3) secundi .... *Quae postrema verba ad Zachariam et Pantaleonem referenda sunt, ut modo patebit. Horum reliquiae quomodo tunc repertae fuisse credantur, Moysem narrantem auscultemus* (4). APPARITIO RELIQUIARUM SANCTI ZACHARIAE, PATRIS IOHANNIS, ET BEATI PANTALEONIS, QUI IN URBE NICOMEDIA MARTYRIUM FECIT; QUAS (RELIQUIAS) GREGORII NEPOS IN TERRAM DJELBORUM (5) ATTULERAT. Multa signa virtutesque fiebant in civitate quae Thsri vocatur, in loco ubi sanctorum Christi martyrum reliquiae aderant, cum tamen nemo prorsus sciret ubi reliquiae illae sanctorum sitae essent. Nempe in regione ethnici erant; qui febri morbove laborabant, advenientes terram auferebant ex ecclesia ubi erant reliquiae sanctorum (6), et quamvis illi pagani essent, magna curatio fiebat. At cum pessimorum Persarum cultus infandus ecclesiae Dei semper adver-

prodigio manifestatum esse.

B setur, magus quidam Persa locum ingressus ubi sancti Zachariae et socii eius reliquiae aderant, ludibrii causa alvum purgare voluit, et cum bracarum retinaculum solvisset, effusis visceribus inter saevissimos cruciatus cessit e vita. Quod miraculum Ionas (7) Hunnorum episcopus (8) e Moschorum terra (9), homo admodum veridicus, qui suis ipse oculis id viderat, litteris mandavit. Porro in urbe Hacu, in qua erant reliquiae martyrum qui in Thrsi urbe coram Argesio (10) Persa passi fuerant, hieromonachus nomine Iacob conspexit in visione nocturna virum quendam ingenti gloria circumfusum aspectuque splendidissimum, et cum eo puerum masculum (11) terribili item lumine fulgentem. Qui dixerunt (ei) : " Vade in urbem Thsri et (haec) refer civitatis procuratori, principi ex Albanorum terra, qui vocatur Chodjcoric (12); huic nos ostendimus visionem tuam. Sancti sumus (iacentes) in ista ecclesia. Tu (13) cum illo educ (nos) „ (14). Cum autem sacerdos rem non curasset, iterum ac tertium eandem visionem vidit et rursus tandem ex socordia neglexit. Deinde in

C morbum gravem incidit, et cum iam morti proximus esset, accedentes ad eum iidem viri angelico splendore circumfusi et aspectu fulgentes huic sacerdoti dixerunt : " Nostine quam ob causam moriturus sis, annon? „ Dixit ille : " Non novi, o domini „. Illi dixerunt : " Quia obstinate detrectasti imperium, neque ad Chodjcoric in urbe Thsri adiisti ut illic reliquias nostras acciperes. Ecce nunc moreris „. Sacerdos autem ad preces conversus sanitatem postulavit, ut illuc properans mandata perficeret. Tum illi attollentes manus (eum) signaverunt (15) signo vivificae crucis; iste autem ilico valetudinem recuperavit. Et consurgens abiit in urbem Thsri. Ad Chodjcoric autem cum pervenisset, qui erat civitatis procurator, is, nulla percontatione facta, eum excepit, sicut monachum. Cum autem in visione dictum huic fuisset : " Chodjcorico similiter ostendo visionem tuam „, sacerdos de hac ne verbum quidem fecit. Postquam a cena surrexerunt, sacerdos requietum ivit in ecclesia cum duobis aliis sacerdotibus qui erant apud procuratorem, Chodjcoric autem cum duobus pueris (recessit) in aedes suas (16). Porro advenerunt iidem homines aspectu etiam terribiliore; qui Chodjcorico dixerunt : " Surge, ecclesiam ingredere, quia (17) sancti ibi sunt. Tu et sacerdos ille, (eos) educite „. Hic autem excitatus a somno (sibi) dicebat : " Multum temporis est ex quo ad horas liturgicas ivi : ea est causa somnii huius (18) „; atque statim iterum obdormivit. Rursus idem visum ei se ostendit; illi autem dicebant : " Non quia iamdudum ad horas liturgicas (non) ivisti, haec locuti sumus. Verum reliquiae nostrae sunt in ecclesia; i tu et iste sacerdos, illas educite „. E

Ingenti cum terrore expergefactus, rursus tamen somno suaviore correptus est. Iterum affuerunt ei homines illi lumine amicti, splendida facie fulgentes. Qui dicunt ei : " Surge, vade in ecclesiam, in qua videbis lucem magnam; in hanc animum adverte; et quo loco lux ista confluet, in eo sunt reliquiae sanctorum „. Quae visio eadem eodem tempore sacerdoti se ostendebat. Et sacerdos quidem a somno excitatus ex ecclesia egrediebatur, ut ad Chodjcoric adiret; hic vero ad sacerdotem (properabat) ut visum narraret. Alter alteri occurrentes eadem se causa motos fassi sunt visaque sibi rettulerunt. Itaque Iacob sacerdos et Chodjcoric (19) princeps et alii duo sacerdotes qui erant apud procuratorem, huiusque pueri duo, cum (20) signo vivificae crucis se obsignassent, ad ecclesiam progressi sunt. Cum autem in porticum ingressi essent prope suggestum, crucemque coram adorassent, suspicientes viderunt lucem ardentem in ecclesia terribilem valde. Et prae formidine conspecti luminis consurgere non audebant. Psalmum unum alterumque cecinerunt (21), nec surgere poterant; tertium cum F

absolvissent, opitulante omnipotenti Deo, advenire visus est aliquis homo, qui eos omnes e terra erexit. Signaverunt se cuncti (22) signo crucis (23), et in ecclesiam interiorem ingressi, quae splendenti luce complebatur, officio divino usque ad auroram functi sunt. Diluculo lumen illud totum super suggestum colligi coeptum est et, motu facto, confluxit in locum in quo inerant beato-

(1) Վաչէ. — (2) Vatcje in Albania regnasse creditur circa annum 450; Vatcjagan autem, qui statim memorabitur, triginta annos post illum. Vid. M. BROSSET, *Additions et éclaircissements à l'histoire de la Géorgie depuis l'antiquité jusqu'en 1469 de J. C.* (Saint-Pétersbourg, 1851), p. 471. — (3) Վաչագան. — (4) Lib. I, cap. 19; EMIN, p. 42 et seq.; CHAHNAZARIAN, t. I, p. 147 et seq., t. II, p. 85-86. — (5) Ճիղբք alias Ճեղբք vel Ճեղպք qui graecanice dicti sunt Σιλβανοί (LAGARDE, op. cit., p. 148) inter Alanos et Chazaros, trans Pylas Caucasicas incolebant; cf. L. ALISHAN, Տեղագիր Հայոց Մեծաց : Topographia Maioris Armeniae (Venetiis, 1853), p. 91-92. Oppidum eorum Thsri dubitanter conicit CHAHNAZARIAN idem esse quod *Sarir* appellant scriptores arabici (t. II, p. 84) : rectene an secus, viderit ipse. Nam سرير nomen est non urbis sed regni vel regionis, cui tamen situs assignatur non remotus a finibus Djelborum (vid. praesertim Iacut, loc. cit., t. III, p. 88). — (6) EMIN *sancti*. — (7) Յունան. — (8) Հոնաց. CHAHNAZARIAN *Graecorum* (Յունաց) *episcopus*; al. *archiepiscopus*. — (9) ID. *in regione Mocthai* (Մոկթայ). — (10) Արգեսացւոյ. CHAHNAZARIAN *Gergesio*, al. *Ergesio* (Գերգեսացւոյ. Երգեսացւոյ). — (11) Intellegendi sunt, reor, sacerdos et puer de quibus c. 14 sermo fuerat, etsi personam obliti reliquias dicunt suas. — (12) Խոճկորիկ. — (13) CHAHNAZARIAN *vos*. — (14) ID., t. II, p. 86 : *և նա եւ անփոյթ արարեալ երիցուս . և կրկնեալ...* — (15) EMIN omittit *signaverunt*. — (16) EMIN om. *in aedes suas*; CHAHNAZARIAN lect. var. *propter quod* (որոյ վասն). — (17) CHAHNAZARIAN *sancti quoque*. — (17) EMIN *ivisti*. — (19) CHAHNAZARIAN add. *nominatus*. — (20) ID. add. *qui*. — (21) ID. *postquam psalmum unum cecinerunt, cum lucem terribilem ferre non possent, alterum psalmum cecinerunt. Neque tum surgere potuerunt. Tertium...* — (22) ID. add. *iterum*. — (23) ID. addit *dominicae*.

 rum

AUCTORE P. P.

rum Christi martyrum reliquiae. Tandem veluti flamma candelae modo ardebat modo evanescebat supra locum in quo sanctae reliquiae residebant, donec illi locum notaverunt. Quem deinde cum aperuissent, invenerunt reliquias beatorum, super quibus inscriptio erat eiusmodi : " Ego Gregorius attuli hos sanctos Zachariam patrem Iohannis et beatum Pantaleonem qui passus est in Nicomedia civitate (1) ". Et accipientes sanctorum reliquias laverunt unxeruntque oleo suavi. Chodjcoric vero eas anulo suo consignavit, atque in equum ascendens nuntius ipse profectus est ad piissimum regem Albanorum, cui narravit quomodo magnifica signa comparuissent. Porro rex Deo devotus, iucundissima laetitia perfusus, erupit in preces laudesque magni Dei, atque de ingentibus donis acceptis gratias egit. Deinde quam celerrime congregavit episcopos, monachos et anachoretas; memoriam sanctorum splendide concelebravit, pauperibus liberaliter stipem largitus est. Tum episcopos et sacerdotes pretioso apparatu indui iussit, atque Manassen sui palatii sacerdotem qui valde fidelis erat, [cum suis
B domesticis quam celerrime misit ut sanctissimas martyrum reliquias acciperet. Et cum sancti advenirent, rex cum regina pedibus incedens ante multitudinem (2)] domesticorum, cum dominicae (3) crucis signo, cum ture variisque floribus, astante immensa populi frequentia, festum agentes, piis canticis Iesu Christo vero Deo per insignes (4) martyres gloriam dederunt. Deinde varias vestes e regio apparatu accommodans, sanctis ornatum paravit cum auro, argento gemmisque pretiosis. Iussit etiam fieri tabernaculum ligneum et plicatile atque illi obtendi corium rubrum et alba lintea; intusque poni sanctorum conditorium et totius Testamenti thesaurum. Susanic vero Albanorem regina, mulier vivida fide et pietate, tabernaculum suum maius imponi iussit super tentorium purpureum sanctorum ad modum ecclesiae, in qua per synaxes rex et familia eius et multitudo consistebant; quod etiam aestatis tempore aestum arcebat a sacrato tabernaculo, et pluviarum tempore illud ab umore defendebat. Et circum tabernaculum maius e lineis tapetibus consepta clausa
C in orbem disposita sunt, intra quae tempore sacri exercitus regii admissi coram cruce beatisque martyribus Deum adorando precabantur librosque a Deo inspiratos auscultabant. Cum vero rex semper secum ferret reliquias sanctorum, in eorum usum lecticam fieri iussit, corio purpureo similiter obductam atque super eam aulaeum imponi e linteo pretioso, crucemque auream cum gemmis pretiosissimis, nomenque regis opere caelato insculpi, quod super hanc lecticam appenderent (5). Tum e stabulis regiis albos equos elegit, qui maxime venusti et pretiosi viderentur, eorumque caudas purpureo colore infici iussit, ministrosque designavit qui sanctorum lecticae et equorum curam haberent. Vetuitque ne lectica quid aliud contineret praeter sanctos D
et evangelia cum aliis a Deo inspiratis libris. Plaustrumque etiam confici iussit, cui boves albi iungerentur ad deferendum tabernaculum sanctorum. Sacerdotes multos, diaconos, anagnostasque et psaltas constituit in regiis aedibus qui semper diu noctuque officio sacro in honorem sanctorum fungerentur. Cum autem castra moverentur...

93. *Deinde moratur scriptor in enarrando vel potius excogitando hoc apparatu mirifico et barbara pigmenta profundens describit qua pompa sanctorum reliquiae deducerentur, quo ritu in castris sedes earum deligeretur, qua cum pietate coli solerent; inter quae memorat regem reginamque, cum liberis carerent, Deum per sanctos martyres precatos esse eisque natum esse filium qui nomen accepit Pantaleonem. Neque portentorum satis. Miracula miraculis adiungens, fuse narrat Moyses S. Gregorii corpus a Vatcjagano rege diu multumque conquisitum tandem, Deo manifestante, in Amarasensi ecclesia repertum esse, et cum eo duas ampullas in quibus Zachariae sanguis et* E
S. Pantaleonis reliquiae latitabant (6).

Auctores alii

94. *Cum hac historia, quam breviter ex Moyse nostro ut videtur, rettulit etiam Cyriacus Gandsacenus* (7) *conferendum est synaxarium armenium* (8) : Et in diebus sancti Gregorii illuminatoris nostri allatum est in Armeniam aliquantum sanguinis sancti Zachariae, quod in laguncula continebatur; et cum eo particula e reliquiis Pantaleonis medici, qui passus est in urbe Nicomedia tempore Maximiani impii regis. Quae sanctus Gregorius nepos sancti Gregorii illuminatoris secum abstulit in Albaniam, et cum ibi martyrum mortem oppetiisset, fideles in eius tumulo eadem deposuerunt. Deinde tempore Vatcjagani piissimi principis Albanorum detectae sunt reliquiae sancti Gregorii Albanorum catholici, et cum iis sanguis Zachariae et particula ossium Pantaleonis. Quorum virtute multa signa fiunt morborumque sanationes ad gloriam Christi Dei nostri.

incertae huius historiae.

95. *Etsi hoc elogium non plane congruit cum narratione Moysis, dubitari tamen nequit quominus ex ea sumptum sit. Antiquiores scriptores armeni qui reliquias sanctorum in Armeniam a S. Gre-*
gorio Illuminatore allatas memorant, ut Agathangelus et falsus ille Zenobius Glacensis, S. Zachariam nusquam nominant. At cum iidem asseverent a Gregorio Armenis delatam esse manum sinistram S. Iohannis Baptistae, eamque causam fuisse multorum miraculorum (9), *fortasse ansa data est alicui ut patri filium adiungeret. Moysesne is fuerit an quis alius, nec novi nec resciscendum existimo. Ambae inventiones reliquiarum S. Zachariae ab Armenis coniuncte commemorantur die 30 septembris* (10). *Atque haec de suspectissima historia exposuisse sufficiat.* F

Reliquiae S. Zachariae

96. *Ad occidentem quoque reliquiae S. Zachariae pervenerunt. Harum partem aliquam Vene-*

(1) CHAHNAZARIAN addit : *et ibi ipse vita functus sum* (*և ես աստէն վախճանեցայ*). — (2) (*cum - multitudinem*) om. EMIN. — (3) CHAHNAZARIAN add. *fulgentis*. — (4) ID. add. *Christi*. — (5) ID. add. *atque sericae fimbriae versicolores e regali diademate circum crucis signa relucebant*. — (6) Lib. I, c. 23; EMIN, p. 59; CHAHNAZARIAN, t. I, p. 174. — (7) *Կիրակոսի վարդապետի Գանձակեցւոյ Համառօտ պատմութիւն* : Kirakos doctoris Gandsaceni brevis historia (Venetiis, 1865), cap. VIII, p. 98. — (8) *Յայսմաւուրք*, t. II, p. 116. Excerptum alius exempli edidit P. J. DASHIAN, *Catalog der armenischen Handschriften in der Mechitaristen-Bibliothek zu Wien* (Vindobonae, 1895), pars armenia, p. 58. — (9) *Ագաթանգեղայ պատմութիւն* : Historia Agathangeli (Venetiis, 1862), p. 607 et seq. Graece apud LAGARDE, op. cit., p. 71 et seq. Cf. arabicam recensionem, N. MARR, Крещеніе армянъ, грузинъ, абхазовъ и алановъ святымъ Григоріемъ (Baptismus Armenorum, Iberorum, Abhazorum et Albanorum a S. Gregorio), Записки Восточнаго Отдѣленія Императорскаго Археологическаго Общества, t. XVI (1905), p. 131. Zenobius Glacensis, *Պատմութիւն Տարօնոյ* : Historia provinciae Taron (Venetiis, 1889), p. 23 et seq. — (10) *Յայսմաւուրք*, t. II, p. 172.

tias

A *Venetiis* *tias delatam esse narrat Dandulus :* Angelus dux, *inquit,* vir catholicus, a Leone imperatore (1) suscepit corpus sancti Zachariae prophetae et partem ligni crucis et indumentorum Christi et matris eius cum plurimis thesauris et sub Sancti Zachariae vocabulo non procul a palatio suo monasterium fabricavit, quod monialium esse decrevit et terras et aquas sibi coadhaerentes plene concessit et reliquias susceptas in eadem ecclesia deposuit (2). *Haec Dandulus auctorum testimonio fidens, quos dispiciat, si possit, ipse lector. S. Zachariae corpus ex urbe regia elatum fuisse certe non suspicabantur scriptores illi quos supra nominavimus. At non illius tantum cineres sed etiam Zachariae filii Barachiae se possidere ecclesiae Constantinopolitanae gloriabantur* (3). *Cuiusnam ossibus a Leone Armeno Angelus dux donatus fuerit, non omnino liquet. Utcumque se res habet, has Zachariae nostri reliquias esse sibi persuaserunt Venetiani, ut omnes norunt. Harum tamen hanc esse veram originem, non obscure negat Quaresmius, qui easdem veteris prophetae esse mavult* (4).

et Romae. 97. *Romae in Laterano pie servatur caput S. Zachariae patris Iohannis Baptistae " ex quo, ut refert Baronius, per dies aliquot olim sanguinem emanasse „ dictitabant* (5)*; itemque in Basilica S. Mariae Maioris* mentum sancti Zachariae prophetae positum in quodam vase matreperlae (6): *de quibus reliquiis iudicium iis committimus qui hunc commentariolum legerint.*

§ III. De locis S. Zachariae sacris.

Omissis mentionibus falsis 98. *In tabula geographica opere musivo descripta, quae non ita pridem detecta est in ecclesia Madabae trans Iordanem, designatur ad orientem pagi Socho* (Σοχώ, *apud Eusebium* Σοκχώ), *qui est inter Hierosolyma et Eleutheropolim, locus quidam, de quo haec notantur :* ΒΕΘΖΑΧΑΡ ΤΟ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΖΑΧΑΡΙΟΥ (7). *Hanc ecclesiam nescio quis investigator aut vafer aut ultra modum absurdus se repperisse voluit non procul a vico*
C *qui dicitur Beït Saar* (بيت شعار) *et vicinus est pago Beït-Zakaria* (8). *Neque deesse poterant qui Zachariae Iohannis patri eam dicatam fuisse crederent; at frustra. Luce meridiana evidentius apparet a tabulae huius pictore signatum fuisse illud* Χαφὰρ Ζαχαρία ... ἐν ὁρίοις Ἐλευθεροπόλεως τῆς Παλαιστίνης *ubi Zachariae prophetae corpus inventum fuisse narrat Sozomenus* (9) *et illius sancti nomine ecclesiam erectam esse meminit synaxarium copticum* (10). *Eandem memorant Theodosius* (11), *Antoninus* (12), *Willibaldus* (13), *ceteri, qui omnes alii aliis clarius veterem prophetam significant.* AUCTORE P. P.

vel dubiis, 99. *Neque nostri sancti sed antiquioris eius cognominis cultrix videtur fuisse sancta illa Domnica cuius gratia Theodosius magnus imperator monasterium Constantinopoli aedificavit una cum sacello, quod Nectarius patriarcha, incerto anno die 26 ianuarii, Sancti Zachariae nomine dedicavit* (14). *Hunc enim loci patronum cum satis crebro nominet scriptor, appellationem prophetae addere nusquam omittit, neque ulla alia utitur. Immo adnotat Domnicae oratorium non importune sancto Zachariae sacratum fuisse* οὗ κατὰ μίμησιν αὕτη προφητικῶς ἐμπνεομένη καὶ θεοφορουμένη προαγορεύειν καὶ προλέγειν τὰ ἄδηλα καὶ τὰ μέλλοντα κατηξίωται, *quae sane de prisco Zacharia congruentius quam de nostro intelleguntur* (15). *Monasterii S. Domnicae, quod alterutrum fuisse videtur e duobus quae Sanctae Domninae nomine appellat Codinus* (16), *situs* E *ignoratur. Locus in quo id erectum est, dicitur antea fuisse* χῶρος ἀνακεχωρημένος ἀοίκητός τε καὶ ἔρημος, πῇ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιπολαζόντων δαιμονίων πᾶσι φευκτὸς καθιστάμενος, πῇ δὲ καὶ διὰ τοὺς ἀναιρουμένους ἐκεῖσε κακούργους καὶ καταδίκους βδελυκτὸς προδεικνύμενος (17).

vetera Zachariae sacraria exstiterunt Constantinopoli, 100. *Festum S. Zachariae Constantinopoli celebrari solitum esse* ἐν Καταβόλῳ *novimus ex typico Patmiaco* (18). *Alia Zachariae sacraria exstitisse referunt* ἐν τῷ Παραδεισίῳ (19) *et fortasse alibi ; de quibus dubium videri potest cui primum dicata fuerint.*

in Bithynia, 101. *In Bithynia, in regione urbi regiae finitima ad radices montis Olympi exsistebat monasterium S. Zachariae in Atroa; de quo cum in aliis monumentis hagiographicis tum in Vita S. Auxentii*(20), *S. Ioannicii* (21), *in Synaxario Constantinopolitano* (22) *frequens mentio habetur.*

in Galilaea, 102. *Palaestinam et Syriam quoque iam inde a bellis sacris credula peregrinatorum pietas nonnullis Zachariae mnemosynis exornavit. In Galilaea, prope Nazareth, vidit Ernoul (c. a. 1231) monasterium Graecorum, Sancti Zachariae titulo erectum, in loco ubi pater Iohannis habitasse puta-* F *batur* (23).

Hierosolymis, 103. *Hierosolymis praeter sepulcrum Zachariae, de quo mentio non semel in his commentariis intercurrit, crebro a christianis et mohammedanis memoratur aedicula prope templum sita* (24) *quam isti Zachariae sacellum* (محراب زكرياء) *nominant* (25). *Mihi quidem incertum est in utro e*

(1) Intellege Leonem Armenum (a. 813-820). — (2) MURATORI, *Scriptores rerum italicarum,* t. XII, p. 165. Vide ibi annotationem ex cod. Ambros. — (3) RIANT, *Exuviae Constantinopolitanae,* t. II, p. 224-25. — (4) *Elucidatio Terrae Sanctae,* t. II, p. 264. — (5) *Martyrologium Romanum,* ed. secunda (Antverpiae, 1589), p. 490, cf. [BALDESCHI et CRESCIMBENI], *Stato della SS. Chiesa papale Lateranense nel anno MDCCXXIII,* p. 94. — (6) Paulus de ANGELIS, *Basilica S. Mariae Maioris de Urbe*(Romae, 1621), p. 111.— (7) Adolf SCHULTEN, *Die Mosaïkkarte von Madaba und ihr Verhältnis zu den ältesten Karten und Beschreibungen des heiligen Landes,* ABHANDLUNGEN DER KÖNIGLICHEN GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN ZU GÖTTINGEN, philologisch-historische Klasse, N. F., t. IV (1900-1901), p. 21 ; cf. pp. 37, 97. — (8) Vid. H. VINCENT, *Les ruines de Beit Cha'âr,* REVUE BIBLIQUE, t. XII (1903), p. 612 et seqq. — (9) Supra, num. 64, p. 20-21. — (10) Supra, num. 60, p. 20 — (11) Ed. GEYER, *Itinera Hierosolymitana,* p. 138. — (12) Ed. GEYER, p. 180.— (13) Titus TOBLER, *Descriptiones Terrae Sanctae* (Leipzig, 1874), p. 35 : " Et inde ibant ad sanctum Zachariam prophetam, non patrem Iohannis, sed alium prophetam. „ — (14) In Vita S. Domnicae, ed. Th. IOANNU, Μνημεῖα ἁγιολογικά (Venetiis, 1884), p. 274-76. — (15) Ibid., p. 275. — (16) *De aedificiis,* ed. BEKKER, p. 122. — (17) Th. IOANNU, p. 274-75. — (18) A. DMITRIEVSKIJ, Описаніе литургическихъ рукописей хранящихся въ библіотекахъ православнаго Востока : Descriptio chirographorum liturgicorum quae in bibliothecis Orientis orthodoxi asservantur, t. I, Τυπικά (Kioviae, 1895), p. 3; cf. *Synax. Eccl. CP.,* p. 16. — (19) *Synax. Eccl. CP.,* p. 169-77. — (20) *Act. SS.,* Nov. t. II, 1, p. 370; cf. p. 325-26. — (21) *P.G.,* t. CXIV, p. 1436. — (22) P. 366.— (23) Apud Henr. MICHELET et Gaston RAYNAUD, *Itinéraires à Jérusalem* (PUBLICATIONS DE LA SOCIÉTÉ DE L'ORIENT LATIN, série géographique, III, Genève, 1882), p. 60, cf. p. 81. — (24) A Saracenis eam in " horologium „ mutatam fuisse dicit Iohannes Wirceburgensis. TOBLER, *Descriptiones Terrae Sanctae,* p. 123. — (25) Vide, exempli gratia, Ibn al-Fakîh al-Hamadhânî, *Compendium duobus*

AUCTORE P. P.

duobus locis consistere credita sit, quae antiquiores peregrini designarunt : in eo ubi Zacharias angelum viderit, an in eo ubi satellites eius sanguinem fuderint (1).

Aïn Carem,

104. *Inter Iudaeae loca in quibus posteriore aetate insedit memoria Zachariae, celeberrima est civitatula, in vicinia Hierosolymorum ad occidentem solem, quae proprio nomine Aïn Carem* (عين كارم) *dicitur, vel etiam, ducta appellatione a titulo ecclesiae ad quam confluunt peregrini, " Sanctus Iohannes in Montana. „ Ibi enim multi credunt natum esse Domini Praecursorem, Virginemque Deiparam a S. Elisabeth fuisse exceptam. Certa huius opinionis testimonia ante saeculum duodecimum non habentur. Nam haud satis constat num scriptori saeculi undecimi, nedum decimi vel noni, ut opinatur P. Ludovicus Cheïkho* (2), *adiudicari possit iste* Liber demonstrationis (كتاب البرهان), *ineptius etiam quam mendacius suppositus alias S. Petro Sebastensi, alias S. Athanasio Alexandrino* (3); *in quo, inter alia aedificia*
B *sequioris aetatis, visenda indicatur* ecclesia Zachariae in Aeliae finibus, ubi Maria adivit ad Elisabeth (4). *Quamquam de situ hodierni sacrarii, non incommode intellegi possunt verba Theodosii, qui numeravit* de Hierusalem usque ubi habitavit sancta Elisabeth mater domni Iohannis Baptistae milia V (5) : *id enim circiter itineris interest Hierosolyma inter et Aïn Carem. Quicquid id est, ante saeculum duodecimum, solitos esse non modo incolas loci, sed monachos laurae Sancti Sabae, illic venerari domum Zachariae, luculenter ostendit hodoeporicon Danielis higumeni cuiusdam, e partibus Rossiae australibus* (6). *Nihilo tamen setius huic opinioni fidem aliquam conciliare arduum censeremus* (7), *etiamsi ab irrito coniecturarum lusu nos non deterreret, quicquid de commenticia Zachariae historia comperimus. Eidem Danieli quingentis circiter passibus ab Aïn Carem ostensa est rupes intra quam, Deo iubente, S. Elisabeth cum Iohanne fugiens se recepisse dictitabatur* (8). *Quem locum inde ab isto tempore nonnulli alii peregrinatores inviserunt.*

Damasci,

105. *Damasci inclitam esse Zachariae ecclesiam*
C *iam nos monuit Quaresmius* (9). *Qui tamen prudenter dubitat num ea sit alia ac praeclarissima S. Iohannis ecclesia quae in veteribus monumentis saepe memoratur* (10).

et Venetiis.

106. *In Occidente nominanda sunt ecclesia et monasterium, in quibus Venetiis non longe a palatio de Rivo Alto memoriam ac cineres sancti* D
Zachariae pia fides concelebrat. Harum aedium originem Danduli verbis (11) *exposuimus : cui sive credas, sive non, negari non potest saeculo decimo* (12) *iam obtinuisse opinionem qua S. Zachariae corpus huc translatum fuisse putaretur.*

Cultus S. Elisabeth nulla sedes nota.

107. *Titulo S. Elisabeth ecclesias priscis saeculis dedicatas esse non comperi. Attamen quaedam indicia dubium iniciunt num liquido negari possit ullas eiusmodi quondam exstitisse. Exempli gratia memorare liceat vicum prope Korthylam in Cypro insula, qui nomen hodie obtinet* Hagia Elisávet, *utique ab aliquo templo vel sacello sanctae Elisabeth dicato : antiquo an recenti, Iohannis matri sacrato an cui sanctae huius cognomini, explorare non vacavit.*

§ IV. De festis SS. Zachariae et Elisabeth.

Festum S. Zachariae

108. *Diem S. Zachariae sacrum nullum memorant vetustiores libri liturgici ecclesiae latinae. Primum tandem in minore martyrologio romano nonis novembribus annuntiari coepta est commemoratio* Zachariae prophetae patris Iohannis Baptistae, *quam mentionem, in Adonis martyrologio similiter expressam, descripsit Usuardus et versibus prosecutus est Wandelbertus.*

Venetiis,

109. *Monialibus coenobii Sancti Zachariae Venetiani S. Rituum Congregatio die 11 decembris anni 1609 officium S. Zachariae concessit* (13), *idque, ut videtur, die novembris quinto assignavit.*

Romae,

110. *Eadem S. Congregatio die 24 aprilis anni 1706 capitulo et canonicis basilicae Liberianae condonavit " officium S. Zachariae sub ritu semiduplici pro die 10 novembris „* (14), *propterea quod in eorum calendario dies quintus novembris praecipiatur festo translato SS. Innocentium.*

111. *In proprio eiusdem basilicae, quod paucis annis post rescriptum illud editum est, festum Zachariae die decimo quinto novembris collocatum est; qui mos etiamnunc obtinet. Festum hac rubrica notatur :* In festo S. Zachariae confessoris, patris S. Iohannis Baptistae. Semidupl. Habemus mentum et reliquias in ciborio reliquiarum (15).

in ecclesia graeca,

112. *S. Zachariae memoriam a Graecis die quinto septembris recoli res est notissima. Quo tempore id fieri coeperit incertum est. De Zacharia silet vetustissimum calendarium quod edidit Morcelli* (16). *Praetermisit eum ad diem quintum*

libri Kitáb al-Boldán, ed. M. J. DE GOEJE, *Bibliotheca geographorum arabicorum*, pars V (Lugduni-Batavorum, 1885), p. 101. Alia testimonia prostant apud N. A. MÉDNIKOFF, Палестина отъ завоеванія ея арабами до крестовыхъ походовъ : Palaestina, ex quo ab Arabibus capta est, ad bella crucigerorum, Православный Палестинскій Сборникъ, fasc. L (Petropoli, 1897), Appendix, pars altera, pp. 762, 802, 860, 862, 1213, 1266. — (1) Petrus diaconus, ed. GEYER, *Itin. Hierosol.*, p. 108. Parum interest quemnam Zachariam quisque peregrinorum hic occisum fuisse crediderit ; loca enim eadem sunt, in quibus acta contigisse credebantur. — (2) المخطوطات العربية في خزانة كليتنا الشرقية : Chirographa Arabica bibliothecae universitatis nostrae orientalis (AL MACHRIQ, t. VII (1904), p. 490. — (3) CHEÏKHO, l. c., p. 488. — (4) I. MARTA, شهادات عربية في مزارات الفلسطينية : Testimonia arabica de sanctuariis Palaestinae. IBID., t. V (1902), p. 483.— (5) Ed. GEYER, *Itiner. Hierosol.*, p. 140. — (6) M. A. VENEVITINOFF, Житіе и хожденіе Даніила, русскія земли игумена, 1106-1107 : Vita et peregrinatio Danielis coenobiarchae in Rossiaca terra a. 1106-1107, Православный Палест. Сборникъ, fasc. III et IX (Petropoli, 1885), p. 83-84. — (7) Id nuper testimonia congerendo magis quam probando molitus est P. Barn. MEISTERMANN, O. F. M., *La patrie de saint Jean-Baptiste*, Paris, 1904. — (8) VENEVITINOFF, l. c., p. 84-85. Cf. Iohannem Phocam, *Histor. grecs des Crois.*, l. c., p. 552. — (9) *Elucidatio Terrae Sanctae*, p. 875-876. — (10) ADAMNANUS, *De locis sanctis libri tres* (GEYER, *Itiner. Hierosol.*, p. 276). — (11) Num. 96, p. 27. — (12) Monasterio Sancti Zachariae datum est rescriptum Ottonis III die 5 februarii anni 998. *MG. Diplomata Ottonis tertii.*, p. 691. De historia huius coenobii lege praecipue BOZZONI, *Il silentio di Zaccaria snodato*, Venetiis, 1678; FLAMINIUS CORNELIUS, *Ecclesiae Venetae*, t. XI (1749), p. 305-404, et [MAIR], *Venezia e le sue lagune*, t. II, 2 (Venezia, 1847), p. 168-76. — (13) BENEDICTUS XIV, *De servorum Dei beatificatione*, l. IV, p. II, c. 29, n. 13. — (14) Ms. P. 192 bibliothecae Vallicellanae. — (15) *Proprium sanctorum ad usum cleri sacrosanctae patriarchalis basilicae Sanctae Mariae Maioris* (Romae, 1714), pars autumnalis, p. 89. — (16) *Kalendarium ecclesiae Constantinopolitanae*, vol. I (Romae, 1788), p. 17-68.

septembris

A *septembris menologium Metaphrastae, etsi menologia antiquiora illo die encomium aliquod S. Zachariae plerumque legendum exhibeant.*

Eundem diem atque Graeci Zachariae assignarunt, Armeni, Coptae, Moscovitae, Habessini.

in ecclesiis orientalibus.

113. *Iacobitae Zachariam et Elisabeth parentes Iohannis die sexto decimo decembris concelebrant* (1).

Annuntiatio Zachariae.

114. *Praeter diem sollemnem Zachariae et Elisabeth, tamquam utriusque festum ab Orientalibus haberi videtur annuntiatio nativitatis Iohannis Baptistae, quae a Graecis, Syris, aliis celebratur die vigesimo tertio septembris, a Coptis vero die vigesimo sexto mensis thout, ab Aethiopibus vigesimo sexto mensis mascarram (qui ambo dies in diem vigesimum tertium septembris incidunt). At in calendario quod anno Domini fere millesimo, a Melchitis syris in regno Chorasmio, inter mare Caspium et lacum Oxianum, observatum esse testatur mathematicus moslemicus, Mohammed Birunensis, die decimo octobris collocatur* Commemoratio Zachariae prophetae, quae est annuntiatio ab
B angelis ei facta de nativitate Iohannis eius filii, sicut refertur in Corano venerando et in evangelio explicatur (2). *Non tamen apud Melchitas commune id fuisse huius sollemnitatis tempus, alia monumenta ostendunt, verbi gratia menaea syriaca quae descripsit R. Payne Smith* (3), *ubi more graeco diei quinto septembris assignatur commemoratio Zachariae, et diei vigesimo tertio eiusdem mensis festum annuntiationis Zachariae. In menaeis etiam ibericis manuscriptis, quae in coenobio Sanctae Crucis prope Hierosolymis invenit Alexander Tsagareli, " Annuntiatio Zachariae „ memoratur ad diem vigesimum septimum septembris* (4).

Commemorationes S. Zachariae

115. *Syro-Maronitae hodierni postridie nativitatis Iohannis Baptistae, id est die vigesimo quinto iunii commemorant Zachariam sacerdotem et Elisabeth eius uxorem. Ita quidem Officium feriale iuxta ritum ecclesiae Syrorum Maronitarum, editum Romae anno 1830* (5). *Verum in veteri* Catalogo festorum totius anni *qui vulgatus est a P. Ludovico Cheïkho* (6), *die decimo sexto mensis iiar (qui est maius) annuntiatur* Zacharias sacerdos pater Iohannis Baptistae. *Videndum tamen num fortasse postrema verba mentioni breviori succreverint, qualis in Birunensis calendario ad eundem diem legitur :* Commemoratio Zachariae prophetae (7).

AUCTORE P. P.

116. *Armeni feria tertia hebdomadis tertiae post Assumptionem memoriam faciunt sanctorum prophetarum Ezechielis, Esrae et Zachariae patris Iohannis Baptistae* (8).

in variis ecclesiis.

117. *A Syris in hebdomade Albarum, quae prima est post Pascha, feria sexta celebratur memoria sanctarum mulierum Marinae et Mariae, Annae et Elisabeth* (9).

Festum S. Elisabeth.

118. *Proprium festum S. Elisabeth celebrari ab ecclesia coptica die decimo sexto mensis amsir et ab aethiopica die decimo sexto mensis iacatit, antea diximus* (10). *In aliis ecclesiis hoc honore caruisse videtur mater sancti Praecursoris. Immo apud Latinos a liturgicis monumentis omni-* E
bus longissimo tempore exulavit, donec Cardinalis Baronius non quidem in editione principe gemina (11), *quam curavit, sed in altera tantum Martyrologii Romani editione, elogio Zachariae mentionem S. Elisabeth subdidit his verbis : " Item S. Elisabeth eiusdem sanctissimi Praecursoris mater „* (12). *Quod cur adiunxerit, in commentario suo hoc modo exposuit : " Iungitur Zachariae marito suo Elisabeth, non ea ratione quod una eademque die (quod sciatur) uterque migravit e corpore, sed cum eius natalis certae diei ignorantia aliquando fuerit eius memoria praetermissa, consultum visum est in commemoratione sanctorum eam coniungere viro suo : nefarium enim est existimatum, sanctissimam feminam, praeconio evangelii celebratam illiberaliter nimis esse silentio praetermissam „.*

(1) Steph. ASSEMANI et Ios. Sim. ASSEMANI, *Bibliothecae apostolicae vaticanae codicum manuscriptorum catalogus.* Partis primae t. II, Codices syriaci (Romae, 1758), p. 255. — (2) *Chronologie orientalischer Völker von Albêrûni*, ed. E. SACHAU (Leipzig, 1878), p. 291; anglice, *The Chronology of ancient nations, or " Vestiges of the past „* (London, 1879), p. 288. Ex superiore opere textum arabicum calendarii excerpsit et notis instruxit P. Ludovicus CHEÏKHO : كلندار الكنيسة الانطاكية في القرن الحادي عشر, Calendarium ecclesiae Antiochensis, ineunte saeculo undecimo, AL MACHRIQ, t. V (1902), p. 6. Quoniam incidit mentio huius libri, operae pretium erit hic exscribere locum ubi rabbinicam fabulam de cruore Zachariae bar Ioiadae ad Zachariam nostrum primum traductam, tandem ad Iohannem Baptistam translatam est diximus (sup. num 25, ann. 3, p. 11) : *Aiunt hos lapides* (qui Hierosolymis prope portam columnae in acervum congesti cernebantur), *aiunt*, inquit, *hos lapides proiectos fuisse super sanguinem Iohannis filii Zachariae, sed hunc sanguinem super eos cum aestu et fremitu exundasse, donec Nabuchodonosor incolas interfecerit eorumque sanguinem super istum sparserit atque tunc eum (cruorem) resedisse „* (SACHAU, *Chronology*, p. 297). Quam temporum rationem non inscite irridet vir historiae doctissimus. — (3) *Catalogi codicum manuscriptorum Bibliothecae Bodleianae.* Pars sexta codices syriacos complectens (Oxonii, 1864), col. 313, 315. — (4) Памятники Грузинской старины въ Святой Землѣ и на Синаѣ : Monumenta antiquitatis ibericae in Terra Sancta et in Monte Sinaï, Православный Палестинскій Сборникъ, fasc. X (Petropoli, 1883), Appendix I. Catalogus codicum manuscriptorum monasterii Sanctae Crucis, prope Hierosolymis, p. 162. — (5) Apud Nic. NILLES, *Kalendarium manuale utriusque ecclesiae orientalis et occidentalis*, t. I (Oeniponte, 1896), p. 488. — (6) كلندار قديم للكنيسة المارونية (يان اعياد جميع السنة : Calendarium vetus ecclesiae Maronitae (AL MACHRIQ, t. VIII, 1905, p. 873). — (7) CHEÏKHO, كلندار الكنيسة الانطاكية, p. 65. — (8) *Ժամակարգութիւն եկեղեցւոյ Հայաստանեայց* : Breviarium ecclesiae Armenorum. Pars tertia : ab Epiphania ad sabbatum sextum Quadragesimae (Vindobonae, 1879), p. 800. — (9) ASSEMANI, l. c., p. 261. — (10) Num. 65, p. 21. — (11) *Martyrologium Romanum ad novam kalendarii rationem et ecclesiasticae historiae veritati restitutum* (Romae, 1583), p. 268; *id.*, accesserunt Caesaris Baronii annotationes (Romae, 1586), p. 500. — (12) *Martyrologium Romanum*, ed. secunda (Antverpiae, 1589), p. 489; cf. p. 490.

A D

TEMPORE INCERTO. H. D.

DE SANCTO CELSO

EPISCOPO PUTEOLIS IN CAMPANIA

Quid de Actis S. Celsi

1. *Ab ecclesia Puteolana celebratur hoc die, sub ritu duplici maiore cum octava, S. Celsus episcopus, confessor, patronus civitatis minus principalis* (1). *Quandonam coli coeperit vel ex quibusnam antiquis fontibus derivata sint quae de eius gestis circumferuntur, postquam diu multumque libros codicesque evolvi et Puteolanorum doctissimos quosque interrogavi, rescire non potui. Acta manuscripta S. Celsi Ferrarius, in* Catalogo SS. Italiae (2), *se vidisse testatur, in quo brevem eiusdem Vitam concinnavit, et in altero opere asserit solummodo se mentionem S. Celsi sumpsisse* ex Tab. Eccles. Puteolanae (3). *Affirmat etiam Tutini, in opere manuscripto eius legendam in* B *ecclesia cathedrali Puteolana servari :* la sua leggenda il di cui originale si conserva nella cattedrale di Pozzuoli (4). *Haec de lectionibus officii S. Celsi intellegenda esse demonstratur ex iis quae postea Tutinus affert, et has ipsas, non vero acta prolixiora, a Ferrario visas fuisse probabile est. De eodem officio locutum esse sacerdotem Iulium Assanti, unum ex testibus qui anno 1619 interfuere sollemni translationi reliquiarum S. Celsi, vix non certum est. In Actis authenticis, quae in monasterio Clarissarum S. Celsi Puteolano asservantur, haec scribit :* Et io similmente tengo l'officio di detto santo qual copia ho cavato dal officio del vescovato et avanti il concilio Tridentino et il breviario nuovo fatto da Pio V, sempre il Capitolo et Clero di detta chiesa diceva l'officio di detto S. Celso coll' ottava(5). *Quicquid id est, exstiterint acta ab officii lectionibus distincta necne, utraque perierunt.*

a Ferrario allatis

2. *Quaeramus igitur ab iis, qui illa qualiacumque legerunt, quid de gestis S. Celsi continerent. Habemus primo Ferrarium, qui binis in locis, ut diximus, de sancto nostro verba facit. In primo opere haec habet :* Celsus S. Petri Ap. discipulus ab C eo Puteolis episcopus eius urbis creatus esse traditur. Extat ecclesia in territorio Puteolano, quae S. Petrilli de Quarto dicitur, quod in ea a S. Petro Celsus quartus episcopus consecratus fuerit. Fertur etiam (ut habet antiqua loci traditio) Celsus post B. Petri discessum sequenti anno S. Paulum cum sociis Romam ad Caesarem, ad quem appellaverat, euntem hospitio accepisse. Sic enim in Act. Ap. legitur : " Flante austro e Rhegio Puteo- „ los venimus, ubi inventis fratribus rogati sumus „ ibi septem diebus manere. „ Caeterum Celsus ubi aliquamdiu ecclesiae Puteolanae praefuisset, pluresque Christo ex gentilibus lucratus esset, tandem ad coelestes sedes moriens evolavit non. novembris. *Et statim addit :* Ex monumentis ms. Ecclesiae Puteolanae, quae illum uti urbis patronum hac die Pii V et Sixti V Pont. Max. concessione celebrat. *Deinde ilico sequitur* ANNOTATIO. Haud verisimile videtur Celsum IV episcopum fuisse Puteolanum obiisseque anno D. 50, ut acta ms. quae vidimus, habent. Probabilius autem est illum secundum episcopum exstitisse, ac circa an. sal. 80 migrasse. Videtur enim pro 80, 50 scriptum fuisse (6). *In opere posteriore, postquam paucis his verbis sanctum nostrum nuntiavit :* Puteolis in Campania S. Celsi episcopi, *hunc brevem subicit commentarium :* Ex. Tab. Eccles. Puteolanae, a qua hac die colitur, officiumque ecclesiasticum illi solemniter ex Pii V et Sixti V Sum. Pont. concessione persolvitur. Illum S. Petri ap. discipulum praedicant Puteolani non ex aliquibus scriptis monumentis, sed ex antiqua, ut aiunt, traditione. Nos illius imaginem in chori E eccles. cathedralis pariete depictam una cum imag. aliorum SS. vidimus (7). *Haec ille.*

censendum videatur.

3. *Prima Ferrarii dicta legenti intellegere pronum est brevem illam suam Vitae S. Celsi synopsim ex monumentis scriptis ecclesiae Puteolanae desumptam esse. In ultimis tamen expresse affirmatur, nullis scriptis monumentis constare eundem S. Petri discipulum fuisse. Porro, si demas quae de S. Petro in synopsi narrantur, admodum pauca supersunt, nec etiam notabiliter dilatata, in Acta excrescere facile possent. Ferrarium minus accurate locutum esse suadet fragmentum quod ex antiquo officio attulit Tutini.* Hic vero [*Celsus*], septiformi repletus gratia, et omnium virtutum abundantia, suis meritis deposcentibus, a Domino est electus. B. Petri apostoli manus impositione, divina imperante clementia, consecrationis munus accepit : sicque promotus in antistitem huius terrae, quae nunc Putheolum vocatur, nam antea Dicearchia vocabatur, populum et plebem paganitatis errore ductum, tenebris occupatum, et obstinatum cordium caecitate, sedentem in tenebris et umbra mortis, gentem sceleratissimam et iniquam, quae diabolica fraude decepta deos aureos et argen- F teos ac lapideos sub plurima veneratione colebant *etc.* (8). *Ubi vides de S. Celso, a S. Petro in episcopum ordinato, in documento quodam mentionem fieri quod ab Actis quae Ferrarius vidit, vel distinctum non est, vel ex iisdem forsitan fluxit.*

Lectiones breviarii Puteolani

4. *Iubente Leone Cardenas, episcopo Puteolano, qui anno 1649 officia propria sanctorum suae dioecesis edenda curavit, Lucas Waddingus, ordinis Minorum, istorum sanctorum Acta ad normam ecclesiasticarum lectionum, ut ipse ait, reducenda suscepit* (9). *Iam, in festo S. Celsi, sequentem Vitam, ex antiquo officio concinnatam* (10), *in tres lectiones divisam exhibet.* LECTIO IV. Celsus a Petro apostolo Puteolorum ordinatus episcopus, celsitudinem, quam nomine praeferebat, vita et moribus exhibuit. Nam, a teneris annis curis omnibus exsolutus, caelestem in terris vitam instituit. Orationi

(1) *Ordo divini officii cotidie servandus in civitate et dioecesi Puteolana* (Neapoli, 1845), p. 50. — (2) P. 694. — (3) *Catalogus generalis sanctorum*, p. 434. — (4) *Antichità sagre della chiesa de Pozzuoli*, cap. I, ap. SCHERILLO, *Della venuta di S. Pietro apostolo nella città di Napoli* (Napoli, 1859), p. 203. — (5) Apud SCHERILLO, pp. 202, 203. — (6) *Catalogus SS. Italiae*, p. 694. — (7) *Catalogus generalis SS.*, pp. 433, 434. — (8) Ap. SCHERILLO, *op. cit.*, p. 204. — (9) *Officia propria sanctorum ecclesiae Puteolanae* (Romae, 1649), p. 7 ; ap. SCHERILLO, *op. cit.*, p. 192. — (10) Decretum Congregationis Sacrorum Rituum die 13 maii 1649 approbat lectiones *pro SS. Alexandro et Proculo martyribus, Onesimo martyre et episcopo, Patroba et Celso episcopis ecclesiae Puteolanae... revisas et recognitas*, ap. SCHERILLO, *op. cit.*, p. 190.

tioni

AUCTORE H. D.

A tioni deditus, die noctuque precibus insistebat, nihil se praeter Christum et hunc crucifixum, scire profitebatur. Post acceptam sacri chrismatis unctionem, adeo se temperavit, ut nullis unquam contumeliis provocatus ad iram, nullis laudibus sit ad superbiam elatus, sed gregis sibi commissi utilitati, quemadmodum de Paulo apostolo dicitur, cum omni humilitate et lacrymis serviebat. LECTIO V. Erat tunc Puteolana civitas antiquis ethnicae superstitionis involuta erroribus, atque inter Baiani littoris delicias, indignis voluptatibus dedita. Unde et christianae religionis puritatem et pastoris sanctissimi monita obstinatissime respuebat. Quamobrem incredibile dictu est qua constantia in evellendo inanium deorum cultu labores plurimos sustinuerit, quo studio ad suorum civium a veritatis via aberrantium salutem incubuerit, qua patientia flagitiosorum hominum, qui eum e medio tollere satagebant, insidias et machinationes pertulerit. LECTIO VI. Elucebat in eo praecipue caritas erga proximum ita ut non amicos solum sed etiam inimicos diligeret, quibus B beneficia pro maleficiis rependebat. In egenos tanta commiseratione ferebatur, ut quicquid haberet, pauperibus erogaret, quam benignitatem in inopes ab ipsa pueritia praemonstravit. Inter haec aliaque pietatis opera, cum plurimos ab idolorum cultu ad christianam religionem tum exemplo, tum concionibus traduxisset, Puteolana ecclesia, inter ingentes persecutionum procellas sanctissime gubernata, ad caelestem gloriam evolavit, merito postea in peculiarem patronum a Puteolanis adscriptus. Eius corpus honorifice asservatur in ecclesia eiusdem nominis dicata (1).

Historia S. Celsi incerta,

5. *Et ita absolvimus testimonia universa de S. Celso quae in qualicumque antiquitate radicem habere videntur* (2). *Recentissime exaratum fuisse exemplar Actorum quae vidit Ferrarius inde forte deducas quod existimaverit 50 pro 80 scribi potuisse. Sed multo magis tota historiae indoles, recentioris aevi compilatorem redolet nec quicquam eorum quae de S. Celso attulimus antiquo ex fonte haustum fuisse comprobatur. Ut praetermittamus locos illos communes quibus sancti vita, mores et in munere obeundo virtutes praedicantur, tria ab allatis testibus praecipua audivimus :* C *S. Celsum a S. Petro Puteolanum episcopum fuisse constitutum ; illum quartum huius civitatis antistitem fuisse ; S. Paulum, Romam petentem, ab eodem hospitio exceptum esse. Quam inane immo ridiculum sit argumentum ex vocabulo S. Petrilli de Quarto deductum, ut S. Celsus quarto loco inter episcopos Puteolanos numeretur, dicere superfluum est. Ecclesiam de Quarto ex eo vocabulum traxisse quod ad quartum a civitate miliare exstructa sit, minime vero a quarto episcopo, patet* (3). *Eam vero erectam esse in loco ubi S. Petrus sanctum sacrificium obtulerit et Celso manus imposuerit eodem fere iure negatur quo asseritur. Silent enim fontes antiqui de adventu principis apostolorum Puteolis, silent quoque de primis civitatis episcopis, et orditur eorundem series historica a Iulio qui vice S. Leonis papae cum Hilario diacono Ephesum, anno 448, missus fuit* (4). *Nulla igitur superest causa ut inter illos iudicemus qui multis disceptarunt fueritne S. Celsus primus Puteolanorum episcopus, an secundus, post S. Patrobam* (5), *Romaene an Puteolis a S. Petro episcopalem consecrationem acceperit* (6). *Patrobae episcopi historiam purum putumque figmentum esse nemo ignorat* (7), *sed neque Celsum episcopum fuisse ullis probabilibus argumentis demonstratur.*

cultus vero certissimus.

6. *Licet documenta antiqua et fide digna, etiam martyrologia nomen S. Celsi reticeant, illi tamen ab immemorabili, ut aiunt, in civitate Puteolana cultum exhibitum fuisse extra dubium est. Una ex septem antiquis loci ecclesiis, quae in regione* Pusterla *dicta exstabat, S. Celso sacra erat. Anno 1538 terrae motu eversa, ab episcopo Matthaeo Castaldo refecta* (8), *tandem, aedificato coenobio de quo mox, destructa est. Hoc in templo diu quieverunt S. Celsi reliquiae. Quas cum vellet memoratus episcopus maioribus affici honoribus, anno 1548 in ecclesiam cathedralem, recens reaedificatam, transferendas curavit. Verum, si credas sacerdotis Assanti testimonio* (9), *rem sibi displicuisse* E *indubiis argumentis sanctus ipse demonstravit. Vix enim ad episcopium, comitantibus canonicis totoque clero, pervenerant sacra pignora, cum orta est horrenda tempestas et per octo dies continuos protracta. Suspicantibus nonnullis terrae aerisque motuum causam esse reliquiarum translationem, illas in propriam S. Celsi ecclesiam reportandas iussit episcopus, et reapse mari reddita est tranquillitas et caelo serenitas. Aliquot post annis, erectum est, in ipso S. Celsi parochiae territorio, monasterium virginum sancto patrono dicatum. Ecclesia anno 1619 completa fuit; coenobium vero nonnisi die 29 decembris anni 1628, Clarissis reformatis traditum. Iam vero, die 4 novembris anni 1619 in vigilia S. Celsi, reliquiae ab ecclesia vetere (quae paucis passibus a nova distabat) sollemni pompa per omnes civitatis vias deductae et ad novum templum translatae sunt* (10). *Exstant in monasterio Acta manuscripta huius translationis, quae saepius adduximus* (11), *et quo antiquius de cultu S. Celsi monumentum integrum nullum potuimus reperire. Affirmat Ughelli asservari S. Celsi* sacrum corpus in ecclesia ab ipso condita ubi nunc moniales S. Francisci degunt (12). F *Ecclesia a S. Celso condita, ut patet, nulla est. Verum aperte confundit Ughellus ecclesiam novam monialium cum antiqua ecclesia S. Celsi, ad cuius locum area monasterii protenditur. Ab hodiernis monialibus sancti patroni corpus asservari creditur.*

Eiusdem officium liturgicum.

7. *De sancti officio liturgico passim verba fecimus. Officium quoddam Tridentino concilio antiquius se vidisse testantem audivimus sacerdotem Iulium Assanti* (13); *officium a summis pontificibus Pio V et Sixto V concessum affirmat Ferrarius* (14); *fueritne antiquum illud, an novum, incertum remanet. Tandem, iussu episcopi Leonis de Cardenas officium S. Celsi cum reli-*

(1) Haec ex apographo Puteolis transmisso " ex originalibus inter officia et missas Puteolanae dioecesis propria cum quibus concordant, salva, etc. „ - (2) Omittimus quae de S. Celso habet [FLAMINIUS CORNELIUS], *Hagiologium italicum* (Bassani, 1773), t. II, p. 275, *ex monum. mss. ecclesiae Puteolanae* depromptum, ut auctor loquitur. Legenti enim manifestum est eum Ferrarii elogium, paucis suppressis, exscripsisse. — (3) SCHERILLO, *op. cit.*, p. 206. — (4) *Prosperi Tironis epitoma chronicon, MG.*, Auct. antiq. t. IX, p. 480. — (5) SCHERILLO, *op. cit.*, c. VI. — (6) *Magis arridet opinio illa quae censet Romae Celsum ab apostolo consecratum fuisse post Patrobae excessum ac Puteolos missum.* Ita UGHELLI, *Italia sacra*, t. VI, p. 272. — (7) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 222. — (8) SCHERILLO, *op. cit.*, p. 217. — (9) In Actis translationis S. Celsi iam superius allatis. — (10) *Italia sacra*, t. VI, p. 272. (11) Adduximus ex SCHERILLO, *op. cit.*, p. 218 et passim, qui acta illa excerpsit. — (12) UGHELLI, t. c., p. 272. — (13) SCHERILLO, *op. cit.*, p. 203; supra, n. 1. — (14) *Catalogus sanctorum*, p. 434.

quis

AUCTORE H. D.

quis in propio Puteolano positis innovatum fuisse supra diximus (1). *Missam propriam, quae incipit :* Tulit ergo Samuel cornu olei (*I. Reg. XVI*), *et in qua S. Celsus a S. Petro consecratus dicitur, etiamnum cantant Puteolani — quod laudabiliter agunt — sed et tamquam documentum historicum producere non formidant, quod nemo non improbet* (2). *De S. Celso unum certo constat : illum* D *a Puteolanis ut sanctum, tempore incerto, coli coeptum esse. Episcopum illum fuisse nullis constat documentis fide dignis; quod autem a S. Petro episcopus constitutus fuerit et consecratus inter fabulas amandandum.*

(1) Historiam renovati proprii Puteolani a Waddingo breviter concinnavit SCHERILLO, *op. cit.*, p. 190-94. — (2) SCHERILLO, *op. cit.*, p. 205; p. 608-609 missam integram inter documenta collocavit.

TEMPORE INCERTO. H. D.

DE SS. FELICE ET EUSEBIO

TERRACINAE IN CAMPANIA

Ex Passione SS. Caesarii et Iuliani,

1. *Hos martyres, quorum nomina reticent codices hieronymiani, paucis verbis nuntiat vetus romanum martyrologium :* Terracinae, Felicis presbyteri et
B Eusebii monachi. *Prolixius eorum elogium texunt Beda, Rhabanus, Ado, Usuardus, iisdem paene verbis expressum. Unum pro omnibus audiamus Adonem.* In Terracina civitate Campaniae, natalis sanctorum Felicis presbyteri et Eusebii monachi, temporibus Claudii imperatoris. Qui videlicet Eusebius, cum sepelisset sanctos martyres Iulianum et Caesarium, et ad sepulchra eorum orans et ieiunans multos converteret ad fidem quos Felix presbyter baptizabat, tenti sunt ambo a Leontio filio Leontii consularis, ob eam maxime causam quia Caesarius patrem eius christianum fecisset, et ad forum eius ducti nec superati, inde carcere reclusi et nocte eadem cum sacrificare nollent decollati sunt atque in fluvium iactati. Quorum corpora venerunt usque ad mare et reiecta sunt ad litus, atque a presbytero quodam de Capua nomine Quarto, inventa. Qui ea mox imposita vehiculo, duxit in casam suam, et curiose quaerens, etiam capita invenit, adiunctaque corporibus, sepelivit iuxta sanctum Caesarium (1). *Ad verbum haec desumpta sunt ex Passione SS. Caesarii et Iuliani, qualis ad diem 1 novembris edita est ex codice Florentino* (2). *Si eiusdem*
C *narrationis epitomen brevissimam excipias* (3), *sub quavis eius forma eadem plane facta, diversa licet aliquantulum phrasi, de duobus sanctis exponuntur* (4).

quae fide digna non est,

2. *Unicum ergo, quod ceterorum omnium fons est, documentum respiciendum est, videlicet Passio SS. Caesarii et Iuliani, de qua tanta cum ubertate unus ex nostris decessoribus disseruit, ut hic dicendi finem libenter facerem nisi de illius fide historica paulo pressius loqui necessarium ducerem. Tota videlicet quaestio in hoc versatur, utrum ex quattuor vel quinque Passionis Caesarii recensionibus una saltem designari possit quae ex Actis authenticis antiquioribus vel e fontibus historicis aliqua ratione fluxerit. Et hoc quidem affirmandum censebat qui de S. Caesario commentarium scripsit* (5). *Verum, huius sententiae solida argumenta frustra requiras; immo, tota Actorum illorum compages ea apparet quam in tot narrationibus mere ficticiis reperire est, ex quibus si nomina sanctorum quorundam illustrium, et quod mortem pro Christo passi sint, et tali loco sepulti fuerint, dempseris, praeter fabulam nihil retineas. Haec, cum alia similia tractaremus, toties dicta* E *sunt, ut ea rursus evolvere taedeat* (6).

desumpta sunt quaecumque

3. *Eodem, quo integra Passio, censu habenda est pars illa quae de sanctis hodiernis Felice et Eusebio tractat, et universa quae de illis narrantur, a compilatore excogitata fuisse certissimum est. Quod presbyter alter fuerit, quo iure credatur, non video; quod alter monachus, certo falsum, cum nulli tunc temporis monachi essent. Neque operae pretium est de tempore quo martyrium sumpserint disserere. In similibus enim Passionibus quivis pro libitu christianis infensus imperator inducitur. Adde quod Actorum Caesarii chronotaxim cum Actis Domitillae conciliare frustra tentaveris; horum autem si tempora accurata non esse dixeris, eodem iure de Passione Caesarii id reponam.*

de SS. Felice et Eusebio narrantur.

3. *Quantumcumque fide historica destituta sint Acta nostra, non ideo negavimus ipsum sanctum Caesarium in rerum natura exstitisse. Certa enim ex cultu antiquitus illi exhibito argumenta habemus quod martyr occubuerit, et Terracinae sepultura donatus fuerit. Utinam de sanctis Felice et Eusebio similis traditio suppeditaret. Sed neque in memoria populorum neque in fastis antiquis illo-* F *rum recordatio servata est. Neque opponantur martyrologia quae initio attulimus. Quaecumque enim de sanctis nostris habent ab ipsa Caesarii Passione mutuata sunt, cuius auctor propterea unicus est testis audiendus. Iam vero, uti hagiographis mediae aetatis sollemne est, narrationibus suis non modo facta a se excogitata sed et conficta hominum nomina intermiscere qui in re gesta suas partes teneant, ita semper dubium superest quando de sanctis quibusvis nullum aliunde testimonium habemus. Praeter sanctos Felicem et Eusebium, alium quendam, de quo mox, Quartum videlicet Capuanum, in appendicem Actorum Caesarii compilator induxit. Quoniam illum, uti ostendetur, non finxit, sed ex authenticis fastis deprompsit, Felicem et Eusebium ex simili fonte, licet nobis inaccesso, derivatos esse suspicari possumus. Hoc levi indicio pro argumento contenti simus oportet. Non nego Terracinensibus hodie persuasum esse sub*

(1) D. GEORGIUS, *Martyrologium Adonis* (Romae, 1745), p. 563-64. — (2) *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 118-20; *BHL.*, 1513. — (3) *BHL.* 1515. — (4) De sanctis Felice et Eusebio obiter mentio est in menaeis Graecorum ad diem 7 oct., ubi de sanctis Iuliano et Caesario. *Synax. Eccl. CP.*, p. 118. — (5) *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 86, n. 12. — (6) De Actis Caesarii etiam consulendi TILLEMONT, *Mémoires*, t. II, pp. 172, 573; R. DE LA BLANCHÈRE, *Terracine, Essai d'histoire locale* (BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME, XXIV), p. 148-53.

altari

AUCTORE H. D.

A *altari maiore ecclesiae cathedralis requiescere corpora sanctorum martyrum Caesarii, Iuliani, Felicis, Eusebii* (1). *Verum tam incerta sunt quae de reliquiis Terracinensibus tradita habemus, quod legenti commentarium de SS. Caesarii et Iuliani reliquiis manifestum erit* (2), *ut talibus in medium proferendis probationibus supersedendum periti facile concessuri sint.*

(1) Cf. *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 95, n. 51. — (2) Ibid., n. 50-56.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

TEMPORE INCERTO.

GALACTIONE ET EPISTEME

H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Summa historiae Galactionis et Epistemes,

1. *Historiae quam de SS. Galactione et Episteme narrant hagiographi haec summa est. S. Galaction parentibus Clitophonti et Gleucippae ab Onuphrio monacho, a quo et baptizantur, praenuntiatus, in urbe Emesa nascitur, ibique liberalibus imbuitur disciplinis. Mortua matre, cum illi pater dedisset* B *uxorem nomine Epistemen, formosam quidem sed infidelem, nulla ratione adduci potuit Galaction ut ad osculum illam admitteret. Cuius rei causam ab ea rogatus: " Quia, inquit, christiana non es. " Quare christianam se futuram mox pollicetur et, cum propter persecutionem nullus praesto esset sacerdos, ab ipso Galactione in horto baptizata est. Deinde, distributis in pauperes facultatibus, uterque in montem secessit atque in monasterium, alter virorum mulierum altera, se receperunt, ubi ieiuniis orationibusque sedulo operam dederunt. Gravescente autem persecutione, ad praefectum delati sunt; dumque Galaction ad iudicem trahitur, Episteme eum assecuta est et cum illo retenta. Dein ambo, manibus pedibusque praecisis, decollati sunt. Ita fere synaxarium a Basilio nuncupatum* (1) *et alia passim synaxaria* (2), *quorum nonnulla rem sub Diocletiano gestam referunt. Et si hoc quidem omittatur, quod in Passionibus sanctorum prolixioribus frustra requiras, paucis in hac epitome habentur quaecumque de Galactione et Episteme tradita sunt, nec quicquam in libris liturgicis de iisdem reperire est quod non ex eodem fonte promanarit.*

cuius duae exstant narrationes ampliores,

2. *Vitae et certaminis SS. Galactionis et Epistemes duas prolixiores narrationes habemus, quas e codicibus manuscriptis mox dabimus. Et prior quidem, quam antiquam Passionem dicimus, ab Eutolmio quodam, qui se testem oculatum rerum a sanctis gestarum eorundemque servum iactat, conscripta censetur, legiturque in priscis menologiis ad diem 5 novembris. Altera vero celeberrimi menologii pars est quod sub Symeonis Metaphrastae nomine circumfertur, eodemque die legenda notatur* (3). *Nulla alia documenta praeter Passionem antiquam Metaphrastae praesto fuisse legentibus ilico patet. Historiae enim Eutolmianae mera retractatio est eius lucubratio, in qua res narrata pro libitu contrahitur vel dilatatur, atque affectata verborum simplicitate et elegantia exornatur. Prologum Eutolmii sustulit Metaphrastes, et statim a laudibus civitatis Emesae, ut ipsi mos est auctore Psello de urbium* εὐκαιρίᾳ *disserere* (4), *exorditur. De Memnone patre Gleucippae silet, atque iudicem Ursum non inducit, eo animo, nisi erro, ut quae de duobus praesidibus Secundo et Urso in Passione antiqua minus inter se cohaerentia videntur, corrigat; quod etiam egisse censendus est c. 17, ubi solos iudicis comites, non autem ipsum iudicem, ut in altera Passione est, visu orbatos deinde caecitate* E *liberatos refert. Quae c. 8 Passionis antiquae narrantur de pudicitia Galactionis, qui anus venerandae et ipsius Epistemes vultum aspicere recusat, non eodem pacto expressit Metaphrastes, atque loco* τῆς διακόνου *proprio marte inducit matrem duorum monachorum. Maioris momenti est quod cum c. 4 dixerit Eutolmius Gleucippen accepto baptismo octo dies a mariti congressu abstinuisse, iis vero elapsis filium concepisse, haec ita exponat Metaphrastes ut intellegas eam concubitum plane recusasse et nihilominus prole mirabiliter donatam fuisse. Cetera mittamus, ne in artibus metaphrasticis exponendis teratur tempus. Cum ad fontem, quae est Passio Eutolmiana, accessus pateat, de hac sola quaerendum est num et quatenus fide digna sint quae de martyribus Galactione et Episteme tradita sunt.*

fide penitus indignae

3. *Porro horum Passionem non inter historias probatas sed inter* διηγήσεις ψυχωφελεῖς, *ut ipsius scriptoris vocabulis utar, numerandam esse, tota rerum gestarum ratio clamat, cum quaecumque historiae gravitas merito postulare videtur, hic plane desideres. Et primo tempus quo haec acta sunt nusquam indicatur.* F *Quod enim recentiores alii sub Diocletiano* (5) *alii sub Decio* (6) *hoc par sanctorum martyrium subiisse existimaverunt, merito neglegitur, cum id de suo hauserint neque satis accurate perpenderint tot monachos saevientibus persecutionibus nullo loco reperiri potuisse. Notatu etiam digna sunt nomina hominum qui rebus interfuisse dicuntur. De Secundo et Urso praefectis in Phoenicia nemo umquam audivit; Onuphrium, hominem procul dubio aegyptium, si nomen attendas, Emesae vitam monasticam egisse reapse mirum est; sed multo magis mirabitur qui parentes Galactionis, Clitophontem et Gleucippen adverterit in Achillis Tatii fabula amatoria notissima* De Clitophontis et Leucippes amoribus (7) *suas quoque partes agere. Et cum talibus narratiunculis multa quoque communia habet historia Galactionis et Epistemes, quae ad delectandos homines non minus quam ad virtutis com-*

(1) *P.G.*, t. CXVII, p. 145. — (2) *Synax. Eccl. CP.*, p. 193. De eorum memoria in libris ecclesiasticis Slavorum cf. MARTINOV, *Annus graeco-slavicus*, ACTA SANCTORUM Octobris t. XI, p. 270; V. JAGIĆ, *Carminum christianorum versio palaeoslovenico-russica* (Petropoli, 1886), pp. 300, 585; Великія Минеи Четіи. Ноябрь, 1-12 [Menaea maiora, nov. 1-12] (Petropoli, 1897), 146-160. — (3) *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 312-29. — (4) *Encomium Metaphrastae*, *P. G.*, t. CXIV, p. 196. — (5) Supra, num. 1. — (6) BARONIUS, *Annales eccl.*, ad an. 253; cf. *Martyrologium Romanum* ad diem 5 nov. — (7) HERCHER, *Erotici scriptores* (Parisiis, 1856), p. 27-127; cf. E. ROHDE, *Der griechische Roman*, p. 467-85.

AUCTORE H. D.

mendationem adornata est. In eam enim congessit hagiographus quaecumque praeter morem rerum humanarum sibi de sanctis suis fingere potuit, et quae in id genus litteris communia sunt : prolem a sterili conceptam, visu somniorum, miracula coram iudice patrata, infideles plurimos ad Christum repente perductos, ut alia taceam quae scriptor excogitavit satis absurda, qualis est duplex baptismus Gleucippae et Epistemes in horto et quidem in dolio collatus. Ceterum rebus narratis longos sermones perpetuo interponit, quos lepidissimos esse voluit, more scriptorum eroticorum, quos pseudo-Eutolmius, quisquis ille est, profecto legit atque imitari conatus est.

et cuidam Eutolmio suppositae.

4. Et Eutolmium quidem suppositum esse tum sanctorum servum tum Actorum eorundem scriptorem iam D. Papebrochius noster recte perspexit (1), *nec, si ipsi credimus, ratio ulla suppetit fidem denegandi Augaro S. Theodori tachygrapho, Pasicrati S. Georgii servo, Athanasio S. Aecaterinae a secretis et aliis huiusmodi piarum tragoediarum personis* (2). *Quis reapse fuerit fabellae consarcinator quove loco primum edita fuerit, divinare non* B *possumus, et satis temere, nostro quidem iudicio, affirmavit quidam cum monachorum Sinaiticorum coetu aliqua ratione illam cohaerere* (3). *Quod enim de monte Sina deque monachis ibidem degentibus ab hagiographo mentio fiat, id solum ostendit iam tunc temporis celeberrimam fuisse Sinaitarum congregationem ; sed satis patet neminem, nisi locorum ignarum, de quodam monte Publio* (Πούπλιον ὄρος) *decem dierum itinere ab Emesa distante montique Sina propinquo loqui potuisse. Id unum satis certum existimo, Passionem SS. Galactionis et Epistemes ex eodem esse genere litterarum quo Acta SS. Andronici et Athanasiae, S. Martiniani, S. Nicephori, S. Bonifatii* (4) *et aliorum, quae non eo animo conscripta censentur ut quae reipsa gesta sunt illustrent, sed ut fidei et virtutis exempla veluti in speculo proponant.*

5. *Antiquiorem SS. Galactionis et Epistemes Passionem in codicibus sex nacti sumus, quos in duas praecipuas classes distribuendos esse perspeximus. Horum elenchum accipe.*

Passio prior e codicibus sex

A 1 = *Codex Parisiensis Bibliothecae Nationalis graec. 1519, saec. XI exaratus. Menologium* C *est novembris a die 1 ad 13, de quo alias fuse diximus* (5). *Passio SS. Galactionis et Epistemes, quae legitur pag. 150-164, in hoc codice optime tradita est, et ex eodem edenda, paucis vero in locis aliis ex codicibus emendanda.*

A 2 = *Codex Vaticanus gr. 808, saec. XI exaratus. Menologium mensis novembris a die 1 ad 30, de quo alibi* (6). *Passio qualis hic legitur, fol. 54-62, proxime accedit ad A 1, quamvis suas quoque habeat lectiones codex Vaticanus, minoris utique momenti, et in apparatum criticum merito reiciendas.*

bipartitis,

B 1 = *Codex Vaticanus gr. 803, saec. XII exaratus. Menologium novembris et decembris* (7). *Fol. 18^{v}-22^{v} legitur Vita seu certamen SS. Galactionis et Epistemes. Cum tribus sequentibus codicibus multa habet communia, quae licet ipsas res vix ac ne vix quidem tangant, ita tamen a codicibus A recedunt ut diversam Passionis recensionem exhibeant. Et hanc quidem totam in infima pagina reperies.* D

B 2 = *Codex Dresdensis Bibliothecae regiae A 187, saec. XVI exaratus, miscellaneus, de quo fuse E. von Dobschütz* (8). *Codicis altera pars (II, 1-429) Vitis sanctorum fere constat, quas inter pag. 23-28 Vita SS. Galactionis et Epistemes. Proxime accedit codici B 1, e quo tamen fluxisse minime dicendus est.*

B 3 = *Codex Venetus bibliothecae S. Marci gr. 349, saec. XI-XII exaratus. Menologium novembris a die 1 ad 17, de quo alias diximus* (9). *Fol. 65-70 legitur Vita et Passio SS. Galactionis et Epistemes, recte plerumque scripta et ab huius classis codicibus parum discrepans.*

B 4 = *Codex Parisiensis Bibliothecae Nationalis gr. 1468, saec. XI. exaratus. Menologium trimestre a septembri ad novembrem, quo non semel usi sumus. Passio SS. Galactionis et Epistemes, fol. 206^{v}-211^{r}, qualis hic tradita est, non tam probis lectionibus quam mendis scriptionis insignis est, quibus apparatum criticum onerare noluimus. Parum enim refert quod scribat* κολαφίζομε *pro* E κολαφίζομαι, διόκωμαι *pro* διώκομαι, ἕξη *pro* ἕξει, *quod* ν *euphonicum deleat et cetera huiusmodi quae a scriptoribus mediae aetatis passim usurpantur. Ceterum neque ubi in ceteris codicibus talia occurrebant ea notare voluimus, si tamen ipsas sententias attingere nullo pacto videbantur.*

altera ope codicum quattuor edenda.

6. *Passio altera, quam latine redditam a Gentiano Herveto libris suis inseruit Aloisius Lipomanus* (10), *a quo eandem mutuatus est Laurentius Surius* (11), *graece primum edita est a viro ill. I. B. Malou inter opera Symeonis Metaphrastae. Quae, etsi in multis codicibus exstat, e paucis tamen edenda videtur, cum usu constet, quod hic quoque comperimus, metaphrasticas illas lucubrationes plerumque optime traditas esse et e libris plurimis, ad easdem edendas collatis, parvam utilium lectionum segetem colligi solere. Quattuor proinde codices seligere visum est.*

C 1 = *Codex Parisiensis Bibliothecae Nationalis gr. 1522, saec. XI exaratus. Menologium mensis novembris a die 1 ad 15. Fol. 83-94 legitur Vita et Passio SS. Galactionis et Epistemes* (12). *Codices C 1, 2, 4 contulit v. d. Henricus Lebègue.* F

C 2 = *Codex Parisiensis 1020, saeculi item XI. Menologium novembris, a die 1 ad 17, si folia peregrina 1-13 demas. Fol. 87-95^{v}, Vita et Passio eorundem sanctorum* (13).

C 3 = *Codex Parisiensis 1481, saeculi quoque XI. Menologium novembris a die 1 ad 15* (14). *Ex hoc codice primum edita est Passio sanctorum Galactionis et Epistemes* (15), *quae legitur fol. 57-64. Codicem iterum excussit D. Labaste, altiorum disciplinarum scholae Parisiensis olim alumnus.*

C 4 = *Codex Parisiensis 1487, saeculi rursum XI. Menologium novembris a die 1 ad 13. Fol. 73^{v}-83 Vita et Passio eorundem sanctorum* (16).

Singulorum codicum lectiones variantes notavimus, exceptis dumtaxat paucissimis quae verba eadem cum trita vocalium permixtione exhibent.

(1) *Ephemerides graeco-moscae*, ACT. SS., Maii t. I, p. L. — (2) *Les légendes hagiographiques*, deuxième édition (Bruxelles, 1906), p. 81. — (3) A. BRINKMANN, *Klassische Reminiscenzen*, RHEINISCHES MUSEUM. N. F., t. LX (1905), p. 633. — (4) *Les légendes hagiographiques*, p. 71. — (5) *Catal. Gr. Paris.*, p. 211-12. — (6) *Catal. Gr. Vatic.*, p. 53-56. — (7) *Catal. Gr. Vatic.*, p. 44-46. — (8) *Byzantinische Zeitschrift*, t. XV (1906), p. 243-74; cf. *Archiv für Slavische Philologie*, t. XXVII (1905), p. 246-57. — (9) *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 175-79. — (10) *Tomus quintus vitarum sanctorum patrum* (Venetiis, 1556), fol. 32-35. — (11) Ad diem 5 novembris; etiam *P.G.*, t. CXVI, p. 94-107. — (12) *Catal. Gr. Paris.*, p. 215-16. — (13) *Ibid.*, p. 61-62. — (14) *Ibid.*, p. 162-63. — (15) *P.G.*, t. CXVII, p. 93-108. — (16) *Catal. Gr. Paris.*, p. 169-70.

SS. GALACTIONIS

A

SS. GALACTIONIS ET EPISTEMES

PASSIO PRIOR

Edita ex manuscriptis **A 1** = *Parisiensi 1519,* **A 2** = *Vaticano 808,* **B 1** = *Vaticano 803,* **B 2** = *Dresdensi A. 187,* **B 3** = *Veneto 349,* **B 4** = *Parisiensi 1468. Cf. supra p. 34.*

Βίος καὶ[1] μαρτύριον[2] τῶν ἁγίων[3] ὁσιομαρτύρων[4] Γαλακτίωνος[5] καὶ Ἐπιστήμης.

Prologus Eutolmii

1. Διήγησιν ξένην καὶ παράδοξον ἀκούσατε σήμερον παρ' ἐμοῦ, ἀγαπητοί[1], ἥτις ἐστὶ χρήσιμος ταῖς ὑμετέραις[2] ψυχαῖς· καὶ γὰρ ὑπάρχει λίαν ὠφέλιμος, ἐάν τις οὐ μόνον[3] ἀκροατὴς γένηται ἀλλὰ καὶ ποιητής, ὡς ὁ[4] ἀπόστολος Παῦλος[5] νουθετῶν διαλέγεται· οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι[6] παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου δικαιωθήσονται. Καὶ[7] γὰρ ἐάν[8] τις ὑμῖν ἐπιδείξῃ[9] θησαυρὸν κεκρυμμένον, μὴ δύνασθε[10] πλουτῆσαι ἐκ τοῦ ὑποδείγματος, εἰ μήτιγε[11] κόπῳ πολλῷ καὶ μόχθῳ διορύξαντες τοῦτον καρπώσησθε· οὐμενοῦν τούτου χάριν παραινῶ ὑμᾶς, πεποθημένοι μου ἀδελφοί, ἵνα μὴ ἐν παρέργῳ δέξησθε ἥνπερ ὑμῖν μέλλω διηγήσασθαι πολιτείαν καὶ μαρτυρίαν, ἀλλὰ ταύτην ἐν ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς[12] ἀκριβῶς ἱστορήσαντες καὶ ἀληθινῷ πόθῳ[13] ἐγγράψαντες σπεύσητε[14] τῷ ταύτης ζήλῳ ποιηταὶ γενέσθαι καὶ <οὐκ[15]> ἀκροαταί. Κἀγὼ γὰρ ὁ ταπεινὸς καὶ ἐλάχιστος[16] Εὐτόλμιος, ὁ ταύτην ὑμῖν τὴν[17] ψυχωφελῆ[18] ἱστορίαν προθέμενος, εἰ[19] καὶ αὐτόπτης γέγονα καὶ ὑπηρέτης τῶν τῶν ἐμῶν δεσποτῶν[20] ἀγωνισμάτων καὶ ἀθλημάτων, ἀλλ' οὐκ ἐζήλωσα τούτων[21] τὸν ἀγγελικὸν καὶ ἀσώματον βίον, ἐμπαθῶς[22] πολιτευσάμενος καὶ τὴν σάρκα μᾶλλον ποθήσας ὑπὲρ τὸ πνεῦμα. Ἀλλὰ μὴ γένοιτο ὑμᾶς ζηλωτὰς γενέσθαι ἀμελοῦς καὶ ῥαθύμου[23] καρδίας· ἐμοὶ μὲν γὰρ[24] τὸ λέγειν οὐκ ὀκνηρόν, ὑμῖν δὲ τὸ[25] ἀσφαλές. Οὐ γὰρ κατακρύπτω τὸ τάλαντον, ὅπερ ἀναξίως[26] πιστευθῆναι[27] ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἠξίωμαι, πρὸς περισσοτέραν ἄμυναν τῆς ἐμῆς[28] ἀκερδείας καὶ ἀεργίας[29], ἀλλ' ὑμῖν αὐτὸ[30] ἀκριβῶς παρατίθημι[31], ὀφειλέτας ποιῶν ὑμᾶς[32] τοῦ[33] Θεοῦ τοῦ εἰρηκότος τῷ πονηροτάτῳ κατ' ἐμὲ δούλῳ· « Διὰ τί τὸ τάλαντόν μου οὐ παρέθου τοῖς τραπεζίταις; » κἀγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἀνειλόμην[34] αὐτό. Παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς[35], ἀγαπητοί[36], ὅπως μὴ[37] εἰς τὴν τοῦ λόγου μου βλέψητε βεβηλότητα καὶ εὐτέλειαν[38]· ἀμαθὴς γάρ εἰμι καὶ εἰκότως[39] οὐκ ἰσχύσω τὴν διήγησιν ὑμῖν ἐν πείρᾳ[40] ποιήσασθαι· ἀλλ' οἶδα ὑμᾶς ὅτι οὐ πρὸς[41] τὸ ἀκριβὲς τοῦ λόγου βλέποντες ἀναβάλλεσθε[42] τὴν διήγησιν, ἀλλὰ πρὸς τὸ τῆς πίστεως ταπεινόν μου[43] ἀπόφθεγμα εὐπειθήσαντες τὸν παρ' ἐμοῦ ἱστορεῖσθαι μέλλοντα ἀκούσετε[44] βίον[45] σὺν μαρτυρίῳ[46]. E

Iac. 1, 22. — *Rom. 2, 13.* — *qui servum sanctorum se simulat.* — *Gal. 5, 17.* — *Matth. 25, 25.* — *Luc. 19, 23.*

In urbe Emesa Gleucippe,

2. Ἦν τις ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει Ἐμέσῃ εὐγενὴς καὶ ἔνδοξος[1] ὡς οὐκ ἄλλος τις ἦν κατοικῶν ἐν αὐτῇ, ὃς ἐκόμα πλούτῳ πολλῷ[2] καὶ περιφανὴς ἦν εἰς τὰς πέριξ πόλεις καὶ χώρας[3], ὀνόματι Κλειτοφῶν[4]· ἐκέκτητο δὲ[5] γυναῖκα ὡραιοτάτην[6], θυγατέρα[7] γεγονυῖαν[8] Μέμνονος[9] τοῦ τοπάρχου, ὀνόματι Γλευκίππην[10]. Ἦν δὲ[11] στεῖρα[12] καὶ οὐκ ἔτικτεν[13], ὡς ἐκ τούτου μεγίστην λύπην καὶ ἀλγηδόνα ἔχειν[14]. Ὠνειδίζετο γὰρ ὑπὸ τοῦ ἰδίου[15] ἀνδρὸς καθ' ἡμέραν[16]. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἡγεμονεύειν Σεκοῦνδόν τινα[17] ἄνδρα ἀπηνῆ καὶ ὠμότατον[18] καὶ ἀντικείμενον τῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ[19]· ὅστις[20] τοσοῦτον[21] τοὺς χριστιανοὺς ἐλεηλάτει[22] πληρῶν τὰς ἀμφόδους ἤδη[23] βασάνων καὶ παντοίων κολαστηρίων ὀργάνων[24], ὥστε[25], εὑρισκομένων τινῶν[26] χριστιανῶν, παραυτὰ ἐκ μόνης τῆς θέας κακηνκάκως[27] ἄνευ ἐρωτήσεως[28] ἀναλωθῶσιν[29]· ἕκαστος τοίνυν τῶν εὐσεβῶν τὴν ἑαυτοῦ[30] σωτηρίαν ἐπραγματεύετο καὶ[31] οἱ μὲν[32] τῷ φόβῳ κρατούμενοι ἔφευγον, ἄλλοι[33] δὲ ἑαυτοὺς F προεδίδοσαν, ἕτεροι[34] δὲ δειλαινόμενοι ἐκρύπτοντο· ἐξ ὧν[35] μοναχός τις τοὔνομα Ὀνούφριος τὸ ἑαυτοῦ σχῆμα μὴ ἀποβαλλόμενος, ἀλλ' ἔνδοθεν αὐτὸ[36] ἠμφιεσμένος[37] περιεβέβλητο[38] ἔξωθεν ἱμά-

Clitophontis uxor sterilis, — *ab Onuphrio monacho*

Tit. — [1] ἤτοι B 1, (β. κ.) *om.* B 2. 4. — [2] ἄθλησις B 1. — [3] καὶ ἐνδόξων *add.* B 1. καὶ ἐνδ. τοῦ Χριστοῦ *add.* A 2. — [4] *om.* B 3; μαρτύρων B 2. 4. — [5] Γαλακτήονος B 2.

1. — [1] ἀγαπητοὶ ἀπ' ἐμοῦ B 2. — [2] ἡμετέραις B 2. — [3] ταύτης *add.* B 1. 2. 3. — [4] *om.* B 3. — [5] ἡμῖν *add.* B 1. 2. 4. — [6] δικαιωθήσοηται B 2. — [7] *om.* B 1. 2. 3. 4. — [8] ἐὰν γὰρ B 1. 2. 3. 4. — [9] ὑποδείξῃ ὑμῖν B 1. 2. 3; ὑμ. ὑποδείξῃ A 2. — [10] δύνασθαι A 2, B 1. 3. 4. — [11] μή γε B 1. 2. — [12] ἀκοαῖς B 2. — [13] (ἀλ. πόθῳ) ἀληθινῶς B 3. — [14] σπεύσατε B 2. — [15] A 2, B 1. 2. 3. 4, *om.* A 1. — [16] (καὶ ἐλ.) *om.* B 1. 2. 3. 4. — [17] θείαν καὶ *add.* A 2. — [18] ψυχωφελὴν B 2. — [19] παραθέμενος ἧς B 3. — [20] τοῦ ἐμοῦ δεσπότου B 1. 2. 4. — [21] τούτου B 1. 2. 4. — [22] καὶ ῥαθυμῶς *add.* A 2. — [23] ῥαθύμους B 2. 4. — [24] *om.* B 1. 2. 3. 4. — [25] *ita codd.; aliquid deesse videtur.* — [26] ἀξίως B 2. — [27] πιστ. ἀναξίως A 2. — [28] ἐμου A 2, B 3. — [29] ἀερίας B 4. — [30] τὸ *supra lin.* αὐ B 1. — [31] ἀνατίθημι B 3. — [32] ἡμᾶς B 4. — [33] *om.* A 2, B 1. 3. — [34] ἀνειλάμην B 3. 4. — [35] *om.* B 2. 4. — [36] ἅγιοι μου ἀδελφοὶ B 2. — [37] μήπως B 1. 2. 3. 4. — [38] καὶ εὐτ. *om.* B 1. 2. 3. 4. — [39] (καὶ εἰκ.) εἰκότως καὶ B 3. — [40] ἐμπείρα A 1. 2. — [41] οὐκ οἶδα ὑμᾶς ὅτι πρὸς B 3. — [42] ἀναβάλλεσθαι B 1. 2. 3. 4. — [43] μοι B 2. — [44] ἀκούσατε A 2, *om.* B 3. 4. — [45] βίον ἀκούσατε B 1. 2. — [46] (σὺν μ.) *om.* B 1. 2. 3. 4; νουνεχῶς καὶ εὐπροθύμως *add.* A 2.

2. — [1] περίδοξος B 4. — [2] πλοῦτον πολλὺν B 2. — [3] πόλεις τε καὶ κώμας B 1. 2, κώμας τε καὶ κομοπόλεις B 4. — [4] Κλητοφῶν B 3, Κλητόφων B 4. — [5] καὶ *add.* B 1. — [6] ὡραιωτάτη B 2, πάνυ *add.* A 2. — [7] θυγατέραν B 1. 2. — [8] *om.* B 1, γεγονῶσαν B 4, γεγονὼς B 3. — [9] Μεμηνῶς B 3. — [10] Γλευκήππην B 4, Γλευκίππη B 1. 2, Λευκίππην B 3. *et ita codices omnes Passionis alterius.* — [11] (ἦν δὲ) *om.* B 1. 2; ἦν δὲ ἡ αὐτὴ Γλευκίππη A 2; καὶ ἦν ἡ Λευκίππη B 3; καὶ ἦν ἡ Γλευκίππη. — [12] ἦν *add.* B 2. — [13] παιδίον *add.* A 2. — [14] εἶχεν B 1. 2. 3. 4. — [15] αὐτῆς B 4. — [16] καὶ ἐθλίβετο ὑπ' αὐτοῦ πάνυ *add.* A 2. — [17] Σέκουνδον τινὰ B 2. — [18] καὶ ὠμ. *om.* B 1. 2. 3. — [19] πίστει B 1. 2. 4. — [20] ὃς B 3, — [21] χρόνον *add.* B 2. — [22] ἐλεηλάκει B 3. — [23] εἴδη A 2, B 1. 2. — [24] κολάσεων ὄργανα B 1. 2. 3. — [25] ἵνα B 1. 2. 3. — [26] *om.* B 4. — [27] παραυτὰ κακινκάκως B 1. 3. 4, παρὰ τὰ κακεῖν ||||| κάκως B 2. — [28] (ἄνευ ἐρ.) *om.* A 2, B 2. — [29] ἐκ τοῦ φόβου *add.* A 2. — [30] ἑαυτῶν B 3. — [31] *om.* A 2, B 1. 2. 3. 4. — [32] γὰρ A 2. — [33] ἕτεροι B 2. — [34] ἄλλοι B 2. — [35] καὶ *add.* A 2. — [36] *om.* B 4. — [37] ἀμφιασάμενος B 1. 2. 3. — [38] περιεβάλλετο B 1. 2. 3. 4.

PASSIO PRIOR

τια[39] παλαιὰ λευκὰ[40] καὶ πολύρραφα[41]· καὶ ἦν περιερχόμενος ἐκ τόπου εἰς τόπον καὶ ἐξ οἰκίας εἰς οἰκίαν δίκην πένητος αἰτῶν[42] ἐλεημοσύνην· ὅς ἐκ[43] ταύτης τῆς πολιτείας πέφθακέ[44] ποτε καὶ ἐν τῷ τοῦ δεσπότου μου οἴκῳ. Ἦν δὲ τυφθεῖσα ἡ κυρία μου[45] τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ σφοδρῶς[46] παρὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς[47]· πάνυ γὰρ ἐχθρωδῶς διέκειτο πρὸς αὐτὴν[48] ὁ ἀνὴρ αὐτῆς[49] διὰ τὴν στείρωσιν αὐτῆς[50]. Ἐγγίσας οὖν ὁ μοναχὸς τῷ πυλῶνι, ᾔτησεν ἐλεημοσύνην.

ab idolorum cultu

3. Ὀργισθεῖσα δὲ ἡ γυνὴ ἀπέστειλεν μίαν[1] τῶν παιδισκῶν αὐτῆς κλεῖσαι κατ' αὐτοῦ τὴν πύλην. Ὁ δὲ[2] μακροθυμήσας[3] μικρὸν καὶ ὡς ἔθος[4] πένησι[5] πάλιν[6] αἰτήσας, ἔκαμψεν[7] πρὸς ἔλεον[8] τὴν τῆς κυρίας μου ψυχήν[9]· καὶ ἀποστείλασα[10] εἰσήγαγε[11] τὸν γέροντα[12] εἰς τὴν οἰκίαν. Οὐ μέντοι γε ᾔδει, ὅτι χριστιανὸς ἦν[13] καὶ μονάζων[14] τῷ σχήματι· καὶ γὰρ καὶ[15] αὐτὴ καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ὑπῆρχον εἰδωλομανεῖς, πεποίθησιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἔχον- B τες εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος εἴδωλον. Ὡς οὖν εἰσῄει ὁ μοναχὸς καὶ τὰ πρὸς τὴν[16] χρείαν τῆς αἰτήσεως ἐλάμβανεν, ἐστέναξεν[17] ἐκ βάθους[18] καρδίας ἡ κυρία μου Γλευκίππη[19]. Ὁ δὲ μοναχός φησι[20] πρὸς αὐτήν· « Τί ὀδυνηρῶς, κυρία μου, διακειμένη[21] οὕτως[22] ὀλολύζεις πικρῶς[23]; ὁρῶ γάρ σε ἔνδον[24] κεκτημένην[25] θλίψιν ἀπαραμύθητον. » Ἡ δὲ[26] πρὸς αὐτὸν ὡς θεόθεν κινουμένη ἀντέφησεν[27]. Ἀπαιδίας καὶ στειρώσεως νόσῳ κεκράτημαι καὶ ὑπὸ τοῦ συζύγου μού ποτε μὲν κολαφίζομαι, ποτὲ δὲ καὶ ὀνειδίζομαι[28] ἐν ὀλίγοις τε[29] καὶ διώκομαι[30]· ἰατροῖς γὰρ καὶ φαρμακοῖς[31] τὸν βίον μου[32] διὰ ταύτην μου τὴν ἀπαιδίαν ἐκδαπανήσασα καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα[33] ἐπὶ πλεῖον[34] ἐπιπλήττω[35] μου τὴν ψυχὴν καὶ ὀδυνηρῶς ζῶ. » Ὁ δὲ τίμιος[36] γέρων φησὶ[37] πρὸς αὐτήν· « Καὶ ποίῳ θεῷ λατρεύεις[38]; » Ἡ δὲ εἶπεν· « Τῇ μεγίστῃ[39] θεᾷ Ἀρτέμιδι. » Τότε[40] ὁ[41] γέρων ἔφησε[42] θαρσαλέως· « Δικαίως[43] οὐκ ἔστι[44] σοι τέκνον· οὐ γὰρ πέποιθας ἐπὶ[45] Θεὸν τὸν ἰσχύοντα[46] δοῦναί σοι καρπὸν κοιλίας. »

ad Christi fidem adducitur

4. Ἡ δὲ πρὸς αὐτὸν πάλιν[1] ἔφη[2]· « Καὶ ποίῳ τοίνυν[3] Θεῷ λατρεύσω, ἵνα μοι δώσει[4] ταύτην τὴν χάριν[5]; » Ὁ δὲ γέρων φησίν· « Χριστῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ καὶ τῷ τούτου πατρὶ καὶ τῷ τούτοις[6] συνδοξαζομένῳ ἁγίῳ[7] πνεύματι. » Ἡ δέ φησιν[8] πρὸς τὸν γέροντα[9]· « Μὴ τὸν Θεόν μοι λέγεις[10] ὃν[11] λατρεύουσιν οἱ Γαλιλαῖοι[12]; » Ὁ δὲ γέρων φησὶ[13] πρὸς αὐτήν[14]· « Ναί, τοῦτόν σοι καταγγέλλω[15] τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν καὶ θεμελιώσαντα[16] τὴν γῆν, τὸν ποιήσαντα τὸν ἄνθρωπον καὶ πᾶσαν πνοὴν δημιουργήσαντα. » Ἡ δὲ Γλευκίππη πρὸς τὸν γέροντα εἶπεν[17]· « Πτοοῦμαι, ἄνθρωπε[18], τὸν ἄρχοντα Σεκοῦνδον[19], μήπως γνῷ καὶ σὺν τῇ ἀπαιδίᾳ στερήσῃ με καὶ τῆς ζωῆς. Οὐ[20] γὰρ δύναμαι βασανιστήρια ὑπομεῖναι[21]. » Ὁ δὲ γέρων φησὶ[22] πρὸς αὐτήν[23]· « Σὺ λάβε τὴν ἐν Χριστῷ σφραγῖδα[24] διὰ[25] τοῦ ἁγίου[26] βαπτίσματος καὶ ἔσο κρυπτῶς λατρεύουσα τὴν ἁγίαν Τριάδα[27], πράττουσα[28] τὰς ἐντολὰς ἃς παραδώσω σοι[29]. » Ἡ δὲ Γλευκίππη[30] λέγει[31] πρὸς αὐτόν[32]· « Εἰ ἐγώ, E πάτερ[33], πιστεύσω καὶ ὁ ἐμὸς σύζυγος ἄπιστος μείνῃ[34], ἆρά γε οὐ[35] διὰ τὸν ἄνδρα τὸν ἄπιστον[36] ἄπρακτος διαμείνῃ[37] ἡ πίστις μου; » Πάλιν δὲ[38] ὁ γέρων ἔφη πρὸς αὐτήν[39]· « Οὐχί, γύναι· ἀποστολικὴν[40] παράδοσιν ἔχουσιν οἱ τοιοῦτοι ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορεῖσθαι· Σὺ δὲ ἐὰν ἐμοὶ[41] πεισθῇς, καὶ σεαυτὴν καὶ τὸν ἄνδρα σου[42] σώσεις· ὁρᾷς γὰρ κἀμὲ πῶς διὰ τὸν φόβον τοῦ ἡγεμόνος[43] τὸ ἑαυτοῦ ἠλλοίωσα σχῆμα[44] καὶ τοῖς πᾶσιν ὁρῶμαι ὡς κοσμικὸς καὶ ἐνδεής, μοναχὸς ὢν τῷ σχήματι καὶ ἱερεύς. » Τούτοις καὶ ἑτέροις πλείοσι[45] λόγοις[46] στηρίξας τὴν γυναῖκα ὁ γέρων[47] ἐκίνησεν αὐτὴν πρὸς ζῆλον θεοπρεπῆ[48], καὶ λέγει αὐτῇ[49] ἡ γυνή· « Πάτερ[50], δύνασαί μοι δοῦναι τὸ βάπτισμα ἐν τῷ κρυπτῷ[51]; » Ὁ δὲ[52] φησι πρὸς αὐτήν· « Ναί· καὶ[53] εἰ ἔστιν ὕδωρ, ἰδοὺ ἡ ὥρα. » Τότε[54] διαταξαμένη τὰς παιδίσκας αὐτῆς[55] ἕνα τῶν πίθων γεμίσαι[56], ἐβάπτισεν αὐτὴν λάθρᾳ ὁ μοναχός, ὡς ἔθος ἐστὶ[57] χριστιανοῖς, εἰς τὸ ὄνομα τοῦ

et clam baptizatur.

C [39] *om.* B 1. 2. 3. 4. — [40] λευκὰ παλαιὰ A 2, B 1. 2. 3. 4. — [41] πολύραφα A 1. 2, B 1. 2. 3. 4. — [42] παρὰ πάντων B 4. — [43] (ὅς ἐκ) ὡς ὁ ἐκ B 1. 2, ὡς καὶ ἐκ B 3. — [44] πέφθακεν B 1. 3. 4. — [45] (ἡ κ. μ.) *om.* B 1. 2. 3, ἡ κ. μ. Γλευκίππη A 2. — [46] σφόδρα B 3, ἡ κυρία μου *add.* B 1. 2. 3. — [47] (παρὰ τ. ἀ. αὐτῆς) *om.* B 2. 3. 4, Κλειτοφῶντος *add.* A 2. — [48] πρὸς αὐτὴν *om.* A 2. — [49] ὁ ἀνὴρ αὐτῆς πρὸς αὐτὴν A 2. — [50] (διὰ - αὐτῆς) *om.* B 4.

3. — [1] τινα B 1. 2. 3. 4. — [2] μοναχὸς Ὀνούφριος *add.* A 2, μοναχὸς *add.* B 2. 3. — [3] μακροθυμεῖ B 1. — [4] (ὡς ἔθος) εὐθέως B 2. — [5] πένησιν B 1. 2. 3. — [6] *om.* B 1. 2. 3. — [7] ἐκαμφθη B 1. 2. 3, ἐκάμφη B 4. — [8] ἔλαιον A 2, τὸν ἔλεον B 3. — [9] (τὴν - ψυχὴν) τῆς κ. μ. ἡ ψυχή B 1. 2, ἡ τῆς κ. μ. ψυχή B 3. 4. — [10] ἀποστείλας B 2. — [11] εἰσήγαγεν B 1. 2. 3. 4. — [12] (τ. γ.) αὐτὸν B 4, *om.* B 2. — [13] ἐστιν B 1. 2. 4. — [14] μοναχὸς B 1. 2. — [15] *om.* B 3. — [16] *om.* B 2. 4. — [17] ἐλάμβανε ἐστέναζεν B 1. — [18] βάθου B 4, τῆς *add.* B 1. 2. — [19] καὶ ἐγόασεν *add.* B 1. 2. 3, καὶ ἀνεβόησεν *add.* B 4. — [20] φησὶν B 4. — [21] (κ. μ. δ.) δ. κ. μ. B 1. 2. 3. 4. — [22] *om.* B 1. 2. 3. — [23] *om.* B 1. 3. 4. — [24] ἔνδοθεν B 3. — [25] κεκτημένη B 2, ἐχουσαν B 1. — [26] φησιν *add.* B 1. 3. 4. — [27] ἀντέφησε B 4. — [28] (ποτὲ - ὀνειδίζομαι) *om.* B 2. — [29] δὲ B 2, οὖν B 4. — [30] διάκειμαι B 2. — [31] φαρμάκοις B 4. — [32] *om.* B 1. 2. 3. — [33] (κ. μ. ὠ.) χρυσὸν οὐκ ὀλίγον καὶ μηδὲν ὀνήσασα B 2. 3. 4, κ. μ. ὀνήσασα B 1. — [34] (ἐ. π.) πλέον B 4. — [35] ἐπιπλείττη B 4, ἐπιπλήττει B 1. — [36] καὶ ἅγιος *add.* A 2, *om.* B 1. 2. 3. 4. — [37] φησὶν B 1. 3. 4. — [38] κυρία *add.* A 2. — [39] μεγάλη B 3. — [40] *om.* B 1. 2. 3. 4. — [41] δὲ *add.* B 1. 2. 3. 4. — [42] ἔφησεν B 1. 2. 3. — [43] οὖν *add.* B 4. — [44] ἐστιν A 2, B 1. 2. 3. 4. — [45] εἰς A 2, B 1. 2. 3. — [46] ἐσχύ|||οντα *corr.* B 2.

4. — [1] *om.* B 3. — [2] φησιν B 2, *dein* φησιν χριστω τῶ ἀληθινῶ Θεῶ *sed punctis del.* — [3] *om.* B 1. 2. 3. — [4] δώῃ B 1. 2, δώει B 4, δώῃ μοι B 3. — [5] τὴν χάριν ταύτην B 3. — [6] τούτου B 2. 4. — [7] καὶ σὺν προσκυνουμένω B 4. — [8] φησὶ A 2. — [9] (πρὸς τ. γ.) *om.* B 1. 2. 3. 4. — [10] (μ. λέγεις) *om.* B 1. 2. 3. 4. — [11] ὦ B 1. — [12] μοι λέγεις *add.* B 1. 3. 4, λέγεις *add.* B 2. — [13] φησὶν B 3. 4. — [14] πρ. αὐτὴν *om.* B 1. 2. 3. 4. — [15] καταγγέλω B 2. — [16] θεμελιώσαντι B 3. — [17] ἔφη B 1. 4, φησιν B 2. — [18] *om.* B 2. — [19] ὦ ἄνθρωπε *add.* B 2. — [20] οὐδὲ A 2. — [21] ἡ ἀθλία *add.* B 2. — [22] φησιν B 3. — [23] πρὸς αὐτὴν *om.* B 1. 2. 3. 4. — [24] τοῦ ἁγίου πνεύματος *add.* B 4. — [25] *om.* B. 1. 2. 3. — [26] *om.* B 4. — [27] καὶ *add.* B 2. — [28] καλῶς καὶ φυλάσσουσα *add.* A 2. — [29] καὶ οὐ μὴ γνῶ ὁ ἄρχων περὶ τούτου *add.* A 2. — [30] *om.* A 2, B 1. 2. 3. 4. — [31] πάλιν φησι A 2, B 1. 2. 3. 4. — [32] πρὸς αὐτὸν *om.* B 1. 2. 3. 4, ὦ πατέρ μοι καὶ ἅγιε γέρωντ : ἐμφάνισόν μοι τοῦτο τὸ ῥῆμα ὃ ἐγώ σοι φθέγξω *add.* B 2. — [33] μου *add.* B 2. — [34] μένει B 2. 3. 4, μείνει B 1. — [35] οὖν B 3. — [36] διὰ τὸν ἄπιστον ἄνδρα A 2. — [37] μένει B 2, διαμείνει B 1. — [38] *om.* B 4. — [39] (π. α.) αὐτῇ B 1. 3. 4, αὐτῆς B 2. — [40] γὰρ *add.* B 2. 3. — [41] μοι B 1. 2. 3. 4. — [42] τὸν σὸν ἀνὴρ *sic* B 2. — [43] (τοῦ ἡγ.) *om.* B 1. 2. 3. 4. — [44] σχῆμα ἀλλ. B 4. — [45] πλείοισιν B 3. 4. — [46] *om.* B 1. 2. 4. — [47] γηραιὸς A 2, B 1. 3. — [48] θεοσεβῆ B 1. 2, καὶ ἔρωτα θεϊκὸν *add.* A 2. — [49] αὐτῷ B 2. 3. — [50] *om.* B 1. 2. 3. 4, καὶ *add.* A 2. — [51] (ἐν τ. κ.) *om.* B 1. 2. 3. 4. — [52] μοναχὸς *add.* A 2. — [53] (πρὸς - εἰ) *om.* B 1. 2. 3. 4. — [54] ἡ δὲ A 2, B 1. 2. 3. 4. — [55] καὶ *add.* B 1. 2. 3. 4. — [56] γεμησάντων B 1. 2. 3. 4. — [57] *om.* B 1. 2. 3. 4, τοῖς *add.* B 4. F

πατρὸς

A πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος[58]:

Diebus octo elapsis,

5. Διδαχθεῖσα δὲ[1] ὑπ' αὐτοῦ τὰ μυστήρια[2] τῶν χριστιανῶν καὶ ἄλλας τινὰς ἐντολὰς λαβοῦσα ὑπ' αὐτοῦ, δοῦσα αὐτῷ[3] δαψιλῶς τὰ πρὸς ἐπισιτισμὸν[4] αὐτοῦ ἀπέλυσεν[5] αὐτὸν ἡ Γλευκίππη[6], δυσωπήσασα αὐτὸν μὴ ἐπιλαθέσθαι αὐτῆς, ἀλλὰ πυκνοτέρως[7] ἐπισκέπτεσθαι αὐτήν· ὅθεν τούτου γενομένου[8], προσεπενοήσατο[9] νοσεῖν ἡ Γλευκίππη[10] ὀκτὼ ἡμέρας, λέγουσα ἐν ἑαυτῇ· μήπως μολύνω μου τὸν ἁγιασμὸν ἐν τῷ συγκαθεύδειν με τῷ ἀνδρί μου καὶ ἔσομαι ὡς περιφρονοῦσα τὴν δωρεὰν[11] τοῦ ἁγίου πνεύματος. Τελεσθέντων[12] δὲ[13] τῶν[14] ὀκτὼ ἡμερῶν, συνέλαβεν ἡ γυνὴ ἐν γαστρί[15]· καὶ ὅτε[16] ἤρξατο ἐγκυμονεῖν, ἔχαιρεν σφόδρα ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καὶ λέγει πρὸς αὐτήν· « Νῦν ἔγνων[17], κυρία μου, ὅτι τοῖς θεοῖς εὐηρέστησας καὶ ἐχαρίσαντό σοι καρπὸν κοιλίας. Πορευθῶμεν οὖν καὶ θύσωμεν αὐτοῖς. » Ἡ δὲ[18] μέγα στενάξασα, φησὶ[19] πρὸς τὸν Κλειτοφῶντα[20]·

Gleucippe concipit,

B « Ὦ ἄνερ φίλτατε[21], Θεός μοι ἐφάνη[22] κατ' ὄναρ πρὸ τῆς ἐμῆς συλλήψεως καὶ ἦσαν[23] αἱ παλάμαι[24] αὐτοῦ[25] ἐπὶ[26] ξύλου ἐκτεταμέναι[27] καὶ οὗτός μοι τὴν χάριν ταύτην ἐδωρήσατο. Εἰ οὖν θέλεις, κύριέ μου, αὐτῷ[28] μᾶλλον[29] θύσωμεν. » Ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς φησι[30] πρὸς αὐτήν· « Γύναι[31], τοῦτον ὃν κατ' ὄναρ ἐθεάσω θεόν[32], Θεός ἐστι[33] τῶν Γαλιλαίων[34]· ἤκουσα δὲ[35] ἐκ πολλῶν περὶ αὐτοῦ, ὡς[36] ὅτι θαυμαστὰ τέρατα ἔοικε[37] πράττειν. » Λέγει αὐτῷ ἡ γυνή· « Κύριε, καὶ τί[38] οὐ πιστεύομεν εἰς αὐτόν[39], εἰ τοιοῦτός ἐστιν ἰσχυρός[40], ὅστις καὶ[41] τὰ τῆς στειρώσεώς μου δεσμὰ διέλυσεν ; » Ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς ἀποκριθεὶς[42] ἔφη· « Οὐκ ἀκούεις[43] τοῦ ἄρχοντος τὸν θυμόν, ὃς ἀποκτένειν οὐ παύεται τοὺς τοιούτους; » Ἡ δὲ πάλιν[44] πρὸς αὐτὸν ἔφη[45]· « Ἀλλὰ κρυπτοὶ ἐσόμεθα[46] σεβόμενοι αὐτόν[47], καὶ

et coniugem ad Christum convertit,

Passio prior

ἐν τῷ φανερῷ, ὡς δυνατὸν ἡμῖν, πραγματευσώμεθα τὴν ζωὴν ἡμῶν. » Ὁ δέ φησι[48]· « Καὶ τίς ἡμᾶς διδάξας μυσταγωγήσει; » Τότε ἡ[49] Γλευκίππη θεασαμένη τὸν ἄνδρα[50] εὐπειθήσαντα πρὸς τὴν πίστιν τοῦ Χριστοῦ[51], πίπτει πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ καὶ διηγεῖται[52] αὐτῷ[53] πάντα τὰ συμβάντα αὐτῇ[54] ἐν λεπτῷ[55] καὶ ὅτι χριστιανὴ γέγονεν. Ὑποδείξασα δὲ αὐτῷ καὶ τὸν τίμιον καὶ εὐλαβέστατον μοναχόν[56], κατηχηθεὶς καὶ αὐτὸς ἐβαπτίσθη ὑπ' αὐτοῦ[57] εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ[58] καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

qui et baptizatur.

Nascitur Galaction;

6. Μετὰ δὲ ταῦτα φθάσαντος τοῦ τεκεῖν αὐτὴν καιροῦ, ἔτεκεν ἡ γυνὴ παιδίον ἄρσεν· καὶ ποιήσαντες τὰ εἰωθότα, ἐβάπτισε καὶ αὐτὸ ὁ μοναχὸς εἰς τὸ τῆς[1] ζωαρχικῆς Τριάδος ὄνομα[2] καὶ ἐπωνόμασε τὸ ὄνομα αὐτοῦ[3] Γαλακτίωνα· καὶ προεφήτευσε περὶ αὐτοῦ ὁ μοναχὸς[4] τοιαῦτα[5] καὶ εἶπεν· « Τοῦτο τὸ παιδίον ἐν οὐρανοῖς τὸ πολίτευμα ἕξει, τῶν δὲ ἐπιγείων καταφρονήσει, μὴ φεισάμενον ἑαυτοῦ[6]. » Ἀνδρυνθέντος[7] δὲ τοῦ παιδίου, E παρέδωκαν αὐτὸ[8] οἱ γονεῖς[10] πρὸς[11] μάθησιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων· καὶ τοσοῦτον[12] ἐγένετο ὁ τίμιος καὶ ἱερὸς[13] παῖς[14] εὐμαθής, ὥστε εὐχερῶς[15] διελθεῖν τὴν προπαίδειαν καὶ μαθεῖν πᾶσαν[16] γραμματικὴν[17] καὶ ὁμηρικὴν τέχνην, ῥητορικήν τε[18] καὶ φιλοσοφικήν· ἀστρονομίαν δὲ ἐπὶ[19] τοσοῦτον κατώρθωσεν, ὥστε ἀερίων κίνησιν μὴ ἀγνοεῖν αὐτόν. Γενομένου δὲ αὐτοῦ ἐτῶν εἰκοσιπέντε[20], ἠβουλήθη ὁ πατὴρ αὐτοῦ δοῦναι αὐτῷ γυναῖκα, τῆς τιμίας[21] αὐτοῦ μητρὸς Γλευκίππης μακαρίῳ τέλει χρησαμένης[22]· ὅθεν εὑρὼν[23] κόρην τινὰ εὐμορφοτάτην πάνυ[24], θυγατέρα[25] τινὸς τῶν μεγιστάνων, ὀνόματι Ἐπιστήμην[26], ὡρμάσατο αὐτήν[27], καὶ ποιήσαντες τὰ μνηστήρια[28], ἀπήρχετο ὁ μακάριος Γαλακτίων, καθὼς[29] ἔθος ἐστὶ[30] τοῖς νέοις[31], πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μνηστήν[32]· οὐ μέντοι[33] δὲ[34]

sacris imbuitur disciplinis;

Epistemae coniungitur,

[58] (εἰς - πνεύματος) *om.* B1. 2. 3. 4.

5. — [1] τε B1. 2. 3. 4. — [2] τὸ μυστήριον B1. 2. 4. — [3] τὰ πρὸς ἐπισιτισμὸν αὐτοῦ *add. hic* B4. — [4] σιτισμὸν A2, B1. 3. — [5] ἀπέστειλεν B1. 2. 3. 4. — [6] ἀπελθεῖν *add.* A2. — C [7] πυκνότερον B1. 2. 3, ποικνότερον B4, πρὸς *add.* B3. — [8] (ὅθεν - γενομένου) *om.* B1. 2. 3. 4. — [9] προσεπεσπάσατο B2, προσεπινοήσατο B3, τοίνυν *add.* B1. 2. 3, οὖν *add.* B4. — [10] ἡ Γλ. νοσεῖν A2, B1. 2. 4, ἡ Γ. ῥῶσιν B3. — [11] τῆς δωρεᾶς B4. — [12] τελεσθεισῶν A2. — [13] οὖν A2, B1. 2. 3. — [14] *corr. prius* τῷ A1. — [15] (ἐν γ.) *om.* B1. 2. 4. — [16] (καὶ ὅτε) ὡς δὲ A2, B3. — [17] ἔγνω B3. — [18] Γλευκίππη ἀκούσασα ταῦτα καὶ A2. — [19] φησιν B1. 3 — [20] Κλητοφῶντα A2, B1. 2. 3. 4. — [21] (ὦ. ἀ. φ.) *om.* B1. 2. 3. 4. — [22] ὦ ἄνερ μου *add.* B2. — [23] *om.* A2, B1. 2. 3. 4. — [24] ἐπαλάμαι B1. — [25] ἦσαν *add.* A2, B1. 2 3. 4. — [26] τοῦ *add.* B2. — [27] ἐκτεταμμέναι A1, ἐκτ. ἐπί τοῦ ξύλου B1. — [28] (κ. μ, α.) αὐτῷ κύριέ μου B1. 2. — [29] *om.* B1. 2. 3. 4. — [30] (ὁ - φησι) ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς Κλητοφῶν φησι A2, ὁ δὲ B1. 3. 4, τὴν θυσίαν ἣν λέγεις ὁ δέ φησιν B2. — [31] *om.* B1. 2. 3. 4. — [32] (ὃν - Θεόν) ὅνπερ ἐθεάσω κατ' ὄναρ A2, ὅνπερ (ὃν B4) κατ' ὄναρ ἐθεάσω B1. 2. 3. 4, γῦναι *add.* B1, ὦ γῦναι μομ *add.* B2. — [33] ἐστιν B1. 2. 3. 4. — [34] ὦ γυναι *add.* B4. — [35] κἀγὼ *add.* A2. — [36] *supra lin.* B1, αὐτοῦ *add.* A2, B3. — [37] ἔοικεν B1. 2. 3. — [38] (κύριε - τί) τί οὖν B1. 2. 3. 4. — [39] (καὶ - αὐτὸν) μου καὶ A2. — [40] Θεὸς *add.* A2. — [41] μου *add.* B1. 2. 4. — [42] (μου - ἀποκριθεὶς) ἔλυσεν δεσμὰ διὰ τί οὐ πιστεύομεν εἰς αὐτόν· ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς A2, ἔλυσε (διέλυσεν B3) δεσμὰ ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς B1. 2. 3. 4, ἔφη ὦ γῦναι μου τί ποιήσωμεν *add.* B2. — [43] γῦναι *add.* A2. — [44] *om.* B1. 2. — [45] (αὐτὸν ἔ.) τὸν ἑαυτῆς ἀνὴρ (*sic*) ἔφη ὦ κύριέ μου Κλητοφῶν B2, ἔφη ναὶ ἀκούω A2. — [46] κύριέ μου *add.* A2. — [47] *om.* B1. 2. 3. 4. — [48] ἀνὴρ αὐτῆς φησι B3, ἑαυτῶν ζωὴν καὶ σωτηρίαν· ὁ δὲ ἀνὴρ αὐτῆς Κλητοφῶν φησι πρὸς αὐτήν A2, ὦ Γλευκίππη μου *add.* B2, φησιν B4. — [49] (μ. τ. ἡ) μ. ἡ δέ A2, B1. 3. 4, μυσταγωγήσαισει (*sic*)· ἡ δὲ ἁγία B2. — [50] αὐτῆς *add.* B2. — [51] (πρὸς - Χριστοῦ) *om.* A2, B1. 2. 3. 4. — [52] διηγήσατο B1. 2. 3. 4. — [53] *om.* B3, αὐτὸ B4. — [54] ἑαυτῇ B3. — [55] (ἐν λ.) *om.* A2, B1. 2. 3. 4. — [56] (ὑποδείξασα - μοναχόν) ὑποδείξασα αὐτὸν καὶ τὸν μοναχὸν A2, καὶ τὸν μοναχὸν ὑπέδειξεν αὐτῷ B1. 2. 4, καὶ ὑποδείξασα αὐτῷ καὶ τὸν μοναχὸν B3. — [57] (κατηχ. - αὐτοῦ) κατηχ. οὖν καὶ αὐτός ὑπὸ τοῦ ἁγίου γέροντος ἐβαπτίσθη A2, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κατηχηθεὶς ἐβαπτίσθη B1. 2. 4, καὶ κατηχηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἐβαπτίσθη B3. — [58] κ. τ. υἱοῦ *om.* B4. F

6. — [1] ἁγίας καὶ *add.* A2. — [2] (μετὰ - ὄνομα) γεννηθέντος (πληρωθέντος B2) δὲ (καὶ τοῦ *add.* B3) καιροῦ τοῦ τεκεῖν ἔτεκεν ἄρσεν (ἄρρεν B3) καὶ ἐβάπτισε τὸ παιδίον (αὐτῷ B3) ὁ μοναχὸς B1. 2. 3. — [3] αὐτοῦ τὸ ὄνομα B2. — [4] (ὁ μ.) *om.* B3. — [5] τοιαῦτα (ταῦτα B1. 4) ὁ μοναχὸς B1. 2. 4. — [6] μηδὲ ἑαυτοῦ φεισάμενος A2, μὴ φεισάμενος ἑαυτὸν (ἑαυτοῦ B4) B1. 2. 3. 4. — [7] ἀνδρυθέντος B3. — [8] παιδὸς B1. — [9] αὐτὸν B1. 2. 3. — [10] αὐτοῦ *add.* B3. — [11] τὴν *add.* A2, B3. — [12] (κ. τ.) τοσοῦτον δὲ B1. 2. 3. 4. — [13] τ. καὶ ἱ. *om.* B1. 2. 3. 4. — [14] *om.* B3. — [15] αὐτὸν *add.* A2. — [16] (διελθεῖν - πᾶσαν) ἔμαθεν πᾶσαν B1. 2. 3, μαθεῖν B4, δ. τ. π. πᾶσαν καὶ εἶθ' οὕτως μαθεῖν A2. — [17] τε *add.* B1. — [18] γρ. τέχνην ῥιτορικὴν τε καὶ ὁμηρικὴν B3. — [19] (δὲ ἐπὶ) *om.* B1. 2, τὲ ἐπὶ B4, δὲ ἐν τοσούτῳ A2, B3. — [20] εἴκοσι τεσσάρων B1. 2. 3. 4. — [21] *om.* B1. 3. 4, δὲ B2. — [22] (μακ. τ. χρ.) τελευτησάσης B1. 2. 4. — [23] (ὅ. εὑρ.) εὑρὼν οὖν B1. 2. 3. 4, ὅθεν εὑρὼν Κλητοφῶν ὁ πατὴρ αὐτοῦ A2. — [24] *om.* B1. 2. 3. 4. — [25] θυγατέραν A2, B2. — [26] Ἐπιστίμην A1, Ἐπιστίνην B4, Ἐπιστήμη B2. — [27] ταύτην τῷ υἱῷ αὐτοῦ καὶ δὴ π. A2, αὐτὸν B4. — [28] μνῆστρα A2, B3. 4, τὸ μνῆστρον B1. 2. — [29] ὡς B1. 2. 3. 4. — [30] *om.* B1. 3. 4. — [31] ἐστιν τοῖς νεωτέροις B2. — [32] μνήστραν B4. — [33] μὴν B3. 4. — [34] *om.* B1. 2. 4.

ἠσπάζετο

PASSIO PRIOR

quam ad baptismum paratam

ἠσπάζετο αὐτὴν διὰ τὸ μὴ ἔχειν αὐτὴν τὸ ἅγιον βάπτισμα.

7. Ἡ δὲ Ἐπιστήμη[1] εἶπεν[2] τῷ πατρὶ αὐτῆς· καὶ ὁ[3] πατήρ φησι[4] τῷ γαμβρῷ αὐτοῦ· « Εἰπέ, νεώτερε[5], τίνος χάριν οὐκ ἀσπάζῃ τὴν μνηστήν σου, ὡς ἔθος ἐστὶ[6] τοῖς νέοις; » Ὁ δὲ Γαλακτίων[7] προφασισάμενος αἰδεῖσθαι, λέγει πρὸς τὴν Ἐπιστήμην μηδενὸς εἰδότος ἢ[8] ἀκούοντος· « Οἶδας, γύναι[9], τίνος χάριν οὐκ ἀσπάζομαί σε; » Ἡ δὲ λέγει[10] αὐτῷ[11]· « Οὐχί, κύριέ μου, καὶ[12] πάνυ λυποῦμαι περὶ τούτου[13]. » Λέγει αὐτῇ ὁ μακάριος[14] Γαλακτίων· « Διότι[15] οὐχ ὑπάρχεις χριστιανή[16], ἀλλ' ἐὰν λάβῃς τὸ ἅγιον βάπτισμα, τότε καὶ ἀσπάζομαί σε καὶ καλῶ[17] σε σύζυγον[18]. » Ἡ[19] δὲ λέγει αὐτῷ[20]· « Ὅτε[21] βούλει, κύριέ μου, βαπτισθήσομαι· μόνον τύχω τῆς ἐπιθυμίας μου[22]; » Λέγει αὐτῇ ὁ μακάριος[23] Γαλακτίων· « Ἡ ἱερωσύνη ἐξέλιπεν ἐκ τοῦ γένους τῶν χριστιανῶν[24]· σὺ οὖν[25] προσποίησαι[26] αὔριον τοῦ λούσασθαι ἐν τῷ
B κήπῳ[27] μετὰ ὀθονίου καὶ εἰσελεύσομαι ἐγὼ[28] μετριάζων καὶ βαπτίσω σε. » Ποιησάσης δὲ αὐτῆς

ipse baptizat.

τὸ διατεταγμένον αὐτῇ[29] ἐβάπτισεν αὐτὴν ὁ μακάριος[30] Γαλακτίων εἰς ἓν[31] τῶν ὑδροχείων εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου[32] πνεύματος.

Episteme, visu monita,

2. *S. Domninum aut nulla aut falsa significatione* ἱερομάρτυρα *appellat synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae* (1). *In Actis quidem syriacis laudatur ut excellenter doctus* ܒܝܘܠܦܢܐ ܕܐܣܝܘܬܐ, *quae glossemata si pressius intellegenda forent,* disciplinam medicinae *significarent, sicut reapse verbum e verbo ducens interpretatus est Gulielmus* B *Cureton* (2). *Iisdem tamen utcumque repraesentari* τὴν διδασκαλίαν τῆς σωτηρίας (3), *patet vel ex eo quod sanctus martyr in ipso iuventutis flore praereptus fuisse dicatur, postquam ad metalla damnatus complures fortasse annos procul a scholis et studiis egisset. Non tamen certo computari potest quam diu in his fodinis detentus fuerit. Profecto iudicem qui illuc eum amandaverit, eo modo designat Eusebius, ut videatur alium hominem cogitare atque Urbanum praefectum, in quem hoc loco velut dedita opera invehitur. Quod si ita se res habet, Domninus anno 303 primum damnatus fuisse putandus est. Nam anno insequenti, qui persecutionis secundus fuit, Flaviano Palaestinae praefecto e provincia decedenti suffectus est Urbanus* (4). *Verum syri interpretis sive indiligentiam sive inscitiam tanta indicia produnt, ut in eius stilo exiliora verborum discrimina omni paene momento careant. Hac etiam neglegentia factum est, ut passio S. Domnini, quae in graeco libello perspicue dicitur contigisse* Δίου μηνὸς πέμπτῃ κατὰ δὲ τοὺς Ῥωμαίους νώνναις νοεμβρίαις, *in syriaca translatione primo diei mensis eiusdem assignetur; nisi forte* ܚܕ *ab amanuensi quopiam male scriptum est pro* ܚܡܫܬܐ, *quod parum probabile videtur.*

Theotimum, Philotheum et Timotheum, tacitis eorum nominibus,

3. *In hypomnemate Martyrologii Romani Domnino accensentur Theotimus et Philotheus, quibus libri liturgici Graecorum addunt Timotheum. In neutra e recensionibus libelli Eusebiani, quales nunc exstant, haec nomina leguntur. Ceterum in narrationem Eusebii aptissime quadrat hoc synaxarii Constantinopolitani elogium:* Θεότιμον δὲ ... καὶ Τιμόθεον καὶ Φιλόθεον, τὴν ἀκμὴν τοῦ σώματος φέροντας καὶ ὡραίους καὶ καλοὺς τῇ ὄψει ὑπάρχοντας ἐπὶ πυγμῇ μονομαχίας καταδικάζει ὁ τύραννος (5). *Hi certe non passi sunt eodem die ac S. Domninus, ut reliquam historiam legenti patebit. Et re quidem vera in narratione sequenti Eusebius antequam rettulit confessionem SS. Pauli, Valentinae et Ennathae, quos anno post obitum S. Domnini in civitate Diospoli Firmilianus iudex mortis damnavit, haec praemisit, quae nostros certe respiciunt* (6).

ܒܬܪ ܕܝܢ ܡܢ ܒܬܪ ܒܘܚܪܢܐ ܗܢܐ ܒܟܘܒܐ
ܕܢܘܪܐ: ܕܒܠ ܡܦܩܣܝܗܘܢ ܐܬܬܣܝܡܘ:
ܡܢ ܪ̈ܓܠܝܗܘܢ ܕܣܡܠܐ ܓܠܙܘ ܐܢܘܢ.
ܘܬܘܒ ܒܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܕܝܡܝܢܐ ܒܣܝܦܐ ܒܨܪܘ
ܗܘܘ[1] ܠܗܘܢ. ܘܗܕܝܢ ܒܢܘܪܬܐ ܒܢܘܪܐ
⟨ܚܣܝ̈ܢܝܗܘܢ[2]⟩ ܡܬܚܫܠܝܢ ܗ̈ܘܘ. ܘܗܠܝܢ ܣܒܪܘ
ܠܐ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕ ܓܒܪ̈ܐ: ܐܠܐ ܐܦ E
ܛܠܝ̈ܐ ܒܫܪܪܐ ܘܢܫ̈ܐ ܡܢ ܣ̈ܓܝܐܐ. ܘܒܬܪ
ܗܠܝܢ ܠܡܛ̈ܠܠܐ ܕܢܚܫܐ: ܐܝܟ ܕܢܚܙܘܢ
ܫ̈ܢܩܬܐ: ܐܫܬܠܚܘ. ܣܒܘ ܕܝܢ ܕܕܡܝܢ ܠܗܠܝܢ
ܒܬܪ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ: ܐܦ ܬܠܬܐ ܓܒܪ̈ܝܢ ܡܢ
ܦܠܣܛܝܢܝ̈ܐ: ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܩܕܡ ܩܠܝܠ ܐܡܪܢ
ܥܠܝܗܘܢ: ܗܢܘܢ ܕܠܡܪܕܘܬܐ ܕܠܗܘܕܪܘܡܘܣ
ܐܬܬܣܝܡܘ ܗܘܘ: ܡܛܠ ܕܠܐ ܨܒܘܬܐ ܡܢ
ܛܡܝܘܢ ܢܣܒܘܢ ܗܘܘ: ܘܐܦܠܐ ܠܝܘܦܢܐ
ܘܠܝܘܠܦܢܐ ܕܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܠܗܕܪܘܬܐ
ܡܫܒܚ ܢܦܫܗܘܢ. ܘܒܢ̈ܝܫܬܐ ܡܫܝ̈ܢܬܐ:
ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܦܩܝܢ ܐܢܫܝܢ[3] ܕܒܬܘܚܒ ܐܢܝܢ:
ܡܫܒܪܘ. ܒܚܪܬܐ ܕܝܢ ܕܟܠܗܘܢ ܐܩ̈ܠܝܣܝܗܘܢ
ܗܢܐ ܡܫܡܫ ܒܢܝܢܐ[4] ܡܢܐ ܣܒܪܘ ܗܘܘ.

F

Cod. (cf. Violet, p. 62) ܗܘܘ ܒܚܘܪܝܢ *Ita Bedjan* [1] ܒܚܘܪܝܢ ܗܘܐ. *Cureton* ܚܘܪܝܢ (ܡܚܘܪܝܢ) *Violet* ܗܘܘ — [2] ܚܣܝ̈ܢܝܗܘܢ *Id. item* ܒܢܝܢܐ [4] — *Id. tacite corrigit* ܣܝܡ [3] — *Add. Bedjan*

Post hanc probationem eos (*id est confessores aegyptios, de quibus sermo antea fuit*), appositis ad eorum poplites cauteriis, sinistro pede mulcarunt; tum dexter eorum oculus gladio effossus est ac tandem igne corruptus. Haec perpessi sunt non viri tantum sed plane pueri et mulieres complures. Postea ad metalla aeris missi sunt, ut aerumnas experirentur (viderent). Post breve tempus tres viri Palaestinenses, quos paulo ante diximus ludis circensibus destinatos fuisse, horum similia quoque passi sunt, propterea quod cibum ab administratione publica (ταμεῖον) accipere nolebant, neque exercitationi et institutioni ad

(1) P. 195. — (2) *History of the Martyrs in Palestine, by Eusebius, Bishop of Caesarea* (London, 1861), p. 24 — (3) Id optime perspexit vir doctus Bruno Violet; qui tamen, dum haec verba de doctrina christiana intellegit (*wohlbekannt mit der Heilslehre*), potius graeci archetypi sententiam capessit, quam syriacam orationem sectatur. *Die palästinischen Märtyrer des Eusebius von Cäsarea,* TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN, t. XIV, fasc. 4 (Leipzig, 1896), p. 58. — (4) *De martyribus Palaest.*, III, 1, ed. Gul. DINDORFIUS, *Eusebii Caesariensis opera*, vol. IV (Lipsiae, 1890), p. 386; cf. CURETON, p. 8-9; Violet, p. 15-16. — (5) *Synax. Eccl. CP.*, p. 196. — (6) CURETON, l. c., p. 30; cf. P. BEDJAN, *Acta martyrum et sanctorum*, t. I (Parisiis, 1890), p. 245-46; anglice apud CURETON, l. c., p. 28; germanice apud VIOLET, p. 62.

artem

AUCTORE P. P.

A artem gladiatoriam conducentibus se tradebant. Mala perpessi, quibus describendis impares sumus, tandem post omnes suos dolores crudelem hanc sententiam toleraverunt.

alio die passos refert: 4. *Quo die anni haec acta sint, disputari potest. Videtur tamen beatorum pugilum confessio aliquamdiu antegressa esse martyrium SS. Pauli, Valentinae et Ennathae, qui passi sunt die 25 iulii; quem diem tyrio stilo simul et latino clarissime indicavit Eusebius :* μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, ἢ λέγοιτο ἂν πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν αὐγούστων (1). *Notare etiam iuvat SS. Pauli, Valentinae et Ennathae memoriam coli die 10 februarii* (2) *iterumque die 15 vel 16 iulii* (3).

neque praeter S. Silvanum Gazensem, 5. *Horum confessorum elogio continuatur in synaxario Constantinopolitano* (4) *haec mentio brevissima :* τὸν δὲ Σιλβανὸν τοῖς κατὰ Φανὼν μετάλλοις ἐγκρίνει [ὁ τύραννος]. *Haec qui scripsit non videtur meminisse S. Silvani Gazensis episcopi et martyris, cuius memoria in eodem synaxario habetur ad diem quartum maii* (5). *Nemo tamen Eusebianam narrationem attente perlegens haec*
B *duo hypomnemata seiungenda putabit. Historia enim huius Silvani presbyteri quem Urbanus praefectus ad fodinas Phaenesias amandavit, ipso die quo S. Domninum mortis damnavit, omnibus partibus congruit cum Passione S. Silvani qui cum sociis undequadraginta, postremo persecutionis anno, in iisdem metallis gladio decollatus est, die quinto maii; ad quem diem eius Acta exposuit Henschenius* (6). *Attamen ne tam procul lectorem abire iubeamus, neve commentario illi antiquiori deesse sinamus complementum utile, cui non iam alius erit in hoc opere locus, describimus e syriaca recensione libelli Eusebiani pericopen quae ad S. Silvanum pertinet* (7).

ܡܘܕܝܢܘܬܐ ܕܣܝܠܘܢܘܣ ܘܕܚܒܪܘ̈ܗܝ ܕܥܡܗ :
ܒܫܢܬ ܬܡܢܝܐ ܕܪܕܘܦܝܐ ܕܒܕܪܢ ܀

ܡܢ ܓܙܐ ܕܝܢ ܢܦܩ ܗܘܐ ܗܘ ܗܢܐ
ܣܝܠܘܢܘܣ ܛܘܒܢܐ: ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܕܝܢ ܗܢ
ܡܢ ܦ̈ܠܚܐ ܒܛ̈ܝܠܐ. ܘܟܕ ܐܫܬܡܠܝܬ
C ܚܐܪܘܬܐ ܠܥܘܡܪܗ: ܗܘ ܠܢܦܫܗ ܦܠܚܐ
ܛܒܐ ܕܡܫܝܚܐ ܥܒܕ. ܒܪ ܐܢܫܐ ܗܘܐ ܓܡܝܪ
ܡܟܝܟܐ ܒܟܠ ܘܒܪ̈ܥܝܢܗ ܚܟܝܡܐ ܗܘܐ
ܘܒܗܝܡܢܘܬܗ ܦܫܝܛܐܝܬ ܘܕܟܐܝܬ
ܐܬܘܕܝ. ܐܬܥܒܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܩܫܝܫܐ ܕܥܕܬܐ
ܕܒܓܙܐ ܡܕܝܢܬܐ: ܘܬܡܢ ܦܐܝܐܝܬ ܐܬܕܒܪ
ܗܘܐ. ܘܡܛܠ ܕܐܓܘܢܐ[1] ܕܚܝ̈ܐ ܠܦܠܚܘ̈ܗܝ،
ܕܡܫܝܚܐ ܐܬܟܪܙ ܗܘܐ: ܣܒܐ ܗܕܝܪ
ܒܣܝܒܘܬܗ ܠܐܣܛܕܝܢ ܢܚܬ. ܘܗܝܕܝܢ
ܒܡܘܕܝܢܘܬܗ ܩܕܡܝܬܐ ܩܕܡ ܥܡܐ ܕܩܣܪܝܐ
ܐܬܢܨܚ: ܘܒܡܚܘ̈ܬܐ ܐܬܒܚܢ. ܘܟܕ ܣܒܪ

ܗܠܝܢ ܓܢܒܪܐܝܬ: ܒܐܓܘܢܐ[1] ܕܬܪ̈ܝܢ
ܐܬܬܟܫ. ܘܣܪ̈ܩܐ ܒܓܒܘ̈ܗܝ، ܗܘ ܣܒܐ
ܐܝܟ ܥܠܝܡܐ ܣܒܪ ܗܘܐ. ܘܒܐܓܘܢܐ[1]
ܕܬܠܬ ܠܡܬܠܠܐ ܫܕܘܗܝ،[2] ܕܢܚܫܐ. ܘܒܚܝ̈ܐ
ܕܢܓܝܪܐ ܡܓܠܝܐ ܒܘܚܢܐ ܣܓܝܐ ܚܘܝ.
ܘܠܬܫܡܫܬܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܣܠܩ:
ܘܐܬܬܚܝܕ ܥܡܫܢܐܬ ܐܦ ܗܘ ܒܡܘܕܝܢܘܬܗ.
ܘܒܢܘܦ ܐܪܒܥܬܐ ܒܐܪܥ ܬܪܬܐ ܥܒܪ
ܕܫܒܥܝܢ ܡܠܐܟܐ ܐܬܦܬܝ ܠܗ: ܘܟܡ
ܒܢܝܐ ܕܗܘ̈ܕܐ ܗܘ ܠܦܘܬ ܟܢܘܫܐ ܐܬܦܠܓ. ܘܠܐ
ܗܘܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ: ܢܦܩ ܗܘܐ ܠܗ ܓܒܪ
ܒܢܝܐ ܡܓܠܝܐ[3] ܕܬܠܝܐ. ܘܡܢ ܥܠܬܐ ܦܘܪܢܣܐ
ܕܢܒܝܐ[4] ܐܬܒܪܝ: ܕܗܘܝܢ ܕܒܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܘܒܦܘܪܢܣܐ ܐܫܬܒܩܘ ܒܡܬܠܠܐ ܘܐܝܠܝܢ
ܕܠܒܢܝܐ ܠܐ ܚܫܝܢ: ܕܢܬܦܬܠܘܢ ܒܡܘܦܐ E
ܐܬܦܩܕ. ܠܟܠܗܘܢ ܐܚܝܕܐ ܐܪܟܒܝܢ
ܒܡܚܝܢܐ ܗܘ̈ܕܐ ܕܐܠܗܐ ܒܚܕ ܢܘܡܐ
ܙ̈ܒܢܘܗܝ ܐܬܦܣܩܘ. ܗܘܠܐܗܘܢ ܕܝܢ
ܕܗܠܝܢ ܐܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܐܬܠܛܝܐ. ܪ̈ܝܫܘܗܝ
ܕܝܢ ܘܡܕܒܪܢܗܘܢ ܕܗܠܝܢ ܐܬܝܗܘܗܝ ܗܘܐ ܗܘ
ܗܢܐ ܣܝܠܘܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܣܝܠܘܢܘܣ ܠܦܘܪܢܣܐ ܒܢܝܪܐ ܘܒܪ ܐܢܫܐ
ܫܡܝܢܐ ܕܐܠܗܐ.

[1] ܐܓܘܢܐ Bedjan tacite rescripsit — [2] ܫܕܘܗܝ Id. it. — [3] ܡܓܠܠ Id. it. — [4] ܘܪܘܡܚܐ Id. it. ܘܪܡܚܐ (ܘܪܘܡܚܐ) Violet

Confessio Silvani et sociorum eius anno octavo persecutionis quae nostra aetate fuit. F

Gaza ortus est beatus ille Silvanus. Erat hic e militibus veteranis. Postquam autem eius aetas libertatem consecuta est, bonus Christi miles fieri voluit. Homo enim erat perfecte modestus et consilio praestans, fidemque suam simpliciter et candide professus est. Ecclesiae in Gaza urbe sitae presbyter factus, praeclare ibidem se gesserat. Cum autem Christi militibus certamen de vita indictum esset, senex aetate venerandus in stadium descendit, ibique in priore confessione coram plebe caesariensi victor evasit atque verberibus tentatus est. Quae cum viriliter pertulisset, alterum certamen certavit, laterumque lacerationes senex pertulit ut iuvenis. In tertio certamine ad aeris metalla damnatus est. In diuturna vita probatissimum se exhibuit et ad episcopatus ministerium evectus (3), in ponti- *cuius necem infra narrat,*

(1) *De martyr. Palaest.*, VIII, 12. — (2) *Synax. Eccl. CP.*, p. 455. — (3) Ibid., p. 822-23. — (4) Ibid., p. 196. — (5) Ibid., p. 657. — (6) *Act. SS.*, Maii t. I, p. 468-69. — (7) Ex Gul. CURETON, op. cit., p. 50-51; cf. P. BEDJAN, t. c., p. 274-75. — (8) Ex iis etiam quae refert Eusebius in Passione S. Domnini (infra pp. 49, 51) videtur Silvanus non ante creatus esse episcopus quam ad metalla damnatus est. Attamen in *Historia ecclesiastica* (VIII. 13, 5) ab eodem Eusebio vocatur urbis Gazae episcopus : τῶν δ' ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Σιλβανὸς ἐπίσκοπος τῶν ἀμφὶ τὴν Γάζαν ἐκκλησιῶν ... ficatu

AUCTORE P. P.

ficatu suo gloriose claruit. Die autem quarto mensis iiar ianua magna caeli huic late aperta est, et cum agmine martyrum ascendit beatus ille. Neque solus iste quidem, verum multa caterva heroum ei se adiunxit. Subito mandatum atrox latum est, quo qui senio vel morbo in metallis debilitati essent et qui ad opus non valerent, gladio interfici iuberentur. Quibus Dei martyribus numero quadraginta simul una die capita praecisa sunt. Eorum plerique ex Aegypto erant. Dux tamen eorum ac moderator erat martyr ille martyrumque episcopus Silvanus homo vere beatus Deoque acceptissimus.

alium Silvanum cum S. Domnino damnatum narrat.

6. *De S. Silvano, quem Urbanus item praefectus ad metalla Phaenesia relegavit simul atque S. Domninum igni tradidit, afferetur suo loco testimonium Eusebii. Utriusque narrationis similitudo per se ostendit unius eiusdem martyris festum, atque adeo martyrem ipsum in ecclesia tum graeca tum latina fuisse geminatum.*

Perperam die 5 nov. memoratus est S. Pamphilus

7. *E sociis S. Domnini excludatur oportet etiam S. Pamphilus qui in synaxario Constantinopolitano annuntiatur die 5 novembris, quasi hoc eius proprium festum esset. De hoc celebratissimo martyre nulla prorsus causa est cur hoc loco disputemus. Passio eius amplior, ex graeco exemplari cum aliis in locis* (1) *tum in Actis hisce nostris* D *iamdudum edita* (2), *nuper castigatius recusa est in* Analectis Bollandianis (3). *Qui fons cum sit longe optimus et uberrimus, propemodum inutilem reddit syriacam interpretationem. Ideoque ab ista referenda hic abstinemus.*

et S. Auxentius subrogatus Dorotheus.

8. *Contra inter huius diei martyres praecipue memorandus erat S. Auxentius, cuius nomen in contractiore narratione servatum graeca synaxaria in Dorotheum commutarunt.*

SS. Carterii et Eupsychii nomina incerta.

9. *Annuntiantur etiam in synaxario ad diem quintum novembris SS. Carterius et Eupsychius, quos Urbanus ad eunuchorum condicionem redegit. Quis eorum nomina resciverit et ex quo documento, divinare non possum. Ex historia Eusebii ne conici quidem potest utrum duo tantum an plures hoc supplicium perpessi sint. Ceterum in codice Patmiaco synaxarii ad diem decimum sextum novembris hypomnema legitur* τῶν ἁγίων μαρτύρων Εὐψυχίου, Νεάρχου, Καρτερίου καὶ τῆς συνοδίας αὐτῶν (4), *e quorum societate par illud fortasse ab aliquo librario seiunctum fuit* (5).

Martyrologium Hieronymi.

10. *Horum omnium martyrum memorias suo quodam modo complectitur Martyrologium Hieronymianum :* In Cesarea cappadociae. Domnini (6).

σιῶν, κατὰ τὰ ἐν Φαινοῖ χαλκοῦ μέταλλα σὺν ἑτέροις ἑνὸς δέουσι τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται (ed. DINDORF, l. c., p. 369). — (1) Vid. *BHG.*, p. 99. — (2) *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 64-70. — (3) T. XVI, p. 129-39. Variae lectiones e codice Londinensi allatae sunt in *Anal. Boll.*, t. XXV, p. 499-502. — (4) *Synax. Eccl. CP.*, p. 227. — (5) Ibid., p. 966. — (6) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [139].

PASSIO AMPLIOR

Ex oratione Eusebii Caesariensis de Palaestinae martyribus (CURETON, *op. cit., p.* [illegible] ; BEDJAN, *p. 239-42*).

[illegible]

Urbanus praefectus eodem die

C [illegible]

Confessio Domnini, anno quinto persecutionis, quae nostra aetate facta est, in Caesarea urbe.

Urbanus praefectus erat Palaestinae. Dies primus (1) erat mensis tesri posterioris (2). Ille in dies sua malefacta innovabat et per singulos annos nova adversum nos consilia moliebatur. Quot autem saevitias in hoc uno die, quem diximus, exercuerit, narrabimus. F

Domninum, confessorem inclitum, rogo addicit,

[illegible]

Hoc igitur die de quo locuti sumus (adduxerunt) hominem quendam, qui omnem aetatem laudabiliter traduxerat, et medicinae doctrinam (3) excellenter noverat. Iuvenis hic erat statura procerus et formosus; atque vitae sanctitate, integritate animi, castimoniaque spectabilis. Domninus ei nomen erat; atque apud omnes aequales nostros martyrum hic fuit notissimus. Eundem antequam martyrio consummatus est, in metallis aeris cruciaverant, atque propter

(1) Vide supr., p. 46, num. 2. — (2) Id est mensis novembris. — (3) Vide supra, p. 46.

[illegible]

A ܕܒܢܘܪܐ ܢܬܕܢ ܗܘܐ ܕܦܩܕ. ܘܗܘ ܗܢܐ
ܡܕܡ ܕܐܬܡܠܟ ܒܡܘܕܝܢܘܬܗ : ܒܡܓܠܝܢ
ܕܠܫܐܠܐ ܐܫܬܘܕܝ ܒܗ. ܘܡܛܠ ܕܐܝܢ
ܒܡܫܪܝܪܘܬܗ ܕܠܘܬ ܡܘܕܝܢܘܬܗ : ܠܡܫܡܫ
ܒܪܢܫܐ ܕܢܘܪܐ ܫܠܡܗ.

ܘܒܬܪ ܡܢ ܗܢܐ ܗܘܕܐ ܥܒܕ ܗܘܐ ܗܘ
ܗܢܐ ܕܝܢܐ ܚܟܝܡ ܒܒܝܫܘܬܗ : ܠܐ ܓܝܪ
ܙܕܩ ܕܢܬܩܪܘܢ ܚܟܝܡܐ ܗܢܘܢ ܕܡܫܬܪܪܢܘܬܐ
ܕܒܝܫܘܬܗܘܢ ܡܫܬܒܗܪܝܢ : ܘܠܒܪ ܘܬܠܬܐ
ܥܠܝܡܝܢ ܕܒܡܘܡܬܐ ܕܦܓܪܝܗܘܢ ܦܐܝܢ ܗܘܘ
ܘܫܦܝܪܝܢ : ܘܒܢܦܫܗܘܢ ܒܚܝܠܬܢܘܬܐ
ܕܕܚܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܨܒܝܬܝܢ ܗܘܘ : ܘܐܝܟ
ܕܒܗܘܢ ܠܬܦܪܓܘܢ ܠܠܘܕܘܢ ܐܫܬܕܪܘ.
B ܘܬܘܒ ܥܠ ܡܢ ܗܠܝܢ : ܘܠܣܒܐ ܥܬܝܩܐ
ܘܐܠܗܐ ܡܩܒܠܬܐ ܠܚܝܘܬܐ ܫܕܐ
ܗܘܐ. ܘܬܘܒ ܡܢ ܗܢܐ ܗܦܟ ܗܘ ܥܢܝܐ
ܥܒܕ ܗܘܐ : ܘܥܠ ܐܚܪ̈ܢܐ ܐܬܦܢܝ ܗܘܐ :
ܘܕܢܩܦܘܢ ܠܒܪܘܬܗܘܢ ܦܩܕ ܗܘܐ :
ܘܠܡܗܝܡܢܐ ܕܡܗ̈ܝܡܢܐ ܥܒܕ ܐܢܘܢ.
ܘܦܢܐ ܬܘܒ ܐܦ ܡܢ ܗܠܝܢ ܘܥܠ ܗܢܘܢ
ܕܒܢܝ ܣܠܘܢܘܣ ܐܬܦܢܝ ܗܘܐ : ܗܘ ܕܐܦ
ܗܘ ܠܒܬܪ ܕܡܢ ܒܬܪ ܙܒܢ ܗܘܐ ܣܗܕܐ
ܕܐܠܗܐ : ܘܠܡܛܠܠܘ ܕܦܝܢ ܫܕܐ ܐܢܘܢ.
ܘܬܘܒ ܡܢ ܗܢܘܢ ܥܒܪ ܗܘܐ : ܘܥܠ ܐܚܪ̈ܢܐ
ܐܬܦܢܝ ܗܘܐ : ܘܒܡܪ̈ܕܘܬܐ ܠܗܘܢ ܨܥܪ ܗܘܐ.
ܘܠܐ ܐܬܬܢܝܚ ܚܡܬܐ ܕܒܝܫܘܬܗ ܒܓܒܪ̈ܐ
C ܐܠܐ ܐܦ ܒܓܢܣܐ ܕܢܫ̈ܐ ܠܡܫܬܢܘ[1]
ܡܬܠܚܡ ܗܘܐ. ܘܬܠܬ ܒܬܘܠܬܐ ܠܙܢܝܐ
ܕܦܓܪܐ ܠܒܢܝ̈ ܐܫܠܡ ܗܘܐ. ܘܠܐܚܪ̈ܢܐ
ܬܘܒ ܒܒܝܬ ܐܣܝܪ̈ܐ ܐܫܠܡ ܗܘܐ. ܗܘ ܕܝܢ
ܕܝܢܐ ܥܫܝܢܐ[2] ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ ܕܟܬܒܢ ܒܫܥܬܐ
ܚܕܐ ܣܥܪ.

Eusebius Caesariensis.

confessionis eius perseverantiam (Urbanus) eum igne puniri iussit.

alios ad alia supplicia damnat;

Ex quo martyre ut se expedivit iudex iste in malo prudens, — qui enim potentiore sua malitia gloriantur, hos prudentes nullo iure dixeris, — tres iuvenes corporis statura insignes et venusti, quorum animi constantissima in Deum pietate ornabantur, casu (oblati) ludis circensibus addicti sunt, in oblectamentum plebis. Quibus amandatis, senem inclitum et sanctum (1) feris depascendum destinavit. Deinde ab hoc sene divertit homo furens et ad alios se convertit; quos, E viribus abscissis, ad eunuchorum condicionem redegit. Tum, his quoque dimissis, ad Silvani socios (2) se convertit, cui postea contigit martyri Dei fieri, eosque ad metalla Phaenesia (3) damnavit. Rursus ab istis recessit aliosque petiit quos cruciatibus dedecoravit. Neque in viris furor eius pessimus conquievit, sed femineo quoque sexui supplicia minatus est, atque tres virgines ganeonibus tradidit, ut earum corporibus illuderent. Alios etiam in carcerem coniecit. Haec autem omnia quae scripsimus, iudex iste furiosus una hora patravit.

S. Silvanum cum sociis ad metalla relegat;

F

Cureton ܚܣܝܐ . *Ita corrigunt Bedjan, et Payne-Smith in voce* ܚܣܝܐ [2] — *Cureton* ܠܡܫܬܢܘ̈. *Ita Bedjan et Violet* [1]

(1) Huic nomen fuisse Auxentium e graecis exemplaribus rescivimus. Vide num. 8, pp. 48 et 51. — (2) Id est Silvanum eiusque socios (τοὺς ἀμφὶ Σιλβανόν). — (3) Eusebius : Φινών, σταθμὸς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ ἐπὶ τῆς ἐρήμου· ἦν δὲ καὶ πόλις ἡγεμόνων Ἐδώμ. Αὕτη δέ ἐστι Φαινὼν ἔνθα τὰ μέταλλα τοῦ χαλκοῦ μεταξὺ κειμένη Πέτρας πόλεως καὶ Ζωόρων. Hieronymus : *Fenon, castra filiorum Israel in deserto. Fuit autem quondam civitas principum Edom, nunc viculus in deserto ubi aeris metalla damnatorum suppliciis effodiuntur inter civitatem Petram et Zoaram, de quo et supra diximus.* E. Klostermann, *Eusebius Werke*, III, 1 : *Das Onomastikon der biblischen Ortsnamen* (Leipzig, 1904), pp. 168, 169. Phaeno, quod hebraico nomine dicebatur *Punón* vel *Pînón*, nuper comperit R. P. Lagrange O. P. situm fuisse eo loco ubi nunc stat *Kharbet Fenân* (خربة فنان) sive Parietinae Phaenesiae, in Idumaea inter Thanam vicum et vetus castellum Montis Regalis (Schaubak). Vid. M. I. Lagrange, *Phounon* (*Num. XXXIII, 42*), Revue biblique, t. VII (1898), p. 112-15. De Phaeno et martyribus qui illic passi sunt, scripsit etiam S. Vailhé, *Les martyrs de Phounon*, Échos d'Orient, t. II (1899), p. 66-70.

Eusebius Caesariensis. *S. Pamphilum, variis modis tentatum,*

[illegible]

B

[illegible]

in carcerem conicit.

[illegible]

C

Quae scelera qualis secuta sit ultio Dei,

[illegible]

D Postquam autem completa sunt ea quae scripsimus, Pamphilus quoque — nomen mihi carissimum — martyr Dei caeli, qui omnibus numeris sanctus omnique laude ornatus erat, in certamine confessionis suae probatus est. Hic fuit ex omnibus aetatis nostrae martyribus celebratissimus, quippe cuius aetas omnis in philosophia studioque doctrinae tum divinae tum humanae effluxisset. Huius porro viri omni laude spectabilis prudentiam primum Urbanus quaestionibus ac responsis tentavit atque tandem minis compellere voluit ut simulacris inanimis sacrificaret. Ut autem exploratum ei fuit illum verbis non moveri, minasque ab illo nihili haberi vidit, saevis cruciatibus in eum usus est, eiusque latera crudeliter laniari iussit. Neque illi nocere potuit, sicuti speraverat. Tum iudex iniquus ea ratione martyri E invicto vim inferre deliberavit, quod eum (in carcerem coniceret) una cum confessoribus illis captivis, de quibus modo scriptum est. Hic vero iudex impotens, pro omnibus male factis quae contra Dei confessores exercuit, quam mercedem, quamve poenam sortiturus sit, ex iis quae modo scribemus resciscere facile est.

F Brevi enim ac repente, neque multa mora interposita, propter haec flagitiosa facinora, iusto Dei iudicio oppressus, acerbas et graves poenas dedit. Qui enim in tribunali sublimis et excelsus considebat et assistentium frequentia gloriabatur, qui universo Palaestinae populo antecellebat, una in nocte (hoc iudicio) omni suo splendore, universisque honoribus exutus, velut ad solitudinem redactus est. Atque in hac ipsa urbe nostra Caesarea, in qua omnia scelera, quae superius descripta sunt, patraverat, sententia Maximini, hominis pari cum eo perversitate, malae morti traditus est. Convicia primum et opprobria omni morte peiora in eum congesta sunt, ita ut mulie-

[1] Ita Bedjan [illegible]. Cureton [illegible]. Cod. apud Violet [illegible] — [2] Bedjan tacite rescripsit [illegible] — Ita Violet [3] [illegible]. Bedjan [illegible]. Cureton — [4] Bedjan tacite corrigit [illegible] — [5] Id. it. [illegible]

A ܫ̈ܥܝܬܐ ܕܡܢ ܟܠ ܒܬܒ̈ܥܢ ܗܒܪ ܗܘܐ:
ܒܐ̈ܕܢܝ ܕܗܢܐ ܕܡܬܡܣܟܢܘܗܝ ܥܒܕܐ ܕܐܬܟܣܝܘܗܝ
ܠܛܥܡܬܐ ܒܥܒܕܐ ܐܬܝܗܒ ܗܘܐ. ܘܦܪܥܢܐ
ܠܥܘܠܐ ܘܡܬܒܥܢܐ ܕܗܘܐ ܡܢ ܥܠ ܡ̈ܠܬܗ
ܐܬܛܝܒܬ ܠܗ: ܐܝܟܢܐ ܕܟ̈ܝܢܬ ܩ̈ܠܐ ܕܫܘܝܐ
ܕܢܟ̈ܐ ܘܡܘܫܚܬܐ ܡܬ̈ܢܫܚܬܐ ܒܐܕ̈ܢܘܗܝ،
ܩܕܡ ܡܘܬܗ ܡܢ ܟܠ ܦܘ̈ܡܝܢ ܐܬܢܫܝܢ
ܗܘ̈ܝ. ܐܝܟ ܕܣܒܪܝܢ ܚܢܢ ܕܛܥܡܬܐ ܗܘܬ
ܕܬܒܥܬܐ ܕܐܠܗܐ: ܗ̇ܝ ܕܠܗ ܢܛܝܪܐ
ܠܚܪܬܐ ܡܛܠ ܗ̇ܝ ܕܠܘܬ ܒܝܫܘܬܗ ܘܠܐ
ܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܠܘܬ ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ.

ܡܪܘܒܐܝܬ ܕܝܢ ܐܫܬܥܝܢ ܗܠܝܢ ܐܝܟ
ܕܠܡܗ̈ܝܡܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܦ ܡܢܗܘܢ ܡܢܗܘܢ B
ܒܙܒܢܐ ܠܗܠܝܢ: ܥܕ ܗܫܐ ܩܝܡܝܢ[1] ܡܢ
ܕܫܒܩܢܢ ܥܠ ܐܘ̈ܠܨܢܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܐܬܥܒܕܘ
ܥܠܘܗܝ: ܕܒܦܣܝܩܬܐ ܘܒܟܪܝܘܬܐ ܐܝܟ
ܕܠܣܗܕܘܬܐ ܢܟܬܘܒ ܐܢܝܢ ܠܗܠܝܢ ܠܐܬܝܢ
ܕܐܬܝܢ ܒܬܪܢ. ܢܗܘܐ ܕܝܢ ܙܒܢܐ ܕܚܪܬܗܘܢ
ܘܡܘܒܕܢܗܘܢ ܕܐܢ̈ܫܐ ܥܘܝ̈ܐ ܗ̇ܢܘܢ
ܕܠܘܩܒܠ ܓܢܣܢ ܐܬܒܪܝܘ: ܕܒܟܬܒܬܢ
ܢܟܬܘܒ܀

Bedjan it. ܚܝܝܢ [1]

bres obiurgationes, contumeliae, clamores, antequam necatus est, ex omnium ore in eius aures infunderentur (1). Unde intellegere possumus hunc gustum ei praeceptum esse ultionis divinae, quae propter eius saevitiam et immanitatem adversus Dei servos ad extremum parata erat. EUSEBIUS CAESARIENSIS.

Haec raptim narravimus tamquam fidelibus, quorum aliqui ex illis temporibus hactenus servati sunt. In qua narratione tormenta multa quae in eum adhibita sunt referre omisimus, ut praecise et breviter haec describeremus in testimonium iis qui post nos venturi sunt. Eritque tempus cum finem et interitum perversorum hominum, qui generi nostro insultarunt, in libris nostris relaturi simus. *suo loco fusius narrabit Eusebius.* E

(1) Haec mirum quantum a graeca narratione recedunt.

PASSIO CONTRACTIOR

C EUSEBIUS de martyribus Palaestinae, *lib. VII, 3-8* (DINDORF, *op. cit., p. 396-98*). F

Eodem die S. Silvanus et socii ad metalla damnati sunt, Ἐπὶ τούτοις Δίου μηνὸς πέμπτῃ κατὰ δὲ Ῥωμαίους νώναις νοεμβρίαις, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως τοὺς ἀμφὶ Σιλβανόν, ἔτι δὴ τότε ὄντα πρεσβύτερον ὁμολογήσαντα, ὃν οὐκ εἰς μακρὸν ὕστηρον ἐπισκοπῇ τιμηθῆναί τε καὶ μαρτυρίῳ συνέβη τελειωθῆναι, γενναιοτάτην ἔνστασιν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐπιδειξαμένους τοῖς εἰς τὸ αὐτὸ χαλκοῦ μέταλλον πόνοις ὁ αὐτὸς ἐγκρίνει, καυτῆρσι πρότερον τῶν ποδῶν τὰς ἀγκύλας αὐτοῖς ἀχρειωθῆναι προστάξας. 4. Ἅμα δὲ τῇ κατὰ τούτων ἀποφάσει ἄνδρα μυρίαις ἄλλαις ὁμολογίαις διαπρέψαντα, Δομνῖνος ἦν οὗτος, ὁ διὰ περιττὴν ἐλευθερίαν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην ἅπασι γνωριμώτατος, τῇ διὰ πυρὸς ἐκδίδωσι κολάσει· μεθ' ὃν ὁ αὐτὸς δικαστής, δεινὸς ἐπινοητής τις ὢν κακίας καὶ τῶν κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιχειρημάτων καινουργός, τὰς μηδ' ἀκουσθείσας πώποτε κατὰ τῶν θεοσεβῶν ἐπενόει τιμωρίας, καὶ τρεῖς μὲν εἰς τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ καταδικάζει, *crematus S. Domninus, alii circo destinati,*

Αὐξέντιον δέ, σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτην, θηρίοις βορὰν παραδίδωσιν, ἄλλους δ' αὖ πάλιν τελείων ἀνδρῶν φέροντας ἡλικίαν εἰς εὐνούχους ἐκτεμὼν τοῖς αὐτοῖς κατακρίνει μετάλλοις, ἑτέρους δ' αὖ πάλιν μετὰ χαλεπὰς βασάνους δεσμωτηρίῳ καθείργνυσιν· ἐν οἷς καὶ ὁ πάντων ἐμοὶ γοῦν ποθεινότατος ἑταίρων Πάμφιλος ἦν, τῶν καθ' ἡμᾶς μαρτύρων ἀνὴρ πάσης ἕνεκεν ἀρετῆς ἐπιδοξότατος. 5. Τούτου τὴν ἐν ῥητορικοῖς λόγοις φιλοσόφοις τε μαθήμασιν ἀπόπειραν πρότερον ὁ Οὐρβανὸς λαβών, εἶθ' ὕστερον θύειν καταναγκάσας, ὡς ἀνανεύοντα καὶ μηδ' ὅλως ἐν λόγῳ τὰς ἀπειλὰς ἑώρα τιθέμενον, τὸ πανύστατον ἀγριάνας, σφοδροτέραις αὐτὸν αἰκίζεσθαι προστάττει βασάνοις. 6. Καὶ δὴ ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν αὐτοῦ δι' ἐπιμόνων καὶ φιλονείκων ξυστήρων ὁ θηριωδέστατος μονονουχὶ ἐμφορηθείς, αἰσχύνην γε μὴν ἐπὶ πᾶσι καταχεάμενος, τοῖς ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ καὶ αὐτὸν ὁμολογηταῖς καταλέγει. 7. Ἐπὶ δὲ τῇ κατὰ τῶν ἁγίων ὠμότητι ὁποίας *S. Auxentius feris traditus, alii enervati, S. Pamphilus varie examinatus et in carcerem detrusus.*

EUSEBIUS CAESARIENSIS.

Urbani iudicis repentinus et terribilis exitus.

ὁποίας ἀμοιβῆς παρὰ τῇ θείᾳ δίκῃ τεύξεται, τοσαῦτα κατὰ τῶν Χριστοῦ μαρτύρων ἐμπαροινήσας, διαγνῶναι ῥᾴδιον ἐκ τῶν τῇδε προοιμίων δι' ὧν εὐθὺς καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τοῖς κατὰ τοῦ Παμφίλου τετολμημένοις, αὐτὸν ἔτι τῆς ἡγεμονίας ἐχόμενον ἡ θεία μετῆλθεν δίκη, ἀθρόως οὕτως τὸν χθὲς ἄνω που ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος δικάζοντα καὶ πρὸς τοῦ στρατιωτικοῦ δορυφορούμενον στίφους, ὅλου τε τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους ἐπάρχοντα, ὁμοδίαιτόν τε οἷα φίλτατον καὶ ὁμοτράπεζον αὐτῷ τῷ τυράννῳ καθεστῶτα, διὰ μιᾶς γυμνώσασα νυκτὸς καὶ τῶν τοσούτων ἀξιωμάτων ἔρημον καταστήσασα, ἀτιμίαν τε καὶ αἰσχύνην ἐπὶ τῶν πρότερον ὡσὰν ἄρχοντα αὐτὸν τεθηπότων καταχέασα, δειλόν τε καὶ ἄνανδρον, γυναικώδεις τε προϊέμενον φωνὰς D καὶ ἱκεσίας ὅλῳ τῷ ἔθνει, οὗ δὴ καὶ ἦρχεν, ἐπιδείξασα, αὐτόν τε τὸν Μαξιμῖνον, ἐφ' ᾧ τὸ πρὶν γαυριῶν ἐφρυάττετο, ὡσὰν διαφερόντως αὐτὸν τῶν δρωμένων αὐτῷ καθ' ἡμᾶς ἕνεκα στέργοντι, δικαστὴν ἀπηνῆ καὶ ὠμότατον ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας καταστήσασα, ὡς καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἐξενεγκεῖν, μετὰ πολλὴν τὴν ἐφ' οἷς ἐξηλέγχετο ἀτοπήμασιν αἰσχύνην. 8. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁδοῦ πάρεργον ἡμῖν εἰρήσθω· γένοιτο δ' ἂν προσήκων καιρός, ἐν ᾧ τῶν δυσσεβῶν, οἳ μάλιστα καθ' ἡμῶν ἐστρατεύσαντο, αὐτοῦ τε τοῦ Μαξιμίνου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν τὰ τέλη καὶ τῶν βίων τὰς καταστροφὰς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ σχολῆς περιλήψεται.

B E

DE SANCTIS MARTYRIBUS

NIVALI, MATRONA, SALVIO

SAECULO IV, UT VIDETUR. H. D.

IN AFRICA

Geminus sanctorum titulus,

1. *Prope Aïn-Regada, qui vicus est nuper conditus inter Calamam et Cirtam 30 chiliometris a Thibili distans* (1), *repertae sunt duae inscriptiones, martyrum prorsus ignotorum nomina referentes, inter sacri aedificii rudera, quod, si loci condicionem spectes, nihil aliud fuisse censeas ac sacellum ipsis dicatum* (2). *Binis in lapidibus insculptae sunt littera rudiore in hunc modum* (3):

☧	☧
NOMI	Θ NOMINA Θ
NA MAR	MARTV
TVRVM	ROV NIVALIS
NIVALIS	MATRONE
MATRONE	SALVI
C SALVI NA	Θ FORTVNATV Θ
TALIS NONV IDVS	QVOT PROMISIT
NOVEMBRES	FECIT

natalis dies incertus.

2. *Nullam movet difficultatem vocabulum* MARTVRORUM, *quod licet imperite prolatum, absque exemplo non est* (4). *E contrario natalem sanctorum* NONV IDVS NOVEMBRES *dici, prorsus inauditum est. Suspicatus est Rossius* nonum idus novembres *modum loquendi improprium esse quo designaretur quinta dies novembris, quae nona ante idus est. At probabile non est similibus in formulis, quae usu cotidiano tritae erant, verborum proprietatem non fuisse servatam. Quapropter magis placet alio quolibet modo lapidis menda sanare. Nec melior nunc occurrit quam ponere lapicidae, qui ceterum imperitissimus erat, errore particulam* ET *omissam fuisse, ita ut natalis sanctorum* NONAS ET IDVS NOVEMBRES *celebrari dicatur, aliis nempe die quinto, alio decimo tertio eiusdem mensis pro fide occisis. Emendatio certa non est, sed donec alia reperiatur, non improbanda videtur.*

Silent martyrologia.

3. *Antiqua martyrologia de SS. Nivali, Matrona, Salvio ita silent ut, si unum alterumve ex eorum nominibus passim reperias, nuspiam tamen de tota caterva vel de eadem binas in turmas divisa vestigium detegere sit. Alios non paucos Africa et praecipue Numidia martyres habuit sub persecutione Diocletiani solis ex titulis notos nullisque fastis inscriptos* (5).

De tempore sententia probabilior.

4. *Ad Diocletiani aetatem hos quoque nostros martyres referendos esse censuit Rossius, non invalidis fretus argumentis* (6). *Licet enim prima fronte tempora Vandalorum indicare videatur inelegans rudisque titulorum scriptura, tamen, cum manu imperita exarati sint, atque symbola lapidibus incisa male saeculo V vel VI conveniant, ad IV potius referendi sunt. Simplex enim Christi* F *monogramma utrique titulo praemissum est, cui in Africa inde a mediante saeculo IV succedere solet monogramma inter* Α *et* Ω *collocatum. Hinc saeculo IV ineunte probabilius lapides positi sunt Diocletianeae persecutionis martyribus.*

Tituli sepulchrales.

5. *Restat ut cum praefato Rossio* (7) *de ultimis alterius tituli verbis* FORTVNATVS QVOD PROMISIT FECIT *pauca dicamus. Lapides illos votivos, ut aiunt, non esse probabilius est, et ad sepulchrales potius titulos referendos, quippe qui nomina martyrum eorumque natalem diem tantum praeter Fortunati promissionem exhibeant. Quaenam illa promissio? Fortunatus sanctos martyres Matronam, Nivalem, Salvium, antequam coronarentur, piis obsequiis prosecutus est eisque spopondit se sepulturam eorum curaturum. Porro* quod promisit fecit *et, pace ecclesiae reddita, sanctis epitaphium posuit, verbisque praegnantibus rem posteris enarravit.*

Quid "nomina martyrum."

6. *De vocabulis* NOMINA MARTVRVM, *quibus nonnulli Africanorum tituli sacri exordiuntur,*

(1) *C. I. L.*, VIII, p. 549. — (2) DE ROSSI, *Bullettino di archeologia cristiana*, 1875, p. 167-71. — (3) *C. I. L.*, VIII, 5664, 5665. — (4) DE ROSSI, l. c., p. 168. — (5) DE ROSSI, l. c., p. 169. — (6) L. c., p. 169-70. — (7) L. c., p. 170-71.

haud

AUCTORE H. D.

A *haud semel disputatum est, aliis ea sensu obvio aliis de* reliquiis martyrum *sensu translato intellegentibus* (1). *Rem obiter tantum attingere satis habemus, ne quicquam, quod duplici nostro titulo explanando conferre possit, omittere videamur. At vero, quicquid de re senseris, eadem est nostra sanctorum martyrum historiae et cultus ecclesiastici ignoratio.*

(1) P. MONCEAUX, in *Bulletin de la Société des Antiquaires de France*, 1905, p. 208-9. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXV, p. 350-51.

DE SANCTO PARDO

CULTO UT MARTYRE BENEVENTI

TEMPORE INCERTO.

H. D.

Quis fuerit S. Pardus,

1. *In martyrologiis atque kalendariis ecclesiae Beneventanae nonis novembris annuntiatur* Beneventi, natalis sancti Pardi martyris in Sanctae Sophiae. *Ita in martyrologio, nunc codice Vati-* B *cano 5949, de quo Sollerius* (1) *et Montfaucon* (2), *qui tamen antiquiorem illum putat quam reipsa est, nempe saec. IX, cum duodecimum aetate certe non superet. Idem prorsus legitur in martyrologio bibliothecae capitularis Beneventanae I, 1, saec. quoque XII exarato. Codex Vaticanus 4928, item saec. XII, quod est Psalterium monasterii Sanctae Sophiae, seu Iohannis decani qui anno 1120 in vivis agebat* (3), *in kalendario (fol.9-14) ad eundem diem habet :* Sancti Pardi martyris in Sancta Sophia. *Idem sanctus invocatur in nonnullis eiusdem codicis litaniis, ut fol. 195. Aliud kalendarium Beneventanum, in cod. Neapolitano bibliothecae nationalis signato VI. E. 43, saec. item XII, fol. 5-11ᵛ, ad hunc diem cum praecedente concordat* (4).

quem Beneventani olim colebant,

2. *Nullum igitur dubium est quin saec. circiter XII in Beneventano Sanctae Sophiae coenobio martyr aliquis nomine Pardus cultus fuerit, quem certe diversum habebant a S. Pardo episcopo et confessore, quem kalendariis eorum inscriptum invenio ad diem XVI kal. novembres. Passionem S. Pardi martyris tunc temporis lectam fuisse veri simile non existimo. In lectionario ecclesiae Beneventanae saec. XIV exarato qui nunc est codex 457* C *bibliothecae Casanatensis* (5), *die 5 novembris (fol. 138) agitur de S. Pardo* episcopo et confessore; *lectio autem ea plane est quae iam recitata erat (f. 107ᵛ) die 17 octobris, in festo S. Pardi confessoris pontificis* (6).

3. *Porro, cum de S. Pardo martyre in scriptis monumentis, si kalendaria excipias, nihil prorsus invenissemus, de ecclesiae suae traditionibus ipsos Beneventanos interrogare non negleximus. A nonnullis responsum est S. Pardum diversum non videri a S. Paldone cuius ad diem 11 octobris Acta edita sunt* (7). *Verum omnia paene suadent Paldonem cum Pardo praeter nominis elementa nullam* E *cognationem habere. Fuit enim Paldo homo satis conspicuus, abbas Sancti Vincentii ad Vulturnum, qui in pace quievit V idus octobres; Pardus vero martyr, cuius natalis celebratur nonis novembribus. Non nego a martyrologis prorsus stupendas in fastos sanctorum saepe induci hominum et nominum mixtiones. Aliquid simile hic contigisse libenter admitterem, si quis ostenderet qua ratione id actum sit. Interim silere malo, ecclesiae Beneventanae prudentiam imitatus, quae in Proprio sanctorum suorum de S. Pardo silet.*

minime liquet.

4. *In Adoniano codice, a Georgio allato, ad hunc diem S. Pardus martyribus Capuanis accensetur :* Capua civitate, sanctorum Euras et Quarti et Pardi martyrum (8). *Corruptam esse hanc annuntiationem satis constat ex iis quae de vocabulo* Euras *diximus* (9). *Ceterum* SS. Euri, Pardi et soc. mm. *memoria notatur etiam in kalendario monasterii Sancti Benedicti Cassinensis Capuae* (10); *et iidem Euras et Pardus martyres in eodem recurrunt kalendis martii, solusque Pardus martyr pridie idus apriles* (11). *Hinc si quis, conferendo duplicem nominum coniunctionem, alteram in apographis hieronymianis ad diem 5 novembris* F CAPVA CIVITATE EVRAS ET QVARTI, *alteram in kalendariis vel codicibus sequioris aetatis* CAPVA CIVITATE EVRAS ET PARDI *hanc ex illa ortam censuerit, ac proinde S. Pardum a S. Quarto Capuano diversum non esse, non contradicam.*

(1) *Martyrologium Usuardi*, p. 653. — (2) *Bibliotheca bibliothecarum*, t. I, p. 132. Cf. etiam H. EHRENSBERGER, *Libri liturgici bibliothecae apostolicae Vaticanae* (Friburgi, 1897), p. 172. — (3) EHRENSBERGER, t. c., p. 206. — (4) Teste MICHAELE MONACHO, *Sanctuarium Capuanum* (Neapoli, 1630), p. 142, de S. Pardo meminit quoque hoc die martyrologium S. Petri apud Beneventum, " et kalendarium codicis laceri apud Chioccarellum Neapoli ". — (5) Cf. *Catal. Lat. Rom.*, p. 223. — (6) *BHL.* 6465. — (7) *Act. SS.*, Oct. t. V, p. 653-61. — (8) *Martyrologium Adonis* (Romae, 1745), p. 644. — (9) Supra, p. 2. — (10) PEREGRINUS-PRATILLUS, *Historia principum Langobardorum* (Neapoli, 1754), t. V, p. 80. — (11) *Ibid.*, pp. 64, 66.

DE SANCTO MARCO EPISCOPO

AECIS IN APULIA

TEMPORE INCERTO. — H. D.

Hieronymiani lectio certa.

1. *Inter peregrina nomina hoc die in hieronymianis occurrentia cum Marco episcopo, qualia sunt Coras, Euras, Eurasius, rectam lectionem sagacissimus quisque vix inveniret, nisi illam paene incorruptam servasset unus Epternacensis, qui scribit :* In Ecas Marci episcopi. *Et haec lectio indubia est; nam et locus notissimus et episcopi, nomine Marci, ibidem sedem habentis, memoria, fabulis quidem obnubilata, certa tamen servata est.*

Aecarum civitatis Apuliae

2. *Aecarum enim non semel mentio fit in antiquis scriptoribus; atque in ea parte Apuliae ubi nunc Troia est, civitatem illam fuisse, ex itinerariis effici a viris doctis notatum est* (1). *Cuius civitatis sive antiquae sive altero sub nomine renovatae historiam religiosam decessores nostri per transennam non semel attigerunt, uti cum de SS. Secundino* (2), *Eleutherio* (3), *Marco Bovinensi* (4), *Fratribus duodecim* (5), *Hieronymo* (6) *et altero Marco* (7) *tractare contigit. Binis quoque in locis Ughellus seriem episcoporum Troianorum et Aecanorum componere conatus est* (8). *Nihilominus de primis Aecanensis ecclesiae episcopis nihil satis certum habemus, et ante Marcianum, qui anno 501 concilio Romano a Symmacho celebrato interfuit* (9), *nulli reperiuntur quibus tempora determinata assignari possint.*

episcopus fuit tum Marcianus

3. *Marcianum illum a Marco nostro diversum non esse, mera coniectura est, quam obiter praenuntiasse sufficiat* (10). *Ceterum, sub proprio nomine Marci episcopum quendam, qui vel Aecanensi ecclesiae praefuerit vel ibidem enutritus sit vel cultum sollemnem consecutus fuerit, in variis documentis hagiographicis designari facile ostendetur.*

tum Marcus,

4. *Michael Monachus in suo martyrologio, uti affirmat, haec legebat nonis octobribus :* Civitate Ecanae S. Marci episcopi et confessoris (11); *et qui Acta SS. Duodecim Fratrum concinnavit, narrat, Donatum et Felicem, in loco Sentiano decollatos, a Marco Aecanensi sepulturae traditos fuisse:* Marcus itaque, Ecanae urbis episcopus, venit nocte cum clericis suis et rapuit corpora sanctorum et in civitate sua cum omni gaudio sepelivit (12). *Haec sola sunt, praeter hieronymianum laterculum, quae Marcum Aecanensem episcopum aperte designent.*

qui a Lucerino

5. *Alium, prima fronte, Marcum laudat qui Vitam S. Marci episcopi Luceriae in Apulia, Bovini patroni, conscripsit. Ex eius prolixa oratione, quam alias dedimus* (13), *sequentia notentur velim. Primum, Marcum illum Aecis ortum dici :* Fuit in civitate Aecana, quae erat in Apuliae finibus, vir nomine Constantinus, locuples valde, christianissimus et timens Deum ; qui quotidie eleemosynis, orationibus atque ieiuniis insistebat, habebatque unicum filium nomine Marcum. *Deinde, illum a Lucerino episcopo Iohanne presbyterum ordinatum fuisse, cui in cathedra successerit; insuper, testamento mandasse ut in civitate Bovino sepeliretur; hinc super eius corpus ecclesiam sui nominis excitatam esse; tandem, eius depositionis diem celebrari nonis octobribus. Huius sacrum corpus Beneventum translatum esse contendit Vipera et in templo ei dicato magna veneratione servari* (14).

seu Bovinensi

6. *Aecas a Bovino atque a Luceria parum distare constat. Iam, in singulis hisce civitatibus templum S. Marco cuipiam dedicatum exstitisse animadverto. Lucerini* (15) *et Bovinenses* (16) *eundem, ex dictis, colebant patronum ; Aecani vero sanctum qui nunc Marcus simpliciter* (17), *nunc vero Marcus evangelista nuncupatur* (18). *Alia insuper in eadem regione S. Marco dedicata templa designare est, et duo sunt oppida eius nomine insignita. At, quaeso, cuiusnam Marci? Diversine pro locorum diversitate, an non potius unius eiusdemque in his Apuliae partibus celebris quondam episcopi, qui praedicationis gratia vel beneficiis claruerit? Ita plane, et veri simile admodum est communem tot ecclesiarum oppidorumque patronum alium non esse a S. Marco episcopo Aecanensi, cuius hodie festivitas in hieronymianis nuntiatur.*

minime diversus videtur

7. *Etenim Marcum quendam Aecanensem nativitate, Lucerinum episcopatu, Bovinensem sepultura numquam reapse exstitisse, sed ab hagiographo excogitatum esse, qui unius patroni cum tribus ecclesiis artam necessitudinem factis asserere praesumpsit, existimo, quae frequentissima in hoc litterarum genere agendi ratio est. Adde quod Lucerinus quidam episcopus, nomine Marcus, qui anno 740 synodo a Zacharia pontifice Romae coactae interfuit* (19), *Actorum compilatori non improbabiliter ansam praebuit episcopatum Lucerinum Marco Aecanensi asserendi. Certe quo tempore scribebat, saeculo videlicet XI vel XII* (20), *de die natali huius S. Marci nulla amplius memoria exstabat. Nonis enim octobribus, quem diem suo Marco Lucerino Bovinensi assignat, Romani quidem Marci sed nullius Apuli depositio recolitur* (21).

(1) *C.I.L.*, IX, p. 85; HUELSEN, ap. PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie der classischen Alterthumswissenschaft*, t. I, p. 443. — (2) *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 529-535. — (3) *Ibid.*, April. t. II, p. 528-39. — (4) *Ibid.*, Iun. t. II, p. 800-807. — (5) *Ibid.*, Sept. t. I, p. 141, 142. — (6) *Ibid.*, Sept. t. VIII, p. 657-60. — (7) *Ibid.*, Oct. t. III, p. 787. — (8) *Italia sacra*, t. I, col. 1334-48; t. X, col. 6. — (9) THIEL, *Epistolae rom. pontif.*, p. 668. — (10) Marcianus unus est ex tribus episcopis Aecanensibus quos habet UGHELLI, *Italia sacra*, t. X, col. 6; de Marco ne verbum quidem. — (11) *Sanctuarium Capuanum*, p. 70. — (12) *Act. SS.*, Sept. t. I, p. 141. — (13) *Ibid.*, Iun. t. II, p. 801-806. — (14) M. VIPERA, *Catalogus sanctorum ecclesiae Beneventanae* (Neapoli, 1635), p. 66. — (15) UGHELLI, *Italia sacra*, t. VIII, col. 316. — (16) *Vita S. Marci*, n. 13, *l. c.*, p. 804. — (17) *Inventio S. Secundini auct. anonymo*, n. 1, *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 531. — (18) *Inventio S. Secundini auct. Guaiferio*, n. 5, *ibid.*, p. 532. — (19) MANSI, t. XII, p. 367. — (20) *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 801, n. 4. — (21) *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 787; Nov. t. II, 1, p. [130].

8. *De*

de quo nullam historiam

8. *De gestis S. Marci Aecanensis nihil prorsus fide dignum ad posteros traditum est. Quae de ipso narrat historia illa ineptissima, quae Passio Duodecim Fratrum audit, plane ficticia esse, vix enuntiare necesse est. Marcum primum ecclesiae Aecanensis antistitem fuisse asserere non audeo ; certe, primus est in serie episcoporum quae ex documentis authenticis confici possit.*

AUCTORE H. D. *fide dignam habemus.*

DE SANCTO QUARTO

CONFESSORE

CAPUAE IN CAMPANIA

TEMPORE INCERTO. — H. D.

Martyrologia, Passio S. Caesarii,

1. *Non parum, ut solet, intricatus est hodie cento hieronymianus, neque plane certum est quo tandem loco S. Quartus, qui etiam in praecedens laterculum et forte in sequens quoque irrepsit, quave sub formula nuntiandus sit. Rectam lectionem, si universos conferas codices, servasse videtur exemplar Epternacense :* In Capua Quarti confessoris. *De eodem narrasse scriptorem Passionis* B *S. Caesarii corpora SS. Felicis et Eusebii ab illo inventa sepultaque esse, videlicet de* presbitero quodam de Capua nomine Quarto, *ex supra dictis patet* (1). *Nec minus constat, ex iis quae de fide Actorum illorum enuntiavimus, frustra requiri fontem unde et de gestis eius et nomine presbyteri certi fiamus. Quod illorum compilator locorum nomina afferendo vel loca describendo forte non erravit* (2), *id ostendit eum Terracinae scripsisse vel aliquando vixisse, nihil vero auctoritatis historiae quam venditat conciliare potest.*

musivum Capuanum.

2. *Reapse inter sanctos Capuanos aliquem reperiri Quartum aliunde manifestum fit. In antiquo enim musivo, quod olim ecclesiam Sancti Prisci ornabat, medio in agmine sanctorum coronas Deo offerentium, quorum dimidia pars ad ecclesiam Capuanam, altera ad Romanam pertinebat, duo conspiciebantur infantuli coniuncti, cum hac inscriptione* S. Quartus et Quintus, *ut habet Michael Monachus, qui solus insignis huius operis vestigia, rudi manu delineata, servavit* (3).

SS. Quartus et Quintus alii

3. *Diversae sunt de SS. Quarto et Quinto Capuanis traditiones. Si fides sit titulo medii aevi in loculo, in quo duo corpora recondita sunt, reperto, clerici fuerunt* (4). *In antiquo vero breviario Capuano, ad VII idus maias episcopi et confessores vocabantur, in ecclesia cathedrali requiescentes* (5). *Eosdem procul dubio designavit Baronius cum scripsit in Martyrologio Romano ad VI idus maias :* Romae via Latina ad Centum Aulas, natalis SS. martyrum Quarti et Quinti, quorum corpora Capuam translata sunt, *et quodam modo consentit hodiernum Proprium Capuanum, a quo ad diem X maii celebratur festivitas* SS. Quarti et Quinti clericorum martyrum Capuanorum quorum corpora in Metropolitana basilica Capuae servantur (6). *Mira rerum confusio est, et eosdem sanctos nunc clericos, nunc episcopos, nunc martyres, nunc confessores, nunc Romanos, nunc Capuanos legis* (7).

martyres Romani,

4. *Plures Capuae fuisse Quarti et Quinti nomine nuncupatos et in unum conflata nomina et confusas personas, Michaelis Monachi sententia est*(8). *Dummodo Capuanos illos non appelles, duplicem ego quoque existimo cognominem binarium distinguendum esse, ea ratione ut prior ille sit qui VI idus* E *maias Romae celebris erat, et sub hac formula in hieronymianis notatur :* Via Latina ad centum aulas Quarti et Quinti; *alter vero qui in opere musivo ecclesiae S. Prisci depictus cernebatur et proprius fuit ecclesiae Capuanae. Quod prior ille Capuam aliquando fuerit translatus, nullo antiquo documento comprobatum reperimus, et ab eis, procul dubio, excogitatum est qui sanctos Capuanos cum Romanis miscere coeperunt. Binarium ergo Romanum ad Centum Aulas quiescentem in pace relinquamus.*

alii Capuani.

5. *Ad Capuanum accedamus, qui, ut verum fatear, si martyrologia consulas, verus binarius non est. Nam variis diebus S. Quartum et S. Quintum enuntiatos reperio in hieronymianis : hunc videlicet nonis septembribus, illum vero hoc ipso die V novembris ut supra dictum est, et alium cognominem, cum Marcellino, nonis octobribus, si tamen ab hodierno diversus est*(9). *Quando et a quibus Quartus et Quintus in individua societate coniungi coeperint, divinari non possum. Id forsitan ratio nominis primum effecit; postea figuris expressum est, quando sancti Capuani pictis lapillis delineati fuere.* F *Ecclesiae sancti Prisci musivum opus periisse, nec satis certa ex Michaelis Monachi ectypo argumenta trahi posse, eo magis dolendum est, quod effigies SS. Quarti et Quinti non improbabiliter tempore sequiore ceteris additae fuisse videntur* (10). *Certe, qui illos depinxit, sanctum utrumque statura minorem, imberbem, tonsura insignitum, coronam manu gestantem, eodemque loco ab aliis distincto stantem exhibendo, non obscure testatus est sibi videri SS. Quartum et Quintum fuisse par martyrum, tenerae aetatis, clericorum numero cooptatum. Quo iure id censuerit, non liquet. Nos Quartum confessorem ideo tantum nuncupamus, quia in hieronymianis codicibus ita scriptum est, nec ullo satis potenti argumento falsum id esse efficitur.*

Quartus a Quinto seiungendus.

(1) P. 32, n. 1. — (2) DE LA BLANCHÈRE, *Terracine. Essai d'histoire locale* (Paris, 1884), p. 153. — (3) *Sanctuarium Capuanum.* Eandem figuram ex Monacho desumpsit GARRUCCI, *Storia dell' arte cristiana*, t. IV, p. 254, eamque ex indiciis variorum correxit ; ex Michaele quoque eandem mutuatus est DE ROSSI, *Bulletino di arch. crist.*, 1883, Tav. II, III. — (4) MICHAEL MONACHUS, t. c., p. 35. — (5) *Ibid.*, p. 34. — (6) *Proprium Capuanum* (Tornaci Nerviorum, 1888), pars verna, p. 58. — (7) De SS. Quarto et Quinto die 10 maii cultis lege *Act. SS.*, Maii t. II, p. 555-56. — (8) Op. cit., p. 34. — (9) Lege quae de iteratis in hieronymiano centone nominibus diximus in *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 95-99. — (10) GARRUCCI, op. cit., p. 65.

A D

DE SANCTA MARCIANA

VIRGINE

APUD ALBIGENSES

TEMPORE INCERTO. H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Non ex antiquis martyrologiis

1. *Ne in errorem lector inducatur, statim notandum est* Marciam, *quae hodie in nonnullis codicibus hieronymianis, ut in Wissemburgensi, nuntiatur, Marcianam virginem Albiensem minime designare, cum hoc loco, ut solent, hieronymiani depravati sint, atque pro* Marciae *procul dubio* Marci *legendum sit. Ab antiquis martyrologiis S. Marciana, quae aliquando novembris die 2, saepius die 5 in libris* B *liturgicis provinciae Narbonensis et Albigensis* (1), *inscripta est, prorsus exsulat. Praeter kalendaria e quibus olim nomen eius collegerunt qui codices hagiographicos Parisienses recensuerunt, alia plurima sive manuscripta sive typis impressa inspicere supervacaneum duximus, cum de veneratione S. Marcianae exhibita monumentis multo antiquioribus constet.*

sed e publicis instrumentis

2. *Saeculo enim X iam de ecclesia sanctae Marcianae non semel mentio occurrit, ut in diplomate an. 942:* usque ad parochia Sancta Martiana (2); *in testamento Raymundi comitis Tolosani an. 961:* illo alode de Avocio Sancta Marciana (3); *in testamento Gersindae comitissae Tolosanae c. an. 972:* clerici Sanctae Caeciliae et Sancti Salvii et Sanctae Marcianae (4). *Eiusdem ecclesiae eiusque dignitatum aut locorum ad eam pertinentium memoria exstat in variis instrumentis annorum 1166, 1202, 1205, 1233, 1250, 1253, 1276, 1288* (5), *dein annorum 1648* (6), *1695* (7). *Civilibus perturbationibus saec. XVIII exeunte saevientibus, penitus destructa est* (8) *nec deinceps a ruinis excitata.*

Altera in dioecesi Albiensi est ecclesia S. Marcia- C *nae dicata, prope Lescuram (hodie " district de Carmaux "), de qua instrumenta annorum 1310, 1330, 1333* (9), *1648* (10), *1695* (11), *quaeque anno 1859 renovata* (12) *etiam nunc exstat.*

S. Marcianae cultus comprobatur.

3. *Reliquias S. Marcianae in eius ecclesia Albiae olim conditas fuisse certum est, cum anno 1494 ab episcopo Ludovico de Ambasia in capsa argentea depositae et in ecclesiam cathedralem Sanctae Caeciliae translatae fuerint, ubi nunc in sacello S. Marcianae dicato servantur* (13). *Die 4 novembris 1740 iterum recognitae fuerunt et in alia theca collocatae; quo tempore pars earundem distracta est et die 14 maii anni sequentis in ecclesiam suburbanam, cui nomen Notre-Dame de la Drèche, sollemniter translata* (14). *Nihil praeterea de cultu S. Marcianae apud Albigenses colligi posse e curia archiepiscopali anno 1907 nobis rescriptum est.*

Vitae eius,

4. *De Vita S. Marcianae nullum habemus monumentum cui veritatis fides sit. Antiquissimum omnium est Vita brevis, quam e duobus codicibus damus. Prior est codex bibliothecae Vaticanae Burghesianus latinus 297* (= **A**), *membraneus,* E *foliorum 276, 0m,330 × 0,235, paginis bipartitis saec. XIV in Gallia exaratus, Vitas sanctorum a ianuario ad decembrem complectens, quas inter, fol. 265v-266v, Vita S. Marcianae, quae Passio in lemmate nuncupatur. Alterum eiusdem historiae exemplar exstat in codice Parisiensi lat. 11768* (= **B**) *p. 135-136, saec. XVII a monachis Sangermanensibus exscriptum e libro procul dubio antiquo, sed loci et aetatis incertae.*

quam ex duobus codicibus edimus.

E libro Vaticano historiam integram, paucis in locis emendatam, ubi necessitas ferebat, deprompsimus, lectionibus libri Parisiensis ad infimam paginam amandatis. In hoc autem ultimum capitulum deest, ita tamen ut quae de scripto quopiam, miracula S. Marcianae referente, eo loco in A leguntur, ad calcem capituli primi requirenda sint. Iam, Vitae S. Marcianae scriptorem, quisquis ille fuit, e fontibus antiquis et fide dignis aliquid hausisse vix crediderim. Fatetur enim, libellum virtutum, id est miraculorum S. Marcianae in incendio civitatis periisse, quod hagiographis imparatis ementiri sollemne est, nec libellum Vitae prae oculis se habuisse nuspiam iactat.

nulla est auctoritas.

Undenam igitur acceperit quae de S. Marciana refert, resciscere non possumus. De venerabili femina Tarsia, cui Marcianae cura deputata fuerit, cetera documenta silent, et de Polimio Albiensi episcopo nemo umquam audivit. Polymium quendam Ausciensem episcopum, alterum Aginnensem, saec. VI vixisse iam olim dictum est (15). *Albiae quoque cognominem sedisse ex solis S. Marcianae Actis nullus, qui rem serio perpenderit, asserere ausus est* (16). *Lectiones ex breviario Albiensi, licet ex praedictis Actis magnam partem desumptas, iisdem adiungimus, ob miraculum ultimo loco relatum, ne quicquam ex iis quae de sancta virgine tradita sunt, silentio praeteriise dicamur.*

(1) *Catal. Lat. Paris,* t. III, pp. 714, 715; cf. etiam Vitae mox edendae c. 4. — (2) *Gallia christiana,* t. I, instrum. col. 3, n. III. — (3) MABILLON, *De re diplomatica,* p. 572; *Histoire générale du Languedoc,* 2e ed. t. V, p. 243. — (4) MARTENE ET DURAND, *Thesaurus novus anecdotorum,* t. I, p. 126; *Histoire du Languedoc,* t. V, p. 278-79. — (5) *Histoire du Languedoc,* t. V, pp. 1408, 1336, 1337, 1343, 1345, 1346, 1411, 1356. Cf. t. VI, p. 626. — (6) *Pouillé général contenant les bénéfices de l'archevêché de Bourges et des diocèses d'Alby, Cahors, etc.* (Paris, 1648), Alby, p. 10. — (7) *Albia christiana,* Albi, 1893, p. 40. — (8) H. SALABERT, *Les saints et les martyrs du diocèse d'Albi* (Toulouse, 1892), p. 106-107. — (9) *Histoire du Languedoc,* t. IV, p. 386, n. LVI; t. V, p. 1365, n. CXLVIII; p. 1371, n. CCXXVIII, CCXXXIII. — (10) *Pouillé général, etc.* Alby, p. 8. — (11) *Albia christiana,* t. I, p. 44. — (12) H. CROZES, *Répertoire archéologique du département du Tarn,* (Paris, 1865), p. 14. — (13) H. C[rozes], *Notice... sur l'église... de Sainte-Cécile d'Albi* (Albi, 1841), biogr. p. 9 . — (14) H. SALABERT, t. c., p. 106. — (15) *Act. SS.,* Nov. t. I, p. 418. C D. — (16) *Gallia christiana,* t. I, p. 3-6; MABILLE, in *Histoire du Languedoc,* t. IV, p. 383-91; L. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule,* t. II, p. 42-43.

5. *Tanta*

Reliquiae Albiam *translatae videntur.* AUCTORE H. D.

5. *Tanta cum sit de S. Marciana documentorum penuria, quae tandem fuerit, undenam orta sit, quo tempore vixerit, quandonam coli coepta, definire non possumus; cumque de ipsa sileant antiquissima documenta quae de sanctis Galliarum habemus, puta martyrologium hieronymianum et Gregorii Turonensis libelli, peregrina forte dicenda sit, cuius reliquiae saeculo IX Albiam allata, historia vero penitus ignota. Quid, si Marcianam, quae reapse fuit martyr Caesareae* (BHL. *5256-5259*), *tempore labente virginem Albigensem credere coeperint? Haec utique mera coniectura est nullo nixa argumento, quam libenter ipsi repudiabimus, si cui meliorem reperire continget.*

PASSIO S. MARCIANAE

Edita e codicibus **A** = *Vaticano Burgh. lat. 297,* **B** = *Parisiensi lat. 11768. Cf. supra num. 4.*

IIII nonas novembris Passio sanctae Marcianae virginis.

Sanctae ortus et virtutes; **1.** Beatae et venerabilis[1] matris[2] nostrae sanctae[3] Marcianae celebrantes sollemnia vobis, qui eius gloriae congaudentes advenistis, virtutum ipsius cupimus expedire[4] insignia. Fuit autem beata Marciana nobilitate generis[5] clara sed[6]
B splendore fidei praeclarior. Quae Albiensi regione nobiliter progenita et nobiliter educata, utroque amisso parente, Polimio antistite agente ac procurante, cuidam nobilissimae virgini, vocabulo Tarsiae[7], societate coniungitur. Erat autem praedicta Tarsia[8] Deo sacrata, ieiuniis et orationibus suum Domino famulatum iugiter[9] exhibens. Ad huius igitur exemplum tam habitu quam religione imitandum atque sequendum a praefato antistite Polimio sancta deputatur Marciana. Exemplo cuius[10], habitu mutato, religionis vestem assumpsit et quasi in ovem conversa, omnibus saeculi pompis abrenuntiatis, in terreno corpore velut habitatrix caeli efficitur. Coepit denique se ipsam[11] extendere in miram abstinentiam[12], in vigilias[13] paene continuas[14], castigans corpus suum et servituti subiciens, ne forte in habitu religionis reproba inveniretur. Caritatem autem continuam et mitem[15] modestiam humilemque patientiam qualiter exercuerit, non necesse est evolvere, cum probitas virtutum illius tanta circa finem eius[16] crebuerit[17], ut terrenis hominibus cohabitans angelorum socia crederetur ac veraciter praedicaretur[18].

de filiabus Georgii fratris **2.** Georgius, ipsius[1] sanctae Dei famulae Marcianae frater germanus, cum ad virilem pervenisset aetatem, uxorem ducere a parentibus urgeri coepit. Quorum exactione victus, quandam nobilissimam virginem secundum suos natales proprio copulavit coniugio. In processu[2] ipsius temporis cum sanctissimae sorori nuntiatum esset, nam monasterium illius ab inhabitatione fratris[3] longius distabat, continuo respondit: " Haec quidem, quae nunc[4] quasi nova nuntiantur, mihi pro sui condicione vetusta sunt. „ Et adiecit: " Aliquantis iam elapsis temporibus cum animus meus ad caelestia[5] suspiraret et, terrenis quasi sopitis, mens mea quodam modo caelesti flagraret desiderio, subito Dei[6] nutu ad paradisi delicias angelico ministerio[7] me raptam esse perspexi. *visio et prophetia;* Conspexi denique tormenta multa impiorum et secura praemia beatorum. Quae considerans secundum divinam manifestationem duas inibi[8] futuras inspexi[9] esse filias Georgii fratris mei[10]. „ Igitur quia beatam Marcianam[11] spiritu prophetiae effloruisse supra narravimus, ex hac visione ac[12] visionis manifestatione abundanter agnoscitur, E
quam videlicet prophetiam futura veritas comprobavit. Nam[13] non longo post tempore praedictus Georgius ex sociata sibi coniuge duas excepit filias, quas adultas in exemplum suae sororis religioso copulavit collegio. Quae in brevi tam prudentia quam moribus instructae in tenerioribus[14] annis a corpore migraverunt, quas tam per praefatam prophetiam quam et per flores sanctorum actuum, quibus enituerunt, ad sedes paradisiacas[15] conscendisse[16] nullatenus dubitamus. Interea praedictus Georgius exemplum sororis ac[17] filiarum[18] exsequens, Christi militiam cum coniuge sua perseveranti[19] definitione suscepit[20] et crucem corpori affigens, tam ipse quam et[21] sancta ipsius coniux beata consummatione in Domino quieverunt[22].

morbus **3.** Post quorum obitum cum beata Marciana magis magisque terrena despiciens et cuncta mortalia calcans, Spiritus sancti se gratia replente, ad caelestia inardesceret ac de die in diem prosperioribus successibus illi, cui se sponsam[1] devoverat, sociari omni conamine flagraret[2], eiusque amplexus sitibunda desideraret, beatae consummationis tempus advenit et subito febre cor- F
repta decubans[3] lectulo[4] rubor faciei illius in pallorem[5] mutatur. Cumque per aliquantos dies langueret et in divinis laudibus iugiter perduraret, subito recursus[6] rubor in faciem illius regreditur et iucundo vultu ac roseis oculis caelum respiciens, laetitiam cordis ore praemonstrat. *et felix obitus;* Videbant[7] enim totam versam[8] in laetitiam quia illum, quam semper desideraverat, iam mundo corde[9] videbat. Spectantibus itaque illis qui eius[10] familiaritati inhaerebant, turba etiam[11] populi adstante, subito a plerisque visa est ab ore illius nivea exire columba et migrare in caelum. Isto itaque modo beata anima carne soluta caelum

1. — [1] atque gloriosae sanctae *add.* B. — [2] martyris B. — [3] *om.* B. — [4] exhibere B. — [5] generis nobilitate B. — [6] et B. — [7] Tausiae B. — [8] Tausia B. — [9] *om.* B. — [10] (e. c.) quae extemplo B. — [11] seipsa B. — [12] mira abstinentia B. — [13] vigiliis B. — [14] continuis B. — [15] mittem A. — [16] *om.* B. — [17] claruerit B. — [18] Libellus sane virtutum illius qui a fidelibus compositus est ipsius temporibus extantibus perditus esse dignoscitur, tempore videlicet incensionis Albiensis, quando timore hostili clausa tenebatur. Denique in praedicto libello cum multa virtutum illius insignia eluceant, praecipue spiritu prophetiae refulsisse asseveratur multis exemplis comprobatur *add.* B.

2. — [1] *om.* B. — [2] vero *add.* B. — [3] patris B. — [4] B, mihi A. — [5] desideria *add.* B. — [6] *om.* B. — [7] misterio B. — [8] mihi B. — [9] cognovi B. — [10] fratris mei Georgii B. — [11] beata Marciana B. — [12] ex hac *add.* B. — [13] *om.* B. — [14] tenuioribus B. — [15] paradisicas A. — [16] concendisset A. — [17] *om.* B. — [18] accipiens atque *add.* B. — [19] perseverantiae B. — [20] suscipiens B. — [21] *om.* B. — [22] requieverunt B.

3. — [1] (illi-sponsam) illic iussa gloriosasa *sic* B.— [2] flagraverat B. — [3] decubat B. — [4] et *add.* B. — [5] pallore B. — [6] *om.* B. — [7] videbatur B. — [8] tota versa B. — [9] *om.* B. — [10] B, eis A. — [11] que B.

 meruit

Vita meruit penetrare, quae, quam diu corpori iuncta fuerat, toto mentis desiderio illic delegerat habitare.

miracula **4.** Itaque ex more totum corpus vestibus induunt et feretro vectum ante altare beatae semper virginis Mariae sepeliunt. In quo loco quanta Dominus miracula ad laudem et gloriam nominis sui per merita beatae Marcianae pro salute populi sui operatus sit, ex illis possumus conicere miraculis, quae nostra aetate fieri visa sunt. Illa denique quae circa eius transitum in iam dicto loco exsuperaverunt, minime scripta repperimus. Quamvis enim scripta fuerint, sive urbis incendio sive diversarum tempestatum oppressionibus elapsa esse creduntur. Celebratur autem apud Albium, in cuius suburbio ipsa beata requiescit, dies natalis eius quarto nonas novembris. Quo in loco christiani populi ipsius memoriam iugiter frequentantes multa beneficia per merita et preces beatae Marcianae se accipere gratulantur, Christi favente gratia, qui cum Patre et Spiritu sancto unus Deus regnat vivit et gloriatur per infinita saecula saeculorum. Amen. *et cultus sacer.*

LECTIONES E BREVIARIO ALBIENSI

Sanctae vita religiosa, Lectio IV. Martiana apud Albienses nobili genere nata, teneris adhuc annis parentibus orbata, ab Albigensi episcopo Tarsiae religiosissimae virgini instituenda traditur. In cuius sanctissima disciplina brevi virtutibus omnibus imbuta, saeculo renuntiavit. In coenobio vitam angelicam agens, ita celebris evasit, ut de eius vita multi a viris piis conscripti fuerint commentarii, qui temporum iniuria iam pridem interiere. Prophetico spiritu afflata interdum apparuit. Georgii germani fratris procul ab Albia degentis coniugium cum nuntiaretur, sibi longe ante divinitus revelatum fuisse asseruit, e quo etiam duas filias suscepturum fratrem, seque illarum in Christo futuram matrem praevidit.

vaticinium, Lectio V. Vaticinium virginis probavit eventus. Nam has aliquando geminas neptes apud se sanctissime educavit atque adhuc adolescentulas caelo praemisit. Mox ipsum Georgium eiusque coniugem ad sanctiorem vivendi formam sua opera traductos, et paulo post mortuos, in caelo patronos habere meruit, quorum salutis in terra pia fuerat adiutrix. Tunc vehementiori in dies coepit caelestis desiderio beatitudinis inflammari. Tandem intra paucos dies ardentissima febri exhausto corpore lethalique pallore ac squalore deformis, iugiter orans, pristinae demum reddita pulchritudini, spiritum sub candidae columbae specie feliciter emisit. *obitus,*

Lectio VI. Multis post mortem claruit miraculis. Illud in primis celebratum est. Insontem uxorem vir adulterii accusaverat apud iudicem; cuius iussu, pro more illius temporis ab ecclesia utcumque tolerato, super novem ignitos vomeres nudis pedibus illaesa incedens, his quidem qui aderant innocentiam probavit, sed non viro. Cui ut tandem satisfaceret pia uxor, cum super reliquias divae Martianae etiam illaesa iurasset, vir furore et daemone percitus, in honorem virginis turpissime debacchatus, uxorem stricto gladio persequitur usque in sacram ipsius aedem. Verum inter persequendum id divinitus accidit, ut gladius e manibus decidens in frusta fuerit comminutus. Tum episcopi iussu constrictus catenis, beatae Martianae intercessione ab immani zelotypia et ab ipso etiam daemone liberatus, errorem suum confessus est. Sacrum virginis corpus Albiae colitur in ecclesia ipsi dicata. *miraculum.*

DE SS. KENANO SEU COLLEDOCO ET KERRIANO

IN BRITANNIA MAIORE VEL IN HIBERNIA

AUT IN BRITANNIA ARMORICA

SAECULO V — C. D. S.

S. Kenanus ex Vita, quae non demonstratur antiqua, 1. *S. Kenanum, quem Albertus Le Grand Colodocum apud Britannos cognominatum fuisse ait et vulgari nomine* Ké *ipse appellat, nulla antiqua martyrologia aut alia documenta inter sanctos memorant. Prima huius generis mentio occurrit in supplemento ad martyrologium anglice editum post medium saeculum XVIII a Richardo Challoner episcopo, vicario apostolico districtus Londinensis* (1), *in quo supplemento annuntiatur ad diem 5 novembris:* In Britannia Minori, festivitas S. Colledoci confessoris et S. Kerriani heremitae. *Attamen Vitam aliquam cuiusdam S. Kenani notam fuisse ante medium saeculum XVII constat ex huius Vitae compendio quod legitur apud Iacobum Usserium* (2), *his verbis:* Qui [*Kenanus*], ut in Vita eius legitur, gente Conacteus, puer ex obsidibus illis quinquaginta unus fuit quos magnates Hiberniae dederunt regi Lagerio (sub quo S. Patricius huc advenit) degenti in Themoria et imperanti universae Hiberniae. A cuius tyrannide opera S. Kiarani (3) episcopi liberatus et bonis moribus literisque a religiosissimo viro Nathano eruditus, postea Gallias adiit et apud urbem Turonicam in coenobio S. Martini episcopi (ipso aliquot iam per annos vita functo) induit habitum monasticum et disciplina regulari fuit exacte instructus. Unde redux, primum in Conactia plurimos ad christianam fidem convertit;

(1) *A Memorial of ancient British Piety or a British Martyrology*, London, 1761. — (2) *Britannicarum ecclesiarum antiquitates* (Londini, 1687), p. 508. Prima huius operis editio sub titulo *De primordiis ecclesiae Britannicae* prodiit anno 1639. — (3) Ita ex indice chronologico quem ipse Usserius contexuit et suo operi adiunxit; hoc loco autem legitur *Kistani*, typographi errore, ut videtur.

deinde

A deinde Lageniam petens, in loco qui in hanc usque diem Sylva Kenani vocatur ecclesiam aedificavit et populum multum Christo aggregavit, ac demum in terras gentis Eugenicae (a rege Eugenio denominatae, cuius neptis Ethne ipsius Kenani mater fuisse memoratur) profectus, idolum ibi et eius altare destruxit eiusque loco christianam construxit ecclesiam, cui dilectum suum discipulum S. Congellum praefecit.

et ex altera prorsus diversa,

2. *Hactenus Usserius, qui tamen nihil attulit unde quae fides Vitae illi attribui possit iudicemus, neque etiam ullo modo significavit Kenanum hunc vel in Britannia Minore vel die 5 novembris aliquo cultu celebrari. At prorsus diversam narrationem tradidit Albertus Le Grand in suo opere de vitis sanctorum Britanniae, primum edito anno 1636, quam inscripsit* La Vie de saint Ké ou Kenan, surnommé Colodoc, evesque et confesseur, le 5 novembre. *Secundum hunc scriptorem, Kenanus Luduno patre et Tagu matre, nobilibus et divitibus, in Britannia insula natus et ad episcopalem dignitatem in patria sua evectus, mox onere simul et dignitate dimissis, in Cambriae provinciam*
B *digressus, ibidem in silva quadam, cui nomen Ros-ene, non sine multiplici prodigio ipsi divinitus indicata, cum paucis discipulis eremiticam vitam ducturus consedit. Ubi cum a feroce quodam principe dominante eo loco boves octo, quibus sanctus ad colendam terram utebatur, illi erepti fuissent, totidem cervi pro bobus sponte se obtulerunt et ipsorum officio fungebantur. Princeps autem gravissimo morbo afflictus et precibus S. Kenani sanitati restitutus, postquam culpam suam agnovit et emendavit, satis amplum agri fundum sancto concessit, in quo is monasterium aedificavit et non paucos collegit monachos. Postea inde in Britanniam Armoricam migrare constituit et in oram Leonensem appulsus sedem fixit in vico Cleder* (1), *ubi exiguum construxit coenobium et reliquam vitam transegit, semel tamen interea in Britanniam insulam reversus ut pacem inter duos principes Britannos conciliaret. Quod cum frustra tentasset, in Armoricam ad coenobium suum rediit; unde ad beatam vitam migravit primo sabbato mensis octobris* (2) *anno circiter 495, et in oratorio sui eremitorii sepultus est. Postea vero*
C *oratorio isto inter bellicos tumultus prorsus diruto, iam ex memoria hominum exciderat quo loco sanctus iaceret. Sed ipso apparente, revelatus est locus et corpus repertum in coemeterio vici Cleder; unde deinde translatum est in monasterium, quod primo fundaverat, Rosenense in Anglia.*

attributa scriptori aliunde ignoto,

3. *Ita fere Albertus Le Grand* (3); *sed horum omnium nullum alium vadem profert praeter sacerdotem quendam qui quando vixerit et quibus antiquioribus fontibus usus sit, prorsus ignoratur:* Cette Vie, escrite en Latin d'assez bon style pour le temps, par un certain Maurice, Vicaire de ladite Eglise de Cleder, et gardée és Archives d'icelle, en a esté tirée par extrait fidelle, et a moy communiquée par Mre. Sebastien, Marquis de Rosmadec, Comte de la Chappelle, Baron de Molac, etc., Fondateur de ladite Paroisse (4).

4. *De eodem sancto viro in utraque hac narratione agi vix quisquam suspicetur. Id tamen utcumque demonstrare aggressus est Ioh. Colgan, in annotatione quadam ad Vitam S. Iaovae episcopi Leonensis, in qua is refertur ad se accersivisse* S. Kenanum, quem et sacerdotem et canonicum constituit ac deinde paroeciam de Plou-Kernaw ei administrandam dedit (5). *De Kenano igitur isto ita disserit Colgan* (6) : Habet Albertus Le Grande *(sic)* in suo libro de Sanctis Britanniae Armoricae Vitam S. Kenani cognomento Calodock, quem natum refert in Britannia Maiori patre Ladano et matre Tagua et habitasse in ecclesia de Ros-ene, et inde venisse in Britanniam Armoricam cum suo discipulo S. Kierano circa annum 472, et obiisse circa annum 495, et coli 5 Novemb. Unde eum cogitur asserere fuisse diversum a S. Kenano discipulo S. Iaovae, quem magistri interfuisse morti anno 554 scribit. Ego in primis nec in ullis fastis vel historiis anglicis aut britannicis reperio ullum sanctum nomine Kenanum, genere Britannum. In hibernicis reperio huius nominis sanctos tres. Unus est S. Kenanus confessor, cuius natalem referunt Marian. Gorm. ac Mart. Dungall. celebrari 29 Novemb. Alius S. Kenanus abbas, cuius cum iisdem Mart. Taml. E
et Maguir tradunt memoriam celebrari 25 Februarii. Tertius est ille celebris antistes Damliegensis cuius iidem authores, Calend. Casselen. et Mart. Salisburien. tradunt natalem celebrari 24 Novemb., quem etiam Usserius in indice Chronol. scribit anno 450 profectum fuisse in Gallias et illic aliquandiu haesisse ... et in additionibus ad suum librum de Primord. Eccl. Britan. pag. 1070 paulo fusius sic. *Exscriptus est hic locus Usseriani operis, quem ex altera huius editione recitavimus supra num. 1. Sed advertat velim lector nequaquam hoc loco vel in indice chronologico ab Usserio significari Kenanum istum, de quo scribit, eundem esse atque episcopum Damliagensem huius nominis. Iam sequitur apud Colganum:* Si paucula emendentur errata in eis quae de ipso tradit Le Grande, ex iam dictis facile deprehendet mecum lector S. Kenanum illum, quem cognomento Calodok appellat Le Grande, eundem esse qui fuit antistes Damliagensis in Hibernia. Hoc enim quatuor mihi potissimum suadent indicia. Primum, nominis identitas, cum apud Britannos alius eiusdem sanctus non reperiatur. Secundum, loci et temporis convenientia, cum hic Kenanus legatur in Gallia F
fuisse circa annum 450, ubi et postea verisimiliter mansit usque ad annum 472 et aliquot sequentes. Tertium, quod legatur Kenanus Caladock condiscipulum habuisse S. Kerianum, qui videtur esse Kieranus Sagirensis, cuius opera liberatus S. Kenanus Damliegensis profectus est in Galliam. Quartum, quod in Hibernia hodie sit locus Ros-ene dictus, quod nomen videtur sortitus ab Ethne matre S. Kenani Damliegensis. Nec refert quod mater S. Kenani Calodoc a Le Grande vocetur Tegua : nam Tegua pro Ethna mendo librariorum facile potuit irrepsisse, uti et simili mendo videtur pater eius vocari Ludunus, cum vere appellatus fuerit Sedanus, ut tradunt Calendarium Cassel. ad 24 Novemb., Sanctilogium Geneal. c. 36, et alli.

AUCTORE C. D. S.

quas inter se conciliare incassum nisus est Colganus:

5. *Quam levibus autem et incertis fundamentis haec omnia nitantur, nemo non videt et denique*

(1) Dép. Finistère. — (2) Unde Castellanus in suo Martyrologio Universali illius memoriam ad diem 7 octobris consignavit. — (3) *Vies des Saints de la Bretagne Armoricaine*, ed. D. L. Miorcec de Kerdanet (Brest-Paris, 1837), p. 675-81. Poeta autem ille Britannus anonymus, qui passim ab editore hoc recentiore citatur in annotationibus sub hoc nomine *Le poète Breton de 1600*, manifeste materiam sui carminis ex Vita ab Alberto edita hausit. — (4) Ibid., p. 681. — (5) *Act. SS. Hiberniae*, p. 442, num. 13. — (6) Ibid., p. 443, num. 11.

fatendum

AUCTORE C. D. S.

Kerrianus autem ex paucis verbis alterius huius Vitae notus.

fatendum est de S. Kenano nostro praeter nomen et cultum nihil certi ad nos pervenisse. Idemque a fortiori dicendum de S. Kerriano, cuius nullam usquam mentionem repperimus praeter pauca illa verba quae leguntur in Vita S. Kenani ab Alberto Le Grand gallice edita : Saint Ké arriva enfin a Cleder et y ayant enterré son condisciple l'hermite Kerianus, il tomba luy-mesme malade... (1), *et nuntiationem in Martyrologio Britannico Richardi Challoner* (2), *desumptam, ut ibidem indicatur, ex opere Guidonis Alexii Lobineau, qui primus, ni fallor, Kerrianum titulo* sancti *decoravit* (3), *sed, quod mirum apparet, cum Vitam S. Colledoci a Le Grand editam, prorsus fabulosam conclamasset* (4), *nihilominus Kerrianum socium fuisse Colledoci, et obiisse in vico Cleder et ibidem a Colledoco esse sepultura donatum* (5), *quae omnia ex sola illa Vita resciscere potuit.*

Antiquum tamen illarum aut saltem alterutriusque cultum comprobant non pauca loca vel sacella

6. *Verum, quamvis de cultu S. Kenani seu Colledoci et S. Kerriani desiderentur vetera documenta scripta, nihilominus cultum hunc antiquum demonstrari aiunt non paucis ecclesiis vel oratoriis et etiam vicis alterutrius nomine, sub vulgari vocabulo* Ké, *nuncupatis. Huiusmodi indicantur ecclesia et vicus* Saint-Quey (*vel* Saint-Qué), *in dioecesi olim Trecorensi prope oppidum Lannion* (6) *et* Saint-Quay, *in dioecesi olim Dolensi* (7), *tribus leucis distans ab oppido Sancti Brioci. Sed haec posterior ecclesia iam pro S. Kenano patronum* D *colit S. Caium papam et martyrem, altera nunc abolita est. Ecclesia autem vici Cleder patronum principalem habet S. Petrum apostolum, secundarium vero S. Kenanum, in cuius memoriam singulis annis cantatur missa die 2 octobris. Visebatur praeterea in coemeterio eiusdem vici sacellum in quo conditum primo fuerat corpus S. Kenani, sed sacellum istud circa annum 1787 dirutum est. Haec omnia ad S. Kenanum seu Colledocum refert Kerdanet* (8), *ad S. Kerrianum vero Lobineau, contendens nomen vulgare* Ké *perperam ab Alberto attributum esse Kenano et uni Kerriano convenire. Asserit quoque Lobineau unum ex ossibus S. Kerriani servatum esse in gazophylacio ecclesiae cathedralis Sancti Brioci et sub eius nomine dedicatam ecclesiam in vico Querrien seu Kerrien prope Quimperlacum* (9), *ubi tamen extremo saeculo XVII patronus substitutus est S. Caraunus martyr ille Carnotensis; quod et factum videtur in vico Cavan prope Lannion* (10). *Sed neuter illorum scriptorum praeter suam opinationem ullum monumentum historicum indicat unde eam confirmet, aut alios refellat qui vocabulo* Ké *aut* Qué *vel* Quay *significari existiment S. Quinocum* (11) *vel S. Kebium.* E

Kenani nomine decorata.

7. *Praeter loca superiori numero citata indicantur in novissima editione operis Alberti Le Grand* (12) *alia quaedam, quae vulgo appellantur Plouguernau, Lan-Guénon, Glomel, L'Hermitage, Plélo, Saint-Guénon et Plogoff.*

(1) *Vies des SS. de Bret.*, ed. cit., p. 680. — (2) Supra, num. 1. — (3) *Les Vies des Saints de Bretagne* (Rennes, 1725), p. 26; ed. TRESVAUX, t. I (1836), p. 64. — (4) Ibid., p. 25. — (5) Ibid., p. 26. — (6) Dép. Côtes-du-Nord. — (7) In eadem praefectura. — (8) Op. cit., p. 681, annot. 1 et 2. — (9) Dép. Finistère. — (10) LOBINEAU, ed. 1725, p. 26; ed. 1836, pp. 65, 66. — (11) Cf. CHASTELAIN, *Martyr. univ.*, ad d. 1 oct. — (12) Quimper-Brest-Paris, 1901, p. 567.

DE S. MAGNO

EPISCOPO MEDIOLANENSI

ANTE MEDIUM SAECULUM VI — C. D. S.

S. Magni, cuius cultum antiquum et constantem demonstrant non pauca kalendaria inde a saeculo XI,

1. *Cultum S. Magni iam pridem celebrem fuisse in dioecesi Mediolanensi ostendunt kalendarium descriptum in codice olim canonicae Vallis Travaliae, qui saeculo XI exaratus est et nunc asservatur in bibliotheca capituli metropolitani Mediolanensis ; in quo kalendario ad* Kal. nov. *signata est* Depo[sitio] sci Magni ep. *ante festivitatem Omnium Sanctorum* (1); *et in eodem codice litaniae maiores (fol. 171 sqq.), in quibus invocatur S. Magnus inter illustriores Mediolanensis ecclesiae antistites. Praeterea litaniae quae leguntur in codice bibliothecae Ambrosianae signato* T. 96 sup., *saeculi item XI* (2) *et quae in codice eiusdem bibliothecae signato* A. 1 inf., *saeculi XII; kalendarium in codice Mediolanensi exarato saeculo XIII, qui continet opus Beroldi scriptoris saeculi XII* (3) *de ritibus ecclesiae cathedralis Mediolanensis* (4); *et litaniae in Rituali sacramentorum, olim ecclesiae Sancti Lambertioli, nunc codice ecclesiae metropolitanae* (5). *Eundem diem 1 novembris festivitati S. Magni assignant kalendaria Breviarii Ambrosiani editi annis 1485 et 1490, Psalterii Ambrosiani editi annis 1540 et 1555 et Missalis Ambrosiani editi annis 1548 et 1560* (6). *Recentiore vero aetate, propter concursum eius cum sollemnitate Omnium Sanctorum, translata est sancti episcopi festivitas sive ad diem 3 novembris, quo die eam celebrabant medio saeculo XVII Patres Dominicani ecclesiae Sancti Eustorgii custodes* (7), *sive ad diem 5, quem iam eodem tempore elegerat ecclesia metropolitana Mediolanensis* (8) *et praetulerunt Galesinius et Martyrologium Romanum.* F

Vitae brevis complexus

2. *Hanc notitiam de S. Magno tradit* Vita archiepiscoporum Mediolanensium, *quae legitur in quattuor codicibus bibliothecae Ambrosianae* (9) *et in codice quodam bibliothecae Trivulzianae* (10) :

(1) M. MAGISTRETTI, *Manuale Ambrosianum ex codice saec. XI olim in usum canonicae Vallis Travaliae*, part. I (Mediolani, 1905), p. 104. Omnia quae hoc et sequenti numero citata sunt documenta manu scripta, inspexit et ex iis quae ad S. Magnum spectant excerpsit pro nobis unus ex nostris collegis, dum ante paucos annos Mediolani versabatur. — (2) MAGISTRETTI, t. c., p. 81. — (3) MAGISTRETTI (M.), *Beroldus sive ecclesiae Ambrosianae Mediolanensis kalendarium et ordines saec. XII* (1894), p. XXI. — (4) *Ibid.*, p. 12 et *Manuale Ambrosianum*, t. c., p. 149. — (5) MAGISTRETTI, *Manuale Ambros.*, t. c., pp. 149, 156, 159. — (6) P. P. BOSCA, *Martyrologium Mediolanensis ecclesiae* (Mediol. 1695), p. 370. — (7) *Act. SS.*, Maii t. VII, p. LXIV; BOSCA, l. c. — (8) BOSCA, ibid. — (9) Signatis *A. 98 inf.*, saec. XV; *H. 87 sup.*, saec. XVI; *N. 294 sup.* et *S. 89 sup.*, utroque saec. XVII. Cf. *Anal. Boll.*, t. XI (1892), pp. 206, 341, 350, 368. — (10) Sign. n. 1340, saec. XVI.

S. Magnus,

[A] S. Magnus, natione de Trincheriis, archiepiscopus Mediolanensis vigesimus septimus. Hic per capitulum ecclesiae maioris Mediolani in archiepiscopum Mediolanensem eligitur et per Silverium supradictum papam confirmatur. Postea in festo Andreae anno Domini DXXXVI in sede sua metropolitana per confanerios (1) collocatus fuit, ut sui iuris est, ac honorifice ad praedictam sedem comitatus, quia (2) tunc in praedicta parentela de Trincheriis erant (3) quam plurimi legum doctores et milites ac viri bellatores. Hic fuit vir magnae scientiae et virtutis. Sedit annis III. Istius tempore post Silverium papam supradictum sedit Vigilius papa LXIIII, qui sedit annis XVII mensibus VI. Hic Vigilius papa cupide procuravit Silverium supradictum in exsilium mitti, ut sibi succederet; quod et factum est. Tandem contritus similiter pro fide relegatus in Constantinopolim in exsilio moritur. Obiit autem beatus Magnus in kal. novembris anno Domini DXXXVIII° (4). Iacet in ecclesia Sancti Eustorgii, in altari maiori, quae nunc est Fratrum Praedicatorum (5).

Duplex.

3. *Brevius alii duo codices bibliothecae Ambrosianae, saeculi XV* (6) *:* Beatus Magnus Mediolanensis episcopus vigesimus septimus, natione Mediolanensis, de Trincheriis, anno Domini V^{c}XXXVI, sedit annis tribus. Obiit in kal. novembris (7) anno Domini DXXXIX. Iacet apud Sanctum Eustorgium in altari maiori Fratrum Praedicatorum civitate Mediolani.

Quibus annis sederit, non omnino certum.

4. *Secundum haec itaque sedit Magnus ab anno 536 ad annum 538 vel 539. Papebrochius vero noster, cum narrationem modo recitatam non cognosceret, opinatus est eum e vivis excessisse anno 529 vel 530* (8). *Ad quam opinionem adductus est quia ex una parte certum est Datium Magni successorem vita defunctum esse anno 552, quod demonstrarunt Bollandus* (9) *et Ughelli* (10); *ex alia vero in catalogo quem exhibet quidam codex bibliothecae Ambrosianae, saeculi XI* (11), *idem Datius legitur sedisse annos XXII* (12). *Sed in eodem catalogo Magnus legitur sedisse annos XXX* (13), *quod cum numero annorum qui Datio assignati sunt omnino componi nequit. Nam in duplici epistula a Cassiodoro nomine Theodorici regis scripta inter annos 507 et 511* (14) *memoratur adhuc*
[C] *vivens Eustorgius, huius nominis II, Magni scilicet decessor. Itaque Papebrochius pro XXX legendum existimavit XIII, sed per meram coniecturam, inde deductam quod Eustorgius, secundum illius calculos, et ipsos non satis certos, anno circiter 518 obierit. Cum igitur vel in numero annorum Magni vel in Datii, aut etiam Eustorgii II, errorem a scriba admissum esse oporteat* (15), *nec aliunde suppetant rationes probabiles unde rem elucidare valeamus, cogimur eam in incerto relinquere.*

Auctore C. D. S.

Nec quicquam iuvat ad aetatem S. Magni pressius definiendam epistula S. Aviti Viennensis episcopi (16), *quae Magno cuidam inscripta legitur in editione Sirmondiana. Haec enim, secundum fidem codicum, non ad Magnum illum episcopum Mediolanensem, sed ad quendam episcopum incertum, nomine Maximum, directa est* (17).

De eius reliquiis.

5. *De rebus a S. Magno gestis nihil distincte praeter generalia elogia nobis traditum est. De sacris autem eius lipsanis pauca haec memoravit Michael Caffi in libello suo de historia ecclesiae Sancti Eustorgii* (18) *:* Inter reliquias quae adhuc in hac ecclesia asservantur memoranda praecipue veniunt corpora SS. Eugenii, Coronae et Victoris, necnon Eustorgii I et MAGNI, cuius tamen [E] utriusque posterioris nullum epitaphium exstat. Duo isti prisci episcopi Mediolanenses ... anno 1249, ut scripsit Gaspar Bugati, ex Ordine Praedicatorum, in sua nondum edita Istoria del convento di St. Eustorgio, e loco in quo humili nimis sepultura reconditi erant, opera Leonis de Perergo Mediolanensis archiepiscopi [*an. 1241-1263*] translati fuerunt in arcam marmoream bipartitam, quam nullo insignitam titulo reposuit sub altari maiori a se consecrato, eo situ qui antiquitus dicebatur Coemeterium martyrum. Indulgentia ab Innocentio IV papa concessa occasione illius translationis refertur in Bullario Dominicano, tom. I, p. 180. Anno deinde 1558, quo tempore praedictam historiam concinnabat Bugati, cum pro veteri altari maiori novum exstructum fuisset, ea arca marmorea, qua corpora sanctorum continebantur, subter illud collocatum est. Huic secundae translationi praefuit episcopus Tagastensis Melchior Crivelli. Hoc loco adhuc sancti quiescunt; licet enim non semel de sollemni translatione instituenda consilium motum fuerit, res tamen hactenus ad effectum [F] non est perducta.

(1) Uterque codex Ambrosianus saeculi XVII et Trivulzianus : *confalonerios ;* et addunt *Mediolanenses.* — (2) Ita iidem codices; ceteri *qui.* — (3) Ita iidem ; in ceteris omittitur. — (4) Cod. Trivulz. *DXXXVIIII.* — (5) Cod. H. 87 sup. *praedictorum.* — (6) Signati D. 26 inf. et H. 56 sup. — (7) Cod. H. 56 sup. *Obij<t> in kall. decembris.* — (8) *Act. SS.*, Maii t. VII, p. LXIV. — (9) *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 970 (Comm. de S. Datio, nn. 21, 22). — (10) *Italia sacra*, t. IV, col. 57. — (11) Signato olim P. 246, nunc C. 133 inf. Cf. *Anal. Boll.*, t. XI, p. 275. — (12) *Act. SS.*, Maii t. VII, p. LXIV. — (13) Ibid. — (14) CASSIODORI *Varia*, I. 9 et II. 29 (ed. MOMMSEN, inter *MG.*, Auct. ant. t. XII, pp. 18, 63). — (15) Cf. B. OLTROCCHI, *Ecclesiae Mediolanensis historia Ligustica* (1795), p. 264. — (16) Epist. 12, al. 10. — (17) Vid. *Aviti opera*, ed. R. PEIPER (*MG.*, Auct. ant. t. VI, 2), p. 45. — (18) *Della chiesa di Sant' Eustorgio in Milano* (Milano, 1841), p. 2.

DE

A D

DE S. FIBICIO

SAEC. VI IN.

EPISCOPO TREVERENSI

A. P.

Videtur S. Fibicius

1. *Aggredientibus S. Fibicii* (1) *vitam tractare eadem rursus deploranda nobis est monumentorum antiquorum penuria, quam in expendendis iis, quae ad S. Modestae memoriam pertinent, graviter tulimus* (2). *S. Fibicii ad hunc diem meminit Martyrologium Romanum his verbis:* Treviris, sancti Fibitii ex abbate eiusdem civitatis episcopi. *Et quidem Treverensem episcopum eundem fuisse, quamvis negaverint nonnulli* (3) *et affirmare non ausus sit b. m. P. Bonifatius Gams* (4), *unanimi tamen consensu testantur antiquiores catalogi Treverensium episcoporum* (5), *in quibus omnibus inter Maximianum et Abrun-*
B *culum medium locum Fibicius obtinet. Astipulatur tum auctor Gestorum Treverensium:* deinde Maximianus, post quem Fibicius, cui successit Abrunculus (6), *tum kalendarium psalterii Sancti Simeonis Treverensis, saec. XI exarati* (7); *in quo ad d. 5 novembris inscripta est memoria* Fibicii episcopi T(reverensis) (8). *Quibus testimoniis nulla monumenta contradicunt, nullum obstat chronologicum aliudve quodlibet momentum. Quae enim in partem oppositam allata sunt, haec, ut mitius loquar, ita sunt levia, ut nemini vel dubitationem ingerere valeant. Ita enim Arnoldus Wion, qui solus sententiam suam confirmare nisus est:* " *Episcopum tamen non fuisse Fibicium colligimus cum ex chronico monasteriorum Germaniae* (9), *ubi abbas simpliciter dicitur, tum ex catalogo episcoporum Trevirensium apud Democharem, tomo 2, cap. 33* (10), *inter quos annumeratus non reperitur.* " *Ut porro parvi facienda est auctoritas horum scriptorum modernorum, ubi, nulla allata ratione, documentis saec. X et XI, quales sunt antiqui catalogi Treverenses, contradicunt, ita horum catalogorum, quamvis alias mendis minime vacent, saltem ut probabile retineri potest testimonium; quod etiamnum ecclesia Treverensis recipit, dum hac die S. Fibicium tamquam suum olim episcopum publico cultu prosequitur* (11).

Treverensis episcopus fuisse

et quidem sub initio saec. VI.

2. *Quo circiter tempore sederit Fibicius, facile definitur. Quamvis enim de proximis eius decessoribus nullas paene notas chronologicas antiqua monumenta praebeant, Iamlycum tamen, qui sextus ante Fibicium sedisse videtur* (12), *anno circiter 460 commendabat Auspicius Tullensis episcopus Arbogasto comiti, qui nuper Treverorum comes erat designatus* (13). *At Abrunculum, qui Fibicio proxime successit, anno 525 e vivis sublatum esse constat* (14). E *Ergo inter hos duos annos Fibicii episcopale regimen est collocandum, ita tamen, quem ad modum ex dictis liquet, ut ad posterius propius accedat. Tempus vero pressius definire non valemus. Plura quidem norunt scriptores recentes et initium suscepti a Fibicio episcopatus factum esse affirmant anno vel 496* (15) *vel 498* (16) *vel 500* (17) *vel 511* (18) *vel etiam 518* (19); *mortis vero tempus designant alii annum 500* (20), *alii 520* (21), *alii 528* (22), *ut totius regiminis tempus quidam ad annos viginti octo extendant, quidam ad biennium contrahant* (23). *Sed cum hae omnes merae coniecturae sint, nulla certa antiquorum monumentorum auctoritate firmatae, satius erit ut Fibicium initio saeculi sexti sedisse, non definito ad amussim tempore, statuamus.*

Non satis certa coniectura

3. *Certiora tamen assequi licebit atque Fibicius ad annum saltem 511, quin etiam paulo post vitam produxisse dicendus erit, si modernis quibusdam scriptoribus assentiemur, qui, duce Browero* (24), *eundem S. Fibicium dixerunt et Felicium illum seu Felicem Treverorum episcopum, de quo*

C (1) In antiquioribus episcoporum catalogis vocatur non solum ***Fibicius*** (-*tius*), sed et ***Hibitius, Tibitius, Fabicius***; apud recentiores autem scriptores occurrunt insuper hae formae nominis : ***Febicius*** (- *tius*), ***Vibicius, Fabricius, Feberius***. — (2) ***Act. SS.***, Nov. t. II, 1, p. 299 sqq. — (3) A. Wion, ***Lignum vitae*** (1595), t. II, p. 361-62; G. V. Schmid, ***Die säcularisirten Bisthümer Teutschlands***, t. II (1858), pp. 487 et 512; cf. Baronium, in annotationibus ad ***Martyrologium Romanum***, ad h. d. — (4) ***Series episcoporum***, p. 318. — (5) ***MG.***, Scr. t. XIII, p. 296-301; cf. St. Beissel, ***Geschichte der Trierer Kirchen***, I Theil (Trier, 1887), p. 181. — (6) ***MG.***, Scr. t. VIII, p. 158. — (7) Est hic iam codex 14 bibliothecae civitatis Treverensis. — (8) Hontheim, ***Prodromus historiae Trevirensis***, t. I, p. 385. — (9) Aut multum fallor, aut his verbis designat Wion opus Gasparis Bruschii, ***Monasteriorum Germaniae ... chronologia***, cuius prima centuria an. 1551 edita est. In qua, fol. 126, Fibicius quidem non solum abbas, sed et Treverorum episcopus dicitur; verum paulo superius de alio Fibicio sermo est, quem Bruschius abbatem Sancti Maximini fuisse tradit, non autem episcopum. — (10) Antonius Monchiacenus Demochares, ***Christianae religionis institutionis per dominum nostrum Iesum Christum et apostolicae traditionis... historica propugnatio, qua sacrificium missae...*** (Paris., 1562), parte II, fol. 54 (= l. II, c. 33), ubi prorsus praetermissus est Fibicius. — (11) Cf. ***Proprium officiorum dioecesis Treverensis*** (1888), pars autumnalis, pp. 68, 70. — (12) Cf. J. Friedrich, ***Kirchengeschichte Deutschlands***, t. II, p. 169, et auctores ibi allatos. — (13) ***MG.***, Epist. t. III, p. 137, vers. 79. — (14) Cf. ***MG.***, Scr. rer. merov. t. I, p. 682 (Greg. Turon. ***Vitae Patrum***, VI, 3); cf. ibid., p. 728, not. 3, et p. 685, not. 2; Le Cointe (***Annales ecclesiastici Francorum***, t. I, p. 351, cf. p. 794-95) annum 527 infirmis argumentis propugnavit; cuius sententiam non pauci sunt amplexi. — F (15) ***Catalogus episcoporum Trevirensium***, in codice Parisino Bibl. Nat. lat. 5539, saec. XVI, fol. 55. — (16) Bruschius, l. c.; Le Cointe, ***op. cit.***, t. I in indice posteriore; ***Gallia christiana***, t. XIII, col. 379 et 526, etc... — (17) Browerus-Masenius, ***Annales Trevirenses***, t. I, p. 304; t. II in indice chronologico, p. 5; Kolb, ***Series episc. et archiep. et elect. Mogunt., Trevir. et Colon.*** (1733), p. 91. — (18) Alex. Wilthemius, ***Annales S. Maximini***, in codice Bruxellensi Bibl. Reg. 3169, tom. I, lib. II, p. 16; Hontheim, ***Hist. dipl. Trevir.***, t. I, p. LX; t. III, p. 1003-4. — (19) ***Series abbatum S. Maximini***, conscripta s. XVI extr., ed. Reiffenberg in ***Compte rendu de la Commission royale d'histoire***, t. V (Bruxelles, 1842), p. 8-9; cf. p. 28. — (20) Nicolaus Novillanus († 1618), ***Chronicon S. Maximini*** apud Hontheim, ***Prodromus***, p. 999; ***Catal. episc. Trev.***, in cod. Parisino, de quo supra, not. 15. — (21) Siardus Van Dyck in ***Act. SS.***, Oct. t. VI, p. 535, num. 14. — (22) Browerus-Masenius, t. c., p. 310; Kolb, l. c. — (23) P. Merssaeus, ***Electorum ecclesiasticorum... catalogus*** (Coloniae Agripp., 1580), p. 252. — (24) ***Annales Trevir.***, lib. V, CXXIX (t. I, p. 308). Idem in priore editione legi potuisse ex Cointio novimus (***Annales eccl. Franc.***, t. II, p. 452, x). Browerum secuti sunt Hontheim, Alex. Wiltheim, auctores ***Galliae christianae***, Pinius noster (***Act. SS.***, Iul. t. II, p. 328 sq.), nuperius vero I. Friedrich, alii.

meminit

A *meminit Vita S. Goaris. Illius scilicet auctor anonymus, qui S. Goarem* in diebus Childiberti regis Francorum, filio Chlodoveo, *vixisse tradit* : Hic, *inquit*, in Germaniorum oppedis conveniens super fluvium Reno infra terminum Wasaliacinse suburbano Treverico, ubi fluviolus Wocara vocatur, ibique ipse vir Dei una cum consenso episcopo, qui tunc temporis Treverorum praesul esse denoscitur, qui noncupatur Felicius, ęcclesiolam fecit (1). *Wandelbertus autem Prumiensis, qui S. Goaris gesta stilo suo polivit, quae, ut, ipse testatur, habuerat* accepta ex vetustis et perantiquis exemplaribus (2), *narrat item S. Goarem* infra terminos Wasaliacenses... cum permissu et voluntate episcopi, qui tum urbi et populo Treverorum praeerat, Felicis nomine, ecclesiam... construxisse (3).

idem existimatus est esse ac Felicius episcopus,

4. *Iam vero ut Felicium illum a Fibicio nostro non distinguerent, nonnullis momentis impellebantur, quos diximus, viri docti : primo, quod in catalogo episcoporum Treverensium nullus inveniretur nomine illo vel simili, qui tempore S. Goaris vixisset. Sive enim Goarem, quae est communis* B *sententia, saeculo VI, sive, ut aliqui volunt, saeculo VII vixisse dixeris, unus in tota episcoporum serie occurrit Felix, qui et Felicius; is autem extremo saeculo IV floruisse comprobatur. Accedebat quod nullo negotio Fibicii nomen temporis lapsu in " Felicium „ deformari poterat; in cuius rei exemplum afferebat Alex. Wiltheim* (4) *nomen alterius Fibicii, secundi dico abbatis monasterii Treverensis Sancti Maximini, quem saeculo IV vixisse asseverant. Hic, licet vulgo Fibicius vel Vibicius dicatur, tamen in antiquissimo catalogo abbatum, qui in Lacensi bibliotheca servabatur conscriptusque erat vertente saec. XII, Felicius erat appellatus. Monebant tandem scriptores illi in sua sententia non ita male congruere rationes temporum. Qui enim tempore Childeberti I (511-558) vixerit, potuit utique Goar, cum Treveros veniret, Fibicium nostrum adire; potuit et aliquanto post tempore, quod in ipsius Vita traditur, apud Rusticum episcopum Treverensem accusari, cum istum omnes catalogi episcoporum antiqui velut alterum Fibicii successorem, interposito Abrunculo, exhibeant.*

de quo meminit Vita S. Goaris

5. *Verum haec omnia solam veri speciem habent. Mendosi siquidem sunt hoc loco catalogi illi omnes, cum Aprunculo Rusticum suffectum esse significant* (5). *Cum vero nullus e catalogis saeculo X sit antiquior, Vita autem S. Goaris saeculo IX vel forsan etiam ante annum 768 conscripta esset* (6), *suspicio sane ultro oritur in hac re a Vita ista pendere catalogos atque in ipsis Rustici nomen e Vita acceptum loco, qui aptior videbatur, esse intrusum. Mendosos autem esse catalogos a Gregorio Turonensi, teste utique locupletissimo, docemur; qui perspicue tradit Aprunculo Nicetium continuo esse suffectum* (7). *Quoniam vero neque post Nicetium locus Rustico dari poterat, cum testetur Venantius Fortunatus Nicetio proxime successisse Magnericum* (8), *qui ad annum saltem 587 sedit* (9), *levi correctione remedium toti rei allaturos se putaverant Hontheimius*(10) *et post eum Ph. Schmitt* (11), *Friedrich* (12), *si Rusticum statim post Fibicium collocarent et post eum Aprunculum. Atqui ista, quae ideo excogitata sunt, ut Vitae Goaris ratio haberetur, cum hac ipsa Vita non cohaerere manifestum est; siquidem in Vita illa legitur, cum Goar apud Rusticum accusatus ipse vicissim infandum episcopi scelus patefecisset, rem ad aures Sigiberti regis esse delatam, qui accersitum ad se Goarem in locum Rustici Treverensem episcopum ordinare voluerit* (13). *Porro quam haec male cum iis, quae supra commemoravimus, consonent, satis liquet, cum primus huius nominis rex Francorum anno 561 initium regnandi fecerit atque anno 575 obierit.*

Auctore A. P.

explicatu difficilis

6. *Scio equidem, ut his se difficultatibus expedirent atque istas narrationes vel saltem quandam earum partem sincerae historiae conservarent, alios aliis artibus usos esse, dum quidam duos Rusticos fingunt, alterum sanctum, scelestum alterum; quidam Rusticum e Treverensium episcoporum catalogo expungunt et chorepiscopum fuisse comminiscuntur; nonnulli etiam, — quod in re historica puerile est, at non ita rarum, disputandi genus, —* E *modo ea pro veris habeantur, quaecumque in Vita Goaris cum rebus aliunde notis non repugnant, cetera tamquam falsa traduci ultro consentiunt : male nempe Sigeberti regis nomen ab auctore seu interpolatore Vitae esse intrusum pro nomine alterius regis merovingici, totamque narrationem de scelesto Rustici facinore fabulam esse, qua pia consuetudo in gratiam parvulorum, quos vocant, expositorum inducta, ab imperito narratore detorta sit et depravata* (14).

et auctoritatis non magnae.

7. *Verum his omissis, quae saepe multisque verbis incassum sunt disputata, utpote quae acutius quam verius excogitata esse videntur, satis nobis erit unum, id quod caput est, annotasse, quam parva sit auctoritas illius Vitae S. Goaris, quae hac in re una fontis loco nobis est. Utramque siquidem Goaris Vitam erroribus tum chronologicis, tum historicis minime carere, et plane manifestum est, et inter omnes convenit* (15). *Porro quoniam nihil suppetit, unde definiamus quousque processerit illa fingendi licentia, ratio postulat, ut, donec aliunde certiora nanciscamur, ab illa Vita in documentorum historicorum numerum reponenda abstineamus.* F *Ut ergo animus non est totam Goaris historiam atque singillatim quae in ea de Felicio (seu Fibicio?) episcopo paucis narrantur, praefracte negare, ita ab iisdem, tamquam quae certo vera vel etiam probabilia sint, asseverandis refugimus.*

Eundem abbatiae S. Maximini praefuisse

8. *Apud quosdam modernos scriptores legitur Fibicium, antequam Treverensi ecclesiae praeponeretur, monasterio Treverensi Sancti Maximini abbatem praefuisse. Cuius rei confirmationem in uno dumtaxat monumento neque eo valde antiquo reperire est, in catalogo abbatum Sancti Maximini saeculo XII vertente scripto, quem affert Alex. Wilthemius* (16); *in quo Fibicius celeberrimi monasterii nonus abbas designatur. Consonant, ut par*

(1) Vita S. Goaris antiquior, c. 1 (ed. Br. KRUSCH, *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 411). — (2) Vita, lib. I, c. 29 (MABILLON, *Acta*, saec. II, p. 288). — (3) Ibid., c. 4 (p. 282). — (4) *Annales S. Maximini* in laudato cod. Bruxellensi 3619, t. I, lib. I, p. 89-90. — (5) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 296-301; cf. etiam *Gesta Trevirorum*, ibid., t. VIII, p. 158. — (6) Cf. KRUSCH, t. c., p. 406. — (7) *Vitae Patrum*, VI, 3. — (8) *MG.*, Auct. ant. t. IV, 1, p. 291 (= appendix XXXIV); cf. Vitam S. Magnerici circa an. 975 conscriptam, c. 1 (*Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 183). — (9) GREG. TURON., *Hist. Franc.*, IX, 10. — (10) *Hist. dipl.*, t. I, pp. LX et 52; quod idem ibid., t. III, p. 962 aliter censuerit, non satis consulto eum fecisse putaverim. — (11) *Die Kirche des hl. Paulinus bei Trier* (1853), pp. 87 et 447 sqq. — (12) *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, p. 175 sq. — (13) Vita antiquior c. 9 (ed. KRUSCH, p. 420). — (14) Cf. FRIEDRICH, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, pp. 176-81, 219-22. — (15) Vid. KRUSCH, l. c., p. 402-5. — (16) *Annales S. Maximini* (cod. Brux. 3169), t. I, lib. I, p. 89; lib. II, p. 15.

erat,

AUCTORE A. P.

documenta recentia tradunt.

erat, recentiores catalogi ante annum 1614 (1) *et inter annos 1623-1652 descripti* (2). *In his autem omnibus atque apud recentiores etiam auctores dicitur Fibicius alter exstitisse huius nominis abbas, cum antea Fibicius quidam seu Felicius saec. IV post Iohannem primum abbatem monasterium rexisset. Cur autem Saussaius* (3) *Fibicium nostrum non nonum, sed quintum Sancti Maximini abbatem faciat, cum nullo id argumento fulciat, definire non valeo. Neque ullum argumentum afferunt scriptores nonnulli, ut quod firmiter asseverant, aliquo modo probent, Fibicium ab anno 466 vixisse* (4), *vel ab anno 494 in abbatem electum esse* (5) *et alia huiusmodi. Tandem, ut nihil omittam ex his, quae de muneribus a sancto nostro expletis vulgo tradita sunt, minime intellego cur supra memoratus alter catalogus abbatum Sancti Maximini* (6) *Fibicium " primum archiepiscopum Treverensem „ dicat; quod autem Cointius docet* (7) : *" Ultimus recensetur* (*Fibicius*) *e „ praesulibus Trevirensibus, qui metropolico iure „ gaudent per utramque Germaniam. Ius enim*
B *„ illud, regnante Clodoveo, attribuitur sedi Vor- „ maciensi „, id sane unice nititur sententia totiens impugnata et a vero prorsus aliena, qua S. Rupertus Wormatiensis, tum Salisburgensis episcopus, saeculo VI vixisse fingitur.*

Cultus ipsi exhibiti

9. *Haec de S. Fibicii gestis " pauca „, ut scribebat Wilthemius* (8), *" et, quae antiquitatis iniuria „ est, omnia omnino „ habuimus dicere. Restat igitur, ut de eius cultu ecclesiastico paucis inquiramus. Cuius initium ita rettulit Browerus* (9) : *S. Fibicii " sane probatam vitae sanctimoniam „ patrata post mortem miracula prodiderunt. Eius „ ossa in oratorio iuxta pontem Mosellae tumulata „ seu improborum nequitia seu religione chri- „ stianorum immodica inde sublata percrebuit „ opinio veterum. Praesulis inde perennis in eccle- „ sia ad 5 novembris recolenda viget memoria. „ Haec ieiuna utique nec satis certa desumpsit forsan Browerus ex catalogo aliquo non ita antiquo episco-* D *porum Treverensium, quem ad modum inde hausit auctor laudati catalogi abbatum Sancti Maximini ante an. 1614 confecti* (10); *in quo de S. Fibicio legitur* (11): *" Sepultus iuxta pontem Trevirensem „ miraculis coruscus. Sic habet catalogus episcopo- „ rum Trevirensium „. Similia tradunt Wilthemius* (12), *Mabillon* (13), *Honthemius* (14), *alii; aediculam autem, in qua sepultus est sanctus, dicunt Mabillon et Honthemius S. Nicolao fuisse sacram. Quae omnia cum nullo, quod reperire potuerimus, antiquo monumento confirmentur, horum fides penes auctores sit.*

monumenta non valde antiqua.

10. *Quicquid id est, non videtur sancti nostri cultus antiquus valde vel saltem antiquitus celebris fuisse. Unum siquidem ante saec. XIII illius habemus testimonium, scilicet in psalterio Sancti Symeonis Treverensis saec. XI, de quo supra, num. 1. Contra ubi tradita est series quaedam sive longior sive brevior praesulum Treverensium qui ut sancti colebantur, nusquam Fibicium repperimus. Non comparet siquidem extremo saec. X inter illos 19 sanctos episcopos Treverenses, quorum depictae* E *sunt imagines in codice illo Gertrudiano, olim Treveris, nunc in Foroiuliensi civitate servato* (15); *sed neque inter novem sanctos praesules quorum imaginibus ornata est eodem tempore theca, qua in maiore ecclesia Limburgensi ad Laganam " baculus sancti Petri „ inclusus custoditur* (16). *Quin etiam in seriebus episcoporum Treverensium saec. XI et XII exaratis, in quibus non pauci episcopi " sancti „ appellatione cohonestantur* (17), *nudo nomine Fibicius insertus est. Verum inde ab initio saec. XIII, etsi non semper, saepe tamen ad d. 5 novembris in libris liturgicis Treverensibus memoria S. Fibicii inscripta legitur* (18) *atque in plurimis recentioribus martyrologiis sive manuscriptis sive impressis idem dies celebrando ipsius sive festo sive saltem commemorationi est assignatus.*

(1) Edit. ex cod. Bruxellensi 6835 in *Compte rendu de la Commission royale d'histoire*, t. V (1842), p. 7 sqq. — (2) Legitur ille alter in codice Bruxellensi 2221, saec. XVII. — (3) *Martyrologium gallicanum*, ad d. 5 nov. — (4) Ita catalogus qui descriptus est in laudato codice Bruxellensi 2221. — (5) Ita v. gr. J. MARX, *Geschichte des Erzstifts Trier*,
C IIe Abth., t. I (1860), p. 40. — (6) *Compte rendu de la Comm. roy. d'hist.*, t. V, p. 9. — (7) *Ann. eccl. Franc.*, t. I, in indice posteriore. — (8) *Annales S. Maximini*, in cod. Brux. 3169, t. I, lib. II, p. 15. — (9) *Ann. Trev.*, lib. V, CXIII (t. I, p. 304); cf. t. II in indice chronologico, p. 5. — (10) Cf. supra, annot. 1. — (11) Pag. 9. — (12) *Annales S. Maximini*, lib. II, p. 17. — (13) *Ann. O. S. B.* an. 563, XXVII (t. I, p. 153). — (14) *Prodromus*, p. 999. — (15) Cf. F.-X. KRAUS, *Die ältern Bischofskataloge von Trier*, in JAHRBÜCHER DES VEREINS VON ALTERTHUMSFREUNDEN IM RHEINLANDE, t. XLIV/XLV (1868), p. 165-66. — (16) Cf. KRAUS, l. c., p. 166-67; ID., *Die christlichen Inschriften der Rheinlande*, II Theil (1894), p. 212-13. — (17) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 296-301; sunt hae series II, III, VI; ceterae (saec. X-XII) sola nomina praebent. — (18) V. gr. in psalterio S. Maximini saec. XIII in. (cod. Treverensis, Bibl. Civ. 435); in martyrologio et necrologio S. Maximini saec. XII (ibid. cod. 1634), in cuius F quidem kalendario nihil de S. Fibicio, in ipso autem martyrologio (fol. 51) haec manu saec. XIII addita sunt: *Ipso die* (5 nov.) *S. Fibitii Tr(everensis) archiepiscopi et abbatis huius loci* [annotasse iuverit in kalendario psalterii S. Maximini, saec. X (HONTHEIM, *Prodromus*, t. I, p. 378), non inscriptum esse Fibicium]; in breviariis saec. XIV (ibid. cod. 427, 441 et 469); in missalibus saec. XIV et XV (cod. Treverenses, Bibl. Maioris Ecclesiae 156 et Bibl. Civ. 358), etc.

DE

A D

DE S. DOMINATORE

EPISCOPO BRIXIENSI

SAECULO VI EXTREMO. C. D. S.

S. Dominatoris mentio in kalendariis Brixiensibus inde a saeculo XIV.

1. *S. Dominatoris cultus neque adeo antiquus fuisse videtur nec valde celebris. Etenim non solum non memoratur in ullo martyrologiorum quae classica audiunt, sed cum plura servata sint antiqua kalendaria ecclesiae Brixiensis, non legitur eius nomen in kalendario saeculi XI* (1), *neque in kalendario saeculi XIII* (2), *neque in altero saeculi XIV* (3), *sed primum in kalendario exarato anno 1346* (4) *et deinde in kalendariis saeculi XV* (5). *In quibus omnibus ad nonas novembres annuntiatur his fere verbis :* Sci Dominatoris ep. Brix. *Transiit inde haec eadem mentio in martyrologium Galesinii ac denique in Romanum, in* B *quo legitur ad hunc diem :* Brixiae sancti Dominatoris episcopi.

Corpus eius in ecclesiam cathedralem translatum anno 1581.

2. *Neque praeter mentionem illam in kalendariis et recentioribus martyrologiis ullum aliud cultus indicium afferre licet saeculo XVI extremo antiquius, quo tempore, anno nempe 1581, S. Carolus Borromaeus ipsius Dominatoris, necnon Pauli II, Anastasii et Dominici successorum eius, sacra lipsana transtulit. De hac translatione ex schedis Ioannis Francisci Florentinii ad se per Bernardinum Faynum transmissis egerunt maiores nostri ad diem 20 maii in commentario de S. Anastasio* (6); *ipsum tamen instrumentum inspicere non potuerunt. Huius apographum ex exemplari adhuc Brixiae asservato, inter* Instrumenta Scholae *seu societatis* SS. Sacramenti *in archivo ecclesiae cathedralis* (7), *transcriptum et humanissime ad nos transmissum anno 1895 a doctissimo sacerdote D. L. Grammatica, tunc in seminario dioecesano Brixiensi lectore S. Scripturae, hic ad verbum* (*nisi quod formam ę per litteras* ae *expressimus*) *edere non pigebit.*

Huius translationis instrumentum.

3. In nomine Domini, amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo octuagesimo, indictione nona, die mercurii sexto decimo mensis martii, pontificatus Sanctissimi Domini nostri Domini Gregorii divina providentia Papae decimi tertii anno octavo. Cum sit quod Ill^{mus} et R^{mus} DD. Carolus Cardinalis S^{tae} Praxedis, Visitator Apostolicus civitatis et precipue ecclesiae S^{ti} Stephani sitae in arce eiusdem civitatis, repererit in eadem ecclesia arcam marmoream in navi a parte aquilonari clausam, et cum in ea relatum fuerit, prout etiam per annalia civitatis Brixiane traditur, extare corpora sanctorum Dominatoris, Dominici, Pauli et Anastasii olim episcoporum Brixiensium (8), vidit dictam arcam, eamque aperiri iussit, ibidemque extare comperiit tria capita cum pluribus ossibus reliquarum partium plurium corporum et quaedam fragmenta vestium, et iussit iterum eandem arcam claudi, prout clausa fuit, assistente ibidem R^{mo} D. Ioanne Delphino Brixiae Episcopo ac presentibus Mag^{cis} et R^{dis} Dñis Io. Antonio Seneca et Ludovico Moneta presbytero Mediolanensi familiaribus prefati Ill^{mi} ac multum R^{dis} Dñis Marco Antonio Grillo Archipresbytero et Io. Paulo a Curte Preposito Ecclesiae Brixiensis ac maxima populi multitudine. Subinde anno millesimo quingentesimo octuagesimo primo, indictione decima, die martis ultima octobris prefatus Ill^{mus} D. Cardinalis ac Visitator Apostolicus, qui post suprascriptam visionem consideravit sacra corpora predicta non ea qua convenit decentia teneri ac propterea decreverat eadem E corpora inde amoveri et ad ecclesiam cathedralem transferri debere, habitaque super hoc participatione ac matura deliberatione cum prefato R^{mo} D. Episcopo, de consensu etiam Ser^{mi} Ducalis Domanii Venetiarum per literas ducales Cl^{mis} Rectoribus huius civitatis prestito, dedit in mandatis prefatis multum R^{dis} Dñis Marco Antonio Grillo Archipresbytero Brixiano Iur. Utr. Doct. et Ludovico Monete clerico Mediolanensi ut ad dictam arcam accederent diligenterque ossa sanctorum corporum predictorum ex arca marmorea susciperent et in arcam plumbinam ad effectum huiusmodi preparatam conferrent, ut facilius translatio iam deliberata fieri posset, presentibus m^{co} D. Hier^{mo} Luciago fq. m^{ci} D. Alexandri et R. D. Alexandro Gratarola cubiculario Ill^{mi} D^{ni} successiveque eisdem proximis annis (*sic*) et indictione, die vero festo omnium sanctorum prima mensis novembris, prefati R^{di} Dñi Archipresbyter et D. Ludovicus Moneta summo mane exequentes mandatum habitum a prefato Ill^{mo} arcem predictam petierunt, arcamque in qua corpora sanctorum extabant aperierunt opera virorum ad hoc requisitorum, ibique per F eos adinventa fuerunt tria capita fere integra (9), que capita sic integra erant collocata super duobus lateribus secuspolitis (10) necnon quam plura alia ossa diversarum partium corporis, quedam integra quedam vero fracta et fere in spetiem pulveris redacta, cum nonnullis vestium fragmentis temporis diurnitate consumptis, quae capita, ossa ac fragmenta fuerunt per ipsos R^{dos} Dños ea qua decet reverentia suscepta et in capsam plumbeam memoratam divisim relata, videlicet ossa in fundo capsae panno serico albo, capita vero supra in alio panno serico albo, fragmenta vero vestium et pulveres sacre in panno lineo involuta, praedictam vero arcam plumbeam saldadura e stanno obstrui fecerunt ac decenter ornatam pannis aur<e>is et sericeis auro contextis in medio ecclesia<e>

(1) G. Brunati. *Vita o gesta di santi Bresciani*, ed. 2^{a}, t. I (1854), p. 11-13. — (2) Ibid., p. 13-15. — (3) Ibid., p. 15-16. — (4) Ibid., p. 17. — (5) Ibid., pp. 19, 20, 21. — (6) *Act. SS.*, Maii t. V, p. 226*-27*. — (7) Alterum eiusdem documenti exemplar exhibet " Registrum „ P sub n° 1538 in archivo municipali Brixiano repositum. — (8) Has reliquias prius servatas fuisse in ecclesia S. Andreae et inde transiisse ad ecclesiam S. Stephani in arce significat Ioannes Franciscus Florentinius (*Act. SS.*, t. c., p. 226* F), nulla tamen allata antiqua auctoritate. — (9) Adverterit curiosus lector, cum reliquiae quattuor sanctorum in illa arca repositae dicantur, tria tamen solummodo capita in illa fuisse reperta. — (10) Ita apographum. Legendum *secus positis*?

AUCTORE C. D. S.

super feretro dimiserunt, presentibus D. Io. Baptista Rostano et D. Paulo Roversio. Et illico prefatus Ill^mus D. Cardinalis una cum prefato R^mo D. Episcopo, convocato universo clero tam seculari quam regulari ac omnibus scolis et congregationibus laicorum, processionaliter accesserunt ad dictam ecclesiam S^ti Stephani sitam in arce predicta, ibique pontificalibus uterque, videlicet dictus Ill^mus Cardinalis et R^mus Episcopus, induti caeteroque clero... arcam plumbeam in qua, ut praefertur, corpora predicta erant elevaverunt ac suppositis humeris propriis Ill^mus Cardinalis et R^mus Episcopus ac successive alternatim dignitariis (*sic*) ecclesiae cathedralis ex dicta ecclesia S^ti Stephani ad ipsam cathedralem etiam processionaliter retulerunt et super altare scholae corporis Christi situm in capella S^ti Petri dimiserunt, ad ipsumque altare statim missa solemnis per praefatum Ill^mum Cardinalem assistente eodem R^mo D. Episcopo cantata et inter missae solemnia concio ad populum in laudem sanctorum praedictorum habita fuit. Quibus peractis eadem B corpora in arca predicta recondita clausaque super altari ipsa per duos dies veneranda a Christi fidelibus cum fide dignis custodiis ac luminaribus multis relicta fuerunt ... Die autem quarta mensis praememorati anno et indictione praedictis praefatus R^mus D. Episcopus pontificalibus indutus, assistentibus dignitariis et canonicis ecclesiae predictae cum pluvialibus caeteroque dictae ecclesiae clero, factis debitis orationibus ac ceremoniis recognitaque prius capsa plumbea, quae ibi de mandato R^mi D. Episcopi aperta fuit ac sacris introclusis per modicum temporis spatium populo illhac concurrenti demonstratis et cum coronis aliisque rebus devotionis causa tangi permissis, posita in eadem arca tabella enea in qua haec erant incisa verba: " Sacrae reliquiae sanctorum Dominatoris, Pauli, Anastasii et Dominici episcoporum et confessorum a Carolo Cardinale S^tae Praxedis Borrhomeo nuncupato, Archiepiscopo Mediolanensi, Visitatore Apostolico, et Ioanne Delphino Episcopo Brixiensi huc ex arce translatae Gregorio Decimo tertio Pontifice Maximo anno a Christo nato 1581 ", ipsam arcam plumbeam in qua, ut praefertur, sacrae reliquiae predictae repositae extabant, circumcirca C instaurari ac recto ordine obstrui, eamque in aliam arcam ligneam reponi fecit, quam duabus diverso opere fabricatis clavibus obserari mandavit, retenta apud se altera ipsarum clavium, apud quemcumque episcopum successorem suum perpetuo remansura, altera vero tradita M^co D. Hectori Grillo ad praesens Abbati scolae Corporis Domini predictae et perpetuo apud quemcumque Abbatem huiusmodi pro tempore permansura; deinde eandem capsam in corpore altaris praefati recondidit, adhibita ministrorum ad singula praemissa respective opera necessaria. Super quibus omnibus et singulis gradatim et successive ego notarius ac Cancellarius infrascriptus rogatus fui publicum conficere instrumentum unum et plura eiusdem tenoris. D Acta fuerunt haec omnia anno, indictione, mense et diebus suprascriptis...

Ego Camillus fq. ip. dni Io. Antonii de Guidis civis et habitator Brixiae publicus apostolica et imperiali authoritatibus notarius et Episcopalis Curiae Brixiensis Cancellarius quia praemissis omnibus et singulis dum sic agerentur rogatus interfui. Ideo in fidem solito mei tabellionatus signo apposito subscripsi.

(*Signum*).

Altera translatio anno 1604.

4. *Non multo post tempore, anno nempe 1604, altera translatio earundem reliquiarum instituta est, quam ita summatim describit notula in quodam codice actorum publicorum servato in archivo municipali Brixiano* (1), *his verbis concepta:* Translatio corporum SS. Dominatoris, Dominici et Pauli et Anastasii 1604. Quia ecclesia de Domo destruenda est ut reedificetur, corpora sanctorum ut supra (2) ex arce per Ill^mum et R^mum D. Carolum Card. Borromeum Visitatorem Apostolicum ad dictam Ecclesiam translata et in capella S^ti Petri deposita, rupto per R^mum D. Marinum Georgium Episcopum muro capellae, sic requirentibus D. Abbate et aliis Deputatis publice elevata E fuerunt et processionaliter translata ad altare S. Iustinae sive Pietatis in Ecclesia S. M. Assumptae, ibi permansura donec dicta Ecclesia refecta reponi valeant in dicto altari. *Huius etiam translationis instrumenti publici, quod confecit* Ludovicus Calimii alter Cancellarius dictae civitatis (*Brixianae*) in consonantiam cum D. Camillo Ghida Episcopatus Cancellario, *apographum servat adhuc archivum municipale Brixianum* (3). *Unde constat translationem factam esse die 16 februarii anni 1604 a Georgio Marino episcopo eodem ritu quo translatio anni 1581 a S. Carolo Borromaeo* (4).

5. *Ecclesia illa, ad quam anno 1604 translata sunt S. Dominatoris et aliorum trium sanctorum episcoporum corpora, ea est quam aedificatam fuisse putant a Theodelinda regina Langobardorum circa annum 590* (5), *quaeque vulgo* Rotunda, *cathedralis* hiemalis *appellata est* (6), *et etiam cathedralis* vetus, *postquam scilicet, diruta ecclesia Sancti Petri maioris, quae cathedralis* aestiva *dicebatur* (7), *nova exordio saeculi XVII exstructa est* (8). F *Corpora vero sanctorum ad hanc novam aedem translata non sunt, sed deposita remanserunt in* Rotonda, in ara olim sacra, non S. Iusto, quemadmodum typographi errore legitur in Galeardi notis ad Ughellum, sed Iustinae virg. et martyri, quaeque hodie Sanctiss. Christi Corpori custodiendo inservit (9). *In ostio autem illius sacrarii SS. Corporis Christi apposita fuit pictura sanctorum quattuor episcoporum translationem exhibens, hac addita inscriptione:* SS. Dominatoris, Pauli, Anastasii, Dominici huius Sedis Episcoporum ex arce anno MDLXXXI a S. Carolo in Visitatione Apostolica et Ioanne Delphino Episcopo suis humeris translata, opposita continet ara. Ex quibus tria capita aliaque ossa ad fidelium venerationem

(1) N. 1025, fol. 37. — (2) Memoratum est scilicet superius instrumentum translationis anni 1581. — (3) " Registrum " Q sub n. 1539, fol. 7^r. — (4) Utrumque documentum mox indicatum, a se diligenter exscriptum, nobiscum communicavit laudatus v. v. D. L. Grammatica. — (5) I.-H. GRADONICUS, *Pontificum Brixianorum series* (Brixiae, 1755), p. 93. — (6) Ibid. et loco mox citando in nota seq. — (7) Ibid., p. 46, not. 25. " Ecclesiae cum hyemalis tum aestivae, frequens occurrit in Ecclesiae Mediolanensis antiquitatibus medii aevi mentio ... Galeardus in notis ad S. Gaudentium pag. 389 protulit aliquot exempla, quibus haud pauca, si ratio operis exigeret, addere possemus... Loci qualitas tepori apta docere potest ecclesiam hyemalem eam fuisse quae modo *Rotonda* appellatur, eam vero S. Petri maioris ... aestivam appellatam fuisse arbitramur. Unde consequitur duplicem et apud nos cathedralem simul exstitisse, quemadmodum et apud aliquas Italiae urbes, ut medii aevi monumentis innotescit. " — (8) Ibid., p. 386. — (9) Ibid., p. 85.

A rationem ann. MDCXXXIII. pio R. Io. Baptistae Bottani legato argenteis imaginibus recondita in hoc Sacrario servantur. Societas SS. Corporis Christi Ara decentius renovata aeternum hoc P. Monumentum anno salutis MDCLXVII (1). *Pictura illa et inscriptio eodem loco adhuc visuntur.*

Sedit sanctus episcopus, ut videtur, saeculo VI.

6. *Praeter haec monumenta ad S. Dominatoris cultum spectantia, nulla circa eius historiam sive scripta sive traditiones ad nos pervenerunt. Neque etiam satis certum est qua aetate vixerit. Eius tempora temporibus S. Gregorii M., id est extremo saeculo VI, illigant Gradonicus* (2), *Cappelletti* (3) *et ceteri fere recentiores post Ughellum* (4); *quamvis Ferrarius* (5) *et F.-M. de Aste* (6) *eum ante annum 490 sedisse asserant, sed nullo allato documento nisi generatim* Mss. urbis et eccl. Brix. *Sed neque prius citati ullum aliud proferre potuerunt praeter recensionem illam episcoporum Brixiensium S. Philastrii ex ordine successorum, quam sermoni suo anno 838 in huius sancti translatione pronuntiato intexuit Rampertus* (7); *in qua recensione Dominator occurrit decimus quartus. Philastrius autem floruit tempore S. Ambrosii, qui successorem eius Gaudentium episcopum consecravit. Unde, si quattuordecim episcopos quindecim plus minus annos pontificalem sedem singulos occupasse ponas, ad extremum saeculum VI devenies. Sed quam haec omnia incerta.*

AUCTORE C. D. S.

(1) Ibid., p. 84, not. 2. — (2) Ibid., p. 84. — (3) *Chiese d'Italia*, t. XI, p. 564. — (4) *Italia sacra*, ed. Coleti, t. IV, p. 529. — (5) *Catal. SS. Italiae*, ad 5 nov. — (6) *In Mart. Rom. disceptationes* (1716), p. 498. — (7) *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 388, col. 2 extr.

B

DE S. LAETO CONFESSORE

E

IN TERRITORIO AURELIANENSI

ANTE MEDIUM SAEC. IX.

A. P.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ 1. De legenda S. Laeti.

S. Laeti presbyteri Aurelianensis

1. *Meminit ad hunc diem Usuardus* in territorio Aurelianensi sancti Laeti presbyteri, *qui eodem die inscriptus etiam est tum in non paucis martyrologiis recentibus, in primis Romano, tum in multis breviariis et missalibus* (1), *dum in quibusdam aliis martyrologiis* (2) *librisque liturgicis* (3) *ad diem 6 eius memoria refertur, quo die in Vita, quam mox sumus edituri, Laetus mortuus esse dicitur. Sane, quamvis non ea re tantum, sed hoc etiam ab Usuardo discrepet Vita S. Laeti, quod is Laetum presbyteri officio cohonestat, haec vero diaconum dumtaxat illum fuisse tradit, nihilo minus quin unus idemque homo ab utroque designetur,*
C *non est cur dubitemus. Utrimque enim proponitur Laetus quidam clericus, qui in agro Aurelianensi vixerit vel saltem ibi ecclesiasticos honores post mortem sit consecutus, cuiusque memoria sub initio mensis novembris recolatur; quod autem in rebus quibusdam minoris momenti non omnino consentiunt documenta allata, id parum refert, cum inde illud solummodo consequatur, ut nobis inquirendum sit utri, utpote maiore auctoritate pollenti, potior sit fides adhibenda.*

Vita, ex codicibus

2. *Iam vero eam non esse S. Laeti Vitam quae inter veri nominis historica monumenta computari queat, manifestum est. Exstat illa in paucis quibusdam codicibus, nempe* **1**) *in Parisino, Bibl. Nat. lat. 11885 (Résidu Saint-Germain 985), saec. XII, fol. 5-10;* **2**) *in Carolopolitano, Bibl. publ. 59, saec. XV, qui erat olim monasterii Montis Dei, Ord. Cartusiensis, Remensis dioecesis;* **3**) *in Bruxellensi 8933 inter apographa a maioribus nostris olim collecta; in quo, fol. 19-25, adest Vita S. Laeti saec. XVII ex quodam exemplari Pitverensi, ut videtur* (4), *exscripta et ad Heribertum Rosweydum una cum Vitis S. Gregorii Nicopolitani et S. Salomonis regis Britanniae olim missa. Huius apographi apographum alterum confici curavit vel Rosweydus vel e decessoribus nostris nescio quis; quod satis inaccurate scriptum in eodem codice servatur fol. 7-11 et 13; sed et in ipso invenire est* **4**) *fol. 39 et 12-12*ᵃ *alia manu saec. XVII descripta " alia miracula ex manuscripto codice ecclesiae collegiatae SS. Georgii et Laeti in castro Pithivirensi "; quae miracula post Vitam S. Laeti leguntur in codice 1, desunt vero* F
in 2 et 3 atque sunt inedita.

iterum edenda,

3. *Vitam ipsam primus edidit " ex veteri manuscripto Caelestinorum Amberti " Ioannes a Bosco, in sua* Floriacensi veteri bibliotheca *(1605), xysto dextro, p. 254-71; cuius editio ad verbum recusa est in quarta Vitarum sanctorum a Surio collectarum editione, id est Coloniensi an. 1618, t. XI, p. 161-65, multis tamen omissis, tum apud B. Gononum,* Vitae et sententiae patrum Occidentis (*1625*), *p. 138-40. Quibus editionibus textus exhibetur ab omnium codicum lectione multum diversus, quoniam sive librarius in exarando codice Caelestinorum Amberti, sive, ut probabilius videtur, Ioannes a Bosco in eodem edendo, verba scriptoris antiqui brevitatis vel elegantiae causa amputavit, immutavit, depravavit* (5). *Unde factum est ut syllabae consonae, quibus auctor more sui temporis finem singulorum paene enuntiatorum orna-*

(1) Cf. v. gr. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 715, ad d. 5. — (2) Exempli gratia in Ferrarii *Catalogo generali sanctorum* et in *Martyrologio gallicano* Andreae du Saussay. — (3) Cf. *Catal. Lat. Paris.*, l. c., ad d. 6. — (4) Etsi nihil huiusmodi annotavit librarius, id tamen inde conicio quod simul missa sunt apographa Vitarum SS. Gregorii et Salomonis, qui simul cum S. Laeto in ecclesia Pitverensi colebantur. — (5) Varias lectiones huius editionis principis infra afferendas esse censuimus; quando tamen editor ipsa verba scriptoris antiqui alio ordine posuit, id annotare noluimus, quod et nimium fuisset et prorsus inutile.

verat,

AUCTORE A. P.

verat, saepe loco suo moverentur vel etiam prorsus tollerentur. Sed et sublata sunt a capite ultimo verba quaedam quibus cum tempus, quo Vita conscripta est, apte definitur, tum id insuper ostenditur, quod ceterum cuilibet utrumque textum conferenti manifestum erat, codicum nostrorum lectiones, minime vero eas quas Ioannes a Bosco admisit, authentica atque genuina scriptoris verba referre.

saeculo XI composita est,

4. *Etenim capite 10, in quo tum translationem S. Laeti, quae medio saec. X facta est, tum miracula, quae postea acciderunt, refert Vitae scriptor, in editione Ioannis a Bosco, quae in toto hoc capite brevior est et veluti contracta, ita miraculi cuiusdam narratio incipit :* Invenitur etiam in gestis dicti confessoris Laeti, Odolrico morum honestate praeclaro iam in cathedra Aurelianensi praesidente, miraculum aliud spectabile. Erat enim... ; *unde colligat quispiam exstitisse antiquiora S. Laeti gesta, ex quibus hic locus Vitae sit excerptus* (1). *Atqui haec verba* (Invenitur-Laeti) *antiqui scriptoris non sunt, verum ipsius Ioannis a Bosco* B *atque* gesta dicti confessoris *nihil aliud sunt quam ipsa Vita, quam infra ad codicum fidem restitutam exhibebimus. In iis autem miraculi illius narratio, quae uberior est et multo longior, sic incipit:* Nec minus autem nostro tempore, Odolrico vero morum honestate praeclaro iam cathedram Aurelianensium praesidente, per sancti Laeti ineffabile meritum ineffabilis Deus operatus est spectabile miraculum. Erat enim... *Unde constat, vel vivente Odolrico, qui ab anno 1021 ad annum 1035/36 Aurelianensis episcopus fuit, vel saltem haud multo post eius mortem Vitam compositam esse; cum quo bene congruit, quod more illo saeculi XI auctor sermonem suum syllabis consonis exornaverat* (2).

adiecto paulo post libro miraculorum.

5. *Cum vero hoc ornamento careant miracula, quae in codice 1 post ultimum Vitae caput, interposita sollemni clausula* per Dominum... Amen, *leguntur* (3), *liquet ea ab alio scriptore vel etiam ab aliis scriptoribus — singula enim huius additamenti capita suam habent clausulam, — Vitae iam conscriptae adiuncta esse. Adiuncta autem esse videntur ante finem saec. XI, cum inter singula, quae in his capitibus gesta narrantur, breve intercesserit temporis intervallum* (4). *Atqui is, qui* C *caput 3 scriptis mandavit, mulierem daemoniacam, quae precibus S. Laeti liberata est, ipse praesens vidit a spiritu nequam agitari; iam vero capite 1 referuntur res gestae anno 1061 :* tempore Hysenbarti Aurelianensis ecclesiae pontificis, vicesimo octavo eius episcopatus anno. D *Isembardus ille, qui ab Odolrico avunculo, cui etiam successit, in partem ministerii iam ab anno 1033 vocatus est, abhinc episcopatus sui annos auspicatus* (5) *atque anno circiter 1063 vita functus est. Porro quamvis verba mox allata innuant tunc temporis, cum primum additamenti caput scriberetur, iam mortuum esse Isembardum, certe non a multo tempore obierat, atque totum additamentum si non ipso saec. XI, certe non multo post initium saec. XII Vitae accessit.*

Cum satis habuerit Vitae scriptor

6. *Miracula illa addita, quae reapse sunt miracula SS. Georgii et Laeti patronorum ecclesiae Pitverensis, a canonico vel clerico huius ecclesiae esse conscripta vix non est manifestum. Sed et ipsam Vitam ab huiusmodi quodam Pitverensi compositam esse ex capite ultimo colligimus, in quo et translatio corporis S. Laeti in castrum Pitverense et miracula ibidem facta multis narrantur; et ideo quidem composita est Vita, ut die festo sancti praelegeretur* (6) *in ecclesia, in qua ipsius corpus vel reliquiae servabantur* (7). *Quisquis autem fuit Vitae scriptor, quoniam quingentorum circiter annorum intervallo ab illo tempore aberat,* E *quo S. Laetum vixisse ipse tradit, exiguam ei fidem merito tribuerunt quotquot Vitam legerunt viri docti* (8). *Minorem etiam tribuissent, si novissent ex quo fonte tota vel certe vix non tota hausta sit. De reliquiis quidem sancti illius, cuius corpus a vico cognomine, in quo post mortem diu quieverat, in Pitverense castrum saeculo X erat translatum, bene edoctus esse poterat qui certe haud procul ab his locis positus saeculo XI ista narrabat, ideoque illi prudenter credere possumus in his quae de sancti translatione capite 10 pauca tradidit. Secus autem dicendum de libelli capitibus 1-9. Cum enim de ipsa sancti vita nihil prorsus rescivisset, facili negotio inopiae suae hoc remedium quaerendum censuit, ut in S. Laetum transferret totam historiam alterius sancti, qui in dioecesi Aurelianensi etiam colebatur, id est S. Viatoris.*

Vitam S. Viatoris compilare,

7. *Alibi siquidem pluribus ostendisse nobis visi sumus* (9) *in Vita S. Laeti, si dempseris prologum, qui solis locis communibus continetur, atque caput 10, de quo modo diximus, totam comparere Vitam S. Viatoris* (10). *Uterque porro, et Viator et Laetus, dicitur apud Bituricenses natus patre Sirico; uterque oves patris sui pascit; uterque* F *anno aetatis duodecimo monasterium petit et sub abbate Triecio vel Trigetio vitam monasticam amplectitur; uterque, invidis monachis facientibus, in desertum mittitur, ut oves custodiat, ibique malevolos fratres contra feras tuetur; uterque, annis*

(12) Ita coniecisse videtur RIVET, *Hist. litt. de la France*, t. VII, p. 344. — (2) Addere iuverit nomen illud *Pithveris*, quod cap. 10 Vitae occurrit, idem in chartis saec. XI et XII inveniri, dum saec. X locus ille *Pedeverius* dictus erat. Cf. J. DEVAUX, *Essai sur les premiers seigneurs de Pithiviers* (Orléans, 1887), p. 1-6 (= ANNALES DE LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET ARCHÉOLOGIQUE DU GATINAIS, t. III, 1885, p. 168-73); H. D'ARBOIS DE JUBAINVILLE, in *Revue celtique*, t. XVIII (1897), p. 246; A. HOLDER, *Alt-celtischer Sprachschatz*, p. 982. — (3) Huius libelli de miraculis periisse videtur pars prior. Carolus enim Sausseyus in *Annalibus ecclesiae Aurelianensis* (1615), p. 393, " ex actis eccl. Pitiverensis ms. „ ita paucis eundem libellum videtur contrahere : " Huius etiam temporibus (i. e. Isembardi) mira„ cula alia facta sunt in ecclesia Pithiverensi ad reliquias „ S. Georgii martyris et S. Laeti confessoris. Rusticus qui„ dam Wiclo (= Wido ?) ex villa Alebramus a daemonio „ correptus, cum caneretur in processione paschali : *Dic* „ (*Die* Sausseyus) *impie Zabulon quid valet fraus tua?* con„ valuit. Ex villa Quercineto puella nodosa pedibus usum „ gressus recepit. In villa quae S. Scubilius nuncupatur „ pro eo quod sanctus martyr Scubilius, qui Aurelianis „ iuxta corpus S. Aniani honorifice sepultus est, a paganis „ pro Christi nomine decollatus est, aliud celebratum est „ miraculum. Alius prope Pithiverim vinculis carceris „ absolutus est. Ex villa Rupeforti luminibus orbatus „ claritudinem incurrit. Ex Nova villa a spiritu nequam „ agitatus liberatus est. Iuvenis alius, Landricus nomine, „ in panis consecratione ex ulceribus quae habebat sani„ tate donatus est. „ Iam vero quattuor haec ultima miracula in libello nostro eodem ordine leguntur, ita ut eorum primum tempore Isembardi episcopi dicatur accidisse; sed tria prima, quae Sausseyus commemorat, iam desunt. — (4) Vid. initia cap. 2 : *Sub eodem namque tempore*; cap. 3 : *Non post multum vero tempus*; cap. 4 : *Iisdem fere temporibus*. — (5) Cf. *Gallia christiana*, t. VIII, col. 1437 ; DEVAUX, op. c., p. 58 (= ANNALES, t. IV, 1886, p. 125-26). — (6) Cf. prologi verba : *Beatissimi namque confessoris et levitae Laeti hodierna die sollemnitas excolitur*. — (7) Cf. ibid. : *Qui licet generaliter ab omnibus...* — (8) Pro omnibus satis erit attulisse MABILLON, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 614, num. 5; RIVET, *Hist. litt. de la France*, t. VII, p. 344. — (9) *Les Saints de Micy*, in ANAL. BOLL., t. XXIV (1905), p. 65-71. — (10) Ed. ibid., p. 98-103; cf. p. 61-65.

sedecim

A sedecim in monasterio transactis, ad Miciacense monasterium migrat in eoque eodem modo a S. Maximino abbate excipitur; uterque cum S. Avito, qui cellario monasterii invigilabat, init amicitiam; uterque ianitor monasterii constituitur; uterque cum S. Avito furtim in abditissima Secaloniae loca fugit ac postquam, mortuo Maximino, Avitus ad monasterium a fratribus reductus est et in locum defuncti abbatis suffectus, uterque fuga ab iis elapsus alium eremum petit et in loco qui dicitur Viatoria vitam solitariam usque ad obitum ducit; quo tempore uterque daemoniacum liberat aliosque aegrotos sanat.

paucissimis rebus mutatis,

8. Diceres profecto ovum ovo non esse similius, nisi in tribus inter se dissiderent Vitae, in quibus non poterant non dissidere, hoc est 1° in nomine sanctorum, cum altera Vita sit S. Viatoris, altera S. Laeti; 2° in die obitus; fieri siquidem nequibat ut quo die defunctus esse traditur S. Viator, diem dico 16 octobris, eodem etiam S. Laetus mortuus esse diceretur, cum alio die, hoc est 5 et 6 novembris, festum S. Laeti sollemniter celebraretur; 3° in loco in quo sancti ultimos vitae
B annos egerunt atque mortem obierunt; diversis enim in locis Viatoris et Laeti corpus saeculo X asservabatur, uterque autem ibi mortuus esse ferebatur, ubi corpus tum aderat. Unde factum est ut Viator quidem in Viatoria quiesceret et coleretur, qui locus trans Ligerim, ab Aureliano ad meridiem, in ultimis Secaloniae finibus situs est (Saint-Viâtre, alias Tremblevif, dép. Loir-et-Cher, arr. Romorantin, cant. Salbris), Laeti autem ultima mansio, etsi Viatoria etiam ab auctore Vitae dicitur, cis Ligerim versus septemtrionem esset quaerenda. His tribus, quae per se intelleguntur, accedunt pauca quaedam et levia, in quibus a Vita S. Viatoris recedit Vita S. Laeti; illud autem praecipuum atque notatu dignum, quod Viator quidem, cum Miciacense monasterium adiret, ibi S. Avitum repperisse dicitur, Laetus autem non Avitum solum, sed Avitum et Viatorem; ex quo, etiamsi non praesto essent argumenta, quibus res certo definiretur (1), iam indicium caperetur Vitam S. Viatoris in componenda Vita S. Laeti, non hanc in illa, compilatam esse et veluti exscriptam.

verbis tantum aliis iisque pluribus usurpatis,

9. Non satis autem fuit scriptori ut res a S. Viatore gestas in S. Laetum transferret; verum ipsa verba, quibus res illae narrabantur, labori parcens saepe sua fecit, ita tamen ut ab his recederet tum ut longiore oratione eadem argumenta persequeretur, tum ut nimis humilem, ut aestimasse videtur, decessoris sui sermonem illis syllabis consonis ornaret, de quibus supra meminimus. Quod ut ostenderetur, in Vita mox edenda minoribus typis ea verba expressimus quae ex Vita S. Viatoris scriptor accepit; in quibus exscribendis si quid, ut fieri solet, ipse immutavit, diductis litteris indicavimus.

nullam habet auctoritatem,

10. Porro ex his satis superque intellegere est inter fontes historicos Vitam S. Laeti nequaquam recenseri posse. Unde ne illud quidem nobis constare potest, quod prius citra controversiam erat receptum, quo tempore sanctus noster vixerit. Quod enim illum tempore Clotarii Francorum regni seu, ut ait, imperii arcem tenentis (an. 511-561), Laetum effulsisse scriptor in initio asseverat, eundemque aequalem exstitisse sanctorum episcoporum Medardi (an. 530-545) et Germani (Parisiensis, circ. an. 555-576), id ideo fecisse videtur ut aliis verbis iisque, ut forsan ipse aestimabat, definitioribus, idem exprimeret, quod e Vita S. Viatoris acceperat, S. Viatorem — ac proinde S. Laetum — temporibus sanctorum Maximini et Aviti, hoc est in priore parte saeculi VI vixisse. Quod ut verum esse potest, ita solo testimonio huiusmodi Vitae satis testatum esse nemo prudens affirmabit. Unum certo constat, Laetum aliquanto saltem ante tempore obiisse, quam Usuardus martyrologio suo colligendo operam daret. Cetera obscura manent. Contra luce iam clarius solvi potest dubium quoddam, quod sub initio attigimus. Nullo nimirum negotio iam intellegitur cur S. Laetus, quem Usuardus presbyterum facit, a Vitae scriptore solo diaconatus officio decoretur. Illud enim inde manifeste accidit, quod S. Viator ultra diaconatum non processerat aut certe in Vita ipsius non ultra processisse dicebatur; quam Vitam in hoc etiam ita fideliter seu potius serviliter exscripsit S. Laeti laudator, ut incautus Usuardo contradicere videretur.

Auctore A. P.

ut neque constet quo tempore sanctus vixerit,

neque utrum monachus fuerit Miciacensis.

11. Cum autem exscripserit idem S. Viatoris Vitam etiam eo loco, in quo S. Laetum monasterii Miciacensis incolam fuisse dicit, multum abest quin solo ipsius testimonio vel certum, vel etiam probabile efficiatur reapse Laetum inter monachos Miciacenses vixisse. Num vero id aliunde probetur, mihi non omnino constat. Inter sanctos quidem Miciacenses recensetur, solo nomine prolato, S. Laetus in carmine quodam quod tempore Caroli Calvi conscriptum dicunt (2); verum praeterquam quod de aetate versiculorum, in quibus nomen Laeti comparet, superest dubium (3), illud insuper notandum est, inter sanctos illos saltem aliquos nominari quos numquam in monasterio Miciacensi degisse vix non certum est. Neque firmius argumentum inde sumitur, quod in Sermone de inventione corporis S. Maximini (BHL. 5281) scriptor quidam saeculi XI, dum Miciacensis abbatiae historiam antiquam recolit, inter Maximini discipulos etiam S. Laetum commemorat his verbis: Nec prorsus silet Belsica, illustrata in sancto viro nomine Laeto, quem nunc corpore castrum Piveris dicitur retinere. Haec enim deerant in fonte quem hic diligenter compilavit Sermonis scriptor, id est in opusculo quod de miraculis S. Maximini saeculo X extr. composuit Letaldus monachus (BHL. 5820, c. 4), atque ab ipso Sermonis auctore addita sunt. F
Porro illa inventio, quam in ultima parte Sermonis narrat, tempore Odolrici episcopi Aurelianensis contigit, atque ipse libellus si non post Vitam S. Laeti, certe vix ante ipsam conscriptus est; unde fit ut in his quae ipsa tempora S. Maximini respiciunt, et serum et futtile praebeat testimonium. Haec de ipsius sancti historia.

§ 2. De cultu S. Laeti.

Cultus est S. Laetus

12. Restat ut paucis praecipua loca indicemus, in quibus S. Laeti et reliquiae servatae sunt, et memoria propensiore fidelium cultu honorata. Sunt autem quattuor. Primus ille vicus est in quo sanctus vixisse et obiisse fertur et in quo certe reliquiae ipsius usque ad medium saeculum X quieverunt. Situs est in silva quam Laogium scriptor Vitae nominat, hoc est in " silva Aurelianensi " (4); sive autem vocabatur olim Viatoria sive secus (5), nunc certe nomen habet a sancto acceptum: Saint-Lyé vel

(1) Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 69-70. — (2) Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 81. — (3) Cf. ibid., p. 80. — (4) Forêt d'Orléans; cf. B. Guérard, *Polyptique de l'abbé Irminon*, t. I (1844), p. 83. — (5) Vid. supra, num. 8, et *Anal. Boll.*, t. c., p. 67.

AUCTORE A. P.

in loco cognomine Saint-Lié;

vel Saint-Lié (dép. Loiret, arr. Orléans, cant. Neuville-au-Bois). Etsi ex hoc vico corpus S. Laeti saeculo X in castrum Pitverense delatum est, inde tamen anno 1664 pars eiusdem exigua in pristinum locum est reportata (1). *De quibus videsis opusculum a Claudio Proust, qui haud procul a Saint-Lyé eremiticam vitam ducebat, anno 1694 editum :* La Vie de saint Lié, solitaire de la Beausse. *Orléans MCCXIV (immo MDCXCIV), in-8°, praesertim p. 81 sqq.*

in oppido Pitverensi, dioecesis item Aurelianensis;

13. *Ab hoc vico ad oppidum seu castrum Pitverense (Pithiviers) delatum esse S. Laeti corpus non semel meminimus. Docet autem Vita S. Laeti (c. 10) delatum esse tempore Ermenthei episcopi († c. 974), qui saltem ab anno 956, forsan autem aliquot annis antea Aurelianensem sedem tenuit. Cuius translationis conscripta est historia vel certe brevis memoria, quam alii anno 1044 periisse asseverant* (2), *alii medio saeculo XVIII etiamtum superfuisse testantur* (3); *nos vero, litteris ad decanum Pitverensem datis, inquisivimus num adhuc in archivo ecclesiae vel alibi in civitate servaretur;*
B *verum respondere neglexit vir reverendus. Translatione peracta, matrona quaedam, Alvisa nomine, Rainardi quondam coniux et Odolrici episcopi mater,* canonicalem in honore sancti Georgii sanctique Laeti confessoris atque levitae basilicam in praefato oppido (*Pitverensi*) construxit (4). *In qua saeculo XI quaedam miracula acciderunt, ex quibus quattuor complectitur libellus post Vitam S. Laeti infra edendus* (5). *Porro " cum pretiosi „ levitae et confessoris Laeti venerandae reliquiae... „ multis saeculis in hoc templo Divi Georgii „ Pithyveriensis theca argentea integrae, Deo O. M. „ servi sui merita signis et miraculis approbante, „ iacuissent, actum est ut anno Domini MDLXII „ ab impiis et catholicae reipublicae cruentissi- „ mis haereticis, qui Huguenoti vocabantur, capto „ vi oppido hoc, sacrisque templis spoliatis ac „ multis Christi sacerdotibus impie occisis, ipsae „ etiam sacrae reliquiae super pavimento templi „ conspersae forent; inde a piis et christianis „ viris collectas in nova theca, annuente Aure- „ liano pontifice, Ioannes Gouin huius sacri col- „ legii cantor et canonicus reposuerat. Anno „ Domini MDLXVIII iterum ab ipsis miserabi-*
C *„ liter dirutum et omnino spoliatum est hoc tem- „ plum, ipsis denique sacris reliquiis flammis „ iniectis, quas inde semi combustas, ut facile „ videre est, a vere piis hominibus ereptus prae- „ fatus Ioannes Gouin hac levi et vili arcula pro „ temporis calamitate reposuit eodem anno. „ Ita instrumentum ab ipso Ioanne Gouin subscriptum* (6), *quod anno 1664 in arcula illa inventum*
est, cum iubente episcopo aperta esset, ut de reliquiis, quae supererant, pars aliqua parocho vici Sancti Laeti dono daretur (7). *Vix non praetermittendus est tandem hymnus, qui cani solebat " in ecclesia collegiata D. Georgii Pithverensis, in festo sanctarum reliquiarum in eadem ecclesia quiescentium „, cuiusque apographum inter maiorum nostrorum schedas reperire est in codice Bruxellensi 8933-34; est enim idem prorsus hymnus qui alias de SS. Hermelando et Baldo canitur* (8), *nisi quod in quinta strophe pro versiculo* Hermelande pie Baldeque beate *scriptum est :* O Georgi pie Laeteque beate. D

in Villa Dominica prope Remos,

14. *Tertius locus non iam in dioecesi Aurelianensi, verum in Remensi positus est. In monte enim a Remensi civitate non ita remoto, intra fines vici, qui Villa Dominica pridem dictus est (Villedomange, dép. Marne, arr. Reims, cant. Ville-en-Tardenois), tradunt a Iacobo Iuvenale de Ursinis, archiepiscopo Remensi, ecclesiam parochialem nomine S. Laeti dicatam parte quadam reliquiarum illius sancti, quas decessor illius Reginaldus Carnotensis Remos Aurelianis asportasse dicitur, anno 1444 esse locupletatam, id est osse* E
aliquo de brachio sancti confessoris; quae reliquiae inde ad ecclesiam ipsius vici Villae Dominicae anno 1512 feruntur translatae, et quidem ita ut aedes sacrae in monte exstructae simul titulo parochiae orbatae simplex sacellum censerentur. Utrobique tamen, tum in hoc sacello, tum in ecclesia vici, quae iam facta est parochialis, non desiit coli S. Laetus, olim non sine superstitionis vitio, cum non raro, frustra deterrentibus Remensibus archiepiscopis, ad sacellum S. Laeti deferrentur partus mortui ibique baptizarentur (9).

in qua prius pro eo honoratus esse videtur

15. *Unum tamen est, in quo paucis immorandum censemus. Monuerunt etenim non semel viri docti multo ante tempore quam reliquiae S. Laeti anno 1444 ecclesiae Villae Dominicae donarentur, iam S. Laeto sacram fuisse illam ecclesiam. Sic, ut alia omittam, in polyptico Remensi saec. XIV composito legitur :* Capellania fundata in perrochia de Villa Dominica in honore B. Leti, quo nullum celebratur officium ecclesiasticum, licet in ipsa confluat multitudo peregrinorum, et inde recipiunt homines dicte ville magnum emolumentum (10); *sic anno 1394 et 1396 vir suo tempore non* F
ignobilis Iohannes de Varennis se pauperem sacerdotem et indignum montis incolam Sancti Leti, *se* pauperem peccatorem S. Leti, *se* in monte Sancti Leti residentem *dicebat* (11) *et ab aliis " sanctus homo sancti Laeti „ vocabatur* (12). *Porro quamquam saepe accidit ut sanctus aliquis ibi colatur ubi nullae sunt ipsius reliquiae, mirum*

(1) Cf. infra, num. 13. — (2) J. DEVAUX, op. c., p. 68 (= ANNALES, t. IV, p. 297). — (3) *Martyrologium sanctae Autisiodorensis ecclesiae* (Autisiodori, 1751), p. 291 : " Instrumentum translationis authenticum adhuc servatur in archiv. capituli Pithiverensis „. Translatio die 6 octobris 943 facta esse dicitur ibid., p. 290; quod utrum ex coniectura an ex instrumento illo acceptum sit, non est definire. — (4) Ita in Vita S. Gregorii episcopi Nicopolitani, quae medio saeculo XI conscripta videtur. Perperam in editione sua pro *sancti Georgii* scripserunt maiores nostri (*Act. SS.*, Mart. t. II, p. 463, num. 7) *sancti Gregorii*, opinatique sunt alterum basilicae patronum esse S. Gregorium Turonensem. Constat enim illum fuisse S. Georgium, atque is in editione Caroli Sausseyi reapse nominatur (*Annales ecclesiae Aurelianensis*, 1615, p. 759). — (5) Vid. supra, num. 3. — (6) Ed. a C. PROUST, op. c., p. 85-86. — (7) Vid. supra, num. 12. — (8) CHEVALIER, *Repert. hymnol.*, 18610. — (9) Quibus de rebus qui plura nosse cupiat, adeat POVILLON-PIÉRARD, *Tableau historique, statistique et topographique de la montagne de Saint-Lié, et des villages de Villedomange et de Sacy*, in ANNUAIRE OU ALMANACH DU DÉPARTEMENT DE LA MARNE POUR L'ANNÉE 1828, p. 21-57; H. JADART, *Saint-Lié, Villedomange et Jouy. Notices sur les curiosités historiques et artistiques de leurs églises*, in BULLETIN DU DIOCÈSE DE REIMS, t. XIV (1881), pp. 1-3, 49-50, 109-110, 121-26, 193-97 (inde seorsum, Reims, 1881, in-8°, 16 pp.), et novis curis auctum in TRAVAUX DE L'ACADÉMIE NATIONALE DE REIMS, t. LXX (1881), p. 320-53. Cf. Dom Albert NOEL, *Notice historique sur le canton de Mézières* (Paris-Reims, 1879), p. 92. Vid. etiam *Office de Saint-Lié confesseur non-pontife, à l'usage du diocèse de Reims, en latin et en françois, pour la paroisse de Villedomange, dont il est patron*. Reims, 1728, in-12, 88 pp.; et iterum, quibusdam additis : *Office de saint Lié confesseur non-pontife, en latin et en français, pour la paroisse de Villedommange près Reims*. Reims, 1805, in-12, 98 pp. — (10) P. VARIN, *Archives administratives de la ville de Reims*, t. II (Paris, 1843), p. 1054. — (11) Cf. *Ioannis Gersonii opera* (Antwerpiae, 1706), t. I, col. 905; t. II, col. 843, 846, 855, 860. — (12) FROISSART, *Chroniques*, lib. IV, c. 37 [al. 58], ed. KERVYN DE LETTENHOVE

tamen

S. Leo abbas Mentuniacensis; tamen est in dioecesi Remensi sanctum quendam Aurelianensem, illumque non valde illustrem, ita honoratum esse, ut locus ab ipso nomen acciperet antequam ipsius reliquiae illuc deferrentur. Atqui hic subit suspicari ante annum 1444, quo reliquiae delatae sunt, non Laetum nostrum fuisse ecclesiae illius patronum, sed S. Leonem, abbatem olim Mentuniacensem in propinquiore dioecesi Trecensi (1), cuius sancti nomen decursu temporis ita mutatum erat, ut saeculo XII Saint Lei vel San Liet, saeculo XIV Saint Lié diceretur (2), hoc est S. Laetus. Certe sic opinatus est Guilelmus Marlot (3), qui dum historiam colligit S. Romani, abbatis Mentuniacensis ac dein episcopi Remensis, haec docet: " Sanctus Leo Romani [in Mentuniacensi coenobio] successor, vulgo Saint Lié, legitur in martyrologio Remensi: 8 calend. iunii in territorio Tricassino depositio sancti Leonis confessoris et monachi, habetque sat elegantem basilicam in summo montis vertice, quo Durocortum arcuatim cingitur versus occasum, et quidem ea parte qua altius sese erigit supra B Curtem Dominicam [= Villedomange], nam paulo post declivior est et sensim inclinat; erectior hic vertex, ubi sacellum, mons Sancti Laeti communiter vocatur, distatque duabus leucis a Durocorto ". Conicimus ergo, similitudine nominum vulgarium deceptos esse vel incolas, vel ipsos Remenses, ut illum sanctum Liet seu Lié existimarent esse S. Laetum Aurelianensem, non Leonem Mentuniacensem, atque hac falsa opinione factum esse, ut ab archiepiscopo Remensi ad Villam Dominicam dono mitteretur aliquid ex reliquiis quae paulo prius ab Aurelianensium partibus Remos erant allatae. Multo autem magis decepti sunt incolae quando, ut saepe alias factum est, sanctum illum Lié, — sive Laetum, sive Leonem, — qui apud ipsos colebatur, non iam alienigenam quendam, cuius reliquiae illuc advectae essent, verum hominem indigenam Villae Dominicae fuisse commenti sunt, qui ibidem diaconi officia gessisset et post mortem in ecclesia parochiali esset sepultus (4).

demum in vico Mohon, 16. Alter denique vicus dioecesis Remensis, videlicet Mohon (dép. Ardennes, arr. et cant. Mézières), non solum S. Laetum insigni devotione prosequitur, verum ipsius corpus vix non totum se possidere C gloriatur. Utrumque pluribus verbis explicatum habemus 1° a quodam monacho O. S. B.: La vie de Saint Lié confesseur recueillie par le R. P. D. D. S. A. R. D. L. D. C. Charleville, 1675, in-16; 2° a Francisco Wahart, parocho Mohoniensi, in litteris die 9 iunii anni 1750 ad maiores nostros scriptis, de quibus Act. SS., Sept. t. IV, p. 142 E (5); 3° anno 1805 in Office de S. Lié..., de quo supra num. 14; 4° annis 1870 et 1887 a ven. viro Noiret, olim parocho Mohoniensi: Saint Lié, son histoire et son culte. Mézières, 1870, in-12, 48 pp.; 2ª ed. Charleville, 1887, in-12, 45 pp. In quibus haec asseverata leguntur: reliquias S. Laeti, quin etiam ipsius corpus tantum non integrum (6), ex Pitverensi castro, curante nescio qua principissa de Castello Reginaldi (7), in has partes advectum atque ab illa principissa ideo Mohoniensi ecclesiae datum esse, quod esset illa pulcherrima omnium ecclesiarum quae in ipsius terris constructae essent; translationis illius festum quotannis die 2 ianuarii celebrari; anno 1544, cum sancti reliquiae in novam capsam essent transferendae, recognitionem illarum esse factam; in novam autem capsam repositum non esse neque caput sancti, neque os quoddam brachii, quae in duobus reliquiariis in similitudinem capitis et brachii fabricatis sint inclusa; anno 1607 erectam esse confraternitatem S. Laeti a romano pontifice Paulo V et concessas indulgentias omnibus huic nomen daturis, ut ex bulla constat (8); Vitam et officium S. Laeti composita esse a R. P. Flamanville e Soc. Iesu, qui Mohonii natus erat; festum S. Laeti die 6 novembris celebrari (9); confluere ad sacras E ipsius aedes magnam plebis multitudinem non hoc solum die, sed etiam feria secunda post Pascha et post Pentecosten (10) atque in crastino Natalis et Circumcisionis Domini.

AUCTORE A. P.

dioecesis item Remensis. 17. Sed et de cultu S. Laeti in hoc vico unum addere iuverit, iam anno 1523 ibi exstitisse quandam piam sodalitatem illi sacram, ut ex statutis ipsius constat, quae die 29 decembris huius anni ab ordinario Remensi approbata adhuc in archivo parochiae servari videntur (11). Cetera nullam habent difficultatem; multam autem habent ea quae Mohonienses de reliquiis suis proferunt. Ut enim omittam haec ab ipsis quidem asseverari, verum nullo testimonio, nullo documento antiquo confirmari, quomodo vix non totum corpus illud habere possint Mohonienses, quod Pitverenses multo probabilius se ad annos 1562-1568 integrum servasse profitentur, quo tempore magna pars reliquiarum incendio periit, equidem non video. Neque veri est similior narratio quam de translatione harum reliquiarum proferunt, dum eas a quadam principissa de Castello Reginaldi Mohoniensibus suis pridem donata contendunt; etsi enim neque principissae nomen enuntiant, neque tempus definiunt, haec tamen antiquo tempore, et certe ante F annum 1544 facta esse volunt, quo anno in novam capsam reliquiae sunt repositae. Atqui non ante annum 1613 in potestatem principum de Castello Reginaldi venit Mohonium (12). Reliquiae igitur, quae in hoc vico servantur et honorantur, minime Laeti nostri, sed alterius cuiuspiam sancti esse crediderim. Si quis vero coniciat aliquas reliquiarum S. Laeti particulas de Villa Dominica Mohonium allatas esse (13), id fieri potuisse ultro concedam.

TENHOVE, t. XV, p. 133; cf. *Chronique du religieux de Saint-Denis*, lib. XIV, c. 19, ed. L. BELLAGUET, t. II, p. 126 (ibi locus vocatur *mons sancti Dierii*). — (1) De quo cf. *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 73-75. — (2) Vid. Th. BOUTIOT et E. SOCARD, *Dictionnaire topographique du département de l'Aube* (Paris, 1874), p. 148; cf. *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 748, num. 2. — (3) *Metropolis Remensis historia*, t. I (1666), p. 205; ID., *Histoire de la ville, cité et université de Reims* (Reims, 1845), t. II, p. 182-83. — (4) Cf. POVILLON-PIÉRARD, l. c., p. 55. — (5) Servantur hodie hae litterae in codice Bruxellensi 8933-8934. — (6) Aliquot tamen eiusdem sancti reliquias Pitveris remansisse et ossiculum unum in Villa Dominica prope Remos servari, liberaliter concedunt Mohonienses. — (7) Château-Regnault, dép. Ardennes, arr. Mézières, cant. Monthermé. — (8) Edita est bulla, quae die 1 martii prodiit, in *Vie de S. Lié* (1675), p. 71 sqq.; *Office de S. Lié* (1805), p. 15-17. — (9) Eodem die celebratur et apud Villam Dominicam. — (10) Iisdem diebus ad Sanctum Laetum de Villa Dominica conveniunt vicini populi. — (11) Cf. D. Alb. NOEL, *Notice hist. sur le canton de Mézières*, p. 92. — (12) Cf. NOEL, l. c., p. 91. — (13) Ita NOEL, l. c., p. 92; qui anno 1619 id factum esse docet. Certe hoc anno aperta est in Villa Dominica arca reliquiarum. Utrum documento aliquo noverit R. P. Noel reliquias S. Laeti tunc inde esse desumptas, an id coniectura sit assecutus, nescio.

VITA

VITA D

VITA SANCTI LAETI

Edita ex codicibus **1.** *Parisiensi 11885;* **2.** *Carolopolitano 59;* **3.** *apographo Bruxellensi 8933; collata cum editione Ioannis a Bosco* (= **B**). *Cf. Comm. praev., num. 2, 3.*

[1] **Vita beatissimi levitae Laeti confessoris, cuius festivitas celebratur octavo idus novembris.**

Prologus. Cum[2] multorum diversitate facinorum humana miserabiliter quatiatur infirmitas, necessarium est omnimodis, quatenus, multiplicatis auxiliatorum copiis, proteratur immanitas subdolae infestationis. Quod fieri facilius poterit, si contra multiformis nequitiae persuasores dirigamus perseverantes in prece caelestis militiae proceres, qui quod poscunt, tanto impetrant velocius,
Malach. 4, 2. quanto soli iustitiae, abiectis saecularium desideriis,
B riis, dinoscuntur inhaesisse liberius. Quid enim fidelis dominus servis denegavit[3] fidelibus? aut quando benignus benignam dimovit[4] aurem ab eorum precibus? Quicumque namque per aliquem superni solii assessorem summo Imperatori preces allegavit, laetatus est postmodum sese percepisse quicquid[5] fideliter expetiit. Hanc itaque certitudinem spei et nos[6] habentes, carissimi, veneremur martyrum certamina, collaudemus confessorum pietatis opera, ut qui peccando aeternae[7] claritatis amisimus palatia, ad eadem redeamus, patrocinantibus sanctorum meritis, peccaminum condonati[8] venia. Qui licet generaliter ab omnibus sint excolendi, specialius tamen et quasi quodam privilegio honoris oportet impendi singulis obsequelae diligentiam[9] singularis, ut[10] quorum corporum vel reliquiarum in propriis ecclesiis perfruimur praesentia, eorum indubitanter praesumamus sperare, si ad obsequium pigri non sumus, subsidia. Quod quamvis cotidie fidelibus expediat devote persolvere, maxime tamen in ipso[11] sanctorum gloriosi natalis die, adiuncta etiam bonorum operum humillima exhibitione. Sed iam, omissa generali propositione, ad
C id revertamur, quare ista libuit praelibare. Beatissimi namque confessoris et levitae Laeti hodierna die sollemnitas excolitur, in qua, noxialibus[12] devictis illecebris, meruit ascisci[13] solio aeternae sublimitatis. Huius ergo ad obsequium, se hilarem exhibeat turma fidelium, intellegens certissime, si devota exstiterit[14], hunc sibi adiutorem in necessitatibus affuturum. Clericorum non sileat officium, ut quem Deus elegit in clerum[15], mereantur[16] habere patronum. Largius solito caterva sustentetur pauperum, sentiens in tanto patre et praesentis remedii et futuri solamen inesse. Cuius virtutum insignia si quis plenius vellet explicare, et fabulosus crederetur relator, et per prolixitatem narrationis fastidiosus redderetur auditor. Quod ne fiat, plurima omittere, pauca, secundum quod Deus dederit, decrevimus disserere.

1. (1) In[1] tempore igitur[2] Clotarii Francorum imperii arcem tenentis effulsit mundo Laetus confessor venerabilis, sanctorum Medardi et Germani pontificum contemporalis[3]. Qui quodam praesagio futurae religionis, ortus exstitit religiosis parentibus, mox futurus et[1] ipse religiosus. Cuius[4] pater bene vocatus est Syricus[5] utpote geniturus mundo perspicuum sidus. Hic vero[6] ab ipsa pueritiae[7] suae aetatula semper frequentans catholicae ecclesiae limina, desideravit monasterium, dilexit monachos, amavit prae omnibus Christum. Qua de causa meruit in[6] eorum censeri numero de quibus Dominus loquitur in evangelio : *Sinite pueros*[8] *venire ad me et nolite eos prohibere*[9]. *Talium est enim regnum caelorum*[4]. Cum ergo esset annorum duodecim, et pasceret oves patris sui, videns haud procul habitationem monachorum, relicto grege, oblitaque cognatione parentum, festinus tetendit ad monasterium. Moxque inspirante sancto Spiritu, ad pedes corruens abbatis, qui praeerat fratribus, Triecii[10] lacrimabiliter dicere coepit : " Domine „ abba, suscipe miserum, redime captivum, „ ostende benevolentiam, praesta mihi caritatem. „ Considerans enim quam[11] nulla sunt[12] quae „ temporalibus subiacent casibus, peto paternitatem tuam, ut iubeas ecclesiasticam mihi tonsuram imponi, et monasticam facias regulam doceri, „ quatenus, prosperante Christo, eundem agonem „ sanctitatis valeam vobiscum aggredi. „ Tunc prudens pater, sinceritatem cordis eius animadvertens et simplicitatem eius intellegens, elevavit eum a terra, dicens : " Unde es, fili, et quod est „ nomen tuum? „ Cui perfusus lacrimis et manus deosculans, ait : " Ex patria Biturigensi duco, „ domine mi, generis principium, et est mihi „ Laetus vocabulum. „ Senex autem alludens nomini : " Merito censeris tali vocabulo, „ inquit, „ quoniam procul dubio adepturus es sempiternam laetitiam propter perfectam hodierna die „ conversationem[13] tuam. „ Quem sine mora suscipiens in monasterium[14], instruxit quasi bonus pater innocentem filium, patenter ei ostendens quod nihil melius sit quam timor Dei, et nihil dulcius quam bene vivendo exsequi mandata eius.

S. Laetus duodecennis monasterium ingressus, Vita S. Viatoris, c. 1. — Matth. 19, 14. — F

2. Post haec autem, attonsus[1] in clerum, suscepta etiam monastica professione, in brevi psalterium didicit et quicquid ecclesiasticus ordo exposcit[2], ita ut videretur praecellere quos ante multis annis exercuerat ingens studium disciplinae. Neque in eo laboravit magister, quem sibi sacrarium paraverat Spiritus sanctus, magisterii

ibidem factus monachus Vita S. Viatoris, c. 1.

Prologus. — [1] Hic incipit *add.* 1; Vita beati Leti conf. Obiit octavo ydus novembris 2; Vita beati et gloriosi conf. levitae Laeti 3. — [2] *Totum prologum om.* 2, 3. — [3] denegabit *B.* — [4] dimovebit *B.* — [5] quod *B.* — [6] vos *B.* — [7] interne 1. — [8] condonata *B.* — [9] diligentia 1. — [10] et *B.* — [11] ipsorum *B.* — [12] noxilaeilibus *B.* — [13] assisti *B.* — [14] fuerit *B.* — [15] clericum *B*; hunc *add.* *B.* — [16] mereatur *B.*

1. — [1] *om.* 3. — [2] *om.* 2, 3, *B.* — [3] contemporaneus *B.* — [4] (Cuius - caelorum) *om.* 3. — [5] Siricus 2; Ciricus *B.* — [6] *om.* *B.* — [7] infantiae *B.* — [8] parvulos *B.* — [9] (et n. e. p.) *om.* *B.* — [10] (a. q. p. f. T.) a. T. q. p. f. 3. — [11] quoniam *B.* — [12] sint 2. — [13] (h. d. c.) ad Deum conversionem 3. — [14] monachum *B.*

2. — [1] intonsus 2. — [2] (o. e.) deposcebat ordo *B.*

(1) Capitulorum divisionem, quae in codicibus nulla est, eam servamus, quam instituit primus editor.

princeps,

A

Vita S. Viatoris, c. 1.

princeps. His vero peractis, gratias referens abbati, huiusmodi usus est verbis : “ Tu es sapientissimus catholicae fidei doctor et fidelissimus christiani exercitus ductor, qui te sequi volentes, deducis ad patriam caelestem; acquisisti animam Deo, quae iam demersa malitiosi saeculi pelago sese addixerat totius malitiae principis dominio [3]. „

Ibid., c. 2.

In hoc itaque degens monasterio, insistebat ieiuniis, et spiritualibus vigiliis; oratione assiduus, castitate perspicuus, sobrietate praecipuus, super omnia humilitatem servabat [4] attentius; et [5] si quando fratres usque ad horam nonam ieiunarent, ille ieiunium usque ad alterum protendebat diem. Cibum vero quem a monastico accipiebat praeposito [6], latenter egentibus procurabat tribuere, saepiusque veste sua exutus, nuditatem eorum studebat operire. Et ad instar beatissimi Martini, illos vestiendo et semetipsum exspoliando, seminudus non erubescebat incedere. Immo [7] luctamen contra malignos spiritus sumens nulli rerum labentium delectationi sese applicuit [8], superans in virtute Spiritus sancti quicquid nefandae voluptatis malignus spiritus eius animo administravit [7].

B

atque diaconus sedecim annis religiose degit.

Quae fratres videntes nimia invidia ducti, alii ex inani iactantia, alii vero [5] ex simul tatione [9] asserebant haec ab eo fieri. At vero spiritualis abbas in eo caeleste lumen conspicatus nitescere, clam coepit eum diligere, ac provectum per singulos gradus, diaconii sublimari fecit honore. Permansit autem in ipso monasterio cum fratribus sexdecim annis, serviens Deo tota puritate mentis, excrescebatque in eo magis magisque [5] gratia supernae virtutis.

Ab invidis fratribus

Vita S. Viatoris. c. 2.

3. Tunc demum maioris invidiae facibus accensi [1] nequam fratres in [2] eius [2] calumniam [2], instigante diabolo, proruperunt [3], abbati Triecio dicentes : “ Noscat [4], domine, tua prudens paternitas quia quod videtur facere istius impostoris fatuitas, non agitur perfectae operationis virtute, sed potius simulata religione. Occultat enim pravitatem cordis sub habitu sanctitatis. Utrum vero ita verum exsistat [5], ut dicimus, experimento tibi poterit esse oboedientia iniuncta [6] ei in pascendis pecoribus. Tali [7] enim modo, si quod iubes non [7] renuerit, et infuscata eius simplicitas apparebit, et suspectioni [8], quam de eo habemus, satisfecerit [9]. Neque enim diutius nos decet nescire, quid sibi velit propositum eius imperitiae. Eice ergo eum a monasterio, et pergat [10] in desertum, parens tui [11] imperio. „

C

in solitudinem abductus

Haec quoque [12] et alia huiusmodi saepius replicantes invidi [13] coram patre monasterii, tandem impetraverunt [14] crebra [15] persuasione [13] ut delegaretur pretiosus levita pascendo gregi [16] in solitudine. Quod negotium ille gratanter suscipiens, petivit sibi dari [17] ducem [18], qui gnarus [18] locorum [18] eum perduceret usque [13] ad gregem. Factumque est consilio divinae providentiae, ut mitteret pater quosdam ex [18] illis [18] fratribus [18] cum illo, qui eum accusaverant, quatenus videntes virtutum miracula, quae Deus per servum suum operari disposuerat, ab invidia desisterent, aut non desistentes [19] videndo tabescerent [20].

VITA

illos a ferarum morsu defendit,

Vita S. Viatoris, c. 3.

Pergentibus autem illis per desertum solitudinis [18], occurrit in [18] itinere [18] multitudo bestialis [21]. Quam [22] cum vidissent qui [23] cum illo venerant, timore perterriti dixerunt ei : “ Fugiamus et [24] quantocius domum redeamus, ne forte facti praeda ursis moriamur in locis silvestribus [24]. „ Quibus ait sodalis fidissimus : “ Nolite [25], fratres, metuere [26]. Potens est enim Dominus nos tueri ab [13] illata [13] tentatione [13]. „ His dictis [27], cum fide magna ipse [2] quidem [2] in eodem loco substitit, nulla turbatus formidine. Vera [28] enim fides nescit timere. Verum fugientibus sociis opposuerunt se ex adverso bestiae iamiam paratae ad devorandum illos impetere [28]. Hoc [29] ut vidit Christi [13] athleta [13] Laetus, celerrimo [30] dexterae motu crucem dominicam illis a longe opposuit et [31] suspiciens in caelum dixit : “ Domine Iesu Christe, qui Danielem prophetam [13] de ore [32] leonum liberasti et tres pueros de caldaicis flammis illaesos abire fecisti, libera fratres meos a bestiali feritate [33] et subveniat illis cita [34] manus pietatis tuae [31]. „

E

Tunc illae bestiae, omni feritate deposita, deserentes praedam, quam iam invasisse videbantur, procubuerunt ad sancti viri vestigia [35] et [36] quasi [13] quodammodo paenitentiam agentes ex eo quod in eius comites molitae fuerant, veniam humiliter pro tanti reatus audacia postulabant [36]. Quod videntes hi [13] qui fugerant socii [13] redierunt ad socium tremebundi [37]. Quos [38] beatus Laetus laetabundo [39] confortans animo, hortabatur ut [40] fidem habentes in Domino, non desisterent sperare in eius auxilio, qui invocantibus se citissimam opem subventionis consuevit praestare [40].

Vita S. Viatoris, c. 4.

Denique post spatium horae feras iussit [41] ad latibula sua redire; sicque [42], quantum libuit, prostratas humi quasi [13] exanimes [13] tenuit et, quando voluit, abire permisit [42]. In quibus omnibus, praedicanda est Omnipotentis virtus, cui sapit [43] fatuitas et oboedit bestiarum feritas.

patratisque aliis miraculis,

Vita S. Viatoris, c. 4. Act. 3, 3-6.

4. Ceterum [1] beatus Laetus et collegae eius, coeptum iter peragere aggredientes [2], venerunt ad quendam vicum, ubi [3] erant caeci et claudi commorantes. Qui audientes eos transire, rogabant ut aliquid acciperent elemosynae. Quos [4] intuens vir magnae pietatis, hac usus est responsione [5] : “ Argenti et auri non est nobis copia, unde vestra possit relevari inopia; attamen caritas quod habet praestat. „ Illi autem suspensi, quidnam dare velit, manus protendebant [6] ad [7] eleemosynam [7] iam [7] taciti. Tunc beatus Laetus misericordiae fervens spiritu, oravit [8] ad Dominum perfusa facie lacrimarum fletu : “ Domine [9] Iesu Christe, „ inquiens, “ fons ab indeficienti fonte profluens, qui discipulis tuis dixisti : *Petite et dabitur vobis,*

Matth. 7, 7.

[3] (p.d.) principi *B.* — [4] servans *B.* — [5] *om. B.* — [6] proposito 1, 2. — [7] (Immo - administravit) *om.* 3. — [8] dedit *B.* — [9] stultitia *B.*

3. — [1] (f. a.) aculeis stimulati *B.* — [2] *om.* 3, *B.* — [3] prorumpunt *B*; (proruperunt - replicantes) *om.* 3. — [4] Sciat *B.* — [5] sit *B.* — [6] iuncta *B.* — [7] (Tali - non) Quam si *B.* — [8] suspitioni *B.* — [9] satisfiet *B.* — [10] vadat *B.* — [11] tuo 2, *B.* — [12] (H. q.) Quae *B.* — [13] *om. B.* — [14] a patre monasterii *add.* 3. — [15] *om. B*; et calumniosa *add.* 3. — [16] pecori *B.* — [17] dare 3. — [18] quippe qui erat locorum ignarus *add. B.* — [19] (n. d.) certe *B.* — [20] *Abhinc nonnisi summatim codicem 2 contuli.* — [21] bestiarum *B.* — [22] Quas *B.* — [23] (qui - ei) socii aiunt *B.* — [24] (et - silvestribus) citius *B.* — [25] inquit *add. B.* — [26] timere *B.* — [27] (H. d.) Et ipse quidem *B.* — [28] (Vera - impetere) Illis vero fugientibus, occurrunt ferae praedam ex ipsis facere gestientes *B.* — [29] Quod *B.* — [30] celeri *B.* — [31] (Et - tuae) orans Deum ut fratres suos a bestiali feritate liberaret 3. — [32] lacu *B.* — [33] (a b. f.) ab his bestiis *B.* — [34] cito *B.* — [35] (p. ad s. v. v.) venientes ad pedes viri Dei procumbunt *B.* — [36] (et - postulabant) *om.* 3. — [37] (r. ad s. t.) ad eum t. redeunt *B.* — [38] etiam *add. B.* — [39] hilari *B.* — [40] (ut - praestare) sperare in Dei auxiliis, qui inv. se in veritate cit. op. subv. cons. pr. 3; fideliter sperare in Domino, qui se invocantibus in veritate semper adest *B.* — [41] iubet *B.* — [42] (sicque - permisit) *om.* 3. — [43] sancta famulatur *B.*

4. — [1] (Ceterum - eius) Igitur Laetus cum suis sociis *B.* — [2] (i. p. a.) peragentes iter *B.* — [3] (ubi - commorantes) in quo commorabantur caeci et claudi multi *B.* — [4] quod 3. — [5] (h. u. e. r.) respondit *B.* — [6] protendunt *B.* — [7] *om. B.* — [8] (oravit - fletu) facie lacrimis perfusa oravit *B.* — [9] (Domine - virtutis) *om.* 3.

VITA

„ *quaerite et invenietis, pulsate et aperietur vobis,* „ concede mihi famulo tuo in nomine tuo petenti, ut „ omnes hi per invocationem tui nominis sentiant „ dona tuae virtutis [9]. „ Mox [10] autem [10] completa [11] oratione, apponens singulis signum vivificae crucis, promeruit ut turba illa discederet incolumis. Et [12] dum negavit praesentis victus solacium, praestitit ut sibi ipsi acquirerent quod negaverat, redditis officiis artuum [12]. Tunc [13] illi qui eius adhaeserant sancto comitatui, visis quae fiebant, admirati sunt nimis [13]; insuper et repentino timore correpti, in fugam sunt versi [14]. Nam [15] conscii suae malignitatis, formidabant comitari socium [16], quem noverant [17] accusasse saepius apud magistrum. Verum quantocius domum reversi nuntiant abbati mirabilia quae viderant, et [17] quomodo non valentes eius angelicum vultum ferre, ab eo aufugerant [18]. Senex autem, auditis virtutibus, obstupuit et cum magnae [19] admirationis vocibus [20], ubi eum reliquerant [21] inquisivit [22], videlicet se multum accusans, qui [23] eorum pravis [24] persuasionibus acquieverit et sub obtentu oboedientiae filium innocentem a se ire compulerit. Tum deliberato consilio, assumptis secum paucis fratribus religiosis, ipse ad requirendum fratrem iter instituit. Tandem vero veniens ubi eum compererat esse, mox ut vidit, prostratus humi veniam coepit postulare. Prostravit autem se et ipse. Iacebant utrique in terra, et nihil ab alterutro poterat audiri, nisi tantum : " Peccavi, „ ignosce mihi. „ Senior plorabat cum fratribus, venerabilis levita lugebat pro patre et fatigatis ad eum veniendo fratribus; ille [25] plangebat quod eum indiscrete pascendo gregi [26] delegaverit, hic dolebat quod [27] nondum mandatis eius, quia ignarus esset loci, parere licuerit [25]. Illis itaque persistentibus in hac devotione humilitatis, magnae spei Laetus compassus perseverantiae [28] senis : " Ignoscat, „ inquit, " tibi, pro cuius „ nomine ita humiliaris. „ Cumque pater respondisset " Amen „, surgunt de terra, accipientes pacis benedictionem. Nec mora, reducitur ad monasterium, quem timebant defugisse in [29] eremum. Fratres exsultant, quia meruerunt recipere fratrem signis sublimatum patentibus; doctor laetatur, quia [30] non est privatus discipulo, ipsis praeferendo doctoribus. Pestiferae aemulationis venenum versum est in eius devotionis obsequium. Unde contigit, ut qui ante ei detraxerant, mira veneratione resipiscentes ab invidia postmodum excolerent. Quae res in tantum ei displicuit, ut pro huiusmodi honore sibi impenso et assidua laudatione [31] fratres et locum voluisset deserere. Sed nesciens certius, quo [32] deberet gressum protendere [33], exspectabat quidnam [34] placeret de eo maiestati divinae.

Vita S. Viatoris, c. 5.

B

ad monasterium cum honore reducitur.

C

Mox ad Miciacense monasterium

Vita S. Viatoris, c. 6.

5. Eo igitur in tempore beatus pater Maximinus Miciacensi [1] monasterio praeerat, ad cuius sanctissimum magisterium multitudo maxima religiosorum monachorum confluxerat. Inter quos fulgebant nominatissimi venerabilis presbyter Avitus, et sanctus Viator diaconus. Beatus ergo Laetus admodum cupiens venerationis cultum effugere [2], audita fama virtutum [3] sancti Maximini discipulorumque eius, venit ad eos occulte, et procidens ad pedes sancti Maximini dixit : " Domine pater, comperiens clarissimam opinionem tui [4] quorundam non ambi- „ gua [5] relatione [6], adivi [7] caritatem tuam, oppido „ flagitans ut merear vobiscum habitare. „ Cui beatus Maximinus, comperto quis vel unde esset : " Non nobiscum, „ ait, " habitare poteris sine licentia „ tui abbatis. „ Quod cum [8] sanctus audisset Laetus, ilico respondit : " Si iubes, vadam, domine, ad „ abbatem meum, et accepta licentia revertar ad „ vos; obsecro ne tu [3] asperneris nos. „ Quem [9] tamen vir Domini Maximinus magno hospitalitatis studio, duabus hebdomadis secum detinuit in monasterio [9], et indubitanter [10] advertens simplicitatem eius, ait [11] : " Vade, frater, ad abbatem tuum et, „ accepta licentia, revertere ad nos. „ Tunc beatus Laetus in Domino laetatus, ad monasterium revertitur. Videns [12] autem eum abbas [13] Triecius et ceteri fratres prae gaudio coeperunt flere, quia sperabant illum aut in eremum, aut in aliquem locum defugisse, ut iam amplius non essent eum visuri. Quibus sanctus Laetus narravit omnia quae egerit et denudans quid haberet animi : " Fratres, „ inquit " carissimi et patres honorandi, obsecro ut detis mihi „ licentiam pergendi ad beatum Maximinum abbatem „ Miciacensis monasterii, quatenus cum illo aliquantulum temporis valeam conversari. „ Respondens abbas dixit : " Frater Laete, quid tibi „ peccavimus, ut nos velis dimittere? „ Ad haec beatus ille : " Nihil, „ inquit, " in me peccastis [14], domine; „ sed audiens ego infelix beati viri et discipulorum „ eius optimam famam, desidero cum eis aliquo tem- „ pore commorari per vestram licentiam [12]. „ Pater autem [15] metuens illum contristari, immo habitatorem eius Spiritum sanctum, quamvis invitus eum abire permisit, dicens [16] : " Egredere hinc, sicut „ tibi placet. Sit Dominus tecum, quocumque pro- „ tenderis [17] iter [16]. „ Tunc sanctus Laetus valedicens patri et fratribus, direxit gressum [18] ad beatum abbatem Maximinum velocius. Sanctus autem Maximinus, exsultans in Domino, eum suscepit in monasterio, confidens [19] quod simplicissimum animi eius affectum prosperum perduceret [20] ad effectum [19]. At vero venerabilis confessor Laetus, timorem Dei iugiter habens prae oculis, solito more insistebat ieiuniis orationibus atque vigiliis. Quod cernens sanctus Maximinus illum [21] diligebat familiarius, gloriosus autem Avitus sacerdos ac Viator collevita illius toto [22] amabant mentis affectu. Postquam ergo hunc omnes verum servum Dei esse manifestis ex indiciis conspiciunt [23], ei ianuam monasterii licet invito commiserunt.

transit;

E

F

Ibid., c. 7.

unde Vita S. Viatoris, c. 7.

6. Suscepta igitur humiliter eius [1] obedientiae cura, ab ecclesiastica improbe sibi incumbente familia multis insidiis et subsannatione agitabatur continua. Eius [2] quippe simplicitas ab indiscipli-

[10] *om.* 3, *B.* — [11] et completa 3; completaque *B.* — [12] (Et - artuum) *om.* 3. — [13] (Tunc - nimis) Qui vero sancto eius inhaerebant com. visis his multum admirantur *B.* — [14] (s. v.) vertuntur *B.* — [15] Quippe *B.* — [16] eum *B.* — [17] (noverant - et) se sciebant apud patrem saepius iniuste accusasse. Domumque reversi abbati nuntiant quae viderint mirabilia ac *B.* — [18] fugerint. — [19] magnis *B.* — [20] (c. m. a. v.) *om.* 3. — [21] reliquerint *B.* — [22] inquirit *B.* — [23] quia *B.* — [24] primis *B.* — [25] (ille - licuerit) *om.* 3. — [26] pecori *B.* — [27] quia *B.* — [28] perseverationi *B.* — [29] ad *B.* — [30] qui *B.* — [31] veneratione *B.* — [32] quonam *B.* — [33] dirigere *B.* — [34] quid *B.*

5. — [1] Mixiacensi *B.* — [2] (v. c. e) tantam e. venerationem *B.* — [3] *om. B.* — [4] tuam *B*; ac charitatem *add. B.* — [5] incerta *B.* — [6] (q. n. a. r.) *om.* 3. — [7] (adivi - flagitans) audiens obsecro *B.* — [8] (cum - ilico) audiens *B.* — [9] (Quem - monasterio) *om.* 3. — [10] (et i.) Cui beatus Maximinus 3. — [11] ei *add. B.* — [12] (Videns - licentiam) et accepta licentia ab abbate Triecio, quamvis aegre, sed 3. — [13] *om.* 1, *non vero* 2. — [14] peccatis 1. — [15] *om.* 3. — [16] (dicens - iter) *om.* 3. — [17] (p. i.) ieris *B.* — [18] (d. g.) iter dirigit *B.* — [19] (confidens - effectum) *om.* 3. — [20] posset perducere *B.* — [21] eum *B.* — [22] illum *add. B.* — [23] cognoverunt *B.*

6. — [1] huius *B.* — [2] (Eius - verentur) *om.* 3.

natis

[A] [*cum S. Avito in Secaloniam secedit.*] natis computabatur stultitia. Intentus namque soli internae dilectioni, dum minus foris ad terrena desideria [3] idoneus apparuit, continuo saecularium mentibus in despectum venit adeo [4], [Iob 19, 18.] ut illud cum beato Iob dicere posset : *Stulti despiciebant me, et cum ab eis recessissem, detrahebant mihi;* [Iob 30, 8-10.] et paulo post : *Filii stultorum et ignobilium, nunc in eorum canticum versus sum et factus sum eis in proverbium. Abominantur me, et longe fugiunt a me, et faciem meam conspuere non verentur* [3]. Verum ille aequanimiter ferens omnia, [I Petr. 3, 9.] nulli aliquando malum pro malo reddidit, vel maledictum pro maledicto restituit. Tentabatur [5] itaque et probabatur, fatigabatur conviciis et augebatur virtutum incrementis, recolens illud [Galat. 1, 10.] apostoli : *Si adhuc hominibus placerem, Christi servus non essem* [5]. Erat autem in monasterio, [Vita S. Viatoris, c. 7.] sicut praescriptum [6] est, Avitus presbiter sanctitate insignis, qui cellario, sicut et ipse praeerat ecclesiae ianuis. Et ut Scriptura refert, quia omne [Eccl. 13, 19.] animal simile sibi diligit, hi ambo foederati erant indissolubili vinculo caritatis. Qui de virtute [Psalm. 83, 8.] in virtutem progredi anhelantes illudque apostolicae scripturae ob amorem perfectionis sae- [II Tim., 2, 4.] pius perpendentes : *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus,* statuerunt apud se monasterium deserere, et eremum simul appetere [7], eo [8] vicelicet consilio ut, si unus laberetur, ab altero [Eccl. 4, 12.] fulciretur. Legerant enim quia funiculus triplex [Prov. 18, 19.] difficile rumpitur, et frater fratrem adiuvans exaltabitur [8]. Accenso [9] igitur divinitus fervore [Vita S. Viatoris, c. 7; cf. etiam Vita S. Aviti *BHL.* 881.] tantae devotionis et desiderio divinae contemplationis, discedentes a monasterio nocte, contulerunt se abditissimis locis Secaloniae [10], ibique diebus multis nulli hominum cogniti famulati sunt devotissime superno inspectori [11].

[*Avito Miciacum retracto,*] **7.** Post multum vero temporis, beato Maximino iam egresso ex rebus humanis, turba monachorum, quibus praefuerat, sanctum quaerere Avi- [Vita S. Viatoris, c. 7.] tum et beatum Laetum divino nutu iter accelerat [1]. Quibus tandem ex voluntate Dei repertis, gloriosus confessor Avitus contra voluntatem ipsius [2] ad monasterium reducitur et, iubente Aurelianensi pontifice, abbas efficitur. Beatus autem Laetus ab eis fuga elapsus, non potest explicari quanto maerore super destitutione tam cari sodalis afficiebatur. Non ut eum quasi solum eremi terreret [C] vastitas [3], quam adire concupierat; sed hunc talem ac tantum fratrem secum trahere et in via Dei socium habere exoptabat. Et [4] quia ad Deum tota mente tendebat, ne ad eum solus veniret, vehe- [Apoc. 22, 17.] menter ambiebat. Scriptum enim meminerat: *Qui audit, dicat : Veni.* At [5] vero cum tam devoto eius desiderio praedicta obsisteret monachorum congregatio, hos apud se recensebat versiculos : [Psalm. 54, 7, 8.] *Quis dabit mihi pennas sicut columbae, et volabo, et requiescam. Ecce elongavi fugiens et mansi in solitudine* [5]. Per solitudinem quippe [6] piae conversationis cum [6] vere [6] Israhelitis [6] properabat venire ad terram repromissionis, ut illud bene [7] [Hebr. 13, 14.] posset decantare apostoli : *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus* [4]. Disponens itaque rursus secedere in remotiora deserti [6], sancto Spiritu sibi praebente ducatum, Ligeris alveum transiit et ad locum, qui antiquitus [VITA] est Viatoria [8] appellatus, pervenit. Qui locus longissime [9] a civitate remotus, omni erat hominum habitatione destitutus. Sed et silva, quam Lao- [*Laetus in solitudinem silvae Aurelianensis fugit;*] gium [10] incolae vocant, hinc et inde tunc temporis circumfusa, nulla admittebat viatorum vestigia ; unde potius exsilium quam eremi videbatur praestitisse latibulum. Ubi exiguae quantitatis exstruens tugurium, vero ac vivo Deo propensius exhibere curavit devotae servitutis obsequium, solitariam agens vitam in eodem loco non exiguo spatio temporum [11]. Qui deinceps reliqua aetate sua nihil aliud in cibo novit praeter illud quod humus sponte protulit [12]. Praeterea [13] ipsam aquam, quam nulli mortalium naturae ratio vetat, statutis diebus cum mensura etiam accipiebat. Recolens namque priorem patrum laudabilis vitae propositum, quae legendo et audiendo compererat, toto nisu mentis adimplere studebat, iuxta [14] illud quod ait propheta : *Intellectus bonus omnibus facientibus eum* [14]. [Psalm. 110, 10.] Ideoque sitibundus, eorum virtutes aemulari satagebat [15], quorum exempla et institutionem didicerat. Sanctus [E] quoque Spiritus, cuius ille templum effici divinitus meruit, ei cooperator in omnibus exstitit. Unde quia tantum mansorem habere meruerit [16] [*in qua piis operibus deditus*] et angelicam vitam, in quantum humana fragilitas permittebat, imitari studuerit [17], liquet profecto, quod [18] idem vir Domini iure angelico aspectu simul et affatu perfrui meruerit. Quorum subnixus auxilio, vere fatendum est quod [18] interdum ipsa sui corporis claustra per celsitudinem contemplativae virtutis excesserit et ad speciem divinae visionis, quantum poterat [19] homo mortalis, pervenerit. Iustum etenim fuerat, ut eorum inhaereret collegio, quorum munditiae concordabat adhuc degens in saeculo. Mundanas siquidem illecebras spreverat, solum Dominum patrem sibi [20] acceperat et, ut verus levita, nihil terrenae hereditatis possidere curabat.

[*postquam daemoniacum liberavit*] **8.** Cum igitur ad videndam faciem Creatoris eius animus inardesceret, suae sacratissimae conversationis insigne tanto studio [1] laboravit occulere, quanto festinabat ad altiora virtutum promovere [2]. Et quoniam iustus in principio est [Prov. 18, 17.] accusator sui, ex humilitatis consuetudine se miserum consuevit appellare. Sed quanto plus [F] deiciebat se, tanto magis eum virtus sublimabat conscientiae; fugiens quippe gloriam, merebatur ampliorem ; quae videlicet virtutes prosequens, dum sui appetitores deserit, merito contemptores appetit. Hinc itaque contigit [3], ut beati Laeti gloria, quam occultando nolebat agnosci, divino nutu diu celari non posset, quatenus eius sanctitatis meritum plurimis fieret adiumentum. Cuius saluberrimae manifestationis causa salus exstitit cuidam daemoniaco per eum concessa. Is namque miserabiliter a daemonio agitatus nulla manebat in domo, sed paene illi similis evangelico per [Luc. 8, 27.] deserta et monumenta discurrebat huc illucque vagando. In [4] tantum enim inimicus hominum plasma Dei sibi fecerat obnoxium, ut quoscumque obvios haberet, morsu dentium, secundum quod valebat, appeteret [4]. Dum ergo tali peste

[3] ministranda *B.* — [4] *om. B.* — [5] (tentabatur - essem) *om.* 3. — [6] praefatum *B.* — [7] petere *B.* — [8] (eo - exaltabitur) *om.* 3. — [9] Accensi *B.* — [10] Segaloniae *B.* — [11] (f. sunt d. s. i.) manserunt d. i. s. famulantes *B*.

7. — [1] accelerant *B.* — [2] suam *B.* — [3] (e. t. v.) terreret heremus *B.* — [4] (Et - inquirimus) *om.* 3. — [5] (At - solitudine) Sed cum videret socium se habere non posse, solus *B.* — [6] *om. B.* — [7] vere *B.* — [8] Inatoria *B.* — [9] longe *B.* — [10] Logium 3, *B.* — [11] temporis *B.* — [12] profert *B.* — [13] (Praeterea - appetit, *cap. 8 in.*) *om.* 3. — [14] (iuxta - eum) *om. B.* — [15] (ae. s.) aemulabatur *B.* — [16] meruit *B.* — [17] studuit *B.* — [18] quia *B.* — [19] potest *B.* — [20] (sp. so. D. p. si.) spernens, Deum so. si. Patrem *B.*

8. — [1] studiosius *B.* — [2] provehi *B.* — [3] (H. i. c.) C. autem 3. — [4] (In - appeteret) *om.* 3.

detineretur,

VITA

Vita S. Viatoris, c. 8.

detineretur, placuit divinitati supernae, ut errabundus deveniret ubi vir Dei morabatur[5] in solitudine. Qui assistens ostio cellulae inclamare coepit eum, quasi notum haberet, ex nomine : " Levita „ Christi Laete, aperi ianuam hospitii[6], ut ad te „ valeam ingredi. „ Cogitans vero gloriosus confessor Laetus, ne forte esset aliqua spiritus tentatio maligni, — neque enim erat ibi solitus audire vocem hominum, — solo corpus stravit et orans[7] ad Dominum dixit : " Domine Iesu Christe, unici Patris „ unice, lux vera de vera luce, cuius providen„ tiam nemo potest fallere, ostende, quaeso, mihi „ misericors, quid sit istud quod audio[7]. „ Facta autem[8] oratione, exsurgens a terra, aperuit ostium cellulae ; statimque apertius se denudans coepit daemon per os hominis dicere : " Levita Christi „ Laete, parce mihi misero, orationibus tuis[9] igneis „ catenis iam ligato. Ex[10] quo enim coepisti orare, „ magis uror, quam videar urere. Figmentum Dei „ tui, quod temerarius invasi, fateor, deserere „ volo, sed nullatenus mihi permittitur absque „ tui[11] imperio[10]; detineor ad poenam, dum „ imperare differs ut exeam. „ Tunc sanctus Laetus

B intellegens certissime[12] hominem vexari a daemone,

Cf. Marc. 9, 24. ait : " Praecipio tibi, repertor omnis nequitiae[13], „ quatenus[14] exiens Dei imaginem non praesu„ mas captivare. „ At ille continuo teterrimum ululatum dirae vocis emittens[15] exivit ab eo. Quae[16] curatio, tanta potestatis auctoritate proveniens, satis liquido indicat, quam Deo accepta quamque[17] simplex fuerit conversatio eius tota[16]. Qui[18] vero, cum cuperet latere, dedit etiam in mandatis ei, quem mundaverat a daemone, ne quod factum fuerat velit usquam propalare[18]. Nolebat etenim praedicari aliqua miraculorum exhibitione, ne forte[12] manifestatus frequentaretur a plebe. Sed ille, quem libertati reddiderat, impulsus voluntate Dei, beneficium, quod acceperat, etiam volens, celare non poterat[19]. Pergens itaque fere universis partibus illius regionis nomen et meritum divulgavit confessoris. Qua fama

aliosque aegrotos sanavit, Vita S. Viatoris, c. 8.

acciti coeperunt undique ad eum confluere quique[12] infirmi. Qui[20] compatiens eorum miseriis, orationem pro illis ad Dominum fundebat[21] et ab omni aegritudine[22] per manus impositionem sanos reddebat. Nulla autem infirmitas ibi locum habuit, ubi beatus Laetus vim orationis adhibuit. Adeo iam[12]

C excreverat opinio[23] virtutum eius, ut venirent ad eum personae nobiles, eius orationibus se committere studentes[24], et afferentes ei necessarios cibos corporis, rogabant ut vel parce eorum uteretur datis[25]. Verum ille, ad praescriptum victum[26] recurrens, largiri sibi quae tulerant mandabat[27] egenis; sicque[28] partibus utrisque consulens, dum his[29] orationem, pauperibus providebat corporis substantiam[30].

tandem sancte moritur. Vita S. Viatoris, c. 9.

9. Cumque[1] tantarum virtutum fulgeret congerie, audiens abbas Triecius mirabilium dona, quae per eum operabatur Spiritus septiformis gratiae[1], venit ad eum cum ingenti[2] monachorum D multitudine. Quibus susceptis cum gratiarum actione, iam edoctus a Domino instare diem suae vocationis, ait abbati hilari voce : " Bene venisti, „ virtutum magister, quem exoptabam videre, „ priusquam morerer. Tu mihi dux fuisti ad „ vitam; tu me praemittes, ut Christus revelare „ mihi dignatus est, ad aeternae[3] retributionis[3] „ gloriam. Imminente enim dominica die, sicut ab „ ipso totius sapientiae didici auctore, oportet „ me laboriosi[4] saeculi[5] certamina deserere. Qua„ propter obsecro meis petitionibus obaudias, et „ in sepulcro, quod mihi praeparavi, terrae terram „ sepeliendo apponas[6]. „ Quo senex audito, flevit amare, et benedicens Dominum, qui non eum discipuli privaverat visione, se spopondit affuturum devota[3] mente[3]. Quid multa, venit dies dominica, eius praefinita[7] occasui divinitus; affuit, ut ab ipso postulaverat, et abbas Triecius. Exitum ergo suum gloriosus levita, dominici corporis et sanguinis perceptione muniens, totisque ex praecordiis Dominum fontem aquae vivae desiderans, illud daviticum laetabundo animo decantabat, dicens[8] : *Sicut cervus desiderat ad* Psalm. 41, 2. *fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus. Quando veniam et apparebo ante faciem Dei?* Et[8] residua corporis parte iam paene exanimata, illos fatebatur[9] versiculos sola[8] palpitante[8] lingua[8] : *Quam dilecta tabernacula tua,* Psalm. 83, 2, 3. *Domine virtutum. Concupiscit, et deficit anima mea in atria Domini*[8]. Erectis autem in caelum manibus, stetit et inter verba orationis spiritum caelo, corpus terrae humandum tradidit. Excedens vero[10] a saeculo beatus[5] Laetus[5] octavo idus novembris, maestos homines, laetos reddidit angelicos cives. Quem vir Domini Triecius in praeparato sarcofago, expletis omnibus quae debentur funeri, collocans, ad propria pro morte tanti filii reversus est maerens.

Corpore S. Laeti in Pitverense castrum translato,

10. Iacuit autem sacratissimum corpus eius in eodem loco multis annis, pio Domino publicante dignitatem eius sanctitatis. Verum postea beatae memoriae Ermentheus[1] Aurelianensis ecclesiae episcopus, divino admonitus oraculo, transtulit saepe[2] dicti sancti glebam cum summo honore Pithveris castro[3], convenientibus etiam vicinis episcopis et fideli populo. Ubi fabricata condigna meritis eius basilica, fiunt et facta sunt, operante F gratia Christi, multa virtutum miracula. Quae[4] singula quoniam non praevalet referre nostri[5] facundia, saltem proferamus in medium ex multis pauca, ne et praeterisse cuncta videamur, et annectendo plurima fastidium ingerere lectoribus accusemur[6].

miracula ibi facta sunt

Igitur inter multimoda beneficiorum genera, quae virtus divinitatis clementer solet poscentibus exhibere per sui servi merita, illud tacendum nefas esse duximus, quod in praefato loco gestum[7], quibusdam referentibus religiosis

[5] demorabatur 3, *B.* — [6] ostii 3. — [7] (orans - audio) *om.* 3. — [8] *om.* 3. — [9] tui 3. — [10] (Ex - imperio) *om.* 3. — [11] tuo *B.* — [12] *om. B.* — [13] malitiae *B.* — [14] ut *B.* — [15] (t. u. d. v. e.) cum ululatu ingenti *B.* — [16] (Quae - tota) *om.* 3; tota *om. B.* — [17] quam *B.* — [18] (Qui - propalare) Cui etiam in mandatis dedit, ne usquam factum propalaret *B.* — [19] potuit *B.* — [20] etiam *add. B.* — [21] fundens *B.* — [22] (et ab o. ae) *om. B.* — [23] fama *B.* — [24] (c. s.) commendantes *B.* — [25] (p. e. u. d.) ex parte oblatis frueretur *B.* — [26] cibum *B.* — [27] (l. s. q. t. m.) q. afferebant dona dabat *B.* — [28] (s. p.) *om. B*; (sicque - substantiam) *om.* 3. — [29] (d. h.) et illis *B.* — [30] (pa. pr. c. s.) et his c. s. impendens *B.*

9. — [1] (Cumque - gratiae) Audiens itaque abbas Triecius tantis eum fulgere virtutibus *B.* — [2] *om.* 3; grandi *B.* — [3] *om. B.* — [4] *ita etiam* 1 *ante corr.*; laboriosa 1 *post corr.* — [5] *om.* 1. — [6] committas *B.* — [7] praefixa *B.* — [8] (Et - Domini) *om.* 3. — [9] fabatur *B.* — [10] igitur *B.*

10. — [1] Hermeteus *B.* — [2] iam *B.* — [3] (P. c.) ad P. castrum *B.* — [4] (Quae - audivimus) Ex quibus pauca, ne fastidium lectori ingerere accusemur, ad presens retulisse sufficiat. Inter que illud tacendum omnino iniustum credimus, quod referentibus qui interfuere religiosis audivimus *B.* — [5] sermonis *add.* 2. — [6] *Hic desinit* 2 *his verbis :* Explicit vita sancti Leti confessoris, scripta anno Domini 1400 in vigilia Iohannis Baptiste. Deficientia miracula quere ubi possis habere, forte prope Remis ad sanctum Letum. — [7] est *add.* 3.

qui

in puero delapso in puteum,

qui interfuere miraculo, audivimus. Quadam namque die, dum [8] custos sub titulo sacerdotii serviens beatissimi viri glebae sese praepararet ad exsequenda salutiferae consecrationis obsequia [9], defuit unde manus ablueret aqua. Veritus autem, utpote religiosus, manibus non lotis [10] attingere sacra, puerum advocat [11]; ut [12] aquam deferret, imperat [13]. Qui continuo, nisu [14] quo [14] poterat [14], accepto urceolo cum [15] resti, ad puteum usque gressum accelerat [16]. Cumque pronus laticis [17] incumberet ore velletque vasculum insertum funi in inferiora [18] deponere, territus [19] ipsius immensitate profundi secutus elapsum ad ima corruit foveae [19]. Quod nimirum fuisse constat antiqui hostis dolosa infestatione, videlicet ut et legatum repentino feriret interitu, et sacerdotem fatigatum diu praestolando, quem miserat, revocaret a divini sacramenti cultu. Verum eius perversitatis [20] astutia, superni moderatoris operante potentia, versa est in triumphum gloriosi levitae Laeti, quatenus magis magisque eiusdem excolerentur merita [20]. Nam puer labens in praeceps,
B inspirante totius bonitatis Spiritu, clamare coepit: " Sancte Laete, adiuva „ in ipsius periculi casu [21]. Mox ut periclitans hanc vocem protulit, invocatione tam cari nominis divinum auxilium [22] adesse non distulit, prostratoque conamine cruenti praedonis, interveniente sancti Laeti precamine, servatur qui lapsus fuerat incolumis et [22], ut [23] ipse aiebat, cuius aetas adhuc nihil talis figmenti excogitare poterat, visum est sibi, dum laberetur, quod veluti quodam fultus subsellio molli descensu in profundum usque deveheretur [24]. Unde quis eum dubitet eius beneficio morti fuisse sublatum, cuius in tanto discrimine meruerit [25] recolere vocabulum? Quid enim ibi noceret [26] satelles gehennae, ubi invitabatur incola caelestis curiae? [23] Quid multa, nuntiatur presbytero [27] puerum exspirasse in puteo [28]. Qui necis auditae perculsus [29] nuntio, festinus [14] ad locum tetendit [30] cum omni qui aderat populo. Iamque solum cogitans de sepultura, antequam propius accederet, audivit ingeminari: " Sancte Laete, adiuva. „ Sed [31] retractans apud se angustias atque voraginem baratri, de eius vita, quem quaerebat, nihil habens spei, putabat per echo [32] vocem ali-
C cuius audire. Dum igitur desperatus [33] assisteret praecipitio [31], diligenter [34] attendens [35], quaenam vox redderetur ab imo [36], videt eum cingulo tenus in aqua stare [37] invocantem [38] suae salutis custodem libera voce. Tunc [39] vero intellegens quod eius [40], quem ciebat [41], viveret oramine, gratias exsolvit Domino gloriae, qui, ut ait psalmographus, prope est omnibus invocantibus eum in veritate [39-41]. Nec mora, divulgatur per oppidum tantae virtutis miraculum [42]. Concurrunt omnes ad puteum, visuri caeleste beneficium, ut [43] quot interessent praefatae rei spectatores, tot fierent postmodum ad laudem confessoris certissimi testes [43]. Extrahentes itaque de lacu [44] puerum, sciscitantur [45] ab eo ereptionis modum, admirantes admodum quod neque caput aut pars aliqua corporis pateretur in cadendo ulla signa diminutionis [45]. Quibus [46] per ordinem, ut supra rettulimus [47], omnia pandit [48]. Hilares ergo facti procedunt ad ecclesiam saepe [14] dicti [14] sancti [14], committentes se suaque tam fido custodi. Redduntur laudes Trinitati individuae, nomen confessoris fit celeberrimum toto orbe [49], celebratur [50] missa, conculcata delatoris [51] invidia. Sicque factum est ut populus duplici laetaretur laetitia [52], salvatione siquidem [53] pueri et perceptione divini sacramenti [50].

VITA
Psalm.144,18.

in iuvene surdo et muto,

Nec [54] minus autem nostro tempore, Odolrico [55] vero [56] morum honestate praeclaro iam cathedram Aurelianensium [57] praesidente (1), per [58] E
sancti Laeti ineffabile meritum ineffabilis Deus operatus est spectabile miraculum [58]. Erat enim in praefato [59] oppido quidam iuvenis, qui [60] mutus vixerat ex quo profusus est ab ipso utero matris; cuius lingua adhaerens palato non poterat solvi ad proferenda quae erant in animo. Aures quippe, obtrusis meatibus, nullas voces admittebant ad interiores sensus. Talibus ergo multatus incommodis, frequentabat limina beati confessoris; et quia voce non poterat, eiusdem auxilium toto cordis affectu humiliter implorabat. Unde contigit ut mereretur adipisci quod optabat. Qui cum una dierum esset in foro, quod proximum adiacet oppido, mox divino agitatus spiritu ad ecclesiam Sancti Laeti coepit tendere veloci gressu. Quem forensis turba mente captum coniciens prosequebatur, quorsum ita discurreret, vehementer admirans. Verum ille celeriter subiens ecclesiam, dum presbyterii gradus niteretur ascendere, tanto impetu ad terram cecidit, ut, contritis naribus et ore, pavimentum profluo maderet sanguine. Moxque cum cruore vinculum resolutum est linguae et, reseratis auribus, sancti Laeti intervenientibus meritis, meruit loquentes audire. Stupefacti qui F
aderant clerici lapsum ab humo erigunt, et cogitantes quod eum aliquis persequeretur, quisnam esset tantae audaciae, perquirunt. Quibus adhuc ignaris patratae virtutis locutus pleno sermone, nullius se agitari edocet formidine, et procedens cum eis usque ad altare glorificando Deum [60],

[8] (dum - glebae) dum quidem sacerdos 3. — [9] (s. c. o.) mysteria sacra *B.* — [10] (n. l.) illotis *B.* — [11] mittit *B.* — [12] citius *add.* *B.* — [13] (d. i.) deferat *B.* — [14] *om.* *B.* — [15] et *B.* — [16] (u. g. a.) cucurrit *B.* — [17] *ita et* 1 *ante corr.*; latici 1 *post corr.* — [18] aquam *B.* — [19] (territus - foveae) putei profunditate territus, pede lapso, ad inferiora cecidit *B.* — [20] (perversitatis - merita) perversitas in triumphum versa est confessoris, Domino magis eius merita publicante *B.* — [21] (in i. p. c.) me *B.* — [22] (auxilium - et) affuit auxilium. Nam *B.* — [23] (ut - curiae) *om.* 3. — [24] veheretur *B.* — [25] meruerat *B.* — [26] nocere posset *B.* — [27] sacerdoti *B.* — [28] (e. in p.) in puteum cecidisse *B.* — [29] (n. a. p.) tali permotus *B.* — [30] (l. t.) puteum venit *B.* — [31] (Sed - praecipitio) *om.* 3. — [32] (p. e.) se *B.* — [33] (d. a. p.) proprius accedens *B.* — [34] que *add.* 3. — [35] attenderet *B.* — [36] (v. r. ab i.) esset illa vox introspectans *B.* — [37] stantem *B.* — [38] invocare *B.* — [39] (T. v.) cum *B*; (Tunc - veritate) *om.* 3. — [40] ipsius *B.* — [41] (ciebat - veritate) invocabat precibus, viveret, Domino gloriae gratiarum persolvit actiones *B.* — [42] fama *B.* — [43] (ut - testes) *om.* 3. — [44] puteo *B.* — [45] (sciscitantur - diminutionis) contemplabantur eum, quod neque in capite neque in ullo alio membrorum collisionis aliquod signum appareret, sciscitantes quonam modo sic liberatus esset *B.* — [46] etiam *add.* *B.* — [47] relatum est *B.* — [48] manifestat *B.* — [49] in toto o. celebre *B.* — [50] (c. m.) missarum celebrantur solemnia *B*; (celebratur - sacramenti) *om.* 3. — [51] dilatoris 1. — [52] beneficio *B.* — [53] (sa. si.) et sa. *B.* — [54] (Nec - tempore) Invenitur etiam in gestis dicti confessoris Laeti *B.* — [55] Oldorico *B.* — [56] *om.* 3, *B.* — [57] (c. A.) in cathedra Aurelianensi *B.* — [58] (per - miraculum) miraculum aliud spectabile *B.* — [59] Pithveris *add.* *B.* — [60] (qui - Deum) ab ipso matris utero perfusus surdus et mutus; qui divino agitatus spiritu ad ecclesiam beati Laeti coepit subito currere, et appropians altari *B.*

(1) De Odolrico vid. iam J. DEVAUX, op. c., p. 27-46 (= *Annales*, t. IV, 1886, p. 94-113).

deosculabatur

VITA

deosculabatur feretrum, in quo iacebant ossa gloriosi levitae [61]. Tunc [62] omnes laeti tam clerus quam populus, qui noverant eum mutum fuisse, benedicendo Deum extollunt voces in sublime [62].

in puero debili.

Eisdem vero [63] diebus, allatus est ad eundem locum quidam [64] puer invalidus, cui innata debilitas adeo excreverat, ut bases [65] pedum dissolutae ambulandi penitus viderentur officium amisisse [65]. Crura [66] vero in tantum exstiterant mollia, quod veluti quaedam caruncula nihil ossium habens putarentur [66]. Sed et reliquae partes [67] corporis afficiebantur vi immensae aegritudinis [68]. Sic ergo debilis [69] collocatus est ante ianuam [70] praedicti [71] confessoris; ubi sustentatus memorati pontificis alimonia, exspectabat dari a beato Laeto suae infirmitati solacia [72]. Adveniente igitur omnium sanctorum sollemnitate celebrabili [73], visum est eiusdem infirmi [74] parentibus, ut exponerent filium ante tumulum gloriosi levitae Laeti. Qui expositus, ipso [64] astante Odolrico [75] pontifice et maximo conventu populi, persensit munus caelestis imperii [76]. Nam poplitibus, qui superiori parti adhaeserant, divina virtute protensis pedumque basibus in usum eundi solidatis, qui paene mortuus in desperationem vitae venerat, paulatim se erexit, et per salutiferam sancti Laeti orationem, mox ire coepit. Ingeminatur cunctis laetitia, dum in unius infirmi persona gemina ostensa sunt miracula. Languidus enim sanitatem et claudus recepit liberam ambulandi potestatem [77], per dominum nostrum Iesum Christum [78], cui est honor virtus et imperium una [79] cum Patre et Spiritu sancto per omnia [80] saecula saeculorum. Amen [81].

[61] (g. l.) confessoris *B.* — [62] (Tunc - sublime) statimque sanus effectus est, glorificans Deum. Et videntes, qui eum prius noverant, mirabantur tam clerici quam laici, Deum magnis vocibus collaudantes *B.* — [63] quoque *B.* — [64] *om. B.* — [65] (bases - amisisse) basibus dissolutis protinus ambulandi amisisset officium *B.* — [66] (Crura - putarentur) *om.* 3; Crura quippe eius adeo erant mollia ut put. vel. qu. car. nih. habentia os. *B.* — [67] (r. p.) reliqua pars *B.* — [68] (a. vi i. ae.) a. immensa aegritudine 3; omnino erat invalida *B.* — [69] (S. e. d.) Hic igitur adductus *B.* — [70] fores *B*; ecclesiae *add.* 3. — [71] dicti *B.* — [72] solatium 1, *B.* — [73] *om.* 3, *B.* — [74] pueri *B.* — [75] Oldorico *B.* — [76] (c. i.) caeleste *B.* — [77] facultatem *B.* — [78] *om.* 1. — [79] (v. et i. u.) et gloria *B.* — [80] infinita *B.* — [81] *Hic desinunt* 3, *B.*

MIRACULA SS. GEORGII ET LAETI PITVERENSIA

Edita ex **1**. *codice Parisiensi 11885;* **4**. *Bruxellensi 8933. Cf. Comm. praev., num. 2.*

1. De [1] quodam homine, qui fugientem a carcere ad sanctorum ecclesiam retinuit eumque ad revinciendum insequentibus tradidit.

His annectendum illud iterum censeo miraculum, quod in Pithverensi [2] ecclesia sanctorum videlicet Georgii et levitae Laeti meritis divina operari dignata est clementia. Tempore igitur Hysenbardi [3] Aurelianensis ecclesiae pontificis, summi et illustrissimi viri, 28° eius episcopatus anno, erat quidam iuvenis in quodam vico, qui proximus adiacet oppido, in quo gloriosi [4] levitae Laeti ossa in ecclesia honorifice conduntur, sub ardua custodia carcerali mancipatione constrictus. Is saepissime per visionem [5] admonitus, ut pedes suos a vinculis traheret et ad praefatorum sanctorum ecclesiam tenderet, hora nona diei sabbati, adventu incarnationis domini nostri Iesu Christi superimminente, mirum in modum diruptis catenarum compagibus, se conspicit esse solutum. Qui protinus consurgens, assumptis in manibus vinculis, ad sanctorum limina celeriter tendere coepit; cui cum omnis forensis turba, utpote ei obvia, congratulans omnipotenti Deo pro eius ereptione laudes non modicas extolleret, quidam iuvenis, Girardus nomine, ceterorum omnium [6] obstinatissimus, ei astitit obvius, sumptoque eius palliolo, quamvis [7] adiuratus per sanctorum Georgii et Laeti merita, ne iter eius impediret, tantum tamen illum detinuit, quoadusque illis [6] qui eum insequebantur iterum ad revinciendum eum tradidit; qui mox ab itinere retractus nimiisque [8] verberibus miserabiliter afflictus a truculentis custodibus in carcere, de quo exierat, iterum revincitur. Interea dum haec et alia huiuscemodi [9] inter carnifices aguntur, ille, qui Dei famulum ab itinere revocaverat, primum ab astanti plebe, quae haec viderat, pluribus conviciis lacessitus, tandem pro tanti facinoris reatu confusus ad domum propriam cursu velocissimo reversus est. Sequenti autem nocte cum se sopori dedisset, in secunda noctis vigilia visi sunt astare ante eum [10] saepe nominati sancti torvis obtutibus dicentes: „Quare Dei servum nostris interpellationibus a vinculis ereptum et ad nostram ecclesiam tendentem prohibuisti, eumque truculentissimis custodibus reddidisti [11]?" Illi [6] trementi multisque excusationis verbis respondere paranti iterum aiunt sancti: „Hic tibi excusandi locus nullo modo paratur; sed ad nostram concite pergendum est ecclesiam, ubi multa pati verbera pro tanto scelere tibi necesse est." Nec mora, cingulo, quod capiti suo supposuerat, in collo eius iniecto et ad se stricto, foras domum suam cum magno impetu illum protrahunt [12] et cum tanto strepitu [13] eum [14] ad ecclesiam suam [6] perducunt, ut putares ire per vicum non modicam multitudinem armatorum militum, illo iugiter vociferante: „Sancti Dei Georgi et Laete, peccavi; mihi misero parcite." Quo sonitu omnes convicanei expergefacti concurrunt post eum ad sanctorum ecclesiam, caeleste beneficium visuri. Tunc ille miser ante sanctorum altare, ut erat nudus corpore, pavimento prostratus, per totam noctem illam multa ibi invisibilia, ut a sanctis sibi promissum fuerat, pertulit supplicia; nam per diversa illius noctis spatia ita sese constringebat, tamque innormis [15] vocis eiulatus ab imo pectore rumpebat, ut putares [16] adesse

1. — [1] *Inscriptiones capitulorum omnes om.* 4. — [2] Pithiverensi 4 *et sic deinceps.* — [3] Isembardi 4. — [4] et *add.* 1. — [5] fuerat *add.* 4. — [6] *om.* 4. — [7] quasi 4 *ante corr.* — [8] -que *om.* 1. — [9] eiusmodi 4 *add. al. man. sup. lin.* — [10] ipsum 4. — [11] tradidisti 4. — [12] subtrahunt 4 *ante corr.* — [13] impetu 4 *ante corr.* — [14] illum 4. — [15] enormis 4. — [16] putasses 4 *man. pr.*; putaret 4 *corr.*

tortores,

A tortores, quamvis humanis oculis non possent [17] videri; sicque miser ille per totam fere noctem, cunctis flentibus qui aderant, divinae ultionis verbera sustinuit, donec, mane facto, ille, qui revinctus fuerat, diruptis iterum vinculorum compagibus, nullo iam obstante nulloque contradicente, sed omni populo applaudente, ad sanctorum praedictorum limina ferens catenas in manibus laetus accurrit. Qui, proiectis ante altare compedibus [18], se capite censum Deoque et sanctis eius serviturum omni tempore vitae suae promisit. Tunc ille qui adhuc torquebatur, pavimento se erigens, homini, quem contristaverat, pro voto suo satisfecit. Denique per [19] cinguli tennias [20], quo collum eius adhuc constringebatur, putans, ut referebat, catenis ferreis se comprimi, Deo sanctisque praedictis se serviturum tradidit; moxque illata sibi poena sanctorum meritis ab eo recessit, fitque dies illa per totum oppidum hilaris et iucunda, in qua, Deo operante, per sanctorum merita gemina ostensa sunt miracula. Ferreis resolutus vinculis, Deo grates reddidit; contemptor divinae operationis miraculi poe-
B nas meritas [21] exsolvit. Neque tamen [22] illud sequens miraculum, in quo divinae ultionis verbera ostensa sunt, eo inferius putandum est, in quo ferrea dirupta sunt vincula, quamvis utraque credenda, utraque laudanda [23], utpote ab incolis [24] et vicinis patrata. Laudetur inde individuae Trinitatis unitas, quae famulorum suorum merita longe lateque innumeris miraculis declarat; cui est honor et gloria per infinita saeculorum saecula. Amen.

2. De quodam caeco a sanctis illuminato.

Sub eodem namque tempore in quodam oppido, quod ab incolis Rupis Fortis nominatur, erat quidam homo, qui septem annorum curriculo lumen oculorum amiserat. Hic cum quadam die ad ecclesiam suam pro caecitate sua flendo pergeret, audivit vocem dicentem sibi: " Si cupis proprios „ visus tibi restitui, ad Pithverensem ecclesiam „ concitus [1] perge; ibi sanctorum Georgii et Laeti „ meritis oculorum tuorum lumine recepto, ad „ domum propriam [2] laetus remeabis. „ Qui protinus, assumpto secum puero [3], qui sibi itineris
C ducatum praeberet, ad praefatam ecclesiam cum summa velocitate pervenit, moxque [4] convocatis clericis omnem rem per ordinem pandit. Qui cum eo ante altare prostrati [4] Deum sanctosque eius fusis lacrimis tantum exoraverunt, donec sanctorum Georgii et Laeti meritis caecus ille oculorum suorum lumen recepit; et qui ductore puero ad praefatorum sanctorum limina tristis advenerat, ipse ductori praevius factus, gaudens et hilaris reversus est ad propria, per dominum nostrum Iesum Christum, cui [5] est honor et potestas in saecula saeculorum. Amen.

3. De muliere quadam a nequissimo spiritu agitata, a sanctis liberata.

Non post multum vero temporis erat quaedam mulier in Nova Villa [1] (1), quae a Pithverensi [2] oppido non plus decem miliariis distat; quam a spiritu nequissimo sic agitari vidimus, ut omnes sibi obvios, quos poterat, morsu dentium appetere satageret [3]. Quae protinus a marito suo ligata vehiculoque imposita ad praedictorum sanctorum [4] ecclesiam, dum sanctum in [5] sexta [5] feria [5] evangelium in dominica missa legeretur, adducta est; quam [4] ante altare expositam et aqua benedicta [6], qua sanctorum reliquiae lotae erant, a religiosis sacerdotibus perfusam [7], nequam spiritus prius accerrime fatigatam et quasi mortuam proiectam, tandem saepe nominatorum sanctorum precibus reliquit illaesam. Cui parva cura imposita [8], et ab eiusdem oppidi religiosis matronis edulii moderamine recreata, quae a marito ligata vehiculoque imposita adducta fuerat, pedes cum marito et soluta ad domum propriam reversa est sana [9], praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto E vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

4. De quodam homine, cuius pes ardebat, qui sanctorum meritis restinctus est.

Iisdem fere temporibus Pithiveris [1] oppido, in quo sanctorum Georgii et Laeti ecclesia honorifice constructa est, erat quidam iuvenis, Landricus nomine, qui praeconis officio functus, tam infami labore vitae suae fugare curabat inopiam; in cuius pede, insidiante humani generis inimico, tam pessimi generis ulcus exortum est, ut paene diruptis articulorum compagibus, humani pedis vix servaretur forma [2]. Qui dum tanti doloris validissimo fervore sic cruciaretur, ut per quindecim dierum spatia nulla somni suscepisset iuvamina, convocatis parentibus et amicis, ad ecclesiam sanctorum Georgii et Laeti se deportari praecepit. Cuius necessariae petitioni illi [3] fideliter oboedientes, dum in [3] feria [3] quinta [3] missa dominica incoharetur, ante praefatorum sanctorum altare illum cum clericis, qui aderant, simul prostrati, Deum eiusque sanctos, Georgium F videlicet [3] et Laetum, pro sui amici incolumitate deprecantes humiliter, collocaverunt. Mox, iam divinae consecrationis peracto mysterio, in ipsa caelestis panis consecratione, operante divinae virtutis potentia eiusque sanctorum Georgii et Laeti intervenientibus meritis, languidus ille integram sanitatem recepit, per dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor [4] aequalisque potentia cum Patre et Spiritu sancto per infinita saeculorum saecula. Amen [5].

[17] possint 4. — [18] *add. in* 4 *a corr.* — [19] pro 4 *ante corr.* — [20] termis 4 *ante corr.*; termas 4 *post corr.* — [21] debitas 4 *ante corr.* — [22] tantum 4 *ante corr.* — [23] colenda 4. — [24] agricolis 4.

2. — [1] protinus 4. — [2] tuam 4 *ante corr.* — [3] puerulo 4. — [4] (moxque - prostrati) *add. corr. in* 4 *in superiore marg.* — [5] (cui - amen) etc. 4.

3. — [1] villa nova 4. — [2] Pithiveris 4. — [3] satagebat 4. — [4] (sanctorum - quam) *add. in* 4 *a corr. in marg.* — [5] *om.* 4. — [6] *Hic manu pr. scriptum erat in* 4: dum sanct. evang. in dom. missa leg. — [7] profusam 4. — [8] proposita 4. — [9] (sana - Amen) *om.* 4.

4. — [1] Pithinecis 4. — [2] (s. f.) servaret formam 4. — [3] *om.* 4. — [4] et gloria *add.* 4 *ante corr.* — [5] *Add. in* 1 *haec rubrica :* Pridie nonas octobris translatio beati Leti confessoris (2).

(1) La Neuville-aux-Bois, dép. Loiret, arr. Orléans. — (2) Hoc ergo die videtur facta esse translatio in castrum Pitverense. Cf. etiam supra, p. 70, annot. 3.

DE

A D

DE S. GONSALDO

EREMITA

IN DIOECESI LEMOVICENSI

SAECULO VII EXTREMO? A. P.

S. Gonsaldi cultus certus et antiquus,

1. *Quod in non paucis sanctis factum esse saepe experimur, id in S. Gonsaldo* (1) *etiam accidit, ut dum de cultu ecclesiastico, qui illi sancto exhibitus est, certo constat, de rebus ab eo gestis tantum non omnino nobis desint monumenta accurata et fide digna. Et sane quamvis in aliis libris liturgicis Lemovicensibus, quos bene multos manuscriptos evolvimus, ne verbum quidem de sancto nostro legatur, in quibusdam tamen, iisque* B *antiquitate conspicuis, ita nominatur, ut affirmare possimus ipsi a Lemovicensibus piam venerationem iam pridem exhibitam esse. Ubicumque autem nominatur S. Gonsaldus, ibi ad diem 5 novembris de eo fit memoria* (2). *Ita in binis sacramentariis Lemovicensibus saec. XI* (3) *et saec. XII* (4), *in martyrologiis saec. XI* (5) *et saec. XII* (6), *tum in missalibus saec. XII* (7) *et saec. XIV* (8), *demum in breviariis saec. XIV* (9) *et saec. XV* (10). *Eodem die 5 novembris inscriptum est festum S. Gonsaldi in breviariis Lemovicensibus ann. 1495, 1625 et 1736 impressis. Postea vero ad diem 14 novembris translatum est, quo die iam in breviario Lemovicensi anni 1783 comparet atque hodiedum etiam celebratur.*

historia recens et incerta.

2. *Quisnam sit ille " Gonsaldus confessor " quidnamve egerit, in nullis e breviariis manu scriptis, quae quidem vidimus, traditum est. In breviariis vero impressis lectiones proprias de ipso reperire est, sex scilicet in breviario an. 1495, singulas in breviariis an. 1625, 1736 et 1783. Istae autem recentiores paene ad verbum inter se conveniunt et pauca docent quae non uberius vel aeque bene in lectionibus anni 1495 legantur. Praeterea unum* C *repperimus monumentum quodam modo antiquum, in quo de sancto nostro aliquid memoriae traditum sit, dico Bernardi Guidonis († 1331) Tractatum de sanctis Lemovicensibus, cuius caput 52 Gonsaldi Vitam paucis complectitur. Haec est autem summa eorum, quae tum a Bernardo tum in breviariis narrantur, Gonsaldum quendam nobilem adulescentem in " gallicanis partibus " natum, postquam litteris operam navasset, relicta patria, ad S. Praeiectum Arvernensem episcopum († c. 674) se contulisse, et cum sub illius disciplina aliquamdiu vixisset, postea in agri Lemovicensis monte, qui ab ipso postea nominatus est* (11), *eremiticam vitam duxisse ibidemque nonis novembribus pie in Domino obiisse; dum autem apud S. Praeiectum moraretur, miraculo ereptum esse Gonsaldum cum Praeiecto et duobus aliis " abstinentibus " ab imminentis mortis periculo, cum, ruente tecto cubiculi, in quo prandebant, oppressi sint ceteri convivae, qui Gonsaldo et sociis illius conviciabantur.*

Illum eundem esse Gisoaldum paenitentem,

3. *Et hoc quidem loco in testimonium profert Bernardus* Gesta S. Praeiecti; *quod quo iure faciat, sedulo inspiciendum est, cum Gesta haec monumentum sint magnae auctoritatis, ex quo historiae S. Gonsaldi longe maior fides accedat. Iam vero in altera Vita Praeiecti* BHL. *6917* (= *B*) *quam ab auctore aequali conscriptam esse perperam crediderunt Bollandus et Mabillonius, legitur quidem historia trium illorum " abstinentium "* (12), *sed ipsorum nomina minime produntur. Secus autem in Vita vetustiore* BHL. *6916* (= *A*), *quae reapse ab auctore aequali composita est et plenam fidem meretur; iam vero in istius parte, quam nuper tandem invenit et edidit v. cl. Bruno Krusch* (13), *haec legimus:* Adveniens turba non modica discunbentium, inter quos tres discunbunt paenitentes, quorum ista erant nomina: Veneriamus Dei famulus, qui nomine cum opere inplebat, Gisoaldus testis Christi, Marialdus monachus (14). *Pro nomine autem* Gisoaldi, *quod in antiquiore codice scriptum est, recentiores duo habent:* Gosoaldus. *Porro si quaerimus utrum iure ac merito Bernardus et lectionum Lemovicensium auctor eundem esse statuerint Gisoaldum seu Gosoaldum S. Praeiecti socium atque Gonsaldum eremitam, qui in oppido cognomine vita decessisse ferebatur, an potius sola similitudine quadam nominum freti,* F *non vero documentis scriptis vel fama vulgari, id sibi sumpserint ut eundem fuisse affirmarent, fateor me nihil certi respondere posse. Bernardus utique non solum loco allato Gesta Praeiecti commemorat, sed paulo ante, ubi refert Gonsaldum socium fuisse S. Praeiecti, fontem suum rursus indicat:* sicut in quodam libro vetusto ecclesiae suae (*h. e. Gonsaldi*) legitur. *Quale autem monumentum in libro illo reppererit, utrum ipsam Vitam Praeiecti, an Vitam aliquam Gonsaldi, an lectiones historicas de eodem, quales in officio ecclesiastico recitari solent, definire iterum non valeo. Crediderim equidem vetustum hunc librum liturgicum*

qui in Vita S. Praeiecti laudatur,

etsi non liquet,

(1) Recentiores quidam scripserunt *Consalous;* gallice dictus est Gonsalou, Gonsalde, Gonsaud, Goussaud, etc. — (2) Excipiendum est psalterium monasterii S. Martialis saec. XIV (cod. Paris., Bibl. Nat. lat. 774 B), in quo ad diem 4 novembris inscriptus est S. Gonsaldus. — (3) Cod. Paris., Bibl. Nat. lat. 821, fol. 5 in kalendario et fol. 88 ubi tres orationes proprias invenies. De hoc codice cf. L. Delisle *Mémoires sur d'anciens sacramentaires*, in Mémoires de l'Institut, t. XXXII, 1, p. 300 sq. — (4) Cod. Parisinus, Bibl. Nat. lat. 822, fol. 7 in kalendario. — (5) Martyrologium S. Martialis, ibid., cod. lat. 5257, fol. 35v. — (6) Martyrologium S. Martialis, ibid., cod. lat. 5243, fol. 35. — (7) Ibid., cod. lat. 9438, fol. 3v in kalendario. — (8) Ibid., cod. 836, fol. 4 in kalendario. — (9) Cod. Paris., Bibl. Mazar. 354 (787). — (10) Breviarium S. Martialis, cod. Paris., Bibl. Nat. lat. 1042. — (11) *Saint-Goussaud*, dép. de la Creuse, arr. de Bourganeuf. — (12) Cap. 8, *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 634; Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 647. — (13) *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XVIII, p. 640-49. Reliqua pars Vita edita est in *Act. SS.*, t. c., p. 630-33 et apud Mabillonium, t. c., p. 640-46. Prologum qui incipit *Studii...* ad vetustiorem Vitam pertinere ostendit Kruschius. — (14) *Neues Archiv*, t. c., p. 643.

AUCTORE A. P.

A *gicum fuisse, in quo lectiones huiusmodi descriptae erant. Verum, ut monui, hactenus nullas lectiones inveni antiquiores illis, quae in breviario anni 1495 exstant.*

lectiones tamen liturgicae de S. Gonsaldo

4. *In istis quidem lectionibus componendis quos fontes adierit earum scriptor, haud difficile est discernere. Vita S. Praeiecti usus est, maxime eo loco, in quo de tribus " abstinentibus „ sermonem habet. Aliud praeterea monumentum scriptum ab ipso adhibitum esse non credo. Certe Bernardi Guidonis tractatum non legit, siquidem quaecumque Bernardi sunt propria, ea omnia a lectionibus absunt. Quae autem in his ex Vita Praeiecti non sunt desumpta, ea vel communes quasdam et veluti consuetas hagiographis laudationes exhibent, vel huiusmodi sunt, ut ex populari fama accepta esse videantur.*

maximam partem ex quadam Vita S. Praeiecti

5. *Dixi Vitam Praeiecti ab auctore nostro lectam esse; quamnam autem legerit, vetustiorem A an recentiorem B, perspicuum fore opinor iis, qui locos similes simul ante oculos posuerint. Sunt autem illi:*

B

VITA PRAEIECTI *BHL.* 6916.

(Beatus Praeiectus) convivia preparat et ... in solarium sibi preparari iubet convivium. Adveniens turba non modica discunbentium, inter quos tres discunbunt paenitentes, quorum ista erant nomina : Venerianus Dei famulus, qui nomine cum opere inplebat, Gisoaldus testis Christi, Marialdus monachus. Adcunbunt more, prebentur aepule, reprehenduntur paenitentes ad cumsedentibus, et in chachinnos atque risos vanos se adtollunt ac non modice paenitentie detractores existunt. E contra beatissimus Praeiectus solita consuetudine eos premonebat, sibi talia peragi oportere potius quam detrahere. Illi vero non cessant, ut Dei servos non detrahant, sed sublimius risu in auras elationis adtollunt. Sed Arbiter ille, qui pio moderamine cuncta disponit... Preiecti adstitit non modicus defensor. Disrunpuntur ligna solarii et usque ad pavimentum labuntur in frustra; aemuli detractores ruunt ad ima. Beatus vero Preiectus cum paenitentibus collegas suos ad mensam resedit ovans (1).

C

LECTIONES DE S. GONSALDO.

Lectio IV. Dum quadam die beatus Preiectus *convivium preparasset,* affuerunt *multi* litterati *viri nobiles*que evocati, inter quos beatus Gonsaldus cum duobus aliis recumbebat, *qui abstinentes in esum carnes sumere recusabant.* Sed cum multi contra beatum Gonsaldum et socios suos *risus et opprobria iactarent, ut* desisterent *a* beato *viro admonentur.*

Lectio V. *Sed cum illi* non cessarent detrahere servis Dei, *subito* disrumpuntur ligna solarii et supra detractores ruunt. Beati quoque Preiectus et Gonsaldus cum ceteris penitentibus incolumes *remanserunt.*

VITA PRAEIECTI *BHL.* 6917.

Dumque die quadam sibi in solario *convivium praeparasset, multi*que *viri* saeculares et *nobiles* invitati venissent, tres inter eos *abstinentes* aderant, *qui carnes in usum sumere recusabant.* Sed quia semper gravis est pravis mentibus vita bonorum, cum eos saeculares viri irriderent et *risus atque opprobria iactitarent, a viro* Domini *admonentur,* ut quos venerari debuissent, irridendo non increparent. *Sed cum illi* se nequaquam corrigerent, *subito* pavimentum solarii cum irrisoribus cecidit, tantumque Praeiectus cum paenitentibus residens ad mensam *remansit.*

Quibus locis verba quae lectionibus et Vitae A *communia sunt typis minoribus, quae lectionibus et Vitae* B *typis minoribus inclinatis expressimus.*

utcumque desumptae sunt.

6. *His igitur inter se collatis, manifestum videtur lectionum auctorem aut utramque Vitam A et B simul adhibuisse vel exscripsisse, aut Vitam aliam tertiam prae manibus habuisse, quae media inter A et B intercesserit et nobis non sit servata. Et hoc quidem mihi magis arridet. Veri enim vix est simile, ut in lectione quinta scriptor tria prima verba* (Sed cum illi) *ex Vita B, quinque deinde ex Vita A, tum unum* (subito) *ex Vita B, postea non pauca ex Vita A, ultimum tandem* (remanserunt) *ex Vita B vicissim et quasi ad libidinem desumpserit. Quod autem a Vitis A et B in aliquo discrepat lectionum auctor, dum irrisores istos non — quem ad modum in Vita refertur — rupta contignatione ad ima praecipites ruisse, sed immo delapso tecto obrutos esse narrat, id non scriptori Vitae illius tertiae, sed lectionum auctori Vitam male interpretanti tribuendum esse, ipse textus ostendit.*

Duos Gonsaldos commentus est Saussaius.

7. *Magis etiam erravit Andreas du Saussay, qui in Martyrologio gallicano duos Gonsaldos pro uno recensere videtur. Is in supplemento ad d. 4 novembris, p. 1192, commemorat S. Consaloum confessorem in monte agri Lemovicensis quiescentem " sub propriae invocationis titulo „; in ipso autem martyrologio ad d. 5 novembris, p. 833, paucis enarrat vitam S. Gonsaldi, quem dicit tempore Agathonis papae et Theodorici I regis* F *Francorum vixisse, discipulum fuisse B. Benigni Arvernensis episcopi* (2) *et demum in monte termini Lemovicensis, qui ipsius nomine insignitus est, solitarium vixisse et pie obiisse. Iam vero quam fidem mereatur ille qui talia referat, nemo non videt, cum plus centum quadraginta ante annis obierit Theodoricus I rex quam summus pontifex fieret Agatho atque inter episcopos Arvernenses nullus omnino reperiatur Benignus.*

(1) *Neues Archiv*, t. XVIII, p. 643. — (2) Idem post eum affirmat I. COLLIN, *Histoire sacrée de la vie des saints principaux ... du diocèse de Limoges* (Limoges, 1672), p. 544 sqq.

EX BERNARDI GUIDONIS TRACTATU DE SANCTIS LEMOVICENSIBUS (1)

LII. S. Gonsaldus in podio sui nominis (2) in monte alto (3) suum habet tumulum in ecclesia. Hic, sicut in quodam libro vetusto ecclesiae suae legitur, fuit socius sancti Praeiecti martyris, episcopi Claromontensis, fuitque unus de illis tribus abstinentibus in die sancto paschae, qui in gestis

(1) Textum Labbeanum (*Nova bibliotheca manuscripta*, t. I, p. 635) contuli cum codicibus Parisinis Bibl. Nat. lat. 5929, fol. 63ᵛ, et nouv. acq. 1171, fol. 215ʳ. — (2) Vide supra, p. 80, not. 11. — (3) Male haec interpretatus est Castellanus, qui in Martyrologio universali scripsit: *S. Gonsalou dont le tombeau est à Montaut!*

BERNARDUS GUIDONIS sancti Praeiecti leguntur (1), quos quibusdam irridentibus[1] in convivio episcopi, solarium cecidit et irrisores miseros oppressit, abstinentibus cum sancto Praeiecto ibidem remanentibus incolumibus et illaesis.

Hic gutturniosis invocatus opitulari solet. Hic Ademarum abbatem Sancti Martialis (2) in somnis totiens et tam imperiose perterruit, donec eum in collectario, de quo abradi fecerat, rescribi iussit. Huius caput canonici Sancti Andreae Lemovicis se habere dicunt (3). Festum eius recolitur nonis novembris. D

[1] (q. i.) quibus edentibus *cod. 5929.*

(1) Ex hisce gestis novimus id ante accidisse, quam Praeiectus episcopus Claromontanus fieret. Quod non animadverterunt quidam recentiores, v. gr. J. BRANCHE, *La vie des saincts et sainctes d'Auvergne* (1652), p. 629; LABICHE DE REIGNEFORT, *Vies des saints du diocèse de Limoges*, t. III (1828), p. 52. — (2) Circ. 1064-1114. — (3) Non superest, perieratque iam saeculo XVII. Cf. BONAVENTURE DE SAINT-AMABLE, *Histoire de S. Martial*, t. I (1683), p. 18.

EX BREVIARIO LEMOVICENSI ANNI 1495

Fol. 395.

Gonsaldi confessoris.

Lectio prima. Beatus Gonsaldus nobilis genere, sed nobilior fide, ex gallicanis partibus illustrium virorum sanguine extitit oriundus. Qui a pue-
B ritia litterarum studiis traditus super coetaneos suos profecit laudabiliter (1) in tantum, ut illos moribus virtutibusque transcenderet.

Lectio II. Deinde desiderio celestis patrie flagrans non lasciviam seculi complexus est, sed
Psalm. 1, 2. diebus ac noctibus in lege Domini meditabatur. Florebat his diebus lucerna deifica in domo Domini, scilicet beatus Preiectus. Cuius sanctitatis preconium propter virtuosa opera ubique divulgabatur, omnesque bonitatis zelatores eius contubernio sociari desiderabant.

Lectio III. Tunc beatus Gonsaldus, patria parentibusque relictis, in Domino solo ponens spem suam, gradu concito ad beatum Preiectum accessit, eius sequi vestigia concupiscens. Cuius probitate beatus Preiectus certificatus, Deum magnificavit et illum ad se faciens advenire, ut eius intellexit voluntatem, familiarem sibi effecit.

Lectio IIII. Dum quadam die (2) beatus Preiectus convivium preparasset, affuerunt multi litterati viri nobilesque evocati; inter quos beatus Gonsaldus cum duobus aliis recumbebat, qui abstinentes in esum carnes sumere recusabant. Sed cum multi contra beatum Gonsaldum et socios suos risus et opprobria iactarent, ut E
desisterent a beato viro admonentur.

Lectio V. Sed cum illi non cessarent detrahere servis Dei, subito disrumpuntur ligna solarii et supra detractores ruunt (3). Beati quoque Preiectus et Gonsaldus cum ceteris penitentibus incolumes remanserunt. Cumque beatus pontifex abbatem Amarinum visitasset, dilectum sibi Gonsaldum voluit habere consortem (4); quem a febrium incommodo liberavit (5).

Lectio VI. Tandem, divina gratia inspirante, beatus Gonsaldus ad eremum salubri indutus proposito transvolavit. In quo diebus ac noctibus orationibus insistens, ieiuniis vacans, antiqui hostis certamina plurima sustinens, mundum sibi et se mundo crucifigens, ad montem, qui Christus est, ascendere meruit. Nam consummatis diebus in operibus bonis, ab angelicis civibus tandem receptus est in celum.

(1) Cf. Vitam Praeiecti vetustiorem, in qua de Praeiecto dicitur : *ut... etiam coaetaneos suos de grammaticorum sonis antiphonisque praehiret* (*Neues Archiv*, t. XVIII, p. 641). — (2) Cf. supra, p. 80, num. 3. — (3) Cf. ibid., p. 81, num. 6. — (4) Hac de re nihil in Vitis Praeiecti, in quibus hoc loco ne nominatur quidem Gonsaldus. — (5) In Vitis Praeiecti ipse Amarinus dicitur tunc a febri liberatus. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 631, cap. 8; p. 635, cap. 16.

C F

EX BREVIARIIS LEMOVICENSIBUS AN. 1625, 1736, 1783 (1)

Lectio IIII[1]. Gonsaldus nobili genere in Gallia natus, puer[2] litteris eruditus, in disciplinam beati Praeiecti, tum[3] apud Arvernos fama sanctitatis percelebris, ecclesiasticis moribus imbuendum se tradidit. Inde solitariae vitae studio concessit[4] in asperrimum montem agri Lemovicensis, cui et nomen dedit; ubi ieiuniis, vigiliis et orationibus sedulo insistens, reportatis ex frequenti cum daemone conflictu plurimis victoriis, nonis novembris obdormivit in Domino. Floruit[5] Constantini Pogonati temporibus.

[1] Lectio II. Ex Bern. Guid. apud Labb. t. I nov. bibl., Le Cointe et aliis 2. — [2] a pueritia 1; in pueritia 2. — [3] tunc 1, 2. — [4] secessit 1, 2. — [5] (Fl. C. P. t.) circa finem septimi seculi 2.

(1) Varias lectiones breviarii anni 1736 (= 1) et anni 1783 (= 2) recensui.

DE

DE SANCTA BERTILA

VIRGINE ET PRIMA ABBATISSA CALENSI

ANNO CIRCITER 705 VEL 706

COMMENTARIUS PRAEVIUS A. P.

§ I. De Vita S. Bertilae.

Ut Vita S. Balthildis,

1. *De S. Bertilae gestis nihil memoriae proditum est praeter ea, quae tum in Vita ipsius, tum in Vita S. Balthildis reginae leguntur. De hac quidem sollerter et accurate, ut solet, scripsit v. cl. Bruno Krusch* (1) *ostenditque vetustiorem S. Balthildis († c. 680) Vitam, quam* A *nominavit, ab auctore gravi eodemque vix non aequali conscri-* B *ptam esse* (2). *Quae cum sermone admodum rudi atque incomposito descripta esset et aevo humaniori non sufficeret, alter librarius* B, *iam regnante, ut videtur, Carolo Magno, novam Vitae editionem paravit* (3) *eo consilio ut recurrente die anniversario sanctae legeretur; in qua non solum sermonem expolivit et clariorem reddidit, sed et quaedam interpolavit, quae sibi cognita vel subaudienda erant. Ceterum verba scriptoris* A *fere servavit, ut, — quod alias quandoque videre est in iis, qui Vitas sanctorum ab aliis compositas vel contrahebant, vel amplificabant, vel exornabant, — notas, quibus scriptionis tempus dignosci queat, quales in exemplari suo reppererat, non semel exscripserit, atque quodam modo ita in prioris auctoris persona loquatur, ut ipse sanctae reginae aequalis videatur exstitisse* (4). *Utrumque libellum, maxime vero illum alterum* B, *Calae in monasterio a Balthilde condito exortum esse veri est simile.*

sic Vita S. Bertilae

2. *Calensis etiam, ut omnino probabile est* (5), *fuit scriptor Vitae S. Bertilae, quam infra edituri sumus. In qua cum his verbis Calenses alloquatur auctor, c. 8:* Haec itaque atque huiusmodi plurima gerens admiranda, sicut ipsi plenius meministis C et vidistis..., *collegit inde Mabillonius* (6) *ipsum haud multo post obitum S. Bertilae scripsisse. Cui tamen ne assentiamur, id obstat, quod cum anno 705/706 defuncta sit sancta abbatissa, libellus iste non rusticum illius aevi sermonem referat, sed prorsus reflorescentes tempore Caroli Magni litteras sapiat. Quoniam tamen quae tradit auctor noster et bonae frugis videntur, et nihil exhibent castigatione dignum, immo non raro cum aliis monumentis fide dignis optime conveniunt, ne scriptorem tamquam falsarium et mendacem traducamus, statuendum nobis est idem in Vita S. Bertilae accidisse, quod in Vita Balthildis factum esse diximus, ut Vitae antiquioris, quae ab scriptore aequali composita esset et iam perierit, editionem novam praepararet homo aevi carolingici. Cuius rei, nisi multum fallor, tenuia quaedam indicia servavit exemplar Vitae antiquissimum, saeculo X exaratum, qui est codex noster 1. In quo cum sermo alias nitidus sit, occurrunt tamen quaedam, quae merovingicam barbariem redolent. Cuiusmodi sunt c. 4 accusativus ille absolutus:* relictam curiam E regalem (7); *tum syntaxes insolitae, c. 8:* epulas lautiores uti voluit, *et ibid.:* modica pulsata dolore corporis febre lectulum decubuit; *sed et orthographica quaedam pauca, quae ex antiquiore exemplari in novam editionem casu transisse putaverim, v. gr. c. 3* anhelito, *c. 5* dilictis, *etc.*

ab auctore aequali primum conscripta

aevo carolingico iterum edita est;

3. *Quae qui secum reputaverit, haud aegre sibi persuadebit carolingicum editorem primigenii quidem scriptoris sermonem aliquantum polivisse, verba tamen pleraque fideliter servasse, ut servavit qui simili modo vetustiorem Vitam Balthildis saeculo IX retractavit et ornatiorem edidit. Quod inde etiam colligere est, quod locos integros, quos ex antiquioribus monumentis fere ad verbum exscripserat primus Vitae Bertilae auctor, ea novus editor intacta videtur reliquisse. Is enim, id quod hagiographicis scriptoribus minime est insolitum, etiam ad laudandam sanctae piam indolem et communia quaedam, ut ita dicam, enarranda ex alio penu haurire voluit. Praeterquam autem quod non semel ostendit se tum Sulpicii Severi scripta, tum Regulam S. Benedicti vel forsan S. Caesarii legisse, ex Vita Albini episcopi a Fortunato conscripta non pauca desumpsit c. 1, 2, 8; Vitam etiam* F *Balthildis, et quidem vetustiorem illam, ab eo adhibitam esse manifestum est. Quod his maxime locis, utut brevibus, licet perspicere:*

V. Balthildis A, *c. 11:* quia vere erat eis (*Balthildi et Bertilae*) more apostolico cor unum et anima una.

V. Bertilae, c. 7: ac more apostolico per gratiam Spiritus sancti erat cor unum et anima una.

V. Balthildis B, *c. 11*: quia revera erat eis secundum apostolicam institutionem cor unum et anima una.

(1) ***MG.***, Scr. rer. merov. t. II, p. 478-79. — (2) Edita est ibid., p. 482-508. — (3) Edita est ibid. Anteriores utriusque textus editiones, postquam Kruschiana comparuit, nullius iam sunt usus. — (4) Maxime c. 7, quo loco tum in A tum in B totidem verbis legitur: *domnus Theudofredus nunc enim episcopus, tunc vero abbas.* Cf. etiam c. 19, ubi ita A: *Sed tamen illud considerare libet de hac, unde hic agitur, de domna Balthilde, qui nostris peracta sunt temporibus eius multa bona, et que optime novimus ab ea gesta fuisse;* librarius vero B instantius etiam se sanctae aequalem facit: *Sed ...summopere tamen nobis ad sanctam matrem domnam Balthildem, que nostris effulsit temporibus, nec non et ad eius merita gloriosa, que ipsi ab ea gesta novimus et vidimus, recurrendum est.* Id autem candide, non animo fallendi, fecisse scriptorem nostrum inde adducor ut credam, quod alibi (c. 3), ubi auctor A Balthildis progeniem suo tempore etiam regnare dicit, hunc locum ita immutavit librarius B, ut illam minime iam regnantem innueret. — (5) Cf. etiam Rivet, ***Hist. litt. de la France***, t. IV, p. 41. — (6) ***Act. SS. O. S. B.***, saec. III, 1, p. 25, annot. *b*; sed et Rivet, l. c.: " Il n'a guère écrit plus tard que six à sept ans après sa (i. e. Bertilae) mort. " — (7) Cf. c. 5: *relictis parentibus et patriam.*

Paulo

Auctore A. P.

Paulo autem inferius :

V. Balthildis A, *c. 14 :* et pios oculos ac sanctis manibus ad caelum erectis.

V. Bertilae, c. 8 : erectis sursum oculis ac sanctis manibus ad caelum extensis.

V. Balthildis B, *c. 14 :* et pios oculos ac sanctas manus ad caelum elevans.

Unde tandem aliquando est cur iure statuamus tuto nos posse illa Vita uti ; quae ut multis verbis non ita multa docet, quaedam tamen ad historiam et mores illius aevi illustranda praebet minime spernenda.

Quam editionem nobis servatam ex codicibus

4. Servata nobis ea est in duobus solummodo, quos quidem reppererim, codicibus (1) ; *sunt vero hi :*

1. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 18296, olim Corbeiensis, saec. X, fol. 24ʳ-35ʳ ; cum folia sequentia abscisa sint, desunt pauca verba ex ultimis. Rationem scribendi codicis, quamvis non sibi constantem, quoniam, ut diximus, vetustius exemplar quodam* B *modo repraesentat, secutus sum. Ceteras autem mendas corrigere non neglexi.*

Huiusce exemplaris apographum saec. XVII exaratum et aliquot in locis emendatum reperire est in codice Parisino Bibl. Nat. lat. 11761, fol. 132-143ʳ ; illo usus esse videtur Mabillonius in edenda Vita.

2. *Parisinus lat. 12607, olim etiam Corbeiensis, dein Sangermanensis 796/460/505, saec. XIII in., fol. 149ʳ-155ᵛ. Exscriptus est ex codice 1, sed tum ipse librarius, tum etiam corrector quidam recentior satis apte nonnulla emendaverunt.*

et ex officio typis impresso

3. *Exstat etiam in codice Bruxellensi 8932, fol. 234-238, inter apographa a maioribus nostris olim collecta,* Vita B. Bertiliae primae abbatissae Calensis ex veteri libro officiorum eiusdem coenobii *exscripta a P. Thoma Aquinate a S. Iosepho († 1649), Carmelita excalceato* (2). *Quisnam fuerit vetus ille liber, docet ipse Thomas in annotatione quam ecgrapho suo subiunxit, fol. 238 :* " *Haec* „ *B. Bertillae Vita descripta est ex libro ecclesia-* „ *stico veteris admodum impressionis, in quo sunt* „ *officia S. Batildis, S. Bertillae et aliorum qui in* „ *Kalensi coenobio coluntur. Est autem ibi in* C „ *24 lectiones partita, quarum 8 in die eius* „ *natali, 8 sequentes in dominica infra octa-* „ *vam et reliquae 8 in octava leguntur.* „ *Iam vero minime dubito quin fuerit iste* " *liber ille* „ *ecclesiasticus veteris admodum impressionis* „ *ipsum* Officium beate Bathildis quondam Francorum regine, abbatie ... de Kallis ... fundatricis auctricisque. Necnon sancte Bartille virginis loci huius prime abbatisse, *quod Parisiis apud Henricum Paquot, nullo indicato editionis anno, litteris gothicis impressum est. Quaecumque enim de suo exemplari profert Thomas, omnino in Officium illud conveniunt. Desunt in primis et in apographo Thomae et in officio impresso initium* D *c. 4 et totum c. 9 ; sed et in officio divisa est Vita in lectiones viginti quattuor, quae eo prorsus modo in tres dies distributae sunt, quem tradit Thomas* (3). *Ceterum idem est utrimque textus, eaedem lectiones variae. Exemplar istud, utut recens et mendarum minime expers, alicubi tamen verum textum nobis servasse videtur, ut cernere est v. gr. in loco c. 2, qui ex Vita Albini desumptus est ; ubi verba saltem* in orationis assiduitate laudabilis, *quamvis a codicibus 1 et 2 absint, ab auctore Vitae Bertilae scripta crediderim. Quare huius exemplaris varias lectiones, non tamen apertas mendas, recensui.*

et nos proferimus.

5. *Vitae fragmenta nonnulla (c. 1, 4 integrum, 7), anno 1636* (4) *edidit Andreas Duchesne,* Hist. Franc. script., *t. I, p. 668-69, codice 1, ut videtur, usus.*

Integram edidit Mabillonius, Act. SS. O. S. B., *saec. III, 1 (1672), p. 21-26,* " *ex mss. codd. Corbeiensis monasterii* „, *h. e. nostris 1, 2. Et quidem a lectionibus codicis 1 propriis plerumque recessit, ut codicem 2 emendatum sequeretur. Divisionem autem Vitae in novem lectiones sive capita eam instituit, qualem in codice 1 factam reppererat ;* E *quam et nos servavimus.*

Ex Duchesnio longa fragmenta (c. 4, 7) desumpsit Bollandus, Act. SS., *Ian. t. II, p. 734-35, num. 12-14 ; ex Mabillonio autem recudi fecit Bouquet,* Rec. des hist., *t. III, p. 575-76, ea ipsa excerpta, quae Duchesne olim ediderat ; ex eodem Byeus noster, cum de S. Teutlehilde abbatissa Iotrensi scriberet, quaedam protulit* (5).

§ II. De tempore S. Bertilae.

Conditum est Calense coenobium

6. *Una in illustrandis S. Bertilae gestis occurrit controversia, quo anno prima condendi Calensis monasterii a S. Balthilde regina facta sint initia. Qua de re quamvis non semel satis fuse a viris doctis disputatum sit, eam tamen denuo ad trutinam revocare oportet, utpote quae nobis praecipui omnino sit momenti, cum ex sola huius temporis definitione colligi possit quo anno S. Bertila vita sit defuncta. Cum enim tradat auctor Vitae S. Bertilae illam annos quadraginta sex in abbatia Calensi vixisse, ideo, ut alii alio tempore, id est* F *anno 646, 656, 657, 660 vel 662 eam huic coenobio a Balthilde regina praefectam esse statuerant, ita etiam eandem anno 692, 702, 704, 705 vel 708 mortem obiisse dixerunt.*

non ante annum 658,

7. *Iam vero id fundamenti loco ponendum est, Calense monasterium a Balthilde post mortem viri eius Chlodovei II, dico post annum 657* (6), *esse conditum. Id enim testatur Vita Balthildis vetustior, in qua postquam c. 5 commemorata est mors Chlodovei II, inter ea, quae sancta regina iam vidua gessit, refertur c. 7 aedificatio Calensis abbatiae. Idem luculentius etiam traditur in Vita*

(1) Ipsam hanc Vitam gallice versam, nulla re addita, exhibet codex Trecensis Bibliothecae publicae 1955, saec. XV, fol. 58-74. Cf. etiam versionem gallicam quam praebet codex Oxoniensis, Queen's College 305, saec. XV ; de qua P. Meyer, in *Romania*, t. XXXIV (1905), p. 232, 114°. — (2) Videre enim est in eodem codice, fol. 226-227, apographi illius apographum, quod Iohannes Bollandus incepit quidem, at non perfecit. In capite autem annotavit Bollandus : *Accepi Parisiis a P. Thoma Aquinate Excalceato.* — (3) Annotare iuverit in festo translationis S. Bertilae, quod 26 maii celebrabatur, lectiones etiam ex Vita desumptas esse, repetito nempe integro capitulo secundo. — (4) Falsum est id quod dicit Rivet, *Hist. litt.*, t. IV, p. 41, et post eum Lelong, *Bibl. hist. de la France*, t. I, p. 899, n. 14866, Vitam Bertilae iam anno 1629 editam esse ab Hugone Menardo " in observationibus in *Martyrologium* „ *sanctorum ord. divi Benedicti*, p. 372 „. Hoc enim loco, i. e. p. 372-75, proprio stilo res a Bertila gestas breviter narravit Menardus, secundum ea quae legerat seu " expi- „ scatus erat ex veteri codice ms. monasterii Corbeiensis „. — (5) *Act. SS.*, Oct. t. V, p. 118-19, num. 15-17. — (6) Ostendit v. cl. Br. Krusch Chlodoveum II non anno 656, ut vulgo credebatur, sed exeunte anno 657 obiisse (*Zur Chronologie der Merowingischen Könige*, Forschungen zur deutschen Geschichte, t. XXII (1882), p. 455 sqq. Cf. infra, num. 8.

S. Bertilae,

Auctore A. P.

corpus S. Eligii,

A *S. Bertilae, c. 4 :* His namque temporibus post discessum domni Chlodovei regis, religiosa et optima coniunx ipsius domna Baltechildis regina cum parvulo filio rege Chlothario inreprehensibiliter regnum gubernabat Francorum et ab omnibus pontificibus vel proceribus ... diligebatur ... Cum pontificibus autem et primatibus populi sui consilium accepit, ut in regali villa, quae dicitur Kala, monasterium construeret puellarum. *Utraque autem Vita docemur primam ibi Bertilam constitutam esse abbatissam* (1).

sed neque multo post,

cum in illud delatum sit statim post mortem

8. *Porro, ut non ante initium anni 658 aedificari coeptum est Calense monasterium, ita id non multo post factum est. Siquidem in Vita S. Eligii legimus, mortuo sancto Noviomensi episcopo, mane sequenti Balthildem cum filiis affuisse;* celerique cursu, *ait auctor,* funeri accurrens, ingenti voce in fletum prorupit... Cumque diutissime feretro incumbens lamenta geminaret, rogat interim praeparari, quemadmodum corpus beati viri ad Cala monasterium suum transferret... Interea...
B satagebat omnimodis regina, ut quo modo corpus sancti viri in Cala monasterium suum transferret (2). *Etsi autem de anno emortuali S. Eligii saepe multumque diversis sententiis est disputatum atque nuper quibusdam viris doctis res adhuc incerta visa est* (3), *nobis tamen constat illum die 1 decembris anni 660 obiisse* (4). *Age vero, non ita pridem res maximi in hac quaestione momenti definita est, Chlotarium III regem, qui Chlodoveo II nulla mora interposita in regno successit* (5), *non a mense novembri anni 656, verum ab anno 657, et quidem non ante diem 10 octobris at neque post diem 16 novembris, initium regnandi fecisse* (6). *Unde cum, ut monuimus, non ante mortem Chlodovei II condi coeptum sit Calense monasterium, illud iam pro certo tenendum est Eligium minime, quod e decessoribus nostris quidam erat opinatus* (7), *die 1 decembris anni 657 obiisse. Brevissimo enim illo tempore, quod inter mortem Chlodovei II et hunc diem intercessit, minime potuit ita aedificari coenobium, ut recipiendo corpori S. Eligii paratum esset.*

quem anno 660 obiisse

9. *Anno autem 660 iam Mummolenum in Noviomensi sede mortuo Eligio successisse* (8) *docere videtur charta Emmonis Senonensis episcopi in gratiam monasterii Sancti Petri Senonensis edita* (9); *cui subscripsit* Momolenus acsi peccator episcopus, *et quae data est* anno tertio regni domini Clotharii regis. *Qui annus tertius cum a die 10 oct. | 16 nov. anni 659 ad diem 10 oct. | 16 nov. anni 660, se porrigat, nihil dubitationis superesse videbatur, quin Eligius ante diem 1 decembris anni 660, ac proin ante annum 660 mortuus esset; dies enim emortualis 1 decembris certo constat* (10). *Verum quominus ita statuamus, obstat eiusdem Emmonis praeceptum monachis Sanctae Columbae Senonensis datum* sub die septimo kalendas septembres anno tertio regnante domno Chlothario glorioso rege (*h. e. die 26 augusti anni 660*), *et in quo inter subscripta nomina comparet* Eligius episcopus (11). *Quoniam* E *vero nihil occurrit, cur vel alterutrum ex his documentis, vel nomina iis subscripta, vel tempus quo data dicuntur, in suspicionem iure veniant* (12), *restat ut viam inquiramus qua binae istae litterae, in speciem inter se omnino pugnantes, ad concordiam reducantur. Haec autem inter alias, quae excogitari possunt, aptior videtur et veri similior, ut dicamus postquam die 26 augusti 660 praeceptum pro monasterio Sanctae Columbae editum erat, cui tunc subscripsit Eligius, eodem anno ante diem 10 octobris vel saltem 16 novembris confectas esse alteras litteras, quibus Emmo monachis Sancti Petri privilegia nonnulla indulgebat. Quarum cum exemplar authenticum subscripsisset Emmo, non solum praesentibus episcopis, si qui erant, subscribendum tradidit, sed etiam, ut ipse testa-*

(1) V. Balthildis, c. 7; V. Bertilae, c. 4. — (2) Lib. II, c. 37; *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV. p. 721. — (3) Cf. v. gr. WATTENBACH, *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. I⁷, p. 126 : „ Eligius, S. Eloy, † zwischen 659 und 665 „. — (4) Vita Balthildis, c. 5 : *suscepit ilico post eum filius eius Chlotharius quondam Francorum regnum.* — (5) Postquam haec ante non paucos annos scripseramus, non sine
C gaudio nuper vidimus hac de re nobiscum prorsus consentire v. cl. Br. Krusch (*MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 640-41). Quoniam autem ipsius argumentorum momentis, etsi gravissimis, non omnis dubitatio quibusdam sublata est (cf. E. VACANDARD, in *Revue des questions historiques*, t. LXXV, 594), non inutile duximus ea quae non melius, sed fusius, quam Kruschius fecit, exposueramus, in hoc commentario tradere, praesertim cum in annum, quo mortuus est Eligius, copiose nec tamen feliciter inquisivisset in his *Actis* decessor quidam noster (Oct. t. VII, p. 964-67). — (6) KRUSCH, *Zur Chronologie*, l. c.; J. HAVET, *Œuvres* (1896), t. I, p. 99 : *Questions mérovingiennes*, III. — (7) *Act. SS.*, Oct. t. VII, p. 966-67, num. 41, 42. — (8) Qui Eligium anno 665 mortuum esse dixerunt, id unico argumento eoque prorsus infirmo stabilire conati sunt, id est praeiudicata opinione Eligium annos circiter novemdecim in episcopatu vixisse (cf. *Act. SS.*, l. c., p. 964, num. 36); confutantur autem egregie vel loco illo Vitae S. Eligii, in quo docemur Eligium *usque ad initium regni iunioris Lotharii mansisse in corpore* (lib. II, c. 1; *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 694). Qui autem fieri potuit ut annus 665 diceretur initium regni Chlotarii III, qui anno 657 regnare coepit, anno 673 obiit (cf. HAVET, l. c.)? — (9) MABILLON, *Acta*, saec. III, 2, p. 613-15; PARDESSUS, *Diplomata*, t. II, p. 112-14, n. 335. — (10) Cf. *Act. SS.*, Oct. t. VII, p. 965, num. 37; KRUSCH, l. c., p. 640. Vid. etiam hos locos Vitae Eligii : l. II, c. 34 : *Interea cum iam propinquare profectionis salutarem diem sentiret, congregatis pridie kalendarum decembrium cunctis ... discipulis suis, quos iam etsi non spiritu, corpore tamen incipiebat relinquere orphanos, ita exorsus est ad eos...* Et relatis sermonibus quos inter se habuerunt hoc vespere Eligius et sui, narrat ibid., c. 36, mortuum esse sanctum *statim... cum esset hora prima noctis* seu initium diei 1 decembris (KRUSCH, t. c., p. 720). — (11) MABILLON, *Annales O. S. B.*, lib. XIV, § 63, seu t. I, p. 448-49; PARDESSUS, t. c., p. 109-11, n. 333. — (12) Ipsum praeceptum Emmonis in gratiam Sanctae Columbae Senonensis datum solus, F quod sciam, in dubium obiter vocavit L. LEVILLAIN, *Bibliothèque de l'École des chartes*, t. LXII (1901), p. 490, annot. 3; quem ultro secutus est A. COVILLE, *L'évêque Aunemundus* (Lyon, 1902), p. 7 (= REVUE D'HISTOIRE DE LYON, t. I, p. 355); cui sententiae, non sine quadam levitate propositae, optimo iure contradixit Br. KRUSCH, *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XXXI (1906), p. 359. Quod autem ait BRÉQUIGNY, *Diplomata*, t. I, p. 226, annot. 2, et post eum, ut solet, PARDESSUS, t. c., p. 111, annot. 1, in praecepto Emmonis, cui subscripsit Eligius, „ quasdam subscriptiones scrupulum inicere „, id nihil est. Praecipuus enim scrupulus illi ortus est ex subscriptione Aunemundi „ si is creditur Lugdunensis episcopus, qui neci traditus fuit sub Chlodoveo II iuxta Cointium..., auctores novae *Galliae christianae* et alios plures. „ Iam vero quaecumque protulerunt tum Cointius et alii in confirmationem suae sententiae, tum Mabillonius (in *Dissertatione de anno mortis Dagoberti I* = VETERA ANALECTA, ed. in fol., p. 519, num. 18) et Pererius noster (*Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 728-29, num. 37-39) ut ostenderent Aunemundum anno 657 occisum esse, tum etiam v. cl. A. Coville (l. c., p. 23-24 = REVUE, p. 371-72), ut annum 658 tueretur, haec perdifficilem quaestionem dirimere non videntur. Totius enim rei cardo in hoc denique tandem vertitur, quaenam sit fides habenda Eddio Stephano in hoc loco Vitae S. Wilfridi, c. 6 (*BHL.* 8889, ed. RAINE, p. 9-10), in quo narrat martyrium Dalfini (= Aunemundi ?) archiepiscopi; atqui hoc saltem loco Eddii non summam esse auctoritatem vix negari potest; cf. B. W. WELLS, in *The English historical Review*, t. VI (1891), p. 537.

tur

AUCTORE A. P.

tur (1), *ad absentes episcopos per nuntios misit, ut hi subscriptione sua concessa privilegia confirmarent. Dum autem commissum munus exsequuntur nuntii et iter satis longum peragunt, moritur die 1 decembris 660 Eligius, atque Noviomum venientes nuntii iam Mummolenum in Eligii cathedra sedentem inveniunt atque ei subscribendas litteras porrigunt* (2).

certo constat.

10. *Habemus ergo Eligium die 1 decembri anni 660 obiisse, atque eo tempore Calense monasterium ita perfectum esse, ut illud* monasterium suum *Balthildis nominaret atque in eodem recipi possent sacrae Noviomensis episcopi reliquiae. Porro saltem ante finem anni 660 Bertila monasterio iam magno ex parte aedificato praefecta erat. Neque dubitationem nobis inicere possunt ea quae leguntur in Vita S. Bertilae, c. 4 : postquam praeparato diligenter coenobio, animo revolvere coeperat S. Balthildis quamnam dignam reperiret, quae novae suae abbatiae praeficeretur, audita fama S. Bertilae,* ilico, *ut ait auctor,* accepto concilio decrevit ut hanc super sanctas feminas, quas... in coenobio supranominato congregaverat, matrem B constitueret; quod, Deo dispensante, postea perfecit. *Nequaquam enim haec sollemnis formula* (3) *ita premenda est, ut intellegamus non exiguum effluxisse tempus antequam Bertila Calam adduceretur; quin immo ex Vita Balthildis, quae Vita Bertilae antiquior est et ab auctore istius est lecta, novimus breve illud tempus fuisse; scriptum est enim ibi, c. 7 :* coenobium magnum virginum aedificavit, ubi Dei famulam religiosam valde puellam Berthilanem in locum matris esse primam constituit.

Erraverunt ergo et Beda Venerabilis.

11. *Neque tamen ita finem difficultatum attigimus. His enim, quae hactenus disputavimus, contradicit locus Bedae saepe saepius in hac controversia prolatus. Tradit vir ille venerabilis, quo tempore S. Hild, relicto habitu saeculari, secessisset ad provinciam Orientalium Anglorum atque inde ad monasterium Cale properare cuperet, tunc sororem ipsius Heresuid in hoc ipso monasterio regularibus disciplinis subditam vixisse; porro Hildam anno 680 e vita migrasse, cum esset annorum LXVI: quibus aequa portione divisis, XXXIII primos in saeculari habitu conversata esset et totidem sequentes in monachica vita Domino* C *consecrasset* (4). *Bedae igitur si credideris, anno 646 vel 647 Heresuid regina, vivente etiamtum* D *marito, in Calensi coenobio monialis erat facta; atque hoc ipso testimonio adducti sunt nonnulli, ut anno circiter 646 et fundatum a Balthilde illud coenobium, et Bertilam eidem praefectam esse asseverarent* (5). *Et ita quidem Bedae prorsus faciunt satis, sed documentorum Calensium, quae supra expendimus, nullam habent rationem. Frustra autem contendit Sharpius* (6) " *adeo incerta esse „ tempora fundationis Calensis monasterii, ut dif- „ ficile sit affirmare auctorem — id est Bedam — „ qui non procul ab illis temporibus vixit, aluci- „ natum, praesertim in historia tam celebri, cuius „ sanctimoniales anglicanae tanta pars fuerunt. „ Immo ostendisse mihi videor luculenta prorsus esse quae de origine monasterii in monumentis gallicanis leguntur; unde, si quid in hac re obscuritatis est, id ex solo Bedae testimonio oritur, viro britanno, qui si tempore rebus gestis propinquus est, ast non propinquior est quam auctores Vitarum Balthildis et Bertilae, loco autem multo erat remotior.*

qui Calense coenobium iam anno 646/647 extitisse putavit,

12. *Ut tamen venerabili scriptori sua fides servetur, conati sunt quidam* (7) *Bedam inter et hagiographos nostros concordiam efficere. Quod ut consequerentur, protulerunt locum desumptum ex Vita S. Balthildis recentiore eaque saeculo IX conscripta, c. 18 :* Recolimus quidem... Chrodehildem... magni et antiqui Chlodovei regis coniugem, quae... cenobiolum in honore sancti Georgii sacrarum virginum in Kala prima construxit. Quod postea, quia ambitus ecclesiae strictior erat ad capiendum plurimum gregem sanctimonialium, a saepe memoranda domna Balthilde eversum est et basilica pergrandi spatio amplitudinis constructa; cuius medium altare... *Unde pronuntiant scriptores laudati Heresuidam in Calensi monasterio a Chrodehilde olim constructo, quod postea, hoc est anno 656* (8), *Balthildis a fundamentis erectura erat atque auctura, religiosam vitam duxisse. Quibus immiscet Mabillonius* (9) *errorem satis mirandum, quem ideo hic reprehendere iuvat, quod sub tanti viri auspiciis in non paucos recentiores libros irrepsit; dicit enim ille non solum Heresuidam, sed et Hildam eius sororem sub regimine S. Bertilae Calae vixisse; atqui Hildam ab Anglia numquam discessisse, locuples testis est ipse Beda* (10); *Heresuid autem, si um-* F

(1) Ait enim : *Quam etiam constitutionis nostrae definitionem, manus nostrae subscriptionibus roboratam, per fratres et conservos nostros abbates, perpetuis temporibus valituram, ut robustior maneat, vobis vel caeteris destinavimus insuper confirmandam, stipulatione subnexa.* — (2) Egregiam confirmationem acciperet coniectura nostra, si nomina omnia eorum, quibus inscriptae sunt istae Emmonis litterae, certo ita legenda essent, ut in editis leguntur. Haec enim est earum inscriptio : *Dominis sanctis et summi culminis apicem pontificatus cathedrae specula praesidentibus in Christo fratribus, Senonicae civitatis comprovincialibus Chrodoberto, Farone, Bertoaldo, Audoeno, Gauzberto, Eligio, Emmo peccator...* Verum monuit Brequigny pro *Eligio* forsan legendum esse *Vigilio;* siquidem litteras inscripsit Emmo *comprovincialibus* suis, in quorum numero minime erat Eligius, bene vero Vigilius tunc Autissiodorensis episcopus. Quicquid id est, cum res saltem dubia sit, ab hoc argumento afferendo abstinere malumus. — (3) Cf. Sulpicii Severi Vita Martini, c. 2, 4 : *quod postea devotus implevit;* quae verba centiens apud posteriores hagiographos recurrunt. — (4) *Hist. eccl. gentis Anglorum*, lib. IV, c. 23. — (5) Toussaints DU PLESSIS, *Histoire de l'église de Meaux*, t. I (1731), pp. 39 et 699-700; Alban BUTLER, *The Lifes of the Fathers* etc., ad d. 5 nov., in annot. — (6) PETRIE-SHARPE, *Mon. hist. brit.*, t. I (1848), p. 234, annot. *b.* — (7) LE COINTE, *Ann. eccl. Franc.*, t. III, p. 422, ad an. 656, VI; MABILLON, *Acta*, saec. III, 1, p. 25 in annot.; Placidus PORCHERON († 1694), O. S. B., in sua *Histoire de l'abbaye de Chelles*, quae manu scripta servatur in maiore seminario clericali Meldensi; *Gallia christiana*, t. VII, col. 559; LONGUEVAL, *Hist. de l'église gallicane*, liv. X, ad an. 659; C. BYEUS, in *Act. SS.*, Oct. t. V, p. 119, num. 17-19; et inter recentiores BERTHAULT, *L'Abbaye de Chelles. Résumés chronologiques*, t. I (1889), p. 14-17; C. TORCHET, *Histoire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Chelles*, t. I (1889), pp. 4, 15, 25. — (8) Annum 656 designant ex auctoribus allatis non pauci, utpote qui existimarent hoc anno mortuum esse Chlodoveum II; verum vide supra, num. 7. Alii ita rem definiunt, ut anno 656 monasterium construi coeptum sit, anno autem 659 vel 660 ita perfectum, ut inhabitari posset. Quidam tandem anno 662 aedificatum esse Calense coenobium asseverant (YEPES, *Coronica general de la orden de San Benito*, t. II, fol. 278, col. 3, 4; COCQUELIN, *Historiae regalis abbatiae Corbeiensis compendium*, ed. J. Garnier, pp. 10, 30); ad quod unica ratione moventur, quia ad annum istum haec scribit Sigebertus Gemblacensis in Chronico : *Bathildis regina, mater Lotharii, Corbeiam et Chalam monasteria Deo construxit* (*MG.*, Scr. t. VI, p. 325). Huiusmodi autem testimonium examinare neque libet, neque operae est pretium. — (9) *Acta*, saec. II, p. 776, num. 7; saec. III, 1, p. 24, annot. *c.* — (10) *Hist. eccl.*, lib. IV, c. 23; cf. quae de hoc loco scripsit LE COINTE, t. III, p. 423-24, ad an. 656, VI.

quam

A *quam Calae versata est, quod mox inquiremus, certe ex unico teste Beda id solummodo accipimus eam ibi fuisse anno circiter 647 ac proin plus decem ante annis, quam a S. Balthilde coenobium aedificaretur atque eidem praeficeretur S. Bertila. His obiter explicatis, ad propositum redeamus.*

et interpolator Vitae S. Balthildis,

13. *Videndum igitur fidesne adhibenda sit interpolatori Vitae S. Balthildis, ubi scribit Calense monasterium non a Balthilde primum aedificatum esse, sed a Chrodehilde regina olim conditum et ampliore forma a Balthilde renovatum esse. Id quidem, etsi verum esset, veri tamen non videretur simile. Quis enim sibi persuadeat coenobium illud, ad quod anno circiter 647 ex Anglia filiae regum certatim convolabant, et ita exiguum fuisse ut* coenobiolum *diceretur, et praesertim ita ignobile, ut nusquam alias de eo sermo fieret, ne ab iis quidem, qui de constructo a Balthilde monasterio posteros docuerunt? Ut enim omittamus tum Gregorium Turonensem, qui de hac re prorsus silet* (1), *tum Vitam Chrodehildis, utpote quae nullius auctoritatis sit neque saeculo X antiquior, coeno*B*bium aliquod Calae a Chrodehilde conditum esse prorsus ignorare videntur vetustiores Calenses scriptores, auctores dico tum Vitae S. Bertilae, tum Vitae* A *S. Balthildis. Quin etiam ea uterque profert, ex quibus iure colligamus a Balthilde primam omnino factam esse monasterii fundationem. Ita Vita S. Bertilae c. 4 :* His namque temporibus, post discessum domni Chlodovei regis, religiosa... domna Baltechildis regina... consilium accepit, ut regali villa, quae dicitur Kala, monasterium construeret puellarum... Complacuit consilium universis (*pontificibus et primatibus populi*) ac consensum ei omnes prebuerunt. At illa... sub omni celeritate monasterium ibidem construere praecepit.

Non aliter Vita Balthildis vetustior, c. 7 : Quod etiam et ipsa velud proprias... Dei casas, id est Kala in Parisiaco, a Deo sacratas puellas, coenobium magnum virginum aedificavit, ubi Dei famulam religiosam valde puellam Berthilanem in locum matris esse primam constituit. *C. 8 :* Quid ad Iotro monasterio, unde illas sacras virgines cum prefata domna Berthilane abbatissa ad C Kala suo monasterio accersivit? *C. 10 :* Erat enim eius sancta devotio, ut in monasterio, quem prediximus, religiosarum foeminarum, hoc est in Kala, quam ipsa aedificavit, conversare deberet.

qui idem coenobium a S. Chrodehilde conditum dixit.

14. *Restat locus in quo vetustus auctor de S. Chrodehilde loquitur, c. 18; ubi inter ceteras piae reginae laudes hanc profert quod* aecclesias in honore sancti Petri Parisius et sancti Georgii in coenobiolo virginum in Kala prima construxit. *Quibus verbis* S. Georgii in coenobiolo virginum, *seu, ut habet alter ex codicibus manu scriptis,* S. Georii ad cenobiolum virginum, *id solummodo indicasse videtur auctor, qui post mortem Balthildis scribebat, eo loco a Chrodehilde aedificatam esse ecclesiam Sancti Georgii, in quo postea conditum est — utique a Balthilde — coenobium monialium Calense. Aliter quidem intellexit qui Vitae novam editionem saeculo IX paravit, et scripsit :* Ecclesiam quoque in honore sancti Petri ubi religio monastici ordinis vigeret, Parisius fecit, necnon et cenobiolum in honore sancti Georgii sacrarum virginum in Kala prima construxit. Quod postea, quia ambitus ecclesiae strictior erat... *Atque hic infersit editor carolingicus narrationem quandam de condito a Balthilde monasterio, quae narratio in vetustiore Vita minime legebatur. Porro ut non praefracte negari velim ea, quae hic narrat recentior S. Balthildis laudator et post eum moderni multi, ita ipsius sententiam ex falsa interpretatione Vitae prioris exortam esse puto, atque cum his quae a scriptoribus antiquis tradita sunt magis consentire censeo sententiam illorum, qui a Chrodehilde solam Sancti Georgii ecclesiam, a Balthilde autem ipsum monialium coenobium primum exstructum esse dixerunt.*

AUCTORE A. P.

Illustre monasterium

15. *Igitur Beda aliqua in re errasse dicendus est; quod non ita mirum videbitur, si reputaverimus eo tempore, quo scribebat vir venerabilis, id est circiter anno 730, plurimum et quidem ab amplius quinquaginta annis invaluisse apud Britanniae Saxones famam Calensis monasterii. Quod testatur tum Vita S. Bertilae, c. 5 :* Nec solum ex vicina provincia sed etiam ex transmarinis partibus ad eam (*Bertilam*)... cum summo amoris desiderio E plurimi viri ac fęminae festinabant, *et c. 6 :* Tantumque fructum per eam magnum Dominus contraxit, ut etiam ab transmarinis partibus Saxoniae reges illi fideles ab ea per missos postularent, ut illis de suis discipulis... dirigeret, *tum ipse Beda,* Hist. eccl., *lib. III, c. 8 :* Nam eo tempore *— id est saeculo VII iam provecto, quando Earcongota, filia regis Earconbercti (640-664) in Brigensi monasterio Sanctae Farae Domino serviebat —* necdum multis in regione Anglorum monasteriis constructis, multi de Britannia monachicae conversationis gratia Francorum vel Galliarum monasteria adire solebant; sed et filias suas eisdem erudiendas ac sponso caelesti copulandas mittebant, maxime in Brige et in Cale et in Andilegum monasterio. *Ubi autem postea (lib. IV, c. 23) de Heresuida scripsit vir in rebus anglicis atque northumbricis magis certe quam in gallicis versatus, facile potuit pro alio monasterio, — cuiusmodi quaedam utique tempore Heresuidae exstabant, — celebre illud Calense nominare. Quid quod forsan cum Pagio* (2) *conicere fas est Bedae errandi ansam dedisse ipsa Vitae S. Bertilae verba, quae modo recitavimus? Quod eo minus* F *mirabile est, quod is etiam locus ab ipso Mabillonio perperam intellectus est. Scripsit enim ille in annotatione ad verba allata c. 5 : " Has inter fuere SS. Hilda, Hereswita et aliae ex Britannia insula. " Iam vero illud saltem extra controversiam est, Heresuidam, si umquam Calae vixit, certe eo multo ante tempore venisse, quam Bertila e Iotrensi monasterio ad Calense transiret.*

rexit S. Bertila ab an. 658/660 ad an. 705/706

16. *Venit ergo Calam Bertila nostra post annum 657 et ante mensem decembrem anni 660, ibidemque ilico abbatissae munus gerere coepit. Quo in munere cum annos quadraginta sex vixerit, anno circiter 705 vel 706 mortem obiisse dicenda est. De die obitus tacet quidem Vitae scriptor; est autem cur credamus hunc fuisse 5 novembris, quo die in martyrologio Calensi, de quo infra, festivitas S. Bertilae inscripta est, dum die 26 maii in eodem monasterio colebatur memoria translationis eiusdem sanctae.*

(1) Silet et auctor Chronicorum quae Fredegario tribuuntur, item auctor *Libri historiae Francorum*. — (2) *Crit. Baronii*, ad an. 680, XXI. Vid. quae scripsit Pagius ibid., XV sqq. et ad an. 705, XVIII-XX.

§ III.

AUCTORE A. P.

§ III. De cultu S. Bertilae.

Reliquiae S. Bertilae

17. Statim post sanctae obitum coepisse loci incolas ipsius intercessionem postulare, testis est Vitae auctor, c. 8 extr. Quam piam venerationem per quinque sequentia saecula continuatam esse ut probabile est, ita vix ullo documento est proditum quantum vel quibus modis ei sit exhibita. Unum dumtaxat aetatis antiquae quidem, etsi non satis certae, testimonium habemus in vetere illo sacramentario ex quo missam de S. Bertila nonis novembribus cantari solitam edidit Mabillonius (1). Postea non ante extremum saec. XII Bertilae nomen iterum comparet, quando, procurante Maria de Duny abbatissa, translatae sunt die 26 maii 1185 ipsius reliquiae. Dolemus periisse translationis seu potius elevationis huius monumentum in membranis exaratum, quod anno 1185 simul cum sacris lipsanis in reliquiario collocatum est et anno etiam 1711 supererat; in quo narrabatur translationem regnante Philippo Augusto factam esse a Mauritio de Soliaco, Parisiensi episcopo, coram magna populi multitudine, praesentibus Maria de Duny abbatissa, Emelina thesauraria, Adelaide de Aneto et aliis nobili genere oriundis. Aperto tunc Bertilae sepulcro, quod sub ecclesia Sancti Georgii situm erat, collecta sunt sacra virginis ossa et in arca reposita; quae arca sollemniter in maiorem monasterii ecclesiam, quae B. V. Mariae sacra erat, translata est ibidemque prope reliquias S. Balthildis collocata (2). Abhinc autem maior in dies sanctis Bertilae lipsanis habitus est honor.

anno 1185 elevatae;

his recipiendis novae capsae fabricatae saeculo XVI,

18. Anno igitur 1508 fecit Maria de Reilhac abbatissa capsam totam argenteam gemmisque ornatam, in qua caput Bertilae, a reliquo corpore avulsum, inclusum est (3). Anno vero 1544, cum, grassante bello inter regem Franciae Franciscum I et Carolum V imperatorem, regis copiae prope Calam castra posuissent perterritaeque moniales Parisios confugissent, paucis post diebus incolumes suo monasterio redditae, postquam nihil etiam de reliquiis, chartis ceterisque rebus, quas secum detulerant, periisse cognoverunt, in grati animi testimonium statuerunt ut pro veteribus sanctorum suorum capsis, quae paene disruptae erant et gemmis suis misere orbatae, novae eaeque ornatiores conficerentur. Et ea quidem, in quam sacra Bertilae ossa translata sunt, partim argento, partim ligno deaurato fabricata erat, decorata autem et gemmis pretiosis et imaginibus cum S. Bertilae, tum aliarum duodecim virginum (4). Facta est translatio die 29 martii 1545 a Iohanne Goudequin, priore Sancti Lazari et visitatore monasterii Calensis, praesentibus Iacquelina Amignon vicaria generali Calensi, Roberta Turquin priorissa ceterisque monialibus. Die 15 iunii 1614 maxillam inferiorem S. Bertilae abstulit Maria de Lotharingia abbatissa et dono misit Iohannae de Borbonio abbatissae Iotrensi; quae ritu sollemni venerabile illud pignus die 27 iunii eiusdem anni recepit et in suum monasterium transtulit (5). Unde factum est ut postea hic dies 27 iunii in abbatia Iotrensi celebris esset S. Bertilae memoria (6). Cum autem vergente saeculo XVIII publicata esset antiqua Iotrensis abbatia, sacra haec maxilla una cum alio osse S. Bertilae et ceteris reliquiis Iotrensibus in parochialem vici illius ecclesiam pie translata est, in qua postea diligenter est conservata.

saeculo XVII,

19. Sed ut ad Calam redeamus, novam ibi iterum capsam eamque totam argenteam et affabre elaboratam S. Bertilae fecit Magdalena de la Porte abbatissa; in quam sanctae reliquias transtulit die 22 iulii 1665 Henricus de la Motte-Houdancourt, Ausciensis episcopus idemque Annae Austriacae magnus eleemosynarius. Aderat ille Bossuetius, Mettensis tunc archidiaconus, qui ipso die S. Bertilae laudes praeclara, ut asserunt, oratione extulit (7). Elapsis deinde annis circiter quinquaginta, cum statuisset abbatissa Agnes de Villario capsam istam reficere et magis exornare, aperuit eam die 16 iulii 1711 vicarius generalis Parisiensis Vivant; in qua corpus Bertilae paene integrum repperit simul cum chartis, quae de translationibus an. 1185, 1544 et 1665 peractis testabantur et reliquias authenticas esse demonstrabant (8). Caput tamen S. Bertilae, ut iam monuimus, a reliquo corpore separatum erat et in reliquiario argenteo reconditum. Huic asservando pulchriorem capsam ex argento inaurato in similitudinem capitis fabricatam procuravit Ludovica Adelais d'Orléans abbatissa; qua praesente, ab Eligio Ledoux, priore Sanctae Crucis Calensis, sacrum caput die 18 novembris 1721 in novum reliquiarium est translatum (9).

saeculo XVIII semel

atque iterum,

20. Ea autem semper fuit Calensium in sanctas suas Balthildem et Bertilam pia religio, ut tunc etiam, quando extremo saeculo XVIII res gallicae funditus eversae sunt, cum quaecumque in ecclesiis reperta erant metalla pretiosa vel gemmae ablata essent et in rei publicae usum abrepta, non solum ipsas reliquias diligenter servaverint incolae et piis honoribus sint prosecuti, sed et his ipsis turbulentis temporibus, id est die 3 ianuarii 1793, publice decreverint, ut novae capsae sacris ossibus fabricarentur. Supererant tum solummodo arcae quercinae, ferreis laminis munitae, in quibus conditae erant reliquiae et quae, postquam publicatum erat monasterium, ad ecclesiam parochialem Sancti Andreae erant translatae. His arcis recipiendis factae sunt capsae et ipsae ligneae, non splendidae quidem, ut olim, neque indecorae tamen, utpote auro sculptisque ornamentis aliquantum ornatae; sed et in summa utriusque parte posita erat hinc S. Balthildis, illinc S. Bertilae imago. Quae capsae, ablatis iam istis imaginibus, hodie quoque in dicta ecclesia parochiali conservantur (10). Videntur in eadem ecclesia reliquiaria duo (11) in modum capitis anno 1822 efformata ad imitationem eorum, quae olim in thesauro monasterii servabantur argento inaurato efficta, et in quibus capita SS. Balthildis et Bertilae erant inclusa. Et caput quidem S. Bertilae in hoc novo reliquiario quievisse videtur ab anno 1822 ad annum 1826; quo tempore vir rev. Pruneau, Meldensis canonicus,

saeculo XIX.

(1) *Ann. O. S. B.*, t. II, append. I, p. 691. — (2) Cf. TORCHET, *op. cit.*, t. I, p. 110. Quae hoc loco et aliis infra afferendis tradit v. cl. Torchet de S. Bertilae reliquiis, ea iam protulerat pridem *Les reliques de Notre-Dame de Chelles*, in BULLETIN DE LA SOCIÉTÉ D'ARCHÉOLOGIE DE SEINE-ET-MARNE, t. IV (1867), p. 271-93. — (3) TORCHET, *Histoire*, t. I, p. 235. — (4) Ibid., p. 261-65. — (5) Haec nos docuit b. m. F. A. Denis canonicus Meldensis, qui monuit ita ex documentis authenticis corrigenda esse quae tradit T. DU PLESSIS, *Histoire de l'église de Meaux*, t. I, p. 39; ubi res anno 1612 acta esse dicitur. — (6) Cf. *Officia propriorum festorum regalis abbatiae Iotrensis* (Parisiis, 1625), p. 57-65. — (7) Cf. TORCHET, op cit., t. II, p. 53-54. — (8) Ibid., p. 99-100. Chartae istae non supersunt. — (9) Ibid., p. 302. Monumentum huius translationis inclusum servatur in hodierna capsa S. Bertilae; huius apographum vidi in archivo episcopali Meldensi. — (10) TORCHET, t. II, p. 255-56; cf. ibid., p. 302. — (11) Ibid., pp. 87 et 306.

iussu

A *iussu ill. episcopi Victoris de Cosnac, Calenses reliquias visitavit et, aperta maiore capsa S. Bertilae, in ea caput etiam beatae abbatissae recondidit die 1 octobris 1826. Semel postea aperta est illa capsa, die 13 iulii 1853, ab ill. episcopo Augusto Allou; qui reliquias recognovit* (1), *recensuit, quasdam etiam seposuit et sibi reservavit. Ex quibus claviculam sanctae dexteram monialibus benedictinis restauratae abbatiae Iotrensis, os metatarsianum episcopo Porphyrensi, qui tum SS. DD. Pii papae IX sacrista erat, alia etiam aliis* (2) *dono misit episcopus.*

Baculus sanctae olim servatus.

21. *Quod si addiderimus olim in abbatia Calensi conservatum esse baculum abbatialem, qui S. Bertilae fuisse ferebatur* (3), *omnia lector habebit quae de reliquiis sanctae nostrae dictu digna videbantur.*

Dies eiusdem festi in Calensi coenobio,

22. *Quinam vero eiusdem sanctae sacri olim fuerint dies, optime novimus ex martyrologio ipsius abbatiae Calensis, quod nunc inter codices manu scriptos bibliothecae Bernensis conservatur sub num. 418. In quo codice, — ut omittam regulam S. Benedicti, lectionarium, necrologium, — invenire est fol. 6-78 martyrologium Usuardinum* B *saeculo XIII exaratum secundum exemplar quod, ut videtur* (4), *erat monasterii Beatae Mariae de Hedera* (5). *Postquam autem istud apographum Calam delatum est, suis locis additae sunt ipso saeculo XIII nuntiationes dierum festorum qui in Calensi abbatia agi consueverant. Inter quos notandi nobis sunt duo : 1) nonis novembribus :* Eodem die festivitas sancte Bertile virginis atque abbatisse, *et 2) VII kal. iunias :* Eodem die translatio sancte Bertile virginis atque abbatisse (6). *Haec est autem translatio, quam anno 1185 eodem die 26 maii factam esse diximus* (7). *Iam vero eosdem dies 5 novembris et 26 maii celebrandis tum festivitati tum translationi S. Bertilae Calenses moniales postea fideliter addixisse, testantur officia propria ad usum abbatiae prelo impressa, de quibus superius* (8). *Contra in assignandis diebus Bertilae sacris ab hoc antiquitatis more recesserunt scriptores moderni bene multi. Festivitatis enim dies sollemnis, qui a multis 5 novembris recte dicitur* (9), *a nonnullis tamen nescio quam ab causam in 4 novembris translatus est* (10). *Maior etiam est in die translationis discrepantia, dum alii — et vere quidem — hunc VII* C *kal. iunias seu 26 maii, alii XVII kal. iunias seu 16 maii* (11), *alii VI kal. iulias seu 26 iunii* (12), *alii VII kal. novembres seu 26 octobris* (13) *illius memoriam fieri affirmant.*

23. *Utroque die, hoc est 5 novembris et 26 maii, fiebat in abbatia Calensi officium sollemne cum lectionibus, antiphonis et hymnis propriis. De lectionibus iam dixi supra* (14). *Antiphonae ad vesperas, item invitatorium, antiphonae et responsoria ad matutinum scripta sunt versibus hexametris leoninis ; antiphonae vero ad laudes prosae sunt, excepta antiphona ad Benedictus, quae est rythmica. Incipit illud officium (Ant. ad vesp.) :* Da mihi, Christe pie, verbi dator atque sophie (15), *continetque versus metricos sexaginta novem, rythmicos septem* (16). *Cum autem haec carmina neque valde antiqua sint neque optima, et nihil prorsus referant, quod non melius et uberius in Vita Bertilae legatur, ab iis exscribendis abstinebimus* (17). *Hymnos duos habet officium, quorum hoc est initium :* Te, Christe, nostra cantica (18) *et :* Bertillae nunc praeconia (19). *Praeterea alibi legere est hymnos alios quattuor, quorum tres a Iosepho Rosset compositi sunt* (20), *quartus inter innumera carmina Simonis Gourdan ineditus iacet* (21).

in monasterio Iotrensi,

24. *Hactenus de cultu S. Bertilae in ipso Calensi monasterio. In Iotrensi etiam illi honores sacros delatos esse atque festum ipsius die 27 iunii celebratum iam diximus ; quando autem celebrari coeptum sit, nescimus.* E *Veri tamen est simile id, quod legimus in libello cui titulus :* Officia propria insignis ecclesiae Meldensis SS. DD. Pii PP. IX iudicio, correctioni et sanctioni... proposita (*Parisiis, 1855*) ; *in quo, p. 94 : " Eius (Bertilae) " cultus ab immemoriali aetate in monasteriis " Calensi et Iotrensi viget ; " quod autem ibidem subiungitur : " in tota dioecesi nostra ab anno 1834, " id non ita verum est.*

in dioecesi Meldensi.

Abest quidem omnis Bertilae commemoratio a breviariis Meldensibus an. 1546, 1650 et 1834 impressis ; verum iam in breviario anni 1713 inscripta est Bertila ad diem 5 novembris sub hac rubrica " Memoria et lectio " (22), *tum etiam in* Ordine divini officii recitandi iuxta ritum Meldensem, *cuius exemplar prae manibus habemus " pro anno Domini 1827 " editum, ad eundem diem non iam quidem lectio propria praescribitur, sed saltem " commemoratio S. Bertilae virginis ad Laudes et ad Missam ". Tandem vero in* Officiis propriis ad usum insignis ecclesiae Meldensis, *quae anno 1856, approbante SS. DD. Pio IX, edita sunt, assignatum est eodem die S. Bertilae festum duplex cum tribus lectionibus propriis ex Vita desumptis.* F

Cultus S. Bertilae in Belgio.

25. *Extra Meldensem dioecesim num publicam venerationem adepta sit S. Bertila et qualem, non comperimus. Unum tamen occurrit memoratu haud indignum. In Limburgi belgici vico dicto*

(1) Ibid., p. 302. De hac recognitione litterae testimoniales scriptae sunt, quas in ipsa capsa reposuit episcopus. Harum apographum vidi in archivo episcopali Meldensi. — (2) Particulas quasdam reliquiarum S. Bertilae acceperunt parochiae nonnullae dioecesis Meldensis. Vid. etiam infra, num. 25. — (3) Ita Placidus Porcheron († 1694) in laudata historia manuscripta monasterii Calensis, p. 17 : " On garde " aussi dans la même abbaye sa crosse (i. e. Bertilae), à " laquelle on a attaché une petite plaque d'argent doré, où " est gravée (*sic*) ces paroles : ONUS ONERUM. Les caractères " sont de 400 ans ou environ. " — (4) Nam a. d. II kal. iul. scriptum est manu prima in ipso textu : *Ipso die dedicatio monasterii Sancte Marie Edere*. — (5) De quo cf. *Gall. christ.*, t. VII, col. 602. — (6) In kalendario, quod in capite codicis (fol. 1-5) exaratum est, iisdem diebus similes etiam nuntiationes saeculo XIII additae sunt. — (7) Supra, num. 17. — (8) Supra, num. 4, 3°. — (9) Ita v. gr. CHASTELAIN, *Martyrologe universel* (1709), Martyrologia Parisiense anni 1727, Autissiodorense anni 1751, Ebroicense anni 1772 etc. — (10) Ita Menardus in *Martyrologio Benedictino* (1629), Bucelinus in *Menologio Benedictino* (1655), Arturus a Monasterio in *Sacro Gynecaeo* (1657), alii. — (11) *Proprium sanctorum regalis et inclyti monasterii B. Mariae de Calis* (Parisiis, 1623). — (12) *Officia propr. fest. regalis abbatiae Iotrensis* (1625), p. 62 ; cf. etiam BUCELINUM, op. cit. ad d. 27 iunii. Meminisse iuverit die 27 iunii solitas esse moniales Iotrenses celebrare non illam quidem translationem, qua anno 1185 corpus Bertilae primum elevatum est, verum translationem sacrae eius maxillae, quae anno 1614 die 27 iunii e Calensi monasterio in Iotrense devenit ; cf. supra, num. 18. — (13) DUBOIS, *Historia ecclesiae Parisiensis*, t. I (1690), p. 201, IX ; *Gall. christ.*, t. VII, col. 559. — (14) Num. 4, 3°. — (15) In *Repertorio* suo *hymnologico* recensuit v. cl. U. Chevalier solas antiphonas primi nocturni (*Repert. hymn.*, num. 26330 ; ubi non 6×4 sed 6×2 scribendum erat). — (16) Si hymnos non annumeres. — (17) Misit ad Bollandum laudatus P. Thomas Aquinas a Sancto Iosepho apographum non totius quidem officii, sed earum partium, quae carmine scriptae sunt ; quod apographum invenire est in codice Bruxellensi 8932, fol. 239. — (18) CHEVALIER, *Repert. hymn.*, num. 20037. — (19) Ibid., num. 2478. — (20) Ibid., num. 3519, 5190, 15905. (21) Ibid., num. 2477. — (22) Quae lectio propria est atque ex Vita Bertilae desumpta.

AUCTORE A. P.

Grand-Jamine, haud procul a Sancto Trudone, celebris est sanctae nostrae memoria (1); *cuius etiam reliquias ab ill. episcopo Allou vici parochus olim accepit. In altero autem eiusdem Limburgi vico, qui Rosmeer vocatur et Belisiam inter ac Traiectum iacet, colitur etiam — et quidem a tribus iam saeculis — sancta quaedam Bertila. Ad quam honorandam non solum celebrant quotannis incolae sollemnem, sit venia verbo, novenam, quae die 1 maii ducit initium, sed et toto anni tempore multi undique, ut ferunt, illuc confluunt pii peregrini. Quod si de sancta sua incolas interrogaveris, respondent alii eandem illam esse, quae in Grand-Jamine colitur; alii eam esse " Matrem trium sororum "; alii indigenam eam fuisse asseverant; ad quod comprobandum argumentum proferunt viri boni, quod referre iuvat : cum in vico isto exstet puteus, cui nomen " Puteus S. Bertilae ", id more illo vulgarium hominum sollemni explicant ideo sic appellatum esse puteum quod, ipsa Bertila apprecante, ibi aqua miraculo manaverit. Addunt etiam sanctam suam minime esse abbatissam illam Calensem; suae enim sanctae imaginem se habere, quae thoracem solummodo repraesentet (vernacule un buste); ex quo intellegere est, aiunt, inferiorem corporis partem morbo peresam esse, quod in Bertila Calensi accidisse minime traditum est. Porro missis huiusmodi ineptiis, pronus utique sum ad coniciendum nequaquam Calensem abbatissam, quae in Belgio vix cognita erat, in vico Rosmeer veneratam esse, verum nostratem illam S. Bertilam, quae coniux exstitit S. Walberti comitis et mater SS. Waldedrudis et Aldegundis. Quod si quis contendat eandem Bertilam primitus ab incolis etiam vici Grand-Jamine cultam esse, recentius vero, faciente aliquo semidocto, pro illa coli coepisse Calensem abbatissam, ipsi equidem contradicere non ausim.*

(1) Cf. opusculum : *Vie de Sainte Bertille, vierge, première abbesse de Chelles, au diocèse de Meaux, particulièrement honorée le 2e dimanche de mai dans l'église de Grand-Jamine.* Saint-Trond, 1883, 32°, 8 pp.

VITA S. BERTILAE

Edita ex **1.** *codice Parisiensi 18296, collato cum* **2.** *codice Parisiensi 12607 et cum* **3.** *officio typis impresso; cf. Comm. praev., num. 4. — Adiectae sunt variae lectiones ex editione Mabillonii* (= **M**) *et ex Vita S. Albini a Venantio Fortunato conscripta* (= **F**).

FORTUNATUS Vita S.Albini, V, 10.

1. Religiosa vita sanctarum virginum quanto est meritis clarior, tanto est voce crebrior [1], et populorum ore laudabilior; quia, dum bonae conversationis exemplum ceteris tribuit, in laude sua linguas excitat [2] singulorum. Igitur beata Bertila [3] virgo Suessonicae provintiae indigena, nobilibus parentibus oriunda, immo digni germinis dignissima proles emergens, decus quod sumsit ex genere, felicis vitae meritis ampliavit, dum in illa et quo glorificaretur Christus elegit, et quod imitarentur multi [4], effulsit. Quae inter ipsa novellae iuventutis exordia, tantae [5] fidei fervore flagravit, ut parentes, ad quorum desiderium solet infantia festinanter recurrere, pro amore Christi voluntarie relinqueret, et mox ut per aetatem adulescentiae intellegere potuit, Christum Dominum concupivit, et in eius servitio pleno cordis affectu se tradere deliberavit. Quam [6] et percunctante [7] cuidam fidelissimo viro Dadone [8], cognomento Audoeno (1), si vellet Christo servire, grato animo respondit illam se ab infantia habere devotionem, ut Dei filium Christum promereret [9] adipisci sponsum; sed hoc pandere publice parentibus suis non audebat, eo quod cognosceret ab ipsis esse eis valde contrarium, quodque magis impedirent contradicendo quam consentirent annuendo. Iam autem divinum in tenera aetate astute tenebat consilium, et secretius Dei assidue deprecabatur auxilium, ut eius pietas faceret compendium, qualiter, ipso ordinante, congrue ad sanctarum feminarum consortium vel ad earum perduceretur coenobium. Cuius devotioni pietas divina consulens, quae in se sperantes numquam derelinquid, mox adfuit ei divina gratia in auxilium, et ex propriis parentibus vel etiam germanis in consensione devotos effecit; qui assentientes exhortati [10] sunt eam, ut in sancta devotione persisteret et se integram Domino virginem consecraret. Cui et sponte dederunt solatium [11], inspirante [12] Domino, et eam cum festinatione iuxta eius votum ad monasterium puellarum, quod vocatur Iotrus (2), perduxerunt, et domnae Teutlehildae [13] abbatissae (3) commendaverunt, a qua cum sanctis feminis honorifice recepta est.

Bertila Suessonica, Vita S.Albini, V, 11. — Ibid., V, 12. — *approbante S. Audoeno,* — *Iotrense coenobium adit;* Iudith 13, 17.

2 [1]. Igitur agens nobilis puella Bertila multiplices Christo gratias, cuius pietas eam a saeculi fluctibus ereptam ad portum felicis coenobii perduxerat, ab illo die in eodem loco tanta animi humilitate Domino placituram [2] se subdidit, ut, salva morum honestate, nihil de ingenuitatis natione superbiret, ibique quam origo nativitatis liberam genuit, famulam voluntas [3] addixit [4]. In quo sancto coenobio sub norma sanctae regulae ita admirabilem atque laudabilem habuit conversationem, ut velox esset in [5] sancta seniorum oboedientia, et ad cursum divinum vel ad orationem cum fervore mentis

in quo pie vivens — Vita S.Albini, V, 13.

Vitae sanctae Bertilae abbatissae Chellensis, *titulus suppletus in 1 saec. XVII;* Incipit vita beate Bertile virginis Calensis cenobii abbatisse 2.

1. — [1] celebrior 3. — [2] excitant 1, 2 *ante corr.* — [3] Bartilla 3 *et sic deinceps.* — [4] multa 3. — [5] tanto 2 *post corr.*, *F.* — [6] Que 3. — [7] percunctanti 3, *M.* — [8] Dadon 3; Dadoni *M.* — [9] promereretur 2 *post corr.*, 3, *M.* — [10] hortati 3. — [11] auxilium *M.* — [12] imperante 3. — [13] Trudecilde 3.

2. — [1] Lectio II. 1. — [2] placitura *M.* — [3] *ita F, M,* 2 *post corr.*; voluntatis 1; voluntate 3. — [4] *ita F,* 2 *post corr.*; adduxit 1, 2 *ante corr.*, 3. — [5] ad 3.

(1) Episcopo Rotomagensi an. 641-684. S. Audoenum in pago Suessionensi versatum esse, in quo vivebat Bertila puella, vel ex eo facile intellegitur; quod ipse cum fratribus in hoc pago natus erat. — (2) Jouarre (dép. Seine-et-Marne). Haud multo ante tempore conditum erat hoc coenobium ab Adone, fratre S. Audoeni. Cf. Vita S. Columbani, lib. I, c. 26 (*MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 100). — (3) De qua *Act. SS.*, Oct. t. V, p. 114-20.

devotissime

A devotissime festinaret. Cum omni enim gravitate et mansuetudine seu temperantia admirabiliter conversabatur in sancta congregatione, timorem vero Dei[6] semper prae oculis habens, ambulabat
IV Reg. 20, 3. in corde perfecto et puritate confessionis, humilis atque oboediens, suis semper complacens senioribus, et in quocumque ministerio iubebatur a matre senioribus deservire, idipsum fidelissime et cum bono animo, consolante gratia divina, absque murmurio[7] studebat adimplere omnia
Ibid. V. 14. quae sibi fuerant iniuncta. Profitiebat denique in ea exercitationis cotidianae profectus, ita ut ultra se semper ascendens, non solum meritis reliquas vince-
Ibid. V. 15. ret, sed de domito corpore potius triumpharet. Quis enim nunc recolere aut dicere valet, quantum illo in tempore fuerit praedicta Christi famula Bertila in ieiunii parcitate praecipua, in vigiliarum dilectione propensior, in[8] orationis assiduitate laudabilis, in caritate profusior[8], in lectione sanctae Scripturae
Ibid. V. 16. sollicitior, in miserationis opere singularis? Erat namque ad oboediendum in iuventute moribus senex et ad calcanda vitia matura, ita[9] ut in ipso iuvenili tyrocinio senibus esset exemplum, consodalibus solatium,
B iunioribus sanctorum demonstratrix gressuum. Totum voluit esse in Christo et cum Christo quod
Ibid. V. 17. vixit. Non oculum voluptati, non aurem ludibrio, non animum accommodans voluptati[10], semper se regens anchora gravitatis, talem se intra septa monasterii tractavit, ut esset in multis utilitatibus matri spiritali similis. Cuius ministerium fidelissimum considerans abbatissa, saepius ei maiorem curam atque graviora quae sub ipsa erant, iniungebat. ut dum ipsa sanctę ac religiosę in multis conversabatur, de cęteris sororibus sub ditione suae matris piam gereret ista sollicitudinem; infirmorum, infantum, immoque ospitum ei frequentius cura commendabatur (1). Quae omnia grato atque aequo animo ita benignissime adimplebat, quasi divinitus ei imperata fuissent. In omnibus itaque offitiis monasterii electa ipsa a Domino, post matrem abbatissam praesulatum regiminis tenebat, et absque ulla[11] reprehensione pro amore Dei omnem oboedientiam explebat; sobrietatem autem et pacem ita iugiter inconcussa tenebat mente, ut, quantum ex ipsa fuisset, nullius animum stimuli scandalo permovisset, sed magis si commotas[12] cerneret seu
C murmurantes aliquas sorores, pro zelo pietatis illud conabatur sedare atque pacare, vel compescere murmurationis malum, quoniam caritatem et pietatem in corde illius divina gratia administrabat.

primas post abbatissam partes agit.

Sororem quandam,

3[1]. Quia ergo magnum supradictae famulae Christi Bertilae in eo erat meritum, ut aliis demonstraretur, magnum per eam ostensum est miraculum. Nam cum quaedam ex sororibus, commoto[2] animo, verbum ei iracundiae dixisset, illa divinum super hoc expetivit iuditium; et quamvis, sicut decebat, ipsa culpa in invicem fuerat indulta, ipsa tamen domna Bertila de divino, quod expetierat, iudicio semper erat pavida. Contigit ergo illi sorori, que fuerat commota, anhelito[3] intercludente in pectore, mors subitanea; ad cuius funus sorores cęterae, tacto[4] signo (2), convenerunt[5], ut consuetam explerent orationem pro anima quae absumebatur ab eis, ut eam Dominus in pace perpetua propitius iuberet recipere. Sed hoc ignorante supra dicta Dei famula Bertila, interrogavit pro qua causa psallentium personaret chorus. Respondit ei quedam soror: " Nescis quia pro anima illius sororis, " quae recessit a corpore, iste personat sonitus? " Quo audito, ilico tremefacta pro sermone quem inter se habuerant, cursu velocissimo ad locum, ubi corpusculum illius sororis defunctae iacebat exanimę, celeriter pervenit, et ingressa cum fide magna ilico iniecit manum dexteram super pectus defunctae, adiurans illius animam recedentem per Iesum Christum Filium Dei, ut, antequam secum alloquens indulgeret ei, quod contra ipsam habuerat commotionem, non recederet. Ad cuius vocis imperium statim illa anima, quae iam a E
corpore discesserat, Deo[6] permittente, in corpus rediit et suspirans in redivivo cadavere omnibus stuporem intulit, respitiensque ad Dei famulam locuta est ei dicens: " Quid fecisti, soror? cur me " de claritatis via retrahis? " Cui ipsa Dei famula Bertila[7] humiliter dixit: " Obsecro, soror, ver" bum indulgentiae mihi remitte, quod commota " animo olim devovi tuo. " At illa ait[8]: " Det tibi " Deus indulgentiam; nam contra te nullam " retineo cordis commotionem, sed magis erga " te plenam gero dilectionem; et precor te, " ut pro me Deum[9] exores, et abire in pace " permittas, nec moras mihi facias, quia iter cla" rum habeo praeparatum; nam sine tuo per" missu abire non valeo. " Cui illa ait: " Vade " ergo in pace Christi et pro me ora, dulcis et " amabilis soror. " Vere magna in Deo[6] confidentia, que quando voluit animam revocavit et, quantum placuit, restare[10] permisit! Ex quo facto miraculo cognoscere possumus quantam fidei constantiam ipsa Dei famula habuit, interius roborata munere supernae pietatis, quae ita indubitanter animam, quae iam recesserat e corpore, revocavit in redivivum cadaver et secum loqui, F
ut voluit, imperavit[11], vel etiam post expletam locutionem ipsam animam abire permisit. Impleta itaque est in hac beata Bertila scriptura, quae dicit: *Omnia possibilia*[12] *sunt credenti,* et nihil Marc. 9, 22.
impossibile est his qui toto corde in Deo confidunt, sicut et in hoc miraculo constat esse factum.

Vita cui erat imprecata, mortuam excitat, ut sibi indulgeat.

Postea Calensi monasterio

4[1]. His[2] namque temporibus post discessum domni Chlodovei[3] regis (3), religiosa et optima coniunx ipsius domna Baltechildis regina (4) cum

[6] divinum *M.* — [7] murmure 3. — [8] (in-profusior) *om.* 1, 2, *M.* — [9] *om.* 3. — [10] *ita* 1, 2, 3; levitati *F.* — [11] illa 1, 2 *ante corr.* — [12] *ita* 2 *corr. man. pr.*, 3; commodas 1, 2 *ante corr.*; *cf. cap. 3*: commoto, commota.

3. — [1] Lectio III. 1. — [2] commota 3. — [3] anhelitu 2 *post corr.*, 3. — [4] tagto 1, 2 *ante corr.* — [5] *ita* 2 *post corr.*, *M*; cognoverunt 1, 2 *ante corr.*; cucurrerunt 3. — [6] Domino *M.* — [7] *om. M.* — [8] *om.* 3. — [9] Dominum *M.* — [10] praestare 2, *M.* — [11] impetravit 3. — [12] possibia 1.

4. — [1] Lectio IIII. 1. — [2] (His-committeret) *om.* 3. — [3] Clodovei 2.

(1) Cf. Regula S. Benedicti, c. 31 (de cellarario): *Infirmorum, infantum, hospitum pauperumque cum omni sollicitudine curam gerat.* Quae leguntur totidem verbis c. 20 " Recapitulationis " Regulae S. Caesarii Arelatensis ad virgines (*P.L.*, t. LXVII, col. 1121); sed hoc caput et sequens c. 21 genuina non sunt; cf. C. F. Arnold, *Caesarius von Arelate* (Leipzig, 1894), p. 500-502. Videndum porro utrum scriptor Vitae ipsam Regulam S. Benedicti an exemplar interpolatum Regulae ad virgines legerit; quod certo definire non possum. — (2) Cf. Caesarii Regula ad virgines, c. 10: *signo tacto.* — (3) Chlodoveus II regnavit an. 639-657. — (4) De qua *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 738-49; Br. Krusch, in *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 475-508.

parvulo

VITA *nuper condito*

parvulo filio rege Chlothario [4] (1) inreprehensibiliter regnum gubernabat Francorum, et ab omnibus pontificibus vel proceribus cunctoque populo regni sui, eius meritis compellentibus, miro diligebatur [5] affectu. Erat enim religiosa et Deo [6] multum devota, ęcclesiarum pauperumque curam gerens. Cum magno igitur vigore animi viriliter gubernabat palatium. Cum pontificibus autem et primatibus populi sui consilium accepit, ut regali villa, quae dicitur Kala (2), monasterium construeret puellarum (3), quatinus cum ad legitimam aetatem praefatus filius suus domnus Chlotharius pervenisset, et regnum sibi commissum per semet ipsum regere [7] potuisset, tunc ipsa, relictam curam regalem [8], sub religionis ordine in supra dictum ingrederetur monasterium. Eo vero quod omnes ipsa miro diligebat affectu et diligebatur a cunctis, complacuit consilium universis ac consensum ei omnes prebuerunt. At illa, ut erat prudens et sapiens, sub omni celeritate monasterium [9] ibidem construere praecepit, et futura praevidens necessariam ancillis Dei substantiam delegavit.
B Iamque praeparato diligenter coenobio, animo resolvere coepit, quam meritis et honestate seu moribus puellarum reperiret dignam, de qua fidens gregem sacrarum virginum ibi adunatum sub norma sanctae religionis cui [10] committeret [2]. Cumque [11] de multis multa audiret, istius sanctae puellae Bertilae felici fama percurrente, pervenit per relationem fidelium notitia usque ad aures regales domnae Baltechildis [12] gloriosae et christianissimae reginae; quae gavisa est de eius sanctitatis [13] exemplo; et ilico, accepto consilio, decrevit ut hanc super sanctas feminas, quas pro Christi amore et sanctae Mariae reverentia in coenobio supra nominato congregaverat, matrem constitueret; quod, Deo [6] dispensante, postea perfecit. Magna siquidem cum devotione et humilitate domnam Teutlehildem [14] poposcit abbatissam, ut ex suo monasterio aliquas famulas Dei sibi destinaret, quae suum regere deberent coenobium. At illa percunctata diu sanctam supplicationem reginae denegare non potuit, sed sponte gloriosae domnae ad petitionem satisfecit, praefatamque domnam Bertilam cum quibusdam sanctis puellis spiritali matri domnae Baltechildi cum summa diligentia et honore debito, ut decebat, per magnum sacerdotem domnum Genesium (4) ad Kale supradictum sanctum coenobium perducere praecepit; utque omnis illa congregatio velud matri spiritali ei commendaretur, praedictae domnae reginae praesentialiter suggessit, fisa de eius religione et pudica conversatione. Quas illa gloriosa Baltechildis regina velud munus caeleste cum magno honore suscepit et, sicut ei mandatum a domna Teutlehilde fuerat, onus regiminis super omne coenobium ei imposuit atque abbatissam esse praecepit. *abbatissa praeficitur;*

5 [1]. Iam vero venerabilis Dei famula Bertila, suscepta regiminis cura, qualem se et quam prudentem et [2] ad omnia inreprehensibilem praeparavit, effari non valeo. *quo munere optime fungens,* Non eam extollebat suscepti honoris cura, non copia divitiarum, non vallata utriusque sexus ministrorum caterva. Perseverabat in ea quae fuerat prius humilitas, pietas, benignitas, modestia [3], virginitas et, quod supereminet omnibus, vera caritas. Assidue quoque cum fide integra Deum expetebat sibi adiutorem, qui eam ab infantia semper in omnibus fuerat consolatus, E ut ipse ei daret fortitudinem pariter et astutum consilium, per quod ipsum sanctum coenobium ita posset gubernare, velud [4] ei complaceret, qui eam ad hoc vocare dignatus fuerat. Sed largiente ei divina pietate, viriliter cum summa sanctitate et religione, per consilium tamen sacerdotum, ipsum ordinavit coenobium et mirabiliter sub sancta norma condirexit [5], ut Deo [6] et illi sanctae reginae in omnibus complaceret. Quasi ergo mater proprios filios vel filias diligebat cunctos, ac reverebatur a cunctis [7]. Irascens igitur amabatur, et arridens timebatur, et filias quasque vel ceteros sub suo degentes regimine ad bene agendum et diaboli insidias praecavendum spiritali arte muniebat, et semetipsam cunctis bonae [8] operibus lucis exemplum monstrabat, abundeque subsidia corporum necessaria providebat (5). *multos ad monasterium allicit* Cuius conversatio sobria et benignissima advocavit plurimas fidelium animas feminarum, immoque et virorum (6). Nec solummodo ex vicina provintia, sed etiam ex transmarinis partibus, sanctae huius fęminae felici fama precurrente [9], ad eam, relictis parentibus et

C F

[4] Clotario 2 *et sic deinceps*. — [5] dirigebatur 1, 2 *ante corr.* — [6] Domino *M.* — [7] gerere *M.* — [8] relicta cura regali 2 *post corr.*, *M.* — [9] Kale *add. sup. lin. in 2 man. saec. XV.* — [10] ei 2 *post corr.*, *M.* — [11] religiosa et devota regina monasterium sacrarum virginum construeret Kalle et *add. in 2 in marg. infer. saec. XV; add.* 3. — [12] Bathildis 3 *et sic deinceps.* — [13] sanctitate 1. — [14] Teutechildem 3 *et sic deinceps*; Teutehildem *M.*

5. — [1] Lectio V. 1. — [2] (et ad o.) *ita* 3; ad o. 1, 2 *ante corr., ut videtur*; ac 2 *post ras.*; ac Domino *M.* — [3] imma *add.* 1; immo *add.* 2, 3, *sed delet. in* 2. *Forsan incepit librarius in cod.* 1 *scribere verbum* immaculata, *nec complevit.* — [4] ut 2 *post ras.*, *M.* — [5] eum direxit 3. — [6] Domino *M.* — [7] ab omnibus *M.* — [8] bonis 3, *M.* — [9] percurrente *M.*

(1) Chlotharius III regnavit an. 657-673. — (2) Chelles (dép. Seine-et-Marne). — (3) Cf. Comm. praev., num. 6-15. — (4) Abbas Genesius *per cuius manus ministrans* (S. Balthildis) *ipsa sacerdotibus et pauperibus, pascebat egenos et induebat vestibus nudos... dirigens per ipsum ad coenobia virorum ac virginum auri vel argenti largissima munera* (Vita S. Balthildis antiquior, c. 4; *MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 486). De quo sancto viro, qui ex abbate factus est episcopus Lugdunensis, vid. *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 352-56. Ipsum anno 657 vel 658 creatum esse episcopum statuerunt illi qui Aunemundum eius decessorem hoc vel illo anno occisum esse censebant; quibus cur assentiri dubitemus, diximus supra, p. 85, annot. 12. Huius sententiae confirmationem ex hoc loco Vitae S. Bertilae accipere sibi visi sunt quidam, qui Calense coenobium anno 658 conditum esse aestimabant (cf. *Act. SS.*, t. c., p. 354, num. 11); verum, ut alia omittam, non necessario ita intellegendus est Vitae scriptor, ut affirmet tunc temporis Genesium iam episcopum factum esse, sive illa verba *magnum sacerdotem* interpreteris „ archicapellanum palatii, qui et antiquioribus illis „ temporibus *primicerius palatii, sacri palatii antistes, clericorum summus* et recentioribus *magnus eleemosynarius* „ appellari solebat „ (*Act. SS.*, l. c.), sive potius conicias auctorem Vitae, quae triginta circiter annis post Genesii mortem († 678) conscripta est, cum Genesium obiter laudaret, tempora non satis distinxisse et episcopum (= magnum sacerdotem) eum nominasse, etsi de rebus ante gestis agebat, quam sanctus abbas episcopus factus est. — (5) Cf. S. Caesarii Recapitulatio regulae ad virgines, c. 10: *Ipsam tamen abbatissam sanctae congregationis... contestor ut, in quantum possibilitas fuerit, quae necessaria sunt suis sororibus provideat.* — (6) Cf. cap. 6: *christianitas fratrum sive sororum.* Calense igitur monasterium erat duplex et virorum et virginum sub regimine abbatissae. De huiusmodi coenobiis videsis quae post alios docte disseruit Maria BATESON, *The origin and early history of double monasteries*, in TRANSACTIONS OF THE ROYAL HISTORICAL SOCIETY, New Series, t. XIII (1899), p. 137-98.

patriam

A patriam [10], cum summo amoris desiderio plurimi viri ac fęminae festinabant (1); quos ipsa Dei famula Bertila affectu piissimo velud propria genetrix dilictos [11] parvulos omnes recipiebat atque diligendo fovebat, instruens eos sancta exortatione, ut iuste ac pie viverent, quatinus Christo regi complacere possent.

prodestque domesticis et externis,

6 [1]. Erat itaque ipsa beata Bertila exemplum et forma pietatis omnibus per continentiam et plenissimam dilectionem, et non solum per sanctum eloquium, sed magis suae sanctitatis seu religionis studio subditorum instruebat mores, ut se in [2] invicem diligerent caritatis affectu, puriterque et caste seu [3] et sobrie in omnibus conversarent, atque ad cursum vel orationem semper essent paratae, hospitumque et pauperum curam gererent, dilectionis studio et proximi amore. Familiam quoque monasterii sive vicinos propinquos per sanctam communionem attrahebat, ut datis confessionibus paenitentiam pro peccatis suis agerent (2); ex quibus plurimis emendatis et sibi praemium adquisivit, et illorum animabus lucrum fecit. B Eratque ipsi famulae Christi Bertilae summa devotio ac diligentia ad exornandas Christi ęcclesias vel altaria. Cotidie quoque pro salvatione animarum fidelium et recto statu sanctae Dei ecclesiae Deo [4] hostias sacras suos iubebat offerre sacerdotes. In vigiliis vero et orationibus erat semper assidua, immo et abstinentia ciborum ac pòtus parcitate pene prae omnibus mirifica; constantiam autem fidei suae ipsa inconcussa [5] tenebat mente semper ad Dominum Iesum Christum. Cumque his et talibus probatissimis ageret moribus, christianitas fratrum sive sororum eius pietatis exemplo aedificabatur, etiam et eius munificentia larga cuncti pauperes et peregrini consolabantur; tantumque fructum per eam magnum [6] Dominus contraxit ad salutem animarum, ut etiam ab transmarinis partibus Saxoniae reges illi fideles ab ea per missos fideles postularent, ut illis de suis discipulis ad eruditionem vel sanctam instructionem, quam audierant esse in ea mirabilem, dirigeret, seu etiam qui virorum et sanctimonialium coenobia in illa regione construerent (3). Quam religiosam petitionem pro salute animarum non denegavit, sed cum consilio seniorum, exortantibus fratribus, C grato animo cum magna diligentia et patrocinio sanctorum (4), seu et voluminibus multis [6] librorum, electas personas et devotissimos homines illuc direxit, ut per eam fructus animarum etiam in illa gente accresceret, et cum Dei gratia multiplicaretur. Quod ita adimpletum esse ad Dei laudem ac domnae Bertilae confidimus.

etiam Anglo-Saxonibus.

Postquam moniales,

7 [1]. Interea gloriosa Dei famula Baltechildis regina, quamlibet ad ministerium [2] gubernandumque rerum status principalitatis cura constringeretur et velud sub onere gravi desudaret, mentem tamen eius amor Christi et religionis devotio possidebat. Iamque domno Chlotario [3] filio eius adulto, cum consensu obtimatum suorum (5), relicta cura regalis palatii, Christo Domino militaturam in monasterio, quod ipsa construxerat, supra scripto, sub oboedientia domnae Bertilae se subdidit abbatissae. Cum magna igitur veneratione, sicut dignum erat et meritum, ab ea vel [4] omni congregatione puellarum suscepta, usque ad diem ultimum in sancta religione permanere decrevit. Quod coenobium pariter communi [5] consilio tam in edifitiis et officinis [6] quam et sanctitatis exemplo mirifice exornaverunt; in quo quasi super candelabrum duae optimae lucernae positae ad edificationem multorum clarissime refulgebant, ac more apostolico per gratiam Spiritus sancti erat cor et anima una (6), et mentes earum ad bene agendum semper paratae; mira inter ipsas dilectio et caritas omnibus diebus earum exstitit, et hoc ipsum ad peragendum in invicem se exhortabantur, ut copiosius earum [7] praemium accresceret. Sed postquam domna Baltechildis regina suam in omnibus complevit devotionem, in pace migravit ad Christum (7) ac honorifice inibi est corpus eius sepultum. E At vero famula Christi domna Bertila, de cuius gestis hic pauca e [8] plurimis commemoravimus, in talibus offitiis occupata, per quadraginta et sex annorum curricula propter Deum [9] in hoc coenobio laboravit, magisque ac magis in bonis operibus excrevit, et ambulavit de virtute in virtutem usque ad perfectum obitus sui diem.

Vita inter quas et S. Balthildem receperat,

Matth. 5, 15.

Vita S. Balthildis, c. 11. Act. 4, 32.

46 annis rexit,

strenua vetula

Vita S. Albini, XVIII, 50.

Cf. Sulp. Sev. Epist. III, 14.

8 [1]. Magno preterea desiderio beata Bertila colla subposuisset martyrio, si non defuisset dextera percussoris; sed credimus illam, non impleta passione, mortificatis membris proprii sanguinis complesse [2] martyrium, quae cum provectae iam esset etatis, fessa ac senilia membra in spiritu [3] servire cogebat. Non enim, ut in [4] plerisque moris [5] est, in senectute remissius vivere aut epulas lautiores [6] uti voluit; sed magis ac magis quasi tunc inciperet, nec [7] ad satietatem, sed ad sustentationem corporis senilis, ne deficeret penitus, parcitate [8] cibo et poculo indulgebat et, fatescentibus iam membris pervigiles noctes omnes ducebat [9]. Haec itaque atque huiusmodi plurima gerens admiranda, sicut ipsi plenius meministis et vidistis, F quia proferre per nos, ut dignum est, non potest sermo pauperculus, melius vobis ea vester dictat affectus. Et cum tantis eius meritis divina pietas remunerationem dare iam decrevisset, modica [10] pulsata dolore corporis, febre lectulum [11] decubuit; quo in lecto posita in doloribus Deo gratias agere studebat in psalmis, hymnis et canticis spiritalibus, sibique adsistentes Domino decantare monebat. Absque igitur vexatione corporis gravi beatitudinis culmen feliciter explens, erectis sursum oculis, ac sanctis manibus ad caelum extensis,

Vita S. Balthildis, c. 14.

[10] patria 2, 3, *M*. — [11] dilectos 2, 3, *M*.

6. — [1] Lectio VI. 1. — [2] *om.* 3, *M*. — [3] *om. M*. — [4] Domino *M*. — [5] inconcussam 3. — [6] *om.* 3.

7. — [1] Lectio VII. 1. — [2] ministrandum 3. — [3] Clotario 3. [4] et ab *M*. — [5] omnium 3. — [6] officiis *M*. — [7] eorum 1, 2 *ante corr.* — [8] *om.* 1, 2. — [9] Dominum *M*.

8. — [1] Lectio VIII. 1. — [2] *ita* 2 *corr. man. pr.*, *M*; compessa 1; compassa 3. — [3] (in s.) spiritui 3, *M*. — [4] *om.* 2, *M*; *sed in* 2 *primo scriptum erat* in, *quod correctum est in* ut. — [5] mos 3. — [6] epulis lautioribus 3, *M*. — [7] non 2 *post corr.*, 3, *M*. — [8] parcitatem 3. — [9] dicebat 1, 2 *ante corr.* — [10] modico 2 *post corr.*, 3, *M*. — [11] lectulo 2 *post corr.*, 3, *M*.

(1) Cf. Comm. praev., num. 15. — (2) Locum exponit Mabillon, *Acta*, saec. III, 1, p. lx, num. 80; cf. A. Malnory, *Quid Luxovienses monachi ... ad regulam monasteriorum atque ad communem ecclesiae profectum contulerint* (Parisiis, 1894), p. 75, ubi, quod mireris, verba *per sanctam communionem* praetermissa sunt. — (3) In Angliam, missos esse monachos Calenses etsi alibi non est traditum, veri tamen minime est absimile. — (4) Id est reliquiis. — (5) Quid sibi velit iste *consensus*, verbis non obscuris innuit scriptor Vitae S. Balthildis, c. 10 (*MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 495-96; cf. p. 475-76). — (6) Cf. etiam S. Caesarii regula ad virgines, c. 18: *Sit vobis anima una et cor unum in Domino.* — (7) Circ. an. 680.

animam

Vita sancte moritur, animam Deo caram, ereptam de seculo, mansuram cum Christo, angelis plaudentibus, emisit ad caelos. Quantus[12] igitur in universo coenobio famularum Christi exstitit meror, quanta[13] multitudo fratrum lugentium illuc[14] accessit, qualiter cuncti lacrimis inmensis constipati[15] lamentabiles voces detulerunt, et a nobis est indicibile, et omnibus incredibile, nisi qui hoc presentialiter viderunt. Tantus fragor plangentium ibidem resonabat, quasi tonitruo magno locus ille concuti videretur, quod[16] nihil aliud inter amara suspiria audiebatur, nisi[17] omnes clamabant : « Nutrix pia, mater optima, cur nos deseris, et „ cui nos relinquis, quos tanto tempore dulci et „ materno affectu nutristi? cur orbatos merentesque et dolentes nos derelinquis hodie? in „ morte tua omnes nos constat mortuos fuisse. „ Haec itaque his similia conclamantes sine intermissione per triduum, quarto die cum honore debito beatum corpusculum balsamo perunctum condiderunt[18] in sepulcro[19], in quo loco gratia Domini ad salutem generis humani plura perficere dignatur miracula. Ibi et orationes fidelium poscentibus eius intercessionem[20] cotidie exaudiuntur, et egrotantium infirmitates variae curantur[21].

Cf. Sulp. Sev. Epist. III, 10.

B

cunctis relinquens

9[1]. Igitur in hac vita sanctae memoriae Dei famulae Bertilae, quam[2] pro aedificatione fidelium pauca de pluribus gesta hic scribere nobis complacuit, habet qui[3] voluerit sollicite considerare vel imitari quasi in praeclaro[4] speculo quaelibet exempla virtutum, humilitatem praecipuae, quae est mater virtutum, caritatem plenissimamque dilectionem, summae abstinentiae atque consilii astuti prudentiam[5] et fidei fortitudinem seu et largissimae misericordiae pietatem et, quod maxime omnem nitorem praecellit, praemium integritatis et sanctae pudicitiae virginitatem, devotissimam orationis instantiam, atque mirificae pacis custodiam et zeli sanctitatis fervorem. Ex his ergo praeclaris gemmis, quibus mentem suae famulae Bertilae exornavit omnipotens Deus, eligat quisquis[6] quod placet, qui conservare talia cupit, ut possit, Christo praesule, particeps eius fieri in remuneratione iustorum, quatinus centuplicatum premium et vitam aeternam cum hac[7] evangelica virgine Christi possideat, sotiatus in gloria sempiterna, quam ipsam sine dubio credimus esse adeptam pro suis sanctis atque egregiis laboribus, in quibus obtime, Christo auxiliante, cucurrit cursumque feliciter consummavit, et vitam cum corona[8] praemii aeternam recepit inter agmina iustorum, ubi permanet infinita secula seculorum. Amen.

omnium virtutum exemplum.

II Tim. 4, 7.

Explicit vita sanctae Bertilae virginis[9].

— [12] Qantus 1. — [13] quod 1, 2 *ante corr.*; que 2 *post corr.*; quae *M.* — [14] illic 3. — [15] constipata 3. — [16] quo 2 *post corr.*, *M.* — [17] quod *add. m. pr. in* 2 *sup. lin.*; *add. M.* — [18] condierunt 1 *post corr.*, 2 *ante corr.* — [19] sepulcrho 1. — [20] intercessione 1 *post corr.* — [21] *Hic desinit* 3.

9. — [1] Lectio VIIII. 1. — [2] quoniam 3, *M.* — [3] quod 2 *ante corr.* — [4] *om. M.* — [5] prudentia 1. — [6] quisque 2 *post corr.* — [7] hęc 1. — [8] *Hic sistit* 1, *tribus sequentibus foliis avulsis.* — [9] *Ita* 2.

DE SANCTIS HIBERNIS

COLMANNO, FLANNANO, FAELANO, GOBBANO CUILLENO, CAINNERA, CAENNA

SAECULO VII? C. D. S.

Sancti isti plerique solum ex martyrologiis hibernicis noti.

1. *Hos omnes ad hunc diem 5 novembris annuntiant Martyrologium metricum Mariani O'Gorman* (1) *et Martyrologium Dungallense* (2), *unum vero* Colmannum *Festilogium Aengussii* (3). *Et* Flannani *quidem,* Faelani, Gobbani *et* Caennae *nuda nomina, nulla adiecta nota qua indicaretur quibus locis colerentur vel alia quaepiam unde a sanctis homonymis discerni valeant. Neque apud alios scriptores quicquam circa quattuor illos singillatim narratum repperimus. Itaque coacti sumus et nos sola eorum sanctorum nomina hic memorare.*

De Colmanni

2. Colmannus *inter tot eiusdem nominis sanctos (amplius centum) hic distinguitur ex nomine loci quo resedit, nempe Glenn Dealmhaic, in campo Magh Raighne seu Roighne, qui quasi nucleus fuit antiqui regni Ossoriae et in baronia quae nunc Kells appellatur, in comitatu Kilkenny provinciae Lageniae, ad eiusdem comitatus regionem orientalem protendebatur* (4).

historia

3. *De rebus a Colmanno gestis vix ullae supersunt memoriae. Existimat quidem I.-F. Shearman* (5) *Colmannum nostrum unum fuisse e sociis Molingi episcopi Fernensis dum hic legatione fungebatur apud Fionnachta Hiberniae regem, qua relaxationem tributi iam dudum Lageniae incolis impositi impetravit* (6). *Et inter tres huius socios nominatur quidem* Colmannus de Cluain-Credhail *in Martyrologio Dungallensi*(7); *sed ut is idem censeatur atque* Colmannus de Glenn Dealmhaic *nulla alia apparet ratio nisi quod uterque locus in eadem regione situs est : quae sane ratio, cum praesertim nomen Colmanni tam vulgare esset, non adeo videtur valida. Porro, qui opinionem Shearmani satis probabilem iudicarit, consequenter statuet Colmannum nostrum floruisse extremo saeculo VII; secus, nullum suppetit indicium unde qua aetate vixerit definiamus.*

et sepulturae loco nihil certum ;

4. *In notis Aengussii Festilogio adiectis in* Lebar Brecc, *descripto saeculo XIV extremo* (8), *indi-*

(1) Ed. W. Stokes, 1895, p. 212. — (2) Ed. Todd et Reeves, p. 298. — (3) Ed. W. Stokes, 1880, p. clxii; ed. alt., 1905, p. 232. — (4) John Hogan, *Topographical and historical illustrations of the County of Kilkenny* in Journal of the Kilkenny ... Archaeological Society, New Series, vol. V, part. I, p. 208. — (5) *Loca Patritiana* (Dublin, 1879), p. 309. — (6) Cf. O'Donovan, *Annals of the Four Masters*, t. I, p. 298, not. *x* (ad an. 696). — (7) Ad d. 22 sept. (p. 253). — (8) Cf. Eug. O'Curry, *Lectures on the mss. materials of ancient Irish history* (Dublin, 1861), p. 352.

catur

AUCTORE C. D. S.

A *catur Colmannus esse, id est requiescere, in Cell Matia Donerder in Magh Itha* (1), *qui campus situs est in baronia Raphoe, comitatus Donegal* (2). *Memoria eius, teste Iohanne Hogan* (3), *viget adhuc in vico Carah in baronia Gowran, comitatus Kilkenny, quo loco visuntur ecclesia et fons eius nomine dedicata.*

neque de Cuilleno,

5. *De* CUILLENNO *autem seu* CULUNEO, *si modo diversus sit a Culuano seu Dachuluano, qui in Martyrologiis Gormani et Dungallensi annuntiatur ad diem 12 martii* (4), *nihil aliud notatur in iisdem documentis nisi quod fuit* de Cluain Huamanach. *Est autem hic locus, secundum Colganum* (5), *in regione Airtech in comitatu Roscommon.* Cuillenn *aliquis recensetur inter sequaces S. Patricii* (6), *et quidem inter episcopos ab eo ordinatos* (7), *et in Tirechani notis occurrit quaedam* Cellula Cuilinn (8), *nunc, ut putatur, Killcullen in comitatu Kildare* (9); *sed cuinam ex sanctis huiusmodi nominis haec accommodanda sint, nobis prorsus incertum est.*

neque de Cainnera.

6. *Pari dubio laboramus circa* S. CAINNERAM *seu* CAINDER, *quae a scholiaste Mariani Gormani* B *et inde in Martyrologio Dungallensi notatur fuisse* filia Caelani, de Rinn Allaidh. *Hanc putavit prius eruditus vir I. Colgan eandem esse ac S. Chinreacham Dearcain, de qua in Vita S. Itae virginis hibernae* (10). *Postea tamen sententiam mutavit et propter cognominis similitudinem Chinreacham assimulandam esse duxit Cairecae Dergain* (11), *quae in antiquis martyrologiis hibernicis commemoratur ad diem 9 februarii* (12). *Deinde* (13) *Cainneram nostram eandem esse censuit atque Caineram illam filiam Fintani, quae cum prius muta esset, puella sexdecim annorum loquelam accepit meritis S. Lugidii seu Moluae cognati ipsius* (14), *postea vero virgo Deo sacrata visum amissum recuperavit precibus S. Mochoemoci seu Pulcherii* (15). *De eadem haec praeterea referuntur in Vita S. Moluae edita per Thomam Sirinum in appendice ad Collectanea sacra Patricii Flemingi:* Et ipsa Finn-Cainner (i. e. Candida Cannera) vocabatur: quae ibi virginitatem suam Domino devovit et effecta est sancta et mirabilis in signis et prodigiis virgo, et construxit monasterium quod dicitur Cluain-Claraidhi, in quo ipsa Christi virgo ancillas Dei congregavit (16). *Sed haud scio an nulla alia ratio suppetat Colgano ad suam opinionem tuendam praeterquam quod et nomina similia sunt et nulli alii inter sanctas virgines, quas huiusmodi nomine appellatas novimus, accommodari possunt quae in Vitis S. Moluae et S. Mochoemoci leguntur. Nisi tamen quis iudicaverit aliquam confirmationem inde afferri quod* E *nomen loci* Rinn Allaidh *satis conveniat cum nomine* Cluain Claraidhi, *ut illud ex hoc corruptum censere liceat. Quod si sententia Colgani vera existimetur, iam sequatur ex synchronismo cum SS. Molua et Mochoemoco Cainneram, quae hoc die colitur, floruisse ante medium saeculum VII.*

(1) *Calendar of Oengus*, ed. 1880, p. clxviii. Huius notae pars hic memorata suppressa est in editione posteriore (p. 240). — (2) Ita indicatur in indice locorum in Festilogii editione posteriore (p. 391); in editione autem priore indicabatur (p. cccxxxvi) hic locus situs esse in baronia Forth, comitatus Wexford. — (3) L. c., p. 212. — (4) De quo breviter agit I. COLGAN, *Act. SS. Hiberniae*, p. 368. — (5) *Trias Thaum.*, p. 271; *Act. SS. Hib.*, p. 355, not. 12. — (6) E. HOGAN, *Documenta de S. Patricio ex Libro Armachano*, p. 115 (in *Anal. Boll.*, t. II, 1883, p. 237). — (7) W. STOKES, *Tripartite Life of St. Patrick*, t. II, p. 304. — (8) HOGAN, l. c., p. 88 (*Anal. Boll.*, t. II, p. 66). — (9) *Ibid.*, not. *f.* — (10) *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 1065, n. 19 et p. 1066, annot. c. Unde Castellanus in Supplemento Martyrologii sui generalis signavit ad diem 5 novembris: *A Dearcain (Dercani) en Momonie, prov. d'Irl., S^te Kinèque, Chindreacha)*, cognomentum scilicet *Dercain* pro nomine loci accipiens. — (11) *Act. SS. Hib.*, p. 72, not. 20. — (12) De qua videsis O'HANLON, *Irish Saints*, t. II, p. 443. — (13) *Act. SS. Hib.*, p. 598, not. 42. — (14) Cf. *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 343, n. 8 (*Vit. S. Lugidii* c. XIX). — (15) COLGAN, *Act. SS. Hib.*, p. 596, n. 36; *Act. SS.*, Mart. t. II, p. 288, n. 45. — (16) Patricii FLEMINGI *Collectanea sacra* (Lovanii, 1667), p. 370, n. 12.

C F

DE S. GWENFAEN

VIRGINE IN WALLIA

SAECULO VII? C. D. S.

Sanctae virginis cognatio:

Gwenfaen virginem in insula quae olim Mona, *recentiore et vulgari nomine* Anglesey *appellata, occidentali Maioris Britanniae litori, septentrionali vero Walliae adiacet, antiquo cultu honoratam fuisse tradunt, praecipue in exigua insula* Holy Island, *Monae proxima, ubi in vico Rhoscolyn coenobium virginum condiderat, cuius ecclesia postea parochialis facta est et* Llan Gwenfaen *nuncupata* (1), *et adhuc ibidem visuntur sacellum et fons ipsius nomine insignita,* Capel Gwenfaen *et* Fynnon Wenwaen (2). *Patrem habuit Pawl Hèn seu Paulinum, fratres SS. Peulanum et Gwyngenau* (3). *Patrem eius eundem esse quidam putarunt* (4) *atque Paulinum illum, quo magistro usi sunt S. David* (5) *et S. Teliavus* (6), *quique colitur die 22 novembris. Nullo tamen argumento hanc opinionem confirmari video praeter ipsum viri vocabulum eiusque vocabuli cum sancti huius Paulini nomine similitudinem.*

historia ignota.

Festivitatem S. Gwenfaen celebrari aiunt die 5 novembris (7). *Quae autem dum in hac vita degebat egerit sancta virgo, nusquam notatum repperimus.*

(1) H. ROWLANDS, *Mona antiqua restaurata*, ed. II (Londini, 1766), p. 155; Sam. LEWIS, *A Topographical Dictionary of Wales*, t. II (1833), sign. 2 U[2] (v. *Rhoscolyn*). — (2) H. ZIMMER, in *Neues Archiv...*, t. XIX (1894), p. 668. — (3) *Bonedd y Saint* in *The Myvyrian Archaeology of Wales*, ed. II (Denbigh, 1870), pp. 426, 429; RICE REES, *An Essay on the Welsh Saints*, p. 237; ZIMMER, l. c. — (4) W. PUGHE OWEN, *Cambrian Biography*, p. 157; RICE REES, op. c., p. 187; ZIMMER, l. c. — (5) W. J. REES, *Lives of the Cambro British Saints* (Llandovery, 1853), p. 122-23. — (6) *Liber Landavensis*, edd. J. EVANS et J. RHYS (Oxford, 1893), p. 99. — (7) Rich. CHALLONER, *A Memorial of ancient British Piety* (London, 1761), supplem. p. 30; RICE REES, op. c., p. 237.

A D

DE S. GUETHENOCO CONFESSORE

IN BRITANNIA ARMORICA

SAECULO VI?

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. D. S.

S. Guethenoci cultum antiquum demonstrant probabiliter litaniae saeculi XI

1. *Quam antiquus sit cultus S. Guethenoci (vulgo Venec), inde colligere licet quod in litaniis sanctorum Britanniae Armoricae quae leguntur in codice quodam saeculi XI* (1) *eius nomen apparet, si quidem iudicetur sanctus noster ibi significari invocatione* S. Goudnon. *Cui sane opinioni non consenserunt collega noster V. De Buck* (2) *nec v. cl. J. Loth* (3), *qui existimarunt nomine* Goudnon *in illis litaniis designari S. Guesnoveum (vulgo Gouesnon) episcopum Leonensem, qui et in Vita S. Pauli* B *Leonensis appellatur* Woednovius, qui alio nomine Towoedocus vocabatur (4). *Nonne tamen probabilius iudicari possit sub illo nomine* Goudnon *latere S. Guethenocum nostrum? Nam et vocabulum non minus affine videtur Guethenoci nomini quam Guesnovei et in litaniis proxime praepositum est, nullo intermedio, invocationi S. Winwaloei, qui fuit Guethenoci frater minor natu. Woednovium autem qui nominatur in Vita Pauli Leonensis eundem esse atque S. Guesnoveum prorsus gratuito supponitur et potius huic coniecturae contradicit Vitae textus : hoc enim loco recensentur presbyteri qui in Pauli comitatu erant, et horum ait Vitae auctor sola nomina cognita fuisse, nequaquam vero res gestas, cum tamen de S. Guesnoveo non adeo sileant traditiones britannicae.*

et certo kalendaria saeculi XV et saeculi XVI.

2. *In kalendario quod praemissum est missali cuidam Macloviensi ms. saeculi XV, ad diem 5 iulii notata est* Translatio sci Iacuti et Guethenoci (5), *itemque in altero kalendario, excuso in capite breviarii Macloviensis editi anno 1537, ad eundem diem,* Transla. f. Iacuti Guedhenoci (6). *At praeter haec nullum, ut videtur, martyrologium saeculo XVII antiquius Guethenoci memoriam servavit.* C *Habemus tamen eius et Iacuti fratris vitae historiam, quam descriptam repperimus in codice Bibliothecae Nationalis Parisiensis lat. 5296, saeculi XIII, ut nobis videbatur, at, secundum. cl. A. de la Borderie, certissime saeculi XII, et quam hactenus ineditam praeter exiguam partem inde ab eodem excerptam* (7), *nuper vulgavimus* (8). *Quis illius Vitae scriptor fuerit, quove tempore et loco quibusque subsidiis eam concinnaverit, prorsus nos latet. Sane scriptorem monachum fuisse coenobii Sancti Iacuti facile crediderim, nusquam tamen in Vita diserte significatur. Illud ex eius praefatione elucet, Vitam scilicet conscriptam esse aliquanto tempore post incursiones Normannorum in Britanniam* (9), *id est post saeculum IX* (10).

Vita illius et S. Iacuti ante saeculum XIII conscripta,

3. *Sed et ipse auctor indicavit se Vitam S. Winwaloei* (11) *prae oculis habuisse* (12), *et facile liquet hanc Vitam S. Winwaloei non solum fere unicum fontem ipsi affuisse unde hauserit lucubrationem suam de SS. Iacuto et Guethenoco, saltem quod ad priorem huius partem spectat (nam posteriorem partem, in qua recensentur sanctorum miracula post mortem, conficere potuit ex traditionibus monasterii Sancti Iacuti), sed et omnino, mutatis nominibus, fuisse iisdem ab illo accommodatam. Quaecumque enim de gemellis sanctis refert,* E *leguntur et in Vita S. Winwaloei, non solum quae narrantur de eorum patria et genere et fatis parentum, sed et, praeter unum, omnia miracula, quae scilicet in Vita S. Winwaloei Winwaloeo, in altera SS. Iacuto et Guethenoco attributa sunt* (13). *Unde denique iam satis certo colligitur quam falso affirmet auctor a se descripta esse quae de historia sanctorum gemellorum continebat* inter sacratissima ipsius (*Iacuti*) ossa corio cervino inclusa libellus repertus, in quo et genealogiae illius ortus et vitae ordo invenitur descriptus (14), *quemque mox significat a Vita Winwaloei prorsus fuisse distinctum* (15).

manifeste mendax est.

Sed neque ex Vita S. Winwaloei

4. *Nullius itaque auctoritatis censenda est Vita SS. Iacuti et Guethenoci in codice Parisiensi reperta, nisi, quoad nonnulla, eiusdem ac Vitae S. Winwaloei. Sed et huic ipsi, quam paulo post annum 870 conscripsit Wurdestinus* (16), *quanta auctoritas tribuenda sit, nullis adhuc satis certis indiciis constat. Ex hoc autem solo documento novimus quaecumque de Winwaloeo eiusque fratribus, de Fragano eorum patre et de S. Budoco eorum magistro, atque de Gradlono Britanniae rege vel duce referunt qui de historia Britanniae Minoris illius aevi egerunt* (17). F *Haec igitur omnia non magis certa sunt quam scriptoris Vitae S. Winwaloei auctoritas, quae ipsa hactenus non satis certa est.*

quo tempore vixerint tres sancti fratres

5. *Sed etiamsi concedatur scriptorem Vitae S. Winwaloei fuisse omni ex parte veracem, nondum soluta est controversia inter doctos viros exorta de quaestione praecipui in re praesenti momenti, utrum scilicet Winwaloeus, ac proinde Iacutus, Guethenocus, Budocus, Fraganus et Gradlonus, floruerint extremo saeculo V an saeculo VIII vel ineunte IX. Priorem sententiam post multos alios tuebatur acriter A. de la Borderie* (18), *nixus verbis Wurdestini, quibus indicat Fracanum in Armoricam transmigrasse* tempore quo gens barbara

(1) *Revue celtique*, t. III (1876), p. 449. — (2) *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 686 B. — (3) *Revue celtique*, XI (1890), p. 143. — (4) *Revue celtique*, t. V (1881-1883), p. 437; *Anal. Boll.*, t. I, p. 234. — (5) F. Duine, *Bréviaires et missels des églises et abbayes bretonnes de France antérieurs au XVII^e siècle* (Rennes, 1906), p. 79. — (6) Ibid., p. 73. — (7) *Les deux SS. Caradec* (Paris, 1883), p. 23-28 (= Mélanges historiques, littéraires, bibliographiques, publiés par la Société des Bibliophiles Bretons, t. II, p. 201-209). — (8) *Catal. Lat. Paris.*, t. I, p. 578-85. — (9) Vit. num. 1. Adde num. 19. — (10) Cf. A. de la Borderie, *Hist. de Bretagne*, t. II. — (11) Editam in *Anal. Boll.*, t. VII (1888), p. 172-249. Cf. prolegomenon in hanc editionem, ibid., p. 167 sqq. — (12) *Vit. SS. Iacuti et Guethenoci*, num. 2. — (13) Singula distinctius indicabimus infra in annotatis ad Vitam. — (14) Vit. num. 1 med. — (15) Vit. num. 2 extr. — (16) Cf. *Anal. Boll.*, VII, p. 168 p. in. — (17) Novissime, A. de la Borderie, *Hist. de Bretagne*, t. I, p. 293 sqq. — (18) *Annales de Bretagne publiées par la Faculté des lettres de Rennes*, t. IV (1888-89), p. 308 sqq.

Saxonum

A Saxonum maternam possedit cespitem (1), *id est, ut interpretabatur de la Borderie, quando Anglosaxones Britanniam insulam invaserunt, dum interea* miserorum qui paterna incolebant rura, peste foeda repente exorta, catervatim et absque numero et absque sepultura miseranda stern*ebantur* corpora (2). *Iam vero Britanniam insulam horrenda pestilentia desolatam fuisse simulque Anglosaxones eam regionem occupasse paulo post medium saeculum V, narrant Gildas Sapiens et Chronicon Saxonicum. Eo tempore itaque, id est circa annum 460, Fracanus cum uxore et duobus filiis Iacuto seu Iacobo et Guethenoco Armoricam appulisse* (3) *dicendus esset.*

diversis diversa

6. *Alterum argumentum pro illa sententia desumitur ex narratione apparitionis S. Patricii in eadem Vita memoratae* (4). *Quamquam enim aliquam difficultatem movet huius narrationis exordium, ubi Patricius iam vita defunctus significari videtur, attamen ex iis quae sequuntur satis apparet in animo fuisse Winwaloeo ut Patricium adhuc in vivis exsistentem inviseret* (5), *et in ipso hoc exordio indicatur Patricius* non ante multum B temporis *Hiberniae illuminasse ecclesias, quod sane recte dici non potuit de spatio amplius trium saeculorum.*

opinantibus,

7. *Contra vero ex alio capite Vitae S. Winwaloei, ubi huic ordine temporis praecessisse dicitur* sanctus eximius Tutualus monachus (6), *collegerunt cl. vv. A. Ramé* (7) *et H. d'Arbois de Jubainville* (8), *Winwaloeum vixisse post tempora Childeberti regis, sive huius nominis primi, qui regnavit ab anno 511 ad annum 558, sive tertii (an. 695-711) : Tugdualus enim ille abbas et episcopus Trecorensis legitur Childeberto regi fuisse aequalis. Sed et documenta nonnulla quae leguntur in Cartulario Landevenecensi saeculo XI descripto diserte indicant Winwaloeum aequalem fuisse Carolo Magno Imperatori* (9), *ac proinde floruisse post medium saeculum VIII. Quae quidem documenta non omnia authentica esse facile suspicari licet; sed inde saltem colligitur traditionibus Landevenecensibus saeculo XI non tantam assertam fuisse Winwaloei aetati antiquitatem.*

non satis certum est.

8. *Haec argumenta refutare nisus est cl. de la Borderie* (10). *Et ad primum quidem reponit contendendo caput istud Vitae Winwaloei, in quo* C *mentio fit Tuduali, non exstitisse in conscriptione primaeva Wurdestini, sed saeculo XII Vitae adiectum fuisse a monacho anonymo : quod se demonstraturum spopondit in Praefatione sua ad Cartularium Landevenecense; haec vero praefatio, quam anno 1887 affirmabat iam prelo subiectam esse, numquam in publicam lucem prodiit. Praeterea asseverabat Tudualum illum in Vita Winwaloei memoratum nequaquam eundem censeri posse atque Tugdualum abbatem et episcopum Trecorensem, idque ob multiplicem rationem. Etenim :* a) *Tudualus iste solo* monachi *titulo insignitus est, non abbatis et episcopi;* b) *Celebratur in fine citati capitis inter* fulcra quaterna *quibus* eminet Cornubiae patria, *Tugdualus autem Trecorensis solam Domnoniam labore apostolico coluit;* c) *Miraculum, quo eodem capite praecipue illustratus narratur Tudualus ille monachus, non legitur in Vita S. Tugduali Trecorensis. Unde denique concluditur hoc loco non agi de Tugdualo abbate Trecorensi, sed de alio quodam qui vulgo appellatur S.* Tudi, *non minus quondam celebri, quamquam nunc memoria gestorum eius prorsus abolita est. Argumenta autem ex chartis Landevenecensibus desumpta sedulo perpensurum se ait ubi ad alteram partem Cartularii Landevenecensis edendam (unam nempe priorem partem, quae exhibet Vitam S. Winwaloei, ediderat) devenisset* (11). *Sed neque huic sponsioni fidem praestitit.*

AUCTORE C. D. S.

9. *Coenobium autem a sanctis fratribus conditum* (12) *illud idem esse ferunt quod postea Sancti Iacuti de Insula Maris nuncupatum est, in septemtrionali et occidentali parte dioecesis Macloviensis situm, quodque primum sub hoc vocabulo seu, quod idem est, sub vocabulo Sancti Iacobi memoratum reperitur ad annum 1008 in quodam Chronico* (13) *et rursus, paulo post, anno nempe 1020, in charta donationis* (14), *cui subscripsit idem Hinguethenus abbas qui in Chronico nominatur* (15).

De coenobio condito a SS. Iacuto et Guethenoco.

10. *De cultu S. Guethenoci, praeter mentionem in antiquis litaniis et kalendariis* (16), *hoc solum notatum legimus, in Historia nempe coenobii Sancti Iacuti gallice conscripta circa medium saeculum XVII a Natali Mars Benedictino Congregationis Maurinae et adhuc inedita* (17) : C'estoit la coustume du temps passé que tous les prieurs des prieurés de ce monastère devoient se trouver le 4 juillet à Saint-Jagu pour y célébrer la feste de la translation de saints Jagu et Guethenoc son frère et pour assister au chapitre général qui se célébroit le 5ᵉ juillet, jour de leur feste (18).

Eorum translatio olim celebrata die 4 iulii.

11. *Denique, a Guethenoco nostro nomen accepisse vicos qui hodie appellantur* Langueux *et* Trequeux, *haud procul ab oppido sancti Brioci sitos, censuerunt nonnulli, existimantes eos olim designatos fuisse vocabulis* Land-Guethenoci *et* Tref-Guethenoci (19). *At prorsus negat A. de la Borderie huiusmodi nomina antiqua usquam in ullo documento reperiri, eaque a scriptoribus recentioribus conficta ait neque ulla probabili ratione hanc illorum opinionem niti* (20).

Vici nonnulli Guethenoci nomine insigniti.

(1) *Vit. Winwaloei*, lib. I, c. 1 extr. — (2) Ibid. — (3) Ibid., c. 2. — (4) Lib. I, c. 19. — (5) Cf. *Anal. Boll.*, t. VII, p. 206-207, not. — (6) *Vit. Winw.*, l. II, c. 19. — (7) *Rapport sur le Cartulaire de Landevenec* in *Bulletin du Comité des travaux historiques et scientifiques*, section d'histoire, an. 1882, p. 433. — (8) In praefatione ad Cartularium Landevenecense in *Mélanges historiques* (inter *Documents inédits sur l'histoire de France*), t. V (1886), p. 547-49. — (9) H. D'ARBOIS DE JUBAINVILLE, l. c., p. 547. — (10) *Les trois Vies anciennes de saint Tudual* (1887), p. 112-14; *Annales de Bretagne*, t. c., p. 323-28. — (11) *Annales de Bretagne*, t. c., p. 328. — (12) Vitae inferius edendae c. 12. — (13) Ap. MORICE, *Preuves de l'histoire de Bretagne*, I, 358. — (14) Ap. MABILLON, *Annal. Bened.*, l. LIV, c. 80 (t. IV, p. 269). — (15) De historia coenobii S. Iacuti videsis J. GESLIN DE BOURGOGNE et A. DE BARTHÉLEMY, *Anciens évêchés de Bretagne. Diocèse de Saint-Brieuc*, t. VI (1864), p. 251 sqq. — (16) Supra, num. 1, 2. — (17) Cf. J. GESLIN et A. DE BARTHÉLEMY, *Anciens diocèses de Bretagne*, t. c., p. 251. — (18) Ibid., p. 266. — (19) Ibid., t. II, p. 271. — (20) *Hist. de Bretagne*, t. I, p. 206, not.

A D

VITA SS. GUETHENOCI ET IACUTI

Edita ex codice Parisiensi 5296. Cf. Comm. praev., num. 2.

Incipit vita beati Iacobi vel Iacuti confessoris, quae recolitur annuatim eodem die.

1. Sanctorum merita quia quanta sunt in caelis attingere non possumus, miracula tamen, quibus in terris claruere, prout vero experimento nobis ea cognoscere permissum est, reticere non debemus, dicente psalmista David : *Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo.* Qualiter vero certitudo huius suscepti opusculi ad notitiam nostram pervenerit, fidelibus ad hoc innotescere volumus, ne aut ex nostra parte ficticium aut rumore non probabili relatum sentiant, et de origine materiae dubii, relationis nostrae ordinem minus credant. Tempore igitur piraticae persecutionis, quae in iuniorem Britanniam exarsit, piratis Normannicis cuncta vastantibus nullaque sanctuariis reverentia servata, ecclesiarum ministri cum corporibus sanctorum, quorum patrocinio utebantur, ad remota longius a marina vicinitate terrae spatia refugium petierunt. Unde accidit ut in eo loco in quem beatissimi confessoris Iacobi corpus delatum est, inter sacratissima ipsius ossa corio cervino inclusa libellus repertus sit, in quo et genealogiae illius ortus et vitae ordo invenitur descriptus (1). Quo quidem libello prae nimia vetustate marcido et in margine paginae exterius putrefacto, divina tamen custodia ita scriptura interius reservata est ut nihil de materia imminutum, nihil de intellectus sensualitate remaneret confusum. Nos itaque pro modulo nostro, veritatem ibi inventam, etsi non eisdem verbis, eisdem tamen significantiis curavimus explicare et verborum tepitudinem simpliciter positam aptiori et lucidiori stilo mutare. Neque eo modo quo ille: *Numeros,* inquit, *memini, si verba tenerem,* sed ut rerum integritati nihil intermisceatur superfluum, nihil mutiletur imperfectum. Cartulae ergo in tam pretiosissimo thesauro inventae testimonium ita incipit.

Psalm. 39, 11.

S. Iacuti Vita cum eius ossibus reperta.

2. Fuit in occiduis Britannici territorii partibus vir quidam opulentus et inter convicaneos suos nominatissimus, Fraganus nomine, habens coniugem coaequabilem, lingua patria Guen appellatam, quod latine sonat Candida. Quibus divina pietas trium sobolem filiorum largita est; quorum duos gemellos maternus uterus profudit in lucem, tertium vero deinde parturivit, his duobus iuniorem. Gemelli quidem alter Guethenocus, alter Iacobus; tertius autem appellatus est Wingualoeus (2). Qui utique in puerilibus annis mira innocentia, in iuventute virtute florida, in senectute firma constantia perseverantes, in toto vitae suae cursu nihil omnino terrena possessione vilius, nihil umquam Deo carius habuere. Sed quia tam clarissimorum virorum lucerna mundum latere non potuit, Wingualoei virtutibus ab his quibus ea cura iniuncta fuit plenissime et veracissime descriptis, nos de innumerabilibus geminorum actis pauca perstringenda suscepimus : non quia illi pares exstiterint operando, sed nos impares ceteris fuimus illorum opera describendo.

Guethenocus et Iacutus, fratres gemelli, a patre suo Fragano cum ipsorum iuniore fratre Winwaloeo

3. Beatissimi ergo confessores, nomine et studio vitam apostolicam imitantes, tanto meruerunt adhaerere apostolorum meritis quanto non recesserunt ab eorum vestigiis. Nobiliter quidem nati, et in Christo regenerati, atque locupletissimis parentibus educati, natalium suorum honestam retinentes formam, morum appetierunt honestiorem. Puerilia namque iura maturitate adornantes et maturitatem innocentia temperantes, et in vultu simplices et in locutione videbantur senes. Tenera quidem adhuc aetate litteratoriae disciplinae traduntur; sed ita eam assecuti sunt ac si non humanae industriae magisterio sed Spiritus sancti afflatu docerentur. Quorum magister vir famosissimus et eruditissimus, Budocus nomine, tanto se erga eos devinxerat amore quantum percipiebat pueros ad exercitia virtutum florere. E Nec licuit diutius occultare bonae segetis annonam, quam ordinaverat aeterna Sapientia in eorum mentibus fructificandam. In ipsis etenim pueritiae auspiciis apparuit quam gloriose inter coaetaneos suos divina gratia illos sublimare voluit (3).

in disciplinam S. Budoci traditi,

4. Quadam namque die, dum turbae scholasticae puerile examen velut ad recreandos animos spatiandi licentia accepta foras procederet, ludentibus aliis atque, prout unicuique animus erat, in diversa intentis, contigit et gemellos nostros inter ceteros exire et exeuntes caecum pauperem obviam habere. Qui more solito, ut necessitas urgebat, clamosa voce ut a transeuntibus elemosynam acciperet infestabat. Quem praefati fratres, columbina ut erant simplicitate, aspicientes, et quasi eodem aspirati affectu accedentes ad eum, alter illorum saliva sua oculos eius liniens, alter signum crucis superfaciens, in locum stipendii reddiderunt videre clamanti. Sed mox, ne agniti deprehendantur hoc fecisse, aufugiunt et intra claustrorum latibula velocius sese recipiunt. Sed quid valuit lumen abscondere quod nullae latebrae possunt obscurare? Gaudens enim qui caecus F fuerat ibat et exsultans illuminatores suos quanta poterat vociferatione laudabat. Stupefactis ergo in miraculi magnitudine sociis et de improviso spectaculo ad magistrum regressis, coepit ipse inquirere quis illorum esset cui concessum sit tam mirabile opus facere. Adductus autem in medio cui visus redditus fuerat, et benefactores suos recognoscens : " Isti sunt ", coepit dicere, " per " quos divina gratia me dignata est sanare ". Pudici vero pueri et confiteri nolunt, et veritatem omnino non ausi negare, tam sanctum latrocinium perpetrasse redarguti sunt. Quo facto non elatiores sed humiliores facti, quanta possunt vilitate sese appetunt deici (4).

caeco cuidam pauperi visum restituunt;

5. Deinde transgredientes in iuventutis annos iamque magis magisque robustiores, ita disponunt totam mundi delectationem abicere ut princeps mundi nullum eos seducendi aditum valeat invenire. Ieiuniis assidui, vigiliis intenti, orationibus dediti, omnium virtutum studia adamantes et virtutum famam quasi venenum fugientes,

virtutum omnium laude florent.

(1) Cf. Comm. praev., num. 3. — (2) Cf. Vit. Winwaloci (*Anal. Boll.*, t. VII, p. 172 sqq.), lib. I, cc. 2, 3. — (3) Cf. Vit. Winw. I, 4-6. — (4) Cf. Vit. Winw., I, 11.

misericordiae

A misericordiae vero opera eo modo actitare satagebant quatinus erga pauperes verbis apparerent causativi et latenter elemosynam tribuendo sentirentur largissimi. Sed pro aedificatione ceterorum non permisit divina bonitas tantum lumen reponi sub modio.

Iacutus leprosum osculo sanat. **6.** Quadam etenim dierum, dum Iacobus, nata de causa egrediens, solus viam carperet, accidit ut quidam leprosus veniens sequensque post tergum rogaret ut elemosynam sibi impenderet. At ille circumspiciens et neminem praeter se et pauperem videns, dum non timeret praesentiam alicuius sese videntis, dando elemosynam manum osculatur accipientis. Quo sancto osculo leprosus tactus, ab omni contagione leprae statim mundatus est (1). Qui nesciens beneficium suum celare, per plateas clamitare coepit Iacobum emundationis suae causam exstitisse. Volat fama per circuitum, quo volatili non est velocius ullum, et velit nolit deprehensus est iuvenis fecisse huiusmodi furtum. Ne vereare, famule Dei, ne vereare popularem laudem. Habes enim post Deum iudicem conscientiam, ab omni naevo vanitatis puram, ab omni B fastu superbiae integram, invidiae facibus incorruptam. Nihil tibi timendum est de favoribus saeculi, quem retinet castus amor in caritate Christi.

Monachi facti, **7.** In tantum vero timuit rumorem per viciniam expansum ut quem antea vita sancta servaverat, cum Guethnoco fratre ad monachicum transfugeret habitum. Ecce ambo monachi facti et asperiorem vitam aggressi, gaudent se, ut putant, evasisse publicae actionis versatilem ludum atque transisse in contemplationis asylum. Iam vestis hispidior et cibus asperior, scilicet lumbos stringens cilicium et epulae radices herbarum, ostendunt Dei athletas carne sola terram colere et spiritu caelos inhabitare. Sed quanto plus laborant sese deicere, tanto occurrit eis abundantius clarescere. Creberrimis etenim micant virtutibus, qui se putabant alienari humanis laudibus.

unum e sociis, morsu serpentis prope enectum, oratione a periculo liberant, **8.** Non longo quippe sequenti intervallo, dum cum coenobitis proprii monasterii ad metendam messiunculam exirent, inter ipsos manipulos serpens latuit et unum ex fratribus periculi incautum momordit. Cui mortiferum venenum per membra coepit diffundi, et nihil aliud in eo quam mortis imaginem videri. Sed fratres uterini, materna uniti caritate, accincti in omni negotio succurrere, quantocius eo usque properant et cum aqua benedicta loca diffusi veneni anticipant; factaque oratione et impressa desuper vivificae crucis imagine reddunt incolumem et sanum quem paulo ante putabant alii mox sepeliendum (2). Quo facto exorsi sunt omnes divinam potentiam benedicere, quae dignata est eis tales medicos praeparare.

et mulierem caecam **9.** In territorio etiam illis vicino erat quaedam vidua, quae tam longo languore quam maerore attrita, caeca facta est. Sed auditis tot miraculorum signis, usque in praesentiam sanctorum fratrum se fecit adduci, et pedibus eorum provoluta, auxilium festinabat invocare. Sed mox ut fronte sua pedes sanctorum summatim tetigit, celerius quam dici valeat illuminata surrexit (3).

ac alios multos **10.** Quid agerent per totam regionem illam languidi et omnes diversi generis morbidi? Qui pedibus valent, festinant currere; qui gressu nequeunt, vehiculis ad patrocinia sanctorum sese faciunt advectari. Ubi summa pietate ostensa sunt tot virtutum dona quot dicere nulla valent eloquia: sicut enim impossibile fuit ea singulatim percipere, ita impossibile est ea singulatim narrare. Caeci equidem recedunt inde videntes, surdi audientes, claudi ambulantes, leprosi mundati, paralytici curati, et quicumque cum integra fide accesserant, spe petitionis suae non revertebantur vacui. *Vita infirmos sanant.*

11. Sed ubi se vident commilitones Christi ad tantam necessitatem constringi, ardent desiderio fugiendi (4). Erat quippe locus haud multum a monasterio sepositus, sed marinae profunditatis refluo gurgite interclusus et absque navigio nullo modo naturaliter adeundus. Ad quem taedio exosae habitationis viam invadunt et usque ad litus predicti gurgitis perveniunt. Quid facerent, cum nulla navis, nulla sit facultas transfretandi? Flexis genibus et extento corde fundunt orationes Salvatori. Quibus a pulvere surgentibus, Moysaico tropo ipsa aqua se scindit atque sanctis viatoribus siccum iter per medium pandit; sed ubi ab E altera ripa terram capiunt, ipsae undae naturalem cursum repetentes simul veniunt (5). Deinde ad locum quem desideraverant adventantes, omnimodo illum reperiunt gratiosum praeter penuriam, quarum nullus est fons vel rivus dulcis, aquarum. Tanta igitur necessitate compulsi, ad consueta arma recurrunt, et orationum iacula in caelum ruentes, facillime impetrant aquarum fontem qui lacrimis suis rigant Christum in Patris dextera sedentem (6). *Solitudinem quaerentes, sinum maris siccis pedibus transmeant et oratione impetrant fontem aquae.*

12. Sancti itaque viri, delectati loci commoditate et solitaria inaccessibilitate, pauco iam tempore ab impetu tumultuosae plebis cessantes, non otiositati tempus dedere, sed corpoream vitam sustentant labore manuum et spiritus reficiunt caelestium dulcedine epularum. Noctes ducunt in divinis laudibus et dies in sanctis operibus. Fundant monasterium et circumquaque consimilis vitae viros investigant, quos caelestis Ierusalem cives efficiant; iamque magis magisque student animas ab erroribus revocare quam languida membra infirmorum in corporeas vires restituere. Succedit ergo sanctae cupiditati eventus, et tanta ibidem crescit monachorum multitudo F ut necessaria sit ambobus subditorum praelatio; et qui eotenus absque paterna praelatione vixerunt, iam subditorum electione parentes fiunt. Facundi in sermone, gloriosi in opere, humiles in praelatione, omnia omnibus facti sunt ut omnes lucrifacerent, et ut vere debeant dici fidelium servorum servi, quasi duae portae constituti sunt paradisi. *Monasterium condunt, mox monachorum numero*

13. Quis umquam monachus audiret eorum conversationem, et non expeteret familiaritatem? In tantum quippe abundaverunt vitae et doctrinae illorum exempla ut ex omnibus coenobiis circa illos undique constructis certatim advenirent et de illa quasi primitiva senatorum turba abbates sibi eligerent. Si pontificalis pastore egeret locus, inde petebatur episcopus. Redolet fama virtutum, currunt omnes ad odoris delectamentum. Unde in Canticis canticorum: *In odorem unguentorum tuorum currimus, adulescentulae dilexerunt te nimis.* Adulescentulae quippe fidelium sunt ani- *et sanctitate celebre.* Cant. 1, 3, 2.

(1) Hoc unum miraculum, satis vulgare, praesertim in Vitis sanctorum britannorum, rettulit scriptor noster praeter miracula quae S. Winwaloeo attributa sunt in huius Vita. — (2) Cf. V. W., I, 15. — (3) Cf. V. W., II, 27. — (4) Cf. V. W., II, 1-3. — (5) Cf. V. W., II, 4. — (6) Cf. V. W. II, 7.

mae

VITA

mae, quae imitatrices sanctorum patrum, ab eorum exemplis trahunt unguenta bonorum operum. Tanta igitur messis supernis imbribus irrigata plura construit monasteria, plurima adunavit coenobiorum collegia. Sed sicut erant fratres uterini, ita decreverunt omnia illorum communia haberi. Unde etiam aliqua loca, quae in pace Ecclesiae ab illis aedificata sunt, de nominibus illorum usque hodie vocabulum retinuerunt. Inde quoque in pago Bagassino superest adhuc antiquissima ecclesia, sepultura multorum sanctorum reverenda, quae de memoria illorum *Apud duos gemellos* est denominata. Exigentibus vero habitatorum culpis, magna et numerosa virtutis suae reliquere vestigia quae in deserti solitudinem sunt redacta.

Nautis in mari periclitantibus mirabiliter praesentem opem ferunt.

14. Illud quoque non omittendum aestimamus, quod ambo adhuc in vita localiter positi, iam apparebant alibi, in periculis evocati. Quadam namque tempestate, dum nautae, insurgentibus ventis, collidentibus undique procellis in mari deprehensi fuissent, et de familiaritate cognitos sanctos invocarent, ecce alter illorum in puppi, B alter in prora stantes apparent et singuli armamenta navis quasi curiosi tractant, hortantes timidos ne timeant, quia mox in portum tranquillitatis advenient. Res promissionem sequitur, et erepti de naufragio secura statione fruuntur (1).

Eos invisit Britanniae dux Gradlonus, illisque apparet S. Patricius.

15. Eo tempore tenebat Gradolonus dux regimen Britanniae et sanctus Patricius in Scotia plenissima fulgebat virtute. Quorum Gradolonus sanctis nostris praesentiam suam exhibuit, et facundissima praedicatione ammonitus, usque ad terram caput humilians, promisit se in posterum rectiorem vitam tenere et ferinam crudelitatem qua antea ferbuerat deponere (2). Sanctus vero Patricius splendidissimus in nocte illis apparuit, et ut inceptum propositum exsequerentur exhortatus, coronas suae coronae coaequales in caelesti regione illis praeparatas prophetavit (3).

Opusculo suo finem imponit scriptor.

16. Nostri ergo, de quibus locuti sumus, gemini, gemina caritate ornati, iam terra marique cogniti et usque ad sidera notissimi, quot vitae momenta tot habuere caelestium factorum dona, praesertim cum nihil sit aliud illorum vivere quam incircumscripto Spiritui adhaerere, Scriptura dicente:
I Cor. 6, 17. *Qui adhaeret Deo, unus spiritus est.* Et ideo gesta illorum non longius prosequimur, quia si contenderemus illa ad plenum perstringere, probaremur vel primitias dicendorum non praelibasse. Finem ergo suscepto pro illis opusculo imponamus, et ut pro nobis intercessores exsistant exoremus, quatinus qui eripuerunt naufragos ad se clamantes in portum tranquillitatis, eripiant nos de superfluitate dicendi et peccandi in portum veritatis et caritatis, ipsa Veritate praestante [1] cui cum Patre et Spiritu sancto uni Deo honor est et gloria in saeculorum saecula. Amen.

[1] *Add. in marg. manus recentior :* Amen dico.

Miracula a sanctis patrata post mortem.

17. In illa descriptiuncula quam de vita geminorum confessorum, scilicet Guethenoci et Iacobi, tractavimus, pauca miracula quae carne gravati gessere, multis et incomprehensibilibus praetermissis, tetigimus. De his vero quae am caelo D recepti, tanto absolutius quanto vicinius Deo adhaerebant, illis in locis in quibus patrocinia eorum venerata sunt ostendere, omnino silere iniuriosum videtur, maxime cum propterea ostensa sunt ut et illis mundo sublatis testimonium perhibeant et ad imitationem eorum fideles quique recitatis virtutibus animosiores fiant. Nihil enim aliud monstrant memorata sanctorum exempla quam quaedam ad illos tendi vestigia.

Vir quidam a molesta deformitate oris sanatus.

18. Factum est ergo vice temporanea ut ad oratorium praedictorum confessorum, videlicet quod ambobus dedicatum fuerat et in quo singuli singula altaria quasi propria habebant, quidam deformis languidus veniret, cui inter ipsos dentes quasi lineatim de naso descendens os grande excreverat, paulatimque augmentum sui faciens, turpissimum misero rostrum faciebat, quod quidem extrinsecus spissum, intrinsecus autem ita erat acutissimum ut linguam misero continuatim finderet et ab omni parte oris saliva mixta sanguine deflueret. Tanti ergo vitii molestia nec loqui E nec comedere poterat, praeter quod aliquid molle manu immissum et ipsum mixtum sanguine transigebat. Hoc itaque horribili morbo damnatus, per oratorium discurrens atque ante singula altaria sese proiciens, quod verbis non poterat lugubri mente postulabat. Quadam vero nocte vir quidam splendidissimus illi apparuit, et pede illum pulsans, dixit : „ Quid per singula altaria „ discurris et ab unitate nostra nos dirimis? „ Surge, et in medio utriusque altaris spatio te „ proice, ibique simul nos invocans, quod volueris „ impetrabis. „ Qui cito surrexit et in locum aequali spatio ab utroque altari distantem sese collocavit. Cui mox medicina promissa affuit. Cecidit enim illud evulsum os ab illius ore, mox in loco illius restituto naturali et aequali ceteris dente. Recepta igitur sanitate vitii, recipit possibilitatem loquendi et comedendi, atque ita integritati est reformatus ac si numquam fuisset ibi deformitatis vulnus. Coepit ergo sanatus omnipotentem gratiam benedicere et sanctorum pietatem quanto clamore poterat magnificare, et ad rei veritatem comprobandam portabat semper secum evulsi ossis praesentiam.

Saepius sanctorum intercessione calamitates varii generis depulsae.

19. Illud etiam non omittendum putamus, quod fratres monasterii ad quod praedictorum sanctorum reliquiae de Britannica vastitate allatae sunt (4), tantam fiduciam in illis habebant ut contra totius adversitatis impulsum non dubitarent ab illis implorare auxilium. Si quando etenim continua aeris serenitate, ut fieri solet, terra siccitate duresceret, deportatis cum processione pignoribus sanctorum statim impetrabant pluviae temperamentum. At si e contra pluviae effusio abundabat, eadem medicina aeris serenitas reveniebat. Quod si mortalitas hominum aut pestilentia pecorum aut ignis incendium aut aliud alicuius generis immineret infortunium, afflicti praedictis sanctis reddebant vota, et votorum consequebantur desideria.

Caradocus quidam, vir pessimae vitae,

20. (5) Illud quoque non debet fidelium memoriam effugere, quod in vicinia territorii quod dicitur Aquarum (6), eo quod duobus fluminibus cingitur,

(1) Cf. V. W., I, 16. — (2) Cf. V. W., II, 15-17. — (3) Cf. V. W., I, 19. — (4) In vico Landoac seu Landour? Cf. infra, c. 20 med. et extr. — (5) Caput istud, ut diximus, editum est a cl. v. A. DE LA BORDERIE in opusculo quod inscripsit *Les deux saints Caradec.* Unde et annotata nonnulla hic summatim exscribere visum est. — (6) „ En breton *Poudour,* littéralement le pays de l'Eau (*Pou,* pays, *dour,* eau). Ce nom de Poudour, quelquefois altéré en Poudouvre, se trouve dans les chartes des XII^e et XIII^e siècles, appliqué à une seigneurie féodale et à une circonscription ecclé-

post mortem suam a sanctis e daemonum manibus ereptus ac vitae redditus, et dein monachus factus.

cingitur, scilicet Rinetio et Arganona (1), dicitur evenisse. Fertur namque ibi exstitisse iuvenis pauperculus, nomine Caradocus, verbis lubricus, vita sordidus et ab omni morum temperantia ita alienus ut saepius in amentiam excederet nisi rerum penuria eum aliquatenus retineret. Nihil quippe in eo frugalitatis, nihil utilitatis videbatur inesse, praeter quod solebat una quam habebat navicula peregrinos ad oratorium sanctorum venientes questus gratia flumen Arganonam transportare. Interea accidit quod quidam peregrinus, ostium domunculae illius exosi pulsans, rogavit ut sibi aperiretur. Qui obviam veniens furibundus, ut semper erat, quid quaereret inquisivit. Peregrinus respondet quod ad monasterium Landoac (2), ita insula vocabatur, transire vellet, adiciens ut pro Dei amore sese ultra fluvium traiceret. At ille : " Si habes ", inquit " quod porrigas, ne tardes ostendere, quia non soleo gratis tale opus facere. " Abnegat viator nihil omnino praeter attritam tuniculam se habere et, si illam daret, necessario nudum remanere. Instat precibus, persuadet lacrimis et ut paupertati
B condoleat singultibus exposcit creberrimis. Tandem petentis improbitate victus in naviculam eum recepit, relictoque litore elapsus in fluvium navigare coepit. Cui mox vento insurgente e contrario totam a fundo aquam perturbari, et procellis urgentibus crederes naviculam aut ad litus reici aut aestuanti gurgite absorberi. At nauta solita pertinacia iurat neque vento neque tempestate se superandum, donec ad alteram exponat ripam quem receperat peregrinum. Sicque ut proposuerat explevit, et homine ad terram exposito, per mediam tempestatem reluctando rediit. Sed ubi iam terram cepit, prae nimii praesumptione laboris sanguinem evomens, ruptus et infirmatus est, et mors infirmitatem est consecuta. Qui, ut postea saepius recitabat, de corpore egressus, statim teterrimis spiritibus arreptus est, quorum naribus igneus foetor et manibus intolerabilis ardor egrediens, intolerabiliter illum cruciabant. Quibus ad invicem cachinnantibus et velut victoriae spoliis exsultantibus, usque ad litus picei fluminis deportatus est, ubi iam terribilior notis imago venerat, lintrem ripae applicans, cuius remis flumini immersis, resilientibus pro-
C rantibus undis flammeae scintillae resultabant. In quam cum festinarent miserum deponere, subito apparuerunt oppositi duo senes splendidissimi et maximae audaciae, qui rapientes eum de manibus adversantium, dixerunt : " Dimittite, impudentissimi, et abite vacui, quia quod non erat vestrum invadere estis ausi. " At illi territi : " Nonne ", inquiunt, " vocatis vestrum magistrum iustum iudicem? Et quae est ista iustitia, cum is, qui a pueritia nostro magisterio est mancipatus, nostris disciplinis deditus, nostris operibus exercitatus, hodie nobis iniuste auferatur? " Senes e contra : " Sed quae iustitia ", aiunt, " ista esset, si is, qui pro nostro amore sese morti tradidit, vester remaneret? Nonne scriptum est quia finis praecepti est caritas? " His I Tim. 1, 5.
dictis, maligni spiritus turpissimos dantes eiulatus discesserunt. Sed piissimi senes, liberatum inter se reportantes, ita ad invicem deliberabant : " Aequum est ut corpori reddatur atque, ut tempus poposcerit, suo arbitrio relinquatur, quatinus quicquid in eo purgandum est spontanee deleatur. " Iacet interim corpus exanime et deliberatum tradi sepulturae, cum spiritu revertente revixit et quae sibi evenerant narrare non E
distulit. Deinde quamdiu licuit vivere, in monasterio Landoac et sub patrocinio confessorum qui eum resuscitaverant monachus exstitit. Qui etiam fratribus eiusdem loci saepissime repetebat : " O si umquam venero in illum odorem et in illam suavitatem quam habui quando de manibus inimicorum excussus fui! " Taliter ergo qui de faucibus inferni ereptus fuerat mutavit vitam et promeruit gloriam (3). Sed vos, fideles Christi, vos, inquam, convenio, ad recordationem tanti miraculi... (4).

Caecus a S. Guethenoco illi noctu apparente sanatus.

21. Paululum admonitionis gratia a narratione digressi, superioribus adiungere debemus miraculum quod in monasterium Landoac memoratur factum. Ad id etenim loci dum quidam caecus venisset ut elemosynam susciperet, et cibo refectus et hospitio est susceptus. Cui sequenti nocte dormienti vir veneranda canitie et serenissimo vultu apparens, castigare eum coepit, ut de levibus moribus et inhonesta vita sese emendaret, quia illa erat certa occasio pro qua caecatus fuisset. At ille inquirenti quis esset qui tam salubre consilium sibi daret : " Guithenocus ", inquit, " ego sum, qui cum fratre meo Iacobo istius loci F

siastique, débornées l'une et l'autre par la mer au nord, la Rance à l'est, l'Arguenon à l'ouest, qui s'appelaient la vicomté et le doyenné de Poudour... Voir D. Morice, *Preuves de l'histoire de Bretagne*, t. I, col. 701, 839, 964 et Geslin et de Barthélemy, *Anciens évêchés de Bretagne*, t. III, p. 72 et 162; IV, p. 360, 368, 369, 415. " A. de la Borderie, *Les deux saints Caradec*, p. 28-29. — (1) " La Rance et l'Arguenon. *Rinetius* nous semble être une faute pour *Rinctius*... Dans les *Évêchés de Bretagne* de MM. Geslin et de Barthélemy, le titre le plus ancien où ce cours d'eau soit nommé est de 1231 (t. III, p. 74); il y a dans ce même tome trois autres mentions des années 1251, 1256, 1272 (p. 115, 125, 271). Le nom de la rivière figure dans tous ces textes sous la forme française *Arguenon*. " Ibid., p. 29, not. 2. — (2) " On écrit habituellement *Landoar* ou *Landouar* ; mais la Vie manuscrite de S. Jacut [et de S. Guéthenoc], qui répète ce nom trois ou quatre fois, porte toujours Landoac, et il est bon de remarquer que c'est le plus ancien texte où figure ce nom. " Ibid., not. 3. — (3) " Les moines de Saint-Jacut ont toujours vu sans difficulté, dans S. Corradec le passeur, le patron du prieuré de Saint-Cadreux, dépendant de leur abbaye et situé en la paroisse de Ploubalai. Mais ils savaient fort mal son histoire, à en juger par la version qu'on en trouve dans la vie de saint Jacut, ajoutée à la troisième édition des *Vies des saints de Bretagne* d'Albert le Grand [Rennes, Vatar, 1680, p. 758 : hanc narrationem transcriptam videsis, op. cit., p. 30, not. 5] et attribuée à un religieux anonyme de la Congrégation de Saint-Maur, qui est probablement dom Noël Mars. Ce bon père, — un grand chercheur, voire un érudit auquel l'histoire de nos vieilles abbayes doit beaucoup, — aura dans sa candeur jugé scandaleux, dangereux même, d'admettre qu'un saint pût commencer par un sacripant; de la meilleure foi du monde, il a complètement dénaturé la curieuse figure du passeur de l'Arguenon. — Si celui-ci est incontestablement le patron de Saint-Cadreuc, il doit être aussi celui de Saint-Careuc, car la flexion du nom est la même et cette paroisse n'est pas à une grande distance de Saint-Jacut. Pour les églises et chapelles plus éloignées, la présomption nous semble être en faveur du premier saint Caradec. " Ibid., p. 10-11. Advertendum autem est hunc priorem Caradocum nobis innotescere tantum per lectiones cuiusdam breviarii ecclesiae Leonensis typis editi Parisiis anno 1516 (ibid., p. 7), alterum autem ex sola hac Vita SS. Iacuti et Guethenoci; neque ullo argumento aliunde demonstrari ecclesias et sacella quae S. Caradocum patronum selegisse referuntur (ibid., p. 5), unum vel alterum horum invocasse et non tertium vel etiam (nam tertius aliquis S. Caradocus colitur qui eremiticam vitam duxit in Wallia, de quo *Act. SS.*, ad d. 13 april., t. II, p. 150) quartum adhuc ignotum, sicut hactenus ignotus erat uterque Caradocus quem protulit A. de la Borderie in opusculo saepe citato. — (4) Sequitur satis prolixa pia exhortatio, quam praetermittimus.

teneo

VITA

„ teneo patrocinium. „ Tunc caecus cum omni devotione : “ Supplex tibi, „ ait, “ domine mi, „ promitto et mutandum amodo mentis affectum „ et assiduum corporis mei servitium. „ Quid plura? Mane de lectulo consurgens, hausit lucem quam longo tempore sibi senserat inaccessibilem. Qui deinde in voto permansit et monachicam D vitam in eodem loco finivit.

Explicit vita beati Iacobi vel Iacuti confessoris.

DE B. GERICO

SAECULO IX

CONDITORE COENOBII IN GERRESHEIM

A. P.

Gerici nobilis viri,

1. *In Gerresheim* (1), *qui est vicus prope Dusseldorpium in regione Rhenana (Rheinland), extremo saeculo IX exstitisse coenobium monialium S. Hippolyto martyri dicatum, chartis absolutionis an. 882 et 907 conscriptis certo constat* (2). *Sed et litteris Herimanni Coloniensis archiepiscopi anno 922* B *datis* (3) *comperimus paulo prius exustum esse per ungaricam tyrannidem monasterium in loco Gerrichesheim nuncupato in honorem S. Salvatoris ac S. Mariae sanctique Hippolyti martyris constructum; moniales inde cum ipsius praefati martyris reliquiis, quas possidebant, Coloniam confugisse; easdem ad altare S. Petri infra Coloniam contradidisse “ quicquid praedii vel hereditatis sive „ ex traditione Gerrici bonae memoriae viri, vel „ quicquid post eius obitum ab aliis religiosis viris „ sive feminis traditum fuisset; „ ex quo haud inepte colligas a Gerico illo monasterium in Gerresheim, — quae vox Gerici villam seu domicilium significat, — esse institutum. Iam vero haec uberius et clarius explicata sunt in litteris quibus Regenberga, eiusdem monasterii abbatissa eademque Gerici filia, conditum a patre monasterium confirmat et novis largitionibus ditat* (4). *Sic illa :* Regenbierg indigna Christi famula atque militis Gerici filia pro spe et requie futurae vitae ea quae ad me hereditario iure pervenerunt, iura mancipiorum, praedia et ecclesias quasdam, ad coenobium patrio nutu ac sumptu in Gerichesheim pro remedio caelestis patriae constructum et a C venerabili supradicto archiepiscopo [*id est Williberto*] dedicatum tradidi... Notum autem facere cupimus... quod iussu et rogatu genitoris nostri Gerici lege perpetua praedia nostra sanctimonialibus ibidem Deo servientibus ... confirmamus ... *Quae litterae cum anno 873 in concilio Coloniensi coram Williberto episcopo dicantur conscriptae et a multis clericis ac laicis subscriptae, sequitur hoc saltem anno vel etiam paulo prius vita functum esse Gericum, quippe cuius filia hereditario iure iam receperit ea quae monialibus dono tradit. Verum quamvis accepta haec nobis essent, utpote quae obscuris monasterii Gerreshemensis primordiis lucem aliquam affunderent, fateamur oportet litteras illas Regenbergae authenticas non esse, ut non solum a sapientioribus quibusque tamquam spuriae reiectae sint* (5), *sed ut is etiam, qui eas utcumque tueri conatus est* (6), *id saltem negare non potuerit, ipsas pluribus iisque manifestis interpolationibus et erroribus esse corruptas* (7). *Religioni igitur habemus hac charta in enarranda S. Gerici vita uti, relictisque iis, quae* E *vel nulla ratione, vel non satis certo probata sunt, his paucis quidem, at iis firmis et fide dignis contenti erimus, Gericum quendam virum nobilem in loco, qui iam saeculo IX nomine ipsius designabatur, coenobium S. Hippolyto sacrum monialibus condidisse et forsan saeculo IX iam provecto vita functum esse.*

qui coenobium in Gerresheim condidit,

historia vitae ignota,

2. *Militem illum dixeris, non contradicam. Ducem autem non fuisse, quo nomine primum in litteris Avenione anno 1319 datis* (8) *cohonestatum videmus, vel ipse Kessel perspexit. Qui vir doctus etsi de B. Gerico bene meritus est, quod sollerti cura de beati viri historia deque cultu illius ecclesiastico inquisivit, multaque documenta, de cultu maxime, collegit et diligenter explicavit, in libro tamen, quem de B. Gerico primus, quin etiam solus adhuc composuit, non ubique felicem laudabilemque operam posuisse dicendus est. Admirationem sane quandam movet quod ex paucis, quae supersunt, monumentis non exiguae molis volumen conflavit. Quod qui fieri potuerit, facilius intelleget quisquis animum adverterit tantum non viginti pagellas a scriptore impletas esse explicanda translatione reliquiarum S. Hippolyti in monasterium Gerreshemense, etsi id solum ex documentis* F *constat, saeculo IX reliquias S. Hippolyti in coenobio conservatas esse; insuper ex sigillo coenobii* (9), *quod saeculo X iam in usu fuisse docet Kessel, comperimus Hippolytum a monialibus sive merito sive secus existimatum illum esse, cuius gesta cecinit Prudentius. Cetera, quae multis verbis persecutus est Kessel, coniecturam fere non superant. Neque magis coniecturis pepercit idem vir doctus in ceteris capitibus quae de B. Gerico conscripsit; in quibus praeterquam quod tamquam praecipuo fundamento nisus est charta illa Regenbergae abbatissae spuria, insuper ea quae de tempore quo natus est Gericus* (10); *de nomine avi,*

(1) Locus olim dictus est Gerricheshaim, Gerichesheim, Iherichesheim, Gerishem, Gerixhem etc. — (2) Th. J. LACOMBLET, *Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins*, t. I (1840), pp. 38 et 46. — (3) Saepe editae sunt, v. gr. *Act. SS.*, Oct. t. IX, p. 215-16, num. 24-27; L. ENNEN und G. ECKERTZ, *Quellen zur Geschichte der Stadt Köln*, t. I, (1860), p. 458-60; Iohann Hubert KESSEL, *Der selige Gerrich, Stifter der Abtei Gerresheim* (Düsseldorf, 1877), p. 184-87; integras solus protulit H. CARDAUNS in *Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein*, XXXVI-XXXVII (1874), p. 334-41. — (4) Editae sunt cum alibi, tum apud LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. c., p. 34, et apud KESSEL, t. c., p. 182-83. — (5) E. DÜMMLER, *Geschichte des Ostfränkischen Reiches*, 2te Aufl., t. II (1887), p. 369, annot. 1; A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II² (1900), p. 804. — (6) KESSEL, op. c., p. 70 sqq. — (7) “ Nun aber zeigt dieselbe mehre offenbare Interpolationen und Unrichtigkeiten. „ — (8) Cf. infra, num. 5. — (9) Sigilli specimen exhibuit Kessel, t. c., p. 112. — (10) Nostrum esse Gericum qui inter chartas traditionum Werdinenses an. 809-827 nominatur (cf. W. CRECELIUS, *Traditiones Werdinenses*, in ZEITSCHRIFT DES BERGISCHEN GESCHICHTSVEREINS, t. VI, 1869, p. 21, nº 33 b :

quem

A *quem etiam Gericum dictum esse et a quo nomen Gerichesheim ortum esse vult; de numero et situ locorum quorum dominio potiebatur; de aliis denique huiusmodi profert scriptor laudatus, ea quidem saepe argute sunt excogitata, vera tamen esse vel etiam veri similia non crediderim.*

mortis tempus et modus incertus.

3. *Gericum ante annum 873 obiisse statuit Kessel, et necessario statuit, cum chartam Regenbergae abbatissae authenticam existimaret, quae hoc anno edita videbatur et mortuo iam Gerico esset conscripta. Unde factum est ut aliorum quorundam coniecturae assentire abnueret* (1), *qui Gericum nostrum putaverant esse eundem* Gerrichum *comitem, qui die 2 februarii anni 880 in magna illa clade Germanorum occubuit* (2) *et idcirco inter martyres, quos Ebbekestorpenses nominare solent, est recensitus* (3). *Sed neque nos, remota difficultate chronologica quae ex charta Regenbergae petebatur, coniecturam istam amplecti audemus; neque enim satis esse videtur temporis et nominis similitudo, cum praesertim Gerrici seu Werrici nomen non ita rarum olim fuerit* (4); B *aliae autem rationes, quae huic sententiae faveant, prorsus desunt.*

Pii viri cultus popularis

4. *Quamvis Gerici cultus non iis tenebris, quibus ipsius historia, involvatur atque supersint monumenta non pauca quae lucem quandam affundant, multum tamen abest quin omnia hac in re clara et certa dici possint. Nullum quidem ante saeculum XII cultus sive ecclesiastici sive popularis indicium superest; summa enim laus quae Gerico antea tributa est, in hoc continebatur ut* vir bonae memoriae *diceretur* (5). *Verum inde ab anno 1106, quo Fridericus Coloniensis archiepiscopus de iure* ecclesiae sancti Gerici *meminit* (6), *nescio an in nullo documento nominatus sit Gericus, quin* sancti *vel* beati *appellatione ornetur. Ita in litteris Gudae abbatissae (1214-1231) sermo fit de* anniversario sancti Gerici (7), *de* die sancti Gerici (8), *de* ecclesia beati Gerici (9); *litteris vero Gertrudis de Neukirchen abbatissae (1254-1287), prout in tabulis redituum monasterii medio saeculo XIV exaratis breviter sunt descriptae* (10), *docemur procuratum esse ut* tumba beati Gerici *diebus ac noctibus illuminaretur, atque in monasterio fuisse quendam* campanarium sancti Gerici; *in eisdem* C *vero litteris, prout in exemplari genuino integrae servatae sunt* (11), *comparet quidem idem* campanarius capelle beati Gerici, *de luminaribus autem accendendis aliter fit sermo; ita enim provisum est:* Preterea... in ecclesia beati Gerici ad requiem eius anime luminaria ministrabit *(decana)* noctibus et diebus. *Sed et in quodam "Ordine" ad recitandum officium liturgicum* (12), *qui in codice saeculi XIV servatus est* (13), *nominantur tum* ecclesia sancti Gerici (14), *tum* capella sancti Gerici (15), *tum etiam* altare sancti Gerici (16). *Insuper a fideli populo iam pridem* sanctus Gericus *dici solitus est coenobii conditor* (17) *et in oppidi Gerreshemensis territorio hodie quoque exsistit fons quidam* sancti Gerici *dictus* (18). *Quae omnia, ut manifeste ostendunt Gericum populari cultu velut sanctum honorari, non tamen ita probant ipsi ecclesiasticos honores esse tributos. Quod enim dicta est* ecclesia sancti Gerici, *id, ipso Kesselio consentiente* (19), *ideo factum est, quia Gericus ecclesiae Gerreshemensis conditor censebatur, non vero quod ipsius esset patronus sive quod ecclesia ipsi esset sacra, cum sciamus duarum ecclesiarum, quae in oppido exstructae sunt, alteram, coenobii dico, S. Hippolyto, alteram vero, quae parochialis erat, S. Margaretae dicatam fuisse* (20). *Neque certo affirmare possumus his verbis* capella sancti Gerici, altare sancti Gerici, *monumentum cultus ecclesiastici haberi, quandoquidem forsan ideo sic nominata sunt, quod in illa capella et coram illo altari stabat tumba seu sarcophagus Gerici, qui saeculo XIII constructus adhuc in ecclesia Gerreshemensi superest.*

et ecclesiasticus.

5. *Verum iam incipiunt indicia cultus ecclesiastici minus obscura fieri. Quae enim moniales post medium saeculum XIII* ad requiem animae beati Gerici *luminaria in ecclesia accendebant, eaedem haud multo post ipsius tumbam illuminare coeperunt non sine maiore quadam erga illum reverentia. Quin etiam calendario necrologico monasterii, qui saec. XIV exaratus est, non solum die 5 novembris* Anniversarius Gerici militis *inscriptus est* (21), *sed et die 23 septembris* Translatio Gerici (22). *Reapse festum ipsius celebrari consuevisse ostendunt litterae anno 1319 Avenione a sedecim episcopis datae, quibus indulgentiae concedebantur accedentibus ad ecclesiam canonicarum in Gherisheym in festivitatibus quibusdam, inter quas comparet et festum* Ierici ducis (23). *Non ita tamen firmiter stabilitus erat cultus ille, ut periculum non incurreret decrescendi atque paulatim in desuetudinem veniret* (24). *Nuperrime vero cum altare ecclesiae egregio sumptu renovaretur, etsi in operis faciundi forma* (25) *inter cetera ornamenta delineaverat artifex quattuor statuas sanctorum, quorum nomina subscripserat:* S. Margareta, S. Suitbert, S. Gericus, S. Catharina, *aliqua saltem in parte ab hoc consilio recessum esse crediderim, cum* F *legam quattuor, quae confectae sunt, statuarum, tres quidem esse SS. Margaretae, Catharinae et Suitberti, quartam vero S. Hippolyti* (26), *non vero B. Gerici. Ex quo conicere est nondum refloruisse B. Gerici cultum publicum. Conicere, inquam, est, cum certiora proferre, etsi cupiebam, non tamen possim. Cum enim, ut pro nostro officio hac de re lectores monerem, anno 1904 litteris datis reverendum parochum Gerreshemensem adissem, ille ne verbo quidem respondere dignatus est.*

" das Land von Gerrig "), confidenter quidem a Kesselio affirmatur (p. 43), minime tamen certum est. Kesselium hac in re sequitur P. Clemen. *Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz*, t. III, 1 (1894), p. 94. — (1) Op. c., p. 144. not. 1. — (2) Cf. *Annales Fuldenses*, ad. an. 880 (ed. Kurze, p. 94). — (3) Cf. *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 309 sqq. Vid. etiam Gelenius, *De admiranda ... magnitudine Coloniae* (1645), p. 736. — (4) Cf. P. Piper, *Libri confraternitatum S. Galli* ... (1884), in indice nominum pp. 448, 449, 526, s. v. Gerich, Gerihc, Gerrich, Gerricus, Gerrih, Vuerih. — (5) In litteris Herimanni archiepiscopi, de quibus supra, num. 1. — (6) Lacomblet, *Urkundenbuch*, t. I, p. 172, n° 267; Kessel, op. c., p. 187-88. — (7) *Archiv für die Geschichte des Niederrheins*, t. VI (1867), p. 118. — (8) Ibid. — (9) Kessel, op. c., p. 190. — (10) *Archiv*, t. c., p. 134; Kessel, op. c., p. 191. — (11) *Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins*, t. VII (1871), p. 209-11. — (12) Kessel, op. c., p. 194-210. — (13) Non improbabile est codicem hunc apographum esse exemplaris antiquioris, etsi non possum assentire rationibus sane levibus, quibus Kessel (op. c., p. 195-97) ostendere nititur ordinem illum iam saeculo XI vel XII esse compositum. — (14) Kessel, p. 209. — (15) Ibid., pp. 199, 208. — (16) Ibid., p. 209. — (17) Cf. ibid., p. 137. — (18) Gelenius, op. c., p. 736; Kessel, op. c., pp. 30, 144, 179. — (19) Op. c., p. 151. — (20) Ibid., p. 141. — (21) *Archiv*, t. c., p. 100. Monendum est huic calendario ita inscripta esse sanctorum festa, ut verbum *sanctus* vel *beatus* omittatur, v. gr. *Octava Stephani, Hilarii confessoris, Perpetuae et Felicitatis*, etc. — (22) *Archiv*, t. c., p. 98. — (23) Kessel, op. c., p. 192-193. — (24) Cf. ibid., pp. 136, 156-58. — (25) Huius imaginem videsis in *Zeitschrift für christliche Kunst*, t. XVI (1903), e regione col. 321-22. — (26) Ibid., col. 322.

6. *Contra,*

Auctore A. P. Regenbernae, quae filia

6. *Contra, quod sperabant olim maiores nostri* (1), *de cultu B. Regenbernae, quam S. Gerici ducis filiam fuisse fuerunt, certiora iam proferre possumus, id est in non paucis illis documentis, quae vel de Gerico vel de Gerreshemensi monasterio reperta sunt, nullum prorsus inveniri cultus Regenbernae exhibiti vel tenue vestigium.*

Gerici dicitur, cultus nullus.

(1) *Act. SS.*, Mart. t. I, p. 630 D.

DE B. GERALDO

ANNO 1123

EPISCOPO BITERRENSI

E. H.

§ 1. De fontibus e quibus cognoscitur eius vita.

Commentarios de B. Geraldo conscripsit saeculo XVIII

1. *B. Geraldus ex eorum sanctorum numero est qui neminem coaevum habuerunt scriptorem cuius opus usque ad hunc diem supersit. Nam praeter legendas quae in breviariis reperiuntur, ea tantum de B. Geraldo cognoscimus quae nobis servavit investigator aliquis saeculi decimi octavi, qui, veluti nobis consulens, ex monumentis tunc quidem exstantibus nunc autem deperditis, excerpsit quicquid ad beatum nostrum pertinebat* (1). *Quis autem fuerit scriptor ille hactenus ignotus, coniectura iam indicare nos posse putamus. Nam in praefatione sua* (2) *fatetur se consuluisse dominum Franciscum Pouget* († *1723*) *et dominum Claudium Chastelain: " ayant appris que M^r l'abbé „ Pouget, si recommandable par son catéchisme de „ Montpellier, travaillait à la réforme du nouveau „ bréviaire de Narbonne, cette personne... écrivit à „ M^r l'abbé Pouget... „ Iam vero Pouget suum opus edidit anno 1702, Chastelain obiit anno 1712, die vero 4 iunii 1706 archiepiscopus Narbonensis scriptoris rationibus motus cultum S. Geraldi restituit; primam autem partem novi breviarii edidit Pouget anno 1708. Igitur inter annos 1702-1706 incepit scriptor noster hoc opusculum colligere, quod publici iuris facere minime cogitabat; sed instantibus incolis Podii Saliconis, qui se esse cives S. Geraldi gloriabantur, ut hoc opusculum* C *ederetur, scriptor illud iterum ordinavit* (3) *et in eam formam quam nunc habemus, redegit post annum 1706 qui alicubi ab ipso memoratur* (4); *quin etiam, ut mihi videtur, post annum 1709. Scribit enim: " Mais comme M^r l'abbé Chatelain qui avait lui-même mis cette mort en onze cent trente-six... l'a fixée depuis au lundy cinquième novembre, onze cent vingt-trois „* (5). *Iam vero etiam in suo* Martyrologe universel *edito anno 1709 Chastelain mortem Geraldi ad annum 1136 ponit. Definito tempore quo scriptum sit opusculum, iam nullo negotio illius auctorem designabimus. Legenti enim praefationem statim apparebit ipsum aliquo beneficio vel dignitate cum monasterio Cassianensi devinctum esse; sed quo munere fungeretur dum primum opus aggressus est, non satis liquet; postea autem eum fuisse priorem probabili testimonio docemur. Nam inter scripta undique in Parisiensi abbatia* E *Sanctae Genovefae collecta, ut novi breviarii ratio capitulo generali congregationis gallicanae anni 1757 proponenda institueretur, haec leguntur: " La légende [S. Geraldi] est extrêmement vide „ de faits. On en trouve quelques-uns dans une vie „ composée par un prieur de Cassian, sur les „ titres de la maison „* (6), *nec dubitandum est quin de eodem nostro opere hic agatur. At prior erat 1674-1712 Ludovicus de la Vergne Montenart de Tressan, qui factus erat episcopus Cenomanensis anno 1671. Huic successit in prioratu anno 1712 N. de Cilly; quem libelli nostri auctorem fuisse conicimus.*

prior Cassianensis N. de Cilly,

2. *In scribendo hoc opusculo documentis bonae notae usus est prior ille; his autem tempora iniqua non pepercerunt. Quod testati sunt viri eruditi, qui hos codices multum inquisiverunt, quosque hac de re interrogavimus* (7). *Etenim saeculo decimo octavo asservabantur chartularium domus sanctae Mariae de Cassiano et consuetudinarium vetus diu ante 1387 compositum. Affirmat siquidem auctor noster consuetudines Cassianenses certo certius anno 1387 ex duobus libris " de papiro „ esse transcriptas quorum " propter antiquitatem unus* F *est omnino destructus, alter vero pari passu venit ad omnimodam destructionem „* (8).

usus Cassianensi chartulario et consuedinario

3. *Praeterea, olim etiam exstitisse antiquam S. Geraldi Legendam, veteris consuetudinarii, de quo supra, haud dubio testimonio nixus nos docet de Cilly; in quo consuetudinario praeceptum erat: " Legatur in prandio de eius Vita „* (9). *Sed a quonam et quo tempore scripta sit haec Vita, quam iam deperditam dolebat prior noster, dicere neglexit, aut frustra conatus definire non potuit. In breviario autem veteri Biterrensi* (10) *anno 1534 typis edito, in breviariis recentioribus vel in propriis Biterrensi* (11) *et Narbonensi, item canonicorum regularium S. Salvatoris Lateranensis, canonicorum Congregationis reformatae gallicanae,*

non tamen antiqua Legenda, iam tunc deperdita;

(1) *Mémoire pour servir à la vie de saint Guiraud, second prieur de Cassan, évêque de Béziers.* Montpellier, 1884. Hoc opusculum diu delituit donec opera canonici qui ecclesiae Montispessulanae archivio praeerat, R. D. Soupairac, anno 1884 typis evulgatum est.— (2) Ibid., p. 2. — (3) Ibid., p. 3. — (4) Ibid, p. 82. — (5) Ibid., p. 79. — (6) Cod. Parisiensis Bibl. Sanctae Genovefae, n° 156, fol. 17-37. — (7) Cf. etiam Émile Bonnet, *Bibliographie du diocèse de Montpellier* (Montpellier, 1900), pp. 73, 78. — (8) *Mémoire*, p. 57, annot. — (9) Ibid., p. 11. — (10) *Breviarium ad usum ecclesiae Biterrensis* (Lyon, 1532), fol. CCCCLXI. — (11) *Officium proprium festorum insignis ecclesiae Biterrensis.* Biterris, 1631. *Les offices propres des saints chanoines réguliers de l'ordre de S. Augustin, congrégation de Notre Sauveur.* Toul, 1696; Metz, 1706; *Officia propria ... canonicis regularibus Lateranensibus etc.* Viennae, 1741; *Proprium sanctorum ad usum canonicorum regularium congregationis gallicanae.* Parisiis, 1666; *Proprium sanctorum ad usum canonicorum regularium congregationis gallicanae.* Parisiis, 1758, etc., etc.

canae,

cuius summam referre videtur

canae, invenitur aliqua eius Legenda. Variae recensiones huius Legendae, eae saltem quas in manibus habemus, omnes ex eodem fonte ortae videntur, id est ex Legenda veteris breviarii (1534), quam rudiore sermone scriptam postea suo quisque modo elegantiorem facere et politiorem conati sunt, neque tamen obscuram nobis reddiderunt ipsarum communem originem. Legendam autem quae vetere illa antiquior esset, quamvis sedulo conquisivisset de Cilly, nullam invenit. Hisce rationibus, quae iam huius Legendae antiquitati favere videntur, haud leve pondus afferunt verba quibus incipit : In nostris quidem temporibus, *ita ut facile nobis suaderi possit hanc paulo post B. Geraldi mortem compositam esse, aut saltem e Vita aliqua vetustiore, eius prope temporibus scripta, fortasse ex ea de qua consuetudinarium, exscriptam esse. Fatendum tamen haec, utut probabiliter coniciuntur, non certo explorata esse.*

vetus breviarium.

4. *Quicquid id est, cum nulla alia nobis supersit Legenda, hanc in lucem edendam censuimus, quam benevole nobis transcripsit vir reverendus praeses*
B *seminarii Montispessulani, et cum exemplari, quod possidet societas archaeologica* (1), *contulit v. d. Aemilius Bonnet.*

§ 2. Legenda B. Geraldi.

Geraldus abortivus

I. In nostris quidem temporibus vir vere venerabilis sanctissimeque simplicitatis, oppidi Podii Saliconensis (2) nomine Guiraudus, ex parentibus secundum seculi dignitatem non infimis, ortus fuit. Sed quia abortivus natus est, parentes eius despectui eum habuerunt.

statim baptizatus

II. Quippe cum nec pueri[1] effigiem pro parvitate habere videretur, vagitus tamen eum fore puerum fatebatur. Cum autem parentes eius utrum victurus ille esset necne incerti essent, sancte regenerationis lavachrum suscepturum eum ecclesie miserunt.

miraculo

III. Qui cum a quodam honorabili monacho tunc ibi conversante susciperetur, vixque peractis prius officiis ad tale quid necessariis, cum eum baptizare vellet, mox fontium aqua visa est fumigare.

designatur.

IV. Cum vero sub trina mersione baptizatus fuisset, fontis aqua (ac si magna candentis ferri
C massa illic submersa esset) magnum emittere vaporem ac penitus ebullire cepit.

Monasterium Cassianense ingressus

V. Literalibus equidem disciplinis mancipatus, ordinis Sancti Augustini et in monasterio Virginis Marie de Cassiano, diocesi Bicterrensi religiosus effectus est. In qua taliter se subiecit ut in charitate[2] Dei et proximi nemini inveniretur secundus.

fit eiusdem prior,

VI. Tanta igitur castitate, charitate et humilitate prefulsit, ut mortuo dicti monasterii priore in eius locum prior promoveretur, ubi ita discretus visus est, ut, sede episcopali Bicterrense vacante

postea episcopus Biterrensis.

ab omnibus eligeretur. Et cum ne tali onere opprimeretur, aufugisset illud, invitus desponsatus est, longeque diu illud exercens, hydropisis[3] infirmitate percussus spiritum exhalavit. Cuius corpus in dicti Bicterrensis ecclesia collegiata Sancti Affrodisii collocatum et canonizatum est, innumeris quotidie prefulgens miraculis.

[1] *Ed.* puer. — [2] *ed.* caritatis. — [3] *ed.* Eutropisis.

(1) Bonnet, op. c., p. 87. — (2) Hodie Puissalicon (canton de Servian, arrondissement de Béziers). — (3) *Gallia christiana*, t. VI, col. 312. — (4) *Mémoire*, p. 5. — (5) *Mémoire*, p. 6-8. — (6) Cf. etiam *Mémoire*, p. 9. — (7) Cf. Iohannis Saresberiensis, *Metalogicus*, lib. I, c. 13 (*P.L.*, t. CXCIX, col. 840A). — (8) *Mémoire*, p. 12-14.

§ 3. De ortu et infantia B. Geraldi.

Auctore E. H.

Natus videtur circ. an. 1070,

5. *Beatus noster in Podio Salicone, qui est vicus leucis duabus ab oppido Biterris distans, non immerito circa annum 1070 natus esse putatur* (3). *Nam cum donationi a Petro de Thesan anno 1085 domui Cassianensi factae, quamvis in ceteris tam multis chartis quas postea scripsit, semper se vel levitam, vel canonicum, vel priorem profiteretur, haec sola verba subiecerit:* Geraldus scripsit (4), *haud imprudenter conieceris eum tunc in monasterio recentem tironem fuisse; cum vero ex vetere breviario eum adulescentem post peracta studia " literalia „ sese Cassianensi regulae subiecisse doceamur, eum circiter 15 annos natum tirocinium incepisse suspicamur et ita circa annum 1070 in lucem editum ducimus.*

ex parentibus de quorum condicione non constat.

6. *Verum ex qua gente ortus sit, quae parentum fortunae aut ordinis condicio fuerit, quidve de civitate aut de ecclesia meriti sint, quomodo ab ipsis in virtute ac disciplina nutritus, se in paterna domo* E
gesserit, nihil prorsus, non modo certa firmaque sententia, sed ne probabili quidem coniectura assequi posse mihi videor. Patrem eius non infimum locum obtinuisse inter eiusdem vici primores affirmat quidem vetus breviarium, sed non certioribus verbis quam quae in omnibus fere sanctis stilo quodam hagiographico adhibentur, ita ut hac translaticia scribendi forma parum vel nihil doceamur. Longius sane progressus est de Cilly, qui cum in chartulario non semel ante nomina dominorum de Thesan et aliorum certe nobilium virorum nomen Guiraudi de Possilicone legisset, stirpis eius nobilitatem probare voluit (5). *Verum ut valeret argumentum, cum nomen Geraldi in illa regione satis commune fuerit, hoc potissimum demonstrandum erat, hunc Guiraudum, de quo charta, re vera esse patrem nostri beati; quod certe ex monumentis paucis iisdemque mutilis, quae nunc habemus, minime conficietur. Fortasse quando de Cilly haec scribebat, illos cognatione esse coniunctos aliis indiciis comperit; notatu tamen dignum putamus, cives de Podio saeculo decimo octavo tugurium quoddam monstrasse, ubi natus esset sanctus, quem pauperem fuisse existimabant. Res igitur tota incerta est. De puero Geraldo fama popularis, ut est fabellarum amica, plura venditabat valde mirabilia, quae scriptor noster prudenter omisit. Vide ea quae de baptismate breviarium narrat* (6). *Haec et similia illi solum credant, qui explorare potuerint.*

De pueritia nihil certi novimus.

§ 4. De eius ingressu in monasterium et de eius prioratu.

Circa an. 1085 monasterium ingressus

7. *" Literalibus „ disciplinis instructus, id est arte legendi et scribendi* (7), *fortasse etiam latini sermonis usu, adulescens inter canonicos regulares ordinis Sancti Augustini in monasterio Sanctae Mariae de Cassiano ascriptus est circa annum 1085, ut nobis videtur, quo chartam novicius, ut conicientes diximus* (*num.* 5), *scripsit. Ab hoc vero tempore usque ad annum 1094 Geraldi nomen chartis Cassianensibus nusquam inscriptum reperitur* (8). *Hoc anno, die 30 octobris venditionis*

AUCTORE E. H.

cuiusdam instrumentum tamquam diaconus subsignavit (1); *quod in chartis facere consuevit usque ad diem 27 septembris 1101* (2). *Inde, adiecto canonici nomine, chartas circiter viginti quinque vel conscripsit vel suo signo communivit* (3). *Ex eo quod se iam canonicum dicit, conicere licet ipsum sacerdotio tunc fuisse insignitum. Piam inter fratres sua professione divino cultui addictos egit vitam et in monasterio morum integritate, vitae austeritate, regularum observantia et scientiae studio celebri, prae ceteris ita virtutibus eminuit, ut mortuo priore Petro, in priorem domus Sanctae Mariae eligeretur inter diem 4 maii anni 1105, quo etiam tunc tamquam canonicus subscripsit, et diem 9 augusti 1106, quo legitur in chartulario :* Geraldus prior scripsit (4).

circ. an. 1106 prior eligitur,

8. *Ipso priore, ante diem II nonas octobres dedicata est nova Beatae Mariae ecclesia, quae ad hunc diem superest, sed aliis usibus destinata* (5). *In relatione visitationis pastoralis ab Iohanne de Bonsy episcopo Biterrensi 8 februarii 1605 institutae legitur :* Ecclesia est valde pulchra, integra, antiqua et bene ornata, a Carolo Magno, ut creditur, fabricata, quod in aliquibus locis appareant aquilae lapideae et depictae et gestat unum C+ cum cruce pro insignibus, quod Carolum denotat, quamvis religiosi illud C+ interverterint in modum omega, hoc modo ♀.

novam ecclesiam dedicari curat,

B

Est ecclesia sub invocatione sancti Augustini canonicorum regularium; sunt in dicta ecclesia plures reliquiae descriptae in quodam libro antiquo, ubi tempus et dies et annus consecrationis ecclesiae descriptus est; cui interfuerunt plures archiepiscopi, episcopi, abbates et aliae personae ecclesiasticae abhinc iam quingentis annis (5).

Hoc documentum feliciter nobis servaverunt tum auctores Galliae christianae (6) *tum De Vic et Vaissete* (7) : Anno dominicae incarnationis MCXV, II nonas octobris, congregata innumera multitudine sexus utriusque apud villam Cassiani, omnipotentis ac benignissimi Dei annuente clementia, consecrata est eiusdem loci ecclesia. Cui consecrationi interfuerunt archiepiscopi sive episcopi, Richardus Narbonensis archiepiscopus, et Ato Arelatensis episcopus[1] et Arnaldus episcopus Biterrensis et Galterius[2] Magalonensis episcopus et Raymundus[3] episcopus Barbastiensis[4] et Bernardus Agathensis episcopus et Iohannes episcopus Nemosensis[5] et Arnaldus Carcassonensis episcopus. Authore ergo[6] domino nostro Iesu Christo, consecraverunt ipsam ecclesiam et altare maius (8) in honorem[7] sanctae Dei genitricis Mariae perpetuae virginis sanctique Iohannis Baptistae; altare vero sancti Michaelis consecravit praedictus Barbastiensis episcopus in honorem[8] et memoriam ipsius beatissimi archangeli et beati Augustini, alterum quoque Magalonensis episcopus in honorem beatorum apostolorum Petri et Pauli, Andreae et Iacobi et sanctae

C

Fidis virginis, in cuius festivitate haec consecratio[9] celebratur. Item[10] praeterea hae sunt reliquiae quae in altari beatae Mariae continentur : de ligno dominicae crucis, de spongia quae ori eius apposita fuit et de panibus propositionum et ipsius virginis Mariae (9)... Item in altari beati Michaelis continentur reliquiae sancti Ioannis Baptistae, et Irenei Lugdunensis episcopi (9).... In altari sancti Petri continentur reliquiae ipsius beati Petri et Pauli apostolorum et B. Romani (9).... In cruce quam a transmarinis partibus Guillelmus Anglicus attulit, continentur de ligno Domini, de sepulchro et de loco nativitatis eius et de loco calvariae, de lapide revoluto, de sepulchro beatae Mariae, de monte Sinai (9).

D

[1] *Gall.* archiepiscopus. — [2] *Gall.* Gualterus. — [3] *Gall.* Raimundus. — [4] *Gall.* Barbastensis. — [5] *Gall.* Nemausensis. — [6] *Gall. add.* Deo et. — [7] *Gall.* honore. — [8] *Gall.* in honore et memoriae. — [9] *Gall.* dedicatio. — [10] *Om. Gall.*

9. *Haec dedicatio sane B. Geraldi pietatis testimonium est. Cum ipse, prior factus, loca quoque claustralia aedificaverit* (10), *ita studium servandae disciplinae manifestum fecit; suam vero in pauperes caritatem ostendit erecto extra ambitum monasterii hospitio ante annum 1118, quo prima eius mentio fit in chartulario* (11). *Haud tandem imprudenti coniectura iudicat de Cilly virum, quem mira in Deum ac religionem pietate floruisse nonnullis vestigiis cognovimus, partem habuisse in condendis legibus quae ante annum 1387 iam dudum in vetere consuetudinario collectae fuerant* (12). *Ex laudibus quoque funebribus Bernardi, sacristae Narbonensis, olim B. Geraldi discipuli, quae sequuntur, intellegere aliquo modo possumus quam sedulo se suosque alumnos pius prior virtutibus exercuerit, et uti ceteris dignitate praecelleret, ita etiam exemplis praeesse conatus sit.* Cum Bernardus iste vir honeste vite et magne religionis mortem sibi instare cerneret, tanquam obitus sui prescius, die martis, qua decessus eius futurus erat, de illo alode proprio quod habebat omnibus suis confratribus ac pauperibus procurationem fieri instituit, ut felicitatem qua divinitus diffundebatur eisdem solita benignitate impertiret. Qui cum per omnia beatum Geraldum Biterrensem episcopum, quem longo tempore doctorem habuerat, imitari satageret, decima die in pane et aqua ieiunans, non paucis suppliciis corpus suum macerans, ita frequens in oratione permanebat ut, cum valeret, a divino halitu nullatenus abduci posset. Cum autem iam dicta dies advenisset, presbiterum ad se vocans, ante eius presenciam se prostravit et licet in graviora peccata minime incidisset, se tamen omnium reum magna animi conpunctione arguebat. Qui a confessione surgens, cuidam donato innitens ecclesiam petiit, flexisque ante venerabile altare beati Iohannis genibus ab eo qui missam celebrabat

claustra et hospitium aedificat

atque ita monasterium regit

F

(1) Ibid., p. 24. — (2) Ibid., p. 25. — (3) Ibid., p. 26. — (4) Ibid., p. 83-84; cf. etiam *Gall. christ.*, t. c., col. 312; *Mémoire*, p. 89. — (5) *Bulletin de la Société archéologique de Béziers*, 3e série, t. IV (1902), p. 234. — (6) *Gall. christ.*, t. c. instr. col. 133. — (7) *Histoire du Languedoc* (1733), t. II, preuves, col. 395; éd. Privat (1875), t. V, col. 850. — (8) Hoc altare hodie exstat in ecclesia vici dicti Paulhan, quo translatum est anno 1797. *Bull. de la Soc. arch. de Béziers*, 3e série, t. IV, p. 230. " En détachant les marbres dont il était revêtu, nous avons découvert sous la grande table qui formait le dessus du tombeau, au milieu de six petits vases de verre renfermant les saintes reliques, une lame de plomb d'une longueur de 25 centim. et de 12 centim. de largeur, portant des inscriptions qui nous ont indiqué l'époque de la construction de l'autel dans l'église de Cassan, celle de son ornementation ultérieure, enfin celle de son transfert à Paulhan. Sur l'une des faces se trouvait gravée au poinçon cette inscription : Hoc altare anno MCXV dedicatum, sed longa vetustate deterioratum, huius ecclesiae canonici regulares congregationis gallice exquisitis marmoribus vestiendum curarunt anno MDCCLXXXIX. " — (9) Nominantur plures reliquiae. — (10) *Mémoire*, p. 45-47. — (11) Ibid., p. 42. — (12) Ibid., p. 56-57.

dominicum

A dominicum corpus accepit sicque, missa celebrata, spiritum Domino reddidit.

Hunc Narbona virum meruit sibi post Cacianum.
Et Maria suum Paulo sociavit alumpnum.

† Kalendis Maii obiit Bernardus sacrista maior Sancti Pauli anno M. CL. primo. A. Ω. †. „ (1).

ut et virtutis fama et opibus cresceret.

10. *Quod autem, illo priore, Cassianum tanta pietate, fervore et disciplina floruerit, ut fama per totam regionem celebrata omnium oculos et animos in ipsam domum converteret, quis mirari possit? Longum enim est omnes donationes quae tunc affluebant, enumerare* (2), *aut tot nomina colligere tum illustrium virorum et feminarum, tum ecclesiarum et monasteriorum, quae tunc temporis confraternitatem cum domo Cassianensi certatim postulaverunt* (3). *Inter tot testimonia, quibus elucescit splendor Cassiani sub nostro priore, hoc unum hic scribere iuvat, domum tunc octoginta numerasse canonicos* (4); *ita saltem refert non spernenda traditio. Mox vero ipse sanctus prior pro vitae suae merito ad maiorem dignitatem elatus est.*

B

§ 5. De B. Geraldi episcopatu.

Electus in Biterrensem episcopum

11. *Etenim cum Arnaldus episcopus Biterrensis ad sedem Narbonensem translatus esset* (5), *omnium suffragiis et favore in episcopum electus est B. Geraldus. Qui postquam diu restitit, tandem invitus pastorale munus suscepit. Quo autem anno episcopali honore insignitus sit, non ita perspicuum videri potest. Auctores* Galliae christianae *aiunt eum consecratum esse exeunte 1121 vel ineunte anno 1122* (6). *Id autem non contigisse arbitramur ante medium circiter annum 1122. Nam 1° in chartulario Cassianensi invenit de Cilly instrumentum quoddam* die 23 februarii, feria V, anni 1121 *datum quod* Geraldus Dei genetricis Mariae servus et minister a praefatis donatoribus rogatus scripsit (7). *Nondum igitur tunc erat episcopus. At hunc diem 23 februarii feriam quintam re vera fuisse anni secundum hodiernum computum 1122, facile decernet qui animadverterit et in illa regione eo tempore notarios vulgo usos fuisse stilo incarnationis* (8), *secundum quem annus inchoabatur die 25 martii, et diem 23 februarii incidisse in feriam quintam non anno 1121, sed anno 1122. 2° Accedit quod instrumentum quoddam, quod Catel affirmat a se visum, subscripsit B. Geraldi decessor Arnaldus, episcopus Biterrensis, anno 1122* (9). *Idemque Catel ad mensem augustum anni 1122 refert hominium ab Aimerico vice-comite Narbonensi praestitum eidem Arnaldo ad sedem archiepiscopalem Narbonensem iam translato* (10). *3° Denique in chartulario Sancti Iusti leguntur epistulae Callisti II ad Berengarium archiepiscopum Narbonensem datae diebus 21 et 22 iunii et 4 octobris anni 1121 et 22 aprilis 1122-1124* (11). *Quae omnia suadent non ante finem mensis aprilis anni 1122 nec post mensem augustum eiusdem anni ad sedem Narbonensem translatum esse Arnaldum et proinde intra eosdem terminos collocandam esse Geraldi electionem. Quibus contradicere videtur id quod ait Catel, Arnaldum iam archiepiscopum Narbonensem accepisse anno 1121 clientelae professionem a Bernardo Atone vicecomite Biterrensi et a Raimundo de Terminis* (12); *subiungitque* (13) *illum praefuisse ecclesiae Narbonensi annos 28, menses 5, dies 14, et supremum diem obiisse die 30 septembris 1149; unde concludendum esset eum ad Narbonensem sedem translatum fuisse die 16 aprilis anni 1121. Sed haec nullo allato documento comprobantur, neque apud Catel neque in* Gallia christiana (14), *nec proinde adversus testimonia certiora superius allata praevalere existimanda sunt.*

circa medium an. 1122

C

AUCTORE E. H.

Cassianum beneficiis prosequitur.

12. *Quomodo vero ecclesiam Biterrensem rexerit B. Geraldus, nec de Cilly noster enarrare potuit; silebant enim de hac re monumenta Cassianensia, quae fausta sorte in manibus habebat. Ex chartis tamen asservatis comperit beneficia quaedam a B. Geraldo ecclesiae suae de Cassiano collata fuisse* (15). *Anno 1123 confirmavit donum praepositatus et sacristiae canonicis factum a Matfredo episcopo* (16); *die 23 octobris cum Adalberto episcopo Agathensi subscripsit chartam pro quodam excambio* (17). *Non diu ecclesiam rexit; nam anno 1123 hydropisis morbo, ut fert breviarium, oppressus vita cessit atque in ecclesia Sancti Aphrodisii honorifica sepultura donatus est; quam Biterrenses his versibus exornaverunt* (18):

E

Praesulis hic almi sunt condita membra Geraldi
Hic vir honestatis et mirae simplicitatis
Moribus ornatus fuit et flos intemeratus;
Hunc meruit florem Catianus habere priorem.
Hic speculum terris, fit praesul in urbe Biterris;
Eximitur membris quinta sub luce Novembris,
Quo Deus in pannis iacuit vergentibus annis
Bis quingentenis [1] centum tribus et duodenis.

[1] *Mémoire, p. 80* quingentesus.

Necrologium Sancti Nazarii Biterrensis habebat : x kal. decembris obiit dominus Guiraudus, Dei gratia episcopus Biterrensis (19); *melius necrologium Biterrense :* Nonis novembris obiit reverendus domnus Guiraudus, Biterrensis episcopus anno Domini 1123 (20).

F

§ 6. De eius reliquiis et cultu.

Beati brachium Cassianensibus concessum;

13. *De sacris istis reliquiis, brachium alterum fratribus de Cassiano concessum est. Sed certum huius donationis tempus definire non ausim. Recensetur hic thesaurus in catalogo sacrae supellectilis domus Sanctae Mariae, qui anno 1562 confectus est. Antiquius vero testimonium non*

(1) DE VIC et VAISETE, o. c., t. v., p. 14*. — (2) *Mémoire*, p. 35-41. — (3) Ibid., p. 69-71. — (4) Ibid., p. 56. — (5) *Gall. christ.*, t. c., coll. 47, 312. — (6) *Gall. christ.*, l. c. — (7) *Mémoire*, p. 74. — (8) In ipso chartulario Cassianensi alia reperiuntur exempla huius moris; cf. v. g. *Mémoire*, p. 38. — (9) CATEL, *Mémoires de l'histoire du Languedoc* (Toulouse, 1633), p. 959. — (10) Ibid., p. 587. — (11) U. ROBERT, *Bullaire du pape Callixte II* (Paris, 1891), nn. 241, 245, 252, 466. Cf. JAFFÉ-LOEWENFELD, nn. 6913, 6917, 6925, 7127. Nusquam alibi reperitur mentio huius Berengarii Narbonensis archiepiscopi. Hucusque autem Arnaldi decessor credebatur Ricardus, qui ex testimonio cuiusdam necrologii Narbonensis affirmatur obiisse die XIV vel XVI kalendas martii anni 1121 (*Gall. christ.*, t. c., col. 48). — (12) CATEL, op. c., p. 787. — (13) Ibid., p. 788. — (14) T. c., p. 50; ubi solummodo ea quae Catel docuerat exscripta esse videntur. Itemque apud DE VIC et VAISETE, *Histoire du Languedoc*, t. IV (1872), p. 220. Certum quoque est in nullo documento praeter ea quae attulimus, Arnaldum ante annum 1122 tamquam archiepiscopum Narbonensem nominari. — (15) *Mémoire*, p. 75-77. — (16) *Gall. christ.*, t. c., col. 313; cf. col. 310 et instr., col. 133. — (17) *Mémoire*, p. 76. — (18) Ibid., p. 79-80. — (19) *Mémoires de la Société archéologique du Midi de la France*, t. III, p. 105. — (20) *Gall. christ.*, t. c., col. 313; DE VIC et VAISSETE, *Hist. du Languedoc*, t. VIII (1879), col. 260.

habemus

AUCTORE E. H.

corpus apud moniales S. Clarae translatum,

habemus quo tempus donationis doceamur. Non diu beatus episcopus in sepulcro quietus iacuit. Etenim Raymundus de Vailhauques, qui inter annos 1247 ac 1261 ecclesiae Biterrensi praefuit, sororum Sanctae Clarae quae in suburbio a Sancto Iohanne nuncupato suas aedes habebant, assiduis precibus devictus, sacri Geraldi corporis huc transferendi facultatem dedit. At anno 1355, cum totum suburbium everteretur, sacra ossa in pristinum locum relata sunt, hoc tantum sororibus,

anno 1355 in ecclesiam S. Aphrodisii reportatum,

quae anno 1363 intra moenia civitatis coenobium instauraverant, concesso, ut quotannis in sollemni supplicatione sacrum Geraldi corpus in conventus ecclesia stationem ageret (1). *Non tantum statutis temporibus sanctas reliquias per plateas deferebant cives, sed etiam saeva quadam ac inopinata calamitate oppressi, patronum suum — hoc enim nomine habebatur — supplices circumducebant. Quod bis contigisse didicimus e chronicis consularibus Biterrensibus, medio circiter saeculo XIV et iterum anni 1464 die 15 iunii* (2). D

in qua honoratur.

Turbatis deinde rebus, circa 1562 sacrae reliquiae una cum reliquiis S. Aphrodisii in maximo periculo fuerunt, ne ab haereticis comburerentur. Postea autem reddita pace beatorum Geraldi et Aphrodisii reliquiae in eodem vasculo reconditae ac linteo rubro albove discretae, in locum in quo usque ad finem saeculi XVIII cernebantur, cum maxima veneratione repositae sunt (3).

(1) *Mémoire*, p. 101; cf. etiam AZAIS, *Notes sur les Sœurs Minorettes de Béziers*, in BULLETIN DE LA SOCIÉTÉ ARCHÉOLOGIQUE DE BÉZIERS, t. II, 4e livraison, p. 142 et sqq. — (2) *Chronique de Mercier et Régis*, in BULL. SOC. ARCH. DE BÉZIERS, t. III, p. 101. — (3) *Mémoire*, p. 83-86. De historia reliquiarum cf. etiam SOUCAILLES, *État paroissial de Béziers sous l'épiscopat de Jean IV de Bousy*, in BULL. SOC. ARCH. DE BÉZIERS, 3e série, t. IV, p. 159; et SOUCAILLES, *Continuation des visites pastorales de Clément de Bousy*, in BULL. SOC. ARCH. DE BÉZIERS, 3e série, t. V (1904), p. 292-294. Eisdem documentis docemur ecclesiam collegiatam habuisse capellam in honorem S. Geraldi erectam. Ibid., p. 296-97.

B E

DE B. MARTINO DE PORRAS

TERTIARIO PROFESSO O. S. DOMINICI

ANNO 1639 F. V. O.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Martini Vitae plures.

1. *Martini de Porras, religiosi donati seu tertiarii professi Ordinis Fratrum Praedicatorum, qui natione Peruanus die 9 decembris 1579 Limae natus, ibidemque die 3 novembris 1639 e vivis sublatus est, Vitam plures eiusdem religiosae familiae hagiographi rettulere. Inter quos nominare iuvat Bernardum de Medina* (1), *Dominicum Mariam Marchese* (2), *Ioannem Melendez* (3), *Emmanuelem de Lima*(4), *auctorem quendam anonymum Panormitanum* (5) *et Dominicum Ponsi* (6). *Sed rem vel leviter inspicienti liquet Bernardi de* C *Medina textum fuisse a reliquis scriptoribus ad litteram usque usurpatum, resectis dumtaxat ornamentis superfluis et paululum extenuato eius prolixo tumidoque stilo. Quamquam et ipsi, excepto Melendez, temere affirmant materiam tum ex primigenio auctore, tum ex beatificationis processibus a se haustam esse. Hunc autem posteriorem fontem crebro adiit Bernardus de Medina, uti iure asserit in operis prologo " sacado del proceso de las informaciones y originales autenticos la verdad "; frequentarunt quoque novissimi biographi, Angelo Vincenzo Modena O. P.* (7) *et Iose Manuel Valdez* (8), *qui occasione beatificationis beati Martini Vitam compilarunt.*

quarum prima nos latuit:

2. *Neque primus omnium fuit Bernardus de Medina, qui facta beati Martini memoriae posterorum ex industria tradidit. Nam ipse alicubi refert portentum quodpiam, prout declaratum est a viro religioso, " qui Vitam venerandi fratris conscripsit "* (9). *Fueritne is quidam Peruanus, Peruanae O. P. provinciae alumnus, nomine Adrianus de Alessio, anno 1653 emortuus, a quo exaratam fuisse lingua castellana Martini Vitam Ioannes Melendez testatus est* (10), *frustra investigavi,* F *sicut ipsam opellam conquisivi frustra. Exstat denique Romae, in tabulario domus Generalium Ordinis Praedicatorum, codex manuscriptus, formae in-4°, foliorum 39, in quo asservata est* Vita del servo di Dio Fr. Martino Poras dell' ordine de' Predicatori, Terziario Professo, cavata dalli processi fatti per la sua canonizazione; *sed haec Patris Marchese narrationem, supra memoratam, prorsus exprimit ac proinde in Bernardi de Medina librum redundat.*

3. *Porro quanta sanctitatis fama servum Dei*

(1) *Vida prodigiosa del venerable siervo de Dios Fr. Martin de Porras natural de Lima de la Tercera Orden de nuestro Padre S. Domingo* por el Padre Presentado F. BERNARDO DE MEDINA natural de la misma ciudad de los Reyes, Regente de los Estudios del convento del Rosario de Lima y Prior electo del convento de Santo Tomas de Guanuco, del Orden de Predicadores. En Lima, Juan de Quevedo y Zarate, 1673. In-12, [13 ff.] + 127 ff. + [2 ff.]. Iterum edita est Matriti, anno 1675, sed omissis prioris editionis prologo clausulaque quindecim circiter linearum, substitutis aliis praefationis laudatoriis carminibus et hinc inde verbis immutatis aliquibus. — (2) *Sacro Diario Domenicano*, t. VI (Napoli, 1681), p. 6-24. — (3) *Tesoros verdaderos de las Yndias en la Historia de la gran Provinçia de San Juan Bautista del Peru de el Orden de Predicadores*, t. III (Roma, 1682), p. 201-346. — (4) *Agiologio Dominico*, t. IV (Lisboa, 1712), p. 297-317. — (5) *Prodigiosa et Ammirabile Vita del gran servo di Dio F. Martino Porres, Terziario Professo dell' Ordine del glorioso Patriarca S. Domenico*. Palermo, 1696. — (6) *Ristretto della vita, virtù e miracoli del ven. servo di Dio Fr. Martino Porres*. Roma, 1732. — (7) *Vita del B. Martino de Porres, terziario professo dell' Ordine de' Predicatori nella provincia de S. Giovanni Battista del Perù*. Roma, 1837. — (8) *Vida admirable del Bienaventurado Fray Martin de Porres*, iterum edita a Jose Andres de Neira Valbuena. Lima, 1863. — (9) *Op. cit.*, lib. II, cap. VIII, fol. 74. — (10) *Op. cit.*, t. III, p. 695-96.

Martinum

notitiae necrologicae aequales ;

Martinum evexerit abunde significat notitia necrologica inserta Actis Provincialis Capituli Peruani ordinis Praedicatorum, quod duobus post eius obitum annis subsecutum est. Ita sonat : In conventu de Lima obiit Martinus de Porras, donatus mirae virtutis et sanctimoniae; vir primitivorum nostrae religionis patrum vestigiis insistens, poenitentia et abstinentia insignis fuit; ita se exercuit in eleemosynis pauperibus conferendis, ut fons pietatis et eleemosynae videretur, cum
Prov. 31, 20. manum suam quotidie aperiret inopi et palmas suas extenderet ad pauperem, semperque cogitabat parvulis panem petentibus praebere. Cuius caritas magnopere enituit apud fratres in morbum incidentes; continuae orationi vacans noctes pene integras ducebat insomnes; qui propriis passionibus longe reiectis, intento animo quae Dei sunt intuebatur; proprium lectulum non habebat; speculum denique fuit in tota hac civitate Limensi sanctitatis et religionis. Vere tam prodigiosae vitae mors felicissima correspondit, cum in ipsa, concurrente proprio motu universo
B populo, tanti deplorata corporali absentia, ipsius manus et pedes tam clerus quam populus, qui eius humationi adstitit, reverenter osculabatur (1). *Quam laudem confirmarunt, immo et ampliarunt generalia comitia Romae anno 1656 habita, ubi primum de colligendis pro Martini beatificatione documentis rogatio publica facta est.* In provincia S. Ioannis Baptistae del Peru, *aiunt,* Fr. Martinus de Porras, donatus, praevalidam et constantem de se reliquit mirae probitatis opinionem. Quoad vixit, in pauperes et infirmos magna semper excelluit caritate, adeo ut per totum hoc regnum communis pater et afflictorum consolator acclamaretur. Ter singulis noctibus duro flagello in corpus suum animadvertebat; lectulus ei alius non erat praeter altarium crepidines sive in choro sive in capitulo. Virginitatem perpetuo coluit illibatam. Humilitate, patientia et rigida SS. constitutionum observantia enituit; crebros et mirabiles patiebatur mentis excessus, nec minus in hora sui benedicti transitus eximiis a Deo favoribus ac solatiis recreabatur. Ipsius funeri cum archiepiscopo Mexicano tunc Limae praesente intervenerunt prorex, audientia regia, capi-
C tulum metropolitanum, senatus ordinesque religiosi, dum interim a promiscua multitudine palam eximiae probitatis vir compellaretur. Antequam sepulcro inferretur, circumfluente populo, vestium suarum discerpebantur particulae, cunctis certatim aliquid reliquiarum ex ipso ambientibus, nec cohiberi satis potuit fervidae multitudinis rapax et violenta devotio. Horum aliorumque considerabilium authenticae ibidem capiuntur informationes per loci Ordinarium, sacro Rituum senatui exhibendae (2).

suppar processus informativus triplex,

4. *Quarum informationum secundum processus auctoritate ordinaria annis 1660 et 1664 confectos et processum ab anno 1678 ad annum 1686 apostolica auctoritate protractum exstat Romae, in aedibus generaliciis Ord. Praed. exemplar manuscriptum, ex decem spissis voluminibus conflatum, formae in-8° maioris, largissima scriptura, signatum X.459 usque ad X.468: quod pro sua humanitate nobiscum liberaliter communicavit Admodum*
cuius exstat *R. P. Frühwirth. Summa autem eorum haec est :*

AUCTORE F. V. O. exemplar ms.,

CODEX SIGNATUS X.459, *foliorum 542, praeter appendicem foliorum 87, in qua minute describitur recognitio corporis ven. servi Dei a medicis peracta.*

Fol. 1ʳ : Processus informativus authoritate ordinaria in partibus fabricatus super vita et virtutibus servi Dei fratris Martini de Porres Ordinis Praedicatorum Sac. Rituum Congregationi praesentatus die 24 Augusti, et apertus X novembris 1662. *Est autem, uti in ipsa voluminis fronte praemonetur, " copia interpretationis processus. „ Post nonnulla enuntiata iuridica,*

Fol. 7ʳ-12ʳ : enumerantur quaestiones viginti, singulis testibus proponendae.

Fol. 15-542 : examinantur, a die 17 iunii 1660, testes sexaginta sex, inter quos 25 fratres Praedicatores.

CODEX SIGNATUS X.460, *foliorum 560.*

Incipit processus auctoritate apostolica Limae ab anno 1678 institutus. Interrogantur autem testes partim vel ex integro de 84 articulis. Hoc volumine continentur depositiones quinque testium.

CODEX SIGNATUS X.461, *foliorum 704. Pergit idem processus, interrogatis testibus 6-23. Ad calcem notatur versionem ex lingua hispanica in linguam italicam fuisse perfectam Romae, die 28 octobris 1708.* E

CODEX SIGNATUS 461 ᵇⁱˢ, *foliorum 711. Initio sic :* 3ᵘˢ tomus Processus Limani in specie auctoritate apostolica constructi. *Prodeunt depositiones testium 24-56.*

CODEX SIGNATUS X.461ᵗᵉʳ, *foliorum 704. Depositiones testium 57-98.*

CODEX SIGNATUS X.462, *foliorum 650. Depositiones testium 99-125.*

CODEX SIGNATUS X.463, *foliorum 722.*

Fol. 2-694ʳ : Depositiones testium 127-164. Ex integra testium serie comparuere 24 Fratres Praedicatores.

Fol. 694ʳ-707 : Formulae iuridicae.

Fol. 707-712ʳ: Quaestiones testibus faciendae.

Fol. 712ʳ-722 : Corriguntur errata et confirmatur transcriptio ut sincera.

CODEX SIGNATUS X.464, *foliorum 367.* Volumen VII processus auctoritate apostolica instituti. *Post quaedam iuridica.*

Fol. 19-45ʳ : depositiones summariae testium examinatorum super cultu servo Dei non exhibito. *Fol. 28, inseritur fides baptismi ven. servi Dei.* F

Fol. 54-313 : Informatione sommaria fatta per parte del convento di Nostra Signora del Rosario dell' Ordine de' Predicatori di questa città, toccanti alla Vita del ven. Fratello Fra Martino de Porres. *Resumuntur nempe testimonia a viris fidis allata, qui inter processum auctoritate ordinaria anno 1660 confectum interrogati sunt (cf. codex X.459). Deinceps stilo paululum castigato adhibita sunt, dum causa beatificationis coram iudicibus SS. Rituum congregationis agebatur.*

Fol. 313ᵛ-347: Sequuntur depositiones testium examinatorum in processu additionali informativo, *id est anno 1664. Fuerunt testes, numero undecim, quorum septem fratres Praedicatores.*

Fol. 348-349 : Accessus ad sepulchrum, ecclesiam et conventum, eorumque visitatio ab extra.

Fol. 349ᵛ et sqq. : *Solitae formulae iuridicae afferuntur et emendantur errata.*

(1) *Acta capituli Provincialis Peruani, in huius provinciae sancti Ioannis Baptistae metropolitano conventu sanctae Mariae del Rosario Limensi Ordinis Praedicatorum, celebrati die 24 Iulii anno Domini 1641* (Limae, 1641), fol. H2v. Idem hispanice translatum apud MELENDEZ, *op. cit.*, p. 200.—

(2) *Acta capituli generalis Romae in conventu S. Mariae super Minervam Ordinis Praedicatorum, celebrati in festo SS. Pentecostes die IV Iunii 1656* (Romae, 1656), p. 161.

CODEX

AUCTORE F. V. O.

CODEX SIGNATUS X. 465, *foliorum 257.* Octavus tomus processus in specie auctoritate apostolica Limae constructi. *Hoc volumine continentur quae anno 1686 peracta sunt. Infra legitur :* Iacobus Sassus dictae Sacrae Congregationis Notarius, cancellarius et archivista.

Fol. 2-102 : In primis interrogantur testes " super bona fama et existimatione testium tam in processu informativo, quam remissoriali auctoritate apostolica constructo examinatorum. „ Formula attestationis semper recurrit eadem.

Fol. 3-6 : Tenor notulae testium auctoritate apostolica examinatorum.

Fol. 6-7 : Tenor notulae testium auctoritate ordinaria examinatorum [*in processibus 1660 et 1664*] et iam defunctorum. *Ex 74 testibus defuncti erant 55.*

Fol. 7-8 : Tenor notulae testium examinatorum super bona fama testium tam ordinaria quam apostolica auctoritate examinatorum.

Fol. 102v-110 : Extractio partitarum obitus testium in praesenti processu non repetitorum : ex libris eorum parochialium in quibus decesse- B runt. *Commemoratur nempe quoto die et anno ducta sint funera singulorum.*

Fol. 110v-113 : Nomina testium Ordinis FF. Praedicatorum defunctorum, prout eos produnt et laudare solent Acta capitulorum provincialium provinciae Peruanae Sancti Iohannis Baptistae ab an. 1662 ad an. 1673.

Fol. 113v-120 : Loci extracti ex nonnullis libris manuscriptis et impressis, a Procuratore causae exhibitis et qui ad sanctitatem ven. Martini de Porres facere videbantur. Ita allata sunt : Acta capitulorum provincialium (1). *Quae inde desumpta sunt, ed. in* Summario *p. 380-81, ubi eadem prorsus voluminis manuscripti folia indicantur. Tum* Chronica della religiosissima provincia delli dodici Apostoli del Perù dell' ordine del nostro serafico Padre S. Francesco, *auctore Fra Diego de Cordoba Salinas (Limae, 1651), fol. 148v ;* Vita ven. servi Dei Thorribij Alphonsi Mogroveij Limani Archipraesulis, *studio fratris Cipriani de Herrera (Romae, 1670);* Informazione al nostro R. P. M. Generale dell' Ordine de' Predicatori fra Giovanni Battista de Marinis, che gli offerse il Presentato fra Antonio de Acuna *(Matriti, 1659), f. 217v ;* C *tandem ipsa Vita ven. Martini de Porres a Bernardo de Medina scripta* (2). *Quamquam, si ultimam Vitam excipias, satis tenuia sunt, quae ex libris istis sunt derivata.*

Fol. 120v-124 : Relatio cardinalis Vidonii, ed. in Summario, *p. 381-83.*

Fol. 124v-125 : Fides baptismi ven. servi Dei, ed. ibid., *p. 19.*

Fol. 127-148v : Declaratio seu narratio a Ioanne Vasquez Parra, anno 1671 facta. Hic per quattuor annos Martino de Porras famulus coniunctissimus, iam inter processum 1660 testis tricesimus eadem brevius expresserat.

Fol. 166v-197v : Visitatio sepulcri et corporis servi Dei, die 7 octobris 1686.

Fol. 197v-216 : Designantur tres nuntii, scilicet Fra Francesco dell' Arco, causae procurator, Fra Pietro Rodriguez et Fra Sancho de Maragnon, lector theologiae, qui Romam processum deferant.

Fol. 216-219v : Attestatio religiosae professionis ven. servi Dei Martini, exscripta ex libro professionum conventus Sanctissimi Rosarii, ed. in D Summario, *p. 23-24.*

Fol. 219v-257v : Formulae iuridicae de collatione voluminum authentica declarata deque obsignandis involvendisque voluminibus, quae Romam mittantur.

CODEX SIGNATUS X.468, *foliorum 698.* Nonus tomus processus in specie auctoritate apostolica Limae constructi. *Describuntur et castigantur errata omnia, quae ex collatis octo huius exemplaris voluminibus cum archetypa translatione reperta sunt.*

secundum quod discussa sunt acta B. Martini,

5. *Haec sunt igitur prisca monumenta, quibus acta venerandi servi Dei probe innotescant ac praeter quae nihil de eo novi inveniri queat. Ex his innumerae particulae diligenter decerptae sunt et sub certis titulis distributae ad efformandum* Summarium super dubio an constet de virtutibus theologalibus et cardinalibus, earumque annexis in gradu heroico (3), *quo saepe saepius usi sunt, uti consuetudo est SS. Rituum congregationis, qui causam beatificationis iuridice examinaverunt. Notare quoque expedit eos munere suo functos esse non haerendo originali processuum textui hispanico, sed,* E *prout periti norunt, versioni italicae, quae sincera post sedulam inspectionem declarata est. Exemplar autem tabularii dominicani, quod Romae prae oculis habui, ad amussim convenit cum genuina hac translatione, uti patet ex cod. ms. X.468, qui nihil aliud continet intra 698 folia, quam collationem processus per octo anteriora volumina transcripti. Ad cuius voluminis calcem adiecta est haec tabellionis attestatio :* Praesens copia noni tomi Processus remissorialis et compulsorialis super sanctitate vitae, virtutibus et miraculis in specie venerabilis servi Dei fratris Martini de Porres, laici ordinis S. Dominici, extracta ex Traductione originali ex Hispano in Italicum idioma ut supra facta, et ut supra revisa, cum qua per me fideliter et diligenter collationata et auscultata, cum eadem concordare inveni, et concordat. De quo fidem facio, salva semper, etc. Et in fidem me subscripsi hac die 5a Decembris 1712. Ita est. Cosmus Antonius de Bernardinis Sac. Rituum Congregationis Notarius, Cancellarius et Archivista (4). *Ceterum plura signa marginibus ascripta ostendunt ex hac codicum serie, et non ex alia, desumptos* F *fuisse innumeros processuum locos, qui* Summarium *supra indicatum constituerint. Cuius* Summarii *Indicem hic transcribere expedit.*

et ex quo compilatum est

Summarium virtutum eius.

6. Num. 1. Cathalogus testium examinatorum auctoritate ordinaria et apostolica.

Num. 2. Decretum Sac. Rituum Congregationis, quo approbata fuit validitas processuum auctoritate ordinaria et apostolica in hac causa confectorum.

Num. 3. De nativitate, parentibus et gestis servi Dei in pueritia.

Num. 4. Fides baptismatis servi Dei.

Num. 5. De ingressu servi Dei in religionem S. Dominici, et eius professione.

Num. 6. Partita professionis servi Dei.

Num. 7. De heroicitate virtutum ven. servi Dei.

Num. 8. De magnitudine fidei servi Dei.

Num. 9. De firma et heroica spe servi Dei.

Num. 10. De ardentissima charitate erga Deum.

Num. 11. De eadem charitate ex puritate conscientiae servi Dei.

(1) Cf. supra, n. 3. — (2) Vide supra, n. 1. — (3) Romae, 1721, in-8°. 383 pp. — (4) Ex cod. signato X.461, fol. 704, constat peractam esse processus apostolici interpretationem die 28 octobris 1708 et transcriptionem partim factam die 19 augusti 1712.

Num.

A Num. 12. De eximia devotione servi Dei erga augustissimum Eucharistiae Sacramentum.

Num. 13. De continua oratione, meditatione et contemplatione servi Dei.

Num. 14. De eximia charitate servi Dei erga proximum ex zelo salutis animarum.

Num. 15. De eadem charitate servi Dei ex eleemosynis.

Num. 16. De eadem charitate erga infirmos.

Num. 17. De charitate, sive pietate et imperio servi Dei in animantia.

Num. 18. De insigni prudentia servi Dei.

Num. 19. De singulari iustitia servi Dei.

Num. 20. De cultu servi Dei erga Deum, beatam Virginem et sanctos.

Num. 21. De perfectissima obedientia, et observantia servi Dei erga suos superiores et alias personas in dignitate constitutas.

Num. 22. De heroica fortitudine servi Dei ex sui corporis mortificationibus et aliis poenitentiis.

Num. 23. De eadem fortitudine servi Dei in sustinendis iniuriis et opprobriis.

B Num. 24. De eadem fortitudine et patientia servi Dei in suis infirmitatibus.

Num. 25. De eadem fortitudine, et patientia in tribulationibus, et vexationibus demonum.

Num. 26. De temperantia servi Dei et mira eius abstinentia et sobrietate.

Num. 27. De parcitate somni et vigiliis servi Dei.

Num. 28. De paupertate servi Dei.

Num. 29. De insigni modestia servi Dei eiusque corporis compositione.

Num. 30. De eximia castitate et virginitate servi Dei.

Num. 31. De singulari affabilitate et mansuetudine servi Dei.

Num. 32. De profundissima humilitate servi Dei.

Num. 33. De dono prophetiae.

Num. 34. De dono scrutationis cordium.

Num. 35. De dono scientiae et sapientiae.

Num. 36. De dono linguarum.

Num. 37. De dono agilitatis et replicationibus corporis servi Dei.

Num. 38. De angelorum apparitione.

Num. 39. De extasibus et raptibus servi Dei.

C Num. 40. De flumine, quod imperante servo Dei statim detumuit.

Num. 41. De oliveto plantato a servo Dei, quod altero die germinavit.

Num. 42. De mortuo ad vitam revocato per orationem servi Dei.

Num. 43. De fama sanctitatis in vita.

Num. 44. De praedictione sui obitus.

Num. 45. De felicissimo obitu servi Dei.

Num. 46. De concursu post obitum, et ad funus servi Dei, nec non de eiusdem corporis supernaturali habilitate et odore.

Num. 47. De sepultura corporis servi Dei.

Num. 48. De translatione corporis servi Dei in aliud sepulchrum facta anno 1664, et de eiusdem corporis incorruptione et odore.

Num. 49. Cathalogus miraculorum post obitum.

Num. 50. De fama sanctitatis post obitum.

Num. 51. Ex actis capituli provincialis Peruani celebrati die 24. Iulii 1641. AUCTORE F. V. O.

Num. 52. Ex actis capituli generalis celebrati Valentiae anno 1643.

Num. 53. Ex actis capituli generalis celebrati Romae anno 1656.

Num. 54. Ex actis capituli provincialis Peruani celebrati die 24. Iulii 1685.

Num. 55. Relatio virtutum et sanctitatis servi Dei, facta Sacrae Rituum Congregationi per cl. mem. cardinalem Vidonium.

Inde oritur Martinum fuisse filium nothum cuiusdam equitis.

7. *Iam vero qui hoc* Summarium *vel volumina manuscripta unde efformatum est attente pervolverit, mirabitur profecto quam pauca ibi occurrant de ven. servi Dei natalibus et pueritiae annis. Humilem, vel potius indecoram traxit originem. Natus est enim ex illegitimo commercio nobilis viri, Iohannis de Porras, equitis ordinis Alcantarae cum Anna Velasquez, muliere nigra seu mulata, ut aiunt, non serva, sed incola libera civitatis Panamensis* (1). *Ac licet in baptismi fide dicatur filius patris ignoti* (2), *ab ipso tamen genitore palam agnitus et christiane educatus et in eius testamento ut filius naturalis declaratus est* (3). *Sed pro condicione sua spuria vivendi rationem sibi comparare coactus, barbitonsoris et chirurgi artem didicit: quod divinitus factum esse rerum eventus demonstrarunt.* E

Tertiarius S. Dominici factus,

8. *Supervacaneum esset, quin immo et irritum aequabilem purissimi piissimique adulescentis vitam districtim et chronologice persequi. Vix quindecim annos natus Ordini S. Dominici tamquam donatus seu tertiarius laicus nomen dedit, ac post noviciatus annum, ad sollemnem trium votorum professionem, quod perraro hac tempestate donatis concessum est, die 2 iunii anno 1603 admissus fuit*(4). *Toto religiosae vitae curriculo infirmarium egit summa humilitate, patientia, mansuetudine. Regularum observantissimus, quamvis altissimae contemplationi vacaret, assiduus tamen erat ac devotissimus aegrotis curandis. Misericordia non solum erga quosvis aerumnosos, sed etiam erga bruta animalia adeo enituit, ut novus Franciscus Assisias videretur: quod in exemplis infra afferendis luculenter patebit. Prae manibus habeo imaginem, Romae anno 1733 incisam, ubi insignis Dei servus representatur in sacristia quadam medius inter mures, quas in corbem propellit. Haec autem in parte inferiore leguntur:* Ven. Fr. Martinus de Porres Peruanus Tertiarius Professus Ord. Predic. muribus praecipit ut se recipiant in canistro, neque audeant amplius corrodere, quae in sacrario asservantur. *Quae de eius in mures potestate in Italia adeo crevit opinio ut, a tempore quo eius beatificationis causa introducta est, firmiter credatur haec animantia, ubicumque exponatur illius imago, nequaquam nocitura esse et vulgo usque in hodiernum diem reputetur* Il Santo contro i sorci (5).

misericordia potissimum excelluit;

F

et prodigiis clarus,

9. *Ceterum innumera sunt prodigia, quae patrasse fertur, quaeque, post varios casus marisque discrimina Romam delata* (6) *et coram SS. Congregatione Rituum cribrari coepta, sed ob civiles saeculi XVIII perturbationes longo intervallo derelicta, tandem ad felicem exitum vener. servi Dei beatificationem sub Gregorio XVI adduxerunt*

a Gregorio XVI beatificatus est,

(1) *Summarium*, p. 13-14. — (2) *Ibid.*, p. 19. — (3) *Ibid.*, p. 16. — (4) *Ibid.*, p. 23. — (5) D. Ponsi, *Ristretto della vita di Fr. Martino Porres* (Roma, 1732) in Prologo ad lectorem. Ceterum ipse Bernardus de Medina, in Vita anno 1673 edita, iam alludit ad sacram ipsius Martini imaginem, Romae fabricatam: " Pronuntiandus est, ait, prodigiosus vir ille *por los inauditos portentos de su vida, que se intitula prodigiosa en una estampa del siervo de Dios, que se hizo en Roma.* „ (L. II. cap. 12, f. 88). — (6) *Positio super dubio an constet de validitate processuum* (Romae, 1714), Informatio, p. 2.

die

AUCTORE F. V. O.

die octavo augusti MDCCCXXXVII. Cuius festum cum officio et missa Pontifex maximus in universo Praedicatorum Ordine et in Limana dioecesi die quinto novembris celebrari concessit (1).

Inter ubera documenta quae vitam eius illustrant,

10. *Restat ut de primigeniis litterarum monumentis a nobis vulgandis aliquid disseramus. Verbo dicam: copia potius premimur quam penuria, prout evenire solet de egregiis sanctitate viris, qui a saeculo XVI decesserunt et quorum gesta apud coaevos ratione et ordine explorata sunt. Cum vero agitur de iis qui vitam obscuram admodum, quamquam singulari virtute adornatam, semper eandem sibique constantem duxerunt, qui historiam, qui pietatem retinere possunt ea minuta, quae nubes testium vel aequalium deposuere? Est igitur adhibendus modus, ita quidem ut recta viri Dei notitia acquiratur, quin taedium pariat.*

edetur depositio Bernardi de Medina O. P.,

11. *Qua nobis praefixa norma, inter testimonia bene multa quae de beato Martino decursu processuum iuridice excepta sunt, selegimus dicta a Bernardo de Medina, O. P., licet tum in Vita prelo excusa, tum coram iudicibus non ea quae ipse spe-* B *ctator et comes, sed quae ab aliis accepit gnarus consignaverit. Sed vir gravissimus, qui ampla in suo ordine officia adimplevit, ut ipse initio suae depositionis fatetur, regulam S. Dominici amplexus est anno 1649* (2), *decem nimirum annis, postquam B. Martinus obierat; quo tempore multorum veterum religiosorum mentibus insidebat adhuc vegeta sanctissimae et extraordinariae sui coaevi sodalis vitae recordatio ardensque ne pessum iret desiderium. Quare Bernardum de Medina, cuius ingenio confidebant, iterum atque iterum ad conscribenda illius acta sollicitaverunt.* Molti religiosi anziani, *ait ipse,* che lo conobbero e esaminarono le sue virtù esercitate in grado eroico, dimandorono con replicate instanze a questo testimonio che scrivesse la vita del detto servo di Dio per darla alle stampe. E in questo particolare gli dissero alcuni certe azioni particolari, quali viddero, notorono e seppero con tutta certezza e purità, et altri altre (3). *Ita stimulatus auctor ipse nullam inquirendi viam neglexit, potissimum Iohannem Vasquez Parra, qui assiduus ven. servi Dei minister per quattuor annos (1634-38) fuit et intima cum eo consuetudine vinctus, ad se accersitum religiose percontatus* C *est* (4), *nec post absolutam Vitam gloriari coram iudicibus apostolicis dubitat* della buona volontà e pontualità con la quale assistè per haver notizia della sua prodigiosa vita, e per mezzo di persone fide digne, e con molte carte, che riconobbe, nelle quali si parlava della sua santità e virtù (5).

testis gravissimi,

qui integrum totius Martini vitae conspectum praebet.

12. *Quibus subsidiis instructus gesta dictaque ven. Martini verissime exponere potuit; nec fides nec diligentia ei defuerunt. Sed quae biographus in libro edito facundia nimis rhetorica forsitan evolvit, haec idoneus et conscius inter apostolicum processum citatus relator, maturius consideravit, contraxit, nude et diserte exposuit, ita ut, dum ceteri testes tamquam disiecta membra in medium* D *proferunt, ipse summis auctoritatibus a se probatis nisus totius argumenti conspectum, non secus ac si foret documentum primigenium, plane suadere valeat. Tanta quidem apud causae beatificationis iudices gratia fruebatur, ut, absoluto processu apostolico, ipse inter paucos peculiari modo interrogatus sit de scientia et probitate eorum tam defunctorum quam superstitum, qui decurrente triplici processu testimonium tulerant. Cui postulationi die 16 augusti 1686 satisfecit, enumerando et commendando 45 testes ultimae inquisitionis adhuc viventes, et 40 testes utriusque processus anterioris annorum 1660 et 1664 vita functos: quos omnes probissime noverat* (6).

Praecipuae eius auctoritates.

13. *Ex hac caterva praecipuos sibi veritatis sponsores, si eius depositio respicitur, videtur assumpsisse 1) Ioannem de Barbaran Lascano O. P.* (7). *Hic septimus testis an. 1660 et secundus an. 1664 in processu informativo comparuit* (8), *et ante 1678, uti Acta cuiusdam capituli provincialis provinciae Peruanae S. Ioannis Baptistae commemorant, in Limensi Rosarii B. M. V. conventu obiit "in sacra theologia magister, sanctae Inquisitionis censor, in regia universitate doctor, ac provinciae Peruanae provincialis"* (9). E *2) Antonium de Morales O. P., qui annorum 72 in processu apostolico citatus primus testis* (10), *quondam prior provincialis, et postea electus episcopus Conceptionis de Chile, "dum proprii amore gregis ageret iter, passus fuit naufragium in portu et tamquam verus pastor posuit animam suam pro ovibus suis"* (11) *circa annum 1683* (12). *3) Gasparum de Saldana O. P., ven. servi Dei confessarium, primi processus tertium testem* (13), *"qui in sacra theologia magister, olim huius conventus Limensis non semel, sed iterum atque iterum munus prioratus virtute ac prudentia exercuit" et inter annos 1664 et 1667 exstinctus est* (14). *4) Christophorum de Toro O. P., magistrum in sac. theologia, cathedraticum et qualificatorem S. Officii, testem processus apostolici vicesimum tertium* (15). *5) Ferdinandum de Valdez O. P., magistrum in sac. theologia, testem processus 1660 vicesimum sextum et processus 1678 sextum* (16). *6) Franciscum de Velasco O. P., praedicatorem, parochum et confessarium servi Dei, testem primi processus quintum et ultimi* F *septimum* (17). *Qui omnes adhuc vivebant, cum ultima manus inquisitioni apostolicae admota est. Sed praeter hos assidue consuluit duos sodales, qui nusquam inter testes causae beatificationis reperiuntur, Bernardum dico de Salinas O. P. et Matthiam de S. Vincenzo, fratrem laicum eiusdem ordinis, qui anno 1673 iam obierat.*

Hinc maxime commendatur illius depositio.

14. *Cum variis his auctoritatibus, quas etiam atque etiam in fidem dictorum suorum vocat, testimonium de ven. servi Dei vita atque indole exegit sincerum, veridicum, integrum. Quod proinde typis mandandum curavimus, mutata dumtaxat verborum interpunctione, ut sententiae facilius perciperentur. Fontes, quantum licuit, notis indicavimus.*

(1) Sic in bulla beatificationis. — (2) Hoc facile ex eius declarationis primordio deducitur. Nam anno 1683, quo coram apostolico iudice testatus est, iam a triginta quattuor annis dominicanam vestem induerat. — (3) Cf. infra eius Depositio, n. 2. — (4) BERNARDUS DE MEDINA, *op. cit.*, f. 124. Cf. processus ms., vol. signatum X. 465, f. 129r. — (5) Cf. infra eius Depositio, n. 49. — (6) Processus ms., vol. signatum X. 465, f. 41r-45. — (7) Videsis infra, p. 7. — (8) *Summarium*, pp. 3 et 5. — (9) Processus ms., vol. signatum X. 465, f. 112r. — (10) *Summarium*, p. 6. — (11) Processus vol. cit., f. 113. — (12) GAMS, *Series episcoporum*, p. 144. — (13) *Summarium*, p. 3. — (14) Processus vol. cit., f. 111r. — (15) *Summarium*, p. 7. — (16) *Ibid.*, pp. 4 et 6. — (17) *Ibid.*, pp. 3 et 6.

BERNARDI

A D

BERNARDI DE MEDINA O. P.

133i inter apostolicum processum diebus 18 et 19 octobris 1683 Limae citati testis depositio (1).

f. 102 *Bernardinus de Medina, ampla variaque in suo Ordine munia exercuit.*

1. Si chiama Fra Bernardo de Medina, e che è naturale di questa città dei Re, ed è di cinquanti anni d'età, e che i suoi genitori furono Diego de Medina e Donna Gios^e de Salinas, e che il suo stato è di religioso sacerdote dell' Ordine de' Predicatori, e che nel suo convento lesse un corso di filosofia, e un altro di Teologia e di Sacra Scrittura per 8 anni, e che fu Regente maggiore dei studij più di trè anni nel convento principale di Nostra Signora del Rosario di questa città (2). E che fù sostituito nella Reale Università di S. Marco di questa città alla Catedra di prima di Teologia morale per lo spazio di un anno e mezzo con nomina del Rettore della detta Università, e che è stato Priore del convento | di S. Tomaso della

f. 102v B

città di Guanuco, e segretario compagno d'un Provinciale, e che ancora fu Visitatore e Vicario Provinciale del Vescovato di Truxillo, e Provincie de Gailas e Conciucos, e del detto convento di Ganico, e che è qualificatore del santo Tribunale dell' Inquisitione di questo Regno, e che è graduato di Maestro nella sua Religione, e che è povero di voto solenne per la professione che fece (3).

f. 103 *Vitam fratris Martini de Porres conscripsit,*

2. In quanto alla settima delle dette dimande disse questo testimonio che sà per haverlo udito dir generalmente, e per publico e costante, e per esser uniforme tradizione ricevuta dagl' uni agl' altri, e con maggiore specialità frà i religiosi del suo Ordine, che visse nel detto convento di Nostra Signora del Rosario di questa città (di dove questo testimonio è conventuale) un religioso che fu donato del detto Ordine e professo, di color Morato, quali volgarmente chiamano in questi paesi Mulati, chiamato Frà Martino de Porres, e che visse con fama, credito e stima di santo, per le sue eroiche virtù. E per queste ragioni molti religiosi anziani, che lo conobbero e esaminorono le sue virtù esercitate in grado

C

eroico, dimandorono con replicate instanze à questo testimonio, che scrivesse la vita del detto servo di Dio per darle alle stampe. E in questo particolare gli dissero alcuni certe azzioni particolari, quali viddero, notorono e seppero con tutta certezza e purità, et altri altre. Et in questa conformità tutti generalmente | avvisorono e notificorono a questo testimonio quanto eccellente fu il detto servo di Dio in ogni genere di virtù, con ammirazione e edificazione di tutti, e si ricorda con maggior specialità, che gli le notificorono li RR. PP. Magistri Fra Gio. de Barbaran e Fra Bernardo de Salinas, e l'Ill^mo Sig^re D. Fra Antonio de Morales Vescovo della città della Concezzione del Chile, e il fratello Fra Mattia de S. Vincenzo (4), il quale già è morto, et altri de quali hora non si ricorda, e questo risponde (5).

instantibus et monentibus multis sodalibus, qui illum bene noverant, f. 103v

3. In quanto all' ottava delle dette dimande disse questo testimonio, che informato dalli religiosi anziani delle maraviglie, che Iddio Nostro Sig^re fà in comprova delle virtù eccellenti e santità del detto suo servo Fra Martino de Porres, e di quelle che continuamente stà facendo mediante la di lui invocazione, reliquie, e stampe, e terra della sua sepoltura, ha havuto ed ha gran devozione con il detto servo di Dio; e si è valsuto e si vale del suo patrocinio, acciòche sua divina Maestà lo favorisca e gli dia la sua divina grazia per servirlo; e che in quanto al suo desiderio, affetto e devozione, sottoponendosi però alla determinazione della Santa Sede Apostolica, desidera grandemente di vederlo beatificato e canonizato.

et patrocinio servi Dei summopere confidit.

4. In quanto alla nona delle dette dimande disse questo testimonio che sà per costante, e certo, e legitima tradizione, e per | haverlo udito dire da tutti i religiosi che erano vivi, quando questo testimonio prese l'abito nel detto convento di Nostra Signora del Rosario, che è poco più di trenta quattro anni, che tutti dicevano et hoggi ancora lo dicono quelli che si ricordano d'haver contrattato con il detto servo di Dio Fra Martino di Porres, che questo nacque in questa città di Lima in una contrada che appartiene alla parochia di S. Sebastiano, e che non si ricorda in che giorno, mese, e anno (6).

Fama universa et constanti f. 104

fertur Martinus natus esse Limae,

5. In quanto alla decima delle dette dimande disse questo testimonio che sà nella forma riferita negl'antecedenti, che li genitori del detto servo di Dio Fra Martino de Porres furono D. Gio. de Porres cavaliero dell' abito d'Alcantara, et una negra chriolla libera, chiamata Gio^a [1] Velasquez, e che fu battezzato nella chiesa parochiale di S. Sebastiano di questa città. Del che procurò di certificarsi assai esattamente per scrivere la vita del detto servo di Dio, quale stampò. E che le medesime persone che gli diedero notizia de suoi genitori, gli dissero parimente che padre e madre erano di coscienza assai buona, e che educorono il detto servo di Dio nel suo santo timore, desiderando che seguitasse la virtù; e il medesimo procurorono che facesse una figlia che hebbero, chiamata Gio^a [1] de Porres, la quale visse assai esemplarmente in questa città, secondo attestano quelli che la contrattorono e conobbero (7).

a parentibus disparis condicionis,

F

pieque educatus cum una sorore, quae fuit vitae probatissimae.

[1] *sic post corr.; ante corr.:* Gios^a.

6. In quanto alla duodecima delle dette dimande disse questo testimonio che, come di già ha detto e riferito nella dimanda settima, sà che il detto servo di Dio Fra Martino de Porres fu religioso donato professo dell' ordine de Predicatori, e che in quanto al giorno, mese e anno che ricevette l'abito e professò, si rimette ai libri delle profez-

f. 104v *Religionem S. Dominici amplexus,*

emissa professione,

(1) Processus ms., vol. signatum X.463, f. 97v-156v. — (2) Lima scilicet, in regno Peruano, sicut et aliae civitates, quarum nomina subsequuntur. — (3) Hic inseritur de veritate dicenda iusiurandum paulo diffusius, quod brevitatis causa omittere fas est. — (4) De his auctoritatibus a Bernardo productis, cf. Comm. praev., num. 13. — (5) Haec ultima verba, quae ad finem articulorum saepenumero recurrunt, neglegenda deinceps duximus. — (6) Ecce fidei baptismi tenorem, prout in libro baptismorum ecclesiae S. Sebastiani, in civitate Limensi, legebatur: *Mercordì nove di Decembre dell' anno 1579 battezzai Martino figlio di padre non conosciuto, e di Anna Velasquez libera. Furono padrini Giovanni de Ubreosca et Anna de Escariena, e lo sottoscrivo* Antonio Polanco *parochus ecclesiae S. Sebastiani* (*Summarium cit.*, p. 19). — (7) Ita testis xli processus 1660 et testis vii processus 1678 (*Summarium*, pp. 13-14, 15-16).

 zioni

AUCTORE F. V. O.

die octavo augusti MDCCCXXXVII. Cuius festum cum officio et missa Pontifex maximus in universo Praedicatorum Ordine et in Limana dioecesi die quinto novembris celebrari concessit (1).

Inter ubera documenta quae vitam eius illustrant,

10. *Restat ut de primigeniis litterarum monumentis a nobis vulgandis aliquid disseramus. Verbo dicam: copia potius premimur quam penuria, prout evenire solet de egregiis sanctitate viris, qui a saeculo XVI decesserunt et quorum gesta apud coaevos ratione et ordine explorata sunt. Cum vero agitur de iis qui vitam obscuram admodum, quamquam singulari virtute adornatam, semper eandem sibique constantem duxerunt, qui historiam, qui pietatem retinere possunt ea minuta, quae nubes testium vel aequalium deposuere? Est igitur adhibendus modus, ita quidem ut recta viri Dei notitia acquiratur, quin taedium pariat.*

edetur depositio Bernardi de Medina O. P.,

11. *Qua nobis praefixa norma, inter testimonia bene multa quae de beato Martino decursu processuum iuridice excepta sunt, selegimus dicta a Bernardo de Medina, O. P., licet tum in Vita prelo excusa, tum coram iudicibus non ea quae ipse spe-*

B

ctator et comes, sed quae ab aliis accepit gnarus consignaverit. Sed vir gravissimus, qui ampla in suo ordine officia adimplevit, ut ipse initio suae depositionis fatetur, regulam S. Dominici amplexus est anno 1649 (2), *decem nimirum annis, postquam B. Martinus obierat; quo tempore multorum veterum religiosorum mentibus insidebat adhuc vegeta sanctissimae et extraordinariae sui coaevi sodalis vitae recordatio ardensque ne pessum iret desiderium. Quare Bernardum de Medina, cuius ingenio confidebant, iterum atque iterum ad conscribenda illius acta sollicitaverunt.* Molti religiosi anziani, *ait ipse,* che lo conobbero e esaminarono le sue virtù esercitate in grado eroico, dimandorono con replicate instanze a questo testimonio che scrivesse la vita del detto servo di Dio per darla alle stampe. E in questo particolare gli dissero alcuni certe azioni particolari, quali viddero, notorono e seppero con tutta certezza e purità, et altri altre (3). *Ita stimulatus auctor ipse nullam inquirendi viam neglexit, potissimum Iohannem Vasquez Parra, qui assiduus ven. servi Dei minister per quattuor annos (1634-38) fuit et intima cum eo consuetudine vinctus, ad se accersitum religiose percontatus*

testis gravissimi,

C

est (4), *nec post absolutam Vitam gloriari coram iudicibus apostolicis dubitat* della buona volontà e pontualità con la quale assistè per haver notizia della sua prodigiosa vita, e per mezzo di persone fide digne, e con molte carte, che riconobbe, nelle quali si parlava della sua santità e virtù (5).

qui integrum totius Martini vitae conspectum praebet.

12. *Quibus subsidiis instructus gesta dictaque ven. Martini verissime exponere potuit; nec fides nec diligentia ei defuerunt. Sed quae biographus in libro edito facundia nimis rhetorica forsitan evolvit, haec idoneus et conscius inter apostolicum processum citatus relator, maturius consideravit, contraxit, nude et diserte exposuit, ita ut, dum*

D

ceteri testes tamquam disiecta membra in medium proferunt, ipse summis auctoritatibus a se probatis nisus totius argumenti conspectum, non secus ac si foret documentum primigenium, plane suadere valeat. Tanta quidem apud causae beatificationis iudices gratia fruebatur, ut, absoluto processu apostolico, ipse inter paucos peculiari modo interrogatus sit de scientia et probitate eorum tam defunctorum quam superstitum, qui decurrente triplici processu testimonium tulerant. Cui postulationi die 16 augusti 1686 satisfecit, enumerando et commendando 45 testes ultimae inquisitionis adhuc viventes, et 40 testes utriusque processus anterioris annorum 1660 et 1664 vita functos: quos omnes probissime noverat (6).

Praecipuae eius auctoritates.

13. *Ex hac caterva praecipuos sibi veritatis sponsores, si eius depositio respicitur, videtur assumpsisse 1) Ioannem de Barbaran Lascano O. P.* (7). *Hic septimus testis an. 1660 et secundus an. 1664 in processu informativo comparuit* (8), *et ante 1678, uti Acta cuiusdam capituli provincialis provinciae Peruanae S. Ioannis Baptistae commemorant, in Limensi Rosarii B. M. V. con-*

E

ventu obiit " in sacra theologia magister, sanctae Inquisitionis censor, in regia universitate doctor, ac provinciae Peruanae provincialis „ (9). *2) Antonium de Morales O. P., qui annorum 72 in processu apostolico citatus primus testis* (10), *quondam prior provincialis, et postea electus episcopus Conceptionis de Chile, " dum proprii amore gregis ageret iter, passus fuit naufragium in portu et tamquam verus pastor posuit animam suam pro ovibus suis „* (11) *circa annum 1683* (12). *3) Gasparum de Saldana O. P., ven. servi Dei confessarium, primi processus tertium testem* (13), *" qui in sacra theologia magister, olim huius conventus Limensis non semel, sed iterum atque iterum munus prioratus virtute ac prudentia exercuit „ et inter annos 1664 et 1667 exstinctus est* (14). *4) Christophorum de Toro O. P., magistrum in sac. theologia, cathedraticum et qualificatorem S. Officii, testem processus apostolici vicesimum tertium* (15). *5) Ferdinandum de Valdez O. P., magistrum in sac. theologia, testem processus 1660 vicesimum sextum et processus 1678 sextum* (16). *6) Franciscum de Velasco O. P., praedicatorem, parochum et confessarium servi Dei, testem primi processus quintum et ultimi*

F

septimum (17). *Qui omnes adhuc vivebant, cum ultima manus inquisitioni apostolicae admota est. Sed praeter hos assidue consuluit duos sodales, qui nusquam inter testes causae beatificationis reperiuntur, Bernardum dico de Salinas O. P. et Matthiam de S. Vincenzo, fratrem laicum eiusdem ordinis, qui anno 1673 iam obierat.*

Hinc maxime commendatur illius depositio.

14. *Cum variis his auctoritatibus, quas etiam atque etiam in fidem dictorum suorum vocat, testimonium de ven. servi Dei vita atque indole exegit sincerum, veridicum, integrum. Quod proinde typis mandandum curavimus, mutata dumtaxat verborum interpunctione, ut sententiae facilius perciperentur. Fontes, quantum licuit, notis indicavimus.*

(1) Sic in bulla beatificationis. — (2) Hoc facile ex eius declarationis primordio deducitur. Nam anno 1683, quo coram apostolico iudice testatus est, iam a triginta quattuor annis dominicanam vestem induerat. — (3) Cf. infra eius Depositio, n. 2. — (4) BERNARDUS DE MEDINA, *op. cit.*, f. 124. Cf. processus ms., vol. signatum X. 465, f. 129r. — (5) Cf. infra eius Depositio, n. 49. — (6) Processus ms., vol. signatum X. 465, f. 41r-45. — (7) Videsis infra, p. 7. — (8) ***Summarium***, pp. 3 et 5. — (9) Processus ms., vol. signatum X. 465, f. 112v. — (10) ***Summarium***, p. 6. — (11) Processus vol. cit., f. 113. — (12) GAMS, ***Series episcoporum***, p. 144. — (13) ***Summarium***, p. 3. — (14) Processus vol. cit., f. 111r. — (15) ***Summarium***, p. 7. — (16) ***Ibid.***, pp. 4 et 6. — (17) ***Ibid.***, pp. 3 et 6.

BERNARDI DE MEDINA O. P.

133[i] inter apostolicum processum diebus 18 et 19 octobris 1683 Limae citati testis depositio (1).

f. 102 *Bernardinus de Medina, ampla variaque in suo Ordine munia exercuit.*

1. Si chiama Fra Bernardo de Medina, e che è naturale di questa città dei Re, ed è di cinquanti anni d'età, e che i suoi genitori furono Diego de Medina e Donna Gios[a] de Salinas, e che il suo stato è di religioso sacerdote dell' Ordine de' Predicatori, e che nel suo convento lesse un corso di filosofia, e un altro di Teologia e di Sacra Scrittura per 8 anni, e che fu Regente maggiore dei studij più di trè anni nel convento principale di Nostra Signora del Rosario di questa città (2). E che fù sostituito nella Reale Università di S. Marco di questa città alla Catedra di prima di Teologia morale per lo spazio di un anno e mezzo con nomina del Rettore della detta Università, e che
f. 102[v] è stato Priore del convento | di S. Tomaso della
B città di Guanuco, e segretario compagno d'un Provinciale, e che ancora fu Visitatore e Vicario Provinciale del Vescovato di Truxillo, e Provincie de Gailas e Conciucos, e del detto convento di Ganico, e che è qualificatore del santo Tribunale dell' Inquisitione di questo Regno, e che è graduato di Maestro nella sua Religione, e che è povero di voto solenne per la professione che fece (3).

f. 103 *Vitam fratris Martini de Porres conscripsit,*

2. In quanto alla settima delle dette dimande disse questo testimonio che sà per haverlo udito dir generalmente, e per publico e costante, e per esser uniforme tradizione ricevuta dagl' uni agl' altri, e con maggiore specialità frà i religiosi del suo Ordine, che visse nel detto convento di Nostra Signora del Rosario di questa città (di dove questo testimonio è conventuale) un religioso che fu donato del detto Ordine e professo, di color Morato, quali volgarmente chiamano in questi paesi Mulati, chiamato Frà Martino de Porres, e che visse con fama, credito e stima di santo, per le sue eroiche virtù. E per queste ragioni molti religiosi anziani, che lo conobbero e esaminorono le sue virtù esercitate in grado
38. In quanto al sessagesimo quinto de' detti articoli disse questo testimonio che sà nella forma riferita nell' immediati, che l'habito del detto | servo di Dio Frà Martino de Porres sì esteriore come interiore era di materia assai rozza e grossa, che per se solo era un cilizio assai rigoroso il portarlo per esser di un genere che quà in questo Regno si chiama cordellato. E della medesima materia era il tonacello interiore sotto il quale portava rigidissimi cilizij, che lo mortificavano assai e lo infiacchivano di tal sorte, che à pena si poteva raddrizzare (2).

B

f. 138v *et somni parcissimus*

39. In quanto al sessagesimo sesto de' detti articoli disse questo testimonio che sà secondo e nella forma di già dichiarata nel secondo e quinto, che il detto servo di Dio Frà | Martino de Porres teneva un assai male acconcio letto nella sua camera di solo alcune tavole, le quali erano ricoperte con una coperta assai humile e povera. E ciò era con disposizione ed arte, per dare ad intendere che haveva in che dormire, perchè il certo è che il poco spazio di sonno, che prendeva per qualche breve e necessario sollievo, lo prendeva dormendo gettato sopra i poggiuoli del chiostro, ò sopra il cataletto de morti, che era il più frequente, il quale per ordinario stà nella sala del capitolo, ove pongono li religiosi morti per sotterrarli, servendo al detto servo di Dio per prova di morire il porsi in esso. E da questo letto si alzava, havendo dormito assai poco, per andare à sonare la campana dell' alba, quale esercizio hebbe in tutta la sua vita (3). E ciò fatto, se ne veniva alla sua infermaria à preparare e dare i medicamenti all' infermi, che havevano di bisogno; e di qui se ne andava alla chiesa à servire tutte le messe che poteva. E finalmente dice che amava i poveri di tal forma che come dicono li portava sopra di se, manifestando in ciò e nella compassione che haveva di vederli afflitti e bisognosi, le sue pietose viscere (4).

in arca mortuorum cubabat.

Sollicitudo eius de infirmis et pauperibus.

C

f. 139 *Nec minor erat diligentia in abscondendis suis mortificationibus, ita ut corpus suum noctu inter ecclesiae sepulcra castigaret.*

40. In quanto al sessagesimo settimo de' detti articoli disse questo testimonio che sà secondo e come di già ha detto nell' antecedente, che il detto servo di Dio Frà Martino de Porres procurava con tutti li mezzi che poteva di occultare con grandissima circonspezzione i suoi digiuni, mortificazioni e penitenze. E si comprova bene ciò, perchè per disciplinarsi, acciò non lo sentissero, entrava molte volte nelle sepolture della chiesa in hore più quiete della notte, procurando in tutto di severissimamente castigare il suo corpo per ridurlo soggetto e subordinato, come di già ha dichiarato in altri, quali qui riproduce.

f. 142

Quanta mansuetudine et humilitate reprehensiones vel iniustas subiret

singularia exempla ostendunt. f. 142v

41. In quanto al settuagesimo secondo de' detti articoli disse questo testimonio che sà nella forma riferita nell' immediati, che alcuni prelati e religiosi particolari, per provare la forza e realità della santità del detto servo di Dio Frà Martino de Porres, lo mortificorono molto con parole e azzioni assai rigorose. E tutte le volte che ciò facevano, posto in venia ai piedi degl' uni e degl' altri, dimandava con humiltà perdono delle colpe e cause che havevano dato motivo à quelle dimostrazioni (5). E più singolarmente ciò successe in un' occasione, nella quale pare che eccedesse, facendo pianger la | comitiva vedendo contro una sì grande innocenza e santità di vita un indiscreta ed eccedente dimostrazione. E quando si alzò da venia, il detto servo di Dio se ne andò ai piedi del prelato per l'assoluzione delle colpe che non haveva, facendo tutti maravigliare, parendogli di vedere un angelo, come lo faceva comparire il modo col quale haveva sopportato una sì indegna e strana riprensione. E andando alla cucina, portò nella mensa al detto prelato un regalo di frutti e comestibili della terra, che fù una suca arrostita (la quale è una sorte di erbe che l'Indiani ne fanno del pane). E in un altr' occasione con un religioso infermo di risentita e indomita condizione, havendo trattato con gran rigore per due volte il detto servo di Dio in un medesimo giorno, senza che fosse vinta l'umiltà e piacevolezza e buona attentione del detto servo di Dio, e che mentre più si gli humiliava, più l'infermo si irritava, onde senza risponder cosa alcuna si partì da lui per lungo tempo. E secondo stimano, si andò à porre in orazione e dimandare a Dio che mutasse à quel religioso il rigido naturale che haveva, e gli rendesse la salute e la cognizione della sua poca ragione, sofferenza e patienza | nell' infermità. E tornando doppo à vederlo, gli disse: "Molto in collera e stato, fratello, ed ha ben ragione. Però avverta che la collera gli può accrescere il male ". E gli portò un piattino di capperi, quali conobbe il detto servo di Dio, che desiderava. E ponendoglieli avanti gli disse: "Via, fratello mio, mangi, e non s'affligga di nulla, che Dio lo soccorrerà in tutto ". E havendone mangiati alcuni, tornò à dirgli: "Vediamo come stà la gamba "; — che era l'infermità che haveva, e l'haveva quasi tutta incancarita. Et havendogliela scoperta, in quell' occasione passò la mano sopra di essa, e tornò à dirgli: "Via, fratello, confidi in Dio, che non sarà nulla ". E da quell' istante riconobbe l'infermo gran sollievo e riposo. Finalmente in breve stiede totalmente bene e sano. E da questo giorno fù il detto religioso banditore della santità e virtù prodigiosa del detto servo di Dio; e che simili casi furono molti ed assai ordinarij, li quali gli successero con differenti religiosi infermi.

E

f. 143

F

Asserentibus multis novit f. 143v

42. In quanto al settuagesimo terzo de' detti articoli disse questo testimonio che sà per haverlo udito dire generalmente da ogni genere di persone, e per publico, e notorio, e certa verità frà i religiosi anziani e moderni del suo ordine, e specialmente si ricorda che gli lo riferirono li | sopracitati nell' articolo quinto, ed hora si ricorda di haverlo udito dire ancora dalli Revdi Padri Maestri Frà Christofaro del Toro, Frà Ferdinando de Valdez e dal Predicatore Frà Francesco de Velasco, li quali hoggi vivono, che Iddio Nostro

(1) Processus 1664 testis I. *Summarium*, p. 209, §§ 39-43. — (2) Processus 1678 testes I, VII, CXV. *Ibid.*, p. 245, § 14; p. 246, § 19; p. 247, §§ 30-31. — (3) Processus 1678 testes VI, VII, XXIII. *Ibid.*, p. 242-43, §§ 7-21. — (4) Processus 1678 testes I, VI, VII. *Ibid.*, p. 105, §§ 28,-29; p. 106, § 33; p. 107, § 50-52; p. 108, § 55. — (5) Processus 1678 testes VII, XXIII. *Ibid.*, p. 222, § 32; p. 224, § 43.

Signore

A *Martinum praeditum fuisse donis praeternaturalibus* *agilitatis,* *subtilitatis,*

Signore si degnò d'adornare il detto suo servo Frà Martino de Porres con molti doni sopranaturali. E in particolare si ricorda che, stando in orazione, il detto servo di Dio andava in estasi ed era rapito, risplendendogli il volto principalmente stando in questo santo esercizio nella cappella del capitolo, dove molte volte lo viddero come di già ha detto, ed altre volte elevato in aria quattro ò cinque braccia di quattro palmi l'uno, abbracciato con l'imagine di Nostro Signor Giesù Cristo Crocefisso, che è collocata nell' altare del detto capitolo, con le labra poste sopra la piaga del suo santissimo costato; del che escivano ammirati li religiosi, che in questa forma lo vedevano. E sà parimente che, quando era conveniente, si rendeva invisibile il detto servo di Dio à quelli che lo cercavano per interromperlo dall' orazione. Però quando il superiore gli commandava che comparisse, subito si gli faceva avanti, quatunque differenti religiosi lo cercavano e non lo trovavano (1). E che hebbe | ancora il dono della profezia, il quale fù assai evidente, predicendo molte cose che doppo in effetto succedettero, come le haveva predette antecedentemente (2).

f. 144 *prophetiae* B *et scrutationis cordium.*

43. Ed hebbe il dono di conoscere l'interiore de' cuori, dicendo, quando era conveniente, ciò che in essi racchiudevano quelli, che lo cercavano per consultare i loro bisogni spirituali e temporali (3). E quantunque l'infermi afflitti e sconsolati in hore straordinarie della notte haveano di bisogno di qualche remedio ò d'altra cosa per sollievo de' loro mali, senza che alcuno gli ne dasse parte, andava à soccorrerli, essendo le porte e dormitorii serrati (4). Ed hebbe ancora il dono dell' agilità e sottigliezza, perche senza esser escito in tutta la sua vita da questa città, lo viddero molte volte in quella di Algieri, China e nel Giappone, soccorrendo l'infermi, e animando e confortando nella nostra santa fede cattolica li schiavi, e insegnando à bambini i misterij divini (5). E specialmente dice che li detti PP. Maestri Frà Christofaro de Toro (6), Frà Ferdinando de Valdez (7) e il P. Predicatore Frà Francesco de Velasco (8) gli dissero, come essendo infermi, penetrò il detto servo di Dio nelle loro celle, havendo bisogno di qualche remedio ò sollievo dei mali che pativano, li quali gli dissero che di già l'havevano dechiarato. E simili | casi gli successero molti con varij religiosi, quali per non ricordarsene bene non li adduce; mà bensì sà esser publico e notorio, e certa verità che hebbe altri molti doni sopranaturali, che ricevè dalla divina misericordia, la quale lo nobilitò con molti favori, come di già ha detto negl' articoli trigesimo nono e quadragesimo primo, ed in altri, quali qui riproduce. E sà ancora che predisse il giorno e hora della sua morte (9), e che la santissima vergine Maria gli parlò molte volte, stando il detto suo servo in orazione (10).

Mira exempla. f. 144' *Praedixit sui obitus diem.*

44. In quanto al settuagesimo quarto de' detti articoli disse questo testimonio che sà nella forma riferita nell' antecedente, e per relazione costante e tradizione ferma di uni agl' altri religiosi del suo ordine, che il detto servo di Dio Frà Martino de Porres, in una occasione che andava disciplinandosi per i chiostri del convento rigorosamente e sanguinosamente, lo accompagnavano quattro angeli, che in forma di giovani bellissimi portavano torcie accese nelle mani. E che in un altr' occasione escendo da matutino gli assisterono nella medesima forma altre due angeli dopo d'haver assistito all' officio minore | della Madonna, il quale si dice in certi giorni determinati avanti un imagine di questa divina Regina, che è nel dormitorio alto avanti del choro, al quale assisteva il detto servo di Dio sempre che si diceva (11).

Bernardus de Medina *De angelorum apparitionibus* f. 145

45. In quanto al settuagesimo sesto de' detti articoli disse questo testimonio che sà per haverlo udito dire nella forma detta nell' immediati, che il detto servo di Dio Frà Martino | de Porres fù di assai chiaro ingegno, e pronto in rispondere alle materie che si gli proponevano, per difficultose che fossero, e sempre circa il bene spirituale de' fedeli, di tal forma che pareva che havesse scienza infusa, perchè essendo senza lettere rispondeva à tutto con gran profondità. E nella medesima forma parlava dei divini misterij e delle grandezze di Dio, di sorte che pareva fosse pieno di Spirito santo (12).

altaque illius scientia. f. 145' E

46. In quanto al settuagesimo ottavo de' detti articoli disse questo testimonio che sà secondo e come di già ha riferito nell' antecedente, che essendo giunto il detto servo di Dio Frà Martino de Porres agl' ultimi giorni della sua vita, conoscendo che quella era la sua ultima infermità e che lo chiamava Dio, si dispose per la partenza con molta speranza nella sua pietà, e con molti fervorosi atti d'amor di Dio, e pieno di lagrime, piangendo e lagrimando la sua passata vita, come se oziosamente l'havesse tutta passata, con grand' edificazione de' circostanti e compunzione, vedendo un | anima si pura con si teneri affetti e si gran sentimento, si ammiravanò, esageravano e piangevano al suo pianto. E disponendosi per la certa giornata e stretto conto che render doveva à Dio, dimandò li santi sagramenti del viatico e estrema unzione, dimandando replicate volte con humiltà assai grande e lagrime perdonò ai superiori e religiosi in comunità, ed in particolare del male esempio e scandalo, che in qualsivoglia modo gli havesse cagionato. E assistito dalla santissima Vergine Maria Madre di Dio Nostra Signora e dal suo patriarca S. Domenico, S. Vincenzo Ferrero e da altri santi e da un numeroso concorso di angeli, rese il suo spirito al Signore in un pacifico sonno il di trè di novembre dell' anno milleseicento trentanove, lasciando assai sicure speranze, che subito era passato à godere eternamente Iddio, à ricever la corona del suo invincibile valore e costante travaglio per suo divino amore (13).

f. 146 *Ad servum Dei piissime vita defunctum* f. 146' F

47. In quanto al settuagesimo nono de' detti articoli disse questo testimonio che sà secondo e nella forma riferita nell' immediati, che subito che morì il detto servo di | Dio Frà Martino de

f. 147

(1) Processus 1678 testes II, VI, VII. *Summarium*, p. 80, §§ 79, 80; p. 81, §§ 24, 95; p. 83, §§ 112-15; p. 308, § 7. — (2) Processus 1660 testes II, XII; processus 1678 testes VI, VII. *Ibid.*, p. 276-77, §§ 4-16; p. 280-81, §§ 280-81. — (3) Processus 1678 testes I, VII. *Ibid.*, p. 283, §§ 1-3. — (4) Processus 1660 testes XII, XIII, XVI; processus 1678 testis II. *Ibid.*, p. 122, §§ 12-13; p. 123-26, §§ 26-29; p. 129-30, §§ 59-60. — (5) Processus 1678 testes XXII, XXIV, XLIX, LXXVII, XCII, CXVII. *Ibid.*, p. 295-99, §§ 13-24. — (6) *Ibid.*, p. 145, § 129. — (7) *Ibid.*, p. 134, § 84. — (8) *Ibid.*, p. 136-37, § 97. — (9) Processus 1660 testis VII; processus 1678 testes V, VIII. *Ibid.*, p. 323-24, §§ 1-5. — (10) Processus 1678 testes VIII, LV. *Ibid.*, pp. 189 et 192, §§ 20 et 47. — (11) Processus 1660 testes XIII et XXVIII; processus 1678 testes II, VII. *Ibid.*, p. 302-303, §§ 1-8. — (12) Processus 1678 testes I, VII, XXIII. *Ibid.*, p. 285, §§ 1-7; p. 286-88, §§ 12-22. — (13) Processus 1678 testis VII. *Ibid.*, p. 329-31.

BERNARDUS DE MEDINA

concurrerunt multitudines,

Porres, cavorono il suo venerabile corpo alla cappella maggiore della chiesa del suo convento, conforme costumano nella sua religione. E che subito che si fece giorno, concorse tutta la gente della città alla sudetta chiesa, trasportata da loro affetti e devozione. Ed à forza volevano bagiargli le mani e piedi, tenendolo et acclamandolo tutti per santo con generalità, senza che persona alcuna s'opponesse sentendo diversamente. E che tutto il tempo che stiede senza esser sotterrato, sentirono che esciva dal suo corpo un odore assai particolare e sopranaturale, che ricreava quanti s'accostavano al feretro, ed esciva fino al cemeterio e chiostro principale. E che ad alcuni causava curiosità esaminando ciò che fosse, e ad altri, i quali lo sapevano, lo ricercavano, restando tutti ammirati, celebrando le maraviglie di Dio, che è miracoloso ne suoi santi. E che à suo tempo lo portorono à sotterrare nella sala del capitolo, che è sepoltura generale e comune dei religiosi, portandolo sopra le sue proprie spalle le persone di maggior autorità e stima della città, frà le quali uno di esse fù l'Illustrissimo Signore D. Feliciano de Vega, Arcivescovo del Messico. E da questa sepoltura sà che è stato trasferito alla cappella del Santo Cristo, che stà all' entrare dell' infermaria, | sito e luogo che fù cella del detto servo di Dio, dove al presente stà, come di già ha dichiarato nelle dimande del Signor Promotore della fede, alle quali si rimette (1).

suavi cadaveris odore delectatae

et sollemnes ei solverunt exsequias.

B

f. 147v

f. 149r

48. In quanto all' ottuagesimo secondo de' detti articoli disse questo testimonio che sà nella forma riferita nell' immediati, che Dio Nostro Signore honorò il detto suo servo Frà Martino de Porres con la testimonianza di molti miracoli, veramente grandi, che fece per sua intercessione quando era vivo, perchè li bruti e fiere d'indomita e fiera natura l'obbedivano e si rendevano mansuete all' imperio della sua voce, come lo accreditorono il caso del gallinaccio (che dicono in alcun luogo di questo processo essere uccello di fiera natura), il quale si ridusse di venire il giorno all' orto del convento, acciò lo medicasse il detto servo | di Dio, venendo con puntualità all' hora che gli comandava, come di già ha dichiarato nell' articolo quadragesimo (2). E sà ancora nella medesima forma, che rese mansueto un toro assai fiero, come se fusse un agnello assai domestico (3), e che faceva che i cani, gatti e topi, che sono di natura contraria, mangiassero assieme senz' offendersi gl'uni e gl'altri, dicendogli che, se alcuno offendesse l'altro, non haverebbe partecipato del mangiare. E perciò è costante opinione, che mai contesero in presenza del detto servo di Dio (4). E sà ancora nella forma riferita, che essendo andato il detto servo di Dio ad una tenuta chiamata Limatambo, che è del convento principale del suo ordine di questa città, la quale sta una lega distante da essa, piantò alcuni rami ò tronchi di olivo, li quali da un giorno all' altro comparivano fioriti, dando contrasegni che già erano radicati in terra. Ed in pochissimi giorni ne piantò con le sue medesime mani un pezzo assai grande, quale si conserva fino ad hoggi con il nome di oliveto di Frà Martino de Porres. Il quale è stato ed è di grandissimo bene e giovamento per la religione, perchè da copiosissimo frutto d'olio, sì per il necessario de' religiosi come per vendersene. E con il suo retratto se ne aiuta la religione | per il sostento della comitiva (5).

Complura prodigia fecit vivus

f. 150

C

D

f. 150v

49. In quanto all'ottuagesimo terzo de' detti articoli disse questo testimonio che sà per haverlo udito dire generalmente da ogni genere di persone per publico, e notorio, costante, e certa verità, che Iddio Nostro Signore, in credito e comprova delle virtù e santità del detto suo servo Frà Martino de Porres, si è degnato di fare molti miracoli e cose prodigiose, mediante il suo patrocinio e intercessione con le sue reliquie, ritratti, e stampe della sua effigie, e terra della sua sepoltura, quali riferirà quelli che si ricordarà. E tiene per miracolo ciò che successe con Gio. Vasquez Parra, il quale stiede nella cella del detto servo di Dio per tempo di più di trè anni, doppo immediatamente che venne dai Regni di Spagna; ed entrò in questa città assai povero e senza protezzione, e la trovò nella pietà del detto servo di Dio Frà Martino, col quale successe il caso seguente. Havendo dichiarato nella prima informazione fatta con autorità dell'ordinario per rimettersi alla Sagra Congregazione de' Riti, si scordò di molte particolarità, che importavano al felice successo della causa. Gli comparve un giorno il detto servo di Dio Frà Martino, e gli disse che andasse al suo convento, | e dichiarasse quanto sapeva. Ed havendo fatto proposito il detto Gio. Vasquez di subito obbedirlo, ciò non ostante, doppo naturalmente se ne scordò. E passati molti giorni tornò à comparirgli il detto servo di Dio sotto il choro, e lo riprese della dimenticanza che haveva havuta, e tornò à dire che andasse e dichiarasse quanto sapeva. E andando il detto Giovanni Vasquez al convento, dichiarò quanto si ricordò per allora avanti il P. Presentato Frà Francesco Fernandez, Notaro Apostolico ad negotium ordinis. Et il dichiarare in questa forma fù, perchè già si erano rimesse alla Curia Romana le prime informazioni fatte dall'ordinario (6).

et post mortem.

Testi Iohanni Parra

E

apparuit illumque allocutus est.

f. 151

50. Di più dice questo testimonio che il P. Presentato Frà Antonio Gioseppe de Pastrana del suo medesimo ordine (7) gli riferì in un occasione, come in casa di Donna Luigia de Sabala abitante di questa città, essendogli appigliato il fuoco ad un altarino che haveva alla testiera del letto, dove haveva un imagine di Nostro Signor Giesù Cristo Crocefisso, e posta una candela accesa avanti la santa imagine un venardì al mezzo giorno, essendosi abbruggiato quanto era nell' altare, andava avanzandosi il fuoco al padiglione che haveva nel letto. E restorono solamente libere dalle fiamme la santa imagine di Nostro Signor Giesù Cristo, ed una stampa di carta dell' effigie | del detto servo di Dio Frà Martino, che stava nel medesimo altare inchiodata, essendo materia sì lieve e soggetta al fuoco, ed essendosi abbrugiata la muraglia che restò abbroscita in contrasegno e testimonio della violenza dell' incendio grande, che fù. E lo tenne per miracolo la detta Donna Luigia, e per tale lo riferì

F

Imagines sacras ab igne servat.

f. 151v

(1) Processus 1678 testis VII. *Summarium*, p. 341-42; p. 349-50. — (2) Processus 1678 testis V. *Ibid.*, p. 159, § 15. — (3) Processus 1660 testis XI. *Ibid.*, p. 156, § 2. — (4) Processus 1678 testis XIX. *Ibid.*, p. 163, § 30. — (5) Processus 1660 testis XXX; processus 1678 testes V, VII. *Ibid.*, p. 312-13, §§ 1, 3-8. — (6) Idem succincte rettulit die 5 septembris 1679 Ferdinandez de Valdez O. P. (Ms. x, 465, f. 129), cuius auctoritatem in annotatis crebro adhibuimus. Haec autem altera Iohannis Vasquez Parra declaratio, priore sublongior et ex qua in suam depositionem plura transposuit Bernardus de Medina, habita fuit die 2 iunii 1671. Legitur in processus ms. vol. signato x, 465, f. 129v-148v. — (7) Fuit processus 1678 testis 117us.

il

A il detto P. Presentato à questo testimonio, il quale ancora lo tenne per caso miracoloso, l'essersi liberata dal fuoco la detta stampa.

mulierem puerperam sanat,

51. Di più dice questo testimonio che Donna Graziana Farfan de los Godos, moglie legitima di Francesco de Saldivar, tenente e corriero maggiore di questi regni, gli riferì come, essendo stata la detta sua moglie più di quaranta giorni in un cattivo parto con le secondine nel corpo, senza che remedio alcuno dei molti che gli fecero gli giovasse à farle gettar fuori, e perciò stiede in un continuo grido, con grandissime febri, che la tenevano totalmente abbattuta. E giunse l'infermità ad esser sì grave, che il Dr D. Francesco Ramirez, medico che la medicava, vedendola sì disperata di salute, la diede per spedita. Et in questo conflitto gli posero una reliquia del servo di Dio Frà Martino de Porres; et essendosi raccomandato con vero cuore al suo patrocinio, nel
f. 152 medesimo punto che gli la | posero, gettò imputridite le secondine con un puzzo assai pestilente. E che la detta Donna Graziana, e suo marito, e
B tutta la gente di casa sua conobbero essere stato miracolo operato da Dio Nostro Signore per intercessione del detto suo servo Frà Martino de Porres. E gli disse ancora la detta Donna Graziana, che lo haveva riferito molte volte sì à persone ecclesiastiche come secolari; e quante lo hanno udito lo hanno tenuto per tale. E questo testimonio dal punto che l'udì, ha sentito e detto essere stato miracolo evidente, e per tale lo ha riferito in varie occasioni (1).

apostolicae summi momenti litterae, ne naufragio pereant, efficit

52. Di più dice che il R. P. Maestro Frà Lorenzo Munoz religioso del suo sagro ordine disse à questo testimonio come venendo dalla corte Romana à questa città, nel mare del Norte si perse la nave, nella quale veniva imbarcato. E portava seco il rotulo e lettere apostoliche per fare queste informationi del servo di Dio Frà Martino de Porres. E quante carte portava, tutte se gli bagnorono e se gli rovinorono, di tal forma che niuna potè servire. E solo il detto rotulo e lettere apostoliche si conservorono bene e sane, tanto che non compariva haver havuto un tal naufragio. Il che lo riferì il detto P. Maestro à questo testimonio per miracolo, e quanti venivano nel detto imbarco lo tennero per tale, e questo
f. 152v | testimonio ancora, dal punto che udì le circostanze riferite le ha tenuto e tiene parimente per tale, e quanti hanno havuto notizia del caso hanno detto il medesimo.

et ipsius testis matri surdissimae restituit auditum.

53. Di più dice che essendo stata sorda la madre di questo testimonio per tempo di quattr' anni, di tal sorte che, quantunque assai alto e vicino gli parlassero, non udiva parola alcuna; et essendo giunto il tempo nel quale questo testimonio terminò di comporre il libro della vita del ven. servo di Dio Frà Martino de Porres, il primo che escì legato dalla stamparia lo mandò alla detta sua madre, acciò che in casa sua le sorelle e nepoti di questo testimonio lo leggessero. E prendendolo una delle dette sue nepoti, lo pose vicino alla sua ava e madre di questo testimonio e lo cominciò à leggere. E leggendolo lo sentiva, e se gli levò totalmente la sordità, di tal forma che da quel punto restò totalmente sana e perfetta nell' udito, senza tornare à patire difetto alcuno, benche minimo, conoscendo la madre di questo testimonio, e Donna Eugenia, e Donna Giovanna, e Donna Grazia de Medina, sorelle di questo testimonio, e le sue nepoti, essere stato miracolo ciò che vedevano, che haveva fatto Iddio Nostro Signore per intercessione del detto suo servo Frà Martino. E per | tale lo ha tenuto e f. 153
tiene questo testimonio fin da quando gli lo riferirono, tenendo per certo che l'haveva fatto in corrispondenza della buona volontà e puntualità con la quale assistè per haver notizia della sua prodigiosa vita, e per mezzo di persone fide digne, e con molte carte che riconobbe, nelle quali si parlava della sua santità e virtù, gl' ottenne da Dio Nostro Signore la salute perfetta e totale della detta sua madre. E questo successo lo ha E
riferito molte volte à religiosi del suo ordine ed à altri estranei, persone secolari; e quanti lo hanno udito lo tengono per miracolo.

Sepulturae terra, quamvis a fidelibus continenter auferatur, numquam tamen decrescit.

54. Di più dice questo testimonio che tiene per miracolo continuato ciò che succede con la sepoltura, che fù del detto servo di Dio Frà Martino de Porres, la quale stà nella sala del capitolo del suo convento. Perchè cavando dalla detta sepoltura gran quantità di terra, sì per i fideli di questa città che la dimandano per servirsi di essa nei loro bisogni e infermità, come per portarla à differenti parti di questo Regno; — e al parere di questo testimonio, è stata tanta, quella che si è cavata, che se ne poteva fabricare una casa; — e con tutto ciò la sepolturà sta di tal forma, che non pare che ne sia cavata niente (2). E questo anmira, | pondera e celebra questo testimonio, f. 135v
quante volte entra nella detta sala del capitolo, nella quale sà che fù sotterrato il detto servo di Dio sotto terra, com di già ha detto, e che da questo luogo si trasferì il suo venerabile corpo alla capella del Santo Cristo dell' infermaria dove hoggi è sotto terra. E che nell' una e l'altra sepoltura è stato e stà senza culto ò venerazione F
alcuna, perchè si sono osservati con attenzione grande li decreti della Santità di Urbano ottavo circa il non culto.

De cane ad vitam revocato iteratur mentio.

55. Di più dice questo testimonio che riproduce in questo luogo per miracolo, ciò che di già ha dichiarato nell' articolo quadragesimo del cane che fece ammazzare il procuratore della cucina del suo convento, quale portavano strascinando per gettarlo in una chiavica, secondo in esso ha dichiarato con tutte le sue circostanze (3). Il che fù ed è verità.

(1) Haec sanatio in catalogo miraculorum recensetur decimum tertium miraculum. *Summarium*, p. 364. — (2) Primum miraculum. *Ibid.*, p. 358. — (3) Cf. supra, p. 120, n. 29.

ACTA

ACTA SANCTORUM

NOVEMBRIS

DIES SEXTUS

SANCTI QUI VIII IDUS NOVEMBRES COLUNTUR

S. Felix martyr Tonizae in Africa.

SS. Euflamus, Honora et Gestinus in Britannia Minore.

S. Leonardus confessor Nobiliacensis.

S. Lupantius confessor in agro Cainonensi.

S. Felix presbyter, eremita in castro Bilibio in Hispania.

S. Iltutus abbas in Wallia.

S. Felix monachus Fundis in Latio.

S. Aidus princeps Oirgiellae in Hibernia.

S. Severus episcopus et martyr Barcinone.

SS. martyres decem Hierosolymis.

S. Protasius dictus episcopus Aventicensis seu Lausannensis.

S. Cronanus abbas Benchorensis.

S. Winnocus abbas vel prior Wormholtanus.

S. Aemilianus episcopus Faventiae cultus.

S. Demetrianus episcopus Chytraeus.

S. Stephanus episcopus Aptensis.

S. Theobaldus canonicus Doratensis.

PRAETERMISSI

PRAETERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

S. Adalberti *Pragensis episcopi et martyris translationem quandam hodie saltem inde ab initio saeculi XIII festo sollemni recolit ecclesia Strigoniensis* (1), *quae Adalbertum praecipuum patronum veneratur.*

Adrianus, Iulius *et* Eusebius, *si hieronymianos codices obiter legas, Nicomediae simul VIII idus novembres mortem oppetiere. Verum totum laterculum ex foeda nominum perturbatione ortum esse certum est. Eusebius enim Nicomediensis a die VI idus novembres perperam huc translatus est; Iulius, qui et Iulia et Dulia, cum aliis non paucis, de quibus mox, pridie idus apriles proprium locum habet; Adrianum vero — si tamen homo est, nam in codice optimo Epternacensi Adriani loco* Adriopoli *legitur — huc attractum esse a Nicomediensi Eusebio satis probabile inde efficitur* (2) *quod cum Attico in eodem laterculo coniungitur, inter socios autem S. Adriani martyris Nicomediensis Atticus quidam a Graecis die augusti 26 recensetur* (3). *Miror tamen Adrianum et Atticum propriam commemorationem in hieronymianis non esse sortitos.*

S. Agrippani *Podiensis seu Aniciensis episcopi translationem iussit anno 1522 Antonius Aniciensis episcopus in posterum hodie celebrari* (4). *Verum officium translationis illius, quod in Officiis propriis dioecesis Aniciensis a. 1624 editis late descriptum est, in Breviario Aniciensi a. 1784 iam non comparet.*

S. Almarus *seu* Agmarus *episcopus Silvanectensis in martyrologio ecclesiae Sancti Reguli Silvanectensis, in qua corpus ipsius requiescebat, ad hunc diem olim annuntiabatur* (5). *De illo agemus ad diem sequentem, qui ipsi potius sacer est.*

S. Andream *Fundanae civitatis episcopum hodie commemorat Ferrarius tum in Martyrologio universali, tum in Hagiologio italico. Is est de quo Gregorius Magnus* Dial. *lib. III, cap. 7; quem miror ob levissimam rationem a Cappelletti* (6) *et a Gamsio e serie episcoporum Fundanorum esse exturbatum. Ceterum alicuius cultus ecclesiastici, qui ipsi exhibitus fuerit, nullum indicium repperimus.*

S. Appianus, *monachus in monasterio Papiensi ad Caelum aureum, hodie in paucis quibusdam martyrologiis recensetur et apud Castellanum etiam, qui illum* Apuanum *nominat. De eo actum est ad d. 4 martii, t. I, p. 320-26; cfr. ad d. 29 oct., t. XII, p. 815-16.*

Atticus *in Phrygia passus legitur in hieronymianis codicibus, et cum eo* Ianuarius, Baricus, Mammarius, Verecinus (*al.* Vevericinus) *et* Veneria. *Rerum et nominum plena confusio est, neque ulla ratio suppetit discernendi rectene an secus legantur singula vocabula, quinam sint martyres uno sub duce coniungendi, quinam alio amandandi. Neque de loco ubi passi sint constat. Certe Baricus phrygius non est, neque ceteros phrygios esse eo magis veri simile est, quod plerique ex alio, ab hodierno multum dissito laterculo, nescio quo pacto advecti videantur. Pleraque enim nomina quae VIII idus novembres legimus, pridie idus apriles etiam reperire est, nonnulla etiam pridie kalendas novembres et etiam alibi, et praecipuam eorum partem Africae magis quam Phrygiae tribuendam esse probabile est. Atticum solum martyrem phrygium nuntiant nonnulli martyrologi, ut Usuardus eiusque sequaces, quorum testimonium nullius est ponderis, cum ex iisdem hieronymianis codicibus fluxerit, unumque ex multis nominibus pro arbitrio selectum fuerit. Atticum Adriani martyris Nicomediensis socium esse coniectura non levis est, ut supra diximus. Ut tamen nihil omittamus quod in re adeo obscura aliquid lucis afferre possit, addendum est Atticum quendam eodem die quo Diodorus martyr phrygius colitur in hieronymianis occurrere, videlicet VII idus octobres.*

Balsamus *infra inter S. Donati socios requiratur.*

Baricus, *cuius nomen punicum, Africae procul dubio deputandus est. Cum tamen ex iis videatur qui pridie idus apriles iam nuntiantur, de die eius natali minime constat.*

Beatricis, *monialis Cisterciensis, quae in monasterio B. M. V. de Oliva propre Marimontium Hannoniae supremum diem obiit, miram historiam et stupendam paenitentiam certatim referunt hodie Bucelinus* (Menologium Benedictinum), *Henriquez* (Menologium Cisterciense) *et Saussaius* (Martyrologium Gallicanum). *Horum autem dicta a Caesarii Heisterbacensis narratione liquido derivant. Qui, ut est credulus, puerilem admodum de Beatricis lapsu et conversione, de singulari B. M. V. erga ipsam patrocinio legendam effutivit* (7); *at ne minimum quidem vel popularis cultus vestigium indicat. Addit quidem Bucelinus devotum femineum sexum ad locum, ubi eius sepulcrum exstitit (nam coenobium templumque incendio periere), catervatim affluere; sed quandonam inchoaverit veneratio illa vulgaris, num perduraverit et qua ratione sese manifestaverit, prorsus tacet. Itaque et nos ipsius silentium imitabimur.*

S. Casti *episcopi et martyris memoriam Beneventi hodie celebrari habemus ex codice Vaticano 5949, quod est martyrologium ad usum Sanctae Sophiae Beneventanae* (8). *In aliis codicibus ad sequentem diem reicitur et merito, si audias Ferrarium* (9), *quem sequendum putamus.*

B. Christinam, *virginem tertii ordinis S. Dominici, oriundam ex Stommeln, vico prope Coloniam Agrippinam sito, pleraque martyrologia silentio praetermittunt. Eius autem mentionem faciunt Grevenus in sua editione Usuardi, Canisius et Castellanus hoc die, quo obiit. Sed acta illius iam pridem abunde exposita sunt die 22 iunii, quo sacra eius ossa a loco Nideggen Iuliacum sollemniter translata sunt* (10). *Quod si cui consulendi sint ipsi primigenii Actorum textus, satius erit*

(1) Vid. I. Dankó, *Vetus hymnarium ecclesiasticum Hungariae* (Budapestini, 1893), p. 253-60, praesertim, p. 259-60; ibid., p. 458. Cf. etiam *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 715, ubi sanctus perperam dictus est episcopus Leodiensis. — (2) *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 97. — (3) *Synax. Eccl. CP.*, p. 923. — (4) Cf. *Act. SS.*, ad d. 1 febr., t. I, p. 206; de Anicio actum est ibid., p. 204-6. — (5) Cf. *Gallia christiana*, t. X (1751), col. 1383. — (6) *Le chiese d'Italia*, t. XXI (1870), p. 546. — (7) *Dialogus miraculorum*, dist. VII, cap. 35 (ed. Strange, t. II, p. 42-43). — (8) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 656. — (9) *Catalogus sanctorum Italiae*, p. 698. — (10) *Act. SS.*, Iun. t. IV, p. 274-434.

adhibere

A *adhibere editionem quam de his ad severissimam normam condidit Iohannes Paulson* (1); *neque neglegere fas erit emendationes et notitias bene multas rerum, locorum et personarum tum a Quetif et Echard* (2), *tum a Th. Wollersheim, novissimo B. Christinae biographo* (3), *diligenter suppeditatas* (4).

Condelocum *monachum Rotonensem aliunde non novimus quam ex auctore anonymo trium librorum* De gestis sanctorum Rotonensium (BHL. *1945*); *in quo opusculo laudatur Condelocus ut Conwoionus comes assiduus* (5) *et ex brevi compendio vitae eius* (6) *apparet eum fuisse virum eximiae virtutis, qui erucas per adiurationem in nomine SS^mae^ Trinitatis e monasterii horto expulisse et diem mortis praedixisse fertur. Sed nullum prorsus, sive hoc loco sive alibi, indicium prolatum est cultus ecclesiastici aut popularis ipsi exhibiti. Nihilo minus inter sanctos gallicanos ad diem 6 novembris ei locum dedit Castellanus in suo Martyrologio universali, et deinde in suis martyrologiis sanctorum Benedictinorum germanice*
B *concinnatis monachus Donaverdensis* (7) *et Petrus Lechner* (8).

S. Corbiniani *translationem anno 1713 peractam hodie commemorat martyrologium Parisiense anno 1727 typis editum :* Castris in territorio Parisiensi, translatio reliquiarum sancti Corbiniani primi Frisingensis episcopi. *Est locus ille* Castrus, *in quo natus est Corbinianus* (9), *hodie dictus Châtres* (10), *haud procul Meloduno* (*Melun, dép. Seine-et-Marne*). *De S. Corbiniano actum est ad 8 sept., t. III, p. 261-96 ; de translatione autem apud Castrenses ibid., p. 280, num. 101, 102, ubi videre est ipsam anno 1710, non 1713, contigisse.*

Domninus, *qui hodie inter Africanos vagatur, martyr est Palaestinensis, de quo supra, p. 46 sqq.*

Donatus, Paulus, Balsamus, Domninus, Primus *seu* Prima, Dulius *seu* Dulia, Fortunatus *seu* Fortunata, Ianuarius *seu* Ianuaria *et* Quarta, *testibus hieronymianis, hodie in Africa passi censentur. Verum horum sanctorum nulla umquam nisi in libris turma fuit. Domninus enim martyr est Caesariensis, de quo heri; Fortunati, ut brevi dicemus, suspecta est mentio. Quartam hesternum Quartum esse suadet turbata laterculorum hierony-*
C *mianorum traditio. Reliqui omnes, praeter Balsamum, de quo ceteri fontes silent, variis in locis passi leguntur pridie idus apriles, nonnulli etiam pridie kalendas novembres, quinto idus maias et alibi. Qua ratione huc transvecti fuerint, adhuc latet.*

Dulia *seu* Dulius *pro* Iulia, Iulius *scriptum esse videtur in codicibus hieronymianis.*

Epiphanii et Isidori *translatio, teste Ferrario* (11) *et, qui Ferrarium exscripsisse videtur, Saussaio* (12), *Vesuntione octavo idus novembres celebris habetur. "Relevationem" utriusque sancti quinto* D
idus novembres nuntiat martyrologium ecclesiae Sancti Iohannis Vesuntionensis (13). *Quicquid rei laterculo subest, Ferrarium de die errasse crediderim.*

S. Eudocia *sanctimonialis Romae in coenobio Sanctae Caeciliae indicatur apud Hugonem Menardum in appendice altera ad Martyrologium sanctorum Ord. Divi Benedicti* (14), *ex Octavo Caietano in* Idea operis de SS. Siciliae, *sed nullo assignato cultus die. Quam inde suo Sacro Gynecaeo inseruit Arturus de Monasterio ad hunc diem 6 novembris, quo iure nescio ; nam et ipse nullos alios fontes affert praeter Caietanum et Menardum, nec de ea aliam memoriam uspiam repperimus. Certe in Caietani opere postumo de Vitis SS. Siculorum prorsus siletur de ea.*

Eusebium, *qui in codice Epternacensi rectissime Nicomediensis dicitur, quique etiam occurrit VII et VI idus novembres, hunc ultimum diem sibi vindicare constat ex breviario syriaco.*

Eustasium *solus Epternacensis hodie commemorat, et rursum crastino die, quo et in ceteris codicibus occurrit et a nobis tractandus erit, si* E
quid praeter nomen reperire contigerit.

Fedbariae (Fedbair) *nudum nomen signatum est ad diem 6 novembris in Martyrologio Gormani. In glossa autem ad hunc locum dicitur fuisse* virgo, ex Botha Eich Raichnig (the Martyrology of Gorman, *edited by* Whitley Stokes, *p. 213*). *Neque quicquam amplius de ea refertur in* Lebar Laignech (Book of Leinster), *a cl. v. Whitley Stokes in indicibus locorum* (*ibid., p. 297*) *et personarum* (*ibid., p. 361*) *allato.*

B. Felicis de Meda, *virginis et abbatissae ordinis S. Clarae, cuius cultum Pius VII approbavit et festum cum missa et officio Fratribus Minoribus Pius IX hodie celebrari permisit, iam a nostris antecessoribus Acta elucidata sunt ad diem eius emortualem, 30 septembris* (15).

Forti, *quem inter martyres Africanos nonnulli enumerant* (16) *auctoritate codicum hieronymianorum, nemini sanctorum nomen est, cum nihil praeter trunca Fortunati prima elementa esse constet.*

Fortunatum *seu* Fortunatam *in hieronymianis cum Felice quolibet pro libitu scriptoris creberrime sociari, neque ideo eius natale hoc die celebrari* F
censendum esse, alio loco diximus (17).

Gaufridum *Virdunensem, qui caelestibus donis repletus coenobiticam vitae rationem in Claravalle duxit, Henriquez et qui eum exscripsere, Bucelinus et Saussaius, inter beatos annumerant, cum tamen ne levi quidem indicio qualemcumque illius cultum commendent. Donec igitur id effectum fuerit, a tractatiunculis nostris submovendus est.*

S. P. N. Gisleni restitutio *hodie inscripta est in*

(1) *Jülicher-handskriften till Petrus de Dacia*, Göteborg, 1894; *Petri de Dacia Vita Christinae Stumbelensis*, fasc. II secundum de Vita Christinae librum continens, Gotoburgi, 1896; *In tertiam partem libri Iuliacensis annotationes*, Göteborg, 1896. Cf. *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 532-34. — (2) *Scriptores Ordinis Praedicatorum*, t. I, p. 408-12, ubi traditum est breviarium vitae Petri de Dacia, qui castissima cum B. Christina familiaritate vinctus erat et cuius opere virginis fama ad posteros pervagata est. — (3) *Das Leben der ekstatischen und stigmatisirten Jungfrau Christina von Stommeln*, Köln, 1859. — (4) Cf. *Histoire littéraire de la France*, t. XXVIII (1881), p. 1-26. — (5) Lib. I, cc. 1, 10. — (6) Lib. II, c. 3 : *De Condeluc monacho atque hortulano.* — (7) *Kirchenkalender aller Heiligen welche unter der Regel des H. Benediktus gelebet haben*, gesammelt von einem Benediktiner des Klosters zum heil. Kreuze in Donauwerth (1786), part. II, p. 237. — (8) *Ausführliches Martyrologium des Benediktiner-Ordens* (Augsburg, 1855), p. 426. — (9) Cf. Arbeonis Vitam Corbiniani, cap. 1, ed. S. Riezler in *Abhandlungen der k. bayerischen Akademie der Wissenschaften.*, III Cl., XVIII Bd., I Abth., p. 245. — (10) Riezler, l. c. et ibid., p. 236, nominat *Chartrettes*, quod oppidum propius etiam Meloduno distat; sed errat vir doctus. Cf. Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, 1, p. 501, annot. *a, b ; Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 263. — (11) *Catalogus generalis sanctorum*, p. 434. — (12) *Martyrologium Gallicanum*, p. 1192. — (13) *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 327. — (14) Parisiis, 1629, p. 140. — (15) *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 751-69. — (16) Florentinius, *Vetustius occidentalis ecclesiae martyrologium*, pp. 954, 955, 1070. — (17) *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 97.

A *martyrologio abbatiae Sancti Gisleni* (1) *atque inde in recentiora quaedam martyrologia transiit. Haec est sollemnis memoria recuperati a monachis Sangislenianis anno circiter 930 corporis beati patroni, quod Malbodienses pio furto sibi comparare tentaverant* (2). *Restitutio quidem illa die 13 decembris facta esse perhibetur* (3), *verum hoc die 6 novembris officio liturgico recoli solebat* (4).

S. Gregorii *Lingonensis episcopi translationem iam pridem hodie recolit ecclesia Lingonensis* (5). *Est haec translatio facta a S. Tetrico, filio et successore Gregorii; de qua videsis Gregorium Turonensem,* Vit. Patr., *cap. VII, num. 4* (6). *De ipso autem sancto in his* Actis *quaedam prolata sunt ad d. 4 ianuarii, t. I, p. 167-70.*

Herculianus *confessor in uno codice Rosweydiano Usuardi hodie* (7), *in ceteris postridie nuntiatur, videlicet Herculanus episcopus Perusinus.*

Ianuarius *seu* Ianuaria *tum Africanis una cum Donato, tum Phrygiis una cum Attico martyribus hodie sociatur; utrumque incertum, uti diximus.*

Iulium, *qui et* Iulia, *seu* Dulius, Dulia *in codici-* B *bus hieronymianis hodie recensetur, ex iis esse existimo qui e loco suo vagantur et pridie idus apriles requirendi sunt.*

S. Iuniani *abbatis translatio hodie in ecclesia Nobiliacensi olim colebatur* (8), *qua sacrum ipsius corpus huc anno 830 e Mariacensi monasterio deportatum erat* (9). *De Iuniano actum est ad d. 13 aug., t. III, p. 32-46.*

S. Laetus, *de quo ad diem 5 egimus* (10), *die 6 obiisse traditur* (11), *ideoque de eo memoria fit die eodem in quibusdam martyrologiis et kalendariis.*

S. Leodegarius episcopus, *utique Sanctonensis, cuius dies sacer est 12 novembris* (12), *hodie inscriptus est in kalendario nescio cuius missalis saec. XII, quod servatur in Bibliotheca Nationali Parisiensi, cod. lat. 9437* (13).

S. Lucae, *Tauromenio Siciliae oriundi, Vita brevis in synaxariis Graecorum hodie legitur, et a nobis edita est* (14), *nec quicquam praeterea de eius historia vel cultu adhuc repertum est. Si quando Vitam prolixiorem, ex qua synaxarium contractum est, reperire contigerit, hanc in* Analectis *dabimus.*

S. Lupentium *martyrem* " *in Campania sub praesulatu Catalaunensi* „ *hodie annuntiat Saussaius. Ostendit autem decessor noster B. Bossue* C *Lupentium illum non alium esse ab eo qui colitur die 22 octobris. Cf.* Act. SS., *Oct. t. IX, p. 601-613, praesertim vero p. 606-607, num. 16.*

Maelanum, *qui in Martyrologio Gormani ad hunc diem nuntiatur, admodum probabiliter existimat cl. v. Whitley Stokes* (Martyrology of Gorman, *p. 379*) *eundem esse ac Melanium illum episcopum Rhedonensem, de quo mox; qui in multis antiquis martyrologiis ad hunc diem nominatur cum Leonardo confessore et Winnoco abbate, qui et ipsi apud Gormanum hic ascripti leguntur.*

Mammarius. *Vid. supra,* Atticus. D

Marcus *eiusque consanguineus Sebastianus, nobiles Veneti, saeculo XII e patria profecti ut sanctorum corpora passim venerarentur, post varia itinera, in agrum Lemovicensem, ad locum ubi peculiari devotione sepulcrum S. Leonardi confessoris honoratur, tandem pervenerunt. Inde haud procul cum subsistere decrevisset Marcus ille, Artigiae prioratum sub regula S. Augustini condidit gubernavitque. Cui postea Sebastianus, nepos eius sociusque laborum suffectus est secundus prior. Delapso autem aliquanto temporis spatio, sacrae amborum exuviae in maiorem Artigiam quo totum monasterium migrabat, favente Geraldo Lemovicensi episcopo († 1177), deportatae sunt. Haec est summa eorum quae Fl. Cornelius ex commentariolis Bernardi Guidonis* de fundatione ordinis Artigiae (15) *in suum* Hagiologium italicum *sub die 6 novembris* (16) *transtulit. Nihil quidem ibi occurrit unde aliquid publici cultus his spectandis viris vindicari queat. Nec mirum est quod sacra fundatorum ossa monachi secum asportaverint et in nova ecclesia, quae sancto martyri Laurentio dicata erat* (17), *iuxta altare reposuerint.* E *Talis enim translatio et sepulturae locus haud raro tribuebantur hominibus quos plebs quidem observabat, quin eos ullo cultu Ecclesia prosequeretur. Exstabat tandem, supra tumulum posita, inscriptio quaedam, quae saeculo XIV condita fuisse videtur* (18). *Haec Marcum et Sebastianum laudibus cumulat, sed nec sanctos nec beatos appellat, et ad liturgicos honores nequaquam alludit. Ut autem scriptor Venetus concivium suorum commemorationem diei 6 novembris affigeret, probabiliter adductus fuit recordatione pietatis qua erga S. Leonardum flagraverunt, cuius festivitas hoc die celebratur.*

S. Melanii *Rhedonensis episcopi depositionem hodie commemorant martyrologia hieronymiana et alia non pauca recentia. Sed et eiusdem Melanii ordinatio et transitus ad diem 6 ianuarii inscripta leguntur in iisdem hieronymianis, in martyrologio Usuardi, in Romano, in aliis; ad quem diem de illo egit Bollandus,* Act. SS., *Ian. t. I, p. 327-34. Postea autem repertae sunt aliae sancti episcopi Vitae, Bollando non notae, inter quas ipsa Vita antiquissima, quam edidit v. d. Bruno Krusch,* MG., *Scr. rer. merov. t. III, p. 370-76* (*cf.* Anal. Boll., *t. XVI, p. 87*). F *Vid. etiam* L. Duchesne, Saint Melaine, évêque de Rennes, *in* Recueil de mémoires publiés par les membres de la Société nationale des Antiquaires de France (*Paris, 1904*), *p. 105-109* (*cf.* Anal. Boll., *t. XXIV, p. 296*).

Nazari et Celsi *martyrum adventus Augustodunum ab italicis partibus Usuardo additus est in codice D. Le Mare A* (19) *et in libris nonnullis liturgicis ad usum ecclesiae Augustodunensis* (20).

(1) Cod. 193 (alias 68 vel 8389) bibliothecae publicae Montensis, fol. 50. Liber ille anno 1538 est exaratus. — (2) Vid. Inventio et miracula S. Gisleni, cap. 5 (*Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 1036; *MG.*, Scr. t. XV, p. 577-78) et Raineri Miracula S. Gisleni, cap. 2 (*Anal. Boll.*, t. V, p. 253-55; *MG.*, t. c., p. 582-83 cap. 3). — (3) Rainerus l. c. — (4) Ita suo etiam tempore, id est saec. XVIII, factum esse testatur Petrus Baudry († 1752), *Annales de l'abbaye de S. Ghislain*, lib. I, apud Reiffenberg, *Monuments pour servir à l'hist. des prov. de Namur, de Hainaut et de Luxembourg*, t. VIII, p. 273. — (5) Cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 175, et codicem Usuardi Bisuntinum a Sollerio adhibitum. — (6) Ed. Krusch in *MG.*, Scr. rer. merov., t. I, p. 689-90. — (7) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 655. — (8) Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, 1, p. 433, annot. *a*. — (9) Translationis historiam videsis ibid., p. 432-33; *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 36, num. 18-21. — (10) Supra, p. 67-79. — (11) Vitae S. Laeti, cap. 9 (ibid., p. 76 E). — (12) Cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 718. — (13) Cf. ibid., p. 715 et p. 588. — (14) *Synax. Eccl. CP.*, p. 199. — (15) Ed. apud Labbe, *Nova Bibl. mss.*, t. II, p. 278. Cf. quae de hac chronica disseruit L. Delisle, *Notice sur les mss. de Bernard Gui*, Notices et Extraits des mss. de la Bibliothèque nationale, t. XXVII, 2, p. 265-66. — (16) T. II (1773), p. 277. — (17) Texier, *Notes sur l'abbaye de l'Artige* (*Limousin*), Bulletin monumental, t. VI (1840), p. 17. — (18) *Ibid.*, p. 20-21. — (19) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 655. — (20) *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 716.

De

A *De cultu utriusque sancti apud Aeduenses dictum est ad diem 28 iulii* (1).

Hoc die menaeis graecorum et synaxariis inscriptus est S. Paulus *Constantinopolitanus, cuius festum die dominico huius diei proximo in Magna Ecclesia agi in more positum fuit* (2). *De sancto martyre a maioribus tractatum est ubi in martyrologio Romano commemoratur, scilicet die 7 iunii. Hic igitur tantum notatum velim* Acta graeca *S. Pauli interim in lucem prodiisse* (3).

S. Pauli *Corinthii, propter Christum stulti, cuius nuda commemoratio hoc die et ultimo februarii synaxariis inserta est* (4), *Acta procul dubio scripta sunt, cum eorundem fragmentum licet brevissimum in codice Parisiensi 1452 servatum sit* (5). *Donec illa integra reperientur, nihil habemus quod de sancto proferamus.*

Pelagius *Lusitanus, Ordinis Sancti Dominici, vulgo* San Paio *appellatus,* " *cum diu in praedicationis officio et confessionum auditione fideliter et ferventer et humiliter laborasset* ", *tandem in conventu Conimbricensi, cuius primus, si inscrip-* B *tioni saeculi XVI fides tribui potest, priorem egit, circa annum 1240 animum Deo reddidit. Continuo autem post mortem sepulcrum eius miraculis fuit gloriosum. Quorum narrationem, ex Lusitania missam, Gerardus de Fracheto in suis* Vitis Fratrum *iam anno 1265 evulgatis inseruit* (6). *Unde constat, quod et aliis signis confirmatur, Pelagium olim et per diuturnum saltem tempus populari cultu in regione Conimbricensi fuisse honoratum. Porro huic Gerardi descriptioni pauca addidere, si stili ornamenta demas, qui post eum insignis Dei servi, data opera, memoriam sunt prosecuti* (7); *nec quicquam de die eius emortuali probabile afferunt. Nam praeter eos qui prorsus tacent, ut R. P. F. X. Faucher, O. Pr., qui nuperrime ven. Pelagii acta cultusque vestigia sedulo collegit* (8), *alii diem 6 novembris* (9), *19 autem decembris diem alii* (10) *assignant, nec tamen ullum, quo eorum sententia fulciatur, indicium produnt. Quod et nos variis modis, sed frustra, tentavimus enodare. Cum igitur neutri opinioni aliqua hactenus ratio favere videatur, spesque affulgeat fore ut quae ad Pelagii cultum pertinent legitima auctoritate quondam sanciantur, rem successoribus nostris dirimendam relinquimus.*

C Petrus, *discipulus S. Bernardi, in Hispaniam transmissus et primus abbas coenobii Sanctae Mariae de Morerulla in agro Zamoriensi creatus solum in supplemento ad* Martyrologium Gallicanum *(p. 1192) a Saussaio commemoratur. Qui quamvis egregie in vinea Domini insudaverit,* " *prophetia et signis conspicuus* ", *tamen, deficiente omni cultus vestigio, a nobis silentio praetereundus est.*

Primus *seu* Prima *supra inter S. Donati socios recensetur.*

Quarta *perperam inter Africanos numerari iam diximus, eiusque loco Quartum, de quo heri, legendum putamus, nisi Quartum intellegas qui pridie idus apriles signatur.* D

Reparatam, *quandam Carmeli Hierosolymitani incolam, titulo sanctae nobilitatam Philippus a Visitatione in suo catalogo inscripsit* (11). *Utinam diligenti indagatori libuisset et plura de ipsa Reparata et aliquid saltem de cultu eius publico revelare.*

B. Rusticum *tertium abbatem generalem Vallis Umbrosae hodie annuntiant Wion, Bucelinus, Menardus. Fuerunt etenim qui illum ipso die obiisse crederent; verum die 12 martii vita functus esse videtur* (12) *neque ullum diem assignatum repperi, quo singulariter colatur* (13). *De honoribus ecclesiasticis, qui ipsius reliquiis impensi sunt, videsis in opere nostro ad diem 1 augusti* (14). *Qui de ipso nonnulla resciscere cupiat, adeat Ven. Simium,* Catalogus sanctorum et plurium virorum illustrium qui... effloruerunt in Valle Umbrosa *(1693), p. 264-67.*

Translatio sanguinis Domini in Augiam *ad hunc diem inscripta esse dicitur* (15) *exemplari Augiensi seu Richenoviensi martyrologii hieronymiani, his verbis:* slat sanguinis dni in augia(m). Ipso die s. Willibrordi epi & c. *Verum hanc notulam, quae in isto exemplari posteriore manu inter lineas addita est, ad diem sequentem, id est 7 novembris, transferendam esse arbitror: hic enim dies S. Willibrordo sacer est* (16), *atque compertum est eodem die 7 festum translationis sanguinis Domini* ritu perpetuo quotannis *in coenobio Augiensi* sollemne habitum esse (17). *Translationis illius, quae contigit anno 925, historiam scripsit monachus quidam Augiensis saeculo X, ut videtur, extremo (= BHL. 4152).* E

Simon " *Alnae in Leodicensi agro coenobiarcha, vir admodum religiosus et caritatis operibus impense deditus* " *ad huius diei calcem a Saussaio in suo* Martyrologio Gallicano *adicitur. Sed quo iure eum titulo beati decoraverit, nos prorsus latet.*

S. Theutonicus *abbas in Britannia minore ad hunc diem inscriptus est in Altempsiano codice Usuardi; monuit autem Sollerius nomen illud* " *non recte exprimi* ". *Putaverim equidem sub hac forma corrupta latere vel S. Guethenocum, de quo supra ad diem 5, p. 96 sqq., vel S. Quadanocum seu* F *Madonocum, utrumque S. Winnoci socium, quorum memoria hoc die 6 colitur.*

Verecinus, Vevericinus, Veneria, *nomina incerta de quibus iam supra, ubi de* Attico *et martyribus phrygiis diximus. In laterculo pridie idus apriles, quod multa cum hodierno communia habet, Verecundus et Venustus leguntur.*

S. Weomadum *Treverensem archiepiscopum ad hunc diem nescio quam ob causam annuntiat Castellanus. De eo agemus ad diem 8.*

(1) *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 516. — (2) *Synax. Eccl. CP.*, p. 198. — (3) *BHG.* p. 105. Cf. F. Fischer, *De patriarcharum Constantinopolitanorum catalogis*, Commentationes philologae Ienenses, t. III, p. 318-19. — (4) *Synax. Eccl. CP.*, pp. 200, 495. — (5) *Catal. Gr. Paris.*, p. 121. — (6) Pars V, cap. ix, ed. Reichert (1896), p. 295-96. — (7) Exempli gratia, *S. Antonini Chronicae*, tit. 23: De origine ordinis FF. Praedicatorum; L. Alberti, *De viris illustribus ordinis Praedicatorum* (Bononiae 1517), f. 192^{r-v}; Hernando de Castillo, *Primera parte de la historia general de Santo Domingo* (Valencia, 1587), p. 325-26. — (8) *Le B. Pélage de Portugal* (extrait des Annales Dominicaines, 1904), 12 pp. — (9) Sic, cum eius sequela, Frid. Steill, *Ephemerides dominicano-sacrae* (Dillingen, 1691), *Geistlichen Lustgartens des H. Prediger-Ordens* elffter Monath, p. 68; quod elogium parum accuratum est. — (10) Manoel de Lima, *Agiologio Dominico*, t. IV (Lisboa, 1712), p. 596-98. — (11) *Acies bene ordinata plurium sanctorum et beatorum utriusque sexus Ordinis Carmelitarum ex variis martyrologiis et kalendariis collecta*, editio secunda (Valencenis, 1670). — (12) Cf. *Act. SS.*, Aug. t. I, p. 104, num. 19. — (13) Nominatus non est Rusticus neque in martyrologio, neque in officiis propriis congregationis Vallis Umbrosae. — (14) *Act. SS.*, t. c., p. 101-6. — (15) De Rossi-Duchesne in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [140]. — (16) Attamen die 6 Willibrordum obiisse tradidit Alcuinus et ad eundem diem in quibusdam martyrologiis occurrit Willibrordi memoria. — (17) Vide Mone, *Quellensammlung der badischen Landesgeschichte*, t. I (1848), p. 76, num. 32; *MG.*, Scr. t. IV, p. 449.

A Willebaldus *episcopus et confessor hodie commemoratus est in codice martyrologii Usuardi, quem Sollerius " Rosweydinum „ nominavit. Nullus dubito quominus idem ille sit ac sequens.*

S. Willehadum *enim, Bremensem episcopum hodie memorant exemplaria quaedam Usuardi interpolata; inter quae Altempsianum* Winnehaddum *eum nominat. De illo sancto agetur ad d.* D *8 novembris.*

S. Willibrordus *episcopus Traiectensis hodie nuntiatur in exemplari Augiensi martyrologii hieronymiani* (1), *apud Hrabanum et in recentioribus quibusdam martyrologiis et kalendariis. De eo agetur ad diem sequentem.*

(1) Vide tamen supra, ubi de translatione sanguinis Domini.

DE SANCTO FELICE

MARTYRE TONIZAE IN AFRICA

TEMPORE INCERTO — H. D.

S. Felicem martyrem Tonizae

1. In Toniza Africae Felicis *perspicua est hodie hieronymianorum codicum lectio, cui commentarium subiunxit Ado:* Toniza Africae, natalis sancti Felicis. In huius solemnitate quendam psalmum beatus Augustinus videtur exponere ad populum, ubi inter cetera de eius passione loquitur dicens: Felix martyr, vere felix et nomine et corona, cuius hodie dies est. Noveritis autem fratres, *et Augustinum exscribere pergit usque ad verba* ut coronaretur (1). *Iisdem verbis, suppresso Augustini loco, S. Felicem annuntiat Usuardus* (2). *De Romano parvo silemus, quod praeter nomen loci et sancti nihil habet, sicut et de Wandelberto qui solum nomen sancti profert* (3). *In auctariis Bedae* (4) *socii quadraginta S. Felici tribuuntur, ampliatoris cuiusdam incuria vel imperitia, qui ex duabus huius diei annuntiationibus unam conflavit, ut optime coniecit Sollerius* (5).

laudatum esse

2. *Locum Augustini ab Adone allatum ex* Enarratione in Psalm. CXXVII, *6, integrum exscribimus* (6). Ergo, fratres, Felix martyr et vere felix et nomine et corona, cuius hodie dies est, contempsit [1] mundum [1]. An forte, quia timebat Dominum, inde erat felix, inde erat beatus, quia uxor eius, tamquam vinea fertilis erat in C terra et filii eius circumdederant mensam eius? Omnia ista perfecte habet, sed in corpore illius qui hic describitur : et quia sic ille intellexit, contempsit praesentia ut acciperet futura [2]. Noveritis autem, fratres, non eum passum mortem, quam alii martyres passi sunt. Confessus est [3] enim, dilatus est ad tormenta; alio die inventum est corpus eius [3] exanime. Clauserant enim illi carcerem, sed [3] corpori non spiritui. Quem illic parabant torquere carnifices, absentem invenerunt. Perdiderunt saevitiam suam. Iacebat exanimis, sine sensu illis, ne torqueretur; cum sensu apud Deum [4], ut coronaretur [5]. Unde et iste felix, fratres, non tantum nomine, sed et praemio vitae aeternae, si ista dilexit?

a S. Augustino

[1] *om.* Ado. — [2] (An forte-futura) *om.* Ado. — [3] *om.* Ado. — [4] dominum Ado. — [5] *hic des.* Ado.

Adonis coniectura est.

3. *In Toniza, quae nunc est portus La Calle, distante a Thabraca m. p.* XXIV *secundum itinerarium Antonianum et Peutingerianam tabulam, in Numidia proconsulari* (7), *aliquem martyrem nomine Felicem VIII idus novembres passum esse, ex hieronymiano laterculo probabile est. Illum ipsum Felicem esse quem laudavit Augustinus opinatus est et subdubitando primus asseruit Ado, cuius coniecturam ut stabiliret frustra quaesiverat argumenta Sollerius noster* (8), *neque nos ulla* F *invenimus.*

(1) D. Giorgi, *Martyrologium Adonis*, p. 564. — (2) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 654. — (3) *MG.*, Poet. lat. t. II, p. 598. — (4) *Act. SS.*, Mart. t. II, p. xxxviii. — (5) Sollerius, t. c., p. 654. — (6) *S. Augustini opera*, t. IV (Parisiis, 1691), p. 1439; *P.L.*, t. XXXVI, col. 1680. — (7) *C. I. L.* VIII, 1, p. 513. — (8) Sollerius, t. c., p. 654.

A D

DE SS. EUFLAMO, HONORA ET GESTINO

IN BRITANNIA MINORE

INEUNTE SAECULO VI?

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. D. S.

§ I. De Vita S. Euflami.

S. Euflami Vita

1. *Antiquissimum inter documenta scripta de S. Euflamo* (1) *et sociis eius praebet Vita latine concinnata, quam servavit nobis codex Bibliothecae Nationalis Parisiensis notatus inter codices gallicos numero 22321* (2), *saeculo XVII exaratus, in quo Vita exscripta legitur* Ex Legendario Trecorensi (3). *Distributa est ibidem in lectiones* B *novem, quarum prima legitur et in codice Paris. lat. 1148 saeculi XV, et ipsa in novem lectiones partita. Ex his eam edidit Arthurus de la Borderie* (4). *Facile constat inde desumpta esse quae de S. Euflamo gallice narraverunt Albertus Le Grand* (5) *et G.-A. Lobineau* (6). *Nullum autem indicium aut vestigium cultus illis sanctis exhibiti reperitur extra dioecesim Trecorensem neque in ullo martyrologio eorum fit mentio, praeterquam in Martyrologio universali Castellani, in quo, sicut et apud scriptores recentiores supra citatos, illorum festivitas celebrari dicitur die 6 novembris, quod eos utique docuit Legendarium Trecorense.*

ante saeculum XII

2. *Hanc Vitam ante finem saeculi XI, immo et extremo saeculo IX concinnatam fuisse demonstrare conatus est Franciscus Beda Plaine* (7), *vir, ut notum est, in rebus Britannicis tractandis multum quidem versatus, sed admodum propensus ad exaggerandas ultra modum documentorum ad haec spectantium antiquitatem et auctoritatem. Advertit nimirum scriptorem, dum locum, ubi sepultus est S. Euflamus, memorat* (8), *non indicasse simul illum locum iam in possessionem cessisse celebris monasterii Montis S. Michaelis, quod* C *factum esse novimus anno 1086; quin et prorsus siluisse de incursionibus Normannorum quibus afflicta est Britannia decurrente saeculo IX, et ducem qui tempore inventionis corporis S. Euflami regioni dominabatur designasse appellatione regis* (9), *cum ultimus qui hoc titulo insignitus fuerit, Alanus Maior, obierit anno 907. Verum ex silentio hagiographorum medii aevi, quorum et condicio et patria et aetas nobis prorsus ignota sunt, vix umquam negativum argumentum aliquod validum colligere licet, et usitatissimum quoque apud eosdem est ut regis et ducis vel alios huiusmodi principum titulos non satis accurate discernant* (10).

3. *Tantam itaque antiquitatem Vitae S. Euflami tribuere non ausus Arthurus de la Borderie, eam saltem ante finem saeculi XII conscriptam esse censuit, idque comprobare conatus est hoc praecipue argumento, quod scriptor Vitae, dum Arturum illum inducit apud poetas Britannos adeo celebratum, illum non exhibet ut regem vel ducem bellica laude praestantem, sed tantummodo ut militem privatum, strenuum quidem et invictum, sed qui* E *suis viribus et armis confisus, more nobilium illorum militum quos* errantes *nuncuparunt, monstra nociva quaelibet, sive animantia sive homines, e medio tollendi quasi munus et officium quoddam sibi assumebant. Sic autem omnino, ut existimabat de la Borderie, de Arturo loqui non potuisset scriptor ille postquam, evulgata circa annum 1150* Historia Britanniae *a Galfrido Monmutensi, fabulae de Arturo rege et rebus ab ipso praeclare et feliciter gestis iam apud Britannicae gentis homines percrebruerant et receptae erant* (11). *Verum, quamvis opus Galfridi et alia eiusdem generis monumenta forte in Britannia Maiore satis nota essent, non constat illa ita vulgata fuisse in Britannia Minore, et non viguisse hic traditiones prorsus diversas* (12). *Neque inde satis confirmatur sententia eruditi viri quod in quodam capitulo columnae, quae obversatur introeunti ecclesiam in Perros-Guirec, non longe a vico Plebis Gestini* (13), *saeculo XII exstructam, exhibetur S. Euflamus baculo suo draconem feriens, et is se in mare dans praecipitem* (14). *Nam facile potuit traditio popularis de occiso per orationem S. Euflami dracone exstitisse diu antequam Vita litteris consignata fuerit.* F *Ceterum ad auctoritatem documenti parvi refert utrum ante finem saeculi XII an paulo serius, saeculo XIII aut XIV, confectum sit, si praesertim admittatur cum de la Borderie* (15) *Euflamum (non ex Hibernia sed ex Britannia Maiore) in Armoricam emigrasse extremo saeculo V vel ineunte VI, quo tempore, Anglo-Saxonibus ipsorum regionem invadentibus, permulti Britanni patrium solum relinquere coacti sunt, quorum pars maxima in Armorica consedit.*

vel saltem ante huius saeculi finem conscripta

et in summa fide digna esse non demonstratur.

4. *Ultro quidem concessit idem de la Borderie Vitam S. Euflami multis fabulis refertam esse* (16); *nihilominus tamen censet sub his fabulis latere quasi substantiam quandam verae sancti historiae, quam ad haec pauca reducit. Saeculo nimirum VI,*

(1) Qui et *Efflamus et Inflammanus* vocatur. — (2) Olim *Blancs-Manteaux*, t. XXXVIII. — (3) Hoc legendarium saeculo XIV vel ineunte XV exaratum fuisse ait Lobineau (*Vies des SS. de Bretagne*, ed. 1725, p. 111). — (4) In *Annales de Bretagne*, t. VII (1891-1892), p. 282-96. — (5) *Vies des saints de la Bretagne Armorique*, ed. Miorcec de Kerdanet (1837), p. 696 sqq.; ed. A.-M. Thomas et J.-M. Abgrall (Quimper, 1901), p. 582-88. — (6) Ed. Tresvaux, t. I (1836), p. 258-63. — (7) In *Revue historique de l'Ouest*, 1890, *Documents*, p. 697-98. — (8) Non tamen, quod ait Plaine, qualis suo tempore erat, describit Vit. c. 22. — (9) Vit. c. 25. — (10) Exemplum confusionis huiusmodi afferri potest ex ipso nostro documento, in quo nobilis quidam vir, cui cotidie aliquis ex servis eius cibum ex piscatione sua praebebat, *tyrannus civitatis* (Vit. c. 16) appellatur. — (11) *Annales de Bretagne*, t. c., p. 299-300. — (12) Cf. ibid., p. 307 init. et dissertationem hoc loco in annotatione citatam. — (13) Vulgo *Plestin*. Cf. infra, num. 7. — (14) *Ann. de Bret.*, t. c., p. 299. — (15) Ibid., p. 304. — (16) Ibid., p. 303-308.

turma

A *turma quaedam Britonum patriam deserentium, duce Euflamo, nobili inter eos principe, cum uxore sua Enora, ad Armoricae septemtrionale litus appulit, ibique coniux uterque mutuo consensu monasticam vitam amplexus est, et coenobium, alter virorum, altera mulierum, condidit; Euflamus autem socium vitae et apostolici laboris habuit Britonem quendam, nomine Gestinum, qui ante illum in Armoricam migraverat* (1). *Sed haec omnia dumtaxat coniectura e fabulosa illa Vita eruit vir doctus et nullo alio documento confirmare potuit. Itaque, quamdiu alia circa res ab Euflamo gestas monumenta minus dubiae fidei reperta non fuerint, quaecumque de sancto nostro tradidit Vitae scriptor admodum incerta nobis esse existimamus.*

§ II. De reliquiis S. Euflami et monumentis ad eius cultum spectantibus ac de SS. Honora et Gestino.

B

Reliquiae corporis S. Euflami, anno 1819 repertae,

5. *Praeter inventionem corporis S. Euflami quae narrata est Vitae c. 22-25, nihil de eius reliquiis repperimus traditum usque ad annum 1819. Quo anno, die 26 iunii, auctore v. v. F. Nayrod, tunc parocho vici Plestini, denuo conquisitae sunt eo loco ubi Vitae scriptor indicavit corpus sancti fuisse repositum, nimirum in oratorio eius nomine dedicato* (2), *et fausto successu inventae. Huic inventioni interfuerunt sacerdotes non minus decem, qui illuc convenerant occasione cuiusdam missionis sacrae. Hi omnes, cum octodecim laicis, inter quos duo erant medici et unus chirurgus, sincerum esse testati sunt instrumentum inventionis ipso die confectum, in quo distincte recensita sunt ossa et ossicula ibidem reperta* (3).

et denuo recognitae anno 1844, quotannis sollemni pompa deferri solent.

6. *Ex his sacris lipsanis sublata est anno 1844 particula vertebrae, quam donarunt ecclesiae vici de Kervignac in dioecesi Venetensi. Reliqua denuo recognita sunt ab Ill. Augustino David episcopo Briocensi (1862-1882) et ab ipso recondita in hierotheca, quam suo sigillo munivit. Haec quotannis exponuntur in ecclesia parochiali Plestini die festivo S. Euflami et in festo SS^mae Trinitatis sollemni pompa deferuntur ad sacellum Sancti Euflami in Litore (Saint-Efflam-en Grève)* (4).

S. Euflamus patronus praecipuus ecclesiae vici Plestini, in qua mausoleum in eius memoriam erectum est.

7. *Ecclesia Plestini, quamvis ipse vicus a S. Gestino nomen suum mutuatus sit* (5), *patronum praecipuum habet S. Euflamum. Non semel instaurata et aucta est, unde nunc magis in latitudinem porrecta est quam in longitudinem et quattuor columnarum ordinibus in quinque partes divisa. Huius ecclesiae turrim ex ipsius formis, ut aiunt, architectonicis apparet exstructam esse saeculo XIII. Visitur in ea ecclesia mausoleum sancti lapideum, in quo exhibetur eius effigies regiis insignibus induti et legitur haec inscriptio litteris gothicis exarata :*

Ci gist le cor du glorieux saint Efflam, prince, fils du roi d'Hybernie (6).

Alia nonnulla cultus S. Euflamo exhibiti indicia.

8. *Praeterea haec afferuntur indicia antiquae venerationis erga sanctum nostrum :*

a) *Sculptura in capitulo columnae, in vico Perros-Guirec, de qua supra* (7);

b) *Crux lapidea in summo saxo iuxta vicum Sancti Michaelis in Litore* (8) *exstans, quam traditio popularis affirmat illic positam esse a S. Euflamo, eo loco scilicet quo primum in Britanniam veniens navem suam appulit* (9) ;

c) *Sacella in eius honorem exstructa in vicis non paucis regionis illius in qua vitam degisse traditur* (10) ;

d) *Breviarium saeculi XV, nunc in Seminario Minore Trecorensi asservatum et officium editum anno 1575* (11).

Vix quicquam notum de S. Honora

9. *De S. Honora seu Enora nulla notitia ad nos pervenit, praeter fabulosas illas traditiones quae in Vita S. Euflami consignatae sunt, nisi quod a mulieribus Britannicis colitur praecipue ut quae nutricibus patrocinio suo uberem salubris lactis copiam impetret* (12).

et de Gestino praeter narrata in Vita Euflami.

10. *Denique neque de S. Gestino quicquam novimus, praeter narrata de eo in Vita Euflami et vocabulum Plebis Gestini, quo appellatus est ipse vicus in quo cum Euflamo vixisse dicitur.*

(1) Ibid., p. 300-301. — (2) Vulgo *Saint-Efflam-en-Grève.*
C Cf. A. DE LA BORDERIE, t. c., p. 303, ubi falsam asseverat opinionem popularem quae S. Euflamum eo ipso loco vitam degisse ait. — (3) Videlicet, ut habet instrumentum gallico idiomate conscriptum : *Une clavicule droite, plusieurs vertèbres tant cervicales que dorsales, un os du métatarse, deux du métacarpe, une phalange de la main, une côte entière, plusieurs fragments de côtes, une portion du calcaneum, une partie de l'os occipital, un fragment de tête du tibia, enfin plusieurs portions osseuses dont la forme primitive est détruite, et tous ces os leur semblent* (medicis nempe) *très anciens, et appartenir au même sujet : rapport qu'ils ont affirmé véritable.* Sequuntur deinde subscriptiones testium : " J.-M. ROBERT, vicaire général; Jean MORICE, curé de Lanvollon ; Fr. RICHARD, desservant de Pommerit Jandy; Fr.-L. BRION, curé de Bourbriac; TRESVAUX, curé de la Roche-Derrien ; F. NAYROD, curé du Plestin ; J. DOLLO, desservant de Saint-Michel-en-Grève ; ELLÈS, curé de Lannion, vicaire-général; Ives-Efflam L'HOSTIS, desservant de Ploumilliau ; Jean QUEMPER, vicaire de Plestin ; — F. MORION, maire de Plestin; GUILLON et DESCOGNETS DE CORREC, adjoints; Yves LE MASSON, maire de Saint-Michel-en-Grève ... — N.-M. NAYROD et F. HAMEL, docteurs en médecine ; M. POLLARD, chirurgien ; et quatre maîtres maçons (*Les Vies des SS. de la Bretagne Armorique*, par Alb. LE GRAND, ed. 1901, p. 589-90). Inde corrigenda sunt quae de illa inventione rettulit Tresvaux, qui tamen inventioni interfuit (*Vie des SS. de Bretagne*, par Dom LOBINEAU, ed. TRESVAUX, t. I, p. 262, not.) et A. DE LA BORDERIE (*Annales de Bretagne*, t. VII, p. 311). — (4) Ibid., p. 590. — (5) *Plebs Gestini*, britannice *Plougestin*, seu contracte *Plestin*. — (6) A. DE BARTHÉLEMY, *Iconographie de quelques saints de Bretagne*, in REVUE DE L'ART CHRÉTIEN, t. II (1858), p. 304. Cf. A. LE GRAND, *Vie des SS. de Br.*, ed. 1901, p. 590, ubi dicitur monumentum istud opus esse saeculi XV aut XVI. Alia autem videtur inscriptio ab inscriptione quam legit A. de la Borderie in tabella iuxta monumentum appensa, exaratam, ut ait, *en caractères tout modernes* (*Annales de Bretagne*, t. VII, p. 310, not. 3). Haec, ut ipse recte notavit, secundum narrationem Alberti Le Grand videtur confecta. — (7) Num. 3 med. — (8) Saint-Michel-en-Grève. — (9) *Vies des SS. de Bret.*, ed. cit., p. 590. — (10) Nempe qui gallice appellantur Carnoët, Longuélan, Lescoët, Peldernec, Plestin, Morlaix (ibid.). — (11) *Annales de Bretagne*, t. VII, pp. 280, 281. — (12) Th. HERSART DE LA VILLEMARQUÉ, *Barzaz-Breiz*, ed. 4ª, t. II (1846), p. 421 ; inde *Vies des SS. de Br.* (1901), p. 588 ; cf. D.-L. MIORCEC DE KERDANET, *Notice sur S^te Honore de Lesneven* (Brest, 1853). F

VITA

A D

VITA S. EUFLAMI

Edita e codice Bibl. Nat. Paris. notato fr. 22321 et, partim (c. 1-4), e bibliothecae eiusdem codice lat. 1148 (cf. Comm. praev., num. 1). — Capitula numeris distinximus, non tamen eadem divisione quam statuit A. de la Borderie in sua editione. Voces latinas secundum scribendi rationem hodie a plerisque receptam expressimus.

Sancti Euflami confessoris.

S. Euflamus in Hibernia natus,

Lectio I. — 1. Beatus igitur Euflamus, natione Hiberniensis, patre rege natus fuit. Hunc dominus noster Iesus Christus, miseriae regionis finem volens imponere, nasci voluit, Hiberniensibus miseris ad Dominum iugiter clamantibus et veterum malorum metam cotidie exorantibus. Adhuc eo latente in visceribus matris, viri multi necnon et matronae de virtutibus eius, quae futurae erant, in visionibus multa videbant (1): unde illum, quem nondum noverant, potentem virum fore et firmam suis columnam, consilium B et tutorem patriae praedicabant. Omnes igitur populi, praecipue qui afflicti et fatigati in duris expeditionibus fuerant et adhuc sub dubia sorte duelli non minimum timebant, illum patrocinium regni futurum cum summo praestolabantur desiderio, utpote qui veniam [1] omnium malorum qui regionem illam invaserant funditus erat eradicaturus.

patriae suae, diro bello perturbatae, pacem attulit.

2. Regio illa multis urgebatur incommodis. Rex enim quidam collateralis (2) Hiberniae, suam cupiens magnificare potentiam, fortunae Hiberniensium invidens, eos innumeroso milite cinctus ex improviso aggressus est. Multos ex eis brutorum more animalium truncavit; pars duris traditur vinculis; multa mancipia [1] in cinerem redacta [2] occubuerunt. E contra Hibernienses quandoque viriliter resistebant, multumque cruoris utriusque gentis fundebatur. Iam mutuam cladem quoque atavi [3] inchoaverunt; et a nepotibus incrementa sumendo, ad tempus huius pueri in ritum [4] pervenit. Sed, Deo volente miseris nasci laetitiam puero tanto nascente, reges qui sibi imitabantur [5] morem antecessorum, antiquam finire discordiam statuerunt; et ut foedus C pacis staret inviolabile, praedictus regis Hiberniensium filius alterius regis filiae sponsus efficitur.

Aetate crescens, crescit et sanctitate.

3. Puer in pueritia scholis perfecte erudiebatur, prae ceteris doctrina proficiebat; apud omnes morum gratia fulgebat. Aetate crescente, animi virtus crescebat. Hic antequam sponsam thori faceret sociam, adulescens corpore sed mente senex, secum viriliter deliberavit quanta gloria virginitati debetur et quod proximam Christo sedem virgines coronati possideant; muliebrem devovit copulam, luxuriaeque faces penitus exstinguit. Carnem ieiuniis macerabat, aliis documenta dando; omnem luxuriam quasi nefas perhorruit; corpore, mente, manu, suo studuit servire Creatori. Corpus pudicitiae regebat arbitrio; ad virtutes sacrae mentis iugiter hiabat devotus. Manus, plurima pauperibus erogans, opus fructuosum saepissime perficiebat. Ita sibi sapienter consulebat.

Cum vitam monasticam procul a patria agere decrevisset, nuptias inire cogitur;

4. Tam salubre consilium, diu celatum, participibus aetatis et studii, quos in secretis admittebat, primo revelavit. Addidit etiam se, habitu regali deposito, opulentia patris neglecta, navigiis aequore praeterito, velle loca deserta et vastae solitudinis explorare procul, ut a patria remotus, oblitus patriae oblitusque suorum, illi quem gerebat in animo liberius vacaret. Consortes sanctum collaudant propositum, atque unanimiter precantur ut exsilio tam felici eorum dignetur habere consortium. Sanctus Euflamus iustis suorum assentit precibus. Sed dum iter pararent, pater suus Euflamum occupat in tantum [1] (3) sponsamque ei coniugem parat. Ductus patris reverentia, corde repugnans, non ore repugnat. Dies coniugii nominatur; conveniunt barones, regi celebri congaudentes laetitia; atria regis festivo resonant tumultu. Celebratis itaque de more nuptiis, Euflamus virgo cum virgine desponsata genialem adeunt thorum [2].

sed sponsam, ad virginitatem servandam ab ipso inductam,

Lectio II. — 5. Euflamus spiritu Domini repletus, accinctus lumbos pudicitia, non blanditiis veneris coniugem demulcet, non eam voce blanda et nequam ad ardorem veneris incitat, sed casto sermone Deum ex toto corde et ex tota anima exhortatur amare; exhortationibus preces adiungit supplices, ut sexum muliebrem non muliebriter tegere laboraret (4). In exemplum multas adducit virgines, quae, casto corpore et mente devota Domino servientes, bravium aeternae vitae feliciter meruerunt habere. Sic iste F coniux salutifer effecerat ut haec, quae modo virginitate privari volebat, virginitatem conservare intemeratam toto mentis affectu desideraret. Ex cuius responsione benigna, coniugis conversionem sancti viri cognovit prudentia. Sponsam tota nocte sponsus ad virtutem movebat, nec minus illa sponsum in virtutibus instruit, utpote quae, iam vas electionis facta, sancti Spiritus gratiam assumpserat. Nactus itaque vir Dei tempus opportunum, sanctum mentis propositum

1. — [1] *ita uterque cod.*
2. — [1] *leg.* municipia? — [2] *cod.* detracta. — [3] *cod.* actum. — [4] *ita codd.*? — [5] *cod.* mutabantur.
4. — [1] (in t.) *leg.* incautum? — [2] *hic desinit lat.* 1148.

(1) Satis notum est quam frequens huiusmodi locus communis occurrat in Vitis sanctorum, Britannorum praesertim et Hibernorum, sicut et qui leguntur inferius (c. 10) de aqua e petra excitata et (c. 11) de dracone occiso. — (2) Id est vicinae regionis? — (3) Hic locus ita difficilis est intellectu ut omnino credibile sit aliquas voces primaevae scriptionis culpa alicuius amanuensis excidisse. Coniecturam nostram confirmare videtur interpretatio quam loci praebet Albertus Le Grand: " Alors le Roy appellant „ son fils le Prince Efflam, luy declara les articles de la „ paix accordez avec ses adversaires „ (cf. supra, c. 2 extr.) " et comme il estoit conditionné qu'il épouseroit cette „ jeune Princesse; qu'il le convenoit ainsi pour le bien et „ repos des deux Royaumes. Le saint jeune homme fut „ fort surpris et douteux à se resoudre; toutefois, le tout „ bien et meurement considéré, quoy qu'il n'eust aucun „ desir de se marier, mais de vivre en perpetuelle conti- „ nence, toute fois, pour ne contrister son pere et tout le „ Royaume et n'enfraindre le traité de paix, il s'y accorda „ et promit l'espouser „ (*Vies des SS. de Bret.*, ed. 1901, p. 583). — (4) Id est, ni fallor, *ut non muliebriter*, sed forti animo, carnis incontinentiam coerceret. Cf. cap. seq. init.

sociae

A sociae suae ex ordine aperit. Illa vero audiens hoc valde stupuit, et res sibi altius in corde quam ipse putabat descendit. Et dum secum multa volvendo miraretur quid hoc esset et quorsum tenderet, ut erat tota nocte vigiliis gravata et curis languida, dormire coepit.

deserens, in Britanniam Minorem cum sociis nonnullis transmigrat.

6. Sanctus igitur, feminae diffidens fragilitati et incontinentiae, quoniam vas fictile est, et iam paenitens quod rem ei denudaverat, clam a thalamo regali egressus est et ad portum cito pervenit. Vir socios properantes[1] navigium invenit, ut eis die praeterita iniunxerat. Persuadente itaque aeris temperie et venti, cuius tunc copia, Deo dante, maxima erat, mare intraverunt; Deo duce et aura spirante prospera, Britanniam adeunt; ad saxum, quod Hyrglas a cultoribus illius provinciae nuncupatur (1), navem cum gaudio feliciter applicant.

Immanis belua, quae regionem illam infestabat, ubi lateret

7. Erat autem in litore illo antrum quoddam saxosum a saxo praedicto mille passibus differens, cuius profundum ab introitu novem constat cubitis; hiatus autem circiter duodecim ulnas in curvum dilatabatur. Sancti viri, a nave exeuntes, gaudentes quod terram adepti essent, dum in litore deambularent, situm et positiones locorum admirantes, et forte quoddam monstrum a silva exiens ad antrum praedictum gressus dirigens comperiunt. Quod mira calliditate vertens, verso gradu incedebat, ut vestigandi peritiam hac falsa incessione sequentibus adimeret. Quis enim hanc illi monstro inesse crederet astutiam? Sic multos deceperat; Arturi quoque fortissimi, qui eo tempore monstra in illis Britanniae partibus persequebatur (2), hoc modo multotiens devitaverat occursum. Sed tandem, Deo volente suos magnificare servos, beluae delusa est astutia perniciosae.

Arturo fortissimo militi indicat.

8. Nam forte Arturus, factis[1] eius totum intendens animum, eam ubique vestigabat. Dumque circum latebrosa perquireret saxa, sanctis in litore obviavit viris. Admiratur quod ausi essent in tam vastis et horribilibus habitare solitudinibus. Quaerit ab eis diligenter qui sint et unde. De quaesito illis docentibus, de spelunca etiam monstri illis indicantibus certificatur. Gratulatur Arturus de sanctorum adventu et toto corde laetatur de speluncae monstri demonstratione, C quoniam indignans sibi, tamquam a monstro victus, tristis multotiens discesserat, quod illud indagare non poterat.

Quae per totam diem ab hoc ipso impugnata sed non devicta,

9. Armatur ergo clava trinodi; clipeo, quem pellis tegebat leonis, animosum defendit pectus; deinde publicum hostem, solus pro omnibus pugnans, viriliter invasit. Contra, horribile monstrum se suis protegit armis; immo primum in Arturum facit incursum, indignans quod ab uno impeteretur homine, cum saepe multos victor populos superasset. Impetum ergo collecto robore faciens, Arturi validum ferit clipeum, quem leviter unguibus perforat acutis. Quid mirum? Lapidis enim duritia, ut locus ille plagas in se gerens testimonium perhibet, illorum cederet acumini. Arturus, reducto corpore, sine vulnere mansit, et magis commotus in iram, acerrime percutit hostem. Moenia tanto dirueret ictu; sed hostis, duritia pellis defensus, non letalem accipit ictum. Dolor tamen ictus validior descendit ad imum. Per totam hoc modo pugnavit diem; adhuc serpens sine letali manebat vulnere.

postridie, aqua interea sancti oratione e saxo elicita,

Lectio III. — **10.** Arturus, ut noctem sensit adesse, certamen in crastinum differt. Ad sanctos viros lassus labore et aestu languidus revertitur. Fauces eius siti arebant valida, quaerit aquam a viris. Euflamus respondet pro omnibus unus: " Domine, non habemus aquam, similiter et nos „ ea indigemus. Superest ergo ut Dominum nos„ trum eam postulemus. „ Laudat Arturus iustum boni viri consilium. Flexis genibus, omnes prosternuntur in terra. Euflamus a toto corpore prostratus, vox omnium sociorum, orat dicens: " Deus, cuius potestas immutabilis cuncta sine „ praeiacenti materia creavit, et cui universa res, E „ quaeque secundum suam proprietatem, deser„ vit, ad cuius iussum omnia suam mutant qua„ litatem, ut quae dura sunt defluant mollia et „ quae sunt aspera fiant plana, declara virtutem „ tuam super nos, et quemadmodum in deserto „ aquam manare de petra, sitiente populo, „ iussisti et famulo tuo Moyse orante, sic, Do„ mine, in multitudine misericordiae tuae digne„ ris aquam nobis infundere, quoniam apud te „ nulla est impossibilitas, annuente domino nostro „ Iesu Christo, qui tecum vivit et regnat in uni„ tate Spiritus sancti Deus per infinita saecula „ saeculorum. Amen. „ Oratione completa, rupem eminentem ascendit <per> quam, facto sanctae crucis signaculo, silice percussa, aqua copiose prorupit in aera. Quem laticem cum vir sitibundus gratias agens libasset, ante sancti Euflami pedes pronus corruit: novit enim virtutem Dei esse in illo; supplicibus ergo precibus expostulat ut manus imponendo ei dignetur benedicere et in orationibus suis pro eo ad Deum orare, utpote qui saepe pro gentis liberatione multa vitae discrimina dubius subire solebat. Euflamus, vir Dei, benedicens ei munus promittit F orationum.

ad precem eiusdem S. Euflami mari absorpta est.

Lectio IV. — **11.** Discedit Arturus laetabundus, siti fugata, viribus haustu divino reparatis, sancta benedictione munitus, docto sermone conditus. Confidensque de sancti viri virtute, certamen cum monstro eius reliquit arbitrio. Athleta igitur Christi, armis fidei munitus, monstrum immane iubet prodire, utque fidem sociorum confirmet, voce sic affatur aperta: " Domine Iesu „ Christe, qui discipulis tuis tantam dedisti poten„ tiam ut ligare atque solvere valeant quaecum„ que voluerint, de quibus etiam dixisti: *Fugam*

6. — [1] *leg.* praeparantes?

8. — [1] *cod.* sanctis.

(1) Ad occidentem vici Sancti Michaelis in Litore (Saint-Michel-en-Grève, dép. Côtes-du-Nord) extenditur in modum arcus alte inflexa plaga arenosa, quae mari alluitur, quaeque ex ipsa amplitudine *Leuca litoris* (la Lieue de grève) appellata est. In huius plagae ora extrema, inter occidentem et meridiem, visitur ingens et aspectu haud inelegans saxum quod britannico idiomate vocatur *Roch-Hirglas* (id est *Rupes longa cerulea*), recentius autem, vocabulo sensim corrupto, *Roc'hallas*, *Roc'h-Querlas*, *Roc'h-Ellas*. Locus ille *Hyrglas* legitur in charta donationis factae monasterio Sancti Michaelis in Periculo Maris ab Hugone episcopo Trecorensi anno 1086 (MORICE, *Preuves de l'Hist. de Bret.*, I, 460). Ita A. DE LA BORDERIE, *Annales de Bretagne*, tom. VII, p. 285, not. 1. Apud hoc saxum constructum est sacellum quod hodieque Oratorium Sancti Euflami (Saint-Efflam-en-Grève) appellatur et monstratur fons quem e saxo elicuisse traditur sanctus (cf. infra, c. 10) et *Toul-Efflam*, id est Puteum Euflami, vocant (A. DE LA BORDERIE, ibid., p. 303). — (2) Quae de Arturo narrantur apud Nennium et apud Galfridum Monumetensem, omnia gesta referuntur in Britannia Maiore, nec aliud videtur documentum quod ad nos pervenerit et ubi de rebus gestis ab illo in Britannia Minore sermo sit, praeter hanc Vitam Euflami (A. DE LA BORDERIE, t. c., p. 307).

daemoniis

VITA Marc. 16, 17, 18.

„ *daemoniis imperabunt, serpentes tollent,* huic „ serpenti impera discessum, ut haec regio a tam „ pestifera pernicie liberata et laudes tibi et „ gratias libere referre valeat, qui cum Patre et „ Spiritu sancto vivis et regnas per infinita sae„ culorum saecula. „ Et cum respondissent : “ Amen „, monstrum, supra silicem erectum, oculos partes circumtulit in omnes et clamorem magnum gemitu miserabili permixtum emisit, cuius horrore etiam loca tremuerunt remota. Deinde, submisso capite, ore singultienti et naribus vomitum protulit sanguineum; illius loci saxa in testimonium huius miraculi adhuc tamquam recenti sanguine rubere videntur (1). Deinde, videntibus sanctis, ad mare descendens, altum tendens in pelagus, non rediturus abivit. His duobus miraculis Deus famulum suum Euflamum in principio exsilii sui magnificare voluit, ut de gratia sua confideret, qui patrem et matrem dereliquerat, qui omnibus quae possidebat abrenuntiaverat, ut eum iuste sequeretur; qui pro patria elegit exsilium et pro summis palatiis imas telluris cavernas [1], pro purpura, pro bysso incul- B tum et simplicem pannum.

Monasterium prope locum quo appulerat,

12. Fugato itaque monstro, sancti viri per loca litori contermina securius gradiuntur. Quo magis a litore discedunt, magis terrae illius facie capiuntur amoena. Locorum positiones dictis collaudant alternis, dumque mirantes huc illuc agmine coniuncto incedunt, in quandam incidunt cellulam non multum a litore remotam, quae lingua Britannorum *Donguel* nuncupatur et ab antiquis aedificata, ut operis materies et qualitas etiam nunc declarat (2). Unde gratias Deo dederunt, et multo laetiores quam si aliqui terrenis inhiantes, regnum quaerentes, regiam paratam aulam adepti essent, lucescente aurora crastina, post completa officia cum foras egressi essent, huc illuc ambulantes, amoenitate rerum tacti, et forte in gramineum incidunt rivulum. Qui circa euntes, ad fontem perveniunt qui ad imum perlucidas undas cum laeto murmure ducebat. Hic placuit viris Dei deponere sitim; deinde ad cellulam cum gaudio revertentes, super mensam quandam refectionem sibi paratam et angelum iuxta sedentem invenerunt. Exterriti autem prae nimio fulgore, retrocedebant. Quibus angelus ait : “ Viri D „ fortes, nolite timere. Sumite cibum a Deo patre „ vestro missum de supernis, qui me misit ad „ vos, ut vobis in exsilio solacium exhiberem. „ Consolatis itaque ipsis, angelus recessit. Illi vero, gratias agentes Deo, refectione divina sacra solvunt ieiunia. Statim Spiritus sancti gratia in cordibus illorum diffusa est, et futurorum praescii spiritum hauserunt.

sociis tamen separatas cellulas occupantibus, constituit.

Lectio V. — 13. Refectione itaque tam salubri refici statuerunt in prima et tertia et sexta feria, secundum quod solebant solvere ieiunia. O quam ineffabilis erat ipsa refectio! Tamen his a Deo parabatur diebus ad horam. Haec refectio docuit viros Dei, sed placidum et sollemnem (3). Non ergo ulterius processerunt, sed secundum Dei voluntatem ibi insistentes religioni remanserunt. Postea, ut divinae contemplationi liberius vacarent [1], decreverunt ut quisque proprium haberet secessum. Sic itaque discedentes in collaterales partes, sanctum solum Euflamum in domum sibi dilectam relinquunt, et in adiacentibus ei plagis habitacula sibi praeparaverunt, E unde in festivis diebus ad eum conveniebant et ad tempus refectionis (4).

Honora, sancti coniux, corio inclusa, mari transvehitur

14. Interea, consors lecti intemerati, Honora nomine, volens pudicitiae et religionis pariter esse socia, nocte dieque anxia vexabatur, cogitans secum qualiter sequi posset quem nulla sibi praevisa < terra > [1] nec certus teneret locus. Tandem, tacta [2] novo consilio, veste regali procul abiecta, clam, nullo comite, ad portum prope perrexit et cuidam viro supra portum habitanti sibique noto [3] cordis propositum aperit. Coegit itaque ipsum, tam prece quam pretio, ut ad suum novum opus de corio pararet navigium. Parat ille ut illa praeceperat. Quae cum dixisset : “ In manus tuas, Domine, commendo animam „ meam et corpus meum, ut tu, Domine, custo„ dias et dirigas in vias rectas, „ in frontem impresso crucis signaculo, corio se circumdedit parato et sic confidens in Domino, vitam pelagi committit fluctibus. Sed Deo duce, tertia luce sub civitate quae est supra Leguer (5), integro adhuc corio, sana et incolumis applicavit. Claustrum quoddam, quod ex quadris lapidibus sub

C **11.** — [1] *cod.* catervas.
13. — [1] *cod.* vacare.

14. — [1] *vox per coniecturam suppleta; om. cod.* — [2] *cod.* tanta. — [3] *cod.* voto. F

(1) Scilicet eo loco visitur saxum quod vulgo appellatur ***Roch-Ru***, id est Saxum rubrum (ibid., p. 287, not. 2). — (2) Quis sit locus ille qui, tempore quo Vita scripta est, ruderibus antiqui alicuius monumenti erat insignis, iam definiri nequit (ibid., p. 302-303). — (3) Rursus hic aliqua verba primaevae scriptionis excidisse vel adulterata fuisse videntur. Locum ita interpretatus est Albertus Le Grand : “ Ils... se résolurent doresnavant de jeusner tous les „ lundys, mercredys et vendredys; laquelle institution „ Dieu confirma par un grand miracle, lequel continua „ pendant le cours de leur vie, qui fut que, les dimanches, „ mardys, jeudys et samedys, leur repas était miraculeuse„ ment apprêté par le ministère d'un Ange, et les autres „ jours point. Toutes ces faveurs qu'ils recevoient du Ciel, „ leur firent connoistre que Dieu avoit agreable qu'ils „ demeurassent en ce lieu „ (***Vies des SS. de Bret.***, ed. 1901, p. 585). — (4) De illa forma monasteriorum apud antiquos Hibernos et Britones videsis Georg. PETRIE, ***The ecclesiastical architecture of Ireland anterior to the Anglo-Norman invasion, comprising an essay on... the round towers of Ireland***, 2ᵉ ed. (Dublin, 1845), p. 125 sqq. Hoc loco vestigium aliquod antiquae traditionis vel scriptionis, quam scriptor Vitae S. Euflami secutus sit, reperire sibi videbatur A. DE LA BORDERIE (t. c., p. 302; cf. ***Hist. de Bretagne***, eodem auctore, t. I, p. 507-11), quod nimirum forma illa monasteriorum, frequens quidem et usitata apud Britones et Scotos seu Hibernos usque ad saeculum VII, postea vero mox aliena fuit a monasticis moribus, et certe saeculo XII iam prorsus ignota. Sed quamquam ipse ille ritus iam exoleverat, poterat tamen saeculo XII et etiam serius exstare eius memoria, cum praesertim in Vitis sanctorum non paucis, quae auctori nostro ignotae fuisse censendae non sunt, illius mentio occurrat (v. g. in Vita S. Columbae auctore Adamnano). Itaque nimis audacter pronuntiatum a praedicto scriptore existimaverim : “ Ce passage, lui seul, suffit à „ authentiquer l'histoire d'Efflam, dans le fond restreint, „ essentiel, à quoi elle doit être réduite „ (***Ann. de Bret.***, t. c., p, 302). — (5) De hoc loco iuvat exscribere quae notavit A. DE LA BORDERIE (t. c., p. 289, not. 6) : “ Il s'agit ici de „ l'établissement gallo-romain, dont on voit encore les „ ruines à l'embouchure du Leguer, près du village du „ Gaudet (commune de Floulec'h, canton et arrondisse„ ment de Lannion, Côtes-du-Nord), et qui était une forte„ resse plutôt qu'une ville. Aussi, à l'époque romaine et „ aux premiers siècles du moyen-âge, l'appelait-on seule„ ment *castellum*, comme le prouve la plus ancienne Vie „ de saint Tudual, et le pays environnant se nommait „ ***Pagus Castelli*** (le Pays du Château, en breton ***Pou „ Castel, Pougastel, Pouhastel***... Voir ce que nous avons „ dit [de cet établissement romain] dans ***les Trois Vies „ anciennes de S. Tudual***, p. 65-69, et la description des „ ruines antiques du Yaudet en 1788 par “ un prêtre Tré„ gorois „ publiée par nous dans nos ***Études historiques „ bretonnes***, 1ʳᵉ série (1884), notamment p. 5-7. „

civitate

A civitate in mari compositum fuerat, hanc veniente mari recepit, sed recedente retinuit in sicco relictam litore (1).

ad locum ubi ipse residebat, et

15. Mane igitur facto, custos claustri illius, ad claustrum veniens ut solitam caperet praedam, nam singulis diebus piscium quoddam genus solitus erat illic invenire, hoc solum depositum invenit. Quod primo abhorrens, quia numquam tale reperierat, ut tamen corium esse[1] comperit, spe ductus rei latentis, accessit, accepit, et deferens clam sub pallio in secreta parte domus collocavit. Cumque sedulitate negotii compulsus festinare vellet ad cetera, ecce vocem audivit subito; sed nesciens unde vel quis proferret, mirando stupuit. Dum stupet, ecce corium, Deo volente, dissolvitur, virgo sermocinans[2] ei stupefacto apparuit. Qua visa, homini illi stupor superadditur stupori. Sed tandem blanda voce illius confortatus, ad priorem statum mentis revocatus, coepit sciscitari ab illa quare corio sic conclusa fuisset, et modum huius navigii, et unde genus duceret, et quorsum ire pararet. Quibus ita sibi cognitis, conversionem sancti viri ei indicavit, B quoniam opera eius adeo pullulabant ut de illis sermo per totam iam haberetur Britanniam.

e manibus cuiusdam viri eam persequentis

Lectio VI. — 16. Tyrannus vero praefatae civitatis, quae prope claustrum sita erat, quaesivit quid, illo die quo virgo reperta fuerat, in claustrum foret repertum. Nam, ut diximus, singulis diebus quid piscium ibi reperiebatur. Cui cum nunciatum esset nihil contra morem ibi deprehensum, iratus se a custode claustri deceptum[1], turbata mente ad domum ipsius properavit, et saevam in ipsum exercens tyrannidem, rei veritatem fateri coegit. Qua cognita, virginem, quae iam monstrato itinere ad sanctum propere tendebat Euflamum, vestigia colligendo, velociter insequitur sonipede, et iamiam comprehendere putans totas remittit habenas; sed frustra sequitur, frustra sequendo saevit; nam virgo facili gradu, Deo annuente, praecedens, ocior sequente fugiebat.

per prodigium erepta,

17. Ille, licet requiem sibi et equo furibundo negaret, tum quadam segnitia desuper immissa tardatus, nequaquam assequi poterat. Iam virgo sancti Euflami habitaculum nacta, suo timori invenerat asylum. Insequens hostis, cum iam illa C intrare pararet, dexteram extendit ut eam comprehenderet et sinistram praetendit liminari. Haec ut erat extenta diriguit, illa liminari adhaesit. Sic ita[1] haerens et iam nequitiae paenitens, preces fundendo flebiles miser clamavit et auxilium a sancto viro coepit implorare. Sanctus vero Euflamus, non immemor illius sancti Evangelii Ezech. 33, 11. ubi Dominus ait : *Nolo mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat,* accedens tetigit eum et manus in proprios usus reformavit, et eum in Christi nomine sui compotem constituit. Tunc ille, caelesti verbere domitus, iam cognoscere incipiens quid sibi contigerat et quantum Deo displicuerat, satisfactionem agens, pronus in terra ante pedes sancti viri corruit, et veniam postulans, in emendationem commissorum praedia sancto restituit, et totum suum redditum in praesenti provincia ei concessit. Et accepta benedictione, laetus ad propria recessit.

VITA

iuxta cellulam S. Euflami aliquamdiu remanere eiusque colloquiis, non aspectu, frui permissa, deinde in Cornubia monasterio virginum praefecta, ibi sanctitate insignis vivit usque ad obitum.

Lectio VII. — 18. Sanctus vero Euflamus, cum modum itineris et causam suae consortis cognovisset, gratias agens Deo optimo eius proposito vehementer gratulabatur, et in honestate religionis, in divinis mysteriis, non parvam fecit habere discretionem. Simul ita aliquamdiu munde et caste vixerunt; sed sanctus, tamquam delectatio nimia esset, hanc castigavit licentiam. Nam consorti suae corporis sui prohibuit aspectum; sed ne muliebris animus, ut fragilis est, suo privatus solatio custode careat[1] fideli, suo salubri colloquio ad consolationem frui concessit. Gaudet haec hac corporis divisione, quae coniuncta erat cum unione et amore socii spiritaliter ducta. Basilicam sibi iuxta socium cum auxilio fratrum adiacentium breviter construxit. Veniens ergo cotidie in horis diei ad complenda mysteria, stabat foris iuxta parietem, et parum ad horam cum famulo Dei loquens de instructione vitae, non eo viso, ad proprium revertebatur domi- E cilium. Post multum vero temporis, recedens inde ad Cornubiam, volens ibi manere, famulas Deo acquisivit, cum quibus basilicam constituit et stadio huius vitae ibi decurso, bravio perenni meruit donari. Ibi memoria eius cotidie agitur, et sollemni laetitia festum eius celebratur (2). Sanctus vero in loco sibi complacito Deo devote serviens, femineo sexui numquam postea domum suam intrare concessit, sed corpus suum castigando, orationibus instando, sibi et aliis fructum faciebat oculorum[2].

Ad cellulam S. Euflami accedit, qui eam antea incoluerat, S. Gestinus,

19. Dum sic caelestis pater in terris caelibem duceret vitam, ecce vir Dei, Iestinus nomine, sancti Petri apostoli et aliorum apostolorum domibus rediens peregrinus, plenus virtutibus, adest. Qui cum lassitudine tanti itineris fatigatus vellet respirare, ad habitaculum sancti Euflami, in quo prior habitaverat et a quo suum iter acceperat, gradum dirigit. Sed ut sanctum vidit Euflamum, sic eum in spiritu socialiter coepit alloqui : " O iuvenis magnae pietatis, dilecte Deo „ et angelis, non adeo praesenti dignus hospitio „ quantum caelesti palatio desideratus, non „ invisus, non ingratus huc hospes adfuisti. F „ Haec domus, quondam nostra, tua est eritque „ tua in futurum, et a nomine tuo haec provincia „ nomen accipiens, tibi per multas serviet gentes. „ Haec etiam tota provincia se tibi suamque „ debebit opulentiam.

eamque, approbante oraculo divino, possidendam S. Euflamo concedit.

Lection VIII. — 20. " O quam felices sunt „ parentes, qui tantum sibi ediderunt filium, „ regni caelestis heredem! In te quippe, in te „ benedicentur illi. Non enim parvam gratiam „ tibi contulit Dominus, quod beatitudo loci et „ conversatio vitae multis ostendit augmentis. „ Haec et his similia illo dicente, hospes benignus placidis insequitur verbis : " O pater immensae „ auctoritatis, Deus tibi sit propitius et tuorum „ retributor laborum largus assistat. Aequum „ quippe est me tibi parere et tuo acquiescere

15. — [1] *om. cod.* — [2] *cod.* salmocinans.
16. — [1] [putans] *add. ed.*

17. — [1] *leg.* itaque?
18. — [1] *cod.* non careat. — [2] *ita cod.?*

(1) Hanc fabulam ortam censet A. de la Borderie (l. c., p. 306-307), ex traditione de structura navigiorum quibus utebantur antiqui Britones, quos nempe referebat Plinius *vitilibus navigiis corio consutis navigare,* et similiter Solinus, Avienus et Gildas Sapiens (cf. ibid., p. 290. not. 2). Veri quidem similem hanc fabulae originem libenter crediderim; sed non videtur concludendum quod innuit de la Borderie, aliquam auctoritatem inde accedere Vitae S. Euflami; nam huiusmodi populares traditiones fabulosae passim multis saeculis perseverant. — (2) Cf. Comm. praev., num. 9.

consilio.

VITA

„ consilio. Non est impar, ut arbitror, me tuae „ aetati cedere, quoniam itineris labore debilita- „ tum, rerum vicissitudinibus fatigatum video. „ Quid plura? Cetera si desint, sors prior me „ iure recedere coegit et hunc locum tibi prius „ possessum tecum relinquere. „ Contendentibus itaque illis sic inter se, dum uterque utrique vellet cedere, ecce divina consolatio litem dividit amicam, sic dicens: " Haec altercatio in conspectu „ Domini iucunda sic dissolvetur: Dominus hanc „ domum sancto dedicavit Euflamo, eique semper „ habendam concessit. Haec autem provincia „ nomen suum a tuo contrahet nomine, sancte „ Gestine, et ita communis erit vobis honor, et „ memoriam utriusque geret hic locus. „ Sic itaque a nomine Iestini *Plestina* vocatur pagus. Iestinus ad quandam silvam eidem loco vicinam conversationem habuit sanctissimam, atque locum ita sua consecravit praesentia <ut> usque in hodiernum diem talia declarentur ibi miracula, quod nemo audeat etiam ramalia illius silvae, quae super terram putrescunt, colligere, necdum frangere vel truncum secare.

De S. Euflami sancta vita, pia morte et sepultura.

21. Virtutes vero sancti Euflami magnificas in suo loco et praeclara studia et sanctam conversationem quis explicare poterit? Ab uberibus matris suae Deo patri suo placuit, in virtutibus de die in diem magis ac magis profecit. Cursu non intermisso mundum virtuose percurrens, animam Deo denique reddidit acceptabilem et mundam. Corpus vero a sanctis fratribus qui ad eius convenerant obitum in loco a Deo sibi concesso depositum est, utque honorifice posset ibi custodiri, cellula quaedam superaedificata est. Hic longo tempore pretiosum corpus requievit absconditum in corpore terrae; cursu temporis labente, paene memoria eius de terris ablata est.

Huius sepulturae locus multo post tempore pio cuidam viro

Lectio IX. — 22. Credimus nonnullos illo habitasse loco, qui locum non noverunt tam sanctum habere depositum; sed divina iubente gratia, thesaurus diu celatus, tandem repertus, humanum patuit ad usum. Quodam enim tempore christicola quidam, devotione plenus, in orationibus vigil, vigiliis, fame, siti, frigore domans carnis illecebras, beati Euflami, quamvis nescius, verus successor et heres, huius loci sanctus

C

exstitit habitator. Hic duxerat in consuetudinem singulis hebdomadis, certo tamen die, sabbato scilicet, cellulam beati Euflami attentissime mundare. Quodam ergo die, dum huic honesto et solito intendens operi, quadam parte telluris recentis guttas sanguinis videret repente prodire, viso sanguine, stupore percussus vehementi, toto diu diriguit corpore. D

revelatur, et sancti corpus honorifice extollitur;

23. Sed postquam, pulso stupore, demum rediit discretio mentis, sollicite deliberat unde sanguis ille duceret originem aut quid significabat. Quid vellet significare cogitat, deficit cogitando. Quandoque impetus est illi scrutari viscera terrae, sed tamen admiratione prohibetur. Demum, accepto consilio, adiit episcopum, visa refert in ordine. Miratur auditis episcopus, habet consilium, viros peritos et magnae religionis convocat in unum. Duce praedicto christicola, sancti Euflami adeunt locum. Hi, consilio sapientum, cum summa devotione fusis orationibus ad Dominum, ieiuniis triduo celebratis, terram effoderunt, sanctum corpus invenerunt, et litteris secum inventis (1), crebris quoque miraculis dignoscitur. E

eiusque memoria, accedentibus miraculis,

24. Deus, cuius benigna voluntate reliquiae sui confessoris repertae patuerunt, suum confessorem miraculorum dignitate praeclara in terris mirificare dignatus est. Oculi caecorum aperti sunt et vident; qui febre vexabantur anhela, salubri fruuntur refrigerio; a daemonibus possessi, fugato daemonio, in validam restaurantur salutem. Inopes gressus, reddito sibi pedum officio, in beato Euflamo Deum una voce collaudant. Multa morborum genera, interveniente beato Euflamo, laudabiliter curantur.

apud Britanniae plebem celebratur.

25. Agnito corpore, visis miraculis, pontifex cum universitate cleri, oris una voce, una cordis devotione, Dei iucundas erumpunt in laudes. Rex cum suis principibus, qui ad inventionem tam sacri corporis advenerat, gaudens gaudio magno valde, sanctum dignis honorat donis; agros longe lateque diffusos sancto Euflamo libere concessit habendos. Universus populus Britanniae, videns se morborum verum invenisse curatorem, gratias agit summo Altitonanti medico, cui sit laus, honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

F

(1) Haec verba ita interpretatur Lobineau (*Vies des saints de Bretagne*, ed. Tresvaux, t. I, p. 263), quasi significaret scriptor Vitae hanc cum ipso corpore inventam fuisse. Sed ut haec (*litteris secum inventis*) vere diceret scriptor noster, satis fuit ut in sarcophago seu loculo, quo corpus continebatur, vel iuxta illud, aliqua brevis inscriptio legeretur (ita recte A. de la Borderie, *Ann. de Bret.*, t. VII, p. 294, not. 1).

DE

A D

DE SANCTO LEONARDO

CONFESSORE NOBILIACENSI

COMMENTARIUS PRAEVIUS

SAECULO VI ? A. P.

§ 1. De historia S. Leonardi.

Sancti inde a saeculo XI celebratissimi

1. *Quod in quibusdam sanctis saepe observatum est, ut quam illustri honorarentur cultu sive ecclesiastico sive populari, tam obscura esset rerum ab ipsis gestarum historia, id in S. Leonardum nescio an magis quam in plerosque alios cadere dicendum sit. Celeberrimum siquidem nomen illius fuisse tum plurima Vitae ipsius exemplaria, quae in multis* B *bibliothecis manu scripta servantur, tum praesertim innumerae aedes sacrae in tota occidentali Europa ipsi dicatae satis superque demonstrant. Verum qui saeculo VI vixisse fertur, vix ante saeculum XI latiore fama gaudere coepit. Tacent enim de ipso martyrologia antiqua omnia, in exemplaribus autem quibusdam interpolatis Bedae-Flori, Adonis, Usuardi, Wandalberti vix saeculo X* (1), *aliquotiens saeculo XI, saepius autem postea insertum est ipsius nomen, quod in recentioribus martyrologiis vel kalendariis frequenter comparet* (2). *Videtur ergo ante saeculum XI vix cognitus fuisse Leonardus extra vicum illum pagi Lemovicini, qui olim Nobiliacus dictus esse fertur, postea autem a sancto viro, cuius corpus ibi quiescebat, Sancti Leonardi nomen accepit et adhuc retinet* (*Saint-Léonard, dép. Haute-Vienne, arr. Limoges*).

Vita non ante an. 1021-1028

2. *Ibi S. Leonardum miraculis claruisse primus omnium rettulit Ademarus Cabannensis :* Ea tempestate (*hoc est circa an. 1017, eo ipso tempore quo sollemni pompa delatae sunt reliquiae S. Leonardi Angeriacum, ut novimus ex libro I miraculorum, cap. 6*) sanctus Leonardus confessor in Lemovicino et sanctus Antoninus martyr in Cadurcino miraculis coruscabant, et undique C populi eo confluebant (3). *Sera autem sancti fama brevi immensum in modum crevit, procurante praesertim, ut conicere est, Iordano magnae nobilitatis et simplicitatis viro, qui hoc ipso in tempore, anno 1021, ex praeposito ecclesiae Sancti Leonardi electus est episcopus Lemovicensis* (4). *Is certe, cum de sancti domestici gestis parum doctus esset, etiam exteros enixis precibus adiit, ut libellum de ipsius vita, si quem haberent vel reperirent, ad se mitterent. Ita scribebat, illo iubente, Hildegarius Carnotensis, tunc temporis scholasticus Pictavensis* (5), *ad magistrum suum Fulbertum Carnotensem episcopum* (*† 1028*): Iordanus etiam E Lemovicensis episcopus, cui olim suffragium praestitisti apud archiepiscopum Bituricensem, plurima te salute impertiens, rogat suppliciter, ut mittas ei Vitam sancti Leonardi in episcopatu suo quiescentis, ut aiunt; sicubi reperire poteris, pulchre dicas hoc feneratum esse (6). *Ex quo loco recte colligit v. cl. Bruno Krusch* (7) *huiusmodi Vitam in bibliothecis neque ecclesiae Lemovicinae neque Sancti Leonardi annis 1021-1028 asservatam fuisse, atque veri non dissimile existimat eam tunc omnino non exstitisse. Idem censuerunt viri docti, qui hac de re scripserunt, tantum non omnes* (8), *inter quos Rivet* (9) *et v. cl. G. Kurth* (10).

neque tamen multo post an. 1030 composita,

3. *Quid responderit Fulbertus, memoriae non est traditum. Opinamur autem sua spe frustratum Iordanum curavisse* (11) *ut Vita S. Leonardi scriberetur* (BHL. *4862*), *quae ad nos pervenit in codicibus bene multis, ex quibus tamen nullus saeculo XI est antiquior* (12), *pauci in priore parte eiusdem saeculi exarati videntur, multi saec. XI/XII et saec. XII sunt descripti. Neque enim audiendus est vir b. m. F. Arbellot, qui Vitam istam saec. VII vel VIII compositam esse volebat* (13), *ea sola allata ratione, quod scriptor Vitae in ultimo capite testatur* F *in ecclesia, quam Leonardus construxerat et in qua corpus ipsius sepultum est* (*vel sepultum fuerat*), *divina fieri miracula ; cum vero tempore*

(1) Duo dumtaxat allata sunt, id est exemplar Bedae-Flori B (*Act. SS.*, Mart. t. II, p. XXXVIII), quod " saeculo fere X " scriptum censuerunt (ibid., Nov. t. II, 1, p. [XXIV]), et exemplar item interpolatum Wandalberti ab L. F. I. de la Barre editum (L. d'ACHERY, *Spicilegium*, 2ª ed., t. II, p. 55; *P. L.*, t. CXXI, col. 617), quod saec. X exaratum est (cf. *MG.*, Poet. lat. t. II, p. 568, cod. Paris, 5251). Verum in exemplari B Bedae-Flori, id est in codice Barberiniano lat. 646 (prius XIV. 19), qui saec. X/XI exaratus est, ad diem 6 novembris nomen *Leonardi* manu multo recentiore inscriptum est. — (2) Et quidem vix non ubique ad d. 6 novembris, ad quem etiam laudatus est in Martyrologio Romano. — (3) ADEMARUS, *Hist.* II, 56 (*MG.*, Scr. t. IV, p. 142). Idem in sermone quodam de translatione S. Martialis (cf. ARBELLOT, *Vie de S. Léonard*, Paris, 1863, p. 117, annot. 1), refert anno 832, dum fiebat Lemovicis dedicatio ecclesiae Sancti Salvatoris, visione nocturna monitos esse quosdam *ut dicerent episcopo Lemovicensi : " Alia sanctorum corpora de diversis Aquitaniae locis in templi dominici dedicatione... allata sunt; et cur beati Leonardi e vicino non iussisti ibidem corpus afferri ?* " Quae, ut vera esse possunt, nequaquam tamen certa dixerim, cum neque magna sit Ademari fides, et a rebus, quas hoc loco refert, plus 160 annorum spatio esset remotus. — (4) ADEMARUS, *Hist.* II, 57 (*MG.*, l. c.). — (5) Cf. B. HAURÉAU, in *Mémoires de l'Institut national de France*, Académie des inscriptions, t. XXXI, 2 (1884), p. 64-77. — (6) *P. L.*, t. CXLI, col. 273. — (7) *MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 394. — (8) Aliter ARBELLOT, *Vie de S. Léonard*, p. 240-42, inanibus argumentis nisus. Oroux autem (*Histoire de la vie ... de S. Léonard*, Paris, 1760, pp. IX-XI, XVI-XIX), etsi Vitam *BHL.* 4862 saec. XI conscriptam esse fatetur, antiquiorem tamen Vitam aliquam exstitisse levibus rationibus sibi probavit. — (9) *Histoire littéraire de la France*, t. VII, p. 339-40. — (10) *Clovis* (Tours, 1896), p. 604-605; 2ª ed. (Paris, 1901), t. II, p. 259. — (11) Quod commenti sunt aliqui, Vitam ab ipso Iordano esse compositam (ita v. gr. OROUX, op. c., p. XVI), id nulla ratione vel suadetur. Contra probabilius, etsi non certo, Vitam ante concilium Lemovicense anni 1031 scriptam esse inde collegerunt, quod in ipsa S. Martialis solo nomine *pontificis*, non vero *apostoli* cohonestatus est (cf. OROUX, p. X; ARBELLOT, p. 240). — (12) Codicem Casinensem 117 saec. XI/XII exaratum esse, non vero " ineunte saec. XI vel etiam saec. X desinente " (*Bibliotheca Casinensis*, t. III, p. 59), ductus litterarum (vid. earundem specimen ibid., ad p. 54) satis ostendunt. — (13) Op. c., p. 32, p. 48 annot. 3; p. 55 annot. 2; pp. 115-16, 239-42.

AUCTORE A. P.

Ludovici Pii imperatoris translatum sit corpus illud sanctum ex hac ecclesia in alias amplioresque aedes, inde colligunt Arbellot et qui ipsum secuti sunt, Vitam saltem ante Ludovici Pii aetatem esse compositam. In quo prorsus errasse videntur. In primo enim capite libelli de miraculis S. Leonardi (BHL. *4863*), *quo solo antiquo monumento narrata est translatio illa in novam ecclesiam, nequaquam tempus factae translationis indicatum est; quod autem tempore Ludovici Pii contigerit, id coniectura quadam, nullo autem documento certo sunt assecuti* (1). *Immo ea, quae nunc in vico Sancti Leonardi superest ecclesia, non saeculo IX, verum ipso saeculo XI aedificari coepta est* (2). *Sed et saeculi XI esse dicuntur tum pars, quae superest, sarcophagi marmorei quo sancti Leonardi corpus claudebatur* (3), *tum antiquissimus, qui inventus est, titulus arcae reliquiarum inscriptus* (4):

† HIC REQUIESCIT CINEREM S͞CI
LEONARDI C(O)NFESSOR D͞NI †

B *Atque certe haud aegre crediderimus ipso hoc tempore, quo S. Leonardus miraculis magis coruscare coepit, et pulchriores ecclesiae aedes exstructas esse, et reliquiarum sancti patroni factam esse elevationem sive translationem. Hanc autem primam fuisse sancti corporis translationem, non est cur aut affirmem aut negem.*

addito libro primo miraculorum,

4. *Porro non tantum caput illud primum* (BHL. *4863*), *sed totus liber de miraculis* (BHL. *4863-4871*) *ab eodem conscriptus est, qui Vitam composuit; quod ex stili similitudine, maxime vero ex sermone rhythmico, qui utrimque eodem modo est observatus, iure colligitur. Porro cum in Miraculorum cap. 6* (BHL. *4868*) *de Willelmo Magno duce Aquitaniae* († *1030*) *tamquam iam mortuo meminerit scriptor, sequitur Vitam non ante annum 1030 esse editam* (5). *Cum qua sententia id optime consonat, quod scriptor more illius aevi tum in Vita, tum in Miraculis, finem enuntiatorum syllabis consonis ornavit. Atque vel hoc solo capite, quod tam recenti tempore conscripta est, exigui prorsus ponderis esse Vitam istam, et res ipsa clamat, et recte monuit decessor noster S. Dyckius* (6). *Quod magis etiam inde colligitur, quod absurdis et vanis narratiunculis ita libellus est refertus, ut aestimator doctissimus quidem, at non semper in libellis hagiographicis diiudicandis multum severus, vix non totum opusculum fabulis accensendum esse monuerit* (7).

nullius auctoritatis est;

neque alibi de sancti gestis

5. *Quoniam vero cetera, quae de vita S. Leonardi conscripta sunt monumenta hagiographica* (8), *et tempore posteriora sunt et ex Vita* BHL. *4862-4871 totum id desumpserunt, quod perhibent, in aliis autem documentis historicis saeculo XI vel XII antiquioribus ne nominatur quidem Leonardus, inde fit ut nihil nobis praesto sit, quo discernamus utrum ea quae de S. Leonardo profert Vitae scriptor, omnia ipse confinxerit, an quaedam saltem ex his vulgari fama tradita litteris consignaverit.* E *Porro demptis etiam iis, quae fabulam sapere quilibet vir peritus statim animadvertet, cetera tantum non omnia non falsa quidem dixerim, sed neque certo vera esse, hoc est iustis argumentis probata, pronuntiaverim. Cuiusmodi sunt S. Leonardum vixisse tempore Chlodovei I regis, eundem in Miciacensi coenobio sub Maximino abbate vitam monasticam duxisse, illi fratrem fuisse S. Lifardum abbatem Magdunensem. Etsi enim haec ceteris credibiliora videntur, quis tamen non ilico intellegat levem prorsus esse hac in re scriptoris auctoritatem, qui annis circiter quingentis a temporibus Chlodovei sit remotus, dubiam esse famam quae post tantum tempus tandem litte-*

(1) ARBELLOT, t. c., p. 55 : " Quant à cette première basi„ lique, on la rapporte communément au IXe siècle „ et au règne de Louis le Pieux, qui est appelé, dans „ quelques anciennes chartes „ [de quarum aetate et auctoritate numquam distinctius locuti sunt] " fondateur „ de l'église Saint-Léonard, sans doute à cause des lar„ gesses qu'il fit pour cette construction „; et alibi (p. 116): " D'anciens mémoires, cités par le P. Bernardin „ [BERNARDIN DE TOUS LES SAINTS, *La Vie et les miracles du grand* C *saint Léonard*, Limoges, 1681, p. 236] " lui attribuaient „ [Ludovico Pio] " la construction de l'église et la fondation „ du clocher „ ... " Et de tout ceci „, ait laudatus Bernar„ dinus (t. c., p. 285), " fait foi un vieux mémorial trouvé „ dans les légendes de l'église du même saint en la ville „ de Noblac „. Haec quam parum definita sint, nemo non videt. — (2) ARBELLOT, ll. cc. — (3) ARBELLOT, op. c., p. 120, annot. 2. — (4) Ibid., pp. 124, 142; X. BARBIER DE MONTAULT, in *Congrès archéologique de France*, t. XLVII (1881), p. 269-270. — (5) Huic sententiae id contradicere videtur, quod adest Vita S. Leonardi in codice Casinensi 111, quem anno 1023 exaratum dicunt (cf. *Bibliotheca Casin.*, t. III, p. 23). Verum codicem saec. XI extremo vel etiam XII scriptum esse, litterarum ductibus facile agnoscitur, atque certe anno 1023 posteriorem ostendunt carmina Petri Damiani quae in eodem manu prima sunt descripta (p. 190); neque alia videtur fuisse ratio cur anno 1023 exaratum dixerint, nisi quia putaverunt hunc esse codicem *Homiliarum quadraginta* quem Theobaldus abbas anno secundo suae ordinationis (hoc est an. 1023) scribi iusserat; ast codex 111 non 40 homilias, sed circiter 70 continet, atque praeter eas sermones aliosque libellos numero circiter 90. — (6) *Act. SS.*, Oct. t. VII, p. 46, num. 5. — (7) KURTH, *Clovis*, ll. cc.; vid. etiam KRUSCH, t. c., p. 395. — (8) VINCENTIUS BELLOVACENSIS, *Spec. hist.*, XXII, 11, 12; *Legenda aurea*, c. 155 (al. 150), § 1-5; PETRUS DE NATALIBUS, *Catalogus SS.*, X, 29. Legenda germanicis versibus conscripta, quam ed. Fr. K. KÖPKE. *Das Passional. Eine Legenden-Sammlung des dreizehnten Jahrhundert* (= BIBLIOTHEK DER GESAMMTEN DEUTSCHEN NATIONAL-LITERATUR, XXXII, 1852), p. 557-62 (Inc. " Leonardus hiez einer, Ein guter man, ein reiner „); Legenda gallica a quodam presbytero Rogerio de Longastre saec. XIII vel XIV confecta, de qua Paulus MEYER, *Notice sur trois légendiers français attribués à Jean Belet*, in NOTICES ET EXTRAITS DES MANUSCRITS, t. XXXVI, 2 (1901), p. 451-53; cf. ID. in ROMANIA, t. XXXIV (1905), p. 30-31; Legenda italica (Inc. " Il beato messer sancto Leonardo nel tempo di Nastasio imperadore „), quae legitur in manuscripto Florentino Medic. plut. 89 sup., cod. 101, saec. XIV, fol. 14-23v. F His antiquior, etsi libello *BHL.* 4862 posterior, erat Vita quam Roboas diaconus Casinensis scripsisse dicitur. Ita enim PETRUS DIACONUS, in *Libro de viris illustribus Casinensibus*, c. 42 (*P.L.*, t. CLXXIII, col. 1045) : " *Roboas diaconus, parvulus in Casino a Girardo abbate* (1111-1123) *susceptus, scripsit rogatu quorundam amicorum suorum sermones de totius anni festivitatibus ac Vitam sancti confessoris Christi Leonardi*. Scripseritne ille an transcripserit, non habeo definire. Certe nondum repertum est exemplar Vitae a Roboa scriptae, quod etiam in ipsa bibliotheca Casinensi frustra quaesivimus (Unum invenimus codicem 390, manu saeculi XII iam provecti exaratum, in quo descripti sunt sermones cuiusdam monachi, quem " fortasse „ Roboam diaconum Casinensem esse suspicati sunt; ceterum ne verbum quidem in illis de S. Leonardo). Contra libello *BHL.* 4862 longe recentior est Vita quaedam S. Leonardi confessoris Vendoperensis seu Corbiniacensis (cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 86, annot. 1), in qua rebus ab hoc sancto gestis permiscuit scriptor quaedam ex Vita cognominis confessoris Nobiliacensis (*BHL.* 4862) desumpta, quae nusquam alias de Vendoperensi erant tradita (cf. *BHL.* 4859-4861), puta Leonardum Vendoperensem fratrem fuisse S. Lifardi, in coenobio Miciacensi sub S. Maximino abbate vitam monasticam esse amplexum, cum S. Remigio Remensi episcopo aliquamdiu esse conversatum, alia. Sed et illud accidit mirum, quod vice versa recentiores quidam scriptores ex altera illa Vita S. Leonardi Vendoperensis quaedam incaute in Leonardum Nobiliacensem transferrent, quae cognominis sancti erant propria.

ris

quippiam traditum est fide dignum.

ris sit consignata (1). *Viri igitur prudentis non esse cuncti censebunt, a libello sera aetate conscripto et fabulis referto apertas quidem fabulas removere et reicere, cetera autem veluti fide digna recipere. Restat porro, donec documentum aliquod antiquius et gravius reperietur, — id quod tamen vix speraverim, — quo de S. Leonardo vel pauca quaedam certa doceamur, ut cultum quidem, qui sancto viro pridem tribui consuevit quemque saltem a saeculo XI in monumentis scriptis testatum habemus, piis animis exhibere pergant fideles, ipsam autem sancti patroni historiam se ignorare non aegre ferant.*

Ipsam hanc Vitam multis verbis enarrare aggressus est

6. *Id aegre tulisse videntur clerici Nobiliacenses. Etsi enim scriptam habebant Vitam illam sancti patroni, quam ante medium saeculum XI aliquis ex ipsis, ut credere est, utcumque composuerat, hoc tamen libello illis minime erat factum satis. Siquidem cum sub initio saeculi XII eos visitatum venisset Waleramnus episcopus Numburgensis* (2), *ipsos " fratres " audivit asseverantes temporibus S. Leonardi haereticam perversitatem adeo invaluisse, ut praeclara sancti opera " penitus abolerentur vel sinistra interpretatione infamarentur " ;* B *post mortem autem sancti scelere hominum invidorum, qui memoriam eius penitus de terra auferri cupiebant, factum esse ut Vita eius, ubicumque reperiri poterat, concremaretur. Haec quae illi ad suum solacium piis coniecturis excogitarant, nemini vero prudenti fidem sunt factura, docet ipse Waleramnus in epistula quam ad serenissimam quandam matronam, nomine Gertrudem, de laudibus S. Leonardi misit* (BHL. *4872*), *quacum Gertrude sancti reliquias erat partitus* (3). *Quas litteras, utpote quae de cultu publico S. Leonardi praecipuum quoddam perhibeant testimonium, cum ex unico, quod adhuc repertum est, exemplari post Martenium hic recudere vellemus, ex codice dico saeculi XII, qui olim erat monasterii Abdinghofensis N. 64, nunc vero est ecclesiae cathedralis Treverensis 62, non sine admiratione animadvertimus his litteris, veluti cuidam prologo, continuo coniuncta esse tum initium aliquod Vitae S. Leonardi, tum tria eiusdem sancti miracula. Et Vita quidem ista rebus narratis nihil differt a Vita* BHL. *4862, verbis autem plurimum diversa est, utpote quae inani sententiarum ambitu et locis communibus res* C *illas fuse exponat; quo fit ut, quamvis in codice Treverensi pagellas plus novem impleat, non tamen progrediatur ultra prima capita Vitae* BHL. *4862; reliquam Vitae fusioris partem vel numquam conscriptam esse vel certe a librario praetermissam inde liquet quod desinit nunc sub initio folii 61, atque vacuum remansit reliquum illud folium. Iamvero illam Vitam fusiorem a Waleramno episcopo vel integre compositam, vel saltem componi coeptam esse, etsi nullo certo argumento ostendi potest, summopere tamen veri videtur simile. Atque ab ipso etiam scripta crediderim miracula tria quae in codice Treverensi subiecta sunt et eadem ratione, multis dico verbis et stilo haud absimili, sunt enarrata. In litteris quidem, quas ad Gertrudem dedit, postquam in universum extulit Waleramnus plurima S. Leonardi miracula, nominatim meminit de duobus, id est qualiter* per sanctum Leonardum Boamundus de paganorum captivitate et rex anglicus de fratris sui tyrannide integre suam recuperarint potestatem. *Illius regis anglici historiam neque in codice Treverensi legere est, neque alibi narratam repperi; Boemundi autem liberatio narrata est in ultimo ex tribus miraculis quae diximus; atque primi miraculi scriptor se Nobiliacum venisse docet, cum dicat:* Huius signi testes adhuc sunt ipsi milites... testantur et clerici et clientes sancti Leonardi, a quibus praesens totam rem penitus diligentissime sciscitatus sum; *quae in Waleramnum aptissime quadrant.* E

Auctore A. P. Waleramnus episcopus Numburgensis,

simul cum tribus recentioribus miraculis;

quae aliter narrata habemus in altero libro miraculorum,

7. *Verum dubitationem quandam affert longior libellus de miraculis S. Leonardi* (BHL. *4873-4879*), *qui in codicibus saeculo XII exaratis legitur et ab eodem Waleramno fertur esse conscriptus. Cuius caput II* (BHL. *4874*) *in codice Parisino Bibl. Nat. lat. 5347, saec. XII, Waleramno tribuitur:* Incipit scriptum Galerann(i) episcopi de miraculo Boimundi; *cum quibus convenire videntur versiculi septem, qui narrationem excipiunt. Iamvero ex nexu huius capitis cum reliquorum argumento et ex similitudine generis scribendi opinati sunt posse iure colligi eundem Waleramnum ceterorum etiam capitum esse scriptorem* (4). *Quibus nequeo plene assentiri, neque firmiter asseverare ausim Waleramnum vel caput illud de Boimundo composuisse. Lemma siquidem :* Incipit scriptum Galeranni ... *a librario vel rubricatore nescio quo, non vero ab ipso scriptore, narrationi praefixum esse veri est simile; utrum vero ex certa rei cognitione insertum sit, an coniectura dumtaxat ex istis versiculis, quos diximus, accepta, minime liquet* (5). F *In his porro versiculis dicitur Waleramnus caput illud seu* Boimundi signum *non scripsisse seu descripsisse, sed* transcripsisse. *Quis autem non videat optime accidere potuisse ut episcopus, postquam a clericis Nobiliacensibus cibo vestimen-*

(1) Neque tamen satis fuit recentioribus quibusdam S. Leonardi laudatoribus, ut quaecumque a scriptore Vitae prolata erant, ultro acciperent; quin etiam fabulas fabulis cumularunt atque bene multa, nullo teste, licenter excogitarunt, puta Leonardo patrem fuisse Rigomerum seu Ligomerum comitem Cenomannensem, matrem vero consanguineam quandam S. Remigii Remorum archiepiscopi; Leonardum cum Lifardo fratre comitatos esse Chlodoveum regem in bello contra Alamannos an. 496 atque in notissimo illo praelio " apud Tulpiacum " ipsi astitisse; utrumque simul cum rege paulo post baptizatos esse; ne multa, ab angelo sibi apparente accepisse aliquando Leonardum flores illos liliorum, qui in stemmate regio Francorum depingerentur! Ecquis iam miretur huiusmodi scriptores sola rerum a Leonardo gestarum narratione plus ducentas pagellas implere? Vid. v. gr. BERNARDIN DE TOUS LES SAINTS, op. c., p. 1-222. Horum somnia respuit vel Oroux, aperteque profitetur se ideo solum eorum commenta allaturum, ut ea refellat (op. c., p. XII-XIII; cf. p. 3, annot. 2; p. 16-17). Unum addam, quo manifestum fiet non solos Leonardi cives de illo multas fabulas excogitasse. In Mascalis, quod est oppidum provinciae Catanensis in Sicilia, gloriantur incolae non solum quod reliquias insignes, id est partem brachii sancti confessoris possideant, sed etiam quod miraculo factum sit ut ipsorum civitatem visitaret S. Leonardus. Cum enim, aiunt, navis, in qua sanctus in Galliam vela faciebat, oram Siciliae haud procul Mascalis praeterveheretur, ita restitit immobilis, ut cogeretur Leonardus litus adire et propinquum oppidum invisere! Miram fabulam siculam nos docuit v. cl. Antonius Pasta, e Congregatione Salesiana. — (2) Cf. *BHL.* 4874, cap. 19 : *Nobiliacenses,... valem pavistis et vestimenta dedistis; BHL.* 4872 : *sicut viva voce fratrum* (Nobiliacensium) *percepimus.* — (3) *BHL.* 4872 : *quia quod de reliquiis ipsius mirifici sancti tecum partitus sum.* — (4) Cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. II, p. 274-75. — (5) Nihil hac in re colligi potest ex verbis Gaufridi prioris Vosiensis in *Chronica* sua, c. 33 (LABBE, *Nova bibl. mss.*, t. II, p. 237) : *Bohamundus illo in tempore.. Sed quia hoc miraculum pontifex Gallandus plenius descripsit...* Quod vel ideo manifestum est, quia, cum Gaufridus post medium saec. XII factus sit monachus in ipsa abbatia Sancti Martialis Lemovicensis, cuius olim erat codex Parisinus Bibl. Nat. lat. 5347, fieri omnino potuit ut ex illo codice acceperit ea quae de Waleramno tradit.

tisque

AUCTORE A. P.

quem Waleramnus manu quidem sua partim transcripsit,

tisque recreatus erat, pio in S. Leonardum gratoque in clericos animo sit permotus, ut in membranis miraculum illud veluti monumentum sui itineris, versiculis subiunctis, transcriberet? Verum etiamsi constaret caput II a Waleramno esse compositum, inde quidem probabiliter colligat quispiam eidem scriptori deberi caput I et forsan etiam caput III, quae levissimis aliquot indiciis et quadam sermonis similitudine cum capite II coniuncta videri possint; non vero cetera capita, quae paulatim decurrente saeculo XII a clericis Nobiliacensibus addita crediderim. Certe caput III non ab istis clericis conscriptum est, verum ab homine quodam, — Waleramno an alio, — qui Nobiliacum venerat et de rebus quas narrat ab ipsis testimonium acceperat: Nam clerici Nobiliacenses ab eodem, qui captus fuerat, sic asserunt se didicisse... *Atque dum, nulla clausula interposita, immo verbis expressis, quibus de uno ad aliud fit transitus* (1), *continuo sese excipiunt tria prima capita, contra post capita III, IV, V, VI legitur sollemnis formula, qua libelli claudi solent, ut conicere liceat singula quattuor ultima capita IV-VII a singulis scriptoribus esse adiuncta.* B

nequaquam autem conscripsit,

8. *Quae qui perpenderit atque ea legerit quae de S. Leonardo in codice Treverensi post litteras Waleramni veniunt, haud scio an mecum totam rem ita sit explicaturus: Waleramnum, dum Nobiliaci versaretur, tum Vitam* BHL. *4862, tum alia, atque certe miracula illa* BHL. *4873, 4874, quae tunc iam conscripta erant, sibi transcripsisse; forsan etiam miraculum* BHL. *4874, vel solum vel simul cum* BHL. *4873, Nobiliacensibus manu sua exscriptum reliquisse, additis versiculis; eundem reducem in patriam Vitae* BHL. *4862 recensionem quandam verbosiorem confecisse vel saltem inchoasse, additis tribus capitibus, quorum altero et tertio eadem tradiderit quae in miraculis* BHL. *4873 et 4874 narrata sunt, et quidem ipsis his miraculis tamquam fonte seu exemplari usus; primo autem capite narratiunculam protulerit quam a clericis Nobiliacensibus praesens audiisset, quamque postea alter quispiam ab eisdem clericis doctus, neque Waleramni scripto usus, in miraculo* BHL. *4878 litteris mandaverit. Id siquidem notatu summopere dignum est, quod, ut magna quaedam tum rerum narratarum, tum etiam verborum et sententiarum convenientia intercedit inter miracula illa* C *duo ultima, quae in codice Treverensi leguntur et ea quae ex codice Parisino 5347 edemus* BHL. *4873, 4874, nulla tamen est verborum sententiarumve similitudo inter miraculum* BHL. *4878 et primum Treverensis exemplaris miraculum, immo inter utrumque non rara neque parva intercedit in singulis rebus explicandis diversitas. Unde quaecumque de S. Leonardo nobis codex Abdinghofensis, iam Treverensis, servavit, quamquam ea ad historiam S. Leonardi vix non sunt inutilia, typis tamen mandare non dubitamus, et quia a Waleramno haud ignobili viro conscripta esse videntur, et quia hagiographorum huius temporis mores cum in aliis, tum praecipue in diverse enarrandis rebus quas ab eisdem testibus acceperant, non sine fructu nostro patefacit. Unam siquidem, etsi licenter mutatam, in his omnibus exhiberi traditionem, ut ita dicam, Nobiliacensem, inde constat, quod non ab aliis quam a Nobiliacensibus edoctus* D *est Waleramnus, ceteri autem libelli de S. Leonardo non aliam habent originem. Cum enim et Vita sancti* (BHL. *4862*) *et prior* (BHL. *4863-4871*) *et alter miraculorum libellus* (BHL. *4873-4879*) *saepe saepius sepulcrum sancti, hoc est Nobiliacensem ecclesiam, respiciant, tantum non certum est omnia illa documenta, si non ab ipsis Nobiliacensibus, certe apud illos esse conscripta atque ea referre quae illi in laudem sui patroni promere solerent.*

§ II. De miraculis S. Leonardi.

Miracula non omnia satis certae fidei esse

9. *Haec autem erat laus praecipua, S. Leonardi meritis captivos esse a vinculis ereptos; in quo argumento versantur utriusque miraculorum libelli capita omnia, praeter singulas narrationes* BHL. *4868 et 4879. Quaenam porro fides horum miraculorum scriptoribus tribuenda sit, utrum huiusmodi historias aliquot exempli gratia finxerint, an veras aliquatenus ornaverint, an ea dumtaxat quae certo noverant fideliter rettulerint, non est* E *facile definire. Quae difficultas inde praecipue oritur, quod quo tempore acciderint res quae in singulis capitibus narratae sunt, ut plurimum neque a scriptoribus indicatum est, neque aliunde constat. In priore quidem libello una res est* (2), *quam non ita multo ante tempore evenisse, quam scriptis mandaretur, compertum est* (3), *cum factam esse dicant tempore Willelmi Magni ducis Aquitaniae (990-1030); de ceteris nihil novimus. Contra alterius libri scriptorem vel scriptores de rebus, quae nuper acciderant, rettulisse vel ex eo manifestum est, quod supersunt huius libri vel saltem singulorum capitum exemplaria saeculo XII exarata, ea autem quae ipsis primis libri capitibus narrantur, extremo saeculo XI et sub initio saeculi XII gesta sunt. Unde libentius scriptoribus fidem adhibebimus, quotiens in aliis etiam capitibus ea proferunt, quibus se rebus narrandis tempore vicinos esse testentur* (4). *Cum vero fere factum sit ut ii, qui liberationem suam a carcere vel a vinculis S. Leonardo acceptam referebant, gratias sancto acturi se Nobiliacum ad sepulcrum eius conferrent, miracula autem, ut iam monuimus, in hoc ipso loco sint conscripta, nullo negotio potuerunt scriptores ab* F *illis viris de his, quae litteris commendarent, testimonium fide dignum accipere. Neque tamen diffitendum est accidere potuisse ut tum hi viri, tum miraculorum scriptores aliqua ad ornatum adderent, augerent, fingerent, sive ut eo magis laudes S. Leonardi extollerentur, sive quia nullo non tempore haec multorum fuit, maxime de longinquo venientium, cum sua gesta, pericula, itinera, gaudia praedicant, levitas seu iactantia.*

vel ex narratione de liberato Boemundo liquet,

10. *Atque haec non leviter a nobis dici ex illo saltem capite II* (BHL. *4874*) *ostenditur, in quo solo res narrantur, de quarum fide et veritate ut certiores fiamus alia documenta suppetunt et multa et gravia, quodque historiae hagiographicae specimen exhibet attentione non indignum. Scriptum vel potius transcriptum est caput illud Nobiliaci a Waleramno episcopo Numburgensi tum ibi degente, ac proin aliquanto ante annum 1111* (5), *quo*

(1) Cap. II (*BHL.* 4874): *Eodem etiam tempore...* Cap. III (*BHL.* 4875): *Praeterea accidit aliud...* — (2) De translatione corporis S. Leonardi, de qua cap. 1 (*BHL.* 4863), vid. supra num. 3. — (3) Cap. 6 (*BHL.* 4868); cf. supra, num. 4. — (4) Cap. III: *Namque clerici Nobiliacenses ab eodem, qui captus fuerat, sic asserunt se didicisse.* Cap. VI: *quia* (illud referimus), *sicut ipsi testantur, qui eos, de quibus loqui proposuimus, praesentes viderunt et ab eis rem gestam didicerunt.* Cap. VII: *Fuit in nostris temporibus...* — (5) Aliquanto ante id accidisse, quam vita fungeretur Wale-

Waleramnus

quae multis de causis suspecta videtur,

Waleramnus obiit(1). *Refert autem res nuperrime, id est annis 1100-1103, in Oriente gestas, Boemundum I principem Antiochensem a Mohammedanis in praelio captum esse et in carcerem coniectum, e quo post tres annos meritis S. Leonardi sit liberatus. Quae ad Nobiliacenses forsan statim, fama vulgante, perlata* (2), *tum primum singillatim atque accuratius nota esse crediderim, quando Boemundus ipse anno 1106 ad sepulcrum S. Leonardi votum, quod conceperat, exsoluturus advenit* (3); *quo tempore dubium non est quin omnia, quae egisset et passus esset, clericis Nobiliacensibus enarraverit. Sive autem clerici, prudentes vel imprudentes, non omnino fideliter cuncta scriptis mandaverunt, sive Boemundus ipse aliqua aliter atque acciderant exposuit, certum illud est non pauca in hac narratione occurrere, quae cum ceteris harum rerum monumentis gravissimis aegre in concordiam adduci valeant atque etiam a multis et manifestis erroribus non possint excusari. Porro ut ea quae vel falsa vel saltem dubia videntur, paucis indicaremus, praecipuos quoque locos aliorum documentorum, quae diversum a nostro perhibent testimonium, ad singulas paragraphos* B *huius miraculi infra annotavimus. Insuper universe animadvertent, opinor, viri quique prudentes, narratorem plus bonis litteris quam severae historiae operam dedisse, ut qui Liviano modo longas orationes Boemundi aliorumque confinxerit, res in Oriente christianos inter milites et mohammedanos gestas eo modo rettulerit, qui dissidiis, quae in Occidente inter viros potentes suo tempore saepe flagrabant, magis conveniret, alia demum intermiscuerit, quae ad lectorum aedificationem seu delectationem factura esse censebat.*

quaeque postea novis fabulis est aucta.

11. *Postea vero melius eorundem delectationi vel certe aedificationi se inserviturum opinatus est nescio quis, si in enarranda Boemundi liberatione S. Leonardo partes ampliores et illustriores tribueret, quam fecerat primus narrator. Dum enim hic rettulerat S. Leonardum in somnis apparuisse tum Boemundo, tum illis qui eum captivum detinebant, atque sic effecisse ut, pacto inito et iusta pecunia soluta, Boemundus cum honore a captivitate liberaretur, commentus est recentior hagiographus Boemundo, dum in vinculis teneretur, apparuisse S. Leonardum, qui signo crucis edito omnia* C *vincula Boemundi et sociorum eius fregerit, eodem signo crucis adhibito ianuas carceris et civitatis aperuerit ac, nihil animadvertentibus custodibus, sanos et incolumes in regionem Hierosolymitanam cunctos reduxerit. Quam fabulam, utpote legendariae hagiographiae exemplar utile, simul cum antiquiore narratione edemus ex uno, in quo eam repperimus, codice romano archivi Sanctae Mariae Maioris, qui est passionalis B, saec. XII; in quo legitur fol. 227v-228v.*

AUCTORE A. P.

Neque certioribus monumentis docemur de liberatione Ottonis eremitae Arianensis

12. *Praeter eos, de quibus in his miraculorum libellis refertur, plurimos alios captivos a S. Leonardo liberatos esse generatim asseverant pii illius laudatores* (4), *nominatim vero quaedam singularia recensent scriptores posterioris aetatis. Ita B. Otto eremita Arianensis sub initio saeculi XII a S. Leonardo a duro carcere eductus esse fertur* (5), *etsi documenta duo, quibus haec narrata sunt, non ita probatae sint fidei, ut iis tuto credamus. Libellum enim* BHL. *6390, in quo ipse Otto tum alia, tum hanc suam liberationem* (6) *pluribus persequitur, apocryphum esse et fide indignum iam pridem ostenderunt maiores nostri* (7), *consentientibus aliis* (8); *lectiones autem officii liturgici* E (BHL. *6391*), *in quibus etiam idem miraculum profertur* (9), *etsi multo pluris sunt habitae* (10), *cuiusnam tamen sint aetatis et pretii, non liquet.*

et Willelmi Martelli domini de Baccavilla.

13. *Neque certiorem, quamquam multo ampliore celebrioreque fama vulgata est, dicemus historiam miraculi in gratiam cuiusdam militis, domini de Baccavilla in Caletensi agro* (*Bacqueville en Caux*), *saeculo XIII vel XIV patrati. De quo nulla relatio superesse videbatur, quae saeculo XVII vel XVI antiquior esset, utpote quod primum narratum occurreret in libro Ludovici Richeome, S. I.,* Le pèlerin de Lorete (11) *et postea breviter in* Annalibus ecclesiae Aurelianensis *Caroli Sausseyi* (12), *nullo alio allato testimonio praeter nescio quod* Itinerarium Hungariae (13), *nusquam postea repertum, insignis illius nugatoris Francisci de Belleforest* (14); *ceterum non S. Leonardo verum S. Iuliano intercedente dominum de Baccavilla liberatum esse uterque rettulit* (15). *Nuper vero de eodem miraculo editae sunt narrationes tres extremo saeculo XIV compositae a Iohanne Parvo* (*Jehan Petit vel Le Petit*), *qui in agro Caletensi ortus, in Universitate Parisiensi theologiae* F

ramnus ideo crediderim, quod ab illo ex itinere gallico in patriam reduce conscriptam esse alteram recensionem huius miraculi et mihi probavi, et lectori, ut spero, veri simile feci. Hanc Waleramni narrationem in praesentiarum neglego, cum, ad summam rei quod attinet, sit narrationi ***BHL.*** 4874 simillima. — (1) Cf. P. EWALD, *Walram von Naumburg* (Bonn, 1874), p. 28; W. SCHWENKENBECHER in *MG.*, Libelli de lite t. II, p. 180. — (2) Antequam ipse Nobiliacum veniret (vid. annot. 3), traditur Boemundus huc Richardum de Principatu misisse et argenteas per eum compedes sancto confessori Leonardo direxisse. Ita ORDERICUS VITALIS, *Hist. eccl.*, l. x, c. 23 (ed. LE PREVOST, t. IV, p. 156). — (3) Cf. ORDERICUS VITALIS, *Hist. eccl.*, l. XI, c. 12 (ed. LE PREVOST, t. IV, p. 210-11); cf. lib. v, c. 19 (ibid., t. II, p. 448); GAUFRIDUS VOSIENSIS, *Chronica*, c. 33 (LABBE, *Nova bibl. mss.*, t. II, p. 297). — (4) V. gr. Waleramnus episcopus Numburgensis in epistula infra edenda; Willelmus Godel monachus Sancti Martialis saec. XII (ARBELLOT, op. c., p. 313 : *Captivorum specialis patronus apud Deum, singulari quodam modo merito se devote invocantibus frequentius adfuisse experimentis evidentibus comprobatur*); Robertus Altisiodorensis († 1212) in Chronico (ibid., p. 314; *MG.*, Scr. t. XXVI, p. 227-28 : *Captivorum ... comprobatur,* ut apud Willelmum Godel); Bernardus Guidonis (ARBELLOT, op. c., p. 314 : *Nam usque in praesentem diem in occidente simul et in oriente famosissimus etiam et ubique inter confessores notissimus, portas ferreas conterit, vectes confringit, disrumpit vincula, carceres aperit, detegit speluncas latronum et vinculatos in sua absolutos remittit*). — (5) ARBELLOT, op. c., p. 92-93. — (6) [POTENZA (Ign.)], *Memorie di S. Ottone eremita...* (Roma, 1780), p. 30-33. — (7) *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 466-68, num. 5-13. — (8) POTENZA, op. c., p. 42-89. — (9) *Act. SS.*, t. c., p. 468, num. 3, 4. Praeter lectiones, de eadem liberatione scriptus est hymnus (CHEVALIER, *Repert hymn.*, 14330; *Act. SS.*, t. c., p. 470, annot. *c*). — (10) *Act. SS.*, t. c., p. 468, num. 13; POTENZA, t. c., p. 114-26. — (11) Bordeaux, 1604, p. 839-48. Richeomii verba exscripsit COCHET, *Les églises de l'arrondissement de Dieppe. Églises rurales* (Paris, 1850), p. 443-47. — (12) Parisiis, 1615, p. 477. — (13) Cf. RICHEOME, p. 840 in margine : " Voyages d'Hongrie. Belle-Forest ". — (14) 1530-1583. De quo viro cf. NICERON, *Mémoires*, t. XI (Paris, 1730), p. 93. — (15) Richeomii vestigiis adhaeserunt et S. Iuliano liberationem illam adscripserunt Patres Societatis Iesu belgae, qui alumnos collegiorum Tornacensis et Athensis annis 1622 et 1630 fabulam hac de re docuerunt. Cf. libellos editos quos recenset C. SOMMERVOGEL, *Bibliothèque de la Compagnie de Jésus*, t. I (1890), col. 610, 1°; t. VIII (1898), col. 170, 104°, et qui non ita pridem recusi sunt : *Le sire de Bacqueville. Légende Normande. Reproduction de deux arguments scéniques représentés en Belgique par les étudiants des Jésuites en 1622 et 1630*, précédé d'une introduction par M. le Mis DE BLOSSEVILLE. Rouen, 1870, in-4°, XVIII pp., 7 ff. (SOCIÉTÉ DES BIBLIOPHILES NORMANDS).

doctor

AUCTORE A. P.

doctor claruit et anno 1411 vita functus est. Is inter alia poemata, quae lingua gallica facili calamo conscripsit (1), *dum anno 1389 in libello cui titulum fecit* Le livre du champ d'or à la couleur fine et des trois nobles marteaux (2), *versiculis 3052 laudes canebat virorum nobilium de gente Martellorum, dominorum de Baccavilla, inter cetera paucis etiam illud rettulit, ante annos plus centum et viginti quendam Martellum de Saracenorum potestate a S. Leonardo esse liberatum* (*vers. 591-630*). *Idem haud multo post* (3) *singulari poemate,* Le livre du miracle de Basqueville (4), *hoc miraculum enarravit versiculis non minus 2394, quorum quidem pars longe maior* (*vers. 253-2046*) *impletur explanatione quadam fidei christianae, quae fingitur a Martello illo captivo facta esse soldano Saracenorum. Cui poemati mox, ut videtur* (5), *accessit alterum, quod inscriptum est* La Vie Monsieur saint Leonard (6), *in quo postquam narrata sunt ea quae latine relata sunt in Vita et in prioribus miraculis* (7), *iterum recurrit miraculum de Baccavilla* (*vers. 455-518*), *quod sequuntur tria miracula, quae annis 1360, 1386* B *et 1388* (*vers. 519-546, 547-588, 589-664*) *accidisse ferebantur, versanturque in liberatione hominum qui, dum in vinculis tenebantur, invocato " Sancto Leonardo de Baccavilla ", inde feliciter evaserant. Quae ut pauco post tempore, quam evenerant, sunt conscripta neque in rebus miris congerendis modum excedunt, multo maiorem fidem prudentibus viris facient quam narratio illa de Willelmo Martello domino de Baccavilla ter a Iohanne Parvo prolata. Nam etiamsi negleguntur ea, quae recentiores scriptores licenter addiderunt, ut lepidam quidem sed prorsus fabulosam historiam tandem conformarent* (8), *et his solis stamus, quae Iohannes Parvus narravit, lectis iis quae ad probandam vel ad negandam huius miraculi veritatem scripta sunt bene multa* (9), D *fatendum tandem est neque de tempore quo res acciderit, neque de loco vel regione in qua Martellus ille captivus vixerit, sed neque de illo ipso Willelmo Martello, quisnam fuerit, clare certoque constare* (10). *Quin eo denique deventum est, ut vel is, qui veritatem miraculi nuper tueri aggressus est, plurima quae Iohannes Parvus narraverat ita aut detorquere aut resecare cogeretur, ut pro mira sane sed non iniucunda legenda, vix umbra quaedam miraculi relinqueretur.*

Alia quam plurima miracula variis in locis facta feruntur.

14. *Porro si his pauca quaedam addiderimus, quae obiter in chronicis aliisve libellis sunt commemorata* (11) *atque quam plurima quae in uno viculo Inchenhofen dioecesis Augustanae in Bavaria* (12) *patrata esse dicuntur, nulla alia repperi miracula, quae singillatim a scriptoribus antiquis narrata essent, quamvis innumera fuisse testentur non solum recentiores S. Leonardi laudatores, sed et Bernardus Guidonis in suo* Sanctorali *ita inquiens :* Miraculorum autem et virtutum sancti Leonardi numerus incomprehensibilis est, et ante deficiet scribendi calamus quam narratio et enumeratio eorundem (13). E *Ex quibus aliqua saltem, quae tum Nobiliaci, tum etiam in vico Raches seu Pont-à-Raches prope Duacum* (14) *atque Leodii in Belgio* (15), *contigisse feruntur et non iam praecipue in captivorum liberatione, immo ut plurimum in variorum morborum sanatione versantur, primum protulerunt recentiores illi scriptores, praesertim Iosephus Du Chalard* (16), *Bernardinus de Omnibus Sanctis* (17), *Reginaldus Van Laton* (18), *Stephanus Oroux* (19); *ex quibus praecipua quaeque collegit Arbellot* (20), *ad quem, quia vix aliquid in his perhibetur, quod communes solitasque huiusmodi miraculorum narrationes superet, satis est curiosum lectorem amandasse.*

(1) Ea, de quibus iam locuturi sumus, ed. P. LE VERDIER, *Le livre du Champ d'or et autres poèmes inédits par Me Jean Le Petit.* Rouen, 1895 (SOCIÉTÉ ROUENNAISE DES BIBLIOPHILES). Bene multa eorundem fragmenta paulo ante typis mandaverat Amedeus HELLOT, *Nobles et Vilains. Les prouesses des Martel. Le miracle de Basqueville-la-Martel d'après les poésies inédites de Jean Petit, docteur en théologie, poète cauchois de la fin du XIVe siècle. Notices et extraits.* Paris, 1894. — (2) LE VERDIER, t. c., p. 15-140; HELLOT, t. c., C p. 42-45. — (3) Cf. LE VERDIER, p. XXIII. — (4) LE VERDIER, p. 145-80; HELLOT, p. 45-60. — (5) Cf. LE VERDIER, p. XXV. — (6) LE VERDIER, p. 187-213; HELLOT, p. 60-62. — (7) Vers. 1-310 = *BHL.* 4862; vers. 311-358, 359-394, 395-436, 437-454 = *BHL.* 4865, 4864, 4866, 4867. — (8) Vid. v. gr. ARBELLOT, op. c., p. 94-98. — (9) A. HELLOT, *Essai historique sur les Martel de Basqueville et sur Basqueville-en-Caux (1000-1789), d'après des documents inédits* (Rouen-Dieppe, 1879), p. 313-31. L'abbé SAUVAGE, *Histoire populaire du bourg de Bacqueville-en-Caux* (Rouen, s. a. [1883]), p. 212-25. A. HELLOT, *L'Histoire de Basqueville-en-Caux et la légende de Saint-Léonard selon M. l'abbé Sauvage. Réfutation et additions.* (Rouen, 1884), p. 24-32. P. LE VERDIER. *Le prieuré de Longueville. Patois. Chansons populaires. La légende du sire de Bacqueville.* (Caen, 1898, extrait de l'ANNUAIRE NORMAND), p. 26-29. A. Hellot, *Nobles et vilains. Les prouesses des Martel...* (Paris, 1894), p. 62-66. LE VERDIER, *Le livre du champ d'or...* (Rouen, 1895), p. XXVI-XL. A. HELLOT, *Lettre à M. Pierre Le Verdier...* Yvetot, 1895, 7 pp. Cf. *Anal. Boll.*, t. XV, p. 351-52. — (10) Similem narratiunculam confinxerunt de Hugone quodam filio Richardi domini de Hatton et de Wroxhale in anglica narratione de fundatione prioratus de Wroxhale in comitatu Viroviacensi (Warwickshire), quam ed. DUGDALE, *Monasticon anglicanum*, new edition, t. IV (1823), pp. 88, 90-92. — (11) Vid. v. gr. REINERI monachi Sancti Iacobi Leodiensis *Annales* ad an. 1212 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 665) : *<H>ac tempestate sanctus Leonandus* (immo *Leonardus*) *quindecim captivos liberavit et, ianuis ecclesiae suae patentibus, nullus ostium introire praesumsit*). — (12) Quae in hoc vico dioecesis Augustanae ab anno 1266 ad annum 1751, intercedentibus S. Leonardi meritis, patrata ferebantur miracula, tanta cura litteris commissa sunt, quanta nescio an nusquam alibi factum sit. Quarum series neque paucas neque breves etsi in his *Actis* proferre et longum est, neque operae pretium videtur, opinamur tamen etiam ad rem historicam aliquid nos collaturos, si post reliqua documenta de S. Leonardo libros miraculorum Inchenhofenses paulo distinctius recensuerimus. — (13) ARBELLOT, op. c., p. 314. — (14) De his vid. F etiam Arn. RAYSSIUS, *Hierogazophylacium belgicum* (Duaci, 1628), p. 446-48; Alexis Possoz, S. I., *Saint Léonard, ses miracles, son culte, son pèlerinage à Pont-à-Raches, et quelques pratiques de piété en son honneur.* Douai, 1865, in-8°, 49 pp. — (15) Etiam ante finem saeculi XI, anno circiter 1093, Leodii ecclesiam ab Anselmo canonico conditam in memoriam S. Leonardi dicavit Otbertus Leodiensis episcopus, " sed aegre primum, quod neminem hoc nomine " caelitibus adscriptum inaudisset. " Ita ex archivo ecclesiae illius B. FISEN, *Historiarum ecclesiae Leodiensis* parte I (1696), p. 207, VIII. — (16) I[oseph] C[HALARD vel DU CHALARD]. *La Vie, translation et miracles du glorieux sainct Leonard, confesseur, extraicte de divers autheurs.* A Saint-Léonard de Noblac, 1624, in-24, 136 pp., 3 ff. — (17) Le R. P. BERNARDIN DE TOUS LES SAINTS (= Jean ROUGERIE), prieur des Carmes Déchaussez de Limoges. *La Vie et les miracles du grand S. Léonard, premier saint de la couronne de France.* Limoges, 1681, in-8°, 8 ff., 436 pp. — (18) [Le P. Réginalde VAN LATON, récollet]. *Abrégé de la Vie et des miracles de l'illustre confesseur de J.-C. saint Léonard, premier saint de la couronne de France.* Nouvelle édition, Douai, 1817, in-12, 36 pp. Priorem editionem anno 1740 Duaci prodiisse dicit Oroux (op. infra c., p. XII), quam nusquam inveni. Vix tamen crediderim hanc primam editionem fuisse, cum in libello anno 1817 recuso legatur (p. 36) venia concessa ut " imprimatur " opus, eaque anno 1697 data exhibeatur. — (19) L'abbé OROUX. *Histoire de la vie et du culte de saint Léonard du Limosin.* Paris, 1760, in-12, LXXIV-250 pp., 7 ff. — (20) Op. c., 99-111.

§ III.

AUCTORE A. P.

§ III. De cultu S. Leonardi.

Celeberrimum fuisse S. Leonardi cultum

15. *Cum ergo Leonardus hanc sibi famam conciliasset, quod ut in vita, ita etiam post mortem non solum captivos a vinculis, sed et mulieres praegnantes a partus doloribus et aegrotos quoslibet a morbis liberaret* (1), *mirum non est brevi factum esse ut undique ad eum populi confluerent — ita saeculo XI testatur Ademarus Cabannensis* (2), *— et Leonardi praeconia paene totus praedicaret orbis — ita saeculo XII Gaufridus Vosiensis* (3). *— Quae etsi cuipiam forsan videbuntur nimis magnifice dicta, nihilo minus constat plurimos viros devoti vel grati animi causa ad sepulcrum S. Leonardi nullo non tempore, saltem inde a saeculo XI, pie se contulisse, atque in bene multis Europae regionibus assumptum esse sanctum in patronum multarum ecclesiarum, capellarum, confraternitatum. Utramque rem allatis, non omnibus quidem quae colligi poterant, multis tamen exemplis illustravit vir b. m. Fr. Arbellot, qui secutus Oroux* (4) *recensuit* a) *tum peregrinos quosdam clariores, qui Nobiliacum supplices adierunt, agmen ducente Pippino rege, de cuius tamen itinere ad S. Leonardum nullum exstat monumentum antiquum* (5); *post quem comparent, qui reapse illuc venerunt, exeunte saeculo XI Gaucherius prior Aurelii in dioecesi Lemovicensi* (6); *anno 1106 Boemundus I princeps Antiochensis* (7) *simul cum S. Brunone episcopo Signiensi* (8); *paulo post Waleramnus episcopus Numburgensis* (9); *item saec. XII ineunte, ut videtur, nobiles Veneti B. Marcus et nepos ipsius Sebastianus, qui cum aliquot sanctorum limina visitassent, causa devotionis ad corpus beatissimi Leonardi confessoris substiterunt atque tandem haud procul ab illo in loco, qui Vetus Artigia dicebatur, ordinem religiosum instituerunt* (10); *circa annum 1135 Pontius de Larazio, nobilis miles Lodevensis, dum sanctorum loca peregrinus adibat, ut male antea actorum ageret paenitentiam* (11), *beati Leonardi basilicam visitavit* (12); *posteriore autem tempore venerunt etiam, ut aliquos afferamus* (13), *anno 1620 Henricus de Borbonio princeps Condatensis* (14), *eodem anno P. Petrus Cotton, S. I.* (15), *alii* (16).

ostendunt peregrinorum frequentia

et ecclesiae ubique locorum ipsi dicatae.

16. b) *Tum etiam ecclesias plurimas, quae S. Leonardo sacrae sunt in agro Lemovicino* (17), *sed et in reliqua Gallia* (18), *praesertim vero in Normannia* (19); *insuper in Belgio* (20), *in Anglia* (21), *in Italia* (22), *in Germania* (23), *in Polonia, Helvetia, Hispania* (24); *quae omnia singillatim huc transferre et iis, quae iam addi possunt, augere non videtur operae pretium* (25), *satisque fore credimus si praecipua quaedam et minus communia recen-*

(1) Cum olim Leonardus gallice diceretur *Lienard*, fuerunt qui facetius sane quam sapientius dicerent " que saint *Lie*nard *lie* et *délie* ", indeque in superstiosas quandam praxes devenirent, quas merito reprobat I. B. THIERS, *Traité des superstitions*, parte II, lib. IV, c. IX, § 11 (4ª ed., Avignon, 1777, t. II, p. 439). — (2) Vid. supra, num. 2. — (3) *Chronica*, cap. 15 (LABBE, *Nova bibl. mss.*, t. II, p. 285; cf. ARBELLOT, op. c., p. 312). Eadem verba ex Gaufrido sibi sumpsit Bernardus Guidonis (ARBELLOT, p. 314). — (4) OROUX, op. c., pp. 92-103, 129-59. — (5) Affert Arbellot (p. 144) et typis mandat (p. 310-11) narrationem quandam, quam " diploma Pippini Brevioris " nominat, repertam inter apographa a Claudio Estiennot O. S. B. saec. XVII collecta (Fragments de l'histoire d'Aquitaine, Paris, Bibl. Nat. lat. 12764, p. 145-49). Quam miram lucubrationem si integram edidisset, multo etiam luculentius constitisset illud quod dicitur diploma a falsario, eoque valde imperito, esse fabricatum. Satis erit initium exscripsisse, quod omisit Arbellot: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis, sanctae Mariae necnon et omnium sanctorum Dei, facta donatione ista sub imperatore Eracleo Constantino, regnante Pipino Francorum rege. In tempore illo crescente christiana religione praefatus rex misit Lemovicas...* — (6) *BHL.* 3272, c. III; *Act. SS.*, April. t. I, p. 851; cf. etiam ARBELLOT, p. 145-46. Eadem habet recensio antiquior *BHL.* 3271 (cod. Paris, Bibl. Nat., lat. 10891): *Cum illo ergo Dei providentia venit in hac provincia et hospitatus est in Sancti Leonardi villa, cuius maximam miraculorum audierat famam. Pernoctavit igitur nocte illa ante sepulcrum beati viri, cuius conversationem et vitam optabat imitari, flagitans ab eo humillimis precibus ut apud Dominum obtineret sui desiderii effectum.* — (7) Vid. supra, num. 10; cf. ARBELLOT, p. 146 47. — (8) Cf. B. GIGALSKI, *Bruno Bischof von Segni* (Münster i. W., 1898), p. 58, annot. 4. — (9) Vid. supra, num. 6 et 10; cf. ARBELLOT, p. 149. — (10) Vid. narrationem *De fundatione ordinis Artigiae* a BERNARDO GUIDONIS conscriptam, apud LABBE, *Nova Bibl. mss.*, t. II, p. 278; cf. ARBELLOT, p. 148. — (11) Notare iuverit inter *peregrinationes minores* quae haereticis Albigensibus saec. XIII iniungi solebant, recensitam esse aedem *S. Leonardi dioecesis Lemovicensis*. Vid. DE VIC et VAISSETE, *Histoire générale du Languedoc*, t. III, (1737), preuves, col. 372; ed. alt. t. VIII (1879), col. 985. — (12) Vid. HUGONIS monachi Salvianensis *Tractatus de conversione Pontii de Larazio*, c. 12, ed. St. BALUZIUS, *Miscellanea*, t. III (1680), p. 216; 2ᵉ ed. t. I (1761), p. 182; cf. ARBELLOT, p. 150-51. — (13) Quae de Richardo I rege Angliae Lemovicenses narrant (ARBELLOT, p. 151-53), nullo antiquo testimonio nituntur. Vid. quae annotat ipse Arbellot, p. 159. — (14) Cf. J. DU CHALARD, op. c., p. 135-36; OROUX, op. c., p. 101-2; ARBELLOT, p. 155-56. — (15) Cf. ARBELLOT, p. 156. — (16) Ibid., pp. 153-154, 156-58. — (17) Ibid., p. 159-67. — (18) Ibid., p. 167-205. — (19) Ibid., p. 169-80. — (20) Ibid., p. 205-11. — (21) Ibid., p. 212-21. — (22) Ibid., p. 221-33; cf. etiam X. BARBIER DE MONTAULT, in *Congrès archéologique de France*, t. XLVII (1881), p. 284-90; M. PARASCANDOLA, *Vita di S. Leonardo abate* (Napoli, 1894), p. 46-50. — (23) ARBELLOT, p. 234-35. — (24) Ibid., p. 235-36. — (25) Praeter libros iam antea allatos Iosephi du Chalard, Bernardini de Omnibus Sanctis, Stephani Oroux ac praesertim Fr. Arbellot, quem expilare soliti sunt recentiores scriptores, iuverit hic recensuisse aliquot libellos minoris momenti in diversis regionibus editos, quorum alii nihil nisi paucioribus verbis partem eorum exhibent, quae apud Arbellot invenerunt, plerique tamen aliqua addunt de cultu S. Leonardi in hac vel illa civitate aut regione deque miraculis ibidem ab eo patratis. In Gallia prodierunt: *Vie de saint Léonard ermite et quelques-uns de ses miracles, d'après M. l'abbé* ARBELLOT... Rouen, 1875, in-16, 57 pp. (brevissima epitome libri de quo supra, ad usum vulgi confecta). *Office propre de S. Léonard anachorète, en faveur des paroissiens de S. Léonard d'Honfleur*, s. l., 1752, in-12. A. BONVARLET. *Documents relatifs au culte de saint Léonard à Spycker*. Lille 1883, in-8°, 42 pp. L'abbé R. FLAHAULT. *Notes et documents sur le culte rendu à Spycker, canton de Bourbourg, arr. de Dunkerque (Nord), à saint Léonard, ermite en Limousin*, in ANNALES DU COMITÉ FLAMAND DE FRANCE, t. XXI (1893), p. 485-534. Idem opusculum seorsum et quidem ornatius recusum est sub hoc titulo: L'abbé R. FLAHAULT. *Saint Léonard, ermite en Limousin, vénéré à Spycker. Notes et documents*. Dunkerque, 1893, in-8°, 44-XV pp. — In Belgio: Gilles GUILLION. *Vie de saint Léonard avec les miracles advenus par ses mérites au fauxbourg de la cité de Liége*. Liége, 1605. *Abrégé de la Vie de saint Léonard, ermite en Limousin, tirée de l'ouvrage de feu M. de Butler, avec les règles de la confrérie érigée en son honneur dans l'ancienne église des chanoines réguliers de la Sainte-Croix à Tournay, en 1662, actuellement transférée en l'église paroissiale de Saint-Brice, même ville*. Tournay, 1805, in-12, 95 pp. F. CRAESSAERTS [parochus in Peuthy]. *Kort begryp van het stigtende leven van den H. Leonardus, als ook van het broederschap en aflaeten van den zelven, wiens reliquien rusten in de kerke van Peuthy, by Vilvoorden*. Brussel, 1817, in-24, 64 pp. *Leven en mirakelen van den heiligen Leonardus, belijder, gevierd in de parochiekerk van Zout-Leeuw*. Zout-Leeuw, 1889, in-24, 32 pp. L'abbé NIMAL. *La Vie de saint Léonard, insigne patron des mineurs du bassin industriel de Liége*, 2ᵉ édition. Liége, 1902, in-12, 32 pp. (cf. *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 217). L'abbé NIMAL. *L'ancienne légende de saint Léonard*. Texte latin avec traduction en regard. Précédée d'une étude critique sur l'âge et l'origine de cette légende... Liége, 1901, in-12, 51 pp. (cf. *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 217). — In Germania: J. G. HILPISCH. *Das Leben des hl. Leonard, des Einsiedlers von Limousin, seine Wunder und seine Verehrung*. Nach den Franzö-

suerimus

AUCTORE A. P.

suerimus : puta aedificatam esse Nobiliaci egregio opere ecclesiam S. Leonardo dicatam, quae saeculo XI ineunte fabricata creditur (1), *eo ipso tempore quo sancti memoria celebrior haberi coepta est* (2)*; innumera S. Leonardo in Bavaria et vicinis terris dicata esse templa atque sacella, adeoque ibi invaluisse cultum sancti nostri* (3), *ut ceteris sanctis, praeter quam soli Beatae Virgini Mariae, praevaleret atque tandem " Dominus Deus antiquae Bavariae „ a nescio quo diceretur* (4)*; in Anglia ita honoratum esse sanctum Lemovicensem, ut plus 160 ecclesiae eius nomine insignirentur* (5) *atque festum ipsius in concilio Oxoniensi anni 1222* (6) *inter ea recenseretur quae a rectoribus ecclesiarum et capellanis devotissime celebrarentur, minoribus operibus servilibus secundum consuetudinem loci interdictis; vix minus illustrem in Italia fuisse* (7), *praesertim vero Arimini, ubi die festo S. Leonardi, qui inter dies feriatos recensebatur, ex antiquo privilegio facultas facta erat capitulo ecclesiae cathedralis ut captivum a carcere vel etiam a triremibus liberarent* (8), *atque Venetiis, ubi praeter propriam ecclesiam et alia quaedam minora,* B *sancto nostro in aede Divi Marci effigiem lapideam statuerunt* (9) *et amplis aliquot imaginibus de musivo pictis eiusdem historiam expresserunt, quae adhuc ibidem videre est* (10)*; quin etiam inter picturas quibus saec. XII ornata est basilica Sanctae Mariae in Bethlehem*(11), *comparet et effigies cui subscriptum erat :* " Sanctus Leonardus. Ὁ ἅγιος Λεονάρδος „ (12).

Sancti corpus saeculo XI Nobiliaci servatum,

17. *Dum autem, quod faciendum superest, de S. Leonardi reliquiis ea colligimus, quae memoratu digna sint, ultro fatemur, deficientibus monumentis, multa hac in re minime liquere. Et prima quidem harum reliquiarum fata tenebris involvi nemo mirabitur, qui meminerit non solum de illis, sed et de ipso Leonardo nullum esse repertum testimonium saeculo XI antiquius; si quid porro de his, quae ante hoc tempus circa illas reliquias facta sunt, alicubi narratum sit, hoc ipsum in documentis saeculo XI scriptis primum comparere* (13). *Sed et in his quae inde a saeculo XI acciderunt, multa sunt obscura et dubia. Verum sane vel veri saltem simile est sub principio huius saeculi, cum miracula S. Leonardi primum describerentur, servatum esse corpus ipsius in ecclesia vici Nobiliaci* (14), C *eadem, ut credere fas est, quae adhuc superest, in quam dicebant illud translatum esse — quo autem tempore, non dicebant — ex altera ecclesia, quam S. Leonardus in honorem S. Mariae Dei genetricis construxisse ferebatur* (15). *Non autem ita certo constat id quod addunt*(16), *servatum esse in crypta quae more horum temporum sub altari ecclesiae constructa esset, quamque, etsi nusquam clare nominatur, eandem esse volunt atque* sepulcrum *de* D *quo in aliquot scriptis sermo factus est ; quamvis dictum non videam ubinam locorum sepulcrum illud positum esset. Quod si sub altare ecclesiae collocatum erat, aegre intellegitur id quod affirmat Oroux* (17), *a quo uno praecipua quaeque, quae de de hoc sepulcro proferunt, recentiores acceperunt, anno 1191 nescio quam ob causam, pacto inito, statuisse Sebrandum episcopum Lemovicensem et Bernardum priorem capituli Nobiliacensis, ut " locus ille sepulcri destrueretur omnesque ad eum aditus parietibus obstruerentur „ ; quod, addit Oroux, ea cura factum est, ut hodie ne discerni quidem possit ubinam sepulcrum istud olim situm esset. Neque id etiam definire valemus, num alio quopiam argumento an sola coniectura assecutus sit Arbellot ea quae iam profert* (18), *hoc anno 1191 relictas esse in crypta seu sepulcro, quod inaedificandum erat, S. Leonardi reliquias sarcophago lapideo inclusas, monumentum autem elegantius sculptisque imaginibus ornatum, quo sarcophagus ille tegebatur, inde ablatum et in sacello Sanctae Mariae de-sub-arboribus — has dicunt fuisse aedes sacras ab ipso Leonardo olim exstructas — repositum, in quo extremo etiam saeculo XVIII conspiciebatur.* E

extremo saeculo XII occultatum,

anno 1402 Nobiliaci inventum tradunt :

18. *Omissis igitur huiusmodi rebus, utpote saltem parum certis, iuverit his contentos esse quae documentis antiquis, quamquam neque multis neque uberibus, testata comperimus, sub initio saeculi XIV corpus S. Leonardi* apud Nobiliacum in ecclesia sub altari requievisse, non in tumulo elevato (19) ; *centum exinde post annis, ita bello, quo Nobiliacenses plurimum vexati erant, omnia conturbata esse, ut quo loco reliquiae iacerent, nemo iam nosset, aliis opinantibus eas Angeriaci retentas esse, quo saeculo XI ineunte in sollemni supplicatione delatas esse ex libro I miraculorum novimus* (20), *aliis easdem Lemovicis relictas, aliis in sacello Sanctae Mariae de-sub-arboribus in monumento, quod pridem vacuum erat, esse reportatas* (21). *Cum ergo, publico ieiunio indicto, Nobiliacenses fusis ad Deum precibus postularent, ut occultas reliquias ipsis demonstrare dignaretur, vir quidam rusticus ferro, quod manu gerebat, pavimentum percussisse dicitur haud longe ab altari, monens hoc loco iacere defossum corpus sancti viri. Terra ergo effossa, repertas esse ferunt tres arcas seu capsas, plumbeam unam, cui litteris* F *saec. XI, ut putant, insculptis inscriptum erat :*

HIC REQUIESCIT CINEREM S*an*C*t*I LEONARDI C<*o*>NFESSOR D*om*iNI ;

alteram testaceam, cum hoc titulo :

HIC IACENT OSSA NOBILISSIMI BEATI LEO<*nar*>DI ;

sischen bearbeitet. Frankfurt am M., 1902, in-8°, 198 pp. — In Italia : Antonio Spagnolo. *Vita di S. Leonardo romito del Limosino. Storia del suo culto e de' principali miracoli.* Verona, 1901, in-16, 115 pp. (cf. *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 217). *Vita di S. Leonardo confessore, patrono di Malgrate.* Lecco, 1894, in-24, 64 pp. (cf. *Anal. Boll.*, t. XV, p. 351, annot. 1). — (1) Cf. Arbellot, p. 159-64. — (2) Vid. supra, num. 2. — (3) Etsi singula persequi in animo non est, non praetermittendam tamen censeo missam S. Leonardi cum praefatione propria, quae cum Vita et miraculis sancti legitur in cod. lat. Monacensi 14473, fol. 130ʳ-141ʳ, olim Sancti Emmerammi Ratisponensis, saec. XII/XIII. — (4) Cf. R. Andree, *Votive- und Weihegaben des katholischen Volkes in Süddeutschland* (Braunschweig, 1904), p. 39. — (5) Cf. F. Arnold-Forster, *Studies in Church Dedications* (London, 1899), t. II, p. 110-13; t. III, pp. 18, 391-92. — (6) Can. 8; Mansi, *Concilia*, t. XXI, col. 1153. — (7) In meridionali etiam Italia pridem cultum esse S. Leonardum vel ex ea ἀκολουθίᾳ docemur, quae in canonario saec. XIII nobis servata est in cod. Mediolanensi Bibl. Ambros. D. 62 sup., fol. 166-168; cf. fol. 11. Martyrem Leonardum fecit qui manu multo recentiore in synaxario Cryptoferratensi saec. XII ad d. 6 novembris sancti nostri nomen adscripsit; cf. *Synax. Eccl. CP.*, col. 200, l. 56. — (8) Cf. Gius. Garampi, *Memorie ecclesiastiche appartenenti all' istoria e al culto della B. Chiara di Rimini* (Roma, 1755), p. 66. — (9) Statuam illam edidit J. Durand apud Didron, *Annales archéologiques*, t. XV (1855), p. 396. — (10) Cf. Arbellot, p. 223-27. — (11) Cf. M. de Vogüé, *Les églises de la Terre Sainte* (Paris, 1860), p. 64 sqq. — (12) Cf. J. Durand, *Peintures de l'église de Bethléem*, in Bulletin monumental, 5ᵉ sér., t. XII (1884), p. 362. — (13) Vid. supra, num. 1, 2. — (14) Miraculorum lib. I, cap. 1 (*BHL*. 4863). — (15) Cf. ibid. et Vitae cap. ult. — (16) Arbellot, p. 119. — (17) Op. c., p. 61. — (18) P. 120. — (19) Ita Bernardus Guidonis, apud Arbellot, op. c., p. 314. — (20) Cap. 6 (*BHL*. 4868). — (21) Cf. Arbellot, p. 123.

Tertiam

A *tertiam denique ligneam, quae umore et vetustate vix non tota erat collabefacta. Atque haec est " Inventio S. Leonardi ", quae die 17 februarii 1402 (= 1403) evenit et postea quotannis singulari festo celebrata est; de qua etiam in actis*

quod abhinc

authenticis facta est narratio (1). *Paucis autem post diebus, cum die 10 aprilis Nobiliacum se contulisset Bernardus de Bonavalle Lemovicensis episcopus, caput S. Leonardi ex urna, in qua repertum erat, eduxit, populo ostendit et in vase pretioso reposuit, iussitque ut a feria tertia paschatis ad octavam pentecostes in oculis omnium fidelium exponeretur cultu publico honorandum. Quae " ostensiones " more tum alibi, tum etiam Lemovicis pridem usitato, abhinc in ecclesia Sancti Leonardi celebrari coeptae sunt; et primo quidem, ut alibi de aliorum sanctorum reliquiis fiebat, sic Nobiliaci reliquiae S. Leonardi non certis quibusdam temporibus monstratae sunt, sed prout necessarium vel opportunum videbatur, ut cum grave instaret famis, belli aliudve huiusmodi periculum, vel quando Nobiliacum divertebant pontifices, reges aut alii viri illustres; postea vero, id quod et Aquisgrani et Lemovicis constitutum erat, etiam apud Nobiliacenses in consuetudinem venit, ut singulis tantum septenniis hae ostensiones fierent et cum ea quidem in S. Leonardum honoris exhibitione, ut ostensionis sollemnia ab ipso Lemovicensi episcopo clauderentur* (2). *Vix autem opus est monere componendis et cum honore servandis sancti reliquiis donatas esse a piis viris inde ab anno 1403 arcas seu capsas pretiosas et affabre factas* (3); *inter quas tamen eas saltem nominasse iuverit, quibus anno 1449 rex Francorum Carolus VII sancto patrono gratum animum exhibuit, cui se olim voverat et commendaverat* (4), *ut precibus illius sancti opem divinam sibi regnoque suo conciliaret.*

primo quidem pro tempore et pro re,

deinde singulis septenniis ostendi solitum est.

Corporis particulas variis in locis servari dicunt.

19. *Sancti ubique locorum illustris ab aliarum ecclesiarum praesulibus sive fidelibus expetitas esse reliquias atque aliqua ex parte a Nobiliacensibus esse concessas, nemo erit qui miretur. Qua de re, omissis paene omnibus particulis corporis S. Leonardi, quae multis in locis asservari dicuntur* (5), *in uno saltem paucis esse immorandum, quod magis annotatu dignum est, sed multo magis etiam mirum dictu. Siquidem non solas huiusmodi particulas, verum, si verba, prout sonant, accipiuntur, ipsum S. Leonardi corpus se possidere credebant incolae urbis Offidae in dioecesi Asculana.* C

Quod autem affirmant Offidani,

In huius enim loci ecclesia collegiata Sanctae Mariae de Rocca, quae olim erat monachorum Ord. S. Benedicti Casinensium, ad aram maiorem apposita est haec inscriptio: HIC SITAE SUNT SACRATISSIMAE SANCTI LEONARDI CONFESSORIS EXUVIAE. IS LEMOVICI IN GALLIA NOBILI GENERE NATUS, DIVI REMIGII, RHEMENSIUM EPISCOPI, IN AQUITANIA DISCIPULUS, EREMI CULTOR EXIMIUS, VITAE SANCTIMONIA PLURIMISQUE EDITIS MIRACULIS, IN PRIMIS CHARITATE IN LIBERANDIS CAPTIVIS, CLARISSIMUS, ANNO POST ORBEM REDEMPTUM DLIX DIEM CLAUSIT EXTREMUM, CAELO AETERNUM VICTURUS. IDEM HOC S. LEONARDI CORPUS PRIMO RECONDITUM IN HAC INSIGNI AUPHYDANA OLIM MONACHORUM S. BENEDICTI BASILICA SUB VETERI ARA MAXIMA ET AB EPISCOPIS GALLIS TURRINENSI ET TARTIBURENSI, INNOCENTIO SEXTO SUMMO PONTIFICE, IPSIUS S. LEONARDI CONCIVE, REM CHRISTIANAM ADMINISTRANTE, RECOGNITUM, DEMUM ILLMUS ET REVMUS D. D. IOSEPH SALUSTIUS FADULPHUS, ANTISTES ASCULANORUM AC PRINCEPS, ESSE VERE SACRA LIPSANA IPSUMQUE CORPUS EIUSDEM SANCTI LEONARDI ITERUM DECLARAVIT ANNO DOMINI MILLESIMO SEXCENTESIMO NONAGESIMO SECUNDO DIE TERTIA MAII, SEQUENTI VERO DIE, QUARTA EIUSDEM MENSIS, SOLEMNI SUPPLICATIONE INSTITUTA, IN PRAEDICTAM ARAM MAGNIFICENTIUS INSTAURATAM PER SUMMAM POMPAM TRANSTULIT, INNOCENTIO DUODECIMO SUMMO PONTIFICE, ANNO EIUS PRIMO.

se ipsum sancti corpus possidere,

Cuius inscriptionis exemplar, quod adhuc servamus, ad maiores nostros Laureto misit anno 1697 P. Ant. Maria Manfredus; in cuius apographo haec praeterea leguntur : " Ex antiquis monu- " mentis dictae ecclesiae habetur bulla in cartha " pergamena Patris Monaldi episcopi Turrinensis " super consecratione quatuor altarium dictae " ecclesiae, in qua legitur inter alia sequens indul- " tum : Quicumque vel quaecumque ad corpus " sancti Leonardi in altari magno positum cum " devotione accesserit et genu flexo salutaverit, " habeat quadraginta dies de supradicta (?) " indulgentia. Datum tempore Innocentii papae " sexti 21 februarii 1361. *Post dictam datam per " V. P. Ioannem Baptistam de Goto episcopum " Tartiburensem ita descriptum legitur :* Vidimus " supradictum corpus sancti Leonardi, propterea " concedimus omnibus venientibus contritis et " confessis ad visitandum dictum corpus quadra- " ginta dies indulgentiarum, et ad fidem omnium " praemissorum nostri soliti sigilli impressione " muniri fecimus, Iosephus Salustius Fadulphus " V. S. Smi D. D. Nostri Papae referendarius, " Dei et apostolicae sedis gratia episcopus et " princeps Asculanus, ac terrae Ancarani domi- " nus et patronus, praedicta reperiri in monu- " mentis et archivio insignis collegiatae S. Mariae " de arce terrae Ophydae, nostrae Asculanae " dioecesis, et per nos visa et recognita fuisse " omnibus indubie testamur. In fidem, etc... " Datum Asculi ex palatio nostro episcopali " hac die 19 maii 1695. IOSEPHUS EPISCOPUS ET " PRINCEPS ASCULANUS (*sigillum*). THOMAS ALEXAN- " DRINUS subs canc. generalis ". *Esto haec in monumentis Offidanis, iis quidem saeculo XIV non antiquioribus, reperta sint; nullus tamen, opinor, credat fieri potuisse ut corpus S. Leonardi Lemovicensibus auferretur et illuc deportaretur, neque huius rei memoria aliqua in documentis Lemovicensibus vel saltem gallicis servaretur.* E F

id ne simile quidem est veri.

(1) Cf. OROUX, p. 71-78; ARBELLOT, p. 122-25. — (2) Cf. ARBELLOT, p. 134-40; vid. etiam p. 271-74. — (3) ARBELLOT, pp. 125, 128 ; cf. p. 141-43. — (4) Vid. litteras patentes, quibus mense ianuarii anni 1422 (= 1423) privilegia urbis Nobiliaci confirmavit Carolus, quarum fragmentum protulit OROUX, op. c., p. 167, quaeque integrae editae sunt in *Ordonnances des rois de France de la troisième race*, t. XV (1801), p. 115-17 ; cf. t. XIV (1800), p. 505. — (5) Cf. OROUX, op. c., p. 81-89, qui censuit tamen, — ut ipse erat canonicus ecclesiae Nobiliacensis — huiusmodi reliquias S. Leonardi Nobiliacensis minime esse, sed sancti cuiusdam cognominis (ibid., p. 89-92). Maluit Arbellot hac in re caute se gerere et, ceteris neglectis, satis habuit meminisse (p. 133-34) de reliquiis ad Annam Austriacam, Ludovici XIII coniugem, anno 1638, ipsa petente, missis, eo tempore quo regina principem illum in utero gerebat, qui postea dictus est Ludovicus XIV. Plura de regum Franciae in S. Leonardum religione, alia quidem probabilia, alia commenticia, protulerunt BERNARDINUS AB OMNIBUS SANCTIS, op. c., p. 278-306; OROUX, op. c., p. 161-83. Addam credidisse Colonienses ad se duo brachia S. Leonardi esse translata, quorum alterum in basilica Sanctae Mariae in Capitolio, alterum in ecclesia collegiata Sanctae Caeciliae asservari dicebantur. Cf. Aeg. GELENIUS, *De admiranda ... magnitudine Coloniae* (1645), pp. 326, 361.

AUCTORE A. P.

Quod si quis coniciat ut alibi, ita etiam hic, sic intellegenda esse ista verba " corpus S. Leonardi ", ut ad aliquam ipsius partem vel particulam designandam restringantur, non equidem contradicam, etsi, ut verum fatear, nihil certi pronuntiari posse videtur, cum affirmaverint quidem Offidani se S. Leonardi corpus possidere, nullo tamen documento et certo et fide historica digno constet num, a quo, quo tempore harum reliquiarum, quaecumque demum fuerunt, translatio sit facta. D

I. VITA ET MIRACULA S. LEONARDI NOBILIACENSIA

Ex multis Vitae exemplaribus manuscriptis

Vitae antiquioris S. Leonardi supersunt exemplaria manu scripta saltem centum et quinquaginta, in plurimis totius Europae bibliothecis dispersa. Quae omnia ad edendum libellum, quem magnae auctoritatis praecipuive momenti minime esse agnoveramus, conquirere atque inter se conferre ut operae pretium non erat, ita eos codices, qui ad manus veniebant, inspicere non neglexímus; quo tandem factum est ut forsan plus aequo diligentes quinquaginta circiter inter se conferremus. Inter quos hic recensendi videntur isti.

quorundam dumtaxat

1. *Parisinus Bibliothecae Nationalis lat. 5365, olim Sancti Martialis Lemovicensis, saec. XII. Inest (fol. 114-117) Vita* BHL. *4862 et integer liber I miraculorum* BHL. *4863-4871. Praemissus est prologus* Sanctorum laudanda memoria..., *quem ante Vitam infra proferemus.*

2. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 5564, olim Sancti Martialis Lemovicensis, saec. XII in. Inest (fol. 129-134) sola Vita.*

3. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 5345, saec. XII. Insunt (fol. 82-87ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863, 4866, 4869.*

4. *Bruxellensis Bibliothecae Regiae 7461, olim Vallicellensis, saec. XIII. Insunt (pag. 22-29) Vita et miracula* BHL. *4863, 4866, 4867, 4864.*

5. *Monacensis lat. 22244, olim Windbergensis, saec. XII post med. Insunt (fol. 162-167) Vita et miracula* BHL. *4863, 4866, 4868, 4867, 4869, 4870.*

6. *Romanus Bibl. Vallicellanae tomus XXVI, saec. XI/XII. Insunt (fol. 280-283ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863, 4866.*

7. *Florentinus Bibl. Leopoldinae, Amiatinus 2, saec. XI. Inest (fol. 321ᵛ-325) sola Vita.*

8. *Monacensis lat. 17041, olim Scheftlarnensis,* C *saec. XII. Insunt (fol. 59-62ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863-4865.*

9. *Monacensis lat. 18625, olim Tegernseensis, saec. XII. Inest Vita; quaternione avulso, superest praeterea solum initium miraculi* BHL. *4863.*

10. *Monacensis lat. 11328, olim canoniae Pollinganae, saec. XII. Inest (fol. 18ᵛ-24ᵛ) Vita et initium miraculi* BHL. *4863, reliqua pagina 24ᵛ erasa.*

11. *Vaticanus lat. 6453, saec. XI/XII. Inest (fol. 177-180ᵛ) sola Vita.*

12. *Londinensis Musei Britannici, Arundel 91, saec. XII. Insunt (fol. 205 sqq.) Vita et liber I miraculorum.*

13. *Londinensis Mus. Brit., Harleianus 2802, olim Sanctae Mariae et Sancti Nicolai in Arnstein, saec. XIII. Insunt (fol. 93-95ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863-4865.*

14. *Bruxellensis Bibl. Reg. 8675-8689, olim Formezellensis, saec. XII. Insunt (fol. 58-67) Vita et liber I miraculorum. Codex mendis est refertus.*

15. *Mediolanensis Bibl. Ambrosianae B. 55 inf., saec. XI extr. Insunt (fol. 204-210) Vita et liber I miraculorum.*

16. *Vaticanus lat. 6444, olim monasterii Beatae Mariae Magdalenae in Maiore Franckentall, saec. XII. Insunt (fol. 187-192ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863, 4866, 4867, 4869.*

17. *Romanus Bibl. Vaticanae, Reg. Suec. lat. 498, saec. XII. Insunt (fol. 8-15ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863, 4866, 4867, 4869, 4871.*

18. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 16735, olim Sancti Martini a Campis, saec. XII. Insunt (fol. 4-7) Vita et miracula* BHL. *4863, 4864, 4866, 4867.*

19. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 17007, olim Fuliensium, saec. XII post med. Insunt (fol. 5ᵛ-8ᵛ)* E *Vita et miracula* BHL. *4863, 4864, 4866, 4867.*

20. *Florentinus Bibl. Mediceae, Conv. soppr. 302, olim Vallumbrosanus, saec. XII. Insunt (fol. 267ᵛ-272ᵛ) Vita et liber I miraculorum.*

21. *Florentinus Bibl. Leopoldinae, Aed. Flor. eccl. 134, saec. XI. Insunt (fol. 188-190ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863, 4864. Reliqua desunt, foliis avulsis.*

22. *Romanus Bibl. Vaticanae, Barberinianus lat. 586 (prius XII, 29), saec. XI/XII. Insunt (fol. 307-311ᵛ) Vita, liber I miraculorum et ex libro II miracula* BHL. *4875-4877.*

23. *Florentinus Bibl. Leopoldinae, Strozzianus 2, saec. XI. Insunt (fol. 135-138ᵛ) Vita et miracula* BHL. *4863-4866. Reliqua desunt, foliis perditis.*

24. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 11753, olim Sancti Germani a Pratis, saec. XII. Insunt (fol. 296ᵛ-303) Vita, miracula e libro I* BHL. *4863, 4864 (non integrum), e libro II* BHL. *4879, 4878.*

25. *Bruxellensis Bibl. Reg. 18644-18652, olim Sancti Laurentii Leodiensis, saec. XII. Insunt (fol. 54-63) Vita et liber I miraculorum.*

26. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 12942, olim* F *Sancti Germani a Pratis, saec. XII. Insunt (fol. 107-112ᵛ) Vita et liber I miraculorum.*

27. *Bononiensis Bibl. Universitatis 1473, olim Sancti Stephani de Bononia, saec. XII. Insunt (fol. 128-139) Vita, liber I miraculorum et ex libro II miracula* BHL. *4875-4877.*

28. *Vaticanus lat. 5696, olim Sanctae Mariae ad Martyres, saec. XI/XII. Insunt (fol. 19ᵛ-26) Vita et miracula* BHL. *4863-4867.*

29. *Casinensis 117, saec. XI/XII. Inest (fol. 306-308) sola Vita, cuius contuli prima dumtaxat capita 1-5.*

30. *Casinensis 111, saec. XI/XII. Inest (fol. 208ᵛ-210) sola Vita; contuli capita 1-5.*

31. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 5348, saec. XIII. Insunt (fol. 2-10) Vita initio mutila, liber I miraculorum et ex libro II miracula* BHL. *4875, 4877.*

32. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 5347, olim Sancti Martialis Lemovicensis, saec. XII. Inest (fol. 1-16ᵛ) liber II miraculorum* BHL. *4873-4879; folio perdito, deest ultima pars miraculi* BHL. *4879.*

33. *Parisinus Bibl. Nat. lat. 11767, saec. XVII. Insunt (fol. 225-232ᵛ) inter alia apographa a monachis*

A *monachis Sancti Germani a Pratis collecta, miraculum* BHL. *4873 " ex ms. D. d'Herouval ", epitome quaedam miraculi* BHL. *4874, et " miraculum de domini Baccavillaei nobilissimi viri liberatione ex gallico idiomate in latinum translatum " (inc.* Dum Franci adversus Turcas bella movent...); *cf. supra, p. 143-44, num. 13.*

34. *Bruxellensis, Bibl. Reg. 8934, saec. XVII. Inest inter alia a decessoribus nostris collecta apographum acceptum " ex collectione PP. Fuliensium Parisiis "; in quo reperire est: 1) prologum* Sanctorum laudanda memoria, *de quo ad cod. 1; 2) ipsa sex prima verba Vitae " ex ms. legendario coenobii Longipontis ordinis Cisterciensis Suession. "; 3) miraculum* BHL. *4873; 4) initium epitomae miraculi* BHL. *4874, de qua ad cod. 33.*

35. *Rotomagensis U. 22, olim Sancti Audoeni, saec. XIII. Inest (fol. 24-28) sola Vita cum prologo* Sanctorum laudanda memoria, *quem nobis perhumaniter contulit v. cl. Henricus Loriquet.*

Iam vero, inspectis praeter haec non paucis aliis B *exemplaribus, nullum codicem repperimus qui simul Vitam et miraculorum libros I et II integros complecteretur; librum II miraculorum integrum exhibet vix unus codex (supra cod. 32), librum autem I aliquot (supra cod. 1, 12, 14, 15, 20, 22, 25, 26, 27, 31). In ceteris vel sola Vita habetur, vel Vitae subiuncta sunt aliquot capita libri I miraculorum, eaque alia in aliis exemplaribus, sed etiam aliquando quaedam capita libri II.*

AUCTORE A. P.

variae lectiones easque selectas annotavimus.

Infimas paginas variarum lectionum, quas collegimus, indigesta mole ne oppleremus, ideo nobis persuasimus, quod generatim textus fideliter et recte traditus est, atque huiusmodi sunt variae lectiones tantum non omnes ut, iis collatis, ne principium quidem probabile appareat varios codices in certas classes componendi. Ubicumque igitur unus codex a reliquis omnibus discrepabat, id fere annotare neglexímus; fere, inquam, siquidem in nominibus tum personarum, tum locorum integram lectionum varietatem ascripsimus, et praeterea in libro I Miraculorum singulas etiam varias lectiones codicum 3 et 25 exhibuimus; in his enim duobus videntur librarii, utpote semidocti, non pauca verba arbitratu suo mutasse et nonnullis saltem in locis quasi initium quoddam novae recensionis seu potius novarum recensionum — uterque enim suam viam abiit — adumbrasse. In libro E *autem II miraculorum, qui in paucis dumtaxat exemplaribus traditus est, singulorum lectiones omnes ascribere necesse erat.*

PROLOGUS

[1] **Prologus in Vita sancti Leonardi** [2].

Prologus ab alio scriptore, ut videtur, praefixus.

Sanctorum laudanda memoria quotienscumque recitatur[3] in sancta Ecclesia, fides devota fidelium de bono in melius gradatim augmentatur et christiana militia contra[4] diabolum non mediocriter roboratur. Dolet enim antiquus hostis in triumpho[5] sanctorum, quia ex obsessis corporibus saepe detruditur ab ipsis in tenebris infernorum, quoniam, sicut[6] legitur, nulla conventio Christi ad Belial, neque pars fideli[7] cum infideli[8], neque societas luci[9] ad tenebras, neque consensus templo[10] Dei cum idolis. Itaque patet quod, si[11] opera sanctorum secundum veritatem glori- C ficando exaltamus[12], creatori omnium Deo nostro in nobismet ipsis habitacula[13] praeparamus, quia ipse[14] dixit: " Qui vos tangit me tangit, et qui vos odit me odit ", et[15] item: " Qui vos honorat me honorat. " Quapropter[16] pro posse[17] fragilitatis nostrae honoremus Deum[18] et sanctos eius[19], eo quod in sanctis consolabitur Deus. Oportet itaque et loqui et scribi quodcumque ex ipsis cognoscimus iuxta cooperationis veritatem, neque admisceri convenit ullatenus[20] falsitatem, quoniam, sicut in veriloquio pro illis Deo placemus[21], ita in falsiloquio quoque Deo[22] illisque[23] displicemus. Loquamur ergo et annuntiemus facta sanctorum, immo opera Dei in ipsis ad auxilium nostrum; et non negemus opus Dei admirabile sacramentum. Scriptum quippe est: *Sacramentum*[24] *regis abscondere bonum est, opera autem Dei*[25] *revelare et confiteri honorificum est.* Nunc igitur quae de beato Leonardo facta vel[26] dicta a senioribus F secundum antiquitatem percepimus (1), in memoriam posterorum[27] ad aedificationem fidei exemplaque virtutum[28] tradere non timemus[29].

II Cor. 6, 14-16.

Cf. Luc. 10, 16.

Cf. II Mach. 7, 6.

Tob. 12, 7.

(Ex codicibus 1, 34, 35). — [1] Incipit *add.* 1, 35. — [2] confessoris *add.* 35. — [3] recolitur 34. — [4] in 34 *ante corr.* — [5] triumphis 34. — [6] sic 34. — [7] fidelium 34. — [8] infidele 1. — [9] lucis 34. — [10] templi 34. — [11] *deletum in* 35. — [12] et *add.* 35. — [13] tabernacula 34. — [14] Dominus *add.* 35. — [15] *om.* 34. — [16] Quare 34 *ante corr.* — [17] viribus 34 *ante corr.* — [18] (D. et s.) s. et D. 34 *ante corr.*; Dominum et s. 34 *post corr.* — [19] prius 34. — [20] nullatenus 34. — [21] complacemus 35. — [22] Domino 34. — [23] *om.* 34. — [24] quidem *add.* 35. — [25] *om.* 34. — [26] ut 34. — [27] posterum 1; posteris 34. — [28] *vocabulum excisum in* 1; *om.* 34. — [29] Explicit prologus *add.* 1, 35.

(1) Ex hoc loco collegit OROUX (op. c., p. XVIII) ad componendam Vitam praesto fuisse scriptori monumenta quaedam quae iam perierunt. Verum praeterquam quod minime liquet prologum illum ab ipso Vitae auctore conscriptum esse, — deest enim in exemplaribus vix non omnibus, — quis non videt prologi verba de monumentis scriptis non debere, sed de fama vulgata optime posse intellegi?

VITA

VITA PRIOR D

VITA S. LEONARDI

[1] Vita[2] sancti[3] Leonardi[4] confessoris[5].

S. Leonardus

1. Beatus[1] igitur[2] Leonardus[3] temporibus Anastasii imperatoris (1) in provincia Galliarum (2) claris parentibus exstitit natus. Conlaterales (3) vero Clodovei[4] regis Franciae[5] (4) parentes eius erant et inter satellites palatii primatum militiae post regem habebant[6]. Ipse autem rex Clodoveus[7] in primordio suae aetatis secundum morem[8] gentilium fuit paganus[9], sed per praedicationem sancti Remigii Remensium[10] archiepiscopi[11] ad fidem Christi conversus factus est christianus. Qui denique secundum verba tes- *a patrino suo S. Remigio* tium veridicorum puerum Leonardum suscepit de sacro fonte ob parentum nobilium carissimum amorem. Puer autem Leonardus postquam evasit[12] incrementa puerilia[13] adolescens factus iuxta consuetudinem parentelae regali noluit[14] *pie educatus* implicari militia, sed spiritu[15] divino tactus potius voluit sequi archipontificis[16] Remigii vestigia; cuius salutaria monita non ut[17] surdus auditor intendebat, verum ut prudens et futurus seminator in secretarium[18] cordis audita reponebat.

ipse etiam a Chlodoveo rege impetrat

2. Nam sicut praedictus pontifex beatus Remigius olim Francigenis suaserat regibus (5) ut tale pro Dei honore[1] sancirent edictum, quatinus, quotienscumque intrarent aut transirent civitatem Remensium, quicumque in vinculis seu in[2] carceribus fuissent detenti, confestim sine ullo impedimento dimitterentur[3] liberi; quod usque hodie conservatur[4]; si quando quippe rex Galliae[5] ad praedictam urbem devertitur[6], omnes ex carceribus absoluti exeunt et ad reddendas gratias obviam ei[7] prosiliunt; * [8] ad imitationem vero[9]

* *In codice Romano Bibliothecae Victorii Emmanuelis Farfensi 27 descripta est saec. XII, fol.* 190^r-
B 193^v, *Vita S. Leonardi fine mutila (cf.* Catal. Lat. Rom., *p. 118), quae alibi cum ceteris exemplaribus* E
non male congruit, hic autem inserta praebet haec verba, quae exscribenda censuimus : Innumerabilia miracula sanctissimo confessori Leonardo collata propter frequentiam diuturna sunt inenarrabilia. Et quia illorum, quorum ibi patent pondera ferri, a nullis liberatio potest computari, plures venientibus illis caricatae columnae vel trabes apparent de miraculorum ferrea materia oneratae, quae sunt numero octuaginta, atque arbores positae in medio monasterii. Numquam enim, ut aestimo, tam pulchram tamque visu delectabilem, ornatam diverse pulcherrimis floribus, quis reperire potuit arborem, quantum valet illam conspicere ornatam totius ferramenti materie cum coruscis signis. Nec est alicui facile narrare non videnti cotidiana miracula, nec difficile credere, secundum Deum
Ioh. 14, 12. dicentem : *Qui credit in me, opera quae ego facio, ipse faciet, et maiora horum faciet.*

[1] Incipit *add.* 1-4, 7, 12, 13, 15, 16, 18-21, 25-27, 30; VIII idus novembris *add.* 11, 28. — [2] *om.* 28, 29; vel gesta *add.* 27; vel obitus *add.* 30. — [3] beati 30; beatissimi 6, 22; sanctissimi 11. — [4] Leonhardi 8; abbatis et *add.* 25. — [5] *om.* 1, 2, 7, 14, 29; abbatis 9; Christi *add.* 6, 17; que colitur (q. c. *om.* 12, 18; cuius festum est 4) VIII idus novembris *add.* 4, 12, 18, 26. *Lemma in* 10 *legi non potest; nullum lemma in* 14; *in* 23 *pro lemmate hi versus :*

Emptus est hic a me, qui nomine nominor Adae,
Ad laudem Christi mediatoris crucifixi
Et pariter sancti confessoris Leonardi.

1. (Cod. 1-30). — [1] Beatissimus 23, 24. — [2] *om.* 12, 13. — [3] *ita etiam* 8 *hic et fere postea.* — [4] Clodevei 10 *et ita deinceps*; Glodovehi 22. — [5] Francorum 25. — [6] tenebant 28; tenebant et hab. 30. — [7] Glodoveus 22; Chlodoveus 25; Dodoveus 29. — [8] ritum 24, 25. — [9] (f. p.) p. f. 4, 9, 13; p. erat 11. — [10] Remorum 25. — [11] archipontificis 8, 9. — [12] crevit per 28, 30. — [13] (i. p.) p. i. 11, 22, 28, 30. — [14] (r. n.) n. r. 3, 25. — [15] (s. d.) d. s. 4, 12. — [16] archiepiscopi 3, 9, 27; pontificis 13. — [17] *om.* 28, 30. — [18] secretario 4, 12, 28.

2. (Cod. 1-30). — [1] amore 7, 11, 20, 23, 26, 28; amore vel honore 9. — [2] *om.* 28, 30. — [3] dimittebantur 5, 6. — [4] observatur 5, 6. — [5] Franciae 25. — [6] devertit 10, 14; divertitur 1, 3, 5 *ante corr.*, 8, 9, 11, 13, 15, 18, 19, 22-24; divertit 5 *post corr.*, 25; diverterit 4, 27 *post corr.* — [7] (o. ei) ei o. 4, 13, 26. [8] Sic *add.* 10, 11. — [9] *om.* 10, 11; ergo 25.

(1) Ut scriptor saeculi XI imperatorem Orientis hic nominaret, inde factum esse opinor quod Vitam S. Remigii
C Remensis ab Hincmaro conscriptam legerat (vid. infra, p. 153, annot. 2), ex qua edoctus sit Hludowicum regem ab Anastasio imperatore codicillos pro consulatu accepisse (cap. 20); qua notitia libenter usus est, ut tempus vitae S. Leonardi ex tempore tum summi imperatoris, tum regis Francorum definiret. — (2) Infra, cap. 6, inducitur S. Leonardus de se dicens : *Patria quidem nativitatis meae est Francia.* Utrumque hunc locum ita exposuerunt ii, qui Vitam antiquam esse opinabantur eique ultro fidem tribuebant, ut Gallia seu Francia plane ab Aquitania distincta intellegeretur, et inde collegerunt sanctum nostrum citra Ligerim esse natum (ARBELLOT, op. c., pp. 4-5, 247-48). Neque defuerunt qui rem magis definire conarentur. Alii enim, et quidem inde a saeculo XII, Leonardum *civem Aurelianensem* dixerunt (cf. ARBELLOT, pp. 248-49, 313-14), mera coniectura an translata in sanctum Nobiliacensem patria Leonardi Vendoperensis, nescio. Alii, iique saeculo XVII non anteriores, multo etiam distinctius referunt Leonardum haud procul ab Aurelianis natum esse " in parochia de Ulmis, in praedio quod Courroy vocatur "; quae temere videntur dicta (cf. ARBELLOT, p. 250-51). Alii Leonardum *in Galliis de castro Vindocinensi oriundum exstitisse* censuerunt atque in testimonium attulerunt Vitam S. Leonardi, in qua ista totidem verbis leguntur (ARBELLOT, p. 251); verum haec Vita est Leonardi Vendoperensis, non Nobiliacensis, et illa quidem in qua scriptor res gestas utriusque sancti ad arbitrium permiscuit (cf. supra, p. 140, annot. 8). Alii demum Leonardum nostrum Cenomannensis agri indigenam fecerunt, sive quod de Nobiliacensi dixerunt ea quae in Vendoperensem potius congruere videntur, sive quod inepte audacterque commenti sunt Leonardum filium exstitisse Rigomeris illius, quem *apud Caenomannis civitatem ex iusso Chlodovechi*, cuius pro- F
pinquus erat, interfectum narrat Gregorius Turonensis, *Hist. Franc.*, II, 42 (cf. ARBELLOT, pp. 249-50, 252-54). Iam vero haec et alia huiusmodi, quae infra recensenda erunt, prorsus inania esse, ex his quae de Vitae S. Leonardi aetate et auctoritate statuimus, satis liquet. — (3) Utrum significare voluerit scriptor Leonardi parentes fuisse Chlodovei affines (ita Krusch), an solummodo amicos, socios, qui ad latus regis assisterent (ita ARBELLOT, p. 252; cf. DUCANGE, s. v.), non ausim definire. Certe neutrum altero verius est. Kruschii sententiam praecepisse videntur tum reges Francorum tum alii, qui post medium saeculum XV S. Leonardo regios natales ascripserunt, inde a Carolo VII, qui de sancto nostro anno 1460 sic scribit : " saint Liénart nostre parent " (*Ordonnances des rois de France*, t. XIV, p. 505); post quem similia protulerunt anno 1470 Ludovicus rex XI : " (ce) glorieux saint, qui yssit et fut extrait de la maison de France " (*Ordonnances*, t. XVII, p. 337), anno 1511 Ludovicus rex XII : " Monsieur saint Léonard était de la maison royale de France, et de sang et lignée royale ", alii (cf. OROUX, op. c., p. 168-71; ARBELLOT, p. 252-53). Ex quo factum est ut saepe, cum depingeretur vel exsculperetur effigies S. Leonardi, in ipsius vestibus lilia gallica consperserint artifices. His autem effigiebus inductos esse crediderim quosdam recentiores, ut fingerent caelitus revelata esse S. Leonardo lilia illa stemmatis gallici (vid. supra, p. 141, annot. 1). — (4) Meminisse iuverit non ante medium saeculum XI pro solitis verbis *rex Francorum* usurpari coepisse voces *rex Franciae*. — (5) Haec de S. Remigio nusquam alibi narrata sunt.

boni

multorum captivorum liberationem. boni magistri Remigii (1) Leonardus bonus discipulus[10] hoc ipsum expetiit[11] a rege[12] humillimis precibus[13], quatinus omnes qui in ergastulorum custodia detinerentur, si eos ipse voluisset visitare, omnino solverentur. Quam rem a rege cum benivolentia impetravit et ubicumque incarceratos esse audiebat, non piger[14] ad eorum absolutionem totis viribus concurrebat. Sciebat enim
Matth. 25, 36. scriptum istud[15] verbum evangelicum[16]: *In car-*
Matth. 25, 40. *cere eram*[17], *et ad me venistis*[18] et : *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.*

Virtutum fama clarus, 3. Crescebat autem vehementer per totam Galliam fama eius bonitatis[1], propterea que[2] multi aegrotantes confluebant ad eum gratia recuperandae sanitatis. Quibus in nomine Domini salutem[3] reddebat; insuper eis[4] escam[5] carnalem et spiritalem[6] tribuebat. Alacris quidem erat in exhortatione, dulcis et humilis in sermone, in operatione simplex et pudicus, in promissione veridicus, in elemosynis largus atque munificus; modestus itidem in reddenda ratione, tenuis quoque ita[7] et[8] inclinus[9] quasi non ex nobili sed ex parvissima esset generatione. Interea dum vir
Psalm. 1, 2. Dei beatus Leonardus pervigil meditaretur in lege Domini die ac nocte, divulgabatur opinio eius apud universos multiplici sermone. Quapropter rex Franciae[10] ipsum ad se accersiri per honora-
recusato episcopatu, biles legatos iussit; cui et dixit : " Leonarde „ homo[11] Dei, deprecor te, ut nusquam[12] discedens[13] in[14] palatio meo[15] mecum maneas, „ quousque infulam pontificalem, sicut dignus es, „ a me suscipias[16]. „ Erat enim iam[17] clericus humilis et mansuetus. Cui sanctus Leonardus respondit : " Si[18] secundum iura parentum meorum regibus Franciae[19] militare voluissem[20], „ optime scio, bone rex, quia in tua aula inter „ mediocres non fuissem. Verum quia magis „ elegi abiectus servire Deo meo quam in sublimitate positus regi obtemperare terreno, largire eis qui eas cupiunt infulas antisticii[21]; „ mihi autem satis est solitarie laudare nomen „ Domini[22]. Neque enim ideo hoc, magne rex, „ dico, ut exsecrandum sit quibus convenit culmen praesularis officii; sed propterea dico[23], „ sicut iam dixi superius[24], quia[25] magis volo
Psalm. 83, 11 „ esse in domo Dei abiectus[26] quam habitare in „ principum huius mundi domibus. „ Relinquens igitur quod promittebat rex, scilicet totius terrenae dignitatis[27] fastigium, tamquam fidelis agricola seminando verbum Dei devenit[28] Aurelianum[29]. Non longe autem foris eandem civitatem venerabilem virum, nomine Maximinum[30], invenit; cui[31] aliquantum temporis adhaesit.

Vita prior

S. Maximino abbati Miciacensi socium se iungit;

a quo deinde 4. Cum praeclaro quidem coenobita Maximino[1] dum sanctus Leonardus[2] demoraretur[3] (2), cognovit per sancti Spiritus[4] revelationem se non ibidem amplius[5] commanere[6], sed potius versus Aquitanicam[7] proficisci regionem. Cuius rei mysterium dignissimo fratri suo beato[8] Lifardo[9] (3), qui fidus ei comes erat, innotuit et secum ducere eum[10] voluit. Beatus autem Lifardus[11] sancto Leonardo respondit : " Sanctissime frater, si tuae „ voluntati non habetur[12] contrarium, hic supra[13] „ ripam Ligeris praeparabo mihi[14] aliquem[15] „ locum meae habitationis. Tu autem vade quocumque te duxerit[16] Dominus Iesus Christus, „ qui tibi sit hic et ubique propitius. „ Et osculantes se mutuo[17] divisi sunt ab alterutro. Lifardus[18] vero, ubi nunc requiescit, petiit Madunum[19]; sanctus quoque[20] Leonardus versus Aquitaniam[21] convertit[22] iter suum. Transiens autem per Bituricam[23] diocesim nullatenus timore passionis se occultabat, sed sicut miles egregius[24] armis fidei accinctus nomen Domini viriliter praedicabat. Erat enim in his partibus adhuc satis novella christianitas, quia nondum penitus exstincta erat per baptismum saeva gentilitas. Itaque vir Dei, quantumcumque verbis et operibus poterat, Christi nomen exaltabat. Fugabat quidem daemonia, reddebat surdis auditum, caecis visum,

et a fratre suo S. Lifardo discedens

E

in Aquitaniam proficiscitur;

[10] (b. d.) d. b. 3, 4. — [11] *om.* 18, 19. — [12] et *add.* 20, 21. — — [13] petiit *add.* 18, 19. — [14] (n. p.) impiger 4, 25. — [15] illud 1, 13, 25. — [16] (v. e.) e. v. 1, 9, 24; *om.* 4. — [17] fui 11, 25. — [18] (ad me v.) v. ad me 1, 3, 8, 9, 11-13, 18, 19, 22, 25, 26, 29.

3. (Cod. 1-30). — [1] (e. b.) b. e. 2-4, 8, 9, 12, 13, 26. — [2] -que
C *om.* 18, 19, 24; et propterea 3, 29; pretereaque 21; unde 4. — [3] sanitatem 3, 13. — [4] *om.* 23, 30; et *add.* 10. — [5] et *add.* 5, 6, 11, 14, 16, 22, 27, 28. — [6] (c. et s.) s. et c. 8, 9, 23, 24; c. spiritalemque 3 corporis et animae 4; et s. *om.* 12. — [7] *om.* 12-14, 22. — [8] (ita et) et ita 28, 30. — [9] inclinis 3, 4, 12 *post corr.*, 13, 30; acclinis 25, 28; acclinı//// 1; inclitus 20. — [10] Francorum 25. — [11] serve 18, 19. — [12] numquam 5, 6, 9, 11, 14, 28, 30. — [13] discedas 28, 30; discedas et 29. — [14] a 28, 30. — [15] sed *add.* 28, 30. — [16] accipias 26, 28. — [17] *om.* 5, 8, 9, 12, 17, 29. — [18] voluissem *add.* 28, 30, — [19] Frangie 11; Francorum 25; *om.* 3. — [20] *om.* 28, 30. — [21] antistiti 8, 11; antistitis 7, 15, 23; antistitum 12, 28, 29. — [22] (s. l. n. D.) l. n. D. s. 11, 22. — [23] quia 3. — [24] (d. s.) s. d. 12, 25. — [25] *om.* 3, 5-9, 11, 13-15, 17, 20, 22, 23, 25, 26, 28. — [26] (e. in d. D. a.) e. a. in d. D. 1, 13; vivere a. in d. D. 25; a. e. in d. D. 8; in d. D. e. a. 10; in d. D. a. e. 28. — [27] (t. d.) d. t. 3. 26. — [28] ad *add.* 8, 14, — [29] Aurelianis 4, 13, 25; Aureliano 30. — [30] Maximum 7, 29. — [31] per *add.* 20, 21, 23.

4. (Cod. 1-31). — [1] Maximo 7, 29. — [2] *om.* 25; Leonandus 14. — [3] moraretur 26, 28, 30. — [4] (s. Sp.) Sp. s. 4-6, 8, 9, 28. — [5] (i. a.) a. i. 3, 5, 9, 10, 25; ibi a. 12. — [6] commaneri F 1, 2, 14, 17; commorari 3; commorare 29; debere *add.* 7, 8. — [7] Equitaniam 6, 8, 9, 11, 14, 27; ęquitaniam 21; Aquitaniam 23; Aquitanica 30; Equitani quam 7. — [8] *om.* 3, 8, 10, 25, 29. — [9] Liphardo 1, 2 *post corr.*, 5, 7, 25, 30; Lietphardus 2 *ante corr.*; Lieffhardus 8; Filardo 21; *atque ita deinceps*. — [10] (d. e.) e. d. 10, 13, 14, 25, 26. — [11] Filardus 7 *hic*. — [12] videtur 1; videtur esse 10; habeatur 21; haberetur 28. — [13] super 28, 30. — [14] *om.* 12, 25, 28, 30. — [15] *om.* 7, 8. — [16] (te d.) d. te 18, 22. — [17] invicem 9, 25. — [18] Lieffardus 8 *hic*. — [19] Madimum 3; Medanum 22. — [20] *om.* 19; vero 1, 6, 11, 16, 25. — [21] Equitaniam 7, 8, 9, 14; ęquitaniam 21; Aquitanicam 2 *ante corr.*, 29. — [22] vertit 12, 20. — [23] Biturice 3; Brittaicam 29. — [24] *ab hoc verbo incipit* 31.

(1) Haec ideo excogitasse videtur scriptor, quod suo tempore miracula S. Leonardi in liberandis captivis celebri fama extollebantur. Cf. supra, p. 142. Hinc etiam factum est ut in depingendo sancto soliti sint artifices compedes, vincula aliave huiusmodi apponere, vel etiam singulos aut binos captivos ad pedes ipsius provolutos appingere. Cf. hac de re, inter alios multos Arbellot, op. c., pp. 162, 165-67, etc.; Ch. Cahier, *Caractéristiques des saints*, (Paris, 1867), pp. 177, 190, 191; W. L. Schreiber, *Manuel de l'amateur de la gravure sur bois et sur métal*, t. II (1892), p. 136-38; t. III (1893), p. 226; L. Delisle, in *Bibliothèque de l'École des chartes*, t. LXI (1900), p. 199-200. — (2) In Vita S. Leonardi Vendoperensis, quam superius attulimus (p. 140, annot. 8), legitur Leonardum illum, iubente S. Maximino, Eusebium episcopum Aurelianensem adiisse et ab eo *ad diaconatus officium esse sublimatum*. Quae de Leonardo nostro quidam intellexerunt, ita ut in effigiebus pictis vel sculptis diaconi vestibus seu habitu levitico saepe compareat ornatus (cf. Arbellot, pp. 14-15, 35), dum alii ipsum sacerdotio auctum voluerunt; utrumque aeque incertum. Ex eadem Vita Leonardi Vendoperensis in Leonardum Nobiliacensem translatum est miraculum quod narrat Arbellot, p. 15-16. — (3) Leonardi nostri fratrem fuisse S. Lifardum praeter hanc Vitam docent solummodo aliqua documenta recentiora et auctoritatis etiam multo minoris (cf. Arbellot, p. 255-56). Contra tacet omnino hac de re Vita S. Lifardi (*BHL.* 4931), quae etsi ante saec. IX non est conscripta, antiquior tamen est Vita Leonardi. Vitae S. Leonardi credendum censet Oroux (t. c., p. 187-94), negat vel ipse Arbellot (l. c.).

claudis

VITA PRIOR

claudis gressum, infirmantibus quoque universis ad se venientibus salutis praestabat remedium. Talia quidem operando athleta Christi Leonardus galea salutis et scuto fidei decenter armatus prosequitur iter initum[25]. Eph. 6, 16, 17.

ubi cum per silvam Pavum transiret

5. [1] Tandem [2] intravit [3] quandam silvam, cui [4] vocabulum est Pavum [5] (1); quae denique silva satis erat abundans et plena ferarum, proptereaque [6] reges Galliae atque etiam [7] duces Aquitaniae [8] consueverant in ea [9] ire [10] venatum. In praefata vero silva regalis habebatur sala [11] (2) causa venationis antiquitus praeparata. Non longe quidem distabat a civitate Lemovica [12], sed fere decem intererant miliaria. Veniebat igitur rex singulis annis cum suis iuvenibus et, sicut fertur, saepius comitabatur secum uxor eius (3). Accidit autem eo tempore, quo sanctus Leonardus per eandem transiret [13] silvam, ut nimii dolores circumdarent reginam. Ipsa enim cum rege viro suo delectandi gratia veniens ibidem morabatur; verum [14] praegnans paene morti [15] proxima partu periclitabatur. Proinde rex anxius et tristis huius rei auxilium a multis expetiit medicis; quorum B nemo valuit subvenire, adhibita arte multiplicis medicinae. Erant [16] itaque omnes amici regis in maxima tristitia, eo quod tam [17] miserabiliter moriebatur regina, flebatque [18] intus et foris universa familia.

atque reginae Francorum ibi in partu laboranti

6. Interea dum hoc [1] agitur [2] et dolentium clamor in caelum tollitur [3], sanctus Leonardus, ut saepe iam dictum est, per illud nemus iter faciens, relicto itinere, ad voces maerentium se convertens [4], commotus pietate cordis, scire volens [5] cur resonaret gemitus tanti clamoris. Quem protinus ut aulici conspexerunt, eius adventum sine mora regi nuntiaverunt, dicentes: " Domine rex, hic [6] modo adveniens foris assistit [7] quidam homo Dei, cuius reverendae faciei aspectus resplendet sicut caelestis angelus. " Statimque rex ad eum prosiliens secumque in aulam [8] introducens, taliter [9] eum allocutus est [10], dicens: " Rogo te, venerande pater [11], indica nobis [12] cuius oriundus sis patriae, aut unde nobis advenisti [13] hodie, vel si aliquod [14] possides ingenium medicinae. " Ad haec [15] sanctus Leonardus respondit: " Patria quidem nativitatis meae est Francia [16]; ad te autem me adduxe- C runt maerentium lamenta. Herbarum denique medicamina, de quibus me interrogas, nescio, sed per invocationem nominis [17] domini nostri Iesu Christi varias infirmitates ab infirmis repello. " Quo audito, rex gavisus factus [18] est D valde, iterumque allocutus est eum [19] tali affamine: " Edicito mihi, patrone beatissime, quo etiam appellaris nomine. " Cui sanctus [20] Leonardus [21] respondit: " Inter homines quidem Leonardus [22] dicor, servus Dei omnipotentis et beati Remigii humilis auditor. " Rex autem [23] audiens illum a bono viro fore [24] eruditum, credidit eum sanctum ac benignum; provolviturque ad eius vestigia petens auxilium ex ingenti tristitia: " Succurre ", inquit, " mihi [25], pater sanctissime, quia uxor mea moritur posita in partus discrimine. Affer mihi, quaeso [26], geminam consolationem, ut tuis sanctis precibus merear recipere cum edita prole liberatam uxorem. "

suis precibus

7. Sanctus igitur [1] Leonardus solito more ad pietatis verba inclinatus, suffusus [2] oculos lacrimis, eo quod regiis [3] movebatur suspiriis, de terra elevavit regem et cum illo paucisque suis satellitibus cubiculum, quo languens regina iacebat, intravit, oculosque in caelum intendens, sic oravit ad Dominum, dicens: " Deus omnipotens, solus sine fine et [4] initio, qui totum [5] mundum creasti E ex nihilo, ad cuius imperium instabile volvitur caelum, terra autem immobilis perstat in aeternum; cuius luce illuminantur sidera caeli cuiusque nutu luna noctem, sol occupat tempus diei; cuius immensa et inenarrabilis claritas abyssi profundas irradiat tenebras; cuius praecepto mare constringitur, dum ultra terminos numquam progreditur; qui ex eodem mari [6] flumina producis et flamina [7] ventorum in cavernis terrae concludis; qui etiam inaestimabili potentia ex durissimo ligno mollia deducis semina; qui Adam de limo terrae plasmasti [8] deque [9] eius [10] latere [11] mulierem formans pro adiutorio ei [12] in coniugium [13] sociasti; quibus ad propagandam posterorum sobolem per legitimi coniugii copulationem perpetuam dedisti benedictionem, dicens: *Crescite et multiplicamini, et replete terram, et dominamini volatilibus caeli et piscibus maris* [14], quin etiam bestiis totius diversitatis; qui Abraham patriarcham coniugemque [15] eius Saram [16] licet provectos maturiori aetate fecundasti insperatae prolis novitate; qui etiam, cooperante Spiritu sancto, de sinu tuo misisti Filium tuum F ad intemeratae virginis uterum, ut in ea Deus fieret homo et humana lege in praegnantis lateret domo atque etiam [17] post novem mensium legitimum numerum, matre virgine Gen. 1, 28.

[25] inceptum 27, 28; initium 7; iam dictum 21.

5. (Cod. 1-31). — [1] Et *add.* 18-20. — [2] -que *add.* 12, 25, 28, 30. — [3] in *add.* 4, 11, 23, 24. — [4] cuius 18, 19. — [5] Panum 7; Pavus 29. — [6] et propterea 3, 9, 22; -que *om.* 30. — [7] *om.* 3, 8, 24. — [8] Equitanie 7, 8, 29; ęquitanie 21; Aquitanicę 18. — [9] (c. in ea) in ea c. 15, 25. — [10] iri 1, 2, 6, 12, 13, 15 *ante corr.*, 17-19, 20 *ante corr.*, 26. — [11] *ita et* 8; salina 8 *al. man. sup. lin.*; aula 3, 4, 18, 19, 31; sola 17, 30. — [12] Lemonica 3, 9; Lemoica 29. — [13] transibat 11, 23, 25; transisset 27. — [14] vere 21, 27. — [15] mortis 7, 19. — [16] Plorant 28; Plorabant 30. — [17] *om.* 11, 30. — [18] -que *om.* 13, 22, 28; propter hoc flebat 30.

6. (Cod. 1-28, 31). — [1] haec 21, 27, 28. — [2] aguntur 27, 28. — [3] attollitur 3, 13, 15. — [4] convertit 3, 12, 25, 28; committens 7. — [5] voluit 10, 13; volebat 31. — [6] huc 7, 11. — [7] astitit 4, 12, 13; stat 25. — [8] (in a.) *om.* 7, 18, 19. — [9] taliterque 5, 6, 21, 22, 25; taliterque ad 16, 27. — [10] alloquitur 9, 17. — [11] (v. p.) p. v. 18, 19, 25. — [12] mihi 26, 28. — [13] (n. a.) a. n. 9, 31. — [14] aliquid 14, 21. — [15] quidem verba *add.* 4, 10, 11, 23, 24. — [16] Gallia 28. — [17] *om.* 19, 23. — [18] *om.* 3, 6, 8, 9, 13, 18, 19, 26, 28, 31. — [19] (a. e. e.) eum a. est 3, 9. — [20] beatus 4, 23, 24. — [21] *om.* 9; Leohnardus 14. — [22] Leo//-nardus 14. — [23] *om.* 9, 28. — [24] *om.* 9, 19, 25, 31; fuisse 3. — [25] (i. m) m. i. 3, 4, 27. — [26] *om.* 27, 31.

7. (Cod. 1-28, 31). — [1] itaque 8, 9. — [2] suffusos 1, 2, 4, 6, 9, 14, 18-21, 24, 26 *ante corr.*; habens suffusos 7; suffossos 15. — [3] regis 2, 3, 6, 7; regis his 28. — [4] sine *add.* 2, 9, 12, 25. — [5] *om.* 11, 25. — [6] mare 1, 3-5, 9, 13, 14, 22. — [7] flumina 2, 21. — [8] formasti 17, 23, 25. — [9] et de 1, 3, 4, 8, 9, 14; ex *add.* 11. — [10] (d. e.) de eiusque 13, 23 *corr. al. man.* — [11] (e. l.) l. e. 11, 25. — [12] *om.* 17, 25; & 10; Dei 14. — [13] coniugio 3, 7 *ante corr.*, 27. — [14] (v. c. et p. m.) p. m. et v. c. 8, 22. — [15] et coniugem 3, 8. — [16] Sarram 1, 2, 4 *ante corr.*, 15, 24, 26. — [17] *om.* 3, 14.

(1) " La forêt de Pauvain ", vertit ARBELLOT, p. 21, ex certa rei cognitione an mera coniectura, nescio. Certe nulla iam est in hoc loco silva, neque nomen Pavo simile in tota vicinia superest. — (2) Id est domus, aedes, amplae praesertim et instructae. Cf. DUCANGE, s. v. — (3) Qui Vitam fide dignam esse autumabant, nomina regis et reginae, quae scriptor silentio praetermiserat, definire conati sunt, aliis Chlodoveum et Chrotechildem nominantibus, aliis Theodebertum I et aliquam ex uxoribus ipsius (vid. OROUX, p. 207-13, cf. p. 194-207; ARBELLOT, p. 259-64).

pariente,

VITA PRIOR

A pariente[18], velut e thalamo procedens nascendo virginis relinqueret[19] uterum; in cuius nomine te, Deus Pater, cum Spiritu sancto[20] invoco et ad exaudiendam vocem deprecationis meae solita clementia, qua me semper exaudis, quatenus velox et exaudibilis adsis, suppliciter obsecro. Intret oratio mea in conspectu tuo[21]; inclina[22] aurem tuam, piissime[23], ad preces meas[24]. Tu enim per sacratissimum os filii tui domini nostri Iesu Christi duodecim apostolis ceterisque fidelibus christianis inquiens promisisti : *Quodcumque petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis;* peto itaque, omnipotens Pater, per unicum Filium tuum simulque etiam per Spiritum sanctum, ut huic prae angustia pariendi ingemiscenti[25] reginae superveniat tuae pietatis auxilium, quatenus ab instanti periculo liberata possit nobiscum glorificare nomen tuum, quod est benedictum in saecula saeculorum. „

Psalm. 87, 3.

Ioh. 14, 13; 16, 23.

subvenisset,

8. Cumque[1] qui aderant respondissent[2] : " Amen „, statim ut sanctus Leonardus[3] una cum rege aliisque qui adfuerant[4] egressus est a cubiculo, exaudita est eius oratio[5]. Nam divina misericordia interventu dilecti sui Leonardi moribundae reginae ilico subvenit et nascente, quam in utero habebat, prole, ab omni languore liberam[6] esse praecepit. Tunc rex omnesque milites sive famuli eius tetenderunt manus ad[7] caelum et benedixerunt omnipotentem Deum[8], qui per servum suum Leonardum tam insigne dignatus est operari miraculum. Praeterea[9] rex aureos scyphos paterasque argenteas vestesque purpureas auro textas aliaque ornamenta quam plurima iussit apportari et sancto Leonardo gratanter haec omnia quasi pro munere praesentari. Verum agonista Christi inclitus, cui mundus cum suis pompis erat crucifixus, xenia[10] respuens omnino[11] regalia ipsumque[12] regem convocans affatur[13] eum[14] voce mitissima : " Audi me, rex. Donum Dei nullatenus pecunia comparatur, sed pretio fidei fidelibus administratur. Quocirca quae mihi largiri desideras, stude erogare pauperibus, viduis, orphanis patientibusque[15] variam in rebus necessitatem, ut merearis perfrui[16] post obitum carnis aeternam felicitatem[17]. Ego enim nullius horum indigeo; tantum in aliqua solitudine silvarum, contemptis mundi divitiis, soli Christo famulari desidero, ideoque et[18] populorum catervas[19] effugio, ut[20] Iesu Christo per dies ac per[21] noctes[22] solitarie[23] serviens[24] gazas valeam consequi sempiternas. „ Ad haec denique beati viri verba catholicus rex respondit : " Sacratissimae voluntati tuae, homo Dei et amice religionis, abundanter satisfacere possum, quia sub chartulari praecepto tradam tibi istud nemus totum[25]. „ Cui beatus Leonardus : " Non totum „, inquit, " serenissime rex, accipiam, sed partem, postquam exinde tuam sentio largiendi voluntatem. „ Et adiecit : " Quantumcumque igitur ex hac silva cum meo asello peragrare potero, tantum et non amplius a tua celsitudine mihi concedi exopto. „ (1) Quod rex sub regali decreto adimplevit, et quicquid[26] ipse circuitione sui aselli comprehendisset, sicut idem vir sanctus expetierat, lapideis terminis concludi praecepit (2). Non expedit igitur[27] litteris conscribere quantum telluris ipse una nocte equitando valuit[28] concludere. Satis quippe habetur adhuc[29] in recordatione quicquid comprehensum[30] sit ex beati viri circuitione.

B

spretis ceteris donis, quae rex obtulerat,

Cf. Act. 8, 20.

partem tamen silvae regio diplomate concessam accipit.

E

9. Postquam autem haec omnia gesta sunt, remansit sanctus Leonardus in eodem loco, quem ei rex praebuerat, videlicet in ipsa nemoris solitudine[1]; ubi etiam construxit oratorium in honore sanctae Dei genetricis Mariae; in sinistro quidem oratorii latere collocavit ad memoriam beati Remigii alterum altare. Stetit igitur[2] ibi[3] tempore non modico[4] coartans seipsum strictissimo cibo. Macerabat denique corpus ieiuniis, insistens orationibus et vigiliis. Aggregavit praeterea secum duos monachos[5] vita et moribus religiosos, ut in eadem ecclesia[6] divina mysteria celebrantes iugiter[7] astitissent[8], si quando vir Dei limina sanctorum orationis causa circuisset[9]. Moris[10] enim saepissime erat sibi[11] visitare basilicam sancti Martialis pontificis[12] (3), et ideo[13] ecclesiam suam absque servitore esse nolebat, dum ipse, sicut diximus, ad orationem[14] aliquorsum pergebat.

In qua constructo oratorio,

duos monachos sibi socios asciscit,

10. Sed quoniam sua ecclesia fere uno milia-

quibus

C F

[18] *om.* 18, 19; permanente 3. — [19] relinquere 5, 15. — [20] (S. s.) s. S. 14, 25. — [21] (o. m. in c. t.) in c. t. o. m. 5, 6, 8, 10-13, 18, 19, 22, 25. — [22] piissime *add.* 13. — [23] *om.* 1, 3, 10, 13, 24. — [24] precem meam 3, 27; piissime *add.* 10, 24. — [25] ingemiscendi 9, 20.

8. (Cod. 1-28, 31). — [1] omnes *add.* 10, 12, 15, 17. — [2] (q. a. r.) r. q. a. 18, 19, 31. — [3] Leonhardus 8. — [4] aderant 6, 9, 13. — [5] (e. o.) o. e. 3, 10, 20, 21, 23, 25. — [6] liberatam 22, 26; libera 6, 25. — [7] in 1, 19. — [8] (o. D.) D. o. 8, 13, 14, 28, 31. — [9] Propterea 2, 13. — [10] exenia 2, 26, 27 *post corr.*, 28. — [11] omnia 11, 23; (resp. o.) o. resp. 8, 9, 26. — [12] -que *om.* 12, 18, 19, 25, 31. — [13] -que *add.* 7, 14 *ante corr.*, 16, 21, 22, 27. — [14] ei 7, 8, 11, 12, 14-16, 21, 22, 27; *om.* 25. — [15] -que *om.* 7, 25. — [16] *om.* 1, 5. — [17] aeterna felicitate 6-9, 11, 12 *post corr.*, 13, 14 *post corr.*, 16, 23, 25, 28, 31. — [18] *om.* 21, 23. — [19] (p. c.) c. p. 20, 21, 27. — [20] et 2 *ante corr.*, 6, 7, 14, 16, 18, 20-22, 26 *ante corr.; om.* 19. — [21] *om.* 3, 4, 8, 9, 15, 19, 25, 26. — [22] (p. d. ac p. n.) *om.* 28; perdus ac pernox 1; perdius ac pernox 22-24; p. d. ac pernox 12. — [23] *om.* 10, 14, 25. — [24] *om.* 10, 14; ut *add.* 16, 18, 19. — [25] (i. n. t.) t. i. n. 18, 19. — [26] *om.* 18, 19. — [27] *om.* 14, 25. — [28] voluit 6, 22. — [29] *om.* 1, 3, 13, 25, 28. — [30] comprehendendum 18, 19 *ante corr.*

9. (Cod. 1-28, 31). — [1] (n. s.) s. n. 8, 9. — [2] ergo 8, 9, 25. — [3] *om.* 13, 19, 28. — [4] ibi *add.* 28. — [5] (s. d. m.) d. m. s. 8, 9. — [6] (ea. ec.) ec. ea. 3, 24; iugiter *add.* 24. — [7] *om.* 2, 24. — [8] assisterent 12; asisterent 25. — [9] circuissent 7, 21. — [10] Mos 20, 23 *post corr.*, 28. — [11] (sae. e. si.) si. e. sae. 3, 13. — [12] apostoli 2; episcopi 8, 9. — [13] (et i.) ideoque 3, 28. — [14] sanctorum *add.* 8, 9.

(1) Similia in aliis sanctorum Vitis leguntur, quae popularibus fabulis accensenda esse manifestum est, etsi id ne suspicatus quidem esse videtur Arbellot (p. 256-58; cf. p. 32), qui tantam huiusmodi narratiunculis fidem adhibuit, ut candide asseveraret hunc fuisse morem agrorum fines definiendi aevo merovingico usitatum. Rectius conicit Krusch scriptorem Vitae hic loci ex Vita S. Carileffi hausisse, in qua (*BHL.* 1568, c. 10) eodem modo Carileffus recusasse dicitur *non amplius se suscepturum nisi quantum una die cum asello circuire posset.* — (2) Narrat Hincmarus in Vita S. Remigii (*BHL.* 7155), c. 17 (ed. KRUSCH, p. 306-7), cum Chlodoveus rex similiter Remigio concessisset, *ut quantum circuiret, dum ipse meridie quiesceret, totum illi donaret*, hanc cautionem adhibuisse Remigium *ut per fines, quae manifestissime parent, pergens, signa sui itineris mitteret* seu poneret. Quae signa cum lapideis terminis Leonardi haud inepte conferri iubet v. cl. Br. Krusch. — (3) Ex hac voce *pontificis* acceperunt Oroux (p. x) et Arbellot (p. 240) argumentum non omnino improbabile, ut ostenderent Vitam S. Leonardi ante annum 1031 conscriptam esse, quo anno in conciliis Bituricensi et Lemovicensi statutum est ut S. Martialis nomen et memoria non inter confessores, sed inter apostolos proponeretur. Vid. supra p. 139, annot. 11.

rio

VITA PRIOR *fontem aquae miraculo suppeditat.*

rio distabat a flumine Vinzenna [1] (1), videbatur suis monachis esse [2] difficile [3] ad hauriendam aquam ire cottidie. Currit quippe Vinzenna [4] in decliva convalle [5], oratorium vero positum est in monticuli vertice. Quocirca imploraverunt sanctum Leonardum, ut prope ecclesiam conlargiretur [6] eis praesidium limpharum. Tunc ille non longe ab eadem basilica [7] praecepit siccam scrobem fieri ad modum alicuius aquosi putei [8], et stans supra invocavit nomen Domini ita : " Deus, „ fons vivus et rerum origo, cuius spiritus super „ aquas ferebatur [9] in principio; qui super latices „ cataclysmi arcum Noe extulisti [10], cetera [11] „ eisdem limphis deperdendo submersisti; qui „ mare rubrum, ut transiret populus tuus, dividi „ iussisti [12], quique per Moysem servum tuum „ rupem fluctivomam esse fecisti; qui etiam „ aquis omnibus legem dedisti, ut versus vallem „ habeant decursum, vetans ne ad superiora „ naturaliter [13] ascensum habeant rursum [14], tu, „ Domine, per tuam excellentissimam potestatem iube, quaeso, contra naturam amnium ut „ Vinzenna [15] per occultos terrae meatus sursum

B „ conscendens infundatur [16] in [17] hunc siccum „ puteum, quatenus, recepta quam desideramus „ aqua, nos servi tui semper et ubique laudemus „ nomen tuum, quod fuit [18], est et erit semper „ benedictum. „ At ubi responsum est: " Amen „, confestim puteus recepit aquam indeficientem, quae incolis potum praestat usque in diem praesentem [19]. Appellavit praeterea sanctus Leonardus eundem [20] locum Nobiliacum (2), eo quod a nobilissimo rege sibi [21] esset condonatum [22] (3).

11. Igitur quia lux latere in tenebris [1] nequit, sicut dixit Scriptura, et [2] non potest abscondi civitas [3] super [4] montem posita, licet sanctus Dei multitudinem populi aufugerit [5] et solitariam vitam, sicut saepe propalatum [6] est, adamaverit, tamen quia gloriosus est Deus in sanctis suis et per eos in gentibus facit [7] mirabilia, divina instigatione conveniebant ad eum infinita debilium agmina; quae per suum fidelem curabat omnipotentis [8] Dei gratia. Extendebatur etenim [9] nomen sanctitatis eius per totam Aquitaniam [10], nec minus per omnem Britanniam [11], transgrediens etiam [12] adusque [13] Germaniam. In tantum

C denique magnificabat Dominus sanctum [14] suum, quod si quis in carcere positus invocasset nomen eius, ruptis catenis, liber fiebat, neque [15] aliquis eum impedire valebat. Multi vero de longinquis regionibus ex ergastulis aut ex vinculis liberati per ipsum requirebant in quo loco beatus Leonardus haberet hospitium; quin etiam compedes catenarumque pondera apportabant [16] secum et ad vestigia pedum eius cadentes humiliter praesentabant; quam plures vero ibi [17] remanebant et in morem famulorum servitutis obsequia promittebant. Sed vir Dei magis studebat illis servire, distribuens eis partem ex spatiosa [18] latitudine silvae, quatinus consuescerent vivere potius ex agricultura quam saecularibus rapinis inhiantes inretiarentur iterum reclusione obscura. Quos insuper reficiebat evangelica praedicatione omnesque ad se venientes variis languoribus laborantes et [19] curabat [20] sancta oratione et dulci indesinenter pascebat sermone. Tamquam pater filiis complacet, ita eis complacebat, quia nudis vestimenta praebebat, esurientes alebat omnibusque necessaria, prout poterat, grantanter tribuebat.

Matth. 5, 14, 15.

Cf. Psalm. 67, 36.

Confluentibus undique aegrotis

et captivis ius intercessione liberatis,

12. Praeterea tam mirifica viri sancti [1] magnalia dum saepius et saepius [2] audiuntur in Francia [3], multi ex eius [4] genealogia, alii vero olim ex eiusdem familia vendentes praedia ceteramque [5] possessionem cum uxoribus ac filiis pervenerunt usque ad sancti viri [6] habitationem. Quos intuens sanctus Leonardus satis et ultra [7] super his est admiratus [8] : " Ego „, inquit, " vos fugi, „ et vos me sequimini. Sic enim [9] estis me [10] „ secuturi ad gloriam paradisi [11]. „ Qui ut vocem eius cognoverunt, cadentes in terram adorantes [12] dixerunt: " Domine pater, tui sumus. A te, si „ placet, numquam discedere volumus. Vias tuas „ nobis ostende et semitas tuas nos [13] edoce [14]. „ Ad haec quidem verba sanctus Leonardus respondit : " Alloquor [15] vos, dilectissimi, ore davi„ tico [16]; vos autem reponite verba mea [17] in „ corde vestro. Iunior etenim fui [18] et iam [19] „ senui, et non vidi iustum derelictum, nec „ semen eius quaerens panem. Timete ergo „ Dominum et sanctos eius, quoniam non est „ inopia timentibus eum. Divites eguerunt et „ esurierunt; inquirentes autem Dominum non „ deficient [20] omni bono. Itaque, filii, audite me; „ timorem Domini docebo vos. Propterea tulit „ vos Deus a populorum tumultu et a saeculi „ turbine, ut in solitudine ista mecum commo-

F „ rantes recte vivatis hic [21] in iustitia [22] et bea„ titudine [23], quia scriptum est : *Melius est modi-*

conveniunt illum multi etiam ipsius cives et consanguinei :

Cf. Psalm. 24, 4.

Psalm. 36, 25.

Psalm. 33, 10-12.

Psalm. 36, 16.

10. (Cod. 1-28, 31). — [1] *ita* 2, 4, 8, 11, 13-15, 17, 18, 23, 26, 28; Vizenna 19, 24; Vincenna 7-9, 22; Vicenna 3; Vingenna 1; Vigenna 12, 20, 21; Vintenna 6; Winzenna 16; Wizenna 25, 31; Wincenne 10; Vienna 27, *et ita etiam infra, si non aliter annotatur.* — [2] *om.* 1, 10. — [3] (e. d.) d. e. 9, 26. — [4] *ita etiam* 16, 31; Vienna 21. — [5] declivam convallem 11, 23. — [6] largiretur 10, 25. — [7] ecclesia 2, 3, 24. — [8] (a. p.) p. a. 4, 6. — [9] (s. a. f.) f. s. a. 8, 12, 25; f. supra a. 13; efferebatur s. a. 14. — [10] et *add.* 8, 12. — [11] -que *add.* 25, 28. — [12] (d. i.) divisisti 1, 3. — [13] sursum *add.* 12. — [14] *om.* 12; sursum 7, 16, 21; cursum 20; decursum 27. — [15] *ita etiam* 6, 16, 31; Vizenna 4; Vienna 21. — [16] infundat 7-9, — [17] *om.* 7-9. — [18] et *add.* 1, 4, 25, 28. — [19] (d. p.) p. d. 2, 4, 7, 12, 16, 17, 22, 25. — [20] ipsum 8, 9. — [21] *om.* 18, 19. — [22] condonatus 8-10, 13, 25.

11. (Cod. 1-28, 31). — [1] (l. in t.) in t. l. 2, 8, 9, 15, 24, 25; in t. esse 7. — [2] *om.* 13, 18, 19, 27. — [3] (a. c.) c. a. 8, 9, 12, 13, 22. — [4] supra 1, 6, 7, 15, 18, 19. — [5] aufugeret 10, 13; fugeret 7. — [6] prolatum 11, 22, 28; dictum 2, 3. — [7] fecit 7, 24. — [8] omnipotens 18, 19. — [9] enim 2 *ante corr.*, 3, 14. — [10] Equitaniam 8, 9; Aeq- 7; ęqu- 21. — [11] Brittaniam 8, 21, 26; Britaniam 7, 20, 23, 27. — [12] *om.* 10, 25. — [13] usque 1-3, 7 *ante corr.*, 11, 13, 18-21, 27; usque ad 4, 5, 12, 14, 23; per omnem 28. — [14] servum 10, 24, 25 (*ubi* sanctum *add. man. pr. sup. lin.*). — [15] nec 11, 28, 31. — [16] afferebant 18, 19. — [17] *om.* 2, 20. — [18] patiosa 6, 7. — [19] *om.* 2, 7, 8, 12, 13, 15. 25, 28. — [20] et *add.* 7.

12. (Cod. 1-28, 31). — [1] (v. s.) s. v. 1, 4. — [2] (et s.) *om.* 1, 3, 7, 9, 25. — [3] Gallia 3. — [4] eis 6, 14; illius 3; eiusdem 28. — [5] ceteraque 21, 23. — [6] (s. v.) v. s. 13, 18. — [7] *om.* 18, 19; quam credi potest *add.* 12, 25. — [8] (e. a.) a. e. 3, 25, 26. — [9] *om.* 5, 16. — [10] (e. me) me e. 3, 8, 9. — [11] (g. p.) aeternam g. 8, 9. — [12] -que *add.* 26, 28. — [13] *om.* 3, 26. — [14] (n. e.) e. n. 8, 9. 25, 31. — [15] alloquar 5, 7, 11, 17, 21, 23, 28. — [16] davidico 8, 9, 15, 19, 28. — [17] (v. m.) m. v. 2, 5, 6, 11, 17, 21, 22, 24, 27, 31. — [18] (e. f.) f. e. 3, 4, 7, 10, 13, 15, 25; enim f. 19, 28. — [19] (et i.) *om.* 3, 4, 7, 10, 13, 25. — [20] minuentur 23-25. — [21] *om.* 8. 9, 25, 28. — [22] hic *add.* 8, 9. — [23] bonitate 18, 19.

(1) La Vienne. — (2) Oppidum quod postea *Saint-Léonard* dictum est, primitus a nomine gentilicio Novellio originem traxerat. Cf. A. HOLDER, *Alt-celtischer Sprachschatz*, t. II, col. 780-82. — (3) Quantum utilitatis oppido Nobiliacensi inde accreverit, quod ecclesia illa a rege donata esse S. Leonardo et in fisco regio constructa crederetur, ostendunt privilegia ab ARBELLOT recensita (pp. 258, 266-70), quibus reges Francorum usque ad saeculum XVIII immunitatem oppidi illius et agnoverunt, et confirmarunt. Animadvertendum autem est primum, quod saltem repertum sit, huiusmodi privilegium saeculo XII ineunte non esse antiquius.

cum

A „ *cum iusto super divitias peccatorum multas* et „ item[24] : *Melius*[25] *est buccella sicca cum gaudio* „ *quam plena domus*[26] *victimis cum iurgio.* „ (Prov. 17, 1.)

quos benigne excipit,

13. Igitur post salutaria verba mellifluae praedicationis partitus est inter eos septem portiones suae silvae in funiculo distributionis (1); erant enim septem familiae. His ita[1] peractis, iterum sic locutus est eis : « Homo „, inquiens[2], « nascitur ad laborandum, avis autem[3] ad volandum. „ Laborate ergo propriis manibus, sicut fecerunt „ sancti apostoli[4], ut habeatis quod pauperibus[5] „ possitis[6] largiri pro nomine Christi. Hoc etiam „ retinete sine oblivione, quia in tranquillitate „ vivetis omni tempore. Qui autem vel[7] vos vel „ successores vestros absque[8] causa contristaverit, obtinui apud Deum quod ipse cum suis „ de terra viventium eradicandus erit. „ Multitudo praeterea fidelium[9] ex finitimis et longinquis provinciis properabant ad eum, habentes in desiderio fine tenus commanere secum. Sanctus quidem Leonardus pietate amabilis, caritate laudabilis, amplectens eos fovebat[10] velut gallina pullos suos sub alis. Robur erat validis[11] et infirmis medicina, refulgens in templo Dei tamquam[12] stella matutina[13]. Vixit[14] autem omnibus diebus vitae suae in timore Dei cum virtutum[15] reverentia, serviens Conditori suo sine querela. Bonum denique certamen certavit, legitime certando fidem servavit et fidem inviolabiliter servando cursum consummavit.

(Cf. Iob 5, 7. — Cf. Psalm. 51, 7. — *uti et alios plurimos.* — Cf. Matth. 23, 37. — VITA PRIOR — Cf. Eccli. 50, 6, 7. — Cf. II Tim. 4,7.)

Post mortem

14. Postquam autem placuit Altissimo ut de praesenti egrederetur saeculo, octavo[1] idus novembris[2] sanctissima eius anima recepta est in caelum ab angelis, beatissimum vero corpus eius a fidelium turbis[3] sepultum est in ecclesia quam ipse construxerat[4] ad honorem sanctae Mariae[5] Dei genetricis[6] et[7] perpetuae[8] virginis[9], simulque etiam in memoriam beati Remigii Remensium archipontificis[10]. In qua quidem ecclesia divina fiunt miracula; nam caeci illuminantur, leprosi mundantur, paralytici sanantur, variique hominum[11] languores per intercessionem eius[12] ibidem curantur, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia saecula saeculorum. Amen[13]. E

multis miraculis illustratur.

[24] iterum 11, 25. — [25] melior 6, 12, 13, 25, 28. — [26] (p. d.) d. p. 1, 3, 25.

13. (Cod. 1-28, 31). — [1] itaque 6, 9, 10, 13, 14, 21; *om.* 28. — [2] *om.* 18, 19; inquit 3, 25. — [3] *om.* 20, 22. — [4] (s. a.) a. s. 4, 25. — [5] (h. q. pa.) *om.* 11, 23, 24. — [6] helimosinas *add.* 11; elemosinas *add.* 23; elemosinam *add.* 24. — [7] *om.* 3, 6, 8, 9, 11. — [8] sine 3, 10. — [9] *om.* 13, 25. — [10] refovebat 11, 25. — [11] validus 6; invalidis 8, 10, 12, 25. — [12] velut 3, 25. — [13] (refulgens ... matutina) *om.* 14, 17; (t. s. m.) *om.* 16. — [14] (Vixit ... Dei) *om.* 16; (Vixit ... reverentia) *om.* 14. — [15] et *add.* 16; virtute et 3-5.

14. (Cod. 1-28, 31). — [1] septima 17. — [2] octobris 25. — [3] turmis 13, 21, 27, 28. — [4] construxit 1, 19. — [5] *om.* 7, 12, 13. — [6] (s. M. D.g.) sanctissime D. g. M. 8, 9. — [7] *om.* 8, 9. — [8] Marie *add.* 7. — [9] Marię *add.* 12, 13. — [10] archiepiscopi 8, 9, 18, 19, 22. — [11] omnium 4-7, 11, 12, 14, 16, 17; omniumque morborum 25. — [12] (i. e.) e. i. 18, 19. — [13] Explicit Vita sancti Leonardi *add.* 3, 12, 18, 19, 26, 31.

(1) Cf. *Psalm.* 77, 54 : *et sorte divisit eis terram in funiculo distributionis.* Cave ergo ne hic funiculum intellegas modum agri.

LIBER PRIOR MIRACULORUM

[1] **Miracula**[2] **sancti**[3] **Leonardi**[4].

Translato S. Leonardi corpore C

1. Praeterea[1] post transitum[2] sancti Leonardi per miracula quae Deus[3] per eum[4] operabatur pagus ille Nobiliacus diatim[5] populis adventantibus[6] augmentabatur; fiebatque[7] maior habitantium numerus, quia crescebat clerus et populus. Evolutis itaque[8] non paucis diebus, revelatum est per somnium clericis ecclesiae[9] eius, quatinus aliam basilicam[10] fabricassent[11] et celeberrimum[12] corpus eius in ea translatum collocassent[13]. At illi referentes haec populo praeceperunt[14] ieiunium[15] triduo, omnesque pariter ieiunantes et in vigiliis perdurantes clamabant ad Dominum[16] uno ore[17] dicentes : « Deus redemptor omnium, „ qui proprio sanguine redemisti mundum, qui „ ossa Iacob patriarchae cineresque fidelis tui „ Ioseph[18] ad terram promissionis[19] efferri „ iussisti, qui etiam[20] sanctam crucem tuam et „ venerabiles clavos ab Helena nancisci voluisti, „ demonstra nobis, quaesumus[21], locum[22] ad „ quem tibi placet[23] transferri confessorem „ tuum. „ Illis vero ita precantibus et in oratione pernoctantibus, dedit eis[24] Deus[25] per servum suum[26] signum admirabile[27], per quod intellexerunt locum aedificandae ecclesiae. Nam tertia nocte cecidit nix[28] altissima in tota fere[29] provincia; locus autem ille omnino apparuit vacuus in quo quiescere volebat sanctus Leonardus. Quo viso miraculo, gratias cum clamoribus reddiderunt Domino, qui per sanctum confessorem suum ita laetificavit dubitantem populum[30]. Et confestim, arreptis sarculis atque ligonibus, foderunt ibi fundamenta[31] ecclesiae, complentes eam celeri cursu cum instanti[32] opere[33]. Post haec, coadunatis turmis[34] fidelium, ad constructam basilicam[35] cum hymnis et canticis transtulerunt eum. Quantas denique virtutes in eius trans- F

in novam basilicam,

[1] Incipiunt *add.* 3, 5, 6, 15, 16, 18, 26, 31. — [2] De translatione corporis 27; post transitum *add.* 6. — [3] (s. L.) eiusdem 3, 4, 31; eiusdem confessoris 12; in translatione eiusdem 26; post transitum eius 18; confessoris post obitum eius et de translatione eiusdem *add.* 15. — [4] (M. s. L.) Signa ipsius 8. *Nullum lemma in ceteris codicibus.*

1. (Cod. 1, 3-6, 8-10, 12-28, 31). — [1] *om.* 3. — [2] autem *add.* 3. — [3] (D. p. e.) p. e. D. 3, 27. — [4] illum 25. — [5] paulatim 3; dietim 19; ditatim 28. — [6] advenientibus 25. — [7] (fiebatque ... populus) *om.* 3. — [8] igitur 3. — [9] *om.* 3. — [10] ecclesiam 3, 8-10, 13. — [11] fabricarent 3, 4, 8, 10, 12. — [12] celeberrime 10, 14, 18, 19, 25, 31. — [13] collocarent 3, 4, 8, 10, 12. *Hic desinit* 9. — [14] precipiunt fieri 25. — [15] fieri *add.* 12. — [16] Deum 25. — [17] (u. o.) una 22; una voce 6; una voce clamantes et 28. — [18] (f. t. I.) I. f. t. 18, 19. — [19] repromissionis 10, 22, 25, 28. — [20] tuos *add.* 25. — [21] *om.* 25. — [22] *om.* 3. — [23] (t. p.) p. t. 25. — [24] illis 3. — [25] Dominus 14, 18, 19. — [26] (D. p. s. s.) p. s. s. D. 25. — [27] (s. a.) a. s. 3. — [28] lux 18, 19. — [29] *om.* 3, 6. — [30] (d. p.) p. d. 25. — [31] fundamentum 18, 19. — [32] (cursu c. i.) *om.* 3; (celeri cursu c. i.) cum instanti 25 *superscript. manu saec. XV.* — [33] *Hic desinit* 10. — [34] turbis 3, 5, 9. — [35] ecclesiam 3, 5.

crebrescunt miracula, ut testantur plurimae compedes in ecclesia pendentes.

latione ostenderit [36] Dominus, minime potest [37] explicari paucis sermonibus. Cottidie praeterea [38] fiunt ad sepulcrum eius crebra [39] prodigia, quae evidentius[40] perhibent testimonium quanto amore dominus noster Iesus Christus [41] dilexerit [42] eum. Nam in eius basilica [43] plurima [44] pendent ferrea vincula, multorum etiam enses et lanceae, quos liberavit ex bellica rabie. Catenas vero [45] ibi allatas [46], compedes, ocreas et manicas [47] ferreas qui numerando vellet describere, haberetur fortasse incredibile. Sed venientes ad sepulcrum eius [48] nullatenus queunt esse increduli; immo ex diversa multiplicitate [49] dependentis ferri magis fiunt hilares et laeti. Quicumque igitur recordans [50] omnium [51] caraxare [52] cuperet [53] eius [54] antiqua [55] et [56] quae cottidie [57] fiunt nova magnalia [58], facilius desereret eum [59] tempus quam copia [60]. Ergo quia cuncta narrare est nimium, universa autem [61] occultare [62] stultissimum, rescribamus [63] pauca de pluribus, quae ad [64] dulcoranda [65] corda audientium quasi rosarum flores ex multis herbis collegimus [66].

Liberatur quidam a vicecomite Lemovicensi

2. Quidam autem [1] vicecomes Lemovicensium, qui in eadem [2] civitate super populum more principis legale habebat districtum [3], ad terrorem et delinquentiam poenam [4] fieri iusserat immanissimam catenam. Erat enim longissima et gravissimi ponderis. Quam fecerat configi in cippo stante in mediterraneo [5] suae turris, quae stat non procul contra templum beati praesulis Martialis. Ceterum [6] vero catenae prominebat foris sub aere. In qua denique quicumque ponebatur [7], velut feralis belua [8] per collum vinciebatur, sustinens omnem penuriam et frigus et pluviam; plerumque etiam in aestivo tempore exurebatur solis ardore, in hieme autem congelabatur glacie et nivibus [9], pruinis quoque ventorumque flaminibus [10]. Neque enim taliter vinculatus unam mortem patiebatur, sed, ut more rustico loquar, mille mortibus angebatur. Ipsa [11] videlicet catena maura nuncupabatur. Timebant ergo [12] colligari ex illa [13] quicumque morabantur in vicinia [14], quoniam insontes aliquotiens irretiebantur [15] eiusdem maurae crudelitate [16], si quando fortuna [17] inficiebat [18] pectus vicecomitis, ut solet [19] corda principum, terrena cupiditate. Accidit praeterea ut
C quidam servus sancti Leonardi [20] innoxius colligaretur in ea. Interea dum ipse miser ex scabra [21] rubigine ferri collo [22] attritus in ipso articulo mortis vix [23] tenues efflaret anhelitus, recordatus est sancti Leonardi domini sui [24] et coepit intra

se dicere murmuratione suspirii — non enim vocem emittere poterat, quoniam infelix maura graviter eum premebat : — " Sancte [25] Leonarde, D
„ qui extraneis te invocantibus subvenis, cur me „ tuum servum [26] in faucibus maurae occidi permittis [27]? Succurrat mihi, quaeso, dulcedo tuae „ pietatis, antequam a [28] me fugiat spiritus vita„ lis. „ Statimque sanctus Leonardus affuit eique in candidissima veste apparuit. " Non morieris „, inquit, " sed vives et narrabis [29] opera Domini. „ Surge itaque sanus et accipe mauram inimi„ cam tuam et baiula eam ad ecclesiam meam. „ Nemo enim deinceps in ea concatenabitur, sed „ quod [30] ex ea te [31] exemerim, pro testimonio „ ante mausoleum meum dependens [32] omnibus „ demonstrabitur. „ [33] Et adiecit : " Sequere me, „ quia ego [34] ero tibi praevius, deferque cate„ nam. Neque enim senties onus eius. „ Qui consurgens secutus est sanctum Leonardum, sicut [35] ab eo [36] sibi [37] fuerat imperatum. Mox autem ut ante fores ecclesiae beati viri se tam velociter adductum vidit, protinus eum sanctus Leonardus [38] dimisit. Ipse vero intrans ecclesiam coram clericis et cuncto populo ante sanctum E
altare praesentavit catenam, et quicquid [39] sanctus Leonardus fecerat, omnibus suis verbis [40] ostendebat. Tunc omnes qui aderant gratias agendo Iesu Christo [41] domino nostro [42] reddebant honorem, qui talibus et tantis [43] mirabilibus clarificare dignatur suum confessorem [44]. Audientes igitur hoc [45] Lemovicensium cives omnesque circumcirca provinciales, facto agmine, conveniebant et in votis [46] ac muneribus omnipotenti Deo fidelique suo Leonardo laudes devotissimas [47] exhibebant.

gravi catena constrictus;

Cf. Psalm. 117, 17.

alter a tyranno

3. Alterum quoque miraculum, quod peregit, pulcherrimum subsequenti paginae [1] videtur inserendum. Nam discordantibus inter se huius diocesis militibus, quidam vir sancti Leonardi [2] satis [3] fidelissimus habitans in eiusdem sancti [4] villa Nobiliaco, captus est a quodam iniquissimo tyranno. Qui metuens ne forte [5] sanctus Leonardus suo succurreret viro, cogitabat haec [6] secum corde tacito, sicut postea propalatum est ab eodem ipso: " Si catenis durisque compedibus hominem istum ligavero, omnimodis amittere [7] timeo, quoniam ante sanctum Leonardum nulla vis ferri magis potest praevalere quam ad conspectum F
ignis valet consistere, ut non liquescat, fortitudo cerae. Si in cippo iniciam [8] aut in caveolae custodia [9], tantumdem valet eius potentia. Itaque ut non eum perdam, coartor undique, quia fere [10]

[36] ostendit 5, 19. — [37] possont 5; possunt 21. — [38] namque 3. — [39] *om.* 3. — [40] miracula 3. — [41] (I. C.) *om.* 3. — [42] dilexit 20, 27. — [43] (e. b.) b. e. 25. — [44] multa 3. — [45] *om.* 5, 8, 12, 13, 22, 28, 31. — [46] (i. a.) et 3. — [47] (et m.) manicasque 3. — [48] (s. e.) e. s. 3. — [49] (d. m.) adversa m. 5; diversitate 3. — [50] in recordationem 25; (recordans... nova) vellet omnia describere eius 3. — [51] (r. o.) omnia 4; virtutum eius *add.* 25. — [52] caraxere 13; coraxare 21; caractere 12; scribere 4; retexere 19; retaxare 18; narrare 28; id est caracteribus aperire *add.* 20, 21. — [53] cuperent 25; describere *add.* 12. — [54] *om.* 5, 8, 25. — [55] miracula *add.* 26. — [56] (et ... nova) *om.* 22. — [57] ibi per eum *add.* 4. — [58] illius *add.* 25. — [59] (d. e.) e. d. 25. — [60] virtutum *add.* 25. — [61] *om.* 21, 27. — [62] (u. a. o.) o. a. u. 25. — [63] *om.* 28; describamus 8, 12, 14; scribamus 20, 21; referamus 25; (r. p.) p. explicabo 3. — [64] (ad d. c. a.) *om.* 3. — [65] decoranda 19, 28. — [66] colligimus 6, 24, 28.

2. (Cod. 1, 4, 8, 12-15, 18-28, 31). — [1] *om.* 8, 25. — [2] *om.* 25; ea 28. — [3] et *add.* 20, 21. — [4] (d. p.) p. d. 25. — [5] meditaneo 25; medio terraneo 8, 20, 21, 28. — [6] (C. v.) Cetera vero pars 25. — [7] ***Hic desinit*** 21. — [8] bestia 25. — [9] nubibus 20, 22; nive 8. — [10] flamminibus 1, 27. — [11] (Ipsa ... nuncupabatur) *om.* 25, 28. — [12] igitur 22, 23. — [13] (ex i.) *om.* 25. — [14] (m. in v.) in v. m. 25. — [15] inretiebantur (*al.* irr-) 1, 12 *man. pr.*, 14, 18, 19, 24, 25. — [16] nexu mortifero 25. — [17] *om.* 24; forte 13; fortuitu 25. — [18] infigebat 8, 27; infiebat 14, 15, 20, 23; fiebat 24; inficiebatur 25. — [19] solent infici 25. — [20] Leonhardi 8. — [21] scrabrea 8; cabra 1, 15, 24, 27, 28, 31; crabra 23; crebra 18, 19; cebra 20. — [22] collum 25. — [23] *om.* 25. — [24] (sa. L. d. su.) d. su. sa. L. 4, 26. — [25] inquit *add.* 8, 25. — [26] (t. s.) s. t. 1, 13, 14. — [27] (o. p.) p. o. 25. — [28] *om.* 8, 14, 15, 18, 19, 24, 25, 31. — [29] narrabo 14, 22 *ante corr.* — [30] te *add.* 8. — [31] *om.* 8, 13, 28. — [32] pendens 25. — [33] ***Reliquum caput deest in*** 24. — [34] *om.* 8, 12, 25, 31. — [35] ei *add.* 25, 28. — [36] illo 25. — [37] *om.* 25. — [38] solum 22, 23. — [39] ei *add.* 1, 15, 18, 19, 22, 26, 27, 31. — [40] dominis 25. — [41] (I. C.) *om.* 1; C. I. 25. — [42] (I. C. d. n.) d. n. I. C. 8, 15, 18, 19. — [43] (tal. et tan.) tan. et tal. 25, 26. — [44] (cl. d. s. co.) d. cl. co. s. 25. — [45] haec 14, 25. — [46] *om.* 25. — [47] debitas devotissime 25.

3. (Cod. 1, 8, 12-15, 20, 22, 23, 25-28, 31). — [1] pagina 25. — [2] sancto Leonardo 25. — [3] *om.* 25. — [4] viri *add.* 8, 12, 25, 26. — [5] *om.* 25. — [6] hoc 25, 28. — [7] eum *add.* 25. — [8] mittam 25; innmittam 14. — [9] custodiam 20, 22, 27. — [10] *om.* 25.

mille

A *in fovea inclusus;* mille solidis compellam eum redimere [11]. Scio igitur quid faciam: in interiore [12] denique [13] meae turris [14] foveam iussero [15] fodi profundissimam et quem amitti [16] trepido [17] hominem aggravatum compedibus manicisque ferreis [18] ibidem submergam. Nondum [19] enim sanctus Leonardus intravit [20] sub terram, licet ipse liquefieri iubeat catenam ferream; propptereaque [21], si catenam disruperit [22], a subterraneo [23] specu [24] hominem istum trahere nequiverit [25]. Adhuc autem aliud, quod excogitavi, perficiam, videlicet super foramen ipsius foveae [26] arcam ligneam obiciam, in qua sine intermissione recubuerint [27] milites, qui eum servabunt per noctes atque per dies [28]. „ Quod et factum est. Nam sicut idem tyrannus in sua cogitatione disposuerat, et [29] scrobem fecit virumque nimis vinculatum in ea [30] proiecit, et custodiam militum desuper adesse praecepit. Homo igitur ipse confidens in Deo [31] et in sancto Leonardo, quamvis in tenebris diraque in [32] ferri angustia anxiaretur, nihil tamen de sua ereptione haesitabat, sed venturum ad se sanctum Leo- B nardum quandoque sperabat. Denique, audientibus custodibus, vocabat sanctum Leonardum taliterque saepius orabat ad Dominum: “ Domine „ Iesu Christe, qui liberasti Danielem [33] de lacu „ leonum, eripe me per dilectum tuum Leonar- “ dum de manibus inimicorum meorum. „ Factum [34] est autem [35] quadam nocte post hanc orationem, cum vir ille fatigatus obdormiret [36], ecce sanctus Leonardus arcam, in qua iacebant milites, super eos revolvit et quasi mortuos in sepulcro ita eos sub arca reposuit apertoque [37] foramine foveae [38] intravit ad suum fidelem [39] cum magna luce. Quem propria manu [40] tetigit alteque clamans dixit: “ Dormis an vigilas? „ Ecce tibi [41] Leonardus, quem [42] desideras. „ At ille evigilans et tantam claritatem admirans, ait ad eum: “ Domine, adiuva me. „ Confestim confractis catenis et [43] instar luti [44] resolutis, apprehendens [45] deportavit eum [46] extra turrim propriis ulnis. Deinde eundo [47] sermocinabatur cum illo [48] quasi amicus cum alio [49], donec pervenerunt Nobiliacum; ubi ipse remansit sine periculo [50]. Recedente igitur [51] aurora, cum ipse se suis vicinis demonstravit et quae mala sibi C illata sunt [52] a tyranno, quae autem bona a sancto receperat [53] Leonardo [54], seriatim narravit. Quanta admiratio quantaque laetitia fuerit universis, non opus est ullis effundere verbis [55].

peregrinus in quodam Arverniae castello iniuste detentus;

4. Rursus [1] quidam [2] peregrinus ex longinqua satis regione, videns [3] mirabilia quae sancti Leonardi fiebant intercessione, disposuit ire ad sepulcrum eius [4]. Et fecit; oravit [5] et rediit. In ipsa autem sua reditione [6] captus est in Arvernia [7] inclususque in brevi caveola. Dicebat autem [8] eis: “ Rogo vos, cur in me estis tam impii? An vobis „ aliquid mali feci? Non enim qui [9] sim [10] cogno- „ scitis, neque amplius [11] me [12] vidistis. Cur ergo „ me in tenebris [13] absque noxa [14] detruditis? „ A sancto Leonardo revertor [15]. Pro eius amore [16] „ ut [17] me dimittatis precor [18]. „ Illi vero [19] non solum eius [20] parvi curabant [21] sermonem, sed [22] etiam minabantur ei [23] mortem: “ Non „, inquiunt, “ ex hac hora [24] quicquam cibi vel potus accipies; „ immo consummabit [25] te omnis esuries, quo- „ usque legatos dirigas ad tuam provinciam, qui „ afferant [26] nobis [27] non paucam [28] pecuniam. „ Quibus peregrinus respondit: “ Sit inter vos et „ sanctum Leonardum, cui me sciatis fore com- „ mendatum. „ Subsequenti igitur nocte apparuit principi ipsius castelli [29] sanctus Leonardus E in visione [30], “ Cur „, inquiens [31], “ peregrinum „ qui me expetierat cepisti [32]? Nihil enim [33] tibi „ umquam foris feci [34]. Vade itaque, absolvens [35] „ eum [36] permitte [37] abire liberum. „ Qui [38], facto mane [39], quae somniaverat suis militibus rettulit et tamen captum absolvere noluit. Altera vero [40] nocte similiter somniavit, neque tamen [41] propter hoc hominem laxavit [42]. Factum est autem [43] in tertia nocte, ecce iterum sanctus Leonardus arripiens peregrinum suum deduxit eum [44] longe extra oppidum. Quo remoto, cecidit turris et media pars ipsius castelli multique crudeles sub ipso [45] sunt mortui [46]. Eiusdem vero oppidi dominus pro sua confusione reservatus est, fractis [47] cruribus; servus autem sancti Leonardi abiit illaesus [48].

miles Namnetibus carceri mancipatus.

5. Aliud quoque [1] quod fecit prodigium [2] ponamus in conspectu fidelium. Nam apud urbem Nanetem [3] Britanniae [4] tenebatur quidam eques in carcere, eratque [5] ligatus ferrea catena per collum et per brachia, necnon etiam pedes eius graviter constringebantur in ea. Ipse autem ad auxilium suae miseriae sanctum Leonardum F invocabat cottidie. Sanctus igitur Leonardus, qui numquam se appellantibus [6] fuit [7] tardus, quadam

[11] redimi 13, 25; se redimere 8. — [12] interiori 8, 13, 15; interiorem 23. — [13] *om.* 25. — [14] abdito *add.* 25. — [15] iubebo 12-14, 25, 26; iubeo 1. — [16] ammittere 25; amittere 8; admitti 23. — [17] timeo 8, 25; trepidum 23. — [18] (m. f.) manicis et ferro 25. — [19] Num 25. — [20] intrabit 25. — [21] -que *om.* 25. — [22] diruperit 12, 22; disrupit 28. — [23] subterranea 4, 14, 15, 20, 22, 23, 25, 26, 31; *cf. cap. 8, lin. 2.* — [24] cavea 25. — [25] nequibit 25, 26. — [26] (i. f.) f. i. 25. — [27] recubuerunt 14, 27, 28; recumbent 12, 13, 25; recubabunt 1, 26. — [28] (p. n. a. p. d.) p. d. a. p. n. 12, 20, 22, 26, 27; p. n. atque (et 28) d. 25, 28. — [29] *om.* 25. — [30] eam 25. — [31] Domino 26, 28. — [32] *om.* 25, 28, 31. — [33] Danihelem 1, 15. — [34] Factumque 26. — [35] *om.* 13, 26; igitur 25 *al. man. sup. lin.* — [36] obdormisset 15, 26. — [37] ac aperto 25. — [38] (for. fov.) fov. for. 1, 25, 27. — [39] (s. f.) f. s. 25. — [40] (p. m.) m. p. 13, 25, 28. — [41] *om.* 25; adest *add.* 12; assum *add.* 13. — [42] tibi adesse *add.* 25. — [43] ad *add.* 22, 31. — [44] lutum 1, 14, 15, 20, 23, 26. — [45] eum *add.* 23. — [46] *om.* 15, 23, 27. — [47] *om.* 1, 22. — [48] eo 14, 31. — [49] amico 25; amico *add.* 20. — [50] (r. s. p.) s. p. r. 25. — [51] ergo 13, 25. — [52] (si. i. su.) sunt ei i. 25. — [53] receperit 25. — [54] (a s. r. L.) a s. L. r. 12, 28; r. a s. L. 1, 13, 14. — [55] *Hic desinunt* 8, 13.

4. (Cod. 1, 3-6, 12, 14-20, 22, 23, 25-28, 31). — [1] *om.* 3, 4. — [2] igitur *add.* 3. — [3] audiens 3; vel audi(ens) *add.* 25 *sup. lin.* — [4] Quod *add.* 25. — [5] ergo *add.* 25. — [6] (s. r.) r. s. 25. — [7] Arvennia 4, 20; Advernia 31. — [8] ergo 25. — [9] quis 1, 3, 26. — [10] sum 4, 28, 31. — [11] hactenus *add.* 25. — [12] unquam *add.* 3. — [13] (me in t.) in t. me 3. — [14] noxia 12 *ante corr.*, 25; aliqua *add.* 25. — [15] Precor ut *add.* 3. — [16] *Hic desinit* 23. — [17] *om.* 3. — [18] *om.* 3. — [19] autem 3. — [20] *om.* 20, 26. — [21] pendebant 3, 25. — [22] ei *add.* 25. — [23] *om.* 25. — [24] amplius *add.* 3. — [25] consumabit 1, 15, 16, 18, 20, 27; consumet 31. — [26] offerant 18, 19. — [27] (a. n.) n. deferant 3. — [28] parvam 3, 12, 15, 25. — [29] (p. i. c.) i. c. p. 25. — [30] et dixit ei *add.* 18, 19. — [31] inquit 25. — [32] cepistis 25. — [33] *om.* 3, 20, 28. — [34] (t. u. fo. fe.) *ita* 4-6, 12, 14-19 (*sed* mali *add.* 17 *in marg.*), 22, 26, 27, 31 (fecit 6, 12); t. u. mali fe. 1, 20; u. t. mali fecit 28; u. vobis mali fe. 3; vobis fe. u. mali 25. — [35] absolve 3; et solvens 25. — [36] et *add.* 3, 26, 28. — [37] dimitte 3. — [38] Quo 1. — [39] (f. m.) m. f. 3, 26. — [40] *om.* 12, 25; autem 14. — [41] *om.* 14, 25. — [42] relaxavit 20, 26. — [43] *om.* 25. — [44] eduxit illum 3. — [45] ipsa 25. — [46] oppressi 25. — [47] confractis 25. — [48] *Hic desinit* 6.

5. (Cod. 1, 4, 5, 12, 14-20, 22, 25-28, 31). — [1] miraculum *add.* 25. — [2] *om.* 25. — [3] *ita* 1, 14, 15, 17, 20, 22, 27; Naneten 16; Nannetem 4, 26, 31; Namnetem 18, 19; Natem 5; Manetem 25 *sup. ras.*; Manentem 28; Nymnetem 12. — [4] Brittaniae 26; Britaniae 20, 27. — [5] et erat 25. — [6] invocantibus 25. — [7] abfuit 25.

die

die apparuit in media[8] domo, ubi custodiebatur ipse homo. Omnes vero qui in eadem domo aderant[9], quid ipse vellet[10] facere, conspiciebant. Erant enim[11] ibi quam plurimi et tam bene cognoscebant quod ipse esset sanctus Leonardus, tamquam si nuntiasset eis aliquis[12] ante veniens legatus. Illis autem eum cernentibus et valde admirantibus, in conspectu eorum omnium[13] apprehendit ipsum[14] incatenatum[15] militem[16] sanctus Leonardus. De catena quidem eum eripuit[17] ipsamque catenam ad suam ecclesiam deportandam praecipiens brachiis eius imposuit et per medium illorum[18] propria manu deduxit[19]. Nemo denique illorum ausus fuit quicquam loqui, sed tacito corde per beatum Leonardum laudabant magnalia Domini[20].

Delatis ad synodum Angeriacensem S. Leonardi reliquiis,

6. Factum est autem quodam tempore, vivente[1] magno Willelmo[2] duce Aquitaniae[3], cum plurimis videretur dubium utrum caput sancti Iohannis[4] haberetur apud Angeriacum[5], praecepit ipse comes et dux[6] Willelmus[7] magnam synodum congregari (1) omnesque pontifices et
B comprovinciales et extraneos convocari, ut eorum consensu tam pretiosus thesaurus dignissimi capitis sancti[8] Iohannis Baptistae requireretur[9] et sacratis manibus sanctorum praesulum[10] dubitanti populo monstraretur[11]. Quod et factum est. Nam requisitum inventum est et super sanctum[12] altare oblatum et ab universo populo[13] adoratum. Ad hoc igitur[14] venerabile mysterium[15] deportatae sunt quam plures reliquiae sanctorum. Ostensa sunt autem ibi multa miracula in corporibus debilium et infirmorum[16] meritis et intercessionibus sanctorum. Inter quos sanctus Leonardus bonus semper infirmantium medicus non[17] paucis ibi resplenduit virtutibus.

sanantur ab eo

Verum ad testimonium multitudinis audite tria de multis. Praeterea quaedam paupercula in aggregata turba erat, quae filium caecum habebat. Quae[18] sanctorum omnium[19] patrocinia ibi collata[20] pro caecitate filii circuivit[21], verum
D nihil apud eos[22] promeruit. Eunte autem scrinio in quo sanctus Leonardus requiescit[23] ad synodum supra dictam[24], facta est obviam[25] cum caeco filio mulier ipsa, dixitque intra se: " O sancte Leonarde, omnes qui ad te venerunt, sanitatem receperunt; ego autem paupercula neque a te neque ab aliis sanctis potui de filio meo[26] resumere[27] aliquod adminiculum sospitatis[28]. " Talia intra se dicendo appropinquavit cum suo filio[29] ad feretrum[30] et subter posuit caecantem[31] filium[32]. Cuius oculi statim sunt illuminati per virtutem Dei et beatissimi[33] Leonardi. Ibique etiam quaedam[34] adducta est femina, in qua, sicut eadem clamabat, septem erant[35] daemonia. Quam[36] beatus Leonardus emundavit et a daemonibus potenter liberavit. Nec minus quoque quidam claudus, qui eadem hora advenit, extensis nervis, salutem recipere meruit.

tres infirmi.

S. Leonardus tres captivos liberat;

7. Supra flumen praeterea[1] Rodanum[2] supereminet[3] quoddam castellum. In eo autem captus homo quidam[4] tenebatur, qui sine intermissione sanctum Leonardum pro sua ereptione vociferabat[5]. E Cuius voces sanctus Leonardus exaudivit eumque de[6] ergastulo eripuit. Et quoniam Rodanus tantae ibidem erat[7] profunditatis, ut homo ipse non posset transire pro[8] altitudine amnis, formidanti homini, ut per medium Rodanum abiret[9], praecepit. Qui vadens siccis vestibus ad alteram ripam sine iactura pervenit. Quid igitur[10], fratres carissimi? nonne[11] possumus eum aequiparare[12] Moysi in claritate huius miraculi? Sicut enim[13] Moyses, ut transiret populus Domini[14], divisit mare rubrum, ita sanctus Leonardus, ut captivus liberaretur, separavit inundantem Rodanum[15].

unum, ut Rodanum siccis pedibus transeat, adiuvat;

alteri in specie columbae

8. Quin etiam cuidam servo suo posito in specu subterraneo in specie columbae apparuit illumque[1] de sub terra[2] reportavit. Sed[3] illum in via collocatum[4] obscuritas noctis impediebat. Quocirca ipsa columba eum antevolans per

[8] *om.* 4, 28. — [9] erant 25. — [10] (i. v.) v. i. 25. — [11] *om.* 16, 25. — [12] *om.* 25. — [13] (e. o.) o. e. 12, 25. — [14] *om.* 19, 25. — [15] cathenatum 4; catenatum 31. — [16] (i. m.) m. catenatum 25. — [17] (eum er.) er. eum 25. — [18] eorum 25. — [19] perduxit 25. — [20] Dei 18-20, 22, 27, 28. *Hic desinunt* 18, 19, 28.

C **6.** (Cod. 1, 5, 12, 14, 15, 20, 22, 25-27, 31). — [1] veniente 20, 22. — [2] Wilelmo 12, 25; Guillelmo 14; Guillielmo 15; Guilielmo 20, 22, 27; *et sic porro infra.* — [3] Equitaniae 5 *ante corr.*, 20, 27; Aequ- 22. — [4] Baptistae *add.* 1, 12, 25, 26, 31. — [5] Angericum 5 *ante corr.*, 15, 22, 25; Angeariacum 14 *post corr.*; Angliacum 26; Ingeriacum 20. — [6] (et d.) *om.* 5. — [7] Willehelmus *hic* 5; Guillelmus *hic* 31. — [8] *om.* 25. — [9] inquireretur 25. — [10] presidium 5. — [11] ostenderetur 25. — [12] *om.* 1, 25. — [13] est *add.* 25. — [14] ergo 12, 25; autem 5, 22 — [15] ministerium 20, 22. — [16] pro *add.* 25. — [17] a *add.* 5. — [18] Haec 25. — [19] *om.* 25. — [20] collecta 25; collocata 12. — [21] exoravit 25; concupivit 5. — [22] (n. a. e.) a. e. n. 12, 25. — [23] inquiescit 31; requievit 5, 22, 27; requiescebat 25, 26. — [24] (sy. su. d.) su. d. sy. 25. — [25] obvia 14, 20, 27. — [26] (p. de f. m.) de f. m. p. 1, 26. — [27] *om.* 25. — [28] impetrare *add.* 25. — [29] (a. c. s. f.) *om.* 25. [30] perrexit *add.* 25. — [31] cecatum 1, 12, 25, 31; cecum 14. — [32] (s. p. c. f.) c. f. s. p. 25. — [33] beati 14, 25; sancti 5. — [34] (I. e. q.) Deinde q. ibi 25. — [35] (s. e.) e. s. 25. — [36] Qua 1, 15. F

7. (Cod. 1, 3, 5, 12, 14-17, 20, 22, 25-27, 31). — [1] (S. f. p.) Praeterea s. f. 20, 25. — [2] Rodani 25; Rhodani 25 *corr.* — [3] eminet 3. — [4] (h. q.) q. h. 3, 4. — [5] vociferabatur 1, 17, 26; vociferando inclamabat 25. — [6] ex 25. — [7] (i. e.) e. i. 3. — [8] prae 3, 14, 22, 27, 31. — [9] transiret 25. — [10] mirum *add.* 3. — [11] (Nonne ... miraculi) *om.* 3. — [12] aequiperare 17, 25, 27; sancto *add.* 25, 26. — [13] igitur 3. — [14] *om.* 25. — [15] Rhodanum 25. *Hic desinunt* 3, 16.

8. (Cod. 1, 5, 12, 14, 15, 20, 22, 25-27, 31). — [1] eumque 25. — [2] (s. t.) subterraneo speleo 25. — [3] Si 20, 22. — [4] positum 25.

(1) De his ita refert scriptor, qui ipso tempore vivebat, Ademarus Cabannensis (*Hist.* III, 56; *MG.*, Scr. t. IV, p. 141): *Per hos dies dignatus est Dominus clarificare tempora serenissimi ducis Willelmi. In diebus suis namque caput sancti Iohannis in basilica Angeriacensi, in theca saxea turrita instar piramidis, inventum est ab Alduino clarissimo abbate. Quod sanctum caput dicunt esse proprium baptistae Iohannis. Tunc Willelmus dux post paschales dies Roma regressus, hoc audito, repletus est gaudio, et sanctum caput populis ostendendum decrevit. Est reconditum ipsum caput in turibulo argenteo, ubi litterae leguntur:* HIC REQUIESCIT CAPUT PRAECURSORIS DOMINI. *A quo tamen vel quo tempore vel unde huc delatum, vel si praecursoris Domini sit, haudquaquam fideliter patet.* Quem locum cum afferret Papebrochius noster (*Act. SS.*, Iun. t. IV, p. 755, num. 246, 247), in hoc quidem memoria lapsus est, quod haec a Guiberto abbate S. Mariae de Novigento, qui centum circiter post annis vixit, scripta esse dixit; recte tamen monuit errasse libelli miraculorum S. Leonardi scriptorem " quod synodum prius convocatam crediderit, quam inventum caput esset, cum dici debuerit convenisse ad veritatem illius suis sententiis definiendam. " Postquam de tempore, quo haec gesta sint, alii alias sententias proposuerunt, nuper non levibus argumentis ostendit pseudonymus quidam Iohannes Sanctonensis anno 1016 repertum esse caput S. Iohannis Baptistae, anno vero 1017 idem in illa synodo, de qua hagiographus noster, sollemniter esse ostensum. JEAN LE SAINTONGEAIS, in *Revue de Saintonge et d'Aunis*, t. XXIV (1904), p. 411-28. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 497-98.

rectum

iter demonstrat; tertium Pictavensem e gravi angustia eripit.

A rectum iter deducebat; neque dimisit infatigabiliter volare ante illum, quousque pervenit ad suum, quod optabat[5], hospitium,

9. Praeterea in Pictavensi[1] diocesi comprehensus est quidam rusticus a perfidissimis militibus. Denique[2] ipsi[3] filii diaboli in quadam commanebant[4] silva causa rapinae et latrocinii. Itaque martyrizantes eundem rusticum pro pecunia ligaverunt eum ad quandam[5] quercum[6], ita ut inter coxas cruriumque convaricationem[7] constringeret ipsam arborem. Nam ex una parte arboris corpus eius pendebat, ex altera vero parte pedes eius districti ferrea compede[8] prominebant; sinistra autem manus eius extendebatur longe, ferrea ibidem compede confixa[9] in alia arbore. Nihil igitur[10] quietis[11] miser ille habebat nisi de sola dextera manu, cui innitendo incumbebat. In tanta angustia miser ille[12] positus appellabat sanctum Leonardum lacrimosis vocibus. Factum est autem[13], eo[14] clamante, circumfulsit eum lux clarissima, et de luce audita est vox mitissima, dicens : “ Quid clamas? „ Et ille respondit : “ Deum voco[15], sanctum Martialem „ et beatum[16] Leonardum appello. „ Cui illa vox[17] rursum dixit : “ Extrahe pedes et manus, „ et abi hinc[18] liber et sanus. „ At ille ait : “ Non possum, domine, quoniam[19] utraeque „ compedes fortiter arcent[20] manus et pedes. „ Et vox iterum dixit ad eum : “ Noli timere, sed „ quae tibi dico extrahendo membra tenta „ complere[21]. „ Et statim ut homo ille[22] extraxit ad se[23] manum[24] et pedes[25], ilico in terram ceciderunt[26] compedes. Abiens autem liber, sicut ei fuerat imperatum, unam detulit sancto Martiali, alteram ad sanctum Leonardum[27].

Liber I miraculorum

[5] optavit 25.

9. (Cod. 1, 12, 14, 15, 17, 20, 22, 25-27, 31). — [1] Pictaviensi 20. — [2] Quem 25. — [3] ut *add.* 25. — [4] (in q. c.) commanentes in q. 25. — [5] quendam 1. — [6] (qua. que.) que.
B qua. 25. — [7] divaricationem 25, 26. — [8] (d. f. c.) compediti 25. — [9] constricta 25. — [10] itaque 25. — [11] *om.* 25, *in quo pr. man. sup. lin.* : virtutis. — [12] (m. i.) *om.* 25. — [13] *om.* 26, 31. — [14] (F. e. a. eo) Quo 25. — [15] invoco et 12, 26. — [16] sanctum 25; beatissimum 22. — [17] (i. v.) v. i. 25. — [18] *om.* 1. — [19] quia 25. — [20] (f. a.) a. acriter 25. — [21] (e. m. t. c.) t. c. e. m. a nexu quo tenentur 25. — [22] (h. i.) *om.* 25. — [23] (ad se) *om.* 1, 25; a se 14, 15. — [24] manus 1, 17 *post corr.*, 20, 22, 25, 26. — [25] (m. et p.) p. et m. ad se 25. — [26] (in t. c.) c. in t. 25. — [27] Et nos de tantis miraculis referamus gratias E
et laudes Deo et sancto Leonardo (et s. L. *erasum*), qui cum Patre... Amen. *add.* 20. Explicit vita sancti Leonardi *add.* 1, 25. Expliciunt miracula eiusdem confessoris *add.* 12.

LIBER ALTER MIRACULORUM

[1] Miracula sancti Leonardi confessoris [2].

I.

Prologus.

1. Sancti Spiritus[1] adsit nobis gratia et acceptissima Deo[2] insignis patroni[3] nostri Leonardi
Rom. 8, 28. aspiret[4] oratio. Sicut ait Apostolus, *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, et qui nihil mali, sed omnia bona creavit, ad boni exitum cuncta reducit; prosperis adversa, et adversis intermiscet prospera[5], quatinus humana mens nec continua prosperitate insolescat, nec adversitate in desperationem[6] cadat.

Richardus Normannus

2. Erat in illo Hierosolimitano exercitu Richardus quidam (1), natione[1] Normannus, genere
C praeclarus, armorum exercitio strenuus, suis carus et acceptus, hostibus formidolosus. Hic saepissime praeda, incendio atque caede de hostibus Christi triumphando, coepit aliquantulum non de Christi bonitate, sed de sua gloriari virtute. Quapropter divina providentia tandem illi intimavit quia non salvatur[2] rex per multam Psalm. 32, 16.
virtutem, nec gigas in multitudine virtutis suae. Quadam die, congressus cum hostibus, de caelo defuit auxilium; barbari solito[3] ferociores[4] incumbunt; socii cedunt; alii ex nostris obtruncati, alii gravissime sauciati, quam plures[5] vero cum duce suo Richardo[6] sunt captivati. Inter captivandum autem praedictus Richardus tutelae[7] sanctissimi Leonardi[8] se[9] summa devotione commisit, iterque[10] cum digna oblatione ad ecclesiam sancti Leonardi[11] devovit. Fit maxima inter barbaros de captivo laetitia[12]; vox una omnium ad caelum[13] tollitur : “ Mahumet vincit[14], Christus vin„ citur. „ Inter haec Richardus trahitur, tamquam prodigium illuditur; hi mortem, illi intentant F
passionis crudelitatem; tot circumvallant eum[15] tortores quot in sanguine ipsius arbitrantur se[16] cognatorum vel[17] amicorum ultores. Sed iustus Cf. Prov. 28, 1.
ut leo confidit; et Richardus, precibus sanctissimi Leonardi[18] protectus, inter tot furentium

a Mohammedanis captus

I. (Cod. 32, 33, 34). — [1] Incipiunt *add.* 32. — [2] (M. s. L. c.) Miraculum de Richardo 34; *nullum lemma in* 33.

1. — [1] (S. Sp.) Santi Sp. 32; Sp. S. 33, 34. — [2] (a. D.) D. a. 34. — [3] patronis 32. — [4] asspiret 32. — [5] (i. p.) p. i. 34. — [6] prosperitatem *Arbellot.*

2. — [1] nomine 34. — [2] salvabitur 33, 34. — [3] more *add.* 34. — [4] ferationes 32. — [5] quia plures 32. — [6] *om.* 33, 34. — [7] se *add.* 33, 34. — [8] Richardi 33 *ante corr.*, 34. — [9] (se. s. d.) *om.* 33, 34. — [10] iterumque *Arbellot.* — [11] (c. d. o. ad e. s. L.) condignam (condignum *ante corr.*) oblationem ad e. s. L. 32; ad eius e. cum summa devotione 33, 34. — [12] (de c. l.) l. de c. 33, 34. — [13] (o. ad c.) ad c. o. 34. — [14] Mahometus vivat 33, 34. — [15] illum 34. — [16] esse 33, 34. — [17] et 33, 34. — [18] Richardi 34 *ante corr.*

(1) Ex his quae de eodem Richardo in miraculo II narrantur, coniciat quispiam hic designari Richardum de Principatu comitem Salernitanum. Quod si verum est, fatendum est falsa vel saltem prorsus inaudita de eo narrari. Captus quidem est a Mohammedanis Richardus anno 1100 simul cum Boemundo; cum quo a Danismanno illo per tres annos in carcere detentus, cum eodem libertati est restitutus (vid. quae infra annotavimus ad miraculum II, c. 6); neque alibi legitur ipsum umquam in potestatem Alexii imperatoris venisse praeterquam in loco satis obscuro Matthaei Edesseni, qui tradit Danismannum, accepta ab Alexio multa pecunia, eum ipsi *dono dedisse* (*երբեա տուրս*) ; quae ultima verba ita interpretatus est Ed. Dulaurier : “ Quant à Richard, neveu de Boemond, Danischment le relâcha par considération pour Alexis, en retour de sommes considérables que celui-ci lui donna „ (*Recueil des historiens des croisades*, Documents arméniens t. I, 1869, p. 70). Idem vero (*Chronique de Mathieu d'Édesse*, Paris, 1858, p. 253) prius verterat : “ Quant à Richard ... Danismend l'offrit en cadeau à Alexis, en retour etc.... „ De Boemundo utique tradiderunt scriptores conatum esse Alexium, promissis nummis plurimis, ut a Danismanno is sibi in manus traderetur.

impetus,

LIBER II MIRACULORUM

et ab iis imperatori CPtano traditus,

impetus, donec quid fieret de eo [19] deliberaretur, custodiae mancipatur.

3. Repente fama velox malum ubique [1] divulgata [2] imperatori Constantinopolitano innotuit, videlicet captum hominem sibi infestum, patriae perniciosum [3] totiusque mali contra rem publicam quasi signiferum; omni studio enitendum, ne homo, ad commune malum Graeciam advectus, aliquo ingenio elapsus ad inceptum redeat. Normannos novarum rerum [4] semper [5] cupidissimos, cupiditate [6] regnandi communes hostes omnium, sub specie contra paganos pugnandi ad Graecorum aspirare imperium. Itaque Graecorum imperator, sicut qui omnes strenuos habet suspectos, celerem ad paganos transmittit [7] legationem; multa donat, plurima pollicetur, pecuniam, victualia, praesidia [8]; denique nullatenus ab incepto desistit, precibus, promissis, pretio, donec Richardus in suam traditus est potestatem. Est turris Constantinopoli altissima et munitissima [9]; in huius summitate firmissimis artatus [10] ferreis [11] catenis captivus includitur et [12] diligentissimis militum excubiis [13] custoditur, quoadusque com- B munis hostis patriae ad nutum omnium exquisitis perderetur suppliciis. Inter haec omnia de corde et [14] ore Richardi numquam sanctus Leonardus abfuit : " Sancte Leonarde, sancte Leonarde [15], „ ora pro me, adiuva me. Succurre, fer opem. „ Christi ego et tuus sum miles. Christo militare „ et christianos veni defensare [16], non christianos „ inpugnare [17]. Quid merui? quid peccavi, ut „ christiani meum sanguinem sitiant, et in mea „ perditione gentiles ulcisci quaerant [18]? Hoc „ Deum misereat [19]; hoc, sancte [20] Leonarde, „ aspicias, et sicut omnibus in necessitate [21] subvenis, ita me eripias de manibus crudelissimi „ imperatoris. „

invocato S. Leonardo,

4. Huiusmodi querelatione [1] et instantis periculi magnitudine fessus, cum tandem somnus obrepisset, vidit sibi assistere sanctissimum [2] confessorem Leonardum, vestitu candidissimo, vultu rubicundo, totoque corpore venustissimo : " Noli „, inquit, " Richarde, conturbari, noli „ desperare. Nullatenus imperatoris praevalebit D „ iniquitas; sed, me auxiliante, Christi te salvabit „ pietas. „ Deinde eodem habitu vir sanctus cubiculum imperatoris ingressus : " Noli „, inquit, " malum pro bono reddere; noli [3] Richardum, „ christianitatis defensorem, paganis ad supplicium dare, qui te non laesit, sed pro Christo „ animam dare venit. Si hoc feceris, Christum in „ suo milite contristabis magnumque tibi et „ imperio tuo instabit periculum. „ Hac visione imperator perterritus, nec hostem ad supplicium ausus est producere [4], nec prae inveterato in Normannos odio potuit omnino [5] dimittere. Sed postquam secundo ac tertio eadem visio graviores poenas pro insontis [6] nece comminata est, captivum sibi praesentari iubet, odiumque genuinum hilari fronte dissimulans : " <Pro [7]> multi„ moda „, inquit, " Normannorum in gentem „ nostram grassatione iuste me oporteret [8] gra„ vissimas de te [9] sumere poenas; sed imperato„ riam [10] decet providentiam [11] multa vincere [12] „ benignitate, raro grassari crudelitate. Multos „ mihi infestos reddo [13], si te dimisero impuni„ tum; sed malo ex misericordia quam severi- E „ tate [14] damnari civesque [15] meos potius [16] quam „ Deum offendere. Gratias tamen [17] Deo et sancto „ tuo, quem invocas, non desistas reddere, quo„ niam admodum [18] per visionem pro tua mecum „ egit liberatione. „ Itaque Richardus, captivitatis [19] exutus vestibus, imperiali magnificentia [20] induitur [21]; equis, mulis, faleris [22], armis liberaliter donatur. Ipse etiam imperator, cum ingenti multitudine profectus, pacifice hominem ad sua reducit.

liber e carcere dimittitur.

Explicit [23] de miraculo Ricardi.

II. *

Scriptum [1] Galerann<i> [2] episcopi de miraculo Boimundi [3].

Eodem tempore Boemundus,

1. Eodem [1] etiam tempore, cum Boimundus continuis bellorum successibus prosperaretur, prosperitas securitatem, securitas peperit incu-

* *Recensionem breviorem eamque fabulosam huius miraculi II ex codice Sanctae Mariae Maioris* B, *saec. XII, subicimus. Cf. Comm. praev., num. 11.*

C F

Incipit miraculum beati Leonardi confessoris.

f. 228 Post obitum vero beatissimi et gloriosissimi confessoris Christi domini nostri Leonardi contigit quod in partibus Hierosolymitanis initum | fuisset bellum cum christianis et Sarracenis ad exterminandum squalorem perfidiae illius sacratissimae regionis, in qua Deus et dominus noster Iesus Christus natus et passus fuit pro nobis. Sed cum in capite christianorum exercitus essent tres strenuissimi et fortissimi duces et milites, Balduinus, Boamundus et Riccardus, accidit Boamundum et Riccardum captos esse a barbaris cum christianorum multitudine in illo durissimo et fortissimo certamine. Qui dum longo tempore tenerentur in vinculis in quadam civitate, quae Flagonia voca-

[19] (f. de eo) de eo f. 33, 34.

3. — [1] ubi 34. — [2] vulgata 33, 34. — [3] (pa. pe.) pe. pa. 34. — [4] (n. r.) r. n. 31. — [5] saepe *Arbellot*. — [6] cupiditatē 32. — [7] transmisit 33, 34. — [8] praedia 33, 34. — [9] immitissima 33. — [10] arctatus 33; arctus *Arbellot*. — [11] *om.* 33, 34. — [12] R. 33 *ante corr.*; Richardus 33 *corr.*; (et ... custoditur) *om. Arbellot*. — [13] excubuis 32. — [14] vel 33. — [15] (s. L.) *om.* 33, 34. — [16] defendere 33, 34. — [17] impugnare 33, 34. — [18] queant 34. — [19] Deus misereatur 33, 34; Domine miserearis *Arbellot*. — [20] *om.* 33, 34. — [21] (o. in n.) in o. necessitatibus 34.

4. — [1] questulatione 33, 34; (H. q.) Huiusque modi relatione *Arbellot*. — [2] sanctum 33. — [3] noli *add.* 34. — [4] perducere *Arbellot*. — [5] (p. o.) *om.* 33, 34. — [6] innocentis 33. — [7] *supplevi: cf. Waleramnus, Mirac. c. 2 extr.* (*infra, p. 178* E). — [8] (me o.) o. me 34 — [9] (g. de te) de te g. 33, 34. — [10] imperatorem *Arbellot*. — [11] prudentiam 34. — [12] ducere 33, 34. — [13] (i. r.) r. i. 34. — [14] ex crudelitate 33, 34. — [15] (c. m. p. q. D. o.) *om. Arbellot*. — [16] *om.* 33, 34. — [17] tum 33, 34; tam *Arbellot*. — [18] (q. a.) quemadmodum *Arbellot*. — [19] captivatis 32. — [20] munificentia 34. — [21] indutus 33. — [22] federis 32; phaleris 33, 34. *Aliquando coniciebam* foederis, *i. q.* foderis; *sed cf. p. 178* F. — [23] (E. de m. R) *om.* 33, 34.

II. (Cod. 32; *in* 33 *et* 34 *sola quaedam epitome*). — [1] Incipit *add.* 32. — [2] Galfrann[i] *Arbellot*. — [3] (S. G. e. de m. B.) Miraculum de Bohemundo Antiochiae rege et Apuliae duce in Perside actum circa ann. 1101 33, 34.

1. — [1] *Pro priore parte narrationis, usque ad cap. 6, haec habent* 33 *et* 34 : Cum praeliaretur Bohemundus in Persia cum Danismanno satrapa, facta suorum ingenti strage, se in potestatem dicti Danismanni tradidit. Loco Bohemundi surrexit Tancredus eius frater, qui de eius liberatione vi (*codices* in), promissis, precibus, pretio, plurima moliendo in omnibus frustrabatur inceptis (*cf. infra cap. 5*) ac etiam dux Rogerius...

riam

fraudibus cuiusdam gentilis deceptus,

A riam, videlicet nihil formidare, omni spiritui credere, nihil circumspecte agere. Gentilis quidam versipellis assiduis Boimundi assultibus adeo artatus est, quatinus nec victualia quaerere nec castrum suum posset exire. Itaque cum omnino viribus diffideret, persicis dolis credulitatem nostrorum aggressus est, videlicet se a magno tempore gentiles errores detestari, Christi lavacrum multum desiderasse, christianis associari, Christo incorporari, nec esse salutem in alio aliquo; hoc prophetas vaticinari, hoc christianorum bella protestari, ubi Christi fere in omnibus claresceret victoria et paucissimi multa milia fugarent, prosternerent, occiderent; veritatem omnibus patescere, se diutius veritati obluctari nolle, stultum esse contra stimulum calcitrare ac divinae dispositioni resistere. " Rex ", inquit, " sum, stultumque hactenus mihi[2] visum est

Cf. Act. 9, 5.

Cf. Psalm. 71, 11.

" crucifixum adorare. Sed adorabunt eum omnes " reges terrae, et cur non ego? omnes gentes " servient ei, et quid exspectent mei? De conversione mea ad vestram fidem nullatenus est

B " dubium. Sed vestrum est providere, ut meos " deserens tutissimum apud vos habeam praesidium. Est hic iuxta Danisman, Persarum inclitus, hactenus mihi in omnibus meis necessitatibus adiutor promptissimus. Quod si ad vos " fecero diffugium, quantocius ipsum de amicissimo habebo hostem infensissimum. Hunc " itaque, si vobis meum utile videatur consilium, " undecumque repentino exercitu opprimendo, " istud a nobis propulsate[3] periculum; quod eo " facilius vobis erit, quoniam ex insperato nostrum habebitis praesidium (1). "

LIBER II MIRACULORUM

a Danismanno Persarum principe, positis insidiis, impetitur

2. Est inter istius et Danismanni[1] castellum (2) quasi fauces quaedam angustissimus introitus et deinde concava montium nulli pervia. Haec loca cum Boimundus non adeo magno exercitu (3) esset ingressus, subito patescunt Persarum doli. Danisman, per illum perfidum antea de adventu Boimundi certificatus, antequam maximis adest copiis (4), retro traditor ille (5) suas infert turmas. Alii ex hostibus, montibus ascensis, eminus nostros sagittis[2] proturbant; alii equestri impetu nunc ante nunc retro incursant. Persis, ut dicitur, longe alia quam nostris est pugnandi consuetudo. Nostri legiones disponunt, acies densant, ordinate procedunt, signa sequuntur; cominus bellum primo lanceis, deinde agunt gladiis; manus conserunt, obstantes proturbant; grassantur hostium caede, ruina, strage; iuvat vestes, arma, manus hostili sanguine infectas aspicere, acervos paganorum calcare, virtuti universa, non fortunae discribere. Persae ad bellicos apparatus non in coetum coeunt, sed E dissolvunt, moreque venantium palantes, ubique diffunduntur, repentino impetu, ubicumque opportunitas patet, advolant, fugientibus instant, obstantibus subito terga vertunt, doctique tam retro sagittas quam ante iacere, maxime incautis fugiendo nocent. Praecipue nostrorum impetus, praecipue vitant congressus. Si fuerint deiecti, nil penitus possunt, obtruncantur sine damno quasi oves. Ad hoc, si primo impetu frustrati fuerint et

batur, Balduinus, qui comes illorum exstiterat, in praefato certamine pepigit foedus cum Sarracenis ut, accepto tanto pondere auri, quantum pensaret persona Boamundi, in securis locis ab utrisque constitutis, ut barbari absolverent et restituerent solummodo Boamundum. Sed cum pollicitum pondus auri partim deficeret, quod a parte christianorum impleri nequiverit, Boamundus itaque sic postmodum tamdiu in captione perstitit, quousque peregrinus quidam causa visitandi eum adiit, et sic ei locutus est : " Unde vel qui estis vos " ? Qui dum indicaret ei unde et qui esset, peregrinus ille tale ei salubre attulit consilium : " Quare ", inquiens, " non vovetis vos Deo et beatissimo confessori Christi Leonardo, cuius corpus humatum in partibus Aquitaniis, cuius meritis quam plurimi sunt carceralibus vinculis expediti? Vos itaque, si oraveritis eum ex toto corde, procul dubio " confestim suum senseritis suffragium ". Quo itaque Boamundus audito, vovit se Deo et praedicto

[2] nichil 32. — [3] propulsare 32.

2. — [1] Darismanni 32. — [2] sagittas 32.

C

(1) Haec vix non omnia ficta esse videntur. Aliunde enim novimus mense iulio anni 1100, cum Boemundus simul cum Richardo de Principatu Halabum (gall. Alep) obsideret, nuntiatum ipsis esse Danismannum, h. e. Malek Ghâzi Mohammed, cognomento Gumuschtekin, de genere " filiorum viri docti " (Ibn-ed-Danischmend), impetum moliri in urbem Meletinam (Malatiam), quam urbis patronus Gabriel, princeps Armenus, in Boemundi protectionem dicionemque tradere cupiebat; Boemundum porro ab obsidione recessisse et Meletinam versus contendisse, ut petentibus opem ferret. Multum igitur abest ut ille, in cuius gratiam Meletinam profectus est Boemundus, esset gentilis versipellis, quem assultibus assiduis Boemundus artavisset, Danismannus vero in omnibus promptissime adiuvisset. Cf. WILLERMUS TYRENSIS, *Hist.* IX, 21 (*Recueil des historiens des croisades*, Hist. occid. t. I, p. 396-97); *Historia peregrinorum*, 136 (ibid., t. III, p. 227); FULCHERIUS CARNOTENSIS, *Hist. Hierosolymitana*, 35 (ibid., p. 368-69); *Gesta Francorum Hierusalem expugnantium*, 41 (ibid., p. 519); *Historia Hierosolymitana*, 3 (ibid., p. 551-52); ALBERTUS AQUENSIS, *Hist.* VII, 27 (ibid., t. IV, p. 524); cf. etiam VII, 29 (ibid., p. 526 B) ubi distinctius laudatur Gabrielis principis benevolentia et fidei constantia; *Balduini III historia Nicaena vel Antiochena*, 63 (ibid., t. V, p. 177); THEODORUS PALIDENSIS, *Narratio profectionis Godefridi ducis*, 9 (ibid., p. 196); IBN EL-ATHIR, *Kâmel-Altevârykh* (ibid., Hist. orient. t. I, p. 203); MATTHAEUS EDESSENUS, *Chron.* (ibid., Documents armén. t. I, p. 51); KEMAL AD-DIN, *Hist. Halabi* (R. RÖHRICHT, *Beiträge zur Geschichte der Kreuzzüge*, t. I, p. 228-29). —

F

(2) Quae de castello Danismanni habet noster, satis superque sunt ut intellegamus quam parum noverit ea de quibus loquitur. Venerat siquidem de terra sua Danismannus et a suis sedibus seu castellis longe aberat. — (3) Verum est non adeo multas fuisse Boemundi copias, quem cum trecentis equitibus versus Malatinam urbem descendisse testatur ALBERTUS AQUENSIS VII, 27. — (4) Immo, eodem Alberto teste (ibid.), quingentis dumtaxat equitibus ab exercitu suo assumptis Boemundo obviam venit Danismannus. Tamen bene multos fuisse Danismanni milites refert Matthaeus Edessenus l. c. — (5) Insidias a Danismanno positas esse tradunt aliqui scriptores, puta FULCHERIUS CARNOTENSIS, 35 (*Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. III, p. 369): *insiluerunt in eum undique gens illa nefaria, quae in insidiis latitabat ...*; ex Fulcherio autem *Historia Hierosol.*, 3 (ibid., p. 552): *undique de insidiis irruens gens illa nefaria ...*; MATTHAEUS EDESSENUS (ibid., Doc. armén. t. I, p. 51). Verum haec communes belli artes superasse non videntur, unusque est Ekkehardus qui de dolo loquatur; ita ille, ceteroqui non valde definite et quasi obiter : *Boimundus ante biennium a Thurcis dolo captus Antiochiae sibi principatum dimiserat* (*Chron.* ad an. 1103, *MG.*, Scr. t. VI, p. 224). Insuper ex his quae tum iidem narratores, tum alii referunt, manifestum est Boemundum imprudenter egisse atque si non stulta, certe nimia audacia et inconsulto impetu hostes aggressum esse. Vid. praeter scriptores laudatos *Historia peregrinorum*, 136 (*Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. III, p. 227); RADULFUS CADOMENSIS, *Gesta Tancredi*, 141 (ibid., p. 705).

ad

LIBER II MIRACULORUM

ad fugam proturbati, omnino actum est; nullatenus ad bellum redeunt, arma, tela, arcus, pharetras sive quicquid fugientibus onerosum est, proiciunt; tantumque qualibet arte elabi satagunt.

suosque cohortatus

3. Itaque Boimundus cum sua multitudine vallatus undique, hortatus <est> suos viriliter agere, priscae virtutis et gloriae memores esse; victoriam non in multitudine sed ex Deo esse; se bella Domini bellare, Deum omnia posse, nihil Dei exercitui diffidendum esse. “ Sive „, inquit, “ vivimus, Domino vivimus, sive morimur, Domino morimur; quamvis[1] Domino mori rectius dixerim vivere, quia vere vivunt, qui Christo morientes aeterna perfruuntur beatitudine. O felix condicio pugnandi, ubi fides idolatriam, iustitia iniustitiam, continentia petulantiam, totusque virtutum exercitus vitiorum debellat portenta, ubi Michael venit nobis in adiutorium cum multitudine angelorum. Diu nobis princeps Persarum resistit, nostraque bella et preces adiutoriumque Michaelis impedit; sed tandem non praevalebit princeps Persarum, quoniam consurget Michael in multitudine virtutis suae pugnabitque pro nobis cum antiquo serpente. Quod si adhuc princeps Persarum in hoc bello nostram permissus est impedire victoriam, faciat Dominus quod bonum est in oculis suis, quoniam etiam hoc modo felices de bello redibimus, quia moriendo triumphabimus. Erit mors absorpta in victoria, ubi vera donabimur vita; nec ullus felicior huiusmodi mortuis, quos Michael deducet in paradisum exsultationis. Sed, ut aspicitis, nullo modo diutius loquendum, sed viriliter nobis est agendum, videlicet ut quocumque belli vergat exitus, nullatenus de congressione sua gaudeat adversarius. „ (1)

Rom. 14, 8. — Cf. Dan. 10, 13. — Cf. Dan. 12, 1. — Cf. I Reg. 3, 18. — Cf. I Cor. 15, 54.

proelium atrox init

4. His dictis, insigni provectus equo, acies[1] ordinat, vexilla disponit, unumquemque nominatim hortando antiquae rogitat memorem esse virtutis. Tunc illustri secum assumpta cohorte, ubicumque hostes ferocius incursant, impetum in eos facere, multos obtruncare, reliquos in fugam vertere; deinde celeriter revolans, suis proturbatis succurrere, retrocedentes vocare, sauciis vulnera ligare, pro occisis alios substituere, nihil improvisum dimittere. Ubicumque autem cum hostibus congredi et manus datur conserere, ibi vero nostris iucundum spectaculum, videlicet a dextris et a sinistris hostem gladiis metere, acervos Persarum ruentium aspicere, rivos hostilis sanguinis per campos manare. Sed quid paucis in multis millibus (2)? Quid unus in mille? Ineffabiliter pluribus occisis, quasi nociva hydrae serpentis capita per sua damna multo plura contra nostros assurgunt dimicantium plantaria, horrendos vibrant sibilos[2], terribilibus insonant flagellis, vox omnium ad caelum tollitur. Fugaces Turci undique ad bellum revertuntur; subtexitur caelum nube sagittarum, missilium grandine nostri opprimuntur, nec anceps malum a nostris vel propulsari vel caveri potest. Iam fere omnes sagittis confossi in terram procubuerant, equi, equites, pedites, donec Boimundus, prout tunc res exigebat, se in potestatem Danismanni tradidit.

D

et tandem capitur.

De captivo solliciti sunt

5. Boimundo captivato et diligenti custodia circumvallato, ineffabilis inter Persas erat exsultatio, videlicet Francos iam omni praesidio ac spe destitutos nihil omnino restare, nisi ut quolibet[1] ingenio fugientes delitescerent et animas suas salvarent. Sed loco Boimundi surrexit Tancradus[2] (3), vir acer et strenuus, providus consilio, promptissimus bello, quasi catulus leonis, ad nullos formidans hostium occursus. Iste magna virtute acquisitos christianorum terminos maiori dilatavit, omnes praeveniendo Turcorum conatus, adeo ut multas eorum munitiones vel funditus subverteret vel in deditionem acciperet (4). Hic consobrinus erat Boimundi (5) et de eius liberatione vi, promissis, precibus, pretio (6), plurima moliendo, in omnibus frustrabatur inceptis (7). Turris erat natura et arte munitissima, adeo diligentissimis electorum militum circum-

Tancredus princeps,

Cf. Ose. 5, 14; Mich. 5, 8.

beatissimo Leonardo quod, si meritis eius Deus eriperet eum ex illius captione barbaricae gentis et reduceret sanum et incolomem in latinam aridam et christianitatem, quanto celerius valeret, cum magnis votis et oblationibus visitaturus esset suum corpus et locum in quo terrae conditum est. His
C namque dictis atque devotis, in nocte consequenti apparuit ei sanctissimus Leonardus. Qui cum F
signo crucis edito omnia vincula Boamundi et sociorum eius fregisset, item eodem signo crucis adhibito apertae fuissent ianuae carceris atque civitatis, nihil inde sentientibus custodibus, iubensque
f. 228v illos post se properare intrepidos reduxit eos sanos et incolomes in regionem | Hierosolymam. Facto itaque mane, honorifice a Balduino et ceteris christianis cum tripudio suscepti sunt, agentes gratias omnipotenti Deo et Iesu Christo filio eius simulque sancto Spiritui, qui per beatissimum confessorem suum Leonardum eos liberare dignatus est. Modico itaque praeterito tempore, accepta

3. — [1] quasi 32.
4. — [1] aues 32. — [2] sibilo 32.
5. — [1] quod libet 32. — [2] Tancredus eius frater 33, 34 (*vid. ad c. 1*[1]).

(1) Hoc caput ad ornatum a scriptore confictum esse vix non certum est. — (2) Haec a scriptore nimis aucta corrigenda sunt ex annot. 3 et 4 ad p. 161. — (3) Mense martio anni 1101 Tancredus, rogantibus Antiochenis, curam suscepit regendi principatus Antiocheni, donec Boemundus de carcere exiret. Cf. WILLERMUS TYRENSIS, X, 10 (*Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. I, p. 414); FULCHERIUS CARNOTENSIS, 7 (ibid., t. III, p. 384); RADULFUS CADOMENSIS, 143 (ibid., p. 706). — (4) Alii testantur Tancredum *captis duabus eximiis urbibus* fines Boimundi strenue dilatasse (WILLERMUS TYRENSIS, X, 25, t. c., p. 438); alii quattuor esse ab eo debellatas, Mamystram, Adanam, Tharsum, Laodiciam (RADULFUS CADOMENSIS, 143-147, t. c., p. 706-9). — (5) Nepotem Boemundi fuisse Tancredum constat; cf. E. REY, *Résumé chronologique de l'histoire des princes d'Antioche*, in REVUE DE L'ORIENT LATIN, t. IV (1896), p. 323-24. Non tacendum tamen est scriptores quosdam Tancredum cognatum Boemundi facere; cf. ibid. — (6) Cf. mirac. I, c. 3 med.: *precibus, promissis, pretio.* — (7) Tancredum de Boemundo, quo liberato ipsi principatus Antiochenus dimittendus erat, tam sollicitam curam gessisse, veri non est simile, neque alibi traditum. Immo testantur scriptores fide digni Tancredum ne teruncium quidem contulisse, ut redimeretur Boemundus, et tantummodo non obstitisse ne ab aliis liberaretur. Vid. MATTHAEUS EDESSENUS, *Chron.* (*Rec. hist. crois.*, Docum. armén. t. I, p. 69): “ Cette année même, le comte des Franks, Boëmond, fut racheté des mains de Danischmend, au prix de 100000 tahégans, par l'intermédiaire et grâce au concours du grand chef arménien Kogh'-Vasil. Il fournit pour cette rançon 10000 tahégans, tandis que le comte d'Antioche [id e. Tancredus] n'y contribua en rien. „ Cum quo non male congruit laudator Tancredi RADULFUS CADOMENSIS, *Gesta Tancredi*, 147 (ibid., Hist. occid. t. III, p. 709): *Ea tempestate Boamundi redemptio*

vallata

A vallata excubiis, ut nisi ex permissu nulli vel ingredi vel egredi pateret accessus (1). Erant tamen ex utraque parte firmissima confoederati trevia, absque dolo malo visendi causa dominos ire ac redire; erantque in obsequio Boimundi de suis saepe deni, saepe viceni. Praeterea, iuxta Cf. 1 Cor. 7, 14. illud quod Apostolus ait : *Salvabitur vir infidelis per mulierem fidelem,* uxor Danismanni, occulto christiana, christiano viro in omnibus compatiebatur et, sicut decebat insignem ducem, victualia, vestimenta ceteraque necessaria clandestinis [3] transmittebat internuntiis. Si quando etiam persensit maritum aliquid crudelius contra captivum moliri, muliebribus blandimentis commotum mitigare, blandiendo, comminando, promittendo apud custodes efficere, ne captivo insultarent nec aliquibus contumeliis irritarent.

uxor Danismanni,

Rotgerius dux ceterique amici

6. Interea dux Rothgerius [1] (2) ceterique cognati et amici Boimundi [2] in Apulia et Calabria nihil intermittunt quod ad ereptionem eius prodesse arbitrantur, orationibus, elemosynis, oblationibus; quae omnia non tantum inter suos, sed inter externos [3] studiosissime fieri per fideles et idoneos nuntios providebant [4]. Post Deum praecipue in beato Leonardo tam ipse Boimundus spem quam universi habebant (3). Sanctus Leonardus singulare captivitatis est refugium; sancti Leonardi virtute, sicut cera a facie ignis, Psalm. 67, 3. sic omnis soliditas ferri liquescit; sancto Leonardo quicumque pura fide se commendat, nullatenus de salute diffidat. Ad sanctum Leonardum orationes, manus, oculos levemus, et profecto in eius liberatione inveniet quidem christianis auxilium, paganis vero condignum exitium. O sancte Leonarde, sidus aureum, Domini gratia, servorum gemitus solita suscipe clementia. Huiusmodi orationis [5] instantia fratres Nobiliacenses pro eo cotidie [6] laborabant [7], adeo ut omni sexta [8] feria nudis pedibus ante sanctum corpus venientes, Deo et sancto Leonardo preces suas

LIBER II MIRACULORUM

cum Boemundo S. Leonardum implorantes.

fratres etiam Nobiliacenses.

magnitudine auri et argenti, Boamundus ad visitandum corpus sanctissimi Leonardi Aquitaniam B profectus est. Qui cum venisset ad locum ubi corpus sanctissimum quiescit, referens immensas gra- E tias et laudes Deo et beatissimo Leonardo pro ereptione sua a vinculis et sociorum eius, et quod eum reducere dignatus est a carcerali [1] squalore perfidae et barbaricae gentis in regionem christianitatis; ibique fusa lacrimarum multitudine, optulit multa dona in restauratione illius ecclesiae et catenas aureas et argenteas fecit appendi super corpus sanctissimi confessoris Christi Leonardi, quas fabricari iusserat ad comparationem earum quibus irretitus fuerat in illa barbarica captione et custodia, ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi et memoriam suae ereptionis [2] per gloriosissimum confessorem Leonardum, ipso largiente qui cum Deo Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per infinita saecula saeculorum. Amen.

[1] *cod.* carcelari. — [2] exhibe *add. cod.*

[3] clamdestinis 32.

6. — [1] Rogerius 33, 34. — [2] Bohemundi 33, 34 *et ita porro*. — [3] scilicet Nobiliacenses *add.* 33, 34. — [4] (providebant ... Nobiliacenses) *haec ita contrahunt* 33, 34 : providebat, quia praecipue post Deum tam ipse Bohemundus quam universi spem habebant in sancto Leonardo tamquam in singulari captivorum refugio. Nec frustra. Fratres etenim Nobiliacenses ... — [5] orationes 32. — [6] accepto nuntio *add.* 33, 34. — [7] laborare inceperunt 33, 34. — [8] (o. s.) s. quaque 33, 34.

sollicitat populum, praecipue Balduinum comitem, qui Tancredi praecipuus erat inimicus. Is monendo, spondendo, increpando Antiochenos pulsat, ut carcerem Boamundo aperiant... Nec Tancredus tamen huic studio obviat, licet Boamundi reditio prosperitati eius obviatura videatur. — (1) Ubi sita esset haec turris et quo modo in illam adductus esset Boemundus, scriptor noster neque dixit, neque animo concepisse videtur. Iam vero haec acta tunc erant : cum, C capto Boemundo, ilico coepisset Danismannus Meletinam obsidere, audito adventu Balduini comitis Edesseni, qui ab elapsis Boemundi militibus monitus statim ipsi subsidio profectus erat, post triduum ab obsidione discessit et in partes regni sui confugit (WILLERMUS TYRENSIS, IX, 21, *Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. I, p. 397; ALBERTUS AQUENSIS, VII, 29, ibid., t. IV, p. 525; THEODORUS PALIDENSIS, 9, ibid., t. V, p. 197; MATTHAEUS EDESSENUS, ibid., Docum. armén. t. I, p. 52); Boemundus autem cum victore suo in regnum ipsius deductus est et ibi Neocaesareae in carcerem coniectus (WILLERMUS TYRENSIS, l. c.; *Historia peregrinorum*, 136, *Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. III, p. 227; RADULFUS CADOMENSIS, 141, ibid., p. 705; GUIBERTUS AB. NOVIG., *Gesta Dei per Francos*, VII, 37, ibid., t. IV, p. 254; ALBERTUS AQUENSIS, VII, 27, 29, ibid., pp. 524, 525; MATTHAEUS EDESSENUS, l. c.), neque ullo alio documento vel obiter innuitur in loco, in quo captivus servatus est Boemundus, consedisse tunc occidentales qui cum mohammedanis treviam illam facerent, de qua scriptor noster. Tacent etiam prorsus cetera documenta de his omnibus quae hic et § 6 sqq. vult scriptor ab uxore Danismanni esse acta. Unus ORDERICUS VITALIS, *Hist. eccl.*, X, 23 (ed. LE PREVOST, t. IV, p. 144-58) multis verbis narrat quaedam his similia et similiter, quin etiam magis, fabulam olentia; qui tamen non uxorem Danismanni, verum Melaz filiam Dalimanni principis praecipuas hac in re partes egisse commentus est. Cf. E. REY, *Résumé chronologique de l'histoire des princes d'Antioche,* in REVUE DE L'ORIENT LATIN, t. IV (1896), p. 342, not. 1; J. LAIR, *Un épisode romanesque au temps des croisades*, in BULLETIN DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE NORMANDIE, t. XXII (1902), p. 87-127 (qui sibi visus est ostendisse res hic loci ab Orderico Vitali narratas veri esse prorsus similes). — (2) Hoc nomine designari videtur vel frater ille Boemundi, qui mense iulio 1101 obiit, vel filius Richardi de Principatu, qui Boemundi consanguineus erat et cum eo in captivitatem erat abductus. Alibi non legitur Rotgerium, quod ceterum veri simile est, ad liberandum Boemundum operam dedisse, sed nominantur, qui de colligendis pecu- F niis curam gesserint, Balduinus de Burgo et Bernardus Valentinus, patriarcha Antiochenus (RADULFUS CADOMENSIS, 147, *Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. III, p. 709), Basilius Fur quoque princeps Armenus (MATTHAEUS EDESSENUS, vid. supra, p. 162, annot. 7. Cf. etiam REY, t. c., p. 331); insuper traditur Boemundus *ad universos cognatos et amicos suos tam Antiochiam quam Rohas* [h. e. Edessam] *et Siciliam pro congreganda pecunia misisse* (ALBERTUS AQUENSIS, IX, 36, *Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. IV, p. 613); cf. etiam *Historia peregrinorum*, 139 (ibid., t. III, p. 228) : *centum milibus michaletorum, quos Antiochia pro eo dedit.* — (3) *Historia peregrinorum*, 140 (*Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. III, p. 228) : *Itaque non multo post Boamundus reminiscitur votum quod Deo et beato Leonardo, dum in vinculis teneretur, voverat, videlicet ut, si Deus per merita et intercessiones eiusdem confessoris eum de captione illa eriperet, ipse in Galliam ad ecclesiam ipsius, qua corpus eius quiescebat, proficisceretur, oblaturus ei bolas argenteas ad instar earum editas quibus vinctus fuerat ... Qui dein veniens, ut proposuerat, ad monasterium sancti Leonardi confessoris votum suum perfecit, videlicet supra memoratas bolas aliaque ibi praeclara munera offerens* ... RADULFUS CADOMENSIS, *Gesta Tancredi*, 152 (ibid., p. 713) : *Obicit Boamundus : " Magna res est de qua agitur ... ire proposui.
" Non est mutabile, stat fixum, solvendum est votum quod
" mea fecit ferro compedita devotio. Absolverunt me beati
" Leonardi suffragia. Ego votum visitandi eum, aut prae-
" moriar, aut absolvam. "* Atque illa sola hac de re ex aliis scriptoribus novimus. Ceterorum, quae noster profert, fides apud ipsum esto.

LIBER II MIRACULORUM devotissime prosternerent. O ineffabilis potentia
Cf. Iac. 5, 16. orationis; vere multum valet oratio[9] iusti assi-
Matth. 7, 7. dua. Nobiliacenses fratres omni instantia petunt,
sed[10] orationis effectum in Graecia captivi sen-
tiunt; Nobiliacenses quaerunt, et Richardus[11] (1)
cum Boimundo inveniunt; hic precibus caelum
pulsatur et ibi Richardo aperitur; flagitatur hic
sanctus Leonardus, et ibi apparens[12] respondet
Richardus a S. Leonardo liberatus, eius iussu votis. " Noli „, inquit, " Richarde, noli contur-
„ bari, noli desperare. Non morieris, sed me
„ succurrente liberaberis; nec[13] solum de tua, et
„ de Boimundi exsultabis ereptione. Tu ergo
„ liberatus ad Boimundum festina, quatinus eum
„ non solum de ereptione, sed de ereptionis
„ certifices die. „

Boemundum invisit 7. Liberatus ergo [1] Richardus Boimundum
quantocius festinat visere. Quem Boimundus
intuens : " Benedictus [2] „ inquit, " Deus pater
II Cor. 1, 3. „ misericordiarum, quia visitavit et fecit redem-
Luc. 1, 68-71. „ ptionem plebis suae. Erexit in te cornu salutis
Psalm.117,18. „ nostrae, salutem ex inimicis nostris. Castigans
Gen. 4, 13. „ castigavit nos Dominus, maiorque est iniquitas
„ nostra quam ut veniam mereamur; sed tamen
Psalm.117,18. „ morti non tradidit nos, quoniam non mortui
Psalm. 113, 17, 18. „ laudabunt te, Domine, neque omnes qui descen-
„ dunt in infernum; nos vero qui vivimus, bene-
„ dicamus Dominum ex hoc nunc et usque in
Isai. 38, 20. „ saeculum. Domine, salvum me fac, et psalmos
„ nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae
„ in domo Domini. Benedictus patronus noster
„ sanctus Leonardus, leo malignis, nardus bonis,
II Cor. 2, 16. „ nardus mea, Christi bonus odor, malis odor
„ mortis in mortem, nobis vero servis suis odor
Psalm. 32, 22. „ vitae in vitam. Fiat, pater sancte Leonarde,
„ secundum verbum tuum misericordia tua super
Psalm. 113, 1. „ nos, quem ad modum speravimus in te. Non
„ nobis, Domine, sed nomini tuo da gloriam;
Eccli. 36, 7, 6. „ glorifica manum et brachium dextrum, innova
Psalm. 30, 16-18. „ signa et immuta mirabilia. Eripe me de manu
„ inimicorum meorum et a persequentibus me.
„ Illustra, sancte Leonarde, faciem tuam servum
„ tuum super, salvum me fac in misericordia,
Psalm. 34, 26, 25. „ quoniam invocavi te. Erubescant impii pagani
„ nec dicant : " Euge, euge animae nostrae „, nec
„ dicant: " Devoravimus eum „. Gratias Deo, gra-
„ tias insigni patri nostro Leonardo, nec umquam
C „ deficiat laus eius de ore nostro, quoniam contra
„ te, care nepos Richarde, non praevalebat impe-
„ ratoris impietas, sed cum sancti Leonardi[3] sal-
Psalm. 17, 18. „ vavit te eius bonitas. Confortati sunt palatini
„ canes imperatoria munificentia, qui te oderunt
„ et sanguinem tuum sitiebant. O crudelissimus
„ imperator, qui multa milia christianorum
„ nefandis traditionibus peremit, alios naufragio,
„ nonnullos veneno, quam plures exsilio, innume-
„ rabiles vero paganis obiciendo. Non hic impe-
„ rator christianus, sed haereticus vesanus, Iulia-
„ nus apostata, alter Iudas, Iudaeorum compar,
„ qui pacem simulans bellum concitat, in fratres D
„ sicarius, in Christum Herodes cruentissimus,
„ qui Christum in membris suis persequitur, inno-
„ centes mactat, effundit sanguinem sanctorum Psalm.78,3,2.
„ tamquam aquam, ponitque mortalia eorum
„ escas volatilibus caeli. Si manifestus Christi
„ hostis hoc faceret, utique tolerabilius esset;
„ nunc vero homo quasi christianae religionis,
„ christianis, ut simulat, unanimis et homo pacis, Psalm. 40, 10.
„ ducem spondet se et inter ducendum cum
„ paganis consiliatur, quem ad modum ad eorum
„ nutum possit nostros perdere. Quapropter, mi
„ Richarde, hostium formido, gloria gentis
„ nostrae, magis tibi quam mihimet timui. Tu
„ enim in palatinos illos traditores christianum
„ sanguinem condigne ultus fueras; tu, ut asseris,
„ paene quingentorum strage cruentam beluam
„ illam suosque complices irritaveras, in tantum
„ ut de tua salute omnino desperaremus. Itaque
„ laudem Deo nostro referamus, quoniam ipse
„ percutit et sanat, ipse solvit compeditos ipseque Psalm. 145, 7, 8.
„ erigit elisos; ideoque ipsi soli laus, honor, vir-
„ tus et potestas per immortalia saecula. „

8. His dictis, sanctissimo Leonardo patroci- *et collatis piis sermonibus confirmat.*
nante, de bonis initiis meliores exspectantes exi-
tus, agitur[1] in laetitia et exsultatione atque gra-
tiarum actione ille dies et reliqui subsequentes.
Sternitur ipsi Boimundo in medio, discumbunt in
circuitu thori[2] electi heroes, Richardus scilicet et
ceteri qui visitandi gratia insignem virum admissi
fuerant. Fit gratissima sermonum collatio, quanta
mirabilia mirabilis Deus in servis suis operatus
sit, quam miranda virtute paucos contra multos
triumphaverit; nunc profecto secundum visionem Dan. 2,31 sqq.
Nabucodonosor regis lapidem illum de monte
abscisum sine manibus in paganorum stragem
corruere, nunc statuam illam multiformem huius
lapidis impulsu conteri atque in favillam redigi,
ferrum, testam, aes, argentum et aurum; Nicaeae
atque Antiochiae ferreos Persas contritos esse,
Hierusalem atque Ascalone testeos Aegyptios,
Chaldaeos aereos atque argenteos, Arabes aureos,
partim gladio consumptos, partim igne in favillam
redactos, innumerabiles vero quasi vento turbinis
in mare praecipitatos. Et hoc quare? Quia offen- Rom. 9, 32.
derunt in lapidem offensionis, qui sine manibus
abscisus est concidentium, videlicet de virgine
natus sine manibus complectentium. Hic veris- F
sime lapis super innumerabiles illas bellatorum
legiones cecidit et illas parvorum atque paucorum
manu contrivit. " Et nunc, Domine, consilium
„ tuum antiquum verum fiat. Gentiles statuas
„ multiformes aedificantes te reprobaverunt et in
„ te offenderunt : " Recede a nobis; scientiam Iob 21, 14.
„ viarum tuarum nolumus. „ Nos vero sequimur
„ et timemus te. Exaltare qui iudicas terram, Psalm. 93, 2.
„ redde retributionem superbis. Improperia Rom. 15, 3.
„ improperantium tibi cotidie cadunt super nos:

[9] deprecatio 33, 34. — [10] (o. i. p. s.) orant et 33, 34. — [11] Richardum 33, 34. — [12] *om.* 33, 34. — [13] non 33, 34.

7. — [1] igitur 33, 34. — [2] (Benedictus ... exitum [*cap. 8 extr.*]) *haec paucis complectuntur* 33, 34 : valde gavisus est et multis Deo actis gratiarum actionibus plurimisque de sancto Leonardo et eius virtutibus factis colloquiis captivitatis suae longa fastidia conabantur relevare et vicissim in certissimam spem suae liberationis erigere, et absque omni dubio sanctum Leonardum veracem in promissis et efficacem in dictis <praedicare? credere?>. Nec incassum. — [3] *supplendum aliquid ?*

8. — [1] agitus 32. — [2] thoris 32 *ante corr.*

(1) Richardum illum facit noster nepotem Boemundi (cf. § 7), ex quo probabiliter colligas ab eo designari Richardum de Principatu qui, etsi non nepos (quamvis id doceat MATTHEUS EDESSENUS, *Rec. hist. crois.*, Docum. armén. t. I, pp. 50, 70), consanguineus tamen erat Boemundi (cf. E. REY, l. c., p. 324, et infra § 10 : *tunc Richardus, ut erat consanguinitate et domestica familiaritate celeris ad sciscitandum promptior*). Verum is cum Boemundo captus erat, cum eodem e vinculis liberatus est (ORDERICUS VITALIS, X, 23, ed. LE PREVOST, t. IV, pp. 152, 155; MATTHAEUS EDESSENUS, t. c., p. 70); dum contra narrator noster Ricardum antea liberatum esse dicit (§ 7) eundemque fuisse credidit, de quo in miraculo I narratae sunt res ab historia Richardi de Principatu prorsus diversae.

„ " Canes

A „ " Canes mendici, advenae stulti, credentes in
„ crucifixum, qui nec semetipsum potuit liberare,
„ et quid vobis poterit prodesse? Ille Deus vester,
„ dux miserorum, dum Hierusalem subvectari
„ voluit, vix asinum habere potuit, et quam retri-
„ butionis spem in eo ponitis? Maria, ut uxor
„ mea, paupercula de Nazareth; Petrus et
„ Iohannes piscatores. Ecce quales patroni vestri.
„ Eveniat vobis prout isti possunt auxiliari. „ Fiat,
„ Domine, fiat secundum verbum eorum, et quia
„ omnia potes, de sua virtute praesumentes humi-
„ lia. Contere virtutem illorum, ut discant non
I Cor. 1, 25. „ blasphemare et intellegant tandem quia quod
Psalm. 113, 1. „ infirmum est Dei, fortius est hominibus. Non
„ nobis, Domine, sed nomini tuo per nos servos
Psalm. 117, 22. „ tuos illam da gloriam, ut fias in caput anguli
„ incredulosque conterens, mons fias magnus,
Psalm. 67, 17. „ mons in quo beneplacitum est Deo habitare in
Dan. 2, 35. „ eo. Nunc, Domine, ut coepisti, impleas univer-
„ sam terram atque in te, magnus et immensus,
Eph. 1, 23. „ omnes tibi incorporando, implearis omnia in
„ omnibus. „ Huiusmodi sermocinationibus longa
B captivitatis relevant fastidia; sed nihil ita dulce,
ita iucundum, quam virtutes sancti Leonardi in
omnibus intercalare, et vicissim in certissimam
liberationis spem Boimundum erigere : absque
omni dubio sanctum Leonardum veracem in pro-
Hebr. 10, 36. missis, efficacem in factis; patientiam in omnibus
necessariam esse; nihil impatienter sustinendum,
quod ad salutiferum tendat exitum.

Boemundo dormienti

9. Quadam igitur [1] nocte sanctus Leonardus
Boimundo in visione apparens : " Noli „, inquit,
" Boimunde, desperare, noli diuturnae captivi-
Hebr. 12, 6. „ tatis maerore contabescere. Flagellat Deus [2]
Psalm. 88, 31-34. „ omnem filium quem recipit. Peccasti, legem
„ Domini dereliquisti et iustitias eius profanasti,
„ et idcirco visitavit Dominus in verberibus
„ captivitatis peccata tua; misericordiam autem
II Reg. 12, 13 „ suam a te non disperget, sed iam a te pecca-
„ tum tuum transtulit, adeo ut superabundet
„ consolatio universas captivitatis aerumnas.
„ Mihi quidem potestas data est tuae libera-
„ tionis, sed te non expedit modo evadere de
„ vinculis. Ereptio [3] tua nullatenus erit utilis,
„ nisi te ille abstrahat qui te habet in vinculis.
„ Nunc vero patienter et Dei misericordiam et
C „ nostram exspecta promissionem. Sic enim libe-
„ randus es, ut ipse Danisman [4] ultro ad te veniat,
„ ultro tuum adiutorium imploret; nec aliud
„ quodlibet consilium invenire poterit de sua
„ salute, nisi tu secum confoederatus ei studeas
„ auxilium ferre. De ecclesia vero, quam in meo
„ honore [5] initiasti, age quod agis, et quemad-
„ modum incepisti [6], usque ad [7] finem perficere
„ non desistas, atque inibi secundum facultates
„ tuas et servitores [8] et ecclesiastica stipendia
„ ordinare studeas. „ Poterat [9] beatissimus pater
Leonardus [10] quando vellet et quomodo vellet
captivum liberare de vinculo; sed noluit ita eum
liberare, ut anima eius ligaretur periurio. Tali
enim condicione, sacramento interposito, Danis-
man [11] Boimundum habuit libera custodia, vide-
licet ut nec carcere nec catenis nec fame nec aliis
tormentis serviliter artaretur (1), atque sui chris-
tiani, sive milites sive clientes, in eius obsequium
admitterentur, quatinus idem Boimundus absque
Danismanni [12] permissione nullatenus de captivi-
tate evaderet vel per Deum suum vel per aliquem
sanctum vel per amicum. Sanctus Dei Leonar-
dus cum huiusmodi verbis compeditum conso-
lando de sua certificaret liberatione, Boimundus,
prae gaudio lacrimatus, circa se dormientes exci-
tavit suspiriis gemitibus singultibus. Tunc quidam
accedens, molli tactu ac voce, ut circa dominos
mos est, excitare incepit; sed altiore consilio ab
aliis correptus ab incepto destitit. " Patiamur, „
inquiunt, " hominem, ut [13] per seipsum ad se
„ redeat, quia fortasse aliquid ei divinitus reve- E
„ latur [14] vel in [15] excessu mentis vel in somnii
„ revelatione. Si autem nostra temeritate visio
„ interrupta fuerit, et sibi valde erit contrarium
„ omnibusque magnum contingere poterit [16]
„ impedimentum. „

Liber II miraculorum proximam liberationem nuntiat S. Leonardus,

de qua Boemundus socios facit certiores.

10. Igitur universis hoc [1] consilium approban-
tibus [2], cum primum ipse Boimundus expergisce-
retur, non de prospera [3] visione nimium exsul-
tare, non omnibus quid viderit [4] effutire, sed uno
eodemque vultu [5], sicut in ceteris diebus, circa
Dei cultum universa studuit peragere. Primum
accepto, quod [6] semper ad caput erat [7] lectuli,
psalterio, psalmos canere [8], gratias Deo referre,
orationibus, obsecrationibus Deo ac sancto Leo-
nardo supplicare, quatinus prosperam visionem
prosper sequatur [9] exitus. Tandem vero, secun-
dum orationis consuetudinem omnibus rite per-
actis, cum inter suos residens de [10] communibus
ageret negotiis, tunc Richardus, ut erat consan-
guinitate et domestica familiaritate [11] ceteris ad
sciscitandum promptior: " Gratissimum „, inquit,
" nobis esset, ut [12] pro istis omnibus loquar [13], si
„ vestra relatione nobis fieret cognitum quid in
„ visione hac nocte vobis [14] sit revelatum. Cum
„ enim universus status rerum nostrarum [15] a F
„ vobis pendeat, non possumus pro vobis non
„ conturbari, quem inter dormiendum praeter
„ solitum adeo audivimus querelari. „ Ad haec
Boimundus : " Mi Richarde „, inquit, " lacrimae
„ nostrae non erant maeroris sed gaudii, non
„ querelantis sed pro rerum magnitudine exsul-
„ tantis; nec solum in dormitione sed etiam nunc

9. — [1] enim 33, 34. — [2] Dominus 33, 34. — [3] (Ereptio ... vinculis) *om.* 33, 34. — [4] Danismanus 33, 34. — [5] (m. h.) h. m. 33, 34. — [6] percepisti 33, 34. — [7] in 33, 34. — [8] famulos 33, 34. — [9] poteras 34, *qui hic desinit, addita monitione :* " Reliqua deerant „. — [10] pariter *add.* 33. — [11] Danismum 33; Danismus 33 *corr.* — [12] Danismani 33 *et sic porro.* — [13] *om.* 33. — [14] (d. r.) r. d. 33. — [15] *om.* 33. — [16] (valde ... poterit) e. contrarium v. et omnibus m. p. contingere 33.

10. — [1] (u. h.) h. u. 33. — [2] probantibus 33. — [3] prospecta 33. — [4] videret 33. — [5] (vultu ... cultum) cultu 33. — [6] erat *add.* 33. — [7] eius 33. — [8] cantare 33. — [9] sequatus 32. — [10] *om.* 33. — [11] consanguinitatis ac domesticae familiaritatis 33. — [12] et 33. — [13] loquor 33. — [14] (h. n. v.) v. h. n. 33. — [15] (s. r. n.) r. naturarum s. 33.

(1) Immo ex ceteris documentis constare videtur Boemundum toto tempore in vinculis remansisse. Ita v. gr. de rebus pauco ante tempore gestis, quam liberaretur, haec narrat ALBERTUS AQUENSIS, IX, 35 (*Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. IV, p. 611) : *Has itaque Donimanni querimonias, principis urbis Nixandriae, Boemundus paulatim callida aure auscultans, dum adhuc teneretur in vinculis, coepit clanculum a custodibus et procuratoribus suis requirere quidnam esset quod Donimannus tam magnificus princeps triste ferret ac tota domus eius plus solito turbata nunc fuisset. Quidam vero rem ex ordine gestam referebant, quidam dissimulantes supprimebant. Tandem die quadam dum res Donimanno innotuisset, quoniam Boemundus de iniuriis et calumniis eius requisisset, et quoniam nimium super his ingemuisset, ad locum carceris, in quo catenis ferreis astrictus servabatur, descendit...* Quam parum haec cum his conveniant, quae narrator noster tum hic, tum supra §§ 5 et 8 de condicione Boemundi, dum captivus detineretur, excogitavit, nemo non videt.

„ prae

LIBER II MIRACULORUM

Cf. Psalm. 24. 10.

„ prae gaudio manant lacrimae. Veredicus tu „ es nuntius; verax est patronus noster sanctus „ Leonardus universaque eius opera misericor- „ dia et veritas. Bonus est Dominus, bonus est „ sanctus Leonardus; bonitate sancti Leonardi „ mediante, ad bonum exitum cuncta [16] dedu- „ cenda sunt. Per eundem Danismannum, qui „ nos captivavit, sanctus Leonardus nos libera- „ bit. Quod uxor [17] fidelis in benedictione semi- „ navit, maritus in gaudio metet; eruntque ipsi „ Danismanno sua praemia, eo quod libera nos „ habuit [18] custodia. Ego hostis, ego desperatus „ captivus, sancti Leonardi providentia deside- „ ratissimus ero amicus. Quem omnes putant „ servari ad supplicium, sancti Leonardi virtute „ liberandus sum, non solum christianis sed ipsi „ Danismanno ad praesidium. Quapropter nihil „ aliud restat nisi fidem, quam Danismanno pro- „ misimus, inviolatam [19] custodire, nulla eva- „ dendi machinamenta moliri, sancti Leonardi „ consolationem patienter praestolari [20], sanctum „ Leonardum ore et animo semper habere, „ universa ipsi committere. „

Cf. II Cor. 9, 6.

Danismannus a Solimanno principe bello lacessitus,

11. Erat inter Danismannum et Solimannum [1], non solum ante christianorum adventum sed post, inveteratum et immedicabile odium, ideoque [2] frequenti [3] bellorum conflictatione [4] rapinae, incendia, caedes (1). Soliman [5] (2) bellando semper [6] accrescens [7] et semet ipso [8] robustior, Danismanni pars semper in dies deterior. Itaque Soliman, ex rerum prosperitate in nimiam elatus superbiam, legationem mittit Danismanno, se diutius bella protrahendo nolle tempus conterere, ad maiora se intendere [9], inter se et illum supremam manum imponendam esse [10]. Erat Danismanno civitas quaedam robur et quasi caput totius suae potentiae [11], ita posita et munita ut, si eam Soliman expugnaret, de reliquo regno actum esset. Ibi Danismanno diem ac bellum indicit, seque ita illuc [12] copiosa et expedita militum multitudine [13] venturum comminatur, ut adeo contereret ne amplius vires contra eum resumere posset. Hac legatione omnibus valde perterritis, Danisman, quam plurimos ad bellum sollicitando, plurimum etiam cum suis consultando, donando, promittendo, in omnibus suorum frustrabatur consiliis.

postquam uxoris, Psalm. 59, 13.

Tunc sanctus Leonardus uxori Danismanni apparens : “ Solius „, inquit, “ Dei est auxilium dare „ de tribulatione, quia vana salus hominis. Vane „ Danisman suorum captat consilia, quoniam non „ salvabitur nisi de caelo veniet ei [14] victoria. „ Fides tua maritum salvabit, patriam liberabit, „ fugabit hostem, reddet libertatem, ablata „ restaurabit, vestram potestatem etiam in ter- „ minos hostium dilatabit. Tu igitur, mariti fidis- „ sima consiliatrix, utile ipsi da consilium. Exigat „ a captivo pecuniam ad quam poterit aspirare, „ faciatque cum eo foedus et firmam [15] amicitiam; „ secumque [16] Boimundum educens ad prae- „ lium [17], certissimam habebit victoriam. „ D

quae a S. Leonardo monita erat,

optimum consilium

12. Igitur cum, a suis principibus nullo certificatus consilio, Danisman uxoris sciscitaretur sententiam, taliter ipsa, immo per ipsam [1] Christus locutus est : “ Consiliarius tibi sit [2] unus ex „ mille, qui quod consiliatur ipse possit perficere. „ Tu et principes tui inivistis [3] consilia, sed dissi- „ pabuntur, loquimini verba et non fient; quo- „ niam Dominus reprobat cogitationes populorum „ et reprobat consilia principum, consilium autem „ Domini in aeternum manet [4], et non est sapien- „ tia, non est prudentia, non est consilium contra „ eum. Domino resistere, seipsum est perdere; „ quos Deus [5] decrevit salvare, nemo potest per- „ dere [6]. Quapropter noli diutius in [7] Boimundo „ Deum [8] tibi [9] infestare [10], sed [11], si infestatus „ est, studeas quantocius ipsum placare. Noli „ Boimundum habere ut hostem, sed studeas „ illum asciscere inter amicos (3); nec studiosus „ esto eius exigendi [12] pecuniam, sed fidem. The- „ saurus inaestimabilis amicus [13] fidelis, dives et „ et bellicosus. Franci aurum non contendunt [14] „ coarcervare, sed habentibus imperare ; libera- „ les [15] in militaribus expensis, non in [16] dome- „ sticis aerariis; sibimet parci, suis largi [17]. Habet „ Boimundus tibi hoc [18] tempore admodum desi- „ derandas [19] facultates, insignes videlicet [20] mili- „ tes. Horum paciscere praesidium, et noli distri- „ ctus esse exactor pecuniae. Quod [21] offert, „ benigne suscipias; quoniam inaestimabilem „ sine dubio pro eo [22] tibi polliceor thesaurum, „ certissimum scilicet de hoste triumphum. Boi- „ mundum solve, et omni solutus eris adversitate. „ Iunge manus, da foedus et accipe; et veniet „ tibi salus [23], vita et victoria. Omne regnum in „ seipso divisum desolabitur; nec poterit Persa- „ rum potestas [24] diutius stare, quam inter vos „ scinditis nefanda grassatione. Praeterea, cum „ omnes una mente, uno [25] studio, cum Francis, „ quorum Boimundus caput est, congressi estis, „ nonne de omnibus [26] Boimundus triumphavit ?

Eccli. 6, 6. Isai. 8, 10. Psalm. 32, 10, 11. Prov. 21, 30. E Luc. 11, 17. F

[16] (ad b. e. c.) c. ad b. e. 33. — [17] eius *add.* 33. — [18] (l. n. h.) n. h. l. 33. — [19] *om.* 33. — [20] coprestolari 32.

11. — [1] Solimanum 33 *et ita porro.* — [2] adeoque 33. — [3] frequens 33. — [4] conflictatio 33. — [5] Siliman 32 *hic ;* semper *add.* 33. — [6] *om.* 33. — [7] acrescens 32. — [8] se ipso 33. — [9] (ad m. se i.) *om.* 33. — [10] (i. e.) e. i. 33. — [11] provinciae 33. — [12] illum 33. — [13] (m. m.) turma 33. — [14] (de c. v. ei) ei veniat de c. 33. — [15] *om.* 33. — [16] servumque 33. — [17] plurimum 33.

12. — [1] (p. i.) *om.* 33. — [2] (t. s.) s. t. 33. — [3] inivisti 33. — [4] (in ae. m.) m. in ae. 33. — [5] Dominus 33. — [6] (po. pe.) pe. po. 33. — [7] *deletum in* 33. — [8] duci 33. — [9] *deletum in* 33. — [10] infestari 33. — [11] (sed ... hostem) *om.* 33. — [12] exigendis 32. — [13] est *add.* 33. — [14] (a. n. c.) n. intendunt a. 33. — [15] liberalis 33. — [16] *om.* 33. — [17] largiri 33. — [18] (t. h.) h. t. 33. — [19] desiderabiles 33. — [20] scilicet 33. — [21] ultro *add.* 33. — [22] (s. d. p. eo) p. eo s. d. 33. — [23] et *add.* 33. — [24] potentia 33. — [25] bono 33. — [26] (de o.) *om.* 33.

(1) Longe diversa et etiam contraria ab aliis narrantur : obtulisse Alexium Comnenum, imperatorem Graecorum, Danismanno 260000 aureos, ea condicione ut ipsi Boemundum traderet; non recusasse Danismannum; interim Solimannum (h. e. Kilidj-Arslân, filium Solimanni), principem Nicaenum, cum rescivisset hanc pecuniam ab imperatore oblatam esse, cauta et privata epistularum legatione compellasse Danismannum, ut eum tantae pecuniae participem faceret, *eo quod amici et socii invicem in bellis et plurimis praedis semper fuissent ;* nolente Danismanno pecuniam cum altero partiri, abrupisse Solimannum *amicitiam et foedus quod cum eo percusserat* coepisseque eum assiduis infestationibus adversari atque depopulari quae illius erant; quin etiam, assumptis copiis, iam tertio bello lacessitum plurimisque insidiis vexatum superasse ac in fugam misisse. Ita ALBERTUS AQUENSIS, IX, 34 (*Rec. hist. crois.*, Hist. occid. t. IV, p. 611). — (2) Solimannum fratrem Danismanni fuisse commenti sunt quidam, v. gr. Ordericus Vitalis, X, 23 (ed. LE PREVOST, t. IV, p. 144), et nuper ARBELLOT, *Vie de S. Léonard*, p. 71-72, qui eundem “ imperatorem Turcarum „ fecit. — (3) Danismannum cum Boemundo in societatem quadantenus venisse non solum noster, sed et Albertus Aquensis, IX, 35, 36 (t. c., p. 611-613) refert; verum is prorsus aliter res explicat.

„ Nunc

A „ Nunc [27] divisi multo minus potestis et in vestram ruinam civili rabie belligeratis; et cui dubium esse poterit quin modo Boimundus contra unum principem facilius quam tunc contra omnes trimphare poterit? Igitur meum consilium est ut Boimundum absolvas, ac firmissimo pacto cum eo confoederatus, contra hostes eum suosque producas [28]. „

repudiaverat,

13. Iam dudum vix se poterat continere Danisman et: „ Quid „, ait, „ suades, mulier? Non pro tuorum utilitate, sed, ut [1] semper es christianorum fautrix, pro eorum sermocinaris salute. Pectus muliebre ad viriles consultus raro est utile [2]; ad bellicos apparatus sileat hic sexus. Antehac [3] quasi virilem animum in [4] femineo pectore visa es habere; sed nunc ubi est prudentia tua [5]? Boimundum emittere, regnum [6] est amittere et nos ipsos perdere. Boimundus communis hostis omnium nostrae professionis, ductor Francorum, ruina Turcorum [7]. Undique vallati sumus Francis [8], Armeniis, Assyriis, ipsis etiam Persis; sed prae hominibus istis B Boimundus plus formidabilis [9]. Vir acer ingenio, strenuus bello [10], omnia novit, nihil intentatum relinquit, universosque nostros conatus praeripit [11].

Boimundus solus pro multis milibus unus;
Boimundi [12] nomen felix bellantibus omen.

Quod autem firma pace cum illo nos confoederari hortaris, natura prohibet, leges non sinunt, damna non patiuntur. Inter nos et christianos nulla est societas; ut luci tenebris [13], nihil nobis cum illis. (II Cor. 6, 14.) Ipsi nostris damnis [14] sunt ditati; et qua ratione possumus eis amicari? Ipsi veniunt imperare; nos servire nolumus [15]. Quapropter nihil agendum est de aliqua inter nos confoederatione, quae iam nulla potest esse, nisi Antiochiam [16] reddat, nisi ad meam voluntatem [17] pecuniam persolvat. „

tandem, ipsum urgente S. Leonardo,

14. Igitur uxor Danismanni, muliebri[a] verecundia perculsa [1], conticessit [2] rerumque [3] habenas de bellandi consultatione viris relinquit [4]. Danisman [5] vero, quid faciat, quo se vertat, ingenti fluctuabat mentis inquietudine; nec uxoris consilium approbare, nec aliud poterat invenire. Tunc sanctus Leonardus, etiam ipsi apparens: „ Qui vult „, inquit, „ consilio iuvari, debet C consilium sequi. Consilium uxoris non ab hominibus sed a Deo est, ideoque immutari non potest. Aliunde salus tibi [6] non potest contingere, nisi Boimundum de captivitate velis [7] relaxare. Christi et meus [8] Boimundus miles est; meae commissus est custodiae. Voluntas Dei est ut exeat de captivitate, nec [9] potes diutius [10] custodia artare quem Deus vult redimere. Verum istud [11] modo agitur, utrum liberatio eius tibi ad salutem vel potius proveniat [12] ad perditionem. Nec te ullo modo terreat Boimundum non tuae sed christianae professionis [13] esse. Nemo tibi fidelior, nemo ad omnes necessitates tuas tibi erit aptior. „ Danisman igitur, hac visione aliquatenus [14] ad uxoris inclinatus sententiam [15], rursus ab ea sciscitatur quidnam esset sibi [16] faciendum [17]. Cumque illa assereret [18] nec [19] aliter velle consiliari nec aliud utilius arbitrari, tandem sermocinando eo ventum est ut alter alteri suam narraret visionem. Tunc Danisman: „ Vere „, inquit, „ magnus est Deus christianorum, adiutor [20] in opportunitatibus, in tribulatione. (Psalm. 9, 10.) Quem vidisti, etiam apparuit mihi; eadem persona, eadem visio, vestitu ut nix [21] candido, oculis stellantibus, vultu rubicundo et ut sol splendido, statura procerus, totusque mirificus. Cum altius suum delibero consilium, aliud nec ratio sinit nec tempus exigit nec utilitas expetit [22]. Quod vero externos et hostes [23] patriae in meorum ruinam civium ascisco, ille est in culpa qui, civilia oblitus [24] iura, intestina contra me [25] concitat bella. Mea nihil interest quibus me ac meos defendam praesidiis, cum contra ius et fas lacessitus sim [26] contumeliis. „

(LIBER II MIRACULORUM)

cum Boemundo foedus init,

15. Dixit, et ingressus turrim ubi Boimundus [1] servabatur, primo quaesivit an liberari vellet ea quam saepe ipsi [2] proposuerat condicione [3], videlicet [4] ut Antiochiam sibi redderet et unoquoque mense in suam custodiam rediret atque insuper inaestimabilem pecuniam persolveret, cuius summam persolvere nec omnibus amicis suis esset possibile [5]. Tunc Boimundus inquit: „ Gravis est captivitas omnis, sed nihil gravius quam illudi [6] captivis. Quod quaeris, sicut ipse nosti, impossibile [7] est fieri. De me quod facis, fac citius, (Ioh. 13, 27.) carcere, catenis, flagris, frigore, inediis [8]; denique, si exquisitis necandum suppliciis, bestiis me obiciendum [9] esse commineris, omnino pro mea redemptione Antocheni [10] urbem non reddent, nec inter nos omnes auri summam habemus. „ Ad haec Danisman: „ Quid, „ inquit, „ si redemptionis pretium allevietur, atque de fide et amicitia inter nos agatur, quatinus fraterna et firmissima [11] societatis vicissitudine [12] in omnibus nostris periculis ego tuo, tu certissimus sis nostro [13] praesidio? „ Hic Boimundus, secundum promissionem sancti Leonardi divinitus hominem locutum intellegens: „ Hoc, „ inquit, „ et mihi possibile et tibi plurimum esset utile [14]. F Stemus simul; quis contra nos? Si ego tuus amicus, quis audebit esse adversarius? Manus tuae in cervicibus inimicorum, (Gen. 49, 8.) si amicus fueris [15] Francorum. Omnes tibi obstantes humiliabis, si nos supplicantes exaudis. Incurvabuntur ante te qui nunc cervices [16] suas [17] erigunt contra te. Tolle moras, quoniam adversarii [18] tui non morantur. Quod tibi moliuntur, tu in eos retorque. Securus esto et nullatenus dubites, quoniam, Deo pro nobis agente, omnia in contraria [19] praeter opinionem Solimanni cedent [20]. Ante ruinam exaltatur cor; (Prov. 16, 18.) et quod tibi minitantur [21], cadent in laqueum

[27] Nonne 33. — [28] ducas 33.

13. — [1] sicut 33. — [2] utilis 32. — [3] Ante haec 33. — [4] de 33. — [5] (p. t.) t. p. 33. — [6] bellum 33. — [7] Turcarum 33. — [8] (s. F.) F. s. 33. — [9] (B. p. f.) f. est Bohemundus 33. — [10] bella 33. — [11] precipit 33. — [12] Bohemundus 33. — [13] (ac t.) ad tenebras 33. — [14] dampni 32. — [15] volumus 33. — [16] Antiochia 33. — [17] urbem 33.

14. — [1] *ita* 32; percussa 33. — [2] conticescit 33 *post corr.* — [3] -que *om.* 33. — [4] reliquit 33. — [5] Denisman 32 *hic.* — [6] (s. t.) t. s. 33. — [7] (de c. v.) vobis de c. 33. — [8] *ita* 33; et oms 32; *cf. Waleramnus, Mirac. c. 3 (infra, p. 181* D). — [9] non 33. — [10] in *add.* 33. — [11] illud 33. — [12] tibi *add.* 33. — [13] (s. c. p.) p. s. christianum 33. — [14] aliqualiter 33. — [15] (i. s.) s. i. 33. — [16] (e. s.) s. e. 33. — [17] agendum 33 *al. man. sup. lin.* — [18] asserere 32. — [19] non 33. — [20] auditor 32. — [21] nive 33. — [22] expectit 32. — [23] hosteus 32. — [24] obitus 32. — [25] nos 33. — [26] (l. s.) s. l. 33.

15. — [1] Bomundus 32. — [2] (s. i.) sibi saepe 33. — [3] (p. c.) conditionem p. 33. — [4] scilicet 33. — [5] (e. p.) erat possibilis 32. — [6] illud 33. — [7] impossibilis 32. — [8] inedia 33. — [9] coniciendum 33. — [10] Antioceni 32. — [11] (et f.) *om.* 33. — [12] necessitudine 33. — [13] (c. s. n.) n. s. c. 33. — [14] utilis 32. — [15] eris 33. — [16] ciuices 32. — [17] (c. s.) s. c. 33. — [18] inimici 33. — [19] contrarium 33. — [20] cadent 33. — [21] minantur 33.

„ quem

Liber II Miraculorum

quem tendunt. Qui praedari veniunt, praeda erunt; amittent propria qui intendunt rapere aliena. Frangit Deus omne superbum, iustoque Dei iudicio cadent in conspectu tuo gladio. Non, ut minitantur, ipsi tuas, sed tu illorum munitiones possidebis; melioreque eventu quam polliceor exsultabis. „

eum, pacta pecunia,

16. Igitur Danisman, in summis suis[1] periculis hac spe exhilaratus, mensuratam pecuniam pro redemptione, ut ipsi Boimundo placuit, quinque scilicet milia byzantiorum, paciscitur (1), et etiam ut aurum istud absque[2] magno sui dispendio acquireret[3] pollicetur. At[4] uxor Danismanni, tam Boimundi quam mariti fidissima consiliatrix, consulta a Boimundo, quid de huiusmodi[5] pecuniae pactione censeret: “ De solvenda „, inquit, “ huiusmodi pecunia in mea ponatur providentia; tantummodo inter vos indissolubilia componantur foedera. „ Deinde accito mulione, mulas, phaleras ceteraque ad equitandum ornamenta, tam egregio duci quam sibi convenientia, adesse iussit. Itaque mulabus ascensis, ipsa praevia per totum Danismanni exercitum insignem

B

ductorem deducit, ipsa causam eius agit. “ Ecce, „ inquit, “ adduco vobis hominem ante infestum, nunc valde optandum[6], ante contra nos, nunc pro vobis[7] ad bellum promptissimum. Iste est maximus Francorum, decus[8] christianorum, salus omnium in se confidentium. Virtutes eius non est opus vobis[9] praedicare, quoniam ipsi experti estis quam circumspectus[10] consiliis, quam in bellando fortis, quam in omnibus suis fidelibus sit utilis. Huiusmodi victoriosissimus bellator, nostra mediante sollertia, modo vester erit et non adversariorum[11], vestra bella pugnabit vobisque triumphabit. Ego incepi, vos perficite; ego lucratus sum, vos videte ne amittatis. Devotio huiusmodi sodalis plurimum[12] valet in bellis; devotum facite illum et in manibus habetis triumphum. Modicum est quod dabitis, sed maximum est quod recipietis[13], uxores, liberos, cognatos, parentes, patriam, munitiones, sive quicquid hostilis victoria sibi solet vindicare. Modicis impensis murum contra hostes parabitis. Quod Boimundi necessitatibus impenditis[14], centuplum de

C

hoste recipietis. Quicquid vestrum nunc existimatis[15], absque Boimundi praesidio[16] incertum est utrum cras hostis possideat; Boimundo devote vobiscum belligerante, vestrae dicionis erunt immensae hostium divitiae. Pro huiusmodi promissionis certitudine meum caput vobis devoveo, me ipsam vobis obsidem do[17]. Itaque unusquisque secundum suas facultates[18] ad redemptionem Boimundi ex vestra opulentia suam supplete inopiam. Confoederatione inviolabili cum Francis quasi in unam gentem incorporari coepimus. Nunc[19] ergo[20] primum vincamus eos donandi liberalitate, quos nobiscum victores habebimus[21] in certamine. „ D

quam ipsi Persae collato aere solverunt,

17. Huiusmodi exhortatione Persae praeter solitum[1] ad munificentiam animati sunt, tantumque per insignem mulierem donandi accensum est studium ut, datis tribus byzantiorum milibus, camelorum ceterorumque animalium tanta fieret collecta, ut eorum venditione[2] et Danisman pro redemptione quinque milia byzantiorum acciperet, et Boimundo fere tantumdem[3] superesset (2). Asciscuntur etiam de amicis Boimundi[4] iuxta nutum Danismanni quique[5] potentiores, ictumque[6] et confirmatum est sacramentis et obsidibus secundum leges utrorumque inviolabile et indissolubile[7] foedus; videlicet ut Boimundus et Danisman alter alterum[8] iuvaret contra omnes suam potentiam et honorem detinere ac dilatare, in vera fide, absque dolo malo, secundum quod sciret atque posset. Danisman neminem, Boimundus vero christianos excepit, nec contra eos foedus facere compelli potuit. E

liberum dimittit

18. Solutus a captivitate Boimundus in adiutorium Danismanno quam maximas potest militum congregat copias, non solum ex suis sed amicorum praesidiis. Relaxantur[1] etiam in hoc bellum quoscumque Danisman christianos in captivitate habuit; ingens etiam multitudo causa Boimundi ultro affuit. Tunc Soliman, audita Boimundi cum Danismanno confoederatione, suis viribus diffidere, ad condictum locum progredi non audere, tergiversari undique, nihil satis firmum invenire. Hostilis trepidatio nostros magis animatos reddit, adeo ut ad[2] condictum locum nequaquam diutius exspectarent, sed ultro hostibus occurrerent, retro cedentibus instarent. Pugnatumque est ex nostri[3] parte feliciter tribus continuis mensibus; auxilioque Boimundi Danisman de regno Soliman quatuor dietis[4] suam dilatavit potentiam.

ac socium in prospero bello habet.

Carmina Galaramni episcopi.

19. Boimundi signum, Maronis carmine dignum,
Praesul Galaramnus[1] transcripsit inops Alamannus[2]. F
Nobiliacenses, divinitus igne calentes,
Vatem (3) pavistis et[3] vestimenta dedistis.
Sit vobis merces qui pugno cuncta coerces[4];
Nec[5] leo, sed nardus mihi vester sit Leonardus.
Ipse[6] leoninam, Guibret, in te concitet iram (4).

16. — [1] (s. s.) suis summis 33. — [2] sine 33. — [3] *om.* 33. — [4] Ad 32; Ad hoc 33. — [5] huius 33. — [6] copulandum 33; copulatum 33 *corr.* — [7] nobis 33. — [8] dux 33 *post corr.* — [9] verbis 33. — [10] circumpectus 32; circunspectus 33. — [11] adversus 33. — [12] multum 33. — [13] accipietis 33. — [14] (n. i.) impendetis [*corr.*] n. 33. — [15] (n. e.) e. n. 33. — [16] (a. B. p.) *om.* 33. — [17] obsidendo 32. — [18] (se. su. f.) su. se. f. 33. — [19] Nun 32. — [20] vero 33 — [21] (n. v. h.) h. n. v. 33.

17. — [1] morem *add.* 33. — [2] venditionem 32. — [3] tantundem 32; totidem 33. — [4] (a. B.) B. a. 33. — [5] quinque 33. — [6] actumque 33. — [7] indissolubilis 32. — [8] (a. a.) alterutrum 33.

18. — [1] relaxante 33. — [2] *om.* 33. — [3] nostra 33. — [4] dictis 33.

19. — [1] Gabramnus 33. — [2] Alemannus 33. — [3] huic 33. — [4] quoerces 32; coercet 33. — [5] Non 33. — [6] (Ipse ... iram) *om.* 33.

(1) Non quinque, sed centum milia byzantiorum pacti sunt. Cf. *Historia peregrinorum,* 139 (*Rec. hist. crois.,* Hist. occid. t. III, p. 228); Radulfus Cadomensis, 147 (ibid., p. 709); Albertus Aquensis, IX, 36 (ibid., t. IV, p. 612); Matthaeus Edessenus (ibid., Docum. armén. t. I, p. 69); Ibn el-Athîr, *Kâmel-Altevârykh* (ibid., Hist. orient. t. I, p. 212). — (2) Pecuniam a christianis, minime vero a mohammedanis Danismanni copiis collatam esse, tradunt ceteri scriptores. Vid. supra, p. 162, annot. 7; p. 163, annot. 2. — (3) *Vatem* aeque bene interpreteris vel *poetam* vel *pontificem,* a quo haec carmina sunt conscripta. — (4) Quid sibi velint hae exsecrationes et quisnam sit ille Guibret, coniciat qui potest. Suspicatus est quidam (cf. Arbellot, p. 77) hic notari Guibertum de Novigento, quod in suis *Gestis Dei per Francos* de Boemundo non satis bene pro merito scripsisset. Quae coniectura, ut non omnino respuenda est,

A

III.

Narrant clerici Nobiliacenses

1. Praeterea accidit aliud quod, intercedentibus meritis sanctissimi confessoris sui Leonardi, Dominus Iesus [1] operari dignatus est miraculum. Quod ne [2] cito, quemadmodum compluria [3], scriptorum [4] inopia a memoria elabatur hominum, minime videtur esse [5] reticendum. Nemini vero quod inde dicimus videatur incredibile; namque [6] clerici Nobiliacenses ab eodem, qui captus fuerat, sic asserunt se didicisse; vel si ex aliis compluribus quae in eiusdem [7] basilica videntur cotidie, quisquam istud studuerit conicere, minus vel non excedens istud poterit [8] comprobari [9] fortasse.

militem Vivariensem

2. In Vivariensi itaque episcopatu tanta guerra [1], peccato exigente, habebatur, ut quicumque ab aliquo hoste retineretur [2] non auri pretio vel argenti sese redimeret, sed procul dubio capitali sententiae subiaceret. In quo miles quidam morabatur non vili exortus progenie [3], felix tam prole quam coniuge, expavescens mortis [4] subiacere sententiae; namque sciebat se coram Deo multa deliquisse. Consulens itaque pastorem matris eius
B
ecclesiae, ut sibi in tanto posito timore quidnam esset agendum curaret intimare. Quod audiens sacerdos ei respondit, atque respondendo taliter consuluit: " Si mihi, " inquit, " velles obtemperare atque eius dominationi te subdere, ante cuius potestatem, ut nobis multisque liquet, nulla [5] ferri machina valet exsistere, nec subterraneum aliquod [6] aut turris ardua in eo confidentem potest retinere, vel deinceps omnium inimicorum insidias evitares vel, si retentus fores, sine membrorum amissione atque pretii redemptione te valeres [7] expedire. "

a S. Leonardo, cui se devoverat,

3. His auditis, facili gratulatur consilio; laetatur se sic evasurum a mortis periculo atque disponit hoc facturum, omni remoto spatio. Itaque, acceptis forcipibus, parum capillorum totondit, seque in honore sancti Leonardi, praetensis capillis, presbytero emancipavit. His [1] ergo peractis, domum cum gaudio remeavit. Postea vero, non multo transacto spatio, quadam nocte, dum, illo in lecto suo quiescente, membra sua somno dissoluta tenerentur, praemonstratum est sibi revelatione divina sese ab inimicis retentum esse, sed tamen expediri absque omni laesione. Mane
C
autem facto, cucurrit ad presbyterum, intimans ei quae passus fuerat per somnium. Cui presbyter ait, sicque venturum fore certissime confirmavit. Itaque miles, partim timens, partim sperans, quandam ceram accipiens, in honore pretiosissimi [2] confessoris Leonardi [3] ante altare illud posuit, impletaque oratione, rursus domum remeavit. Tribus denuo transactis diebus, prout sibi praemonstratum [4] fuerat, ab inimicis suis in proelio capitur atque in subterraneo profundissimo cuiusdam turris altissimae pedicatus [5] plurimis compedibus detruditur; clausoque [6] ostio, super illud magnus lapis advolvitur, qui vix a viginti hominibus dimoveretur. Securi igitur quod non [7] evaderet, et tamen non nisi prius positis custodibus, illinc [8] abiere. Nocte autem facta, miles qui positus erat in carcere, eiulans [9] sanctum Leonardum, in quo confidebat, assiduis orationibus coepit invocare, retractans quomodo presbytero [10] se emancipaverat in eius honore; quare, nisi ei subveniret, ut Deus eius intercessionibus aliquod miraculum operaretur, minime asserenti acquiesceret.

Liber II miraculorum

e carcere subterraneo

esse ereptum.

4. Interea, adhuc eo loquente, ecce subito caelitus tantus [1] splendor advenit ut, confracto lapide qui desuper ostium subterranei positus fuerat, apertoque [2] ostio, totus carcer, quasi sole admisso, abunde irradiaretur. Quo [3] confessor Christi pretiosissimus Leonardus condescendit eique, si fas est ut veris credatur, facie rosea, caesarie [4] candida, cervice eburnea, aequali statura apparuit, increpans eum talibus verbis: " Quid clamas, aut quid desperas? Noli desperare, E
" quia ulterius ferreae compedes aut tenebrosus " carcer minime te poterunt retinere. " Adhuc eo loquente, ecce manicae ferreae velut cera ignis calori addita [5] liquefiunt, arreptaque manu, de specu extraxit eum, statuensque [6] supra subterraneum, ostendit ei equum optimum. Quem praecepit ut acciperet [7], quia per eum guerrae [8] suae finem imponeret. Praemonstrato itaque quid acturus esset, ab eo recessit visibiliter; tamen pietas sua eum domum perduxit sine timore. Ille vero tantae consolationis repletus [9] gaudio, equum ascendens, coram omnibus castrum egreditur [10] ac incolumis ad sua remeavit. Factum est autem in eadem septimana ut dominus castri qui eum retinuerat ei mandaret quatenus, si sibi equum redderet, deinceps secum [11] pacem firmatam teneret. His auditis, gavisus paci [12] equum sibi reddidit; quo reddito, firmissima pax inter eos postea fuit. Recordatus igitur omnium [13] quae consecutus fuerat sancti Leonardi merito, acceptis compedibus, Nobiliacum venit, easque ante altare representans omnia, uti gesta fuerant, seriatim canonicis eiusdem ecclesiae propalavit. Hoc audito miraculo, sicut mos est eorum, advocatur F
populus eique iterum omnis res indicatur. Sicque pariter laetantes, una voce referunt gratias Deo Patri eiusque Filio et Spiritui sancto, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

IV.

Miles Rutenus a castro Prevencheiris

1. In provincia Rotenensi [1] (1), permittente omnipotente [2] Deo, captus fuit miles quidam [3] ab hostibus. Quem apud castrum quoddam [4] nuncupatum [5] Prevencheiras (2) detentum, nexibus

III. (Cod. 22, 27, 31, 32). **1.** — [1] Christus *add.* 22. — [2] nec 22 *ante corr.* — [3] complura 31. — [4] scripturarum 27. — [5] *deletum a corr.* 22; (e. r.) r. e. 31. — [6] nam 27, 31. — [7] eius 31. — [8] potuerit 22, 27. — [9] comprobare 31.
2. — [1] uuerra 31. — [2] retinebatur 22, 27. — [3] proienię 32. — [4] moras 22. — [5] nullius 27. — [6] aliquid 27. — [7] vales 27.
3. — [1] (His ... remeavit) *om.* 22. — [2] sanctissimi 31. — [3] (c. L.) L. c. 27. — [4] monstratum 22. — [5] predicatus 22. — [6] -que *om.* 31. — [7] *om.* 27. — [8] illinch 32. — [9] evigilans 27. — [10] presbyter 27.
4. — [1] (c. t.) t. c. 22, 27. — [2] -que *om.* 27. — [3] (Quo ... condescendit) *om.* *Arbellot.* — [4] cesarea 22 *ante corr.*, 27. — [5] adita 22, 27. — [6] eum *add.* 22, 27. — [7] ascenderent 27. — [8] uuerrę 31. — [9] est *add.* 22. — [10] agreditur 27. — [11] *om.* 27. — [12] pacis 31. — [13] (i. o.) o. i. 27.
IV. (Cod. 22, 27, 31, 32). **1.** — [1] Rotonensi. — [2] omnipotenti 22, 27. — [3] *om.* 27. — [4] (c. q.) q. c. 31; c. quod 27 *post corr.* — [5] nuncupatur 27.

non ita tamen veri videbitur similis, si recordati erimus Waleramnum aliquanto certe tempore ante annum 1111 Nobiliaci versatum esse (cf. supra, comm. praev. num. 9), Guibertum vero forsan anno 1108 opus suum iam conscripsisse, non tamen ante annum 1111 ultimam ei manum imposuisse. Cf. G. Bourgin, *Guibert de Nogent. Histoire de sa vie* (Paris, 1907), p. xxi. — (1) Le Rouergue. — (2) Prévinquières (dép. Aveyron, arr. Villefranche, cant. Rieuxpeyroux), quem vicum praeterfluit Avaro (l'Aveyron), de quo infra, c. 2.

irretiri

Liber II miraculorum *immanem catenam, qua ibi constrictus erat,*

irretiri[6] indissolubilibus conabantur. Cuius rei apparatum ipse perspiciens vehementerque pertimescens, adiuravit eos per omnipotentem et misericordem Deum, nihilominus et per eius clientem gloriosissimum[7], sanctum videlicet Leonardum, ne eum tam dira tamque pertimescenda arceri molirentur catena. Quod illi parvi pendentes, quanta virtute valuerunt captivum militem catena supra memorata ligaverunt. Hisdem[8] vero miles, ubi se tanta mancipatum custodia vidit, prout potuit, sanctum Leonardum[9], ut sibi suffragium ferret, invocare coepit. Traditus quoque[10] est cuidam militi ad custodiendum. Imminente vero nocte Natalis Domini, ipse qui eum in custodiam susceperat somnum arripuit. Illo autem dormiente, praefato militi carcerali nexu detento vox insonuit, quae taliter illum ter admonuit dicens: " Confestim, o homo, surge et „ quanta praevales velocitate festina, et usque „ ad sanctissimi Leonardi sepulcrum propera. „ Admonitus autem a quodam amico familiarissimo antea fuerat, ut eundem omnipotentis Domini[11] famulum ad sibi subveniendum saepius inclamaret; quod ille, prout poterat, die transacta ingenti

B

cordis contritione peregerat. Audita vero[12] hac voce, statim surrexit atque catenam, qua vinctus fuerat, super se traxit et exinde egredi mox inchoavit. Sed catena, quam gestabat, tantae erat immensitatis tantique ponderis, ut sonitum de illa progredientem audiri circumquaque autumaret. Disponente autem omnipotente[13] Deo et suffragante sanctissimo confessore Leonardo, castrum egreditur[14] fuitque[15] ei obviam homo quidam qui viam, qua tendere deberet, ipsi ostendit. Insecuti[16] vero sunt[17] illum hostes. Sed Deus illis aditum ulterius comprehendendi non praebuit.

iam liber factus,

trans Avaronem

2. Pervenit autem ad fluvium nomine Avaronem, qui transiri nisi navigio nullatenus potest. Cumque haesitaret et qualiter fluvium transmearet intentissima secum mente versaret, subito se[1] in medio fluminis homo[2] invenit[3] et quod restabat fluctuum taliter transiit ut ad genua minime unda[4] pertingeret. Arrepto autem litore, tam de longinquitate viae quam de gestato pondere obdormivit. Expergefactus vero

C

a somno[5], instante iam nocte, iter inchoatum pergere coepit, perspiciensque hominem ante se eminus gradientem, quis esset, inquisivit. At ille pastorem se esse respondit. " Obsecro te „, inquit antea captivus, iam intercessione sancti Leonardi liber factus, " obsecro te „, inquit, " in „ subvehendo huius pondere catenae auxiliare „ mihi, Christi Domini amore et eius dilecti Leo- „ nardi. „ Quod ille libenter se agere pollicens catenamque umeris imponens, prompta devotione sex millibus gessit usque[6] ad locum proximum castro, unde isdem quondam captivus oriundus fuerat. Postea quoque illum benedicens Dominique miserationi committens, secessit alter ab altero, praefatus vero miles, suam catenam assumens, usque[7] ad sepulcrum sancti Leonardi detulit. Qua de re omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exsultationis, qui ita hic et in futuro glorificat sanctissimum confessorem suum Leonardum. Ipsi gloria, honor et imperium in saecula saeculorum[8].

ad sepulcrum S. Leonardi defert.

Psalm. 46, 2.

D

I Petr. 4. 11.

V.

Rutenus alter miles

Istud vero non retro remittamus miraculum, quod operatus est Dominus per eiusdem venerabile confessoris sui Leonardi meritum, cuiusdam militis capti Rotanensi provincia et graviter nexi alligatione ferrea nimiumque aggravati oneris tanti[1] poena gravissima. Ad quem[2] igitur adveniens athleta Christi Leonardus tertia feria medio[3] noctis, pollicitus est ei liberaturum illum nocte[4] imminentis sabbati a tanti doloris poena saevissima. Imminente vero nocte pollicita, ante pullorum cantus advenit supra dicto militi sanctus idem Leonardus, admonens eum pedes extrahere a crudelissima arreptione intolerabilis catenae. Ipse quidem ad iussionem[5] ipsius ilico surrexit et catena, qua nexus erat, cito prosilivit; sed[6] maximo ferro, qui[7] solidus[8] erat, sine catena utrisque cruribus nexus, ex uno pede minime evasit. Ad tumultum autem corruentis catenae

E

surrexerunt custodes, qui somno arrepti fuerant, et accenderunt unusquisque lucernas, ut viderent quomodo se captus haberet, qui iacebat in impassibiles tenebras. Cumque igitur advenissent ante eum ad cernendum eius crura, omnino exstinctus est ignis, annuente Deo, in domo tota; et reversi sunt unusquisque propter somnum ad propria lectuum[9] loca. Talia quidem operante Deo et Leonardo suo athleta consiliando, evasit carcerem[10] per fenestram ex[11] alto; et cum pervenisset ad terram, nil huius saltus[12] mali passus, secum supradictum ferrum deferens non adhuc ex una crurium egressum, coepit ut[13] primitus invocare sanctum Leonardum, ut eum ex toto liberaret ibi ex tanta fatigatione ponderis immanis ferri. Mox vero ut precem adiunxit, cuncta captionis pericula omnino evasit et ad domum suam, adiuvante Deo, tutus pervenit, ferrumque supradictum ad monasterium[14] sancti Leonardi baiulavit, ubi glorificatum est nomen Domini semper, cui honor et gloria per saeculorum saecula. Amen[15].

a carcere et a catena etiam liberatur.

VI.

F

Discordantibus inter se militibus Arvernis

1. Quia saepius scriptorum ignavia sanctorum facta oblivioni traduntur, nos, quamvis[1] sensu et pusilli actione, ne a memoria fidelium elabi possit, quod iam miraculum valde perspicuum Dominus ad honorem et laudem pretiosissimi confessoris sui Leonardi operari dignatus est, describere studuimus. Quod nulli, qui sanum sapit, videatur incredibile, quia[2], sicut ipsi testantur qui eos de quibus loqui proposuimus praesentes[3] viderunt et ab eis rem gestam didicerunt, quorum religioni et veritati credentes, scripturae sacrae inserere non distulimus. Erant igitur in Arverniae confinio duo milites, praeclari genere, mundanis rebus locupletes, uxorum et filiorum procreatione sublimes, quorum unus Guilielmus[4],

Willelmo

[6] irretiti 32. — [7] (e. c. g.) eiusdem gloriosum 27 *al. man. sup. ras.* — [8] Is 31. — [9] Guilelmum 31, 32. — [10] (T. q.) Traditusque 22, 27. — [11] Dei 22, 27. — [12] autem 31. — [13] omnipotenti 27. — [14] progreditur 27. — [15] fuit 22, 27. — [16] Hi secuti 27 *ante corr.* — [17] (v. s.) s. v. 22.

2. — [1] *om.* 22, 27. — [2] hominem 22; se *add.* 27 *al. man.* — [3] venit 22. — [4] (m. u.) u. m. 27. — [5] (v. a s.) a s. v. 22, 27. — [6] *om.* 22, 27. — [7] *om.* 22. — [8] Amen *add.* 22, 27.

V. (Cod. 22, 27, 31, 32). — [1] tanta 27. — [2] illum 22, 27. — [3] medie 27. — [4] *om.* 22, 27. — [5] uisionem 27. — [6] a *add.* 31. — [7] quo 31. — [8] solide 31; solutus 22, 27. — [9] lectorum 22, 31. — [10] captivus *add.* 22, 27, 31. — [11] e 32. — [12] *om.* 27. — [13] *om.* 31. — [14] ecclesiam 22. — [15] Expliciunt miracula sancti Leonardi confessoris *add.* 31.

VI. (Cod. 24, 32). 1. — [1] *supple* debiles *vel aliquid simile.* — [2] quam 32. — [3] presente 32. — [4] Willelmus 24.

alter

et Hugone, alter Ugo proprio nuncupabatur[5] vocabulo. Hii[6], instigante humani generis inimico[7], sicut mos est saecularium hominum probos probis invidere, in magnam discordiam inter se devenerunt; quae ad tantam guerram pervenit, ut quilibet eorum alterius homines poterat accipere, non pretio auri aut argenti cogebat eos redimere, verum, quod paganum[8] est et admiratione dignum, capitali subiacere sententiae. (Cf. Mirac. II, III, 2.)

cum Hugo quondam captus et in carcerem retrusus

2. Quadam vero die fortuna ingruente contigit, ut unus super alium cum maxima copia militum depraedandi causa veniret; cui alter superveniens cum omni sua gente, diu bellantes et sanguine interfectorum uterque infectus et conflictuum[1] verbere lassus, tandem a Guilelmo[2] retentus est Ugo. Quem Guilelmi milites avidissimo vultu intuentes, pari voto parique consilio omnes unanimes nudatis gladiis super Ugonem[3] cucurrerunt, quisque volens videri audacior et domino carior et domini inimicum capitis amputatione interficere. Quod, Dei inspirante misericordia, Guilelmus[4] ut[5] non fieret prohibuit, volens eum durissimis artare suppliciis. Ugone autem militaribus armis nudato et diligenti militum custodia circumvallato, Wilelmus[4] cum ingenti triumpho domi revertitur[6]. Qui reversus Ugoni pedibus duo paria compedum imposuit, ligatisque postergum manibus ferreis vinculis, ad ultimum in infima suae turris, quam calcis[7] et lapidibus obstrui fecerat, detrudi praecepit, ibi esse sine cibo et potu nisi bis in hebdomada. Foramine autem clauso, per quod miserrimus ille detrusus in carcere fuerat, et firmissimis seris[8] munito, Ugo consilio et auxilio hominum destituitur, solius Dei auxilio et sancti Leonardi adiuvandus.

B

S. Leonardum imploraret,

3. Interea dum quid ageret meditaretur, omni spe mundana postposita, videns se nequaquam posse habere spem nisi in Deo et in sanctis eius, excogitans miracula quae[1] saepius audierat fieri per beatissimum Leonardum, eius clementiae et misericordiae se commendavit et, si inde posset evadere, ad eius ecclesiam cum dignis muneribus se venturum promisit. Quo facto, protinus se in lacrimis prorupit, cum singultu[2] et lacrimarum gemitu humiliter et devote sancti Leonardi incessanter deposcens clementiam, indicens[3]: " O „ sancte Leonarde, sidus aureum, qui in quantum lucifer ceteras stellas superat claritate, in „ tantum superexcellis omnes confessores miraculorum et virtutum adornatione[4], ad cuius „ vocem reviviscunt mortui, infirmi sanantur, „ incarcerati solvuntur, quia sicut cera defluit a „ facie ignis, ita omnis soliditas ferri et carcerum „ obscuritas ad invocationem tui nominis liquescit, tu es refugium pauperum, spes dolentium, „ medicina infirmantium, compeditorum consolatio. Succurrat mihi, quaeso, pietas tua; quia, „ quamvis haec iuste patiar[5], tamen victus „ penuria et ferri duritia, nequaquam diu comes „ mihi esse poterit vita. „ (Cf. Mirac. II, II, 6. — Psalm. 67, 3.)

fingens Willelmus se esse ipsum sanctum,

4. His et huiusmodi clamoribus miser ille nocte dieque sanctum vociferabat Leonardum, in tantum quod vix aliquis in turri[1] superposita nec in aula ei coniuncta dormire poterat. Quod videns dominus qui eum acceperat, intra se cogitare coepit quid de eo ageret, ne totiens sanctum Leonardum appellaret. Igitur diu excogitata fraude, in ipso noctis crepusculo, quae[2] facinorum omnium est conscia, egressus ex aula, dimissis militibus ingressusque turrim, venit ad foramen carceris, ubi miser ille assiduis sanctum Leonardum interpellabat vocibus, et mutata voce dixit: " Quid vis? quid quaeris? cur me diebus noctibusque inquietas? Putas te a me exaudiri, „ cum de magistro meo Scriptura testetur: „ *Peccatores Deus non audit?* Ecce ego sum „ sanctus Leonardus. Egredere, si potes. „ Ad cuius vocem ita disruptae sunt compedes et manicae ferreae, ac si ipse beatus Leonardus confregisset. Unde et non est dubium huic miraculo praesentem fuisse sanctum Leonardum. Deinde cum tanto impetu virtus divina illum solutum arripuit, ut de profundo carceris, qui sex stadia aut septem habebat profunditatis, ante Guilelmum[3], qui causa suae venerat derisionis, sustulisset[4].

Liber II miraculorum Hugonis querelas compescere nititur. — Ioh. 9, 31. — *Verum Hugo e carcere miro modo ereptus*

a Willelmo, novas licet fraudes moliente,

5. Quem Guilelmus[1] aspiciens, timuit[2] effugeret; nec desistens a simulatione, dixit: " Ascende „ super collum meum, quia ego te deferam ad „ monasterium meum illaesum. „ Hoc ideo dixerat, quia eum inter suos milites in aula deferre volebat, volens illum interficere aut iterum incarcerare. Ugo vero illum credens esse sanctum Leonardum, qui eum de tanta angustia liberaverat, quod iusserat devote implevit et super collum illius[3] ascendit. Quem Guilelmus firmiter arripiens, putans se de eo certum esse, volens eum, sicuti excogitaverat, male tractare, de turri coepit descendere. O divina clementia, o ineffabilis[4] potentia, o inaestimabilis virtus caritatis, o ineffabile donum divinitatis. Eia, confessor Christi, operare quod operaris, aperi viscera misericordiae. Qui illudere putat illuditur, quia Deus non irridetur. Quid plura, Wilelmo[5] volente domum regredi, nequaquam potuit; sed obcaecatus, divina id agente misericordia, iter versus ecclesiam beati Leonardi arripuit. (Gal. 6, 7.)

ad ecclesiam S. Leonardi defertur

6. Transacta autem nocte, iam illucescente diei aurora, Guilelmus[1] ex itinere et onere fatigatus dixit: " Lassus sum, parumper quiescam. „ Tum vero[2] Ugo primum illius[3] vocem cognoscens et fraudem quam in eum molierat sentiens, ante se ad[4] dimidiam legam sancti Leonardi, quam bene noverat, aspiciens ecclesiam, dixit: " Quid hoc est, Wilelme[5]? quid agere voluisti? „ Tu hoc causa damni mei incepisti, sed Dei „ gratia ante me villam video Sancti Leonardi. „ Tum demum Gulielmus ad se reversus et magno timore percussus, ait: " Ugo frater, video quia „ te liberavit sanctus Leonardus. Tu ergo miserere mei; quia, si homines huius villae me persenserint velle illudere sanctum Leonardum, „ me diversis poenis affligent[6]. Quam ob rem „ tibi duos equos optimos promitto, quam cito „ in patriam meam venero. „ Iter erat unius dietae[7]. Facta autem inter se ibidem concor-

amboque inimicitias ponunt,

[5] nuncupabantur 24. — [6] His 32. — [7] *om.* 32. — [8] pugnatum 24.

2. — [1] confluentum 24. — [2] Willelmo 24. — [3] Ugone 32. — [4] Guillelmus 24. — [5] *om.* 32. — [6] (d. r.) dormire vertitur 32. — [7] calce 24 *post corr.* — [8] serris 32.

3. — [1] quam 32. — [2] sint gultu 32. — [3] dicens 24 *post corr.* — [4] *ita* 24 *corr. al. man.*; adormitione 32. — [5] patior 24.

4. — [1] turris 32. — [2] quam 32. — [3] Guillelmum 24. — [4] distulisset 24.

5. — [1] Guillelmus 24. — [2] ut *add.* 24. — [3] eius 24. — [4] ineffabili 24. — [5] Guillelmo 24.

6. — [1] Guillelmus 24. — [2] (T. v.) Tunc 24 *post corr.* — [3] *om.* 24. — [4] a 32. — [5] Wllelme 24. — [6] affligerent 32. — [7] (I. e. u. d.) *om.* 24. —

LIBER II MIRACULORUM

sed miraculum reticent.

dia et data de equis fiducia, manu ad manum se tenentes, ad ecclesiam sancti Leonardi pervenerunt. Facta oratione, quid circa eos beatus Leonardus egerat tacuerunt et ad propria redierunt [8].

Iterum exortis discordiis et Willelmo ab Hugone capto,

7. Postquam vero in patriam suam pervenerunt, Guilelmus [1] equos, quos Ugoni promiserat, noluit reddere. Unde eum bis et ter commonens, tandem post tot commonitiones eum coepit depraedari [2]; quae causa magni odii et guerrae exstitit. [3] Quodam igitur die, beato Leonardo id agente, contigit ut Ugo Guilelmum [4] in bello caperet. Qui cognoscens hoc a sancto Leonardo esse [5] peractum, Guilelmo dixit : " Redde mihi „ duos equos, quos in praesentia sancti Leonardi „ mihi promisisti, ne periurus [6] videaris; et postea „ ad ecclesiam eiusdem sancti confessoris ambo „ cum dignis oblationum muneribus properemus et quid circa nos beatus confessor egerit, „ denudemus. „ Guilelmus [1] audiens ex Dei parte hoc esse consilium, quod promiserat ei libenter reddidit. Et facta inter se inviolabili concordia, datis et acceptis obsidibus, ad Sanctum Leonardum cum magno equitatu pervenerunt; advocatoque clero et populo, omnibus denudaverunt quae [7] circa eos sanctus fecerat Leonardus. Qui haec audientes cum hymnis et canticis ante sepulcrum eius convenerunt, Deo laudes referentes [8]. Ubi crebra cotidie fiunt miracula, eo auxiliante qui vivit et regnat in saeculorum saecula. Amen.

tandem firmam pacem componunt et S. Leonardi laudes pronuntiant.

VII.

Rampnaldus vir dives lepra affectus,

1. Aliud quoque miraculum, cum omnia nequaquam stilo dilucidari possint, describere studuimus. Fuit in nostris temporibus in eadem villa Sancti Leonardi quidam burgensis praepollens opibus, nomine Rampnaldus [1]. Hic, sicut in multis saepe contigit, Dei permissu [2] effectus est leprosus. Qui expulsus a societate sanorum, non longe extra villam praeparavit cellulam. Ubi dum quid ageret meditaretur, coepit suae animae naufragium excogitare, quod saepe perpessus fuerat, dum mundanas divitias avidissime aggregare anhelabat. Qui, accepta paenitentia, omnia quae habere potuit ecclesiis et pauperibus larga manu

cum iam paenitens

C divisit. Quo peracto, qui egenis sua largiter distribuerat, pauperum coepit exsistere socius. Igitur mundana cura postposita, in quantum valuit, corpus suum affligere non distulit. Inter quas afflictiones hoc etiam agere coepit, unaquaque nocte nudis genibus et palmis ante ecclesiam beatissimi venire Leonardi.

vitam pauperem et piam degeret,

2. Quod cum non parvo tempore peregisset, quadam nocte, dum id ipsum ageret, vidit scalam, cuius summitas caelos tangebat, extrema vero pars [1] super altare sancti erat posita [2] Leonardi, per quam angelos ascendentes et descendentes vidit, cantantes et psallentes *Gloria in excelsis.* Qui magno timore perterritus, coepit Deum lau-

Cf. Mirac. I, 4. dare in sanctis suis; oravit et rediit. Hoc etiam cum per multas noctes cerneret, timuit ne tanta et tam incomprehensibilis virtus divinitatis suae

D infirmitatis foetore suive peccati causa aliquotiens remaneret; relictoque priori habitaculo, cuiusdam montis petiit solitudinem, qui a beati Leonardi basilica una distabat leuga [3]. Cumque ibi maneret, tantum eius excrevit infirmitas, ut nasum [4] et digitos et pedum articulos omnino perderet. Hic itaque infirmatus nequaquam iter ad ecclesiam sancti Leonardi, quod prius agere consueverat, perpeti potuit; sed quod paene morti proximus valebat, carnem spiritui servire cogebat, et more solito noctis quieto tempore montis cacumen [5] ascendebat, unde monasterium videre poterat et visionem angelicam, in quantum se prolongaverat, tanto frequentius, lucidius et vicinius intuebatur.

apparente ipsi S. Leonardo,

3. Cumque hoc saepissime cerneret et choros supernorum civium psallentes audiret, nullique tam spiritalem revelationem auderet manifestare [1], quadam nocte, cum ab oratione consueta [2] reversus fuisset et in sui thalami lectulo quiesceret adhucque plene vigilaret, astitit ante eum [3] in candidissima veste beatus Leonardus, praecinctus zona aurea, subnixus sceptro aureo; in cuius comitatu plus quam centum iuvenes apparuerunt, induti albis vestibus, quisque deferens E aureum candelabrum, in quorum summitatibus cerei erant accensi; de quorum luminibus tota resplenduit domus. Cumque hoc infirmus ille miraretur, tamen ex Dei parte sentiens hanc esse visionem, sic eum alloquitur beatus Leonardus : " Quid agis, fili carissime, dispensator fidelissime? Ne formides, potius gratulare. Ecce „ adsum Leonardus, tuarum precum fidelis nuntius. Ad praesens recuperabis sanitatem, et „ caro tua in te restituetur, sicut fuit antea. „ Vade autem ad ecclesiam meam, et servitores meos ex parte mea admone, quatinus „ in omnibus mihi fideliter obtemperent et caste „ ac sincere mihi administrent. „ Factoque fine loquendi et dato octo dierum sanitati eius spatio, manu propria faciem eius tetigit et cum omnibus qui secum advenerant ad caeli palatium remeavit.

sanitati restituitur.

4. Mane autem facto, non immemor visionis praeteritae, asellum [1], quem sedere consueverat, ascendit et ad ecclesiam sancti Leonardi veloci itinere perrexit, advocataque non minima cleri F parte, quod ab ore Leonardi didicerat verbatim omnibus referebat; relatoque suae sanitatis termino, vale facto, unde venerat remeavit. Clerus autem Nobiliacensis et populus, audita [2] leprosi revelatione, quidam crediderunt, quidam vero, sicut mos est incredulorum, credere noluerunt; tamen omnes pariter diem determinatum exspectabant. Verum ubi huius verbi dies exspectatus advenit, legatos celeri cursu transmiserunt, qui viderent quid circa leprosum beatus egerat Leonardus. Qui venientes et illum in oratione prostratum videntes, vix eum cognoverunt, ita pristinae sanitati caro eius restituta fuerat et cutis renovata. Qui veloci cursu repedantes, populum aggregatum repererunt [3] et ei quae viderant nuntiaverunt. Clerus vero, accensis cereis, acceptis crucibus et turibulis, cum magna

[8] (et ad p. r.) *om.* 24.

7. — [1] Guillelmus 24. — [2] deprecari 24. — [3] Quadam 24. — [4] Guillelmum 24. — [5] esset 32. — [6] periuriis 24 *ante corr.*, 32. — [7] quam 32. — [8] (l. r.) laudantes referentes 24.

VII. (Cod. 24, 32). **1.** — [1] Rainaldus 24. — [2] permissum 32.

2. — [1] posita erat *add.* 24. — [2] (e. p.) *om.* 24. — [3] (u. d. l.) duobus d. miliariis 24. — [4] nassum 32. — [5] quacumen 32.

3. — [1] manifestaret 32. — [2] consueto 24. — [3] *Hic desinit* 32 *mutilus.*

4. (Cod. 24). — [1] assellum 24. — [2] pro *add.* 24. — [3] repere////// 24.

processione

A processione usque ad locum cellulae, ubi Rainaldus in oratione iacebat prostratus, pervenit. Quem elevantes, et vultum illius renovatum intuentes, cum cantu hymnidico usque ad sepulcrum sancti Leonardi eduxerunt, laudes referentes omnipotenti Deo, qui tantum ac tale operari dignatus est miraculum per suum confessorem sanctissimum. LIBER II MIRACULORUM

II. VITA ET MIRACULA S. LEONARDI

AUCTORE WALERAMNO EPISCOPO NUMBURGENSI

Edita ex codice 62 ecclesiae cathedralis Treverensis, saec. XII. Cf. Comm. praev., num. 6.

f. 55

Epistula Waleramni episcopi de vita sancti Leonardi confessoris.

Waleramnus Dei gratia Nuenburgensis episcopus serenissimae matronae domnae Gertrudi (1) devotum servitium, instantiam orationum ac semetipsum omnino in omnibus deditissimum.
Psalm. 67, 36. Mirabilis Deus in sanctis suis, et cuius mens
divinitus [1] est inflammata, saepius divina praedi-
Luc. 10, 39-42. canda sunt miracula. Optimam partem dicitur
Maria elegisse, quia sedens secus pedes Domini audiebat verbum illius; pro multiplici amministratione corporeae refectionis Martha notatur nimium sollicitari et erga plurima turbari. Porro, inquit, *unum est necessarium*. Quod in partes scinditur, ad finem tendit; unum vero summum bonum est vera aeternitas et beatitudo in idipsum. Raptentur insipientes circa viles huius saeculi vanitates; tibi vero iuxta Salvatoris am-
Psalm. 26, 4. monitionem unum videatur necessarium, ut inhabites in domo Domini omnibus diebus vitae tuae et videas voluptatem [2] Domini et visites templum
Prov. 31, 29. eius. Filiae Babilonis, quibus ignorant, congregant divitias; tu vero thesaurizando in caelo supergressa es universas. Age igitur quod agis,
Cf. Mirac. II, vi, 5. operare quod operaris, domum Christo, sacrarium Spiritui sancto, ut cum terrestris huius
II Cor. 5, 1. habitationis domus solvatur, domum non manu
Isai. 26, 1. factam invenias in caelis, urbem fortitudinis nostrae Syon salvatorem, Ierusalem caelestem,
Psalm. 121, 3. cuius participatio in idipsum. Beata quae credis, quia quod oculis vidisti, operibus exsequeris. Sic sanctus Leonardus in honorem sanctae Mariae
C parvulam primo fundavit ecclesiam, ubi omnibus diebus vitae suae inhabitans, tandem de hac valle
f. 55v lacrimarum translatus est ad | montem virtu-
Psalm. 86, 7. tum, ubi sicut laetantium habitatio est omnium.
Psalm. 83, 4. Benedictus Deus, quia et tu quasi turtur invenisti nidum altare Domini virtutum; ubi utinam per intercessionem sancti Leonardi in salutem totius patriae virtutes fiant, sicut ubique in oratoriis sancti Leonardi aspicimus, nisi incredulitas hominum obstet virtutibus. Haereticorum perversitas adversus christianos maxime temporibus sancti Leonardi incanduerat ideoque, sicut viva voce fratrum percepimus, eorum malitia mirifica sancti Leonardi in hac vita opera penitus sunt abolita vel sinistra interpretatione, sicut in ipso Salvatore nostro, infamata. Post transitum vero eius eorundem invidia scelus addidit sceleri et, ut memoria eius penitus auferretur de terra, Vita eius, ubicumque inveniri poterat, est concremata. Quam magna, quam inusitata, quam denique incredibilia cottidie per eum fiunt miracula, nulla prorsus antiquitatis, ut opinor, pandit historia. Sanctus Leonardus, sicut ipse veraciter perpendi,
ad invocationem desolatorum semper est adiutor Mirac.
clementissimus in opportunitatibus, in tribulatione, II, ii, 14.
descendens de caelo vultu instar solis rutilo, oculis stellantibus, habitu candidissimo. Ad tactum
eius quilibet ferri rigor velut cera a facie ignis Ibid. II, ii, 6.
mollitur, sicque captivi subito a vinculis abso- E
luti inter fugiendum, fluminibus obstantibus, divinitus transvectantur. Plurima id genus eius sunt mirabilia fidem excellentia, sed nullo prorsus fidelium inficienda. Sicut per sanctum Leonardum Boimundus de paganorum captivitate et rex anglicus de fratris sui tyrannide integre suam recuperaverunt potestatem, ita per eundem
mirificum | sanctum dilatet etiam Dominus te ad f. 56
orientem et ad occidentem, septemtrionem et Gen. 28, 14.
meridiem, crescatque vestra probitas in mille Gen. 26, 60.
milia. Possideat semen vestrum portas inimico-
rum suorum et benedicantur in te omnes tribus Gen. 28, 14.
Germaniae. Fideliter credas et nullatenus dubites, quia quod de reliquiis ipsius mirifici sancti tecum sum partitus, auditu ipsius vocis sum
adeptus sive in corpore, sive extra corpus, nescio, II Cor. 12, 2.
Deus scit. Et ne falsarium redarguant increduli, confido in eius bonitate, quoniam pro tua devotione tibi idem continget experiri, praesertim cum multorum testimonio comprobatum sit cle-
mentissimum sanctum cum desolatis quasi ali- Cf. Mirac.
quem cum amico suo sermocinari. I, 3 extr.

Vita sancti Leonardi confessoris Christi. F

1. Beatus igitur Leonardus temporibus Anastasii Vita I, 1.
imperatoris in provincia Galliarum claris parentibus ortus est, Francus genere, illustris probitate, inter coaetaneos optimae indolis, omnibus omnino in omnibus amabilis, honor cognationis, spes optima posteritatis, pietate insignis, prae omnibus inter palatinos humilis, vultu angelicus et quasi totus in omnem probitatis perfectionem virtutum manibus compactus. Parentes eius inter palatinos primi, consilio providi, ad regni negotia circumspectissimi, adeo ut post Clodoveum, qui tunc rex erat Galliae, primatum in omnibus tenerent, Francorum militiae principes regisque fidelissimi consecretarii et collaterales. Si gesta Francorum antiquasque patrum revolvamus historias, Franci
cognatione sunt | Troiani regesque Francorum de f. 56v
semine ipsius Priami sunt oriundi, usque ad tem-

Epistula. — [1] *ita Martene;* divitiis *cod. Cf. Mirac. II,* ii, *19 :* divinitus igne calentes. — [2] *cod.* voluntatem.

(1) Hanc coniecerunt MARTENE et DURAND (*Ampl. coll.*, t. I, p. 635, annot. *a*), probantibus aliis (v. gr. ARBELLOT, op. c., p. 149; WATTENBACH, *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. II^{6}, p. 40, annot. 3), esse Gertrudem marchionissam, socrum Lotharii Saxoniae ducis, eandem quae corpus S. Auctoris Treviris Brunsvicum transtulisse fertur (vid. fabulosum libellum de translatione S. Auctoris *BHL.* 748; cf. *Act. SS.*, Aug. t. IV, p. 50, annot. *a*).

pora

VITA AUCTORE WALERAMNO pora sancti Remigii gentilium superstitionibus et
erroribus omnino dediti. Primus Clodoveus per
sanctum Remigium de tenebris errorum ad lumen
fidei vocatus idola respuit, in Christum credi-
dit et in nomine sanctae Trinitatis baptizatus
catholicam fidem propagavit. Praedicatione sancti
Psalm. Remigii Francorum populi convenerunt in unum
101, 23. et reges, ut serviant Domino. Primus insignis
Psalm. 41, 2. puer Leonardus, sicut cervus ad fontes aquarum,
Cant. 4, 15. ita concupiscit et deficit ad fontem vitae, puteum
Psalm. 45, 5. aquarum viventium, cuius impetus laetificat civi-
tatem Dei. Baptizatus igitur a sancto Remigio
venerabilis puer sanctus Leonardus, et ob paren-
tum nobilium amorem suscipit eum de sacro fonte rex
Tit. 3, 5. Clodoveus. Fit insignis puer per lavacrum rege-
Rom. 8, 15-17. nerationis et spiritum adoptionis de ministro regi
filius, liber a diabolica servitute, heres Dei, cohe-
Rom. 6, 4. res Iesu Christi. Consepultus Christo per baptis-
mum in mortem, summopere studuit cum Christo
in novitate vitae ambulare. Accepta candida
veste, quam ante tribunal Christi perferret, sine
intermissione nitebatur ut omni tempore vesti-
menta carnis essent candida. Et quia scriptum
Apoc. 3, 4; est: *Qui non inquinaverunt vestimenta sua, sequun-*
14, 4, 5. *tur agnum quocumque ierit,* sic imitator factus est
agni, ut sine macula esse posset ante thronum
Luc. 9, 62. Dei. Et quia scriptum est: *Nemo mittens manum*
ad aratrum et respiciens retro aptus est regno Dei,
abrenuntiato diabolo et pompis eius, apostolicam
aemulari coepit perfectionem, mori mundo, vivere
Matth. 16, 24. Christo, abnegare semet ipsum, tollere crucem,
f. 57 Deo ad|haerere, nihil praeter Christum in mundo
Psalm. 72, 28. habere. Parentes, dignitates et militare cingulum
Eph. 6, 11, quasi retiacula callidi hostis abicit; accipit arma-
16, 17. turam Dei, scutum fidei, gladium spiritus, galeam
salutis, quo possit contra versutum hostem stare
et in omnibus triumphare. Rudis adhuc tiro in
castris Domini sanctissimi pontificis Remigii se
addicit praeceptis, videlicet ad eius exemplar
quasi in speculo vitam componere, fundamenta
I Cor. 3, 12. fidei sapienter iacere, fideliter superaedificare
non ligna, non fenum, non stipulam, sed aurum,
argentum, lapides pretiosos. Eloquia doctoris
Psalm. 18, 11. eximii super mel et favum erant intentissimo
auditori. Quasi apis prudentissima melliflua gus-
Ioh. 3, 29. tans eloquia in alveario mentis recondit. Amicus
C sponsi qui stat et audit, et gaudio gaudet propter
vocem sponsi. Et sanctus Leonardus non auditor
obliviosus sed attentissimus nitebatur non in
Luc. 8, 10. parabolis verbum Dei audire, sed universa myste-
ria regni Dei cognoscere, ut deinde evangelicus
Matth. 13, 52. dispensator effectus de thesauro cordis sui nova
proferret et vetera.

2. Erat sanctus Remigius spe patientissimus,
caritate diffusus, erga miseriis afflictos Petrus in
spiritu mansuetudinis, adversus malignantes
Paulus in virga correptionis; iudiciariam regum
severitatem sacerdotali contemperavit mansue-
tudine. Pietatis zelo impetrat apud Francorum
reges, quatinus suam metropolim tali misericor-
Vita I, 2. diae insignirent privilegio, ut, dum Remorum
civitatem vel intrarent vel pertransirent, adventus
eorum vinculatis et incarceratis non metum et
horrorem incuteret perditionis, sed spem afferret
f. 57v | liberationis. Quicquid a Deo est, stabile per-
manet, piissimique patris petitio usque hodie
apud Gallorum reges firmissime observatur, ut
in adventu suo ad Remensem metropolim de
vinculis et carceribus exeuntes regibus occurrant
et condignas liberationis suae gratias referant.
Perfectus est omnis discipulus, si sit sicut magi-
ster eius. Perfectionem magistri omnimoda
devotio aemulatur sanctissimi Leonardi. Super D
afflictos, vinculatos et incarceratos totus redun-
dans misericordiae visceribus venit saepissime ad
eos et visitat secundum dominicum praeceptum:
Infirmus eram et in carcere, et venistis ad me, Matth. 25, 36.
et iterum: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi* Matth. 25, 40.
fecistis. Omnes de plenitudine Domini accepimus
ideoque, sicut ait psalmista: *Ego dixi:* " *Dii estis* Psalm. 81, 6.
„ *et filii Excelsi omnes* „, in esurientibus et sitien-
tibus pius Leonardus Deum reficit, vestit in nudis,
visitat in incarceratis et vinculatis. Beatus vir Psalm. 83, 6.
cuius est auxilium a Domino; ascensiones in
corde suo disponit. Ascendit vas Spiritus sancti
sanctus Leonardus de virtute in virtutem, ut Psalm. 83, 8.
videat deum deorum in Syon. Tandem miseri-
cordiae operibus et humillimis obsecrationibus
vir Deo devotus a rege impetravit ut quos cumque
vinculatos vel incarceratos visitaret, ob eius
interventum de ergastulorum custodiis liberi dimit-
terentur.

3. Crescebat magis in dies fama ipsius bonitatis Vita I, 3.
longeque ac late universos perfudit virtutum eius
fraglantia. Verebantur principes ut dominum;
desiderabant pauperes et afflicti ut patrem; fla- E
gitabant aegri undique ad eum confluentes quasi
sospitatis suae auctorem. Sedentibus in tenebris Matth. 4, 16.
et umbra mortis in adventu sancti | Leonardi f. 58
spes et laetitia oritur eis. Erat sanctus Leonardus
tamquam lignum fructiferum secus salutiferas Psalm. 1, 3.
plantatum aquas, sicut cedrus Libani multipli- Psalm. 91, 13.
catus in domo Domini, nardus ecclesiae, bonus II Cor. 2, 15.
odor Christi, spiritualium donorum fraglans Cant. 1, 2.
ungentis optimis. Virtutum eius ungentis variis
langoribus oppressi curantur, doctrinis ad veram
illustrantur sapientiam, morum honestate ad
summam informantur beatitudinem. Nunc spi-
tuali nunc carnali cibo esurientes reficiens, omni- I Cor. 9, 22.
bus omnia factus erat, ut omnes lucrifaceret.
Alacer quidem erat in exhortatione, dulcis et humi-
lis in sermone, in operatione simplex et pudicus,
in promissione veridicus, in elemosinis largus atque
munificus, fidelis et circumspectus in reddenda
ratione, indefessus in ecclesiarum dispositione,
sibi parcus, indigentibus largus. Quanto maior
aliis erat parentum nobilitate, tanto magis utilem
se exhibebat in opere. Sine intermissione ora-
tioni deditus, ad communem utilitatem semper F
intentus. Huiusmodi sacrosancta conversatione
universi desiderabant vultum eius videre et ab III Reg. 10, 24.
eo salutaria monita audire. Rex etiam Franciae
ipsum saepe accersiri iubet et quasi angelum Dei Esth. 15, 16.
suscipit. Applaudit sibi et patriae in eius sancti-
tate Deumque laudat se angelicam vitam in terris
reperisse. Ampliore dilectione magis in dies
amplexatur regnique consilia in eius manu diri- Gen. 39, 3.
gere nitebatur. " Leonarde „, inquit, " homo Dei,
„ lucerna accensa non sub modio sed super can- Matth. 5, 15.
„ delabrum est ponenda, ut qui ingrediuntur
„ lumen videant. Laudabilis est vita solitaria,
„ sed magis est laudabilis quae ad communem
„ | utilitatem magis est utilis. Qui ad omnium f. 58v
„ salutem natus es, omnibus oportet consulere,
„ tuaeque sanctitatis praesentia alios informare.
„ Servus qui de commissis sibi talentis alia Matth.
„ lucratus est, cum gaudio intrat in gaudium 25, 16-30.
„ domini sui; qui vero pecuniam domini fodit in
„ terra, damnationis feritur sententia. Hic in
„ palatio meo locus et tempus est dominicam
„ erogandi pecuniam; hic ecclesiasticae prae-
„ dicationis sagena mittenda est quasi in mare, Matth. 13, 47.
„ ubi ex omni genere piscium apostolicae pisca-
„ tionis possit congregare et ad litus aeter-
„ nae

A „ nae beatitudinis educere. Hic messis multa,
Matth. 9, 37. „ operarii autem pauci. Leva oculos tuos et
Ioh. 4, 35. „ vide regionem, quomodo alba est ad messem.
„ Intimis precibus dominum messis imploro, ut
„ ex temporis oportunitate a nobis quantocius
„ pontificatus infulis decoratus, sic in agro domi-
„ nico metas, ut aeternae beatitudinis retribu-
„ tionem accipias. Hoc Dei voluntas sit, hoc
„ meum est votum, hoc consensus omnium Fran-
II Tim. 2, 4. „ corum. „ Cui sanctus Leonardus respondit: “ Nemo
„ militans Deo implicat se negociis saecularibus.
Gal. 6, 14. „ Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo; et
I Ioh. 2, 17. „ quid rursus agam in mundo? Transit mun-
Psalm. „ dus et concupiscentia eius. Ego praeter Chri-
115, 14. „ stum nihil concupisco. Votum vovi, vota mea
Psalm. 83, 11. „ Domino reddam. Elegi abiectus esse magis in
„ domo Dei mei quam habitare in tabernaculis
„ aulicorum. Professione sum clericus, segre-
„ gatus ab aulicis et Christi attitulatus castris.
Matth. 6, 24. „ Non possum aulae et Christo servire. Qui
Matth. 10, 37. „ aulam aut agros vel principum donativa super
Luc. 14, 33. „ Christum diligit, non est dignus Christo. Abre-
B „ nuntiatis omnibus quae possidet, inopem Chri-
„ stum sequatur qui vult cum Christo ditari,
f. 59 „ cum apparuerit | gloria Domini. Episcopalis
Psalm. 16, 15. „ quanto altior est gradus, tanto gravior est
„ officii casus. Non damno officium, sed vereor
I Tim. 3, 2. „ casum. Oportet episcopum esse irreprehensibi-
I Tim. 3, 6. „ lem, sicut Christi vicarium. Non sit neophitus,
Luc. 1, 17. „ id est noviter conversus, qui convertere debet
„ corda patrum in filios et incredulos ad viam
„ iustorum, parare Domino plebem perfectam.
„ Curia dicitur a cruore, domus habitationis
Psalm. 50, 16. „ patrum nostrorum; sed libera me de sangui-
Psalm. „ nibus, Domine, ne perdas cum impiis animam
25, 9, 10. „ meam et cum viris sanguinum vitam meam,
„ in quorum manibus iniquitates sunt, dextera
„ eorum repleta est muneribus. Largire pontifi-
„ catus apicem qui eum[1] concupiscunt; ego vero
Psalm. 54, 8. „ a curia elongabo fugiens et manebo in solitu-
Psalm. „ dine. Haec requies mea in saeculum saeculi,
131, 14. „ hic mecum habitabo quoniam elegi eam. Hic in
Psalm. 90, 1. „ protectione Dei commorans expectabo eum
Psalm. „ qui salvum me fecit a pusillanimitate spiritus
54, 9-12. „ et aulica tempestate. Omni tempore circumdat
„ curiam iniquitas, et labor in medio eius et
„ iniustitia, nec deficit in ea usura et dolus. Quis
Eccli. 13, 1. „ tangit picem et non coinquinatur ea? Quis
„ navem ecclesiasticae gubernationis ascendit et
Psalm. „ non periclitatur in fluctibus? Ascendit usque ad
106, 26. „ caelos et descendit usque ad abissos, animaque
„ pontificum semper in malis tabescit. Non est
Luc. 10, 41, 42. „ nostrum quasi cum Martha erga plurima turbari,
„ sed optimam partem eligamus cum Maria, quae
„ non auferatur a nobis in aeternum. Neque enim
„ hoc, rex magne, dico ut exsecrandum sit quibus con-
„ venit culmen praesularis officii; sed propterea dico,
„ sicut iam dixi superius, magis volo esse in domo Dei
„ abiectus quam habitare in principum huius mundi
„ domibus. „ Quod sanctus Dei vovit, continuo
f. 59v | solvit. Elongatur a mundana tempestate, iactat
Psalm. 54, 23. penitus in Domino curam suam, ut ipse illum
enutriat et non det in aeternum fluctuationem
Matth. 13, 3. iusto. Tamquam fidelis agricola exit ab aula seminare
Ier. 1, 10. semen suum, evellit, destruit, dissipat, aedificat et
plantat. Pluit verbis, coruscat miraculis; audien-
tium corda doctrinis irrigat, virtutibus inflammat.
Ezech. 1, 12. Quocumque erat impetus Spiritus sancti, illuc
Psalm. 83, 8. graditur, et de virtute in virtutem ascendendo
Phil. 3, 13, 14. prioris vitae obliviscitur atque penitus se ad
anteriora extendens totis viribus ad supernae VITA AUCTORE WALERAMNO
vocationis bravium anhelat. Tandem salutifero
adventu suo Aurelianum[2] civitatem illustrans, non
longe a muris reperit venerabilem virum meritis et
nomine Maximum. Suscipitur sanctus a sancto
quasi angelus Dei, fit iocundissima utriusque in
unum habitatio. Confert humilis Leonardus cum Gal. 2, 2.
servo Dei Maximo evangelium Christi, ne forte
in vacuum curreret aut cucurrisset. Percutiunt Ezech. 3, 13.
virtutum et doctrinae pennas alter ad alterum,
penitusque pleni oculis ante et retro, quod oculis Apoc. 4, 6.
vident, corde credunt; quod corde credunt, ore
ad omnes confitentur. Sicut doctor gentium Paulus
Ierosolimam descendens gratia collationis apud
Petrum mansit diebus quindecim, ita sanctus Gal. 1, 18.
Leonardus optatus hospes coenobitae Maximi ali-
quamdiu fruitur alloquio et informatur exemplo.

4. Tandem divina revelatione, sicut Abraham, Vita I, 4.
egreditur de terra et de cognatione sua; fit apud Gen. 12, 1.
Deum advena et peregrinus. “ Remitte „, inquit, Psalm.
“ mihi, ut refrigerer, priusquam abeam et amplius 38, 13, 14.
„ non ero. Quis dabit mihi pennas sicut colum- Psalm. 54, 7.
„ bae, et volabo, et requiescam? „ Est ultra
Galliam Equitania | insignis regio, servorum Dei f. 60
habitatio, monachorum coenobiis, clericorum reli-
gione illustris. Inflammatum est cor sancti viri Psalm. 72, 21.
iter suum illuc dirigere totamque vitam suam in
peregrinatione Deo expendere. Tunc, sicut scri-
ptum est: *Si frater fratrem iuverit, ambo consola-* Cf. Prov.
buntur, mysterium consilii sui fratri suo beato Lifardo, 18, 19.
qui fidus ei comes erat, innotuit et secum ducere eum
voluit. “ Duo „, inquit, caritatis “ praecepta sunt. Matth. 22, 40.
„ Duabus alis illa caeli animalia volare perhi- Isai. 6, 2.
„ bentur. Binos ante faciem suam Salvator ad Luc. 10, 1.
„ evangelizandum mittit duoque talenta peregre Matth.
„ proficiscens pater familias erogat, ut evan- 25, 14 sq.
„ gelicae praedicationis lucro inserviens in terra
„ viventium duplicia possideat. Vae soli, quo- Eccl. 4, 10.
„ niam, si ceciderit, non habet sublevantem se.
„ Lubricum, sanctissime frater, istud saeculum
„ est; ideo qui se existimat stare, videat ne cadat. I Cor. 10, 12.
„ Mei saepissime, mi frater, moti sunt pedes, Psalm. 72, 2, 3.
„ quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum
„ videns. Quapropter nostrae comes peregrina-
„ tionis lapsum subleva, nutantem fratrem con-
„ firma. Statuat Dominus supra petram pedes Psalm. 39, 3.
„ nostros et dirigat gressus nostros. „ Beatus autem
Lifardus sancto Leonardo respondit: “ Duo caritatis F
„ praecepta longe facilius in contemplativa quam
„ in activa complentur vita. Ferventiori amore
„ magis in dies Deo astringitur, qui eius contem-
„ platione magis delectatur. Dilectio proximi
„ minus irritatur, quando a mundi malitia peni-
„ tus elongatur. Mundus in maligno positus est; I Ioh. 5, 19.
„ non potest malum non cogitare, qui semper
„ mundana circumfertur inquietudine. Binos
„ Dominus Iesus mittit ad evangelizandum, sed
„ non omnium praedicationi convenit evange-
„ lium. Divisiones gratiarum sunt, idem vero I Cor. 12, 4, 6.
„ spiritus, qui operatur | omnia in omnibus. f. 60v
„ Paulus praedicat, Apollo rigat; unusquisque, I Cor. 3, 6.
„ sicut Dominus dividit. Te Dominus implevit Eccli. 15, 5.
„ spiritu sapientiae et intellectus, verba sua in Num. 23, 5.
„ ore tuo posuit, ut scias et intellegas quae loqua-
„ tur in te Spiritus sanctus. Te quasi fortem
„ athletam condecet gladio spiritus bella Domini
„ committendo antiquum hostem debellare,
„ triumphare de mundo, fidem servare Christo.
„ Tu igitur vade, quocumque te duxerit dominus
„ Iesus Christus, qui tibi sit hic et ubique propitius.

3. — [1] eam *ante corr.* — [2] Aurelianam *corr.*

„ Omnium

VITA AUCTORE WALERAMNO

„ Omnium dispositor benignus est dominus; fiat
„ voluntas sua in omnibus. Hic secundum men-
II Cor. 10, 13. „ suram quam mihi mensus est, supra Ligerim
Psalm. 131, 14. „ praeparabo locum habitationis meae. Haec requies
„ mea in saeculum saeculi; hic habitabo, quo-
„ niam elegi eam. „ Et osculantes se mutuo divisi
sunt ab alterutro. Lifardus vero, ubi nunc requiescit,
petiit Madunum; sanctus autem Leonardus versus
Equitaniam convertit iter suum. Transiens autem per
Bituricas velut praefulgora nubes verbis pluit,
miraculis coruscat, audientium corda irrigat, Dei
agri culturam fecundat. Et sicut ait psalmista :
Psalm. 76, 19. *Vox tonitrui tui in rota,* ubique per sanctum
Leonardum evangelicae praedicationis tuba into-
nat, ubique verbi Dei coruscationes emicant, com-
movetur et contremiscit terra, quia infideles
pagani per sanctum Leonardum intellegunt quo-
Psalm. 17, 8. niam Deus iratus est eis. Erat in illis partibus
adhuc rudis christianitas et obdurata in suo
errore gentilitas, adorare facturam pro factore,
Ier. 2, 27. dicere lapidi : " Deus meus es tu „, et ligno : " Tu
„ me genuisti. „ Sed intonante Spiritu sancto per
Psalm. 95, 5. os sancti Leonardi : " Omnes dii gentium daemo-
Psalm. 28, 5. „ nia, Dominus autem caelos fecit „, vox Domini
confringit cedros errorum gentilitatis crucisque
f. 61 vexilla ubique radiant in | signum nostrae redem-
Ioh. 12, 32. ptionis. Exaltatus in cruce a terra Christus per
sanctum Leonardum omnia trahit ad se; sub-
versis fanis et simulacris, hostis antiquus patitur
ruinam magnam. Erat sanctus Leonardus firmis-
Iac. 1, 6. simus in fide, nihil prorsus haesitans in corde. Ex
Ioh. 14, 12. integritate fidei opera quae Dominus Iesus opera-
Luc. 10, 19. tus est et ipse fecit, calcare super scorpiones et
omnia genera daemoniorum, malignos spiritus de
obsessis corporibus eicere, surdis auditum, caecis
visum, claudis reddere gressum, universis ad se venien-
tibus suum reddebat votum, desperatis spem
bonam, maestis laetitiam, infirmantibus sanita-
tem; nulli nocere, omnibus paratus erat pro-
desse [1].

Cetera desunt.

---

f. 62

Incipiunt [1] miracula sancti Leonhardi [2] egregii confessoris Christi.

C

1. In provincia duo milites praepotentes (1)
inveterato diutissime inter se grassabantur odio
adeo ut rapina, caede, incendio (2) universam in
solitudinem redigerent patriam nec aliquis nisi ex
alterutrius ruina finem tanto malo imponere pos-
set. Saepe uni, saepe fortuna favebat alteri; nunc
ex hac nunc ex illa parte bellica vicissitudine
quam plures fugati, prostrati, captivati et in vincula
sunt coniecti. Dumque modo cum triumpho felices
et ovantes de proelio redeunt, subito adversis
bellandi successibus maerore contabescunt. Tan-
dem alter captivatus incarceratus est, alter vero
valde de victoria exhilaratus, de captivo nimium
fuit sollicitus, quem ad modum ita custodiretur,
ne aliquo ingenio vel praesidio elaberetur. Itaque
adversarium in profundissimum coniciens carce- D
rem insuper scrobem in altum fecit effodi, crura
eius solido ferro gravissimo et bicubitali inhu-
mane artari et os fossae diligentissime muniri,
circumspectissimis militum excubiis carcerem
circumvallari nec aliquid quod prava voluntas
suggerebat intermitti. Captivus vero velut de ba-
ratro quodam vociferando, eiulando, lacrimando
sanctum Leonardum semper in ore, semper habe-
bat in corde : " Sancte Leonarde, adiuva, exaudi,
„ fer opem, eripe me. Christi ego et tuus sum
„ miles (3); me tibi prae omnibus devovi; tu
„ devotissimum tibi clientem amissae restituas
„ libertati. En ego sub tua custodia quasi vivus
„ sepultus sum; praevaluerunt insidiantes mihi, Iob 30, 13.
„ concluserunt me quasi vectes inferni. Laetantur Ion. 2, 7.
„ et exsultant inimici mei : " Euge, euge animae Psalm. 34, 25.
„ nostrae; euge, euge, viderunt oculi nostri; euge,
„ euge, devorabimus eum (4). „ Oculi mei | et f. 62v
„ cor meum ad te semper, beatissime pater Leo-
„ narde. Tu spes mea et protectio ab initio; tu
„ famulum tuum ab homine malo eripe et ne Psalm. 139, 2.
„ diutius in hoc loco tormentorum multimodis E
„ deficiam miseriis, consuetae impendas mihi
„ solacium pietatis. „ Huiusmodi eiulationibus
cum totum ubique reboaret oppidum, universi
ad eius compassionem commoti sunt, uxor, liberi,
clientes, milites, ac praecipue muliebris sexus
prae insolita ingenui militis pressura suspiran-
tium et pectora percutientium; videlicet inhuma-
nissimum esse insignem virum servilibus modis
cruciari; tam immane pondus ferri humanam
fragilitatem sustinere non posse; ipsa crurum
distensione iam penitus annihilatum et iam, nisi
subveniatur, nihil aliud restare nisi ut vir claris-
simus ad communem omnium confusionem et
periculum quantocius exspiraret; Deum iustum
esse iudicem, omnibus adiutorem in opportunita- Psalm. 9, 10.
tibus, in tribulatione; credibile esse quatinus super
oppidum et habitatores eius ira Dei veniat,
sanctusque Leonardus, prout omnibus se invo- Psalm. 144, 18.
cantibus prope est, huiusmodi crudelitatem nul-
latenus impunitam dimittat. His et huiusmodi
ammonitionibus cum universi pro captivo fre-
quentissime agerent, tunc dominus ille inhuma-
nissimus : " Mecum „, inquit, " sit iste labor, ut
„ nec de vinculis exeat, nec sanctum Leonardum F
„ invocando nos diutius inquietet. „ Quadam
nocte cum captivus ille terribilibus modis san-
ctum Leonardum invocando eiularet, ipse albis
ac muliebribus indutus vestibus venit ad ostium,
quod in pariete supereminebat, et prae foribus
intus aspiciens, cum captivus sine intermissione
magnis suspiriis sanctum Leonardum invocaret :
" Leonardus „, inquit, " ego sum; quod rogas,
„ | feci; pro te liberando veni. Paratus sum te f. 63
„ adiuvare; tu te ipsum, quantum potes, adiuva.
„ Huc pedibus, huc quantum vales enitere mani-
„ bus. Ego viam paravi, ego ostium aperui, ego
„ evadendi tempus opportunum praevidi. Vigiles
„ dormiunt, omnes vino somnoque sepulti sile- VERG. Aen. 2, 265.

Vita. 4. — [1] *Adiecit alia manus saec. XII :* Explicit vita sancti Leonhardi confessoris Christi. Incipiunt miracula ipsius. Verte folium. *Vacat reapse reliqua pars fol. 61 et fol. 61v.*

Miracula. — [1] *lemma additum saec. XIV.* — [2] *ita in solo lemmate.*

(1) Idem miraculum non eodem modo narratum vid. in libro II miraculorum, c. VI (supra, p. 170-72); cf. Comm. praev., num. 8 (supra, p. 142 BC). In eo autem conscribendo videtur Waleramnus aliquando imitatus esse c. I et II eiusdem libri II. — (2) Cf. lib. II miraculorum, c. I, § 2 : *Hic saepissime praeda incendio atque caede;* c. II, § 11 : *rapinae, incendia, caedes.* — (3) Cf. c. I, § 3 : *Inter haec omnia de corde et ore Richardi numquam sanctus Leonardus abfuit : " Sancte Leonarde, sancte Leonarde, ora pro me; adiuva me, succurre, fer opem. Christi ego et tuus sum miles... „* — (4) Cf. c. II, § 7 : *Erubescant impii pagani, nec dicant : " Euge, euge animae nostrae „, nec dicant : " Devoravimus eum. „*

„ scunt;

A „ scunt; ad me festina quantocius; nihil hac hora
„ securius. Ego incolumem sine periculo educam;
„ ego quicquid erit necessarium pro voluntate
„ tua disponam, ut et securus ad propria redeas
„ et deinde cum tuis pacifice vivas. „ O fraus pessima,
o malitia semper caeca! Sic enim tyrannus
ille secum deliberaverat: “ Sive hostis meus ad
„ me surrepere poterit, sive in imo carceris
„ remanserit, dubitabile penitus non est quia
„ amodo a sancti Leonardi imploratione omnino
„ conquiescat, quoniam egressum rursus in ima
„ carceris praecipitabo. Sin autem ad vocem
„ iubentis egredi non potuerit, nulla erit captivo
„ dubietas, quin eum Leonardus omnino non
„ possit liberare, quem de imo carceris ad ostium
„ non possit sublevare, sicque vel isto vel illo
„ modo frustratus deinceps nullo modo Leonardum
invocando nobis erit importunus. Quis
„ enim in eo spem ponat vel invocet, quem non
„ voti adiutorem sed gravissimi casus habuerit
„ impulsorem? quis in eo confidat de maioribus,
„ quem inefficacem probaverit in minoribus, ut
B „ quem de profundo carceris non poterit eripere,
„ illius ferreas compedes solvere et per excubias
„ vigilum educere propriisque laribus possit
Prov. 26, 27. „ incolumem restituere? „ Qui fodit foveam, incidit
Psalm. 34, 8. dit in eam et captio quam abscondit apprehendit
malignum. Versipellis ille captivum praecipitare
moliebatur, sed ipse mirabiliter praecipitatus est.
f. 63v | Praecipitio captivi sancti Leonardi nomen
auferre voluit, sed suo praecipitio mirifice magnificavit.
Denique subito quasi tempestas orta est
totusque carcer crebris resplenduit coruscationibus;
postremo turbo vehementissimus captivum
de imo carceris ad eminens sublevat ostium. Tunc
hostem in candida aspiciens veste, sicut sanctus
Leonardus solet apparere, eiusque provolutus
genibus: “ Bene „, inquit, “ venisti; bene venisti,
„ pater sancte, commune miserorum refugium,
„ captivatis solacium, spes certa te praestolantium.
Psalm. 85, 17. „ tium. Fac mecum signum in bono, ut videant
Psalm. 39, 2, 3. „ qui me oderunt et confundantur. Exspectans te
„ exspectavi; tu vero, ut apparet, meis intendisti
„ miseriis. Quapropter festina ut educas me de
Ion. 2, 6, 7. „ lacu miseriae et de luto faecis, quoniam abissus
vallavit me et quasi vectes inferni concludunt.
„ serunt. „ Tunc hostis ille nimio stupore attoni-
C tus intra se meditabatur, quid ageret, quid
responderet, quoniam pro periculo mortis coram
hoste assumptam personam profiteri non ausus
est, rursusque pro simulatione similiter res ipsa
mortem intentabat. Tandem divinitus toto submissus
dorso: “ Ascende „, inquit, “ fili, ascende;
„ festinemus hinc evadere. „ Interea dum captivus
ille ascensum moliretur, penitus compede
dissolutus: “ Quid „, inquit[1], “ erit, quoniam
„ compes de cruribus cecidit? „ “ Arripe „, ait
subvector, “ et mihi porrige, quoniam meum est
Psalm. 67, 36. „ utrumque hinc deferre. „ Mirabilis Deus in
sanctis suis; mirandis magis miranda succedunt.
A loco ubi haec facta sunt usque ad ecclesiam
sancti Leonardi equitantibus quatuor dietae sunt
et amplius, et tamen subvector ille utroque oneratus,
homine ac ferro gravissimo, in ipso crepusculo
haud procul aberat de ecclesia sancti Leo-
f. 64 nardi. Tunc subvector sancti | Leonardi basilicam
intuens: “ Quaenam „, inquit, “ est haec rerum
„ mutatio? quod illud aedificium? „ Ascensor
autem, qui ante ad Sanctum Leonardum causa
orationis peregre profectus omnia noverat: “ Hoc
est „, ait, “ Nobiliacum, olim heremus et coeno- MIRACULA AUCTORE WALERAMNO
„ bium nobilium hominum sub regimine sancti
„ Leonardi commorantium. En turris illa nobilis
„ Nobiliacensis basilicae, quae instar piramidis
„ altissime producta longe ac late supereminet.
„ Non hoc humanum opus, sed divinum est miraculum
meritis et intercessione sanctissimi Leo-
„ nardi perpetratum. Dextera Domini fecit virtu- Psalm. 117, 16.
„ tem, dextera Domini exaltavit nos, me de
„ carcere, utrumque in hac ammirabili subve-
„ ctione, quae non carnalis sed penitus approba-
„ tur spiritalis, ubi velut in momento tam remote
„ distantium locorum facta est permutatio, nunc
„ in Provincia, nunc in Nobiliaco. Sit nomen Psalm. 112, 2.
„ Domini benedictum ex hoc nunc et usque in
„ saeculum. Benedictus venerabilis patronus
„ noster sanctus Leonardus, nec umquam defi-
„ ciat laus eius de ore nostro. Sancto Leonardo
„ mediante, castigans castigavit nos Dominus, Psalm. 117, 18.
„ sed morti non tradidit nos, me incarcerando,
„ te importabile onus absque laesione subve-
„ ctando, quodque humanis viribus omnino est
„ impossibile, velut ulnis piissimi patris factum
„ est possibile. „ Tunc, onere deposito, ex inve- E
terato et genuino odio facti sunt amicissimi, viam
ad ecclesiam sancti Leonardi carpentes et amice
inter se confabulantes, gravemque compedem
vicissim deferentes. Ille etiam, qui vim intulerat,
alteri equum quadraginta librarum paciscitur, ea
videlicet condicione ut incarcerationis et subvectationis
illius opprobrium conticesceret et tantummodo
viae suae comitem assereret. Itaque
captivus pretio | illectus sancti Leonardi bene- f. 64v
ficiis ingratus efficitur, ante altare mirifici sancti
omnium ammiratione liberationem praedicat,
subvectationem omnino reticet. Sed inter discedendum
in se reversus: “ Quid „, inquit, “ fecisti?
„ cur malum pro bono reddis? Sanctus Leonar-
„ dus de tenebris ad lucem te vocavit, et tu mira-
„ bilia eius obfuscari patieris? Te ipsum perdi-
„ deras, te ipsum tibi reddidit, et tu ipsi lucrum
„ praeferre poteris? Mirabili subvectore mirandi
„ sancti Leonardi beneficiis de carcere huc usque
„ usus es, et nunc amisso illius praesidio in illo
„ equo, quo ibis a spiritu eius et quo a facie Psalm. 138, 7.
„ ipsius fugies? „ Igitur ante sepulcrum rever-
sus sancti Leonardi se ipsum accusat, sanctum F
Dei praedicat, quod conticuerat omnibus exponit,
veniam poscit. Fit iterum conventus cleri et
plebis, omnes ammirantur, laudant Deum, praedicant
sanctum atque in perpetuam huius signi
memoriam ante sepulchrum mirifici sancti
suspendunt compedem ipsam. Huius signi testes
adhuc sunt ipsi milites; testatur et tota Provincia,
testantur, inquam, et clerici et clientes
sancti Leonardi, a quibus praesens totam rem
penitus diligentissime sciscitatus sum; qui utrique
militi et corporis necessaria impenderunt,
et honorifice ministraverunt. Quapropter tandem
impudentes silescant haeretici, qui fronte corrugata
magnalibus Dei detrahentes nec Enoch nec
Heliam ad caelos gravi corpore ascendisse, nec
dominum Iesum credunt in voce tubae et ad Psalm. 46, 6.
dexteram Patris assumptum esse.

Aliud miraculum.

2. Sicut ait apostolus, diligentibus Deum omnia Mirac. II, I, 1.
cooperantur in bonum, et qui nihil mali sed omnia bona
fecit, ad | boni exitum cuncta reducit. Erat in illo Iero- f. 65
solimitano exercitu Richardus quidam genere nobilis, Ibid. 2.

1. — [1] infit *ante corr.*

natione

MIRACULA AUCTORE WALERAMNO

Mirac. II, i, 2. natione Normannus, armorum exercitiis praeclarus, consilio circumspectus, hostibus formidolosus, suis acceptissimus. Hic continuis bellorum congressibus frequenter gloriose de Turcis et de militia Constantinopolitani imperatoris triumphaverat, fuga, praeda, incendio, strage, captivatione. Igitur sicut est humana fragilitas, coepit tandem non de Dei bonitate, sed de sua gloriari virtute, oblitusque quo-
Gal. 6, 3. niam qui se existimat aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit, humana laude intumescit. Quapropter tandem ipsi divina providentia manifestavit quia non salvatur rex per multam virtutem, nec gigas in multitudine virtutis suae. Quadam die congressus cum hostibus, de caelo defuit auxilium. Turci ferociores solito incumbunt; nostri cedunt. Extolluntur voces in excelsum : " Mahumet vincit, Christus
Mirac. II, ii, 4. „ vincitur. „ Horribilibus insonant flagellis, vibrant sibilos, barbarico more stridunt, garriunt. Sagittarum grandine caelum obtexitur, solis radii obtenebrantur, ante et retro et ex lateribus Turcorum versutia Francorum circumdant acies. Nihil virtute, sed fortuita omnia fiunt temeritate. Laetissimum illa dies Turcis praebuit spectaculum,
B videlicet invictissima Francorum agmina ea die
Mirac. II, i, 2. vinci, fugari, caedi, obtruncari, captivari. Interea Richardus inter reliquos captivatus trahitur, illuditur. Isti mortem, illi incarcerationis intentant crudelitatem. Circumvallant eum tot immanes tortores, quot inter barbaros se arbitrabantur vel cognatorum
Cf. supra, p. 176 D. vel amicorum ultores. " Euge, euge „, inquiunt, " animae nostrae. Euge, euge, viderunt oculi
f. 65ʳ „ nostri. Ecce in | manibus nostris est; deglu-
Prov. 1, 12. „ tiamus eum tamquam inferus vivum. Aufera-
Mirac. II, i, 3. „ mus memoriam eius de terra. „ Interea de corde et ore Richardi sanctus Leonardus numquam defuit : " Sancte Leonarde, me tibi devovi, me „ tibi mancipavi. Adiuva, succurre, fer opem, sicut
Psalm. 9, 10. „ omnibus in oportunitatibus, in tribulatione „ promptissimum te exhibes adiutorem. „ Vere,
Mirac. II, i, 2. sicut scriptum est, iustus ut leo confidit et in
Psalm. 17, 3. se confidentes Dominus protegit, firmamentum et refugium et liberator eorum. Tremunt barbari,
Psalm. 2, 4. dentibus in Richardum strident. Sed qui habitat in caelis, irridet eos, et Dominus subsannat illos.
Psalm. 63, 4, 5, 8, 9. Intendunt arcus, ut sagittent immaculatum; sed sagittae infantium factae sunt sagittae eorum, et infirmatae sunt contra eum linguae eorum.
C Coeunt in coetum de barbaris sanioris consilii; deliberant quidnam de captivo sit agendum, utrumne cruentus hostis et immanis belua exquisitis perdatur suppliciis, an potius ad multorum de suis liberationem servetur coniectus in vinculis. Praevalet tandem communis utilitas, videlicet tanti principis supplicio christianos ad vindictam irritari, et, sicut est humanarum rerum mutatio, bellica vicissitudine eandem crudelitatis sententiam in semet ipsos et suos posse retorqueri.
Mirac. II, i, 3. Itaque Richardo in vinculis coniecto, continuo fama velox malum Constantinopolitani imperatoris allabitur auribus, Richardum ductorem christia-
Mirac. II, i, 2. norum, communem patriae hostem, praeda incendio caede in se ac suos grassantem, a Turcis
Mirac. II, i, 3. captivatum; omni circumspectionis studio praecavendum, ne hostis ad omnium subversionem Graeciam advectus aliquo elabatur ingenio; Normannos studio dominandi communes omnium hostes esse; sub specie pro christianitate pugnandi
f. 66 | ad Graecorum aspirare imperium. Igitur versutus imperator, cui omnis virtus suspecta est et odiosa, D
celerem ad Turcos mittit legationem; multa donat, plurima pollicetur, pecuniam, ornamenta, victualia [1], praesidia. Denique nullatenus ab incepto desistit, donec Richardus in suam traditur potestatem altissimaque turri et munitissima diligentissismisque [2] vigilum excubiis circumvallata includitur, donec deliberatione illorum, quos Richardus irritaverat, factis suis dignum subiret supplicium. Detestabile maligni imperatoris consilium Richardo notificatum est, atque in lamentabiles prorumpens querelationes: " Quid „, inquit, " feci? quid commerui? Christi „, inquit, " et sancti Leonardi miles sum; christianos veni „ defensare [3], pro Christo animam ponere, sancti „ sepulcri iter parare. Quae est ergo haec cru„ delitas, quae immanitas, christianum impera„ torem Christum in suis membris persequi, „ sanguinem innocentem sitire, Christi militiae „ addictum ad supplicium emere? Hoc Deum „ misereat; hoc, sancte Leonarde, aspicias et crude„ lem beluam potenti signorum virtute compe„ scas. Sancte Leonarde, clientem tuum adiuva, „ praeveni malignantium consilia, irruentibus in „ me obsiste virtutis tuae dextera. Ecce appro- Psalm. 26, 2.
„ piant super me nocentes, ut edant carnes meas, „ et nisi quia Dominus est in nobis, forsitan iam Psalm.
„ vivum absorbuissent. Libera me, sanctissime 123, 2-4.
„ Leonarde, de ore leonis et de hoc mortis car- Psalm. 21, 22.
„ cere Christi me restituas militiae. „ Igitur sanctus Leonardus, sicut totus misericordiae affluit visceribus, captivo apparens pusillanimem confortat, ne trepidet, ne desperet : plus Christi bonitatem quam imperatoris posse crudelita-
tem. | Deinde imperatoris ingressus cubiculum veste f. 66ᵛ
candida, vultu angelico, oculis stellantibus (1), dum Mirac. II, i, 4.
ille de insolita attonitus esset visione, " Noli „, inquit, " Richardum perdere, sed liberum dimitte. „ Meus enim et Christi est miles, nec tibi nocere, „ sed pro Christo venit animam ponere. Sin autem „ Christi militem perdideris, scias maximum tibi „ ac tuo imperio instare periculum. „ Hac visione imperator perterritus, nec hominem ad supplicium tradere ausus est, nec prae inveterato et genuino in Normannos odio potuit liberum dimittere. Sed postquam secundo ac tertio eadem visio eandem minabatur damnationem, Richardum de carcere produci iubet; cui etiam inquit : " Pro multimoda Normanno- F
„ rum in gentem nostram grassatione gravissimum de „ te sumendum esset supplicium; sed imperatoriae „ providentiae crebro beneficiis, raro autem con„ tendendum est suppliciis. Multos ex meis „ offendo, si te impunitum dimisero. Sed malo ex „ misericordia iudicari quam ex crudelitate dam„ nari, Deoque potius quam meis placere civibus. „ Gratias itaque Deo et sancto referas Leonardo, „ quemadmodum [4] pro tua mecum egit liberatione. „ Igitur Richardus compede solutus liber abire permittitur, imperatoria liberalitate donatus auro, argento, vestibus praeclaris, equis, mulis, phaleris. Ipse etiam imperator cum suis profectus militibus per hostium insidias hominem suis restituit incolumem finibus.

3. Eodem tempore cum Boimundus continuis bello- Mirac. II, ii, 1.
rum successibus prosperaretur, prosperitas securitatem, securitas peperit incuriam, videlicet nihil praevidere, nihil formidare, | nihil circumspecte agere. Erat non f. 67
longe a munitionibus Boimundi gentilis quidam versipellis adeo assiduis christianorum artatus assulti-

2. — [1] victulia *ante corr.* — [2] diligentissimaque *cod.* — [3] defendare *ante corr.* — [4] quō admodum *cod. man. pr.*

(1) Vid. Mirac. II, ii, 14 : *oculis stellantibus* (cf. etiam supra, p. 173 D et infra cap. 3, p. 182 A).

bus

MIRACULA AUCTORE WALERAMNO

A bus, ut nec victualia quaerere nec omnino castrum suum posset egredi. Tandem cum omnino viribus diffideret, coepit Boimundum et nostros ingenitis versare dolis : esse omnino inscitiam adversus stimulum calcitrare[1], veritati obluctando deficere nec aliquando rebus suis afflictis consulere; veritatem luce clarius apparere; praeter Dominum Iesum non esse salutem in alio aliquo; hoc prophetarum scripta, hoc christianorum protestari bella, ubi unus mille et paucissimi persequerentur multa milia, christianisque semper fere de caelo veniret victoria; se a multo tempore Christi lavacrum exoptasse, christianis associari Christoque per omnia incorporari. " Adorabunt eum, inquit, omnes reges terrae, et cur „ non ego? Omnes gentes servient ei, et cur non mei? „ De nostra ad Christum conversione nulla prorsus „ dubitatio est; nunc autem vestrum est providere „ ut ad Christum conversus secure vobiscum „ possim vivere. Est hic iuxta nos Danismannus „ Turcorum praepotens, nobis in omnibus „ nostris necessitatibus adiutor promptissimus. Iste, „ quam cito ad christiani nominis professionem „ fecero diffugium, ex amico inimicissimus et ex B „ defensore impugnator erit acerrimus. Quapro- „ pter si nostro vobis uti libeat consilio, hic prius „ vobis repentinis subiugandus est assultibus; „ quod eo facilius vobis poterit contingere, quia pro- „ fecto ex insperato una vobiscum nostri exercitus „ opprimetur virtute. „ His et huiusmodi versuti illius fucatis sermonibus Boimundus tandem
f. 67v | credidit ac firmissima fidei interpositione confoederati diem et locum condicunt, quando uterque ad opprimendum Danismannum suam conduce-
Mirac. II, II, 2. ret multitudinem. Sunt inter istius et Danismanni munitionem abrupta quaedam et concava montium, nulli omnino ex lateribus pervia. Quae loca cum Boimundus cum suo exercitu esset ingressus, Danismannus, sicut qui universa per versipellem illum fuerat edoctus, cum magna et expedita occurrit multitudine, retro proditor ille suas infert turmas. Tunc Boimundus, vir sapiens et ad bella circumspectissimus, huiusmodi oratione suorum accendens animos: " Videtis „, inquit, " quale vobis
Psalm. 93, 22. „ immineat bellum; sed Dominus nobis erit in „ refugium. Ipsius bellamus bella; de ipso nobis „ debetur victoria. Pauci quidem sumus numero, „ sed angelico muniti praesidio. Christi est pugna;
Mirac. II, II, 3. „ ipse erit salus nostra. Veniet nobis in adiutorium „ cum multitudine angelorum Michael, qui ab initio „ cum dracone bella committere et victoriam „ solitus est facere. Diutissime princeps Persarum „ nostris bellis et Michaelis obstat precibus; sed
Rom. 8, 34. „ tandem non praevalebit, quia a dextris est Patris „ summi qui sine intermissione interpellat pro
Ioh. 12, 32. „ nobis, qui exaltatus omnia traxit ad se fortem-
Matth. 12, 29. „ que adversarium alligavit in cruce. Si autem „ princeps ille Persarum etiam in hoc bello permissus „ est Michaelis preces et nostram impedire victo- „ riam, felices tamen erimus, quoniam sive vive- „ mus Domino vivemus, sive moriemur Domino „ moriemur, eritque absorpta mors in victoria, cum „ per mortem aeternae beatitudinis donabimur „ vita. „ Sic suos hortatus, ipse prout erat anceps malum suas disponit legiones; deinde electorum
f. 68 militum assumpta diligentis|sima cohorte, nihil
Mirac. II, II, 4. quod faciendum esset intermittit, saepe hostes incursare, saepe suos in fugam versos revocare, confortare pavitantes, pro sauciis restituere inte-
Mirac. II, II, 2. gros. Persis, ut aiunt, longe alia quam nostris est bellandi consuetudo. Nostri legiones disponunt, acies densant, signa sequuntur, ordine procedunt; primo lanceis, deinde gladiis comminus bella committunt. At contra Persae non in coetum coeunt, sed dissolvunt; nec manus conserere, sed ventis bella solent committere; telorum grandine improvidos opprimunt, deinde versis habenis in omnes partes diffugiendo sequentes deludunt; tunc ex omni parte sagittando maxime inter fugiendum nocent. Hoc bellandi conflictu Persae cum nostris congressi parvam multitudinem innumeris circumdant agminibus. Concentus tubarum, collisio armorum, equorum fremitus, bellatorum vociferatio se invicem adhortantium et praecipue barbarorum sibili ad caelum resonant. Corruunt hinc et inde equites, equi, arma, tela. Bellica vicissitudine nunc hos nunc illos fortuna exhilarat, contristat atque conturbat. Ubicumque nostris permittitur Mirac. II, II, 4.
manus conserere et comminus bellum gerere, ibi vero laetissimum spectaculum, videlicet a dextris et a sinistris hostem gladiis metere, Turcorum acervos calcare, terram late hostili sanguine manare. Sed quid unus in mille? Quid pauci in tot milibus? Quam pluribus occisis, sicut nociva hydrae serpentis capita per E sua damna perniciosae segetis succrescunt plantaria, acuunt tamquam serpentes linguas suas, horridos vibrant sibilos, terribilibus insonant flagellis. Voce praeconia datur signum; Persae ubique palantes redeunt | ad bellum. Sagittarum grandine sol f. 68v
obscuratur, caelum obnubilatur, nec iam ab omni parte imminens bellum a parva multitudine vel propulsari vel poterat caveri. Iam fere penitus tota illa multitudo vel ad terram est prostrata vel ab hostibus captivata, cum interim Boimundus, deditione facta in Danismanni potestatem, cum maximo tripudio universam Turcorum exhilaravit multitudinem. Est eidem Danismanno castrum tam natura quam artificio inexpugnabile, ex omni parte nisi per unam artissimam viam inacessibile. Illuc Boimundus inclusus ferrea compede artatur, fidelissima trecentorum vigilum custodia tam extra quam intra circumvallatur. Praeterea sacramento certificat hostem, quatinus, etiamsi Mirac. II, II, 9.
posset, nullo ingenio nisi ex Danismanni permissione de sua exiret captivitate sive per Deum suum, sive per aliquem sanctum, vel per amicorum praesidium. Hac enim condicione Boimundus misericordi ac libera habitus est custodia, suique amici admittebantur visitandi gratia. Boi- F mundo itaque captivato, universa christianorum Mirac. II, II, 5.
res visa est cecidisse, nec iam aliud restare nisi aut certissima morte occumberent, aut celeri[2] fuga quique ad suam gentem remearent. Sed loco Boimundi surrexit Tancredus, vir acer ingenio, providus consilio, strenuus bello, honor patriae, totius christianae decus militiae. Hic Boimundi ex sorore nepos Turcorum praevenit consilia, subvertit machinamenta, conventus dissipat, munitiones expugnat, exaltat cives, humiliat hostes, sicut catulus leonis, sic Tancredus ad nullius hostis pavitat occursus. Grassatur | caede, triumphat f. 69
ubique. In omnibus bellis Turcorum impetus propulsat finesque christianorum longe lateque in hostilem patriam dilatat. Multa enim pro avunculi liberatione molitur, bellis, assultibus, donis, promissis. Sed cum pro difficultate loci et Danismanni circumspectione omnibus frustraretur inceptis, unum restare videbatur, orationibus pro eo certare et ad divina sanctorumque praesidia ac praecipue ad promptissimum sancti Leonardi adiutorium confugere; hunc super captivatos

3. — [1] *cod.* calces. — [2] *cod.* sceleri.

MIRACULA AUCTORE WALERAMNO Mirac. II, II, 6. penitus misericordiae visceribus redundare, ad huius tactum sicut ceram a facie ignis, sic omnem soliditatem ferri molliri (1), vincula solvi, solutos per circumspectissimas vigilum excubias liberos discedere nec ab aliquo impediri posse. Igitur cum ipse Boimundus, tunc Tancredus omnesque clientes ac familiares orationibus instare, sanctum Leonardum in pectore atque ore semper habere, munera sua, iter suum, denique semet ipsos sancto Leonardo devovere, nihil prorsus intermittere quod ad Boimundi liberationem credebant prodesse. Missa etiam celeri Nobiliacum legatione, apud fratres omni devotionis et benignitatis studio efficiunt, quatinus ipsi cotidie pro eo orarent, adeo ut omni sexta feria ante sepulcrum mirifici sancti nudis pedibus venirent et in terram prostrati huiusmodi oratione pro Boimundi ereptione toto cordis affectu agerent : " O sancte Leonarde, sidus „ aureum, servorum suscipe gemitus et nostris pre„ cibus intende. Boimundo captivato omnis chri„ stianorum spes cecidit, virtus elanguit, cor „ contremiscit, exsultant gentiles, blasphemant f. 69v „ Deum, | christianitatem suggillant, christianae Iudith 7, 21. „ simplicitati exprobrant. " Ubi est „, inquiunt, „ " Deus eorum ? Cecidisti tandem, cecidisti, Isai. 14, 11. „ Boimunde, et in profunda carceris detracta est Deut. 32, 27. „ superbia tua. Profecto manus nostra excelsa „ magnusque Mahumet, et non deus eorum fecit Deut. 32, 38. „ haec omnia. Surgat tandem et opituletur Boi„ mundo et in necessitate eum protegat. „ San- Rom. 15, 3. „ ctissime pater Leonarde, haec improperia „ improperantium Deo super te cadunt. Tibi a Psalm. 145, 7, 8. „ Domino ab initio tradita est potestas solvendi „ compeditos atque incarceratos, elisos erigere, „ vinctos de imo carceris educere. Tu igitur de Cf. supra p. 173 B. „ Boimundo age quod agis, operare quod ubique „ operaris, ut perfidi gentiles videant et confun„ dantur, quoniam non est Deus noster ut Mahu„ met eorum, et quamvis inimici fiant iudices et „ veri testes gloriae Christi. „ O ineffabilis potentia orationis! Nobiliacenses fratres petunt in Equitania, et orationis effectus Richardo et Boimundo datur in Siria. Nobiliacenses quaerunt Lemovice et Boimundus invenit in Turcorum remotissima regione. Isti pulsant ante sancti Leonardi altare, caelumque Boimundo et Richardo aperitur in sua C captivitate, veniensque de caelo sanctus Leonardus : " Richarde „, inquit, " tu de imperatoris cap„ tivitate solutus Boimundum quantocius adire „ festina suaeque in brevi per me liberationis „ desiderantissima [a] defer nuntia „. Imperio sancti Leonardi cupidissime acquiescit Richardus et quasi visitandi gratia admissus ruit in amplexus, cognatum deosculatur, consolatur desperatum, laetificat maestum. Flent ambo prae gaudio, fluunt lacrimarum rivuli, nec iam prae exsultatione ipsa mutuae consolationis verba queunt efferre. Refert Richardus nuntius desiderantissif. 70 mus mirifica | sancti Leonardi beneficia, qualiter II Tim. 4, 17. eum de ore leonis et de potestate eripuerit mali Thren. 3, 25. gni imperatoris. " Sperantibus „, inquit, " in se „ bonus est Dominus, bonus est sanctus Leonar„ dus. Ipse me liberavit et te profecto in brevi „ liberabit. Hoc in me operatus, hoc in te opera„ turum ipse mihi est protestatus. Aspice quid „ mihi fecerit et certissimus esto quoniam ean- Gen. 19, 19. „ dem misericordiam tecum magnificabit. Huius „ rei nuntius ad te venio; ista ex parte Dei per „ sanctum Leonardum Christi militiae gaudia D „ defero. „ Tunc Boimundus vir sapientissimus : " Benedictus „, inquit, " Deus patrum nostrorum, Mirac. II, II, 7. „ quia visitabit et faciet redemptionem plebis suae, „ ut sine timore liberati serviamus illi. Benedictus „ clementissimus pater noster sanctus Leonardus, „ cuius benignitate te vident oculi mei honorem „ patriae, spem Christi militiae, salutem ex ini„ micis nostris, omnino desiderabilem nobis, qui Psalm. 106, 10. „ sedemus in tenebris. Quid retribuemus Domino, Psalm. 115, 12. „ quid retribuemus sancto Leonardo prae omni„ bus quae retribuit nobis, te liberando, me in „ tua liberatione laetificando? Plus tibi quam „ mihimet timui ; plus de tua quam de propria „ congratulor ereptione. Liberatus es de ore II Tim. 4, 17. „ leonis, de manu vesani imperatoris, a palatinis „ rugientibus ut devorarent carnes tuas. „ Deinde Psalm. 26, 2. sternitur ipsi Boimundo, discumbunt in circuitu electi Mirac. II, II, 8. heroes, Richardus et qui cum eo captivum visitandi gratia convenerant. Fit sermo de Christi militia et de ipsius mirabilibus, videlicet quanta Deus in servis suis operatus sit, quam mirifice fere in omnibus bellis milites suos triumphaverit. " Ecce „, inquiunt, " appropinquante mundi termino, sur- Luc. 21, 10. „ git gens contra gentem et regnum adversus „ regnum, occidens contra orientem, Europa con„ tra Asiam, boni angeli cum malis, | Christus f. 70v „ cum antiquo dracone. Gratias Deo, Michael in „ caelo victor exsistit, hostis antiquus corruit, „ salvator caput draconis conterit. Exsultant Gen. 3, 15. „ angeli et archangeli, omnes tribus et linguae „ gratulantur de victoria Christi, quia nunc facta Apoc. 12, 10. „ est salus et virtus et potestas Christi eius, erit- I Cor. 15, 28. „ que tandem nobis Christus omnia in omnibus. „ En lapis ille abscisus de monte sine manibus conci„ dentium, id est Christus de virgine natus absque „ commixtione complectentium ; hic, inquam, „ lapis modo super statuam illam multiformem Nabo„ godonosor corruit eiusque diversos artus quasi „ in favillam redigit, caput aureum, pectus argen„ teum, ventrem aereum, crura ferrea, quoniam „ Arabes aureos, Persas argenteos, testeos Aegy„ ptios totumque hoc genus quasi vas figuli Psalm. 2, 9. „ Dominus confregit Christique militia quasi „ turbo irruens in virtute Dei malignantium „ coetus dispersit, praecipitavit et tamquam Psalm. 1, 4. „ pulverem a facie terrae proiecit. Et nunc, F „ Domine Deus, quem ad modum coepisti, consilium „ tuum antiquum verum fiat, ut magnificeris et fias „ mons magnus in nobis et impleas universam ter„ ram, mons in quo beneplacitum est Deo habitare „ in eo, atque in nobis habitando usque in finem „ implearis omnia in omnibus. Non nobis, Domine, „ non nobis, sed nomini tuo da gloriam, ut videant „ superbissimi gentiles et confundantur in omni„ potentia tua et robur eorum conteratur. Visita Psalm. 105, 4. „ nos, Domine, in salutari tuo, visita nos in „ sancto Leonardo; educ Boimundum de carcere, „ ut confiteamur nomini tuo et gloriemur in Psalm. 105, 47. „ laude tua. Domine, per sanctum Leonardum „ erige elisum, solve conpeditum, consolare tuam Psalm. 145, 7, 8. „ militiam. Boimundi liberatione tristitiam no„ stram converte in gaudium, ut non deficiat „ laus tua de ore christianorum. „ Igitur quadam Mirac. II, II, 9. nocte sanctus Leonardus | Boimundo per visionem f. 71 apparens : " Noli „, inquit, " desperare, noli prae „ tristitia contabescere, quoniam in proximo est Tob. 5, 13. „ ut a Deo libereris. Mihi data est potestas te „ liberandi,

[a] dedide- *ante corr.*

(1) Cf. Waleramni epistulam : *Ad tactum eius quilibet ferri rigor velut cera a facie ignis mollitur* (supra, p. 173 D).

A „ liberandi, sed te modo non expedit liberari. „ Compede artaris, ligatus es sacramenti vincu- „ lis. Sic tibi exeundum est de compede, ut „ vinctus non tenearis periurii obligatione. Obli- „ gasti te ipsum iuramento, quod absque Danis- „ manni permissione nullatenus per aliquem „ exeas de captivitate. Iurare omnino non opor- „ tet, sed tamen si necessitas iurare compellat, „ a lmao quidem est, sed reddas Domino iura- „ menta tua. Utrisque vinculis a Danismanno es „ ligatus, utrisque ab eo es liberandus, nec potest „ ipse Danismannus a suis periculis liberari, nisi „ tu velis eius necessitatibus auxiliari. „ Huiusmodi sancti Leonardi alloquiis Boimundus prae laetitia inter dormiendum suspirans et lacrimans secum dormientes excitavit. Cumque alii eiulantem excitare pararent : " Nolite „, inquit Richardus, " ipsum a somno suscitare, quoniam „ fortasse aliquid ipsi per visionem est revelatum; „ quod si a nobis impediatur, valde omnibus poterit „ esse nocivum. „ Igitur ex consuetudine dormitione peracta, Boimundus vir sapiens nullatenus de optata visione praeter solitum exhilaratur, B sed accepto quod erat ad caput psalterio, supplicat, orat, psallit. Denique psalmis, ymnis, obsecrationibus, gratiarum actionibus totam ex consuetudine sinaxim perficit. Deinde cum pro dispositione saecularium rerum inter suos resedisset, tunc Richardus, sicut erat consanguinitatis propinquitate ceteris ad sciscitandum promptior : " Gratissi- „ mum „, inquit, " ut pro omnibus pollicear, nobis „ feceritis, si quod vobis hac nocte per visionem „ est | revelatum, vestra relatione nobis fiat cognitum. „ Cum enim communiter omnium nostrum salus a „ vobis pendeat, non possumus pro vobis non contur- „ bari, quem inter dormiendum adeo audivimus quere- „ lari. „ Tunc Boimundus : " Mi cognate „, inquit, " ploratio nostra non querelantis, sed prae nimio „ gaudio est exsultantis. Verax tu es nuntius, verax „ est sanctus Leonardus et omnes promissiones eius „ misericordia et veritas. Non fortuita temeritate, „ sed divina captivatus sum dispositione. Ex „ mea captivitate quam pluribus christianis con- „ tinget liberatio, qui in nomine Domini per „ sanctum Leonardum mecum sunt de vinculis „ exituri. Ego incarceratus, ego omnino despe- „ ratus non ad perditionem, sed ad communem C „ Christi militiae reservor honorem, sancto Leo- „ nardo mediante, Danismanno ex hoste ami- „ cissimus, ex impugnatore propugnator oppor- „ tunus. In voluntate Domini universa posita „ sunt eiusque dispositione omnia in contrarium „ cedunt. Frustratur Danismannus spe sua, ut „ iam non in suis sed in nobis fiduciam habeat, „ nec iam utilis sit ei captivatio nostra, sed libe- „ ratio. Silescant humana, ubi tractantur divina, „ nec opus est humanae circumspectionis studio, „ ubi universa divino finienda sunt arbitrio. „ Exspectemus humiles consolationem Dei, qui „ non despiciet nos nec amovebit salutem suam „ a genere nostro. „ Erat inter Danismannum et Solimannum quendam Turcorum maximum vetus et immedicabile odium, sed post christianorum adventum ad tempus externa formidine sopitum. Boimundo autem incarcerato, cum Solimannus minus christianorum infestationibus urgeretur, antiquissimus ille concertationis et invidiae fomes recanduit, videlicet inscitiam esse | regnandi consortem tolerare, cum solus posset regnare; saepe antehac bellandi fortunam ancipitem fuisse, nunc

Matth. 5, 34, 37, 33.

Mirac. II, II, 10.

f. 71ᵛ

Cf. Esth. 13, 9.

Mirac. II, II, 11.

f. 72

vero tempus aspirare ut belligerare contra hostem posset omni vincendi certitudine. Itaque Solimannus ad Danismannum legationem mittit tam superbam quam horribilem : praeda, incendia, vastationes ceteraque bellandi ludicra esse omittenda; serio rem agendam et supremam manum bello fore imponendam. Indicit tempus, locum praenominat, ubi bellico conflictu non de honore sed de vita ac salute utriusque ageretur; victor absque contradictione totum possideret, de alterius vero dominatione omnino actum esset. Huiusmodi relatione praepotentis Solimanni cum Danismannus longe viribus impar fluctuaret, nec aliquis suorum fidelium consiliando certificare posset, tunc sanctus Leonardus in visu ei apparens : " Non est „, ait, " sapientia, non est prudentia, non est consilium „ contra Dominum. In manu Domini sunt omnia; „ de ipso venit salus et victoria. Salvari non „ potes in alio aliquo, nisi in Christo Iesu et eius „ milite Boimundo. Boimundus Christi et meus „ miles est. Boimundi adiutorio in virtute Domini „ triumphabis. Boimundum absolve et in eius „ amicitiae firmissima confoederatione super- „ borum et sublimium colla calcabis. Boimundo „ tecum belligerante, exsurget tecum Deus et „ dissipabuntur inimici tui et fugient qui te „ oderunt a facie eius. „ Praeterea erat Danismanno uxor christianissima et Deo devotissima, in rerum dispositione circumspectissima, consiliis provida et in omnibus negotiis marito acceptissima. Haec Boimundi ab initio fidissima consolatrix tota penitus liberalitatis erga ipsum redundabat visceribus, | videlicet interdum per semet ipsam, saepissime visitare per suos internuntios, nihil intermittere quod insigni viro necessarium vel delectabile arbitrata esset. Huic etiam sanctus Leonardus apparens: " Salvabitur „, inquit, " vir infidelis in muliere fideli. Salvabitur ab hoste „ tuus Danismannus, si ei in adiutorium produ- „ catur Boimundus. Stent simul in bello et quis „ contra eos? Mulier provida et fortis protectio „ fidelis. Confidat in te cor viri, et per te libera- „ bitur de manu inimici. Multum valet assidua „ deprecatio, et tu pro viro praevalebis depre- „ cando. „ Igitur dum universa Danismanni militia pro bellandi formidine contra Solimannum mente consternata esset, nec aliud consultando invenire possent nisi ut legatione missa ea quae pacis erant rogaret, tunc uxor interrogata, immo per uxorem Dominus respondit : " Dominus dissi- „ pat consilia gentium, reprobat consilia popu- „ lorum et reprobat consilia principum. Consilium „ autem Domini in aeternum manet et non est sapientia, „ non est prudentia, non est consilium contra Deum. „ Ipse decrevit famulos suos christianos salvare, „ et non est qui possit resistere. Christianorum „ adversarios in virtute sua dispersit et nunc in „ nostram subversionem linguas vestras divisit, „ quia omne regnum in se ipso divisum desola- „ bitur, nec poterit Turcorum potestas diutius „ stare, quoniam inter vos sciinditis intestina „ grassatione. Consilia vestra sicut telae ara- „ nearum dissipata sunt, ut consilium Domini in „ aeternum maneat, quoniam praeter Dominum „ Iesum non poterit tibi ad hoc bellum salus esse „ in aliquo alio. Quapropter Christi amicos ad „ hoc bellum ascisce[4] et in Christi triumphabis „ virtute. Cum Boimundo confoederatus esto, et „ pactum cum Deo feceris. | Boimundum absolve, et „ ab omni solutus eris bellandi sollicitudine. Ubi

MIRACULA AUCTORE WALERAMNO

Mirac. II, II, 14.
Ibid. 12.
Ibid. 14.
Ibid. 12.
Deut. 33, 29.
Psalm. 67, 2.
Mirac. II, II, 5.
f. 72ᵛ
Eccli. 6, 14.
Prov. 31, 11.
Iac. 5, 16.
Luc. 14, 32.
Mirac. II, II, 12.
Psalm. 54, 10.
f. 73

[4] *cod.* ascisse.

„ Boimundus,

MIRACULA AUCTORE WALERAMNO „ Boimundus, ibi Christi virtus, tibi gloria salus
„ et victoria. Boimundo commilitone, dissipabis
Psalm. 67, 31. „ gentes quae bella volunt, quatinus in omnipo-
Dan. 3, 44. „ tentia Dei confundantur et robur eorum attera-
Mirac.II,II,13. „ tur. Boimundi nomen felix certantibus omen. Sicut
„ catulus leonis inter imbelles oves, sic Boimun-
„ dus inter Solimanni legiones, pro te murus
„ inexpugnabilis, formido inimicis, unus pro mille,
„ nulli omnino aequandus in bellandi fortitudine.
Psalm. 2, 2. „ Quando universi Turcorum proceres in unum
„ convenistis adversus Christum et insignem
„ Boimundum, nonne in brachio Christi Boimun-
„ dus vestros elisit impetus? Nunc divisi minus
„ potestis; et quid solus Solimannus adversus
„ Boimundum poterit? Haec omnia non solum
„ conicio ex Boimundi probitate ac prudentia,
„ sed divinitus per sanctum quendam Leonar-
„ dum sunt revelata. „ Tunc Danismannus vul-
tum et habitum sancti Leonardi sciscitatus:
Mirac.II,II,14. “ Profecto „, inquit, “ mihi idem apparuit vestitu
„ candido, et vultu rubicundo, oculis stellantibus
„ totusque ammirabilis „. Itaque propter consi-
milem revelationem Danismannus consilium uxo-
Mirac.II,II,15. ris approbans turrim ingressus, ubi Boimundus com-
peditus tenebatur, ita exorsus est : “ Quis
„ tandem finis erit huius diu<tu>rnae captivi-
„ tatis? quis modus nostrae calamitatis? Tu
„ caput et princeps christianae in gentem nostram
„ grassationis, tu de ultimis Europae finibus in
„ Asiam ebullire fecisti, qui locum et gentem
„ nostram subverterunt, sacras aedes prophana-
„ verunt, paternas traditiones ad barbaros ritus
„ intorserunt, ac postremo cum mundi strage
f. 73' „ ubique bachantes non | aetatui non sexui non
„ ulli pepercerunt dignitati. Nunc ergo, si diutius
„ vivere, si sospes vis exire, Antiochiam redde,
„ partes nostras evacuatas ab hoste omnino resti-
„ tue et postremo ad illam pecuniae summam,
„ quam saepe proposuimus, largifluum te exhibe.„
Ad haec Boimundus vir sapiens et circumspectus:
“ Mors „, inquit, “ et vita nostra est in manu tua.
„ Nos nihil potestatis habemus in Antiochia. Unus
„ ego de principibus, non principum dominus.
„ Damna nos, percute, mortifica; nullatenus
„ Antiocheni pro nobis sua reddent moenia. Ad
„ illam autem summam auri, quam exigis, nec, ut
„ opinor, universa christianitas aspirare potest. „
Mirac.II,II,12. Tunc Danismannus : “ Thesaurus „, inquit,
“ inaestimabilis amicus est fidelis, nulli auro
„ comparabilis, omnibus divitiis praestantior,
„ omni civitate aptior, in prosperitate iocundus,
„ in adversitate opportunus. Nihil tuae compen-
„ sandum arbitror amicitiae, si modo fidelis et
„ promptissimus adiutor mihi volueris perseve-
„ rare. Pro perfecta tui obsequii amicitia nihili
„ est Antiochia, vilescit patria, pecunia omnis et
„ quicquid desideratur non est illi conferendum.
„ Iungamur ergo, si placet, indissolubili caritatis
„ vinculo, alter alteri fraterna vicissitudine in
„ omnibus adiutor obsequentissimus. Dilectionis
„ unitate velut in unum compacti hominem, D
„ quicquid unus patitur, ambo patiamur. Ad hoc
„ propter multimoda regni negotia mensuratam Mirac.II,II,16.
„ pecuniam te mihi oportet persolvere, quinque
„ videlicet milia bizanciorum, quam tamen inve-
„ nies praesidio mihi obsequentium. „ Igitur cum
per omnia Danismanni verba Boimundo compla-
cerent, ab utroque acceleratum est ut factis verba
compensarentur. Fit conventus magnatum utri-
que obsequentium. | Confirmatur huiusmodi foedus f. 74
iuramenti interpositione atque obsidum tradi- Mirac.II,II,17.
tione, quatinus Danismannus atque Boimundus
absque dolo malo alter alteri fidelis perseveraret
et adiutor promptissimus esset contra suos
adversarios. Boimundus excepit Christi militiam,
Danismannus vero neminem. Tunc Danismanni
matrona femineo pectore virilem gerens animum
insignem ductorem compede solutum, ascensis mulis, Ibid. 16.
per castra mariti deducit. “ Et ecce „, inquit,
“ deduco vobis hominem Francorum maximum,
„ hactenus contra vos, modo pro vobis pugna-
„ turum. Hic est Boimundus, gloria christiano-
„ rum, formido adversariorum, salus in se spe-
„ rantium, murus inexpugnabilis belligerantium. E
„ Ego vobis acquisivi; vestrum est servare vobis
„ ad honorem, Solimanno ad confusionem. In
„ manibus vestris est victoria, si Boimundus beni-
„ volus producatur ad bella. Ad benivolentiam
„ Boimundi parum est quod expendetis, pluri-
„ mum quod acquiretis. Quicquid vestri iuris
„ est, sicut est humanarum rerum mutatio, brevi
„ tempore ad Solimanni alienari potest tyranni-
„ dem, munitiones, possessiones, uxores, liberi,
„ denique vos ipsi. Boimundo pro vobis bellige-
„ rante, qui praedari veniunt praeda erunt, amit-
„ tent sua qui appetunt aliena. Nunc ergo vos
„ Persae, sicut ab initio estis in externos largi,
„ vobis parci, ingenita liberalitate vestrum pro-
„ pugnatorem exhilarate, ut vobis vincat et
„ triumphet de Solimanni tyrannide. „ His et
huiumodi exhortationibus tantum in Persis accen- Ibid. 17.
sum est donandi studium, ut, solutis V. milibus
bizanciorum Danismanno, tantumdem et eo amplius
superesset Boimundo. Conveniunt ad Boimundum
bellandi | studio non solum milites, sed et amici f. 74'
et familiares. Relaxantur etiam christiani quoscum- Mirac.II,II,18.
que Danismannus a primis bellis in captivitate F
tenuerat, usque ad IIII. milia. Iam dies, quo
bellum conductum fuerat, instabat, cum Soliman-
nus, audita Boimundi cum Danismanno confoederatione,
suis viribus diffidere, occasiones bellum differendi
quaerere, tergiversando retro cedere. Unde tam
nostri quam Persae alacriores fugientibus instant,
fundunt, obtruncant. Certat quisque pro sua
gloria, Turci eminus sagittis, nostri comminus
lanceis et gladiis. Tribus continuis ebdomadibus
certatum est, Solimannus cedendo, nostri inse-
quendo. Quicquid a multis annis occupatum
est, Danismannus recuperat et insuper de pote-
state Solimanni tres dietas.

III. MIRACULA S. LEONARDI INCHENHOFENSIA

Ex miraculis S. Leonardi in Inchenhofen *De his nuperius nonnulli viri docti scripserunt, inter quos* E. GEISS, Heinrich Bischof zu Kiew und die Wallfahrt St. Leonhard, *in* OBERBAYERISCHES ARCHIV, *t. XXI* (*1859*), *p. 73-96 ;* A. VON STEICHELE, Das Bisthum Augsburg historisch und statistisch, *t. IV* (*Augsburg, 1883*), *p. 173-85 ; et praesertim* M. HÖFLER, Votivgaben beim St. Leonhards-Kult in Oberbayern, *in* BEITRAEGE ZUR ANTHROPOLOGIE UND URGESCHICHTE BAYERNS, *t. IX* (*1891*), *p. 109-36 et tabulae* XI-XIII ; *t. XI* (*1895*), *p. 45-89 ; in qua commentatione, paucis praemissis* (*t. IX, p. 109-12*) *de cultu S. Leonardi in reliqua Bavaria, totus est scriptor*

quam plurimis, *scriptor in enarrandis iis quae in vico Inchenhofen acta sunt. Haec autem ex iis praesertim miraculorum libellis desumpsit, quos infra recensebimus. In quibus relata invenit miracula 35 saeculo XIV, 149 saec. XV, 2838 saec. XVI, 600 saec. XVII, 201 saec. XVIII patrata. Quam viri docti lucubrationem omni laude dignam diceremus, si non in hodierna popularis adversus sanctos pietatis ratione cum gentilium ritibus nescio qua continuatione coniungenda modum excedere videretur. Cf. etiam Alexander* Peez, Thierseuchen und die Leonhardi-Kirchen der Ostalpen, *in* Mittheilungen der anthropologischen Gesellschaft in Wien, *t. XXIII (1893), p. 193-203;* Id. Erlebt. Erwandert, *I (Wien, 1899), p. 67-88:* St Leonhard in den Ostalpen; M. Höfler, Die Tölzer Leonhardi-Fahrt, *in* Volkskunst und Volkskunde, *t. I (1903), p. 114-18; Joseph* Blau, Die eisernen Opfertiere von Kohlheim, *in* Zeitschrift für oesterreichische Volkskunde, *t. X (1904), p. 129-37. Sed praecipue adeundus est Richard* Andree, Votive und Weihegaben des katholischen Volkes in Süddeutschland *(Braunschweig, 1904), pp. 39-65, 100-106; in quo libro imagines etiam plurimas attentione dignas reperies.* Auctore A. P.

Age vero, supersunt hi miraculorum libri, alii manu scripti, alii typis editi.

1. Eberhardi, monachi Fürstenfeldensis et capellani in Inchenhofen, atque aliorum « Exordium et miracula sancti Leonhardi thaumaturgi in Inchenhofen ».

quae monachi Fürstenfeldenses

Capella sancti Leonardi confessoris in Imechinhoven, *etsi aliquanto ante tempore iam exstitisse videtur, primum tamen commemorata est in litteris ab episcopis tredecim anno 1289 Romae datis,*
B *quibus indulgentiae concedebantur his qui illam visitarent vel ipsi benefacerent* (1). *" Annexa " erat capella ecclesiae parochiali in Holenpach, dioecesis Augustanae* (2); *quae parochia postquam anno 1283 ab Hartmanno episcopo Augustano cum omnibus attinentiis donata erat abbati et conventui monasterii in Fürstenfeld, dioecesis Frisingensis* (3), *orta lite inter episcopum Augustanum et monachos, cuiusnam esset capella Sancti Leonardi, tandem anno 1330 Fürstenfeldensibus tradidit Fridericus episcopus ipsam capellam* (4), *quam monachi usque ad initium saeculi XIX possederunt* (5). *Nemo proinde mirabitur miracula S. Leonardi in vico dioecesis Augustanae patrata per aliquot saecula a monachis alienae dioecesis esse conscripta.*

inde a medio saec. XIV

Primum huiusmodi Fürstenfeldensium opus nobis servatum est in codice Monacensi latino 7685, olim Monasterii B. V. M. in Undenstorffo *(fol. 1); qui est liber chartaceus, foliorum 219 [sign. olim 1-199, 120*-135*, nuper 1-215, vacuis relictis foliis 126bis, 126ter, 135bis, 187bis] (0m,212 × 0,150), exaratus variis manibus saec. XIV et saec. XV. Folia 1-114v implet narratio miraculorum quae*
C *patrata sunt in gratiam eorum qui S. Leonardum in Inchenhofen coli solitum in adiutorium advocarant. Scripta sunt illa a fratre Eberhardo monacho Cisterciensis monasterii Fürstenfeldensis et capellano ecclesiae de Inchenhofen (cf. fol. 1), tum ab aliis monachis Fürstenfeldensibus qui Eberhardo et in hoc munere obeundo et in miraculorum narratione procuranda successerunt; ex quibus duo nomen suum tradiderunt, frater Stephanus anno 1400 (fol. 40v, 42r) et frater Ulricus Riblinger anno 1423 (fol. 88r). Esse autem codicem hunc autographum tum Eberhardi, tum ceterorum, ex iis quae a singulis scriptoribus correcta sunt, manifestum est. Singulae autem manus, maxime a fol. 1 ad fol. 63, ubinam desinant incipiantve certo definire fere non valemus, tum alias ob causas, tum quia non continuo atque una veluti serie unusquisque ista miracula exaravit, sed pro rebus ac temporibus, postquam contigerant, ea scriptis mandare solebant, ita ut etiam unius eiusdemque scriptoris non omnino inter se similes apices appareant. Eberhardus igitur monachus, qui anno circiter 1346 capellanus in Inchenhofen factus erat* (6) *atque anno 1360 ibidem etiamtum,*
E *ut videtur* (7), *degebat, postquam primo paucis antiquiora miracula, quae inde a medio circiter saec. XIII patrata ferebantur, prout ab incolis loci acceperat, rettulit, inde ea quae suo tempore atque etiam ipso praesente accidebant enarrare coepit atque porro perrexit. Perrexerunt et monachi Fürstenfeldenses alii usque ad annum 1436. Inter innumerabiles autem illas narratiunculas duas solummodo invenire est in quibus agatur de rebus ad animae salutem pertinentibus (fol. 96v, 109r); ceterae in sanatione morborum et aliis praesentis vitae commodis versantur omnes. Quae ut intercedente S. Leonardo impetrarent, saepe saepius voto se astrinxisse referuntur illius clientuli ut ad Inchenhofen pie peregrinarentur; quo cum sanati vel aliter adiuti gratias agendi causa venirent, solebant sive ex voto facto sive secus deferre secum alii quidem quasdam cereas, ferreas atque aliquando argenteas effigies vel captivi a S. Leonardo liberati, vel aegroti curati, vel etiam membri sanati; alii cerea quaelibet signa, quae eiusdem ponderis essent atque ipse aegrotus vel captivus; alii ferreas captivorum catenas compedesve sive ipsas sive ad ipsarum similitudinem fictas; alii parvulos carceres, turres aliaque id genus, incluso nonnumquam* F
ferreo simulacro captivi qui in carceribus turribusve, quorum hae effigies erant, detentus fuerat; alii alia huiusmodi. *litteris mandaverunt,*

praecipua quaeque excerpsimus.

His semel annotatis, satis fore censuimus, neque tamen ad rem historicam inutile, si quae in his antiquioribus miraculis maioris momenti visa erant, qua poteramus cura, excerperemus. Monendum autem est sermone uti Eberhardum neque eleganti neque etiam semper emendato; quem ita, ut in codice autographo legitur, protulimus.

Nomina locorum, quae plurima in his narrationibus prolata sunt, ut hodiernis appellationibus infra pagellas annotatis, quotienscumque opus esse videbatur, breviter explicaremus, excussis multis lexicis atque tabulis tum antiquis tum modernis, sedulo curavimus. Quod tamen longe ab his locis positi neque summam quandam diligentiam ad rem difficilem adhibuimus, neque semper minima quaepiam

(1) Cf. A. von Steichele, l. c., p. 174. — (2) Ibid., p. 175. — (3) Ibid., pp. 160, 174. — (4) Ibid., p. 175. — (5) Ibid., p. 179. — (6) Fol. 4v: *Sequitur primum de tempore meo. Anno Domini M°.CCC°.XLVI contigit* ... Quod autem legitur fol. 3v: *Anno Domini M°.CCCr.X. in die sancti Udalrici retulit mihi fide dignus qui memor erat* ..., id ita intellegendum esse videtur non anno 1310 rem, de qua agitur, Eberhardo relatam esse, sed eandem hoc anno accidisse. — (7) Fol. 11. Nisi forte *frater Erhardus*, qui hunc locum scripsit, alius est atque Eberhardus noster.

MIRACULA IN INCHENHOFEN

quaepiam castella aut viculos, quorum nomen non raro multis locis commune est, distinctius designare potuimus, id confidimus a nullo nobis vitio datum iri.

---

f. 1 **Incipit prologus in miraculis S. Leon(ardi)** [1].

Scriptoris consilium, *Sacramentum regis abscondere bonum est, opera autem Dei revelare et confiteri honorificum est.* THOBIE 12°. Hec verba legitur angelus Raphael Thobie dixisse post oculorum amissionem gloriosamque illuminationem et post illa transacta pericula, e quibus liberatus pietatem consecutus est. Nam regis non servare secretum nocivum est valde... Varias de miraculis sancti Leon(ar)di
Matth. 25, 18. narrationes coram me prolatas nequaquam fodere in terram silentio, sed ea cunctis Christi fidelibus in laudem Dei ac S. L(eonardi) devota mente recitare decrevi. Nec quisquam me mentiri estimet, rei magnitudinem dubitans : michi enim absit sacris mentiri rebus et adulterari verbum ubi
f. 1ᵛ Deus memoratur.... Quicumque ergo Christi fidelium Dei mirabilia, que per suos operatur sanctos, scire desiderat, sanctum sue oculis mentis preponat [2] egregium confessorem ac Deo dignum Leonardum, per quem tot [3] et tanta fecit et cotidie facere non desinit divina clementia miracula,
nomen, ut lingua humana non sufficiat enarrare. Quapropter ego frater Eberhardus, professus in Fürstenfeld Ordinis S. Bernhardi, tunc temporis sue ecclesie in Inchenhofen [4] (1) indignus cappellanus, mente pertractans quomodo annotare vellem non ipsius vitam et miracula que olym Deus per ipsum operatus est, cum talia prius luculenter conscripta sint, aut que ante me in isto prefato loco Inchen. facta sunt, quorum indicia
f. 2 | in quam pluribus compedibus, kathenis, seris, ferramentis ceterisque instrumentis vinculatorum, que ea luce clarius demonstrant, quam ego
fontes, stilo exarare potero, clarescunt, sed solum signa et miracula que meo sunt tempore facta et que vidi et audivi ac ab honestis personis conscientiosis fideque dignis didici et que cum magna devotione, maiori veritate, maxima experientia magnalia Dei, que per s(anctum) L(eonardum)
C in propriis eorum personis operatus est, enarrarunt, ymo bona conscientia silere non valeo, cum homines quibus promptissimus adiutor et fidelissimus s(anctus) L(eonardus) eorum necessitatibus et infirmitatibus subvenit gratiose, me eorum clamoribus atque suspiriis coartarunt, rogantes cum lacrimis atque dicentes: " O amantissime „ domine, dignare manifestare et cunctis Christi „ fidelibus publice cum rei veritate in concellis [5] „ indicare que mihi Deus fecit per s(ancti) „ L(eonardi) merita, quatenus cuncti advenientes „ Deum in suo sancto confessore laudent ac „ mecum in gratiarum actiones prorumpant. „
fides. Quapropter nemo hominum estimet me tam delirum fore, insanum atque irreligiosum, quod vellem Deum meum ac s(anctum) L(eonardum) nugis exaltare ac mendaciis honorare, et sic Deo
Gal. 6, 7. meo placere, cum scriptum sit quod Deus non irridetur, nec fallit, nec falli potest; ymo indubi- D
tanter firmiterque credo, si ausus dicere essem figmenta et mendacia de ipso Deo et sancto eius, ipsius iram utique et indignationem adversum me dampnabiliter provocarem, quoniam ipse fons est et origo omnis veritatis, sicut de se ipso testatur in Evangelio : *Ego sum via et veritas* etc.; Ioh. 14, 6.
et quia tanta sunt miracula facta, et cotidie per sanctum fiunt Leo(nardum), que ego pauper ingenio non omnia | sufficio enarrare nec calamo f. 2ᵛ
scriptitare, et ideo nepharium esset et mihi multum dampnosum inserere mendacia, ubi veritas superhabundat copiosa. Obmutescant ergo invidiosi detractores, qui non cessant canino ac rabido ore suo detrahere sanctis et veritati, que Deus est, ut resonare possit ex ore meo veritas pura et inpermixta, que vidi et audivi et in veritate didici omni cum fidelitate depromere curavi et in hanc formam diligenter in laudem Dei omnipotentis et s(ancti) L(eonardi) conscribendo redegi. Sed [6] ut supra dictum est, nullus hec ad incredulitatem trahat, autumans impossibile fieri in hac nostra generatione opera tam admiranda. E
Gratia enim per generationes in sanctas pertransiens animas amicos Dei fecit et prophetas, quem Sap. 7, 27.
ad modum Salomon secundum Deum edocuit. Et quia tempus iam adest sacre prodere narrationis initium [6], volens primo scire originem huius concursus, quo [7] Christi fideles ex diversis mundi partibus tam copiose et frequenter ad ipsius s(ancti) L(eonardi) limina Inchenhofn convolare soliti sunt, convocavi seniores ac huius loci incolas discretiores et fide dignos, quibus magis fuit nota causa huius peregrinationis; quibus accersitis ac diligenter examinatis, in veritate et bona ipsorum conscientia mihi retulerunt, sicuti a suis progenitoribus edocti fuerant, videlicet quod in loco predicto quinque tantum fuerunt predia cum dote et nulla domus amplius, et una parva capella circa predicta predia in campo situata; in qua quidem capella pauca miraculorum indicia fuerunt reperta, videlicet circuli ferrei et quedam trice crinium baculique peregrinorum, necdum concursus peregrinationis hominum esse ceperat. Sed nunc cuncti fideles diligenter auscultent per quem modum huiusmodi frequens hominum concursus, qualem hodie conspicitur, inicium exorsus est et qualiter sanctus Dei L(eonardus) F
hoc in loco per sua pietatis opera cepit clarescere. *De origine peregrinationis in Inchenhofen.*

<**Miracula S. Leonardi**> [8].

Miracula antiquiora : Honorabiles viros tres nobiles et equestres cum comitiva XL equorum contigit una dierum advenire, volentes | pernoctare circa eandem f. 3
capellam; et videntes indicia pauca superius enumerata ceperunt mutuo colloqui : " Locus iste „ sanctus est; non decet nos hic commorari „, et suis subditis, ut ulterius procederent, mandaverunt. Postquam vero ab illo loco paululum declinassent, unus dominorum de tribus predictis mirabiliter insanire cepit; in qua insania spiritum exalavit. In cuius sagma duo pulli sunt inventi, *primum factum circa an. 1258.*

[1] *Nomen sancti fere scriptum est hoc brevissimo compendio* S. L., *aliquando tamen aliter, v. gr.* S. Leon., S. Leonardus, S. Leonhardus... — [2] p̄ponat *cod.* — [3] tott *cod.* — [4] *ita hoc loco cod., alibi aliquando aliter, v. gr.* Inchenhofn, *praesertim vero* Inchen. *vel* Incheñ. *ultimis litteris omissis.* — [5] *ita fere cod. pro* " cancellis „. — [6] (Sed ... initium) *add. man. pr. in marg. infer.* — [7] qua *cod.* — [8] *Supplevi. In cod. praescriptum est atramento :* Rubrica.

(1) Vicus est in Bavaria superiore (Bezirk Aichach, Dekanat Friedberg) ab Augustana civitate, ad cuius dioecesim pertinet, triginta circiter chiliometris inter septemtrionem et orientem distans.

A quos in loco Sancti Leonhardi furatus erat. Hoc factum terrificum divulgatum fuit et auribus hominum prope et procul insonuit. Quapropter homines hunc locum frequentare ac Dei confessorem s(anctum) Le(onardum) in eorum necessitatibus invocare ceperunt, et exinde frequentibus muneribus ac peregrinationibus honorare; et hoc est initium signorum et primum miraculum quod scrutari poteram. Ex post vero signis et miraculis multiplicatis, devotio et peregrinatio frequens multiplicata est hominum. Hiis auditis, prefatos incolas ulterius examinavi, quo anno ab incarnatione Domini hoc factum fuisset; qui mihi certitudinaliter annum et tempus assignare nequiverant, ex quo ipsi a suis progenitoribus de predictis fuerant instructi. Attamen secundum eorum estimationem tunc illud miraculum factum fuit circa annos Domini mille ducentos LVIII (1).

alterum, Retulerunt predicti quod contigit una dierum, cum incolarum communitas in Chūbāch (2) cum cruce sanctum visitaret Leonhardum ad capellam prenominatam tempore quo exercitus de Swevia terram devastabat; tunc quidam stabularius de
B Swevorum exercitu vi rapuit quendam panem de manibus cuiusdam muliercule, quem sancto offerre intendebat Leonhardo ipsum in suis implorando necessitatibus. Predictus vir stabularius fame cruciatus eundem panem ori suo ambabus manibus ad devorandum porrigere festinabat; mox eius ambe manus ori suo tam fortiter adhe-
f. 3v rebant quod nulla vi eas poterat removere. | Hoc grande miraculum domini et servi, nobiles et ignobiles, viri et mulieres conspexerunt, et in maximam admirationem et timorem corruerunt. Quapropter multi dominorum de prefato exercitu sanctum Leonhardum pro eodem servo cum magna devotione et humilitate, ut ei subveniret, deprecabantur, devoventes sibi cum omni firmitate semper et ubique parcere et vereri locum sue habitationis. Quibus promissis, mox manus que ligate fuerant, per merita sancti Leonhardi, cunctis videntibus, de ore ipsius solute sunt.

tertium (an. 1310), Anno Domini m°.ccc°.x°. (3) in die sancti Vdalrici retulit mihi fide dignus qui memor erat, dum positus fuit primus lapis pro fundamento ecclesie S(ancti) L(eonardi) in Inchenhofen, que nunc
C est; cum vero consummatum fuisset opus sursum usque ad testudinem, unus muratorum ad alios dixit: " Emamus nobis pro uno denario Ratisponensi de amerellis que venales habentur ante fores ecclesie. " Cui socius suus respondit : " Non emam. " Sed primus inquit : " Ego emam, et recipiam denarium de altari sancti Leonhardi. " Secundus iterum : " Custodiat me Deus et sanctus Leonhardus, ne faciam hanc rem. " Primus vero minus timens Deum et sanctum Leonhardum descendit et, sicut predixerat, operatus est. Emptis autem fructibus, suos ad comedendum invitavit socios; qui hoc facere renuerunt. Dum vero emptor tamquam filius Eve pulchritudine fructuum allectus de ipsis manducaret, mox manus eius ori adheserant sic quod nulla poterant vi removeri. Perpendens ergo mirabilia Dei intra se compunctus sancto devovit Leonhardo in corde suo, quia usum amiserat loquendi, se numquam tale flagitium peramplius velle committere. Quo facto, statim manus ligate ab ore eius sunt solute, ceteris videntibus sociis, Deum ac sanctum Leonhardum glorificantibus. MIRACULA IN INCHENHOFEN

Quidam discretus vir contractus et incurvatus devovit se ad sanctum Leonhardum; sed postquam iter arripuit, mox | curatus est. Et erexit se super pedes suos, ac si numquam incurvatus fuisset. Considerans igitur magnalia Dei et merita sancti Leonhardi in ipso elucescere, furcas suas, sine quibus prius incedere non valebat, supra dorsum suum ligavit et a cepto itinere ad suam perficiendam peregrinationem retroire noluit; sed postquam appropinquabat in tantum ut ipsius ecclesiam a longe poterat conspicere, mox in magna devotione cum gratiarum actione super genua sua cecidit, Deo et sancto Leonhardo gratias referens. Contigit autem ut alios peregrinos venientes de Sancto Leonhardo obviam haberet, et unus eorum, cuius mens pre ceteris erat stolidior, prefatum sanatum sic devote flectentem genua et laudes Deo in loco campestri persolventem subsannaret ac derideret, nec valens credere beneficium curationis a S. L. sibi impensum, mox eundem ultio divina arripuit, sicque perdidit non loquelam sed ydeoma, sic quod nullus aliorum eum intelligere poterat. Hoc considerantes sui comperegrini ceperunt ardentius cum lacrimarum effusione sanctum implorare L., quatenus sibi reddere dignaretur ydeoma, quod perdiderat, promittentes de cetero numquam miraculis eius detrahere vel aliquem de eius peregrinis velle deridere. Et revertentes reversi sunt cum primo peregrino sanato ad S. L. cum Dei timore. Completis igitur orationibus eorum in prefata ecclesia, solutum est vinculum lingwe eius et loquebatur recte, sicut et ante loqui consweverat. Tunc magis ac magis in devotione accensi sunt narrantes magnalia Dei omnibus tunc presentibus, qui omnes super genua corruentes laudarunt S. L., qui sic salvat sperantes in se. *quartum.* f. 4 E Marc. 7, 35. Dan. 13, 60.

Notandum quod hec prescripta miracula a prefatis huius loci incolis mihi ea narrantibus, quos, ut premisi, coram me convocaveram; qui multo[1] plura mihi recitassent, si ea retinere potuissem, que olim ante longa tempora et iam de proximo ante me facta sunt; que quilibet diligens inspector clarissime intueri potest | in magnis ac multis diversorum miraculorum indiciis hodie in ecclesia ipsius dependentibus. Nunc vero flectam articulum meum ad describendum ea que meis sunt acta temporibus et que oculis vidi, queque ab aliis mihi enarrantibus didici, in quorum propriis personis per gloriosa beati L. merita Deus suorum miraculorum insignia demonstravit et eorum magna instantia ac devotis supplicationibus incitatus et conscientia devictus publice in concellis coram plebis multitudine promulgavi, ipsis presentibus et mihi testimonium prebentibus patentibus signis. Talia igitur et consimilia miracula conscribere curavi triplici de causa : primo ob Dei omnipotentis et ipsius S. L. gloriam et honorem; secundo propter satisfacere mee conscientie, quoniam opera Dei non sunt occultanda, sed magis publicanda; tertio ad bonorum edificationem F f. 4v *Miracula recentiora*

[1] multa *cod.*

(1) Non sine admiratione recordabitur quispiam hoc ipso anno fundatam esse abbatiam Fürstenfeldensem; de qua cf. L. JANAUSCHEK, *Originum Cisterciensium* t. I (1877), p. 255. — (2) Kühbach, Kühebach (Bez. Aichach), ab Inchenhofen proxime distans. — (3) Vid. quae scripsimus p. 183, annot. 6.

MIRACULA IN INCHENHOFEN tionem ac maioris devotionis et amoris incitamentum, et ut malis ad correctionem proficiat et emendationem proniorem.

Sequitur primum tempore meo.

an. 1346, Anno Domini m°.ccc°.xlvi. contigit in partibus Alsacie cum duo homicidium commisissent in vigilia sancti Iohannis Baptiste, que pro tunc sexta feria erat, et ob hoc gravissime in cippis et cathenis vinculati in quadam turri firmitus murata et undique clausa, habente solam unam fenestram propter aeris ingressionem latitudine quatuor digitorum, sequenti autem feria secunda hii quorum intererat, ordinarant eosdem iudicialiter ad mortem condempnari, unus vero vinculatorum preclarum confessorem Leonhardum devotius in suis angustiis et necessitatibus invocabat, dicens: « O sancte L., veni in adiutorium mihi. » Qui mox sopitus sompno, apparuit ei vir honorabilis, grandevus, honestis induviis decoratus; et dixit ei : « Surge. Ut quid sompno deprimeris? » Excitatus vero lacrimabiliter dixit : « O sancte L., » surgere non valeo, quoniam vinculorum pon-
B » dere deprimor. Adiuva me. » Et nihil videns estimabat se fantasma vidisse; et iterum obdormivit. Cui secundo sanctus apparuit confessor et ipsum surgere admonuit; qui ut prius respondit. Tertio vero ei apparuit, durius ipsum increpando et acrius colaphisando. At ille ex tali percussione
f. 5 territus subito pedes | ad se attraxit et de cippo et cathenis solutos invenit, sed tamen in turri bene murata se inclusum cognovit. In animo vero suo dicebat : « S. L., procul dubio de tua pietate » confido, qui me ex cippo et cathenis solutum » fecisti, ex turris firmitate liberabis. » Mox tamquam corpus glorificatum sine omni impedimento murum penetravit et in nomine Domini aufugit. Qui statim quendam montem ascendens, in cuius valle conspexit homines ad iudicium congregari. Qui cum letitia dixit : « Quidquid wltis, iudicate. » Ego ad S. L. liberatorem meum cum devotione » peregrinabo. » Quo perveniens Dei magnalia cunctis presentibus in ecclesia S. L(eonhardi) publice enarravit. Erat tunc temporis etiam honesta matrona de predictis partibus Alsacie in prefata ecclesia presens, que dixit ei bene constare de ipsius captivitate. Videns autem
C huiusmodi liberationis miraculum una cum presentibus Deum et S. L. glorificavit.

an. 1348, Anno Domini m°. ccc°. xlviij. venerunt quidam peregrini de partibus Athasi, proprie vero der Etsch (1), ex parrochia quae dicitur Ende, secum hominem a nativitate mutum adducentes xviij annorum...

f. 5ᵛ Anno Domini m°.ccc.l. supervenit quidam miles
an. 1350, strenuus, nomine Pūchar de Rosenhaim (2), qui circa altare sancti L. mihi insinuavit quomodo per annum et xi. ebdomadas graviter vinculatus...

f. 6 Anno Domini m°.ccc°.lj. quidam scolaris iuvenis
an. 1351, ambobus pedibus contractus de Augusta per suos adductus amicos... Multi vero peregrinorum de Reno aliisque mundi partibus tunc temporis presentes... Hunc iuvenem cum omni plebis multitudine conspexi ad propria sanum et incolomem revertentem...

an. 1354, Anno Domini m°.ccc°.liiij°. contigit advenire quendam honestum tabernarium de Landeck per iter xxx miliarium, qui in die sancte Pentecostes D
michi... enarrat se puerum octo annorum habere...

Anno Domini m°.ccc°.lviij°. quidam civis Ratisponensis advenit, cuius nepos in aquis sub- *an. 1358,*
mersus, pro mortuo extractus est, quem ad S. L. devovit, et mox ad vitam rediit, quam in aquis amiserat. Cum autem ego propter multitudinem peregrinorum maturius missarum solempnia celebrarem, | predictus civis instantius michi supplicavit, quatenus tam grande f. 6ᵛ
miraculum cunctis peregrinis de diversis mundi partibus tunc presentibus patefacerem... Me vero predictum miraculum populo secundum eius desiderium indicente, ipse michi alta voce coram omni populo adhibuit testimonium...

Anno Domini m°.ccc°.lix. venit quidam de partibus Bavarie inferioribus per miliaria xiiii., refe- *an. 1359,*
rens quod feria tertia in hebdomada penthecostes in domo sua multos habebat potatores, qui quendam masculum puerum eius quinquennem vino inebriarunt...

Anno Domini m°.ccc.lix. quidam litteratus laycus de partibus Polonie, qui dum centum et f. 7
quinquaginta ad Sanctum pertransisset L. miliaria, cum veritate mihi asseruit quartana febri octo miserabiliter annis laborasse...

Eodem anno quedam mulier de lacu dicto Podensē (3) advenit et mihi in veritate retulit quod per annum integrum contracta iacuit paralytica...

Anno quo supra venit quidam laycus de Lambardia natione ytalicus, qui ad mortem in captivitate fuerat detentus, habens secum sui confessoris in latino litteram confessionalem; | qui cum nostri ignarus ydiomatis existeret... f. 7ᵛ

Eodem anno affuit quedam devota matrona, quam cum altare orationibus solitis circuirem, retro altare quasi hora vesperorum orantem inveni... Quae respondit : « De Monaco civitate » ante Bohemorum silvam situata (4) per ma- » gnum terrarum spatium huc usque perveni. » Et subiunxit dicens : « Hic sanctissimi L. locus a » nostre terre incolis tante extat famositatis, » quod enarrare vobis non sufficio... Nam cum » ipsa pestilentia ipsum replesset orbem, magnam » aput nos violentiam hominibus inferre sole- » bat... »

Anno Domini ccc.lx. venit quidam honestus vir pedester, qui ad mortem vinculatus... Et fuit f. 8ᵛ
in partibus Ytalie per duas dyetas ultra Romam, *an. 1360,*
et invocato sancto Leonardo a vinculis solutus est...

Anno quo supra puer quidam de Tülgen prope Rain (5) contractus in brachio uno...

Anno ubi supra puer triennis de Aystauia (6) huc allatus, qui nusquam ire poterat...

Anno ut supra quidam iuvenis de Wassertruchen carens unius pedis officio... f. 9

Anno eodem quidam vir venerandus per xl. miliaria huc adveniens cum aliis michi pluribus retulit se habere puerum citra bimatum habentem calculum...

Anno m°.ccc.lx. quidam vir iuvenis ac honestus michi et ceteris peregrinis in ecclesia S. L. iuxta eius summum altare retulit se fuisse in quadam provincia dicta Sefei infra Ungariam (7), ubi nulla viget christiana religio, nec est ibi lingwa theutunica; hospes tamen suus modicam habuit

(1) Athesis, germ. Etsch, gall. Adige, non ignotum flumen, quod in Tiroli oritur. — (2) Rosenheim in Bavaria superiore? — (3) Lacus Constantiensis seu Bodamicus, vulg. Bodensee. — (4) Kleinmünchen in Austria superiore. — (5) In Bavaria superiore. — (6) Ut videtur, Aichstadium (Eichstätt), urbs nota. Eodem modo Ingolstadium a scriptore nostro nominatur *Ingelstavia*. — (7) Forsan Scepusiensis seu Cepusiensis comitatus (Szepes) in Ungaria septemtrionali.

theutunici

A theutunici ydiomatis notitiam. Ubi cum in infirmitate positus ac uno in pede contractus, in sterquilinio vidit mortuos sepelire; ob quod vehementer stupefactus ac timore perterritus ab hospite inquisivit an ipsum, si mori contingeret,
f. 9v etiam sterquilinio vice se|pulchri commendaret. Cui hospes : " Tu christianus es; ideo te ad campum sepeliam et signum crucis super te figam " ... Et huc usque per cc. miliaria perveniens...

Anno eodem vir quidam de Morivud[1] per xx. miliaria advenit, qui ad mortem captus...

Anno ut supra venit quidam honestus vir de Athisi puerum habens byennem, qui cum in visu deficeret...

f. 10 Anno ccc.lx°. venit quidam honestus vir de Praittenkirchen qui, me populo verbum Dei predicante, coram omni multitudine publice proclamavit uxorem suam peperisse puerum semimortuum...

f. 10v Anno eodem quo supra venit quidam honestus presbyter ac Deo devotus de Saltzburga, nomine
f. 11 Conradus, afferens | secum tabulam duplatam, duas videlicet alas habentem, cum sanctorum reliquiis solempniter decoratam. Qui retulit domno Iohanni pro tunc priori meo et michi
(scriptor Erhardus) fratri Erhardo dicens in haec verba: " Ego " quondam in angustia et paupertate constitutus " et, quadam regnante gwerra inter principes " terre, omnibus rebus meis fui spoliatus; " demum sic multis me involutum miseriis con" siderans nec humano valens adiuvari solamine, " confugi ad egregium Dei confessorem S. L., " ipsius sancta visitans limina et huc veniens in " die decollationis sancti Iohannis Baptiste, " anno Domini m°.ccc°.lviij°., illico, sanctis eius " meritis intervenientibus, pristine restitutus " sum dignitati ac in copia rerum et honoribus " habundanter augmentatus. In meis vero neces" sitatibus prioribus tabulam hanc, quam cer" nitis, facere disponens et summa cum diligentia " ad decorem ipsius ampliorem horum reliquias " sanctorum in unum recollegi. Et quia tunc " temporis S. L. indignus existens capellanus " ipsius capelle in Aufhofen (1) prope fluvium " qui appellatur In, animo cogitavi cum tabula " presenti fundare et decorare quoddam altare,
C " quoniam huiusmodi reliquias multum dili" gebam. Nocte vero quadam apparuit michi " S. L. in forma et habitu monachico, precipiens " et dicens: " Tabulam cum sanctis reliquiis " sine dilatione michi portare debes usque in
f. 11v " Inchenhofen " ... | Tabula autem prenominata has in se continebat sanctorum reliquias approbatas, videlicet de ligno sancte crucis, sancti Gregorii pape, S. Ruperti episcopi, S. Margarete virginis, S. Ursule, S. Virgilii confessoris, S. Kunegundis virginis et regine, S. Thome archiepiscopi, S. Marie Magdelene, S. Thome in Anglia, de oleo S. Katherine virginis de monte Synay, S. Panthaleonis martyris, S. Otilie virginis, S. Iacobi apostoli, S. Laurentii martyris, S. Andree apostoli, S. Oswaldi regis, S. Petri apostoli, de lapide super quem sedit Christus quando ieiunavit in deserto, S. Stephani martyris, S. Viti martyris, cum reliquis particulis titulo et scriptura carentibus... **Miracula in Inchenhofen**

Anno m°.ccc.lxi°. supervenit quidam honestus vir qui, ut nobis retulit, in quadam gwerra captivitate detentus in Chochburck prope Nürnbergam... *an. 1361,*

Eodem tempore, sex transactis diebus, venit quidam fide dignus homo per spatium xvi. miliarium de Swevia ex villa Ogentzhausen (2) situata[m] prope civitatem Pibrach vel supra Ulmam iiii. miliaribus secum portans puerum proprium quandam femellam, qui lapsus in ignem... f. 12

Anno m°.ccc°.lxi°. venit quidam de Tiessen (3) in rei veritate asserens puerum suum per diei medietatem in aquis iacuisse...

Anno eodem quedam honesta matrona de Pischofshofen perdiderat quinque libras... f. 12v

Anno ut supra venit quidam honestus vir, nomine Conradus Tünaer de Ulma, qui retulit michi circa S. L. altare asserens se a quibusdam raptoribus prope Constantiam propter suarum rerum copiam captum fuisse...

Anno Domini m°.ccc.lxi. venit quedam honesta matrona civissa de Wertheim; quam cum vir eius tamquam vesanam inclusisset, cuius tamen vesaniam minime intelligere potui... f. 13

Anno ut supra quidam honestus vir captus fuerat in Franconia... f. 13v

Anno quo supra quidam coram iudice accusatus quomodo malefactores hospitaret atque cibaret, de quo tamen se innocentem asserebat; qui una noctium ante lectum suum a servis iudicis tamquam huius rei noxius | captus est et ductus in Tolenstain (4) prope fluvium Allamonia (5), proprie Altmül... f. 14

Anno m°.ccc.lxii°. venit ad me grandevus vir, qui michi in veritate retulit quod ad domum suam venerit media nocte quidam, quem S. L. de vinculis liberaverat, in quibus a pravis raptoribus propter rerum substantiam in Franconia in quodam castro dicto Rainsprunne (6) | per octo dies graviter torquebatur... Insuper minys devictus et angustiatus doloribus se ipsis daturum promittebat li. libras hallenses... *an. 1362,* f. 14v

Anno m°.ccc.lxiij°. contigit venire duas legittimas personas huc ad S. L. de quadam villa dicta Miesendorff in littore fluvii Altmül sita cum quodam puero masculo quatuor annorum... *an. 1363,* F

Anno ut supra tres venerunt viri fide digni, e quibus unus dixit puerum suum triennem in locum prope Sliers (7), ubi est collegium canonicorum, cecidisse ac fuisse submersum in loco ubi quinquaginta cubituum[2] habuit profunditatis... Insuper unus de viris predictis retulit michi quod ipse ad prefatum lacum, ubi in profunditate lxxx. mensurabat cubitus, cecidisset... f. 15

Anno quo supra venit quidam adolescens ex civitate Pruchshaim per xxiiij. miliaria ad S. L. Inchen., qui percussus in uno latere... f. 15v

Eodem anno venerunt de Lantzhüta (8) una femina cum virgine quadam, que xviii. ebdomadis paralytica iacens... f. 16

Eodem anno venit quidam honestus sacerdos de Möringen (9), nomine Iohannes, qui retulit se f. 16v

[1] Moribud *ante corr.* — [2] iiij gaden *add. sup. lin.*

(1) Viculus est quidam dictus Aufhaufen ad Oenum fluvium (Inn) haud procul a Brunoduno (Braunau). Hunc tamen a scriptore nostro designari non ausim affirmare. — (2) Ochsenhausen prope Biberach in Wurtemberga. — (3) Diessen (al. Bayerdiessen) in Bavaria superiore ad lacum Ambronis? — (4) Dollnstein haud procul ab Aichstadio. — (5) Alemanus, al. Alemo, Alimonia, etc., amnis (die Altmühl), qui in Danubium influit. — (6) Iam Reinsbronn in Wurtemberga. — (7) Schliersee in Bavaria superiore. — (8) Landshut caput Bavariae inferioris. — (9) Mehring, Möhring, haud procul ab Augusta ad meridiem?

MIRACULA IN INCHENHOFEN

in civitate Öttingen in den Ries [1] velle transisse a quodam suo amico circa initium noctis ad alium amicum, scilicet plebanum eiusdem civitatis, veneruntque sibi obviam duo volentes eum interficere... Ipse vero iam de vita desperatus, cum evadere non posset, devotissime invocat gloriosissimam virginem Mariam miserorum consolatricem fidelissimam et S. L., ipsis votum emittens, et se transiturum ad Beatam Virginem in Ach (1) spopondit et ad S. L. in Incheñ.; quo emisso, mox valde miraculose vidit se stantem in quodam prato extra muros et ultra fossata civitatis et tran<s> flumen quod dicitur Werntz (2), et de eodem loco transivit huc...

Eodem anno duo institores, videlicet Conradus Offenhaymer et Hainricus Regenspurger de Aw iij. miliaria ab Röttenburg fuerunt a
f. 17 quatuor raptoribus | captivi deducti in unam silvam...

an. 1364, f. 17ʳ Anno Domini m°.ccc°.lxiiij°. in die sancte Christine virginis venerunt due persone, vir et mulier, coniuncte matrimonio, de civitate Weylhayim (3),
B ferentes secum puerum per eos genitum femellam quinquennem nondum potentem ambulare...

Eodem anno in die sancti Agapiti venit quidam honestus vir, Petrus nomine, de civitate Tanne (4) per xl. miliaria, qui ad mortem in captivate detentus est in Argentina [2]. Parentes vero eius honesti et habundantes volentes eum redimere et promittentes se daturos 5000 libras
f. 18 eiusdem monete [3]... | Post haec in vigilia sancti
Psalm. 104, 34. Bernardi venerunt locuste et brucus, quorum non erat numerus, que ob suam multitudinem lucem diei obtenebrantes et terram mirabiliter devastantes, maxima frugibus nocumenta intulerunt. Circa eadem etiam tempora fuit grandis gwerra et dissensio inter Bavaros et Australes, in qua monasteria et ceteri pauperes multum vexati sunt (5).

an. 1365, f. 18ʳ Anno Domini m°.ccc°.lxv. in die Leonis pape venit quidam honestus vir Iohans Schriem de Monte Buda, id est von Ouen, de partibus Ungarie (6), per spatium centum quinquaginta miliarium cum duobus pueris masculini generis... Ipse autem... affirmavit... per quatuor ebdomadarum spatium cum suis pueris tam prolixam viam de
C Buda feliciter pertransisse...

Eodem anno in vigilia sancti Viti venit quidam venator circa annum etatis sue tricesimum, qui in civitate Güntzenhausen prope fluvium Altmül situata[m] (7) fuerat innocenter detentus et ab illis de Sangkendorff pro exploratore captivatus...

f. 19 Eodem anno in die S. Iohannis Baptiste venit quidam honorabilis vir Eberhardus Pibracher de Dacouia [4] ad Bohemorum silvam (8); qui obsessus demonio nimium vexabatur... Fallax enim ille deceptor deduxit eum aliquando ad magnas aquas, potissime autem ad flumen Regen (9)...
f. 19ʳ | Interim multorum sanctorum limina visitavit, videlicet sancte Marie Magdalene, sancte Brigide, et ceteros sanctos orans pro huius sanatione sin- D
ceriter et devote, nec tamen sanatus est. Demum pervenit ad civitatem Monacum in superioribus partibus Bavarie ad quendam civem honestum et timentem Deum, nomine Heinricus Pulvinger. Qui videns illum terribilem et miserabilem hominem adiunxit eum cuidam fideli fratri et transmisit ad S. L. in Incheñ....

Eodem anno in vigilia sancti Vdalrici superve- f. 20
nit quedam vidua honesta, iuvenis et pulchra, nomine Ursula Swärtzerinne de Sulczperg circa lacum proprie Podense (10); que captivata a quodam tyranno Hermanno de Sulczperg volens eam per violentiam coartare, ut se cum suis pueris alienaret a monasterio Sancti Galli, cui iure proprietario attinebat...

Anno ut supra in die S. Willibaldi confessoris f. 20ʳ
contigit quendam de Nörlinga (11), videlicet Maister Albrecht Scherer, videlicet Magistrum Albertum Rasorem, deambulare in ecclesia S. L. diligentius contemplando miraculorum indicia circumquaque dependentia...

Anno Domini m°.ccc.lxx. in octava Pasce venit an. 1370,
quidam ad S. L. de Lindaw (12), nomine Hans Marolff, qui retulit cum fidei assertione qualiter necessitate compulsus | propter vite conservatio- f. 21
nem de suis adversariis se defendens unum interfecit, et sic iudicio deprehensus in captivitate ductus est... Contigit autem ut iam extraheretur et ad iudicium ductus sententia mortis contra eum fieri deberet. Supervenit domna abbatissa monasterii Sancte Marie eiusdem civitatis cum xiiii. consororibus suis, quibus cessit omnis multitudo populi astans iudicio; ipsa vero, vincto arrepto, duxit secum in suam libertatem, nemine contradicente vel eam de huiusmodi auctoritate interrogante, quia sic placuit beate Virgini Marie et S. L., cuius auxilio liberatus est...

Anno Domini m°.ccc.lxxxiiij. circa festum an. 1384,
S. Egidii Berchtoldus piscator de Weil (13) propter enormitatem facinorum fuerat detentus in Landsperg et positus in captivitate. Erat enim falsarius tesserarum [5], quas et secum tulerat homines decipiendo. Qui breviter iudicio sententiatus morti addictus est et talem recepit sententiam, ut aquis
| submersus interiret; quod et factum est. Cum f. 21ʳ
autem tortor iam pervenisset cum eo super pontem Lici (14), id est Lechpruck, in Landsperg, col- F
ligavit ipsius manus et pedes insimul fortissime et cum magno fuste ligaturas firmavit et cum eodem precipitavit de ponte in conspectu hominum ferme ccc^{rum}. Predictus autem Berchtoldus in suis periculis gloriosum confessorem S. L. instanter invocavit, qui presto est in se fidentibus; huic etiam, quamquam indigno, tamen necessario suam exhibuit beneficentiam. Dum enim in aquis nataret, soluta sunt vincula eius et fustis ab eo recessit et sic liberatus a ligaturis firmissimis, attamen adhuc natabat subter aquas, in quantum distat Walchshofen a loco S. L. Inchenhofen (15). Iudex

[1] Retia *glossa ad sup. lin.* — [2] Strasspurg *cod. ante corr.* — [3] (e. m.) Strasspurg *cod. ante corr.* — [4] prope Dachaw *ante corr.* — [5] tesseꝝ *cod.*

(1) Id est Aachen seu Aquisgranum. Cf. etiam infra, p. 192, annot. [2]. — (2) Iam Wörnitz flumen, quod in Danubium influit, praeterfluitque oppidum Öttingen. — (3) Weilheim in Bavaria superiore. — (4) Thann in Alsatia. — (5) Cf. S. RIEZLER, *Geschichte Baierns*, t. III, p. 80 sqq. — (6) Budapest, germ. Pest-Ofen. — (7) Gunzenhausen in Franconia media. — (8) Dachau, oppidum in Bohemia (Kreis Pisek). — (9) Quod Ratisbonae in Danubium influit. — (10) Sulzberg haud procul a lacu Bodamico seu Constantiensi ad orientem. — (11) Nördlingen oppidum in Suevia. — (12) Lindau in insula lacus Constantiensis; ibi erat pridem monasterium monialium. — (13) Weil (Landgericht Landsberg) in Bavaria superiore. — (14) Lech flumen, quod in Danubium influit. — (15) Mensuram accipit scriptor a vico Walchshofen, quod ab Inchenhofen non longe distat ad meridiem quodque, sicut et Inchenhofen, ad amnem Parum (germ. Paar) est situm.

autem

A autem iterum cepit eum ac posuit in custodiam. Iubente autem illustri principe domino duce Stephano (1), per merita S. L. liber est dimissus veniensque ad S. L. cum funibus, quibus fuerat ligatus, gratias egit Deo et S. L.

Eodem anno in vigilia sancti Michaelis venerunt due honeste persone coniugate de Pappenhaim (2), que retulerunt mihi qualiter puer ipsorum trium annorum...

Anno Domini ut supra circa festum Michahelis venit quidam honestus vir asserens se captivum fuisse a latronibus propter rerum substantiam in Egers (3) ante silvam Bohemorum...

an. 1385, f. 22 | Anno Domini m°.ccc°.lxxxv. in adventu venerunt due honeste femine et decore cum fidei testimonio asserentes qualiter maritus unius ex eisdem existens militaris captus fuisset in Praittenegg (4)... Ipse autem... vocabatur Dürner.

f. 22ʳ | Anno ut supra feria quarta post Purificationem venit quidam honestus vir de Pecham (5), qui captus fuerat ad mortem...

Eodem anno circa festum Michahelis venit B quidam honestus homo cum filio suo, quem de captivitate liberatum S. L. adduxerat. Fuerat hic filius prefati hominis captivus in castro quodam dictum Ebenrot (6). Idem namque castrum ab hostibus incendio consumptum est; cuius facti culpam captivo imposuerunt, reum censentes eundem de huiusmodi crematione, et perducentes eum in Haidegg voluerunt eum morti tradere...

an. 1386, f. 23 | Anno Domini m°.ccc°.lxxxvj. in dominica Letare venit quidam honestus vir de Ögersmül (7), cuius puer nondum quattuor annorum ceciderat in vas quoddam aqua plenum...

f. 23ʳ | Anno eodem proxima feria sexta ante Ascensionem Domini venit quidam de Waiblingen (8), qui cum alio quodam iniuriante se iurgatus est... et minus iuste captivatus est ab adversariis...

f. 24 | Sanctus autem Leonardus eum salvavit, et eadem nocte transivit adhuc usque Esslingen; ... deinde surgens migravit usque Ulmam, ... postremo venit huc ad S. L...

Eodem anno feria sexta post Ascensionem venerunt due honeste persone coniugate ex quadam villa prope Höchfürg, quarum puer nondum triennis ceciderat in quandam aquam profundam, videlicet Ylm (9)...

f. 24ʳ Anno Domini m°.ccc°.lxxxvj. proxima feria tertia post Inventionem sancte crucis venit quedam honesta matrona de Harthaim prope Milttenperg ad duo miliaria. Que, prout retulit, in manibus et pedibus contracta...

f. 25 Anno Domini ut supra circa festum sanctorum apostolorum Philippi et Iacobi venit quidam honestus vir de Danubio, qui asserebat se de quodam corruisse quercu...

Eodem anno circa diem Potentiane virginis venit quedam honesta matrona de Peurenveld (10), asserens in rei veritate qualiter a proprio marito captivata... fuisset, inculpans eam de vesania et rationis privatione, quod tamen in ea considerare nequivi...

Anno et die ut supra venerunt tres socii de Willerspach (11), qui a quodam nobilista de Eglofstain in contemptum unius alterius nobiliste captivi ducti sunt et in profundam turrim in Forshaim reclusi... **Miracula in Inchenhofen**

Anno Domini m°.ccc°. lxxxvj. in vigilia dedicationis venit quidam grandevus vir de Bohemia, qui fuit carpentarius et ceciderat de quadam structura lignea... f. 25ʳ

Eodem anno proxima feria sexta ante Ascensionem venit quidam adolescens speciosus de Pettenhausen prope civitatem Mängen (12), qui, ut retulit, fuit in eiusdem civitatis nundinis, ubi et unum equum vendiderat. Interfuerunt denique hijsdem nundinis tres latrones venditionem huius explorantes, eumque in silva quadam expoliantes perduxerunt eum captivum... et ligatum per vi. milliaria ad castrum quod dicitur Choburg... f. 26

Anno Domini m°.ccc°.lxxxvij°. in vigilia Palmarum venerunt due legittime personne de Petenhausen, quarum puer nondum duos habens annos in aquam ceciderat... *an. 1387,* f. 26ʳ

Anno ut supra circa festum Corporis Christi venerunt quatuor socii de Näker vel Necker, qui capti a quodam tyranno, nomine Gleissenthwlff... E

| Ambulaverunt insuper nocte ista (*qua ex captivitate evaserant*) ad civitatem Haylprunn (13)... f. 27

Anno ut supra in proximo sabbato post sanctorum apostolorum Petri et Pauli sollemnitatem venit quidam honestus vir de quadam civitate prope Nürnbergam...

Anno Domini m°.ccc°.lxxxix. proxima feria sexta post Ascensionem venit quidam nobilista nomine Fillenbacher de Gerëutt (14), qui habebat puerum vi. annorum... *an. 1389,* f. 28

Eodem anno proxima dominica ante festum SS. Symonis et Iude venit quidam honestus vir cum bono testimonio referens qualiter in civitate Pataviensi (15) cum ceteris xiiii. latronibus captus fuerit tamquam iniquus... f. 28ʳ

Anno Domini m°.ccc°.xci. proxima feria sexta post Galli venerunt duo socii asserentes in rei veritate quomodo a duobus nobilistis, videlicet Thoma et Hermanno Freyberger, captivi ducti sunt et in quodum castro dictum Wal per unum miliare distans a Landsperg in carcerem quendam prope equistacium[1] firmiter in cippo reclusi sunt... *an. 1391,* f. 29 F

Eodem anno feria quinta post Michaelis venit quidam honestus presbyter de Padaw (16) cum masculo vii. annorum, qui in veritate retulit quod isdem puer pestilentia percussus... f. 29ʳ

Anno Domini m°.ccc°.xcii. in Cena Domini venerunt due legittime persone de villa Witenhausen ferentes secum puerum femellam circa bymatum, qui in quendam ceciderat fontem... *an. 1392,* f. 30

Eodem anno in vigilia Penthecostes venit quidam honestus vir de montanis[2], qui in quadam gwerra fuerat captus et in quodam castro dictum Castival distans abhinc, videlicet a loco Inchen. per lxxij. miliaria, in cyppis gravissime vinculatus...

Eodem anno in die S. Petri ad vincula venit quidam f. 30ʳ

[1] stabulum equorum *ante corr.* — [2] montibus *ante corr.*

(1) Stephanus II dux Bavariae († 1375). — (2) Pappenheim, quod est oppidum in Franconia media ad Alemanum flumen. — (3) Eger (bohem. Cheb), oppidum a silvae Bohemicae parte septemtrionali non ita remotum? — (4) Breitenegg in Palatinatu superiore. — (5) Beheim, nomen non unius loci in Bavaria. — (6) Ebenried in Palatinatu superiore, qui vicus non multum abest ab oppido Heideck? — (7) Egermühle in Suevia? — (8) Waiblingen, Esslingen, Ulm, in Wurtemberga. — (9) Ilm flumen, quod in Danubium influit. — (10) Baierfeld nomen est vici tum in Suevia, tum in Palatinatu. — (11) Proxime inter se distant Weilersbach et Forchheim in Franconia superiore; neque multum ab utroque abest Egglofstein. — (12) Mengen in Wurtemberga. — (13) Heilbronn in Wurtemberga. — (14) Gereuth nomen aliquot locorum in Bavaria et alibi. — (15) Passau. — (16) Padua urbs Italiae.

MIRACULA IN INCHENHOFEN

quidam honestus vir de montibus, existens caupo in quadam taberna in via Kuntersweg prope Pötzen (1) iii. miliaria, qui retulit se habere masculum vii. annorum...

Anno ut supra in die Inventionis S. Stephani protomartyris venit quidam iuvenis presbyter, qui retulit in veritate quomodo in Italia
f. 31 <..........[1]> captus fuisset... | Retulit insuper suae causam captivitatis, dicens se habere fratrem quendam canonicum ecclesie Mediolanensis, qui litem habuit cum illis dominis de <..........[2]>.

Eodem anno proxima feria post festum S. Trinitatis venerunt tres socii asserentes quomodo capti fuissent a quodam nobilista, et graviter vinculati ducti sunt in castrum Liechtenstain situatum in dyocesi Babenbergensi...

f. 31ᵛ Anno et die ut supra venit quidam honestus colanus[3] de Witenhausen asserens in rei veritate qualiter puer eius duorum annorum... ceciderat in quendam fontem...

Anno Domini m°.ccc°.xcii. in crastino Egidii venit quedam honesta matrona de Gengingen (2)
B prope civitatem Augustam portans secum puerum femellam nondum tres annos habentem...

f. 32 Eodem anno in Exaltatione S. Crucis venit quidam iuvenis honestus vir de Franconia, qui in partibus Ytalie in Florentia quendam percusserat ytalicum; ob quod captus est...

Anno ut supra venerunt due honeste matrone ferentes secum puerum nondum duos habentem annos ex villa Prüttelsried prope Ingelstaviam...

f. 32ᵛ Anno ut supra in die S. Martini venit quidam de Potzen, qui cuidam preconi manum amputaverat; ob quod captus fuit...

an. 1393, Anno Domini m°.ccc°.xciij. feria tertia post Penthecosten attulerunt quendam puerum de Tolnstain de partibus Bavariae inferioribus, qui circa molendinum subtus rotam in aquas ceciderat...

Eodem anno sabbato post Penthecosten venit quidam honestus vir de Augusta ferens secum
f. 33 masculum duorum annorum, qui in Licum | ceciderat circa balneum dictum Rappenpad...

Anno ut supra circa festum S. Iacobi venit quidam socius servus domini Sixti de castro Caldinetz per unam dietam distans de civitate
C Padwa; qui una dierum cum alio socio et conservo suo litigium habens...

f. 33ᵛ Anno ut supra feria vi. post nativitatem Marie supervenerunt tres socii de Dinckelspüchel referentes magnalia de S. L. Fuerunt namque captivi in quadam firma turri eiusdem civitatis reclusi...
f. 34 | Fuit autem inter hos quidam dives civis eiusdem civitatis, qui per xxiiij. dies in captivitate fuit eo quod cum quadam Iudea baptizata concubuisset, volentes eum cives et commune consilium civitatis ad hoc artare, ut eam sibi in uxorem acciperet, quam fedaverat; quod ipse facere contempsit, nolens consentire. Idcirco in captivitatem ductus et rebus spoliatus in valore circiter mille
f. 34ᵛ solidorum, non tamen flecti poterat... | ...Et adhuc
f. 35 ante noctis me|dium omnes feliciter liberati sunt, perveneruntque eadem nocte adusque Nör- D
lingen, quasi per quatuor miliaria (3)...

Anno Domini m°.ccc.xciij. et die S. Udalrici venit quidam honestus vir de Waltmashofen in Francia (4) situatum, qui retulit puerum suum duorum annorum in quandam cecidisse paludem...

Anno ut supra feria quinta post nativitatem Virginis Marie venerunt quatuor socii de partibus Austrie[4]. Qui retulerunt qualiter quendam
| ruralem domini ducis Alberti (5) captivassent f. 35ᵛ
extalliantes ab eo peccuniam. Perventum est autem ad aures principis huiusmodi maleficium; qui mox, spiculatoribus missis, vias terre eis reclusit, ut evadere non possent, et post non longum tempus omnes quatuor capti sunt et deducti in quoddam castrum dictum Linden in silva Bohemorum, tribus miliaribus distans a Deggendorff (6)... Deinde instante tempore quo mori deberent, instantius et devotius sanctum invocabant Leonardum et colloquebantur, dicentes: "Attemptemus, si quo modo liberari possimus." Et
iunior ex eis appropians ad murum scandere E
cepit et ascendens per altum xlviij. cubitorum adherens muri pervenit ad pluteum in quodam turris angulo; ubi respiciens vidit unam trabem in angulo cum quibusdam asseribus putrescere, arreptoque cultello transfodiendo foramen, sociis suis eum adiuvantibus, aperturam fecit, et exeuntes in castrum invaserunt incolas eius et
expulerunt de castro circiter | xiiii. viros, et reclu- f. 36
serunt se in castro. Quod iterum principem non latuit; qui, missis ad eos nuntiis, pronuntiabat eos solutos et promittebat nihil velle mali inferre, sed ut quo vellent transirent pacifice. Quod et fecerunt; venientes ad S. L. portaverunt secum cippum ferreum, sicut fuerant vinculati.

Anno ut supra proxima die dominica post Omnium Sanctorum venerunt tres testes cum quodam alio socio de Franconia de civitate Künigshofen (7), qui asserebant et testimonium perhibebant quarto, qualiter captivus fuisset propter ludum quem exercebat, et iam deperderat circa xxxii. solidos renenses, positusque in publicam custodiam...

Anno Domini m°.ccc°.xciiij. in medio quadra- *an. 1394,*
gesime venerunt due persone coniugate de qua-
dam villa Ünderstall per medium miliarium F
distans a Müpurg (8), asserentes in rei veritate qualiter una dierum puer ipsorum annum habens in etate in balneo existens defecisset...

Eodem anno feria quarta post octavam Pasce f. 36ᵛ
venerunt due honeste femine de Rain, mater et filia, quarum una, scilicet filia, vocabatur Häinrin, cuius puer in secundo etatis sue anno ceciderat in alvea plenum farina[5]...

Anno Domini m°.ccc°.xcv. in die sancti Iohannis *an. 1395,*
Baptiste venerunt duo honesti viri de Gerolfingen (9) portantes secum puerum nondum duos habentem annos, qui ceciderat in flumen...

Anno m°.ccc°.xcvj. in septimana Penthecostes *an. 1396,*
venerunt quidam portantes puerum quatuor annorum ex quadam villa Dornstat prope

[1] *relictum est spatium vacuum, et sup. lin. addita glossa :* id est Kurbalchen. — [2] *spatium vacuum, super quo glossa :* id est Churbalchen. — [3] *id est* colonus. — [4] *Ita man. pr. in marg. inf. Prius scripserat auctor :* de partibus Bavariae inferioribus; *postea :* forsan de p. Austrie; *demum :* de p. Austrie. — [5] *glossa sup. lin.* in ainen trog vol melbs.

(1) Bozen in Tiroli? Cf. p. 200, annot. 14. — (2) Göggingen. — (3) Dinkelsbühl in Franconia media reapse circiter quattuor miliaribus distat a Nördlingen. — (4) Walmannshofen, in ea parte Wurtembergae quae Franconiae proxime adiacet? — (5) Alberti III ducis Austriae († 1395). — (6) In Bavaria inferiore. — (7) Königshofen im Grabfelde. — (8) Unterstall in Suevia, haud procul ab urbe Neuburg (Müpurg = Nüpurg ?). — (9) In Franconia media.

Ulmam

A Ulmam (1), quem ancilla quedam secum dor- f. 37 mientem | oppresserat...

Eodem anno circa festum Penthecostes venit quedam honesta matrona de quadam villa, que dicitur Switz, gestans secum puerum quatuor annorum qui in quoddam flumen dictum Dargün ceciderat...

Eodem tempore venit quedam honesta matrona de Werdea ferens secum puerum quinquennem, qui per diem et noctem mortuus iacebat...

Eodem anno in vigilia Penthecostes venit quedam honesta femina de Empfingen (2) cum quodam masculo xvi. annorum officio lingwe carente...

an. 1397, Anno Domini m°.ccc°.xcvij. in diebus Rogationum venit quedam honesta femina cum suo f. 37v marito mettertia | ex villa Bechtall (3), in qua residebat nobilista quidam nomine Bechtaller, cui iure servitutis attinebant mulier cum suo viro. Contigit autem ut civis quidam de Ingelstavia, nomine Öttlinger, captivasset huius mulieris maritum in obprobrium praedicti nobiliste...

f. 38 Eodem anno in vigilia Penthecostes venit quidam honestus vir faber mettertius de civitate Echingen prope Vlmam (4). Qui retulit se habere puerum quatuor annorum.,.

f. 38v Anno ut supra venerunt due persone coniugate de Pappenhaym (5) ferentes secum puerum in aetate xv. ebdomadarum...

an. 1399, f. 39 Anno Domini m°.ccc.xcix. infra octavas Epiphanie venit quidam nobilista prope Rotenburg suam habens mansionem, cui quidam servorum suorum fuerat furatus meliorem equum, in valore l. florenorum, et unam loricam et duas cirotecas ferreas; cuius rei gratia animo consternatus... (*Denique fur ille*) apprehensus est ibidem a domino suo acceptaque mercede sua suspensus est in patibulum in Rottenburg...

Eodem anno in die S. Anthonii venit quidam honestus vir vindemiator de oppido [1] Kalmüntz (6), qui retulit se habere fontem in domo sua...

an. 1400, f. 39v Anno Domini m°.cccc°. in vigilia Penthecostes venit quedam honesta matrona de Tonhawsen iiij. miliaribus ab Augusta cum tribus personis; que puerum suum nondum duos habentem annos in etate una dierum balneando in scaffa reliquef. 40 rat solum... | Et ego hoc miraculum in sermone ad populum promulgavi coram multitudine ferme duorum milium hominum.

Anno Domini m°.cccc. circa festum dominice Ascensionis venit quedam honesta matrona de civitate Olspach mettertia, portans secum puef. 40v rum anniculum... | Attulerunt puerum huc ad S. L. offerentes eum super eiusdem altare; quem (*scriptor Stephanus*) ego frater Stephanus cum duobus fratribus ordinis nostri et ceteris multis tunc presentibus oculis corporeis conspexi.

Eodem anno in septimana ante festum Penthecostes venit quedam femina mettertia de civitate Lautterhausen (7) cum puero masculo viii. annorum, qui submersus fuerat...

Eodem tempore venit quidam honestus vir metsecundus de civitate Olstat (8), qui michi retulit qualiter uxor sua impregnata et iam partui vicina fetu valde premebatur... MIRACULA IN INCHENHOFEN

Anno Domini m°.cccc°. in die S. Galli venerunt quatuor equestres de Francia servitores dominorum de Sampson, qui dissensionem habentes lites gerebant versus duos nobilistas, videlicet unum de Rosenwerck et Dietricum de Haydenveld, et capti sunt omnes quatuor ab eisdem... f. 41

Eodem anno circa festum S. Michaelis venerunt due persone coniugate de Weldum, quarum puer triennis ceciderat in foveam caulium et submersus latuit inibi... f. 41v

Anno et tempore ut supra venit quidam, nomine Iobst Smidknecht, qui captus propter homicidium, quod patrarat, a quodam nobilista nomine Frenutsperger et graviter vinculatus, positus in turri in castro quod dicitur Strausperg... f. 42

Eodem anno feria secunda ebdomade pascalis venit quidam honestus vir sua cum uxore ex villa quadam prope Ingelstaviam ferentes secum puerum infra bymatum...

Eodem anno in ebdomada Penthecostes venit quidam honestus vir ex villa quadam prope Nörlingam dicta Püchel ferens secum puerum ii. annorum, qui ceciderat in quandam paludem... f. 42v E

Ego vero frater Stephanus, pro tunc cappellanus apud S. L., coram multitudine quasi mille hominum in cancellis huiusmodi beneficium et miraculum promulgavi... (*scriptor Stephanus*)

Anno Domini m°.cccc°.j°. in crastino S. Vdalrici confessoris venerunt due persone matrimonio coniuncte de Aychach (9) portantes secum puerum anniculum... *an. 1401,*

Eodem anno sabbato ante festum Michaelis venit quedam honesta matrona de Möringen in Retia (10), que retulit qualiter puer suus trium annorum una dierum existens supra pluteum stube caderet deorsum... f. 43

Anno ut supra post festum nativitatis S. Marie venit quidam honestus vir cum suo filio ex villa Yctelhaym prope civitatem Offhaym (11) existens sub dominio dominorum de Rotenburg [2] (12); fuerat nam que tunc temporis magna gwerra et disceptatio inter illos de Rotenburck et inter civitatem Swartzach (13) ex parte novi regis (14); una autem dierum mane venerunt quinque civitatenses equestres de Swartzach in predictam villam ad tollendam predam ceperuntque prefati rustici filium cum suis pecudibus, scilicet equis, vaccis et ceteris, et vinctum duxerunt in civitatem Swartzach... f. 43v F

Anno eodem in octava Assumptionis S. Marie venit quidam sacerdos, nomine Oswaldus, de civitate Hasfürt (15), quem quidam nobilista de Sampson captivum duxerat super castrum dictum Tannen... f. 44

Anno Domini m°. cccc°. ij. feria secunda ante Viti venit quidam honestus vir ex villa quadam prope Purgaw (16) cum puero suo, qui aliquando ceciderat in quoddam flumen... *an. 1402,*

Anno ut supra venit quidam honestus vir proxima dominica ante festum S. Katherine, qui ab illis Mediolanensibus captus fuerat in civitate Verena [3] (17) propter hoc quod novo regi adherebat... f. 44v

[1] foro *add. sup. lin.* — [2] Rotenberg *ante corr.* — [3] Pern *ante corr.*

(1) Dornstatt in Wurtemberga. — (2) Empfing in Bavaria superiore. — (3) In Franconia media. — (4) Eckingen in Wurtemberga. — (5) In Franconia media. — (6) Kallmünz in Palatinatu superiore. — (7) Leutershausen in Franconia media. — (8) Ohlstadt, Ollstadt in Bavaria superiore. — (9) Aichach prope Inchenhofen. — (10) Cf. supra, p. 187, annot. 9. — (11) Ickelsheim prope Uffenheim in Franconia media. — (12) Rothenburg an der Tauber in eadem. — (13) In Franconia inferiore. — (14) Ruperti (1400-1410). — (15) Hassfurt in Franconia inferiore. — (16) Burgau. — (17) Verona.

Eodem

MIRACULA IN INCHENHOFEN

Eodem anno venit quidam honestus sacerdos de Werdea, qui paraliticus iacebat...

Eodem anno feria secunda ante festum Michaelis venit quidam honestus presbyter, nomine Otto de Weylach (1), qui quondam habuit mascu-
f. 45 lum octo annorum, et una dierum | volens equitare ad Tann...

an. 1403, Anno Domini m°.cccc.iij°. circa festum Pen-
f. 45v thecostes venit quidam honestus colanus[1], quem Petrus Marschalck in Hüggenhausen (2) intra quoddam celare manibus et pedibus graviter vinculatum habebat...

Eodem anno in die S. Laurentii venit quidam socius, qui in Freisinga supra montem cum quodam famulo cuiusdam canonici ecclesie Frisin-
f. 46 gensis litem inierat... | Deinde promisit se velle visitare limina S. Marie ad Granis apum[2] (3)...

Anno ut supra venit quidam honestus vir ex quadam villa prope Pappenhaym (4), qui una noctium diei dominice a quinque equestribus supervenientibus captus fuerat et ductus in quandam silvam, ubi expansis brachiis ligaverunt eum ad quandam arborem...

f. 46v Anno ut supra feria quarta ante festum Michaelis venit quedam honesta matrona de Laugingen (5) cum quadam puella xv. annorum, que per xii. hebdomadas ceca et surda existens...

Eodem anno in vigilia S. Ursule venit quedam matrona de Scetzlingen ferens secum puerum, qui compressus ab equo...

an. 1404, Anno Domini m°.cccc°.iiij°. post festum circumcisionis Domini venit quidam pistor de Gürlitz prope Meran cum aliis duobus, qui retulit qualiter una vice wlneratus fuerat in brachio sinistro ... sed iacebat dolens per xxv. hebdomadas; expendit in medicos viii. florenos, nec tamen poterat curari...

f. 47 Eodem anno in nativitate Beate Virginis venit quidam honestus vir de villa Naw prope Vlmam cum quodam masculo xiij. annorum habente[m] lapidem in vesica; quapropter etiam scissuram sustinuit et partim curatus est...

Anno ut supra feria secunda pasche venit quedam matrona de Augusta cum puero habente rupturam circa genitalia...

Eodem anno feria tertia proxima venit quidam honestus vir de Ganshaym prope Danubium (6),
f. 47v quem servi cuiusdam Wilhelmi Marschalk | captivum perduxerunt in quandam silvam prope Pappenhaym...

Anno et die ut supra venit quidam honestus vir de Kelhaim (7), missus a consulibus et principalioribus xii. et iudice eiusdem civitatis, quibus iam instabat periculum. Conspiraverant namque communitas civitatis versus eos et, cunctis ad hoc ordinatis, volebant insurgere et irruere in eos. Quo viso, predicti consules et ceteri considerantes se nequaquam evadere posse neque resistere, quando suis privarentur vita et rebus, inito consilio, implorabant auxilium de excelso. Confugientes denique ad sanctorum suffragia mittebant ad precipuum tribulatorum omnium fidelissimum auxiliatorem S. L., destinaveruntque ei cum prefato nunctio structuram ex ferro ad instar loci illius in quo ad iudicandum | residebat, wlgariter f. 48
ein gericht schrann; quo facto, disponente S. L., furor populi continuo mitigatus est et omnis commotio et indignatio finem accepit. ...

Eodem anno in ebdomada Penthecostes venit quidam honestus vir de Novo Foro prope Nwrenbergam (8), qui letaliter vulneratus ab inimicis suis...

Anno ut supra in eadem septimana venit quedam nobilis matrona, quam quidam alius nobilista, nomine Caspar Symontzhauser, duxerat captivam in quandam silvam, volens eam spoliare
quibusdam agris suis | et bonis hereditariis, ipsa f. 48v
sibi resistente; quapropter vinctam eam reposuit in quandam foveam in predicta silva operiens eam fruticibus et dumetis, iacebatque mulier in magna perplexitate a feria sexta usque ad feriam secundam...

Eodem anno ante Ascensionem dominicam venit quidam honestus vir de Nürenberga de dominio burgravii, qui captivus ductus fuerat...

Anno Domini m°.cccc°.v°. feria tertia post an. 1405,
Letare venit quidam adolescens mettertius de f. 49
partibus Bohemie. Cuius pater cum fuisset captus E
a quibusdam bohemis latrunculis et ductus in castrum quoddam prope civitatem Glatan[3] (9)...

Eodem anno in crastino Inventionis sancte f. 49v
crucis venit quidam honestus vir de quodam castro nomine Zebelstain (10) de dyocesi Erbipolensi; qui cum obligatus voto perficere unam peregrinationem ad S. L. nimis procrastinaret, cumque una dierum equitaret caballum in valore lxiiij. florenorum transire volens Eystaviam (11) pervenissetque iam infra Haydegk (12) et Eystaviam, equus casum fecit cum eo...

Eodem anno et die venit quidam ytalicus cum f. 50
aliis sex, qui captivus iacuerat ... in castello Pysann (13) prope Tridentinum[4] ...

Anno ut supra sabbato Iubilate venit quidam f. 50v
Hanns Remot de Ziegelpach (14); qui cum in sancta vigilia nativitatis Christi transiret de Augusta, frigore nimis intenso preter solitum ingruente...

Eodem anno feria sexta ante Cantate venit quidam nunctius de Abensperg (15) portans secum xx. libras de cera et xx. libras de calibe, missus a domina Nes de Abensperg; que cum puerum
masculum peperisset... F

Eodem anno feria quarta ante Cantate venit f. 51
quedam honesta matrona ex quadam villa dicta Wielantzen (16), marito eius existente pro tunc in quodam walneo naturali; quam suus proprius dominus recluserat in domum iudicis, ubi vinculata ambobus pedibus iacebat per xiiii. dies, volente tyranno, qui eam ceperat, pecuniam extorquere ab ea...

Eodem anno in dominica Cantate venit quidam f. 51v
honestus vir ytalicus, qui cum in civitate Venecia captivatus ac graviter vinculatus iaceret per vi. menses et vii. dies bonis suis omnibus spoliatus, videlicet equo et armis, — erat enim stipendiarius[5] illius de Padwa, — et ab adversariis detentus...

Eodem anno feria tertia proxima sequenti venit f. 52

[1] *cf. p. 190, ann.* [2]. — [2] (ad G. a.) in Ach *ante corr.* — [3] *sic; cf. p. 199, ann.* [3]. — [4] Triend *ante corr.* — [5] *glossa sup. lin.* söldner.

(1) Prope Inchenhofen. — (2) Ignhausen, Ingenhausen non longe ab eodem? — (3) Ita noster Aquas Grani (Aachen) nominasse videtur. — (4) In Franconia inferiore. — (5) Lauingen in Suevia? — (6) In Suevia. — (7) In Bavaria inferiore. — (8) Neumarkt an der Sulz. — (9) Klattau, bohem. Klatovy. — (10) Zabelstein inter Gerolzhofen et Hassfurt. — (11) Eichstätt. Vid. supra, p. 186, annot. 6. — (12) Heideck, circ. 30 chiliometris ab Aichstadio ad septemtrionem. — (13) Beseno. — (14) Ziegelbach in Bavaria superiore. — (15) Abensberg in eadem. — (16) Wielands in Suevia?

quidam

A quidam alius ytalicus cum aliis xiii. de quodam castello prope Tride<ntum>[1], nomine Yban, in quo castello fuerat detentus...

Anno et die ut supra venerunt duo viri de
f. 52v Visenstein (1), qui regnante pestilentia | in eisdem partibus etiam infecti sunt... Retulerunt insuper quod in predictis partibus, videlicet Visenstein, x. milia hominum et quingenti homines iam essent defuncti.

Anno Domini ut supra venit quidam honestus vir de partibus Austrie, qui cum graviter vinculatus iaceret...

Eodem anno sabbato ante nativitatem Virginis gloriose venerunt quidam iuvenis cum uxore et matre sua, videlicet molitor de Pernsmül (2) in rippa Holtzhaymerpach portantes secum puerum femellam nondum habentem duos annos in etate; qui in predicta rippa prope molendinum ceciderat...

f. 53 Anno ut supra, in die nativitatis Marie venerunt duo viri de Mendorff infra Ingelstaviam et Nwburgam; qui dum capti fuissent et perducti in Pappenhaym, positi sunt in custodia in domum
B preconis firmiterque reclusi in vinculis, volentibus illis qui eos captivabant, videlicet marschalkijs, exactionem facere ab eis....

an. 1406, f. 53v Anno Domini m°.cccc°.vj°. venit quedam nobilis matrona, militissa videlicet Kamerawerin de Kamerberg (3), cum puero femella quinque annorum, qui per quinque ebdomadas tussitum patiens...

f. 54 Eodem anno in die S. Affre venit quidam honestus colanus[2] Ulricus Prämer de Maurbach (4) cum uxore sua portans puerum, qui in quandam paludem aqua profundam ceciderat...

Anno ut supra circa festum Penthecostes venit quedam honesta matrona de Ingelstavia ferens secum puerum masculum; quem, cum nondum haberet sex ebdomadas ab ortu, reliquisset in balneo iacentem...

f. 54v Anno Domini m°.cccc.vj. post festum nativitatis Beate Virginis venit quidam nobilista de Florencia mettertius, qui cum cuiusdam militis filium causa amoris feminarum detestandi occidisset, captus est et graviter vinculatus...

f. 55 Anno ut supra venerunt due persone coniugate de Gerolfingen prope Ingelstaviam (5) portantes
C secum puerum, quem S. L. ab incendio tam miraculose quam gratiose conservarat...

an. 1407, Anno Domini m°. cccc. vij... venerunt due persone coniugate de Rain cum puero...

f. 55v Eodem anno venit quidam honestus vir una cum uxore sua de Haydenhaym (6), qui una dierum cum puero suo cecidit per altum gradum...

Anno ut supra venit honestus vir de villa Perchtoltzhaym prope Nürenbergam; cuius puer cum in fontem quendam cecidisset...

Eodem anno venerunt due persone coniugate de Mosen (7) portantes secum puerum nondum anniculum...

f. 56 Eodem anno venit quidam vir de Augusta, qui ut virtus S. L. in eo claresceret, | obmutuit...

Anno ut supra venit quidam honestus vir ex villa quadam prope Freysingam, cuius duo pueri... MIRACULA IN INCHENHOFEN

Anno eodem venit quidam honestus vir de Ochsenfurt (8), qui captivus iacuerat in castro Hügelhaym prope Schlüsselfelt (9)...

Anno eodem in octava nativitatis Beate Virginis venit quidam carnifex de Püchen, qui ab illo de Weinsperg captivus ductus est in castrum Schillingsfürst (10)... f. 56v

Anno ut supra dominica proxima post festum Epiphanie venit quidam de Weissenburg (11), qui per quatuor ebdomadas reclusus in cippo iacuerat...

Anno ut supra venerunt duo viri, qui quondam captivi fuerant in castro Kameraw prope silvam Bohemorum (12)...

Eodem anno in vigilia S. Mathei venit quedam mulier de Monhaijm (13) ferens secum puerum proprium... f. 57

Anno eodem venit quidam honestus vir ex villa quadam prope Giengen (14), unum habens amicum in infirmitate forti laborantem...

Anno et die ut supra venit quidam vir de Rieden duobus miliaribus distans a civitate Vlma, qui iam ad annum unum et alterum dimidium fluxum sanguinis passus est... f. 57v

Eodem anno in die S. Elizabeth venit quidam de Treveris, qui ab hiis qui de societate erant Venetorum captivus ducebatur per v. miliaria in territorium domini Sichen...

Anno Domini m°. cccc. viij. venit quidam vir de Pernbach (15) cum puero suo femella quadam xi. annorum, qui puer in una tibia lesionem habebat... *an. 1408,*

Anno ut supra post Pasca dominica quarta venerunt duo honesti viri [de Treveris[3]] cum alabro[4] | ferreo (16), in quo suis pedibus ambo vincti per xl. ebdomadas in Lampardia iacuerant... f. 58 f. 58v

Anno ut supra feria sexta post Ascensionem venit quidam vir de Plinthaym prope Hochstetten (17) cum iuvene quodam masculo, qui per annum lapidem in vesica habens...

Anno ut supra venit quedam honesta mulier de Vndenstorff (18) cum masculo viij. annorum, qui una dierum subtus currum caulibus onustatum ceciderat...

Eodem anno in die S. Dominici venit quidam honestus vir de Treveris, qui captus a suis emulis... f. 59

Anno ut supra in die S. Viti martyris venit quidam honestus vir de Triest, qui in paganismo in terra Ethyopum captivus iacebat annis fere quatuor, et una dierum, volente Deo, metquartus evasit et pervenit ipse usque Constantinopolim in Greciam, ubi galeam reperit Venetias transire volentem, in qua se recepit... | Cumque iam navis una cum universis que continebat dispendium pateretur extremum prope insulam quandam que dicitur Molia... f. 59v

Eodem anno circa festum S. Michaelis venit quedam honesta matrona de Gundolfingen (19), quam

[1] Triend *ante corr.* — [2] *cf. p. 190, ann.* [2]. — [3] (de T.) *deletum a corr.* — [4] girgillo *ante corr.*

(1) Weissenstein in Bavaria? in Wurtemberga? — (2) Bernsmühle nomen non unius loci, uti non unum flumen est Holzheimerbach. — (3) Kammerberg in Bavaria superiore. — (4) Haud procul ab Inchenhofen. — (5) Iam Gerolfing. — (6) In Franconia media. — (7) In Tiroli? — (8) In Franconia inferiore. — (9) In superiore. — (10) In inferiore. — (11) In eadem. — (12) Chamerau (al. Kammerau) prope Cham, in Bavaria inferiore. — (13) Monheim in Suevia. — (14) In Wurtemberga. — (15) Bernbach nomen non unius vici in Bavaria. — (16) Alabrum et girgillum idem designant instrumentum, quod gallice dicitur dévidoir. Cf. DUCANGE, s.vv. — (17) Blindheim prope Höchstädt in Suevia. — (18) Indersdorf, al. Undensdorf, vicus et monasterium a Frisinga ad occidentem sita. Huius monasterii erat codex ex quo miracula edimus. Cf. supra, p. 183 B. — (19) Gundelfingen in Suevia?

MIRACULA IN INCHENHOFEN f. 60 quam | maritus una dierum propter quandam concubinam, cuius amore captivus tenebatur, perduxit secum in silvam alligatamque fune volebat interficere...

Anno ut supra feria secunda post dominicam septuagesime venit honestus vir Hawser de Graspach cum filio suo accolito et canonico in Rebdorff (1); qui una dierum cum concanonico et confratre suo quodam subdyacono ex parte unius offe litigium inierat et a subdyacono percussus, immemor doctrinae Kathonis dicentis: *Cede maiori* etc., habuit secum parvum cultrum et absorbtus ira voluit transfigere pedem subdyaconi cum eodem; procurante autem hoste nequissimo, fraudatus est intentione et tetigit suum fratrem in ingwine, et letaliter eum vulneravit, vixitque tantum per unius hore spatium ex post et absque sacramentorum perceptione miserabiliter mortuus est. Ob quod predictus accolitus tentus est et positus in captivitate quintuplici...

an. 1409, f. 60ᵛ Anno Domini mᵒ. ccccᵒ. ix. feria tertia dominice tertie post Pascha venit quidam honestus vir de Kanstat prope Esslingen (2), qui cum duobus equis in itinere constitutus ab adversariis tentus in Westerreich (3) perductus est in castrum Lichtenwerg (4)...

f. 61ᵛ Anno et die (sabbato post festum dominice Ascensionis) ut supra venit quidam honestus vir de villa Holtzhausen prope Monacum civitatem, portans secum puerum, qui una dierum in scaffam aqua repletam ceciderat...

Eodem anno et die ut supra venit quidam honestus vir ex villa Scokach prope Ärdingen (5) cum iuvene xv. annorum, qui una dierum exiens in silvam, ingruente tempestate, percussus a fulmine...

Anno ut supra venit quidam honestus vir de villa Retzpach (6) prope Herbipolim ad duo miliaria, qui captivus...

f. 62 Anno Domini ut supra feria sexta post Penthecosten venit quidam honestus vir de partibus Elsacie ex civitate Tannen (7), qui ab eiusdem civitatis consulibus captivus in duobus compedibus reclusus...

f. 62ᵛ Anno ut supra in die xi. milium virginum venit quidam nobilista Wilhelmus de Grauenberg cum sua coniuge de castro Tuschalkingen ferentes
C secum masculum etatis vi. annorum, in quo a prima pueritia crescebat lapis...

f. 63 Anno ut supra post festum S. Mathei venit quidam honestus vir ij. miliaribus a Pabenberga (8), qui cum cuidam civi Nürnbergensi molendinum construeret, a quibusdam nobilistis detentus suisque rebus spoliatus captivus perductus est ab eisdem...

an. 1410, f. 63ᵛ Anno Domini mᵒ.ccccᵒ.xᵒ. in die S. Mathie apostoli venit quedam honesta matrona, vocata Mendlin de Petems, ferens secum masculum annorum circiter quatuor habentem lapidem in vesica...

Anno eodem tempore quadragesimali venit quidam honestus vir de Siellenpach (9) habens puerum manibus et pedibus contractum...

Anno ut supra dominica proxima post Ascensionem venit quidam de villa Rainkom, qui captivus ductus ad quoddam castrum dictum Gemütz... D

Anno et tempore eodem venit quidam de Künigsse prope Erffordiam qui, ut asseruit, quadam dierum vehementi oppressus corporis infirmitate...

Eodem die ut supra venit quidam vir honestus de Sanitzell (10) cum masculo decem annorum, qui per octo spatium ebdomadarum estuans febribus... f. 64

Anno ut supra feria secunda post Penthecosten venit quidam honestus vir de Pairmänchingen (11), qui attulit molendinum integrum ligno fabricatum; cuius haec erat causa...

Anno Domini 1410 feria tertia ebdomade Penthecostes supervenit honestus quidam vir et fide dignus metsecundus afferens cippum ferreum, qui eum in civitate Ratispona in monasterio Sancti Magni per xviii. spatium ebdomadarum vinctum retinuerat. | Eiusdem namque monasterii prepositus, cuius hic, de quo sermo, colonus extiterat, ipsum captivum vinctumque cippo prenominato in carceris obscuritatem reclusit. E Habebat nempe prefatus colonus super quodam feodo agriculture iura pro tempore; quibus dum dictus prepositus, alterius muneribus intervenientibus, corruptus eum, iustitia postergata, spoliasset, alteri feodum tradidit colendum. Nihilo minus timens ne is qui iniuriam passus, contra se insurgeret, ipsum, ut prefatum est, recepit custodiendum... f. 64ᵛ

Anno ut supra feria tertia ante festum Corporis Christi venit quidam honestus vir de Pfaffenhofen (12) secum gerens masculum trium annorum, qui una dierum hora meridiei solus domum exiit pervenitque ad fossatum aquosum prefatum per circuitum cingens oppidum...

Anno ut supra dominica secunda post Pentecosten due venerunt matrimonialiter coniuncte persone de Sandertzdorff (13) secum perferentes, quam genuerant, puellulam circiter vi. annorum...

Anno ut supra in die S. Viti quidam venit honestus vir de oppido Freimd (14) ante Bohemorum silvam; qui ductus ad iudicium a quibusdam accusatus pro debitis... f. 65

Anno ut supra in crastino Visitationis Virginis gloriose quedam honesta matrona venit cum suo coniuge de Anglach tribus miliaribus infra civitatem Ratisponam portans secum puerum nondum anniculum... f. 65ᵛ F

Anno Domini m.cccc.x. sabbato ante festum S. Mathei venit de Matran mettertia quedam honesta matrona, secum adducens filiam suam puellam annorum xvi., que xviii. ebdomadis lecto decumbens paralitica... f. 66

Anno ut supra in die S. Mauricii venit quidam bone indolis adolescens, qui in Turingia metsecundus super quodam castro dictum Wendelstain per xiiii. dies in turri cippo inclusus tenebatur captivus...

Anno ut supra venit quidam pistor de Öselperg (15), qui una dierum bigam tollendo indiscrete laboravit supra vires...

Anno Domini mᵒ.ccccᵒ.xi. in ieiunio quatuor temporum venit quidam adolescens de partibus *an. 1411,* f. 66ᵛ

(1) Notum est Rebdorfense monasterium canonicorum regularium in Franconia media. — (2) Cannstadt et Esslingen urbes sunt vicinae in Wurtemberga. — (3) Id quod Westfranken. — (4) Lichtenberg nomen est plurimis locis in Bavaria et alibi. — (5) Erding in Bavaria superiore? — (6) Retzbach. — (7) Thann. — (8) Bamberg. — (9) Sielenbach prope Inchenhofen. — (10) Sandizell haud procul ab Inchenhofen. — (11) Merching (al. Bayrmünching) in dioecesi Augustana. — (12) Nomen aliquot locorum in Bavaria. — (13) Sandersdorf in Palatinatu superiore. — (14) Freindorf prope Deggendorf in Bavaria inferiore? — (15) Eselberg?

Ytalie,

A Ytalie, qui in civitate Sibidat (1) in Friaul crudeliter vincitus... in captivitate permansit ex parte controversie que tunc erat inter summos pontifices...

Anno eodem in die sanctorum apostolorum Phylippi et Iacobi venit honestus vir, cuius incolatus duobus distabat miliaribus a civitate Verena [1] (2). Hic ab eiusdem civitatis consulibus ad mortem captivitati traditus...

f. 67 Anno Domini m°.cccc°.xi. in vigilia Ascensionis, eo tempore quo quidam nobilista dictus Tietz de Ting se erexit contra episcopum Eystetensem, cuius dyocesanum quendam, dictum Hanns Schaller de Herenten, prefatus tyrannus una cum grege, quem pascebat in prato, invasit vinciens eum et vinctum perducens ad castrum Rüschenperg (3) quatuor miliaribus ab Herbipoli...

f. 67' Anno ut supra feria quinta ante Penthecosten venit quidam honestus vir de montibus, qui captivus ductus in castrum Landegk...

Anno ut supra in vigilia Penthecostes quedam venit honesta matrona mettertia de Thizzing prope Kempten (4), quae insaniam mentis passa...

B Anno ut supra infra octavas Penthecostes quidam vir venit de Hantkling prope Winshaim, qui in civitate Geroltzhofen (5) habebatur captivus...

f. 68 Anno ut supra in vigilia S. Trinitatis due venerunt persone matrimonio coniuncte de Lampertzhofen prope Pergen (6) secum ferentes masculum annorum ij., quem una dierum urina urguebat, nec tamen exitum poterat habere...

Anno eodem in vigilia S. Leonardi venit colonus quidam de Hart prope Weylach (7) cum aliis duobus suis sororiis a quodam Petro molitore ibidem iuditio arrestatus ... Die illuces[s]cente, letior surrexit, se sancto Leon. sincerius commendans iter arripuit | et ingressus civitatem Schrobenhausen (8) iudicio, presente adversario, astabat...

an. 1412, Anno Domini m°.cccc.xij. in vigilia Pasce venit quidam adolescens de civitate Comentz ex provincia Lausitzen (9), qui in Bohemie partibus civitate Reichenstain (10) pro quadam peccunia detentus...

Anno ut supra sabbato post Ascensionem venit quidam honestus vir ex quadam villa prope Kempten, qui fractus circa genitalia...

C Anno Domini et die ut supra venit quidam honestus vir de villa quae dicitur Werd (11) prope civitatem Lantzhûtam, qui cum plurima audisset enarrare miracula a predicatore... | Habuerat enim hic simplitianus puerum triennem, quem una dierum perdiderat...

Eodem die ut supra quidam affuit honestus vir de Hallis, qui per aliquantum tempus circa genitalia fracturam passus...

Venit insuper eodem die quidam de Eystavia cum filia sua puella xiiij. annorum, que ferme quinque annis | demoniaca...

Anno eodem feria quinta post Penthecosten quidam venit honestus vir ex civitate Mittelburg de Anglia (12), referens cum fidei testimonio qualiter una cum aliis mercatoribus numero xlviij. ipsemet mercimoniis intentus pariter navigantes per maria, et improvise regis Neapolis [2] servitores supervenerunt navigio, hostiles manus in eos mittentes, alios in equora proicientes, alios plagis impositis interficientes, alios vivos paganis hominibus venierunt. Denique septem ex eis, quorum extiterat unus de quo hic sermo, captivi ducti sunt in civitatem Neapolim [3], ubi ferramentis vinciti in turri per annum et tres menses angustiati pane et aqua certo pondere dietim refecti sunt. Quidam autem monachus de ordine Mendicantium, qui eos sibi habebat recommissos, una dierum eis limam porrexit...

MIRACULA IN INCHENHOFEN

Anno eodem feria secunda Penthecostes venit quidam honestus vir cum coniuge sua de Eystavia, apportantes puerum femellam ab eis genitam xvi. ebdomadarum, qui abortivus natus... f. 70

Anno eodem feria quinta Penthecostes venit quidam de Laugingen (13), qui a sagittario tactus...

Anno ut supra feria tertia post festum S. Trinitatis venit quidam ex captivitate, in qua per ix. menses minus duobus diebus gravissime angustiatus est. Iacuerat namque in quodam castro Rēwschenperg (14), quatuor distans miliaribus ab Herbipoli [4]... E

Anno eodem in die Prothi et Iacincti venit quidam honestus vir cum coniuge sua de Miesspach (15). Cuius eadem mulier coniux, pestilentia regnante, et ipsa percussa decubuit... f. 70'

Anno eodem in vigilia S. Leonardi venit honestus vir cum uxore legitima de Trewtling (16) secum portantes puerum byennem, qui una dierum prope molendinum subtus rotam in fluvium ceciderat...

Anno ut supra sabbato post Ascensionem dominicam quedam venit honesta matrona de Schrobenhausen (17), secum gestans puerum, qui dum ab ortu triginta dies habuisset, cepit in eius vesica lapillus crescere... f. 71

Anno et die ut supra venit quidam honestus vir de Nürenberga secum baiulans puerum femellam annorum iiij., qui igne crudeliter adustus...

Anno Domini m°.cccc.xiij. venit quidam de Stain (18) prope Nürenbergam, qui ob amorem mulierum iniquum captivus ad mortem est retentus... | Igitur Dei nutu ... detentusque atque vinculatus per xv. ebdomadas in castro Plintenburg reclusis in cippo pedibus penas luit... *an. 1413,* f. 71'

Anno eodem circa festum Penthecostes venit quedam matrona nobilis et honesta de castro Bābenpurg, me stante iuxta altare S. L., accessit referens qualiter iam dudum astricta voto sanctum L. se solvendo visitasset...

Anno ut supra feria tertia Penthecostes quidam honestus vir cum coniuge sua venerunt de Schmidmüll (19) secum ferentes puerum quatuor annorum, qui una dierum in fluvium Laudrach prolapsus... f. 72

Eodem die venit quidam honestus vir de Pyburch (20) qui circa initium quadragesime anni

[1] (a c. V.) a Pern *ante corr.* — [2] de Napels *ante corr.* — [3] Napels *ante corr.* — [4] Wiertzpurg *add. infra marg.*

(1) Urbs Forum Iulii, Cividale. Cf. constitutionem Friderici II datam *apud Sibidatum in Foro Iulii* anno 1232; *MG.*, Leg. sect. IV, t. II (1896), p. 211-13; cf. p. 210. — (2) Verona. — (3) Iam Reichenberg. — (4) In Suevia. — (5) In Franconia inferiore. — (6) Berg im Gau, in Bavaria superiore. — (7) Ibid. — (8) Ibid. — (9) Kamenz urbs Lusatiae superioris in Saxonia. — (10) Berg-Reichenstein vel Unter-Reichenstein ad silvam Bohemicam. — (11) Wörth. — (12) Immo Middelburg in Zelandia ? De his enim longinquis regionibus forsan parum doctus erat monachus Fürstenfeldensis. — (13) Cf. p. 192, annot. 5. — (14) Cf. annot. 3. — (15) Miesbach, al. Miesberg. prope Mehring in Bavaria superiore? — (16) Treuchtlingen in Franconia media ? — (17) Cf. annot. 8. — (18) Stein. — (19) Schmidtmühlen in Palatinatu superiore, quo loco fluvius Laudrach in Vils influit. — (20) Biburg loci sunt in Bavaria inferiore, in Franconia, alibi.

MIRACULA IN INCHENHOFEN. eiusdem in quodam labore se supra vires angarians truncum levare cogebat; ex quo ruptus circa genitalia...

f. 72v Anno ut supra in vigilia S. Trinitatis quidam affuit honestus vir de Rüpprechtzell (1) cum tribus masculis, e quibus unus annorum vi. in fontem altitudinis xxiiij. cubitorum prolapsus...

f. 73 Anno Domini m°.cccc.xiij. in die S. Marie Magdalene venerunt due persone coniugate de villa Eppertzhofen (2) secum portantes masculum anniculum...

Anno Domini ut supra in vigilia S. Iacobi venit quidam honestus vir de villa Weyting prope Ratisponam secum adducens masculum quatuor annorum, super quem una dierum corruit porta permagna...

Anno ut supra in vigilia Assumptionis Virginis gloriose supervenere duo mercatores de Austria ex civitate Steyr (3), qui dum circa festum S. Iacobi nundinas visitaturi civitati Monacensi approximarent, recedentibus eis a civitate Ho-
f. 73v henaw, | cum iam per tria fere miliaria fuissent
elongati, a predonibus invasi sunt, qui eos spo-
B liantes vinctos duxerunt secum in quendam
rubum quem lacus circumdat iuxta castrum
Hamersperg...

Anno Domini ut supra in die S. Francisci venit quidam nobilista de Lütz ministerialis comitum de Görtz (4), qui a Venetis captus et in quodam castro prope Venetiarum urbem pedibus cippo compressis...

f. 74 Anno Domini ut supra post primam dominicam Adventus Domini affuit Ulricus murator de Ainlingen (5), qui quadam dierum reformare volens fontem in Aw prope Röchling, — erat quippe fons quadratis lapidibus et magnis silicibus a fundo et desursum constructus, — cui se predictus Ulricus per funem inmittens, volens quandam desubtus foveam reparare, igitur malleo quendam grandem lapidem ad nutum movebat incaute, totam maceriam ruinosam fecit, que corruens ipsum in fundo iacentem operuit, sicque obrutus fere tricentorum plaustrorum lapidum a feria quarta usque ad sabbatum... illesus permansit...

an. 1414, Anno Domini m°.cccc°.xiiij. sabbato ante Remi-
f. 74v niscere quidam venit montanus ex territorio
C comitis de Ortenburg (6), qui eiusdem anni
proxima quinta feria ante carnisbrivium usque ad sabbatum in monte quodam laborans, tempestas valida, ventis et nivibus commotis, super eum irruit vehementer...

f. 75 Anno ut supra in die Palmarum venit quidam honestus vir ex foro Milbach iuxta Brixnam (7), quem in sancta nocte Penthecostes in stratu decumbentem tres latrones malefici invaserunt...

Anno ut supra feria quarta Pasce venit Conradus currifex de Taittingen (8), qui cum gravissime infirmatus decumberet...

f. 75v Anno ut supra feria quarta post octavas Pasce quidam affuit, qui cum salvum impetrasset conductum, a suis adversariis se non premuniens securum estimabat, fidem adhibens promisso. Et quia non omnes fidem servant, hic pariter ab hostibus deceptus, qui pacem simulantes, quam D
corde minime gerebant, apprehensum eum duxerunt captivum in castrum Tann iuxta Tridentinam civitatem...

Anno eodem feria secunda post Letare venit f. 76
quidam vir de Ettenhausen iuxta castrum Hächsenacker, qui a quibusdam clientibus adversariis illius nobiliste Hächsenacker captivatus in obprobrium domini sui et equo superpositus firmiter eidem alligatus est, per diei quoque cursum cum eo itinerantes, equo lassato, alterum applicuerunt, donec pervenissent in villam Stain prope Keishaym...

[Anno[1] ut supra feria quarta post Iudica veni Henricus faber de Hägenhausen (9) cum uxore sua secum portans puerum anniculum...]

Anno ut supra circa Penthecosten venit quidam nobilista de castro Hohenperg, qui captivus
ductus in castrum Rew|schenperg (10)... f. 76v

Anno ut supra dominica post Margarethe venit quedam matrona de Äffingen (11) cum duobus pueris, quorum unum vice quadam arania invasit...

Anno eodem feria tertia post Iacobi quidam E
honestus vir de Haselpach (12) affuit cum puero iij. annorum, qui una dierum extra domum in paludem collapsus...

Anno ut supra in crastino nativitatis Marie duo supervenere uterini fratres ex foro Pillengriezz, ex quibus unus cum quadam puella iniuste infamatus, ob quod et captus est...

Anno ut supra feria quinta post Lamperti venit f. 77
quidam honestus vir de Nürenberga portans duo ferrea vincula...

Anno Domini m°.cccc.xv. sabbato post Ascen- *an. 1415,*
sionem quidam bone indolis adolescens venit de Ytalia, ministerialis regis [de] Neapoleos, qui in civitate Parisius ad mortem tenebatur captivus...

Anno ut supra et die venit quidam honestus vir de Pabenberga, qui ductus captivus in castrum Waltpurg vinctis pedibus iacebat reclusus, adversariis eum volentibus extalliare et peccuniam extorquere...

Anno et die ut supra venit quidam honestus f. 77v
vir de Parr (13) secum ferens puerum, qui una vice incendio interiit...

Anno ut supra in vigilia Penthecostes venit
quedam matrona de villa Offingen prope Weyl- F
haym cum puero, qui una dierum in tinam plenam lixivio collapsus...

Anno ut supra feria secunda post Penthecosten venit quedam honesta femina ex villa Zell (14) iuxta monasterium Rebdorff cum puero, qui quadam dominica die una cum aliis pueris cucurrit ire volentibus in prefatum monasterium; cumque pontem alvei transirent...

Eodem anno feria tertia Penthecostes venit f. 78
quidam vir de Michelpach prope Freyenstat, qui vinctus perductus ad castrum Wisentaw in montibus Pabenbergḡ...

Expost feria quarta proxima venit quidam honestus vir de Amberga (15), qui quendam tam atrociter wlneravit...

Eodem die venit quidam honestus vir qui x. f. 78v
ebdomadis

[1] *Haec lineis obductis deleta sunt.*

(1) Ruppertszell haud procul ab Inchenhofen. — (2) Ebertshof in Franconia inferiore? — (3) In Austria superiore. — (4) In Histria. — (5) Aindling haud procul ab Inchenhofen. — (6) In Bavaria inferiore. — (7) Mühlbach prope Brixiam in Tiroli ad septemtrionem. — (8) Taiting in Bavaria superiore? — (9) Hagenhausen in Palatinatu superiore? — (10) Hohenberg, Reichenberg, nomina multorum locorum. — (11) Affing haud procul ab Inchenhofen. — (12) Hasselbach, Haselbach, haud procul ab eodem. — (13) Paar haud procul ab eodem. — (14) Zell am Speckgraben in Franconia media. — (15) In Palatinatu superiore?

A ebdomadis ambobus pedibus ferreis vinculis in castro Stainach (1) tenebatur captivus...

In vigilia S. Trinitatis eiusdem anni allatus fuit puer de villa Northaim iuxta Werdeam civitatem (2), qui una dierum in aquis submersus...

Anno ut supra in die S. Lucie quidam honestus vir venit de Weyssenburga, qui pro exploratore innocenter detentus in villa Müdach pedibus ferramentis firmiter reclusis, kathena quoque ferrea constrictus, preconi traditus est; qui ei duos canes ferocissimos associavit, qui eum nocte custodientes...

Venit insuper ea tempestate quidam vir de Guntzenhausen (3) iuxta fluvium Alimonia cum masculo; qui cum fuisset confractus...

f. 79 Circa festum S. L. eiusdem anni venit quidam de Sweinfurt (4), qui duobus depredatus equis vii. ebdomadis insequebatur eosdem nec rehabere poterat...

an. 1416. Anno Domini m°.cccc°.xvj. in vigilia Annuntiationis dominice venit quidam de partibus Ystrie ex civitate Triest iuxta mare; qui una dierum cum aliis lusoribus pro cecha sortiantibus simul- B que iurgantibus atque se ipsos mactantibus, ipse quoque immunis non affuit. Interempto quippe uno...

f. 79' Eodem anno dominica secunda post octavas Pasche venit honesta matrona de Hohenwart (5) cum masculo, qui una vice caseum mandens ab eo suffocatus est...

Sabbato ante festum Ascensionis eiusdem anni ut supra venit quidam honestus vir de Haimhausen (6) cum masculo trium annorum, qui una dierum cadens...

In vigilia Penthecostes anno ut supra venit quidam venator de Saltzpurga, qui dum corporali molestia pregravante diutius decubuisset...

Venit insuper eodem anno in crastino S. Alexii quidam adolescens de Tolltz (7), qui cum ad Austriam pergeret, in via detentus atque pro exploratore ad castrum Schlosperg (8) deductus...

f. 80 Anno ut supra in die sanctorum Abdon et Sennes venit quidam mercator metsecundus de Prussia [1] ex civitate Gedantz (9), qui trans mare navigando cum scarlaco versus Ciciliam ab hostibus Christi paganis invasus atque in paganismum captivus perductus in civitatem Malach C regni Granat (10), ubi collo et manibus attrociter vinculatus...

Feria tertia secunde dominice Adventus Domini anno ut supra venere quatuor ytalici, quorum habitatio erat prope civitatem Venetiarum, et captivi habebantur in civitate Vincentia...

an. 1417, f. 80' Anno Domini m°.cccc.xvij. feria sexta ante Invoca<vi>t venit quidam nobilista ministerialis domini ducis Luduici (11), qui a quibusdam suis emulis erga principem ducem accusatus, ob quod pedibus cippo inclusis in turri Hochstetensi ix. ebdomadis captivus iacebat...

Eodem anno sabbato post Ascensionem venit quidam honestus vir de Perchingen (12) cum masculo ix. annorum...

Ea tempestate venit quedam matrona de Gmünd, que una dierum oscitabat et exinde quasi per integrum annum ore aperto incedebat... MIRACULA IN INCHENHOFEN

Die et anno ut supra venit mulier de Lempertzhausen (13) cum puero duorum annorum, qui una dierum in fluvium Ylm collapsus...

Tempore quo supra venit quidam honestus vir de Lantzhüta cum masculo septenni, qui una dierum in foveam arenaream corruit...

Anno ut supra venit quidam vir de Tanner, qui cum nundinis in Dorffen interfuisset et iam domi remearet, adhuc constitutus in itinere captivatus est atque prope Geysenhofen (14) in quandam solitariam curiam deductus... f. 81

In die sancto Penthecostes anno ut supra venit quidam honestus vir de Kempten cum masculo iij. annorum, qui una dierum facie tenus super fusum corruit atque letaliter offensus est...

Anno ut supra infra octavas Penthecostes venit quidam honestus vir de Ulma...

Venit insuper eodem anno in die S. Bernardi quidam vir de Lantzhüta, qui ex parte cuiusdam peccunie in foro Felden captus, pedibus vinctus...

Preterea in die S. Marcelli eiusdem anni venit quidam de partibus Ytalie ex civitate Vincentia, qui una dierum per altum xxiiij^or^. cubitorum super solum corruit... f. 81'

Expost autem ante festum S. Mathei non longe venit quedam honesta matrona de Ulma secum ferens ymaginem ferream pro quadam virgine, que xvi. ebdomadis gravissimis fuerat molestata infirmitatibus...

Dominica ante festum S. Mathei venit quidam ruralis de Perg, cui coniux puerum ediderat abortivum...

Quedam mulier venit in die Cosme et Damiani eiusdem anni de Krumbach, cui una dierum puer bimus in palude prolapsus... f. 82

Anno Christi Domini m°.cccc.xviij. sabbato ante Iudica venit mulier quedam de Augusta, que una noctium surgens de stratu sitibunda bibit ex quadam amphora, non premisso crucis signaculo; idcirco ab hoste invasa plurimum vexabatur... *an. 1418,*

Sabbato post Ascensionem eiusdem anni ut supra venit quidam honestus vir de Tegernsee (15) cum puero iij. annorum...

Venit insuper eodem die ferrarius quidam de Rieden prope Adeltzhausen cum puero, qui mortuus de utero matris egressus... F

Affuit quoque eodem tempore quidam vir de Schefftler (16), qui ab igne crematus...

Anno eodem feria secunda ebdomade Penthecostes venit quidam de Dingolfingen (17) habens puerum manibus et pedibus contractum... f. 82'

Eodem die venit quidam honestus vir de Augusta, cuius puer in Licum flumen collapsus...

Die quo supra venit quidam adolescens de Erdinga (18), qui tactus igne Antonii... lecto decubuit...

Dominica infra octavas Corporis Christi venit quidam vir de Ahelspach (19), qui ob homicidium perpetratum ad mortem captivus...

Anno ut supra in die Braxedis virginis venit f. 83

[1] Preussen *ante corr.*

(1) Steinach, multorum locorum nomen. — (2) Nordheim prope Donauwörth. — (3) In Franconia media. — (4) Schweinfurt, urbs Franconiae inferioris. — (5) Nomen vici in Bavaria tum superiore, tum inferiore. — (6) In Bavaria superiore. — (7) Tölz in eadem. — (8) Schlossberg prope Rosenheim in eadem. — (9) Dantzig. — (10) Malaga urbs tunc regni Granatensis in Hispania. — (11) † 1447. — (12) Berching in Franconia media. — (13) Lampertshausen in Bavaria superiore. — (14) Tanner vel Thanner, Dorfen et Geisenhofen, in eadem. — (15) In eadem. — (16) Schelftlarn in eadem. — (17) Dingolfing in Bavaria inferiore. — (18) Erding in Bavaria superiore. — (19) Ailsbach in Franconia superiore?

molitor

MIRACULA IN INCHENHOFEN

molitor quidam cum uxore de Ahawsen ex Retia (1) cum puero iij. annorum, qui una dierum sine custodia deambulans circa fluvium Werntz lapsusque in eo... Pater etiam superaddens votum fecit ad Beatam Virginem Lautenbach (2) cum pondere cere, quantum puer ponderaret...

Anno ut supra feria tertia post Dyonisii venit quidam balneator cum uxore de Ysprugg (3) secum ferentes puerum iiij. annorum, qui una dierum cum aliis pueris civitatem egressus super pontem fluvii In, transeuntibus tunc temporis duobus plaustris feni per eundem pontem, quibus puer cedere nesciens, trusus ab uno corruit in fluvium...

f. 83v Anno ut supra in die S. Leonhardi venit quidam honestus vir de Waydhofen (4) cum puero iij. annorum, qui lapidem habens in vesica...

Eadem quoque die affuit quidam de Castell (5) cum puero iiij. annorum, qui etiam lapidem habens...

an. 1419, Anno Domini m°.cccc.xix. in die sancti Mauri venit quidam honestus vir de Schwaben (6) cum masculo xij. annorum, qui quinque annis passus B fracturam...

Dominica Invocavit eiusdem anni venit quidam de Clausen prope Tridentinum (7), quem episcopus ibidem vinea quadam privavit...

Feria secunda Pasche venit honestus vir de Ratispona cum puero iiij. annorum, qui una dierum in palude collapsus...

f. 84 Tertia feria Pasche anno ut supra venit quidam missus cum concuta ferrea a quodam cive de Dinckelspüchel (8), qui ob perpetratum homicidium...

Quarta feria Pasche duo venere ytalici, qui in quadam gwerra in civitate Venetiarum capti atque firmiter tenebantur inclusi...

In die sancti Penthecostes eiusdem anni ut supra venit quidam de Pabenberga, qui una dierum peregrinando ad Sacrum Sangwinem in Saxonia (9) domi repedando in via captus...

Eodem die allatus est puer de Ratispona, qui duabus horis exanimis iacebat...

Feria tertia Penthecostes eiusdem anni ut supra venit cum filia xij. annorum matrona quedam de Eystavia, cui fusus tibiam transfigens...

C Anno ut supra in die S. Margarethe venere duo fratres cum germana sua, qui ambo captivi ducti sunt in castrum Staffenperg tribus miliaribus ab f. 84v Argentina et in turri | reclusi sunt... et xl. florenos ungaricos exsolvere compulsi...

Eodem anno in vigilia S. Michaelis venit quidam adolescens ex villa Öffingen prope Güntzpurg (10), qui una dierum fenum falcando a maleficis quibusdam captus...

In vigilia Thome eodem anno ut supra venit quedam sanctimonialis de Ratispona, vocabulo Katherina Angelbergeriñ, que digitorum articulis contracta manus habebat conglobatas...

an. 1420, Anno Domini m°.cccc°.xx. feria secunda post f. 85 Penthecosten venit honestus vir de Augusta cum puero, cui quadam vice vermis auriculam ingressus... D

Affuit interea eodem tempore vir quidam de Tann cum puero vi. annorum, qui ad mortem infirmatus...

Anno Domini m°.cccc.xxi. in vigilia Ascensionis venit quidam sacerdos scriba Constanciensis dyocesis, in quem quidam nobilista manus iniciens violentas captivum duxit in castrum Walpurg prope Ravennam [1] (11)... *an. 1421,*

Eodem anno, regnante magna gwerra inter principes Bavarie, quorum crudelissimus extitit dux Ludwicus, filius ducis Stephani, destructor monasteriorum et oppressor pauperum (12), contra alios septem principes lites ducebat inconsuetas. Fiebant namque ex utraque parte mala plurima, iniustitia dominante. Hiis itaque temporibus venit Chüntz Grepner de Kumetzhofen, qui in eisdem gwerris ab exercitu ducum de Monaco detentus atque in castrum Odeltzhausen (13) deductus...

Temporibus eisdem in die Apollinaris martyris venit quidam de Püch servus ducis Ludwici, qui ab exercitu dominorum de Öttingen (14) captus E in civitatem Wemdingen (15) ductus est...

Anno ut supra circa festum Nativitatis Marie f. 85v venit honestus vir de Kempten, cuius uxor, ut retulit, in die conceptionis Marie puerum peperit et exinde usu lingwe privata...

Post festum nativitatis Marie feria quarta eiusdem anni ut supra venit Conradus villicus de Inchenhausen (16) masculum habens sex annorum qui, ignorantibus parentibus, lapidem habebat in vesica...

In die S. Lamperti anno ut supra venit quedam matrona de Lechzgmünd (17) cum masculo infra bimatum, cum quo una dierum | trans Danubium f. 86 in cimba remigando naufragium passi sunt...

Eodem quoque anno in die S. Remigii venit quidam sacerdos, nomine Nicolaus, premissarius de Aychach, qui a quodam nobilista Adeltzhauser in castrum Weygkershofen (18) captivus perductus...

Anno Domini m°.cccc.xxij. sabbato ante Iudica *an. 1422,* in quadragesima venit quedam matrona de Küebach (19) cum matre sua portans puerum nondum anniculum...

Dominica secunda post festum Pasce anno ut F supra venerunt duo viri, unus de Schiemperg prope Sielenpach (20), alter de Egenpurg (21), qui capti a quodam ministeriali dominorum de Monaco, dicto Haintz von Ketz (22), et in castrum Egenhofen vincti perducti...

Sabbato post Ascensionem dominicam eius- f. 86v dem anni venit Pfaffentzeller de Ainlingen (23), qui a servitoribus ducis Wilhelmi de Monaco (24) captivus perductus est in oppidum Fridwerg (25)...

In vigilia Penthecostes eodem anno venit quidam honestus vir de civitate Camentaw xij. miliaribus a civitate Praga; quam civitatem cum

[1] (p. R.) *add. postea litteris minoribus.*

(1) Auhausen prope Wassertrüdingen in Franconia media ad Wörnitz fluvium. — (2) Lauterbach in dioecesi Argentoratensi, cuius templum B. V. Mariae sacrum anno 1320 aedificatum erat. — (3) Innsbruck in Tiroli. — (4) Haud procul ab Inchenhofen. — (5) Nomen vici in Bavaria superiore et in Palatinatu superiore. — (6) Nomen vici in Bavaria tum superiore, tum inferiore. — (7) Klausen urbs in Tiroli? — (8) Cf. p. 190, annot. 3. — (9) Id est ad monasterium Sancti Aegidii Brunsvicense, de quo cf. *BHL.* 4157? — (10) Offingen in Suevia. — (11) Immo Waldbrug in Wurtemberga prope Ravensburg? — (12) Cf. S. RIEZLER, *Geschichte Baierns,* t. III, p. 244. — (13) Odelzhausen in Bavaria superiore. — (14) Otting in Suevia. — (15) Wemding in eadem. — (16) Cf. p. 192, annot. 2. — (17) Lechsend, Lechsgmünd in Suevia. — (18) Ober- vel Unter-Weickertshofen in Bavaria superiore. — (19) Cf. p. 185, annot. 2. — (20) Cf. p. 194, annot. 9. — (21) Egenburg, Egenhof in Bavaria superiore. — (22) Kötz in Suevia. — (23) Cf. p. 196, annot. 5. — (24) † 1435. — (25) Friedberg prope Augustam.

quadam

A quadam vice Hussite circumdedissent domos plurimas foris civitatem et totum suburbium cum hominibus concremantes, bona diripuerunt...

Venit insuper hiisdem temporibus in vigilia S. Trinitatis matrona quedam vidua de Weydorff prope Petems referens qualiter tempore quo Ernestus (1) et Hainricus (2) duces contra ducem Ludwicum Bavarie | guerras gerebant, hostes prefatam villam succenderant... f. 87

Anno ut supra venit nobilis et generosa mulier uxor Iohannis Gumpenperger de Röchlingen (3) asserens cum fidei testimonio quod, cum existeret in castro suo Schernegk (4), contigit preterire exercitum prenominatorum principum de Monaco versus oppidum Fridberg, et quia depredare non sinebant [1] quemcumque poterant...

Post hec in die sanctorum Cosme et Damiani venit honestus vir de Pibrach (5) cum filia sua coniugata, que una noctium domum egrediens ab hoste impugnata vesana effecta est...

Deinde in vigilia S. Michaelis venit quidam vir de Rabenhausen iuxta Memmingen (6) detentus a quodam nobilista de Aychelperg atque captivus deductus in castrum Schönegk... B

f. 87v Preterea in vigilia S. Leon. venit honesta femina de Meylenhofen cum puero, qui die quadam de turri corruit...

Eodem die venit quidam honestus vir de Tülgen prope Rain cum puero bymo, qui una dierum casum faciens...

an. 1423. Anno Domini m°.cccc.xxiij. in die S. Mathie apostoli venit quidam vir de Nürenberga, qui in crure uno attrociter wlneratus...

Sabbato post octavas Pasce eodem anno ut supra venere septem ytalici, quorum quat<u>or erant de civitate Felters (7); ex quibus unus, dictus Antonius, captus a Venetis in castellum quoddam,
f. 88 Geit vocitatum, deductus est... | Quintus de villa Grin tribus miliaribus a pretacta civitate Felters, v. dies in captivitate habuit... Horum primus modicum sciverat theotunicum et latinum, ceteri vero nichil penitus...

Feria quinta ante festum S. Georii venit Conradus Ostermair de Monaco, quem Hermannus Schlarch ministerialis ducis Wilhelmi duxerat captivum in castrum Egenhofen...

Post Ascensionem Domini proximo sabbato venit honestus vir de Amperg, cuius uxor puerum pepererat mortuum... C

f. 88v Exinde in die S. Agapiti venit quidam grandevus vir de Monberg dictus Eberhardus Äeletzhofer, qui captus a quodam Partzenfal Schilchwatz castellano in Monberg angariatusque... Et
(scriptor Ulricus Riblinger) ego frater Vlricus Riblinger absolvi eum cum cultello ab eodem (*id est a vinculo ferreo*) et solutus gratias egit Deo et sancto Leonardo.

Sexta feria post Nativitatem gloriose Virginis venerunt duo armigeri Vlricus Endorffer de Mendorff et Iohannes Schmütz, qui retulerunt qualiter tempore gwerre principum Bavarie cum aliis duobus ministerialibus ducis Ludwici, videlicet Ludwico de Hütten et famulo eiusdem, pro parte iam dicti ducis negotiati forent, cumque, concordatis principibus, prenominati quatuor a duce Ludwico solarium [2] ipsis debitum obtinere non possent, se contra ducem erexerunt, terram eius invadentes et cum preda comprehensi ducti sunt in civitatem Rain... In suis itaque tribulationibus clamaverunt ad Dominum, vota fecerunt peregrinandi ad Sacrum Sangwinem in Saxonia (8), ad Beatam Virginem in Pogen (9) et ad S. L. in Inchen... | Affuit quoque eis divina miseratio et per merita S. L. unus eorum, dictus Hanns Schmütz, baculum iuxta se invenit, cum quo vincula dissolvit... *MIRACULA IN INCHENHOFEN* f. 89

In vigilia S. Andree anno ut supra venit vir quidam ex civitate Wunsigel (10) secum gestans puerulum triennem, quem, defuncta matre, nutrici commendavit. Hec una dierum puerum solum relinquens domum exiit, stante in domo congio aqua pleno, in quo puer corruit et submersus est... Quod pater pueri cum agnovisset... puero salutem instanter postulabat, promittens eundem ad Beatam Virginem in Lautenbach (11) et in Pogen et ad S. L. in Inchen suis humeris deferendum...

Post vero in crastino S. Elogii (12) episcopi venerunt tres aurige sive vectores curruum de Altdorff, consocii aliorum duorum, qui prius in vigilia S. Martini eiusdem anni advenerant et beneficia sibi prestita per S. L. reserarant. Cum quibus et hii duo pariter capti fuerant ex parte ducis Iohannis de Amberg (13), fuerunt quoque captivi perducti in castrum Dyebach (14), prius spoliati equis suis numero xxvii... D

Anno Domini m°.cccc.xxiiij. feria secunda Pasce venit quidam honestus vir metsecundus de Holtzhaim prope Laugingen (15), qui retulit multis coram peregrinis, qui tunc aderant, qualiter tempore quadragesimali ipse metquartus in fonte laborabat; ipso quoque solo in fonte existente, maceria corruit... *an. 1424,* f. 89v

Anno eodem in die S. Iohannis ante portam latinam venit matrona quedam de Schnaitpach prope Purgaw (16); quadam vice declinare non valens ab equo currente collisa...

Tertia feria Penthecostes anno ut supra venit quedam honesta mulier de Monaco cum puero, qui una dierum in quoddam corruit celare... f. 90

Anno Domini m°.cccc.xxv. in vigilia Inventionis S. Crucis venit mettertius quidam honestus vir de Passan [3], qui eo tempore quo rex Vngarie bella gerebat contra Venetos ab eiusdem regis servitoribus detentus... *an. 1425,* F

Anno ut supra sabbato post Ascensionem Domini venit Anna Hackerin de Schorndorff prope Gmünd, que innocenter comprehensa reclusa est in vinculis... f. 90v

Eodem die venit quidam honestus vir de Ingelstavia, qui captivus in quodam castro...

Anno ut supra in crastino S. Bernardi venit Hanns Leonhard de Wemdingen cum ambobus parentibus suis et quibusdam consangwineis, quem tyrannus quidam, dictus Raminger, captivum retinuerat in Öttingertall, exigens ab eo sibi dari pecunias... Qui (*miser ille*) in suis angustiis invocans Beatam Virginem et gloriosum confessorem S. L. promittebat gloriose Virgini ad

[1] *immo* desinebant. — [2] *immo* salarium. — [3] *sic pro* Passau; *cf. supra, p. 192, annot.* [3].

(1) † 1438. — (2) † 1450. — (3) Reichling in Bavaria superiore. — (4) Scherneck haud procul ab Inchenhofen. — (5) Biberach in Wurtemberga? — (6) In Suevia. — (7) Feltria (Feltre) urbs in dicione Veneta. — (8) Cf. supra, p. 198, annot. 9. — (9) Bogenberg prope Bogen in Bavaria inferiore. — (10) Wunsiedel in Franconia superiore? — (11) Cf. supra, p. 198, annot. 2. — (12) Id est Eligii. — (13) Iohannis III († 1425). — (14) In Franconia media vel inferiore. — (15) Holzheim, Lauingen, in Suevia prope Dilingam. — (16) Schnuttenbach prope Burgau in Suevia?

Novam

MIRACULA IN INCHENHOFEN

Novam Cellam (1) tantum pondus cere defferre quantum in propria persona ipse posset ponderare...

f. 91 Venit preterea in vigilia S. L. artifex quidam Petrus calcarator [1] de Lantzhüta, qui in civitate Dingolfingen ad mortem tenebatur captivus...

an. 1426. Anno Domini m°.cccc°.xxvj. feria sexta post Ascensionem venit honestus vir cum uxore sua de Tann prope Erdingen (2), que impregnata vice quadam in infirmitate decumbens...

Feria tertia post Penthecosten venit honestus vir ex foro Riedan duobus miliaribus ab Amberga (3), qui captus...

Deinde sabbato proximo venit honesta matrona de Illmünster cum puella vi. annorum, que una dierum corruens in lacunam...

f. 91' Anno eodem feria tertia post Kalixti supervenere duo mercatores, Martinus videlicet de Kirchpach (4) et Iohannes Mezzerer [2] de Ebern (5), qui simul a quodam tyranno capti in castrum Reiffenperg (6)... Idcirco multiplicatis doloribus hii duo vehementer conterriti ... vociferabantur in B celum, Dei genitricem Virginem gloriosam et S. L. et S. Lewpoldum cum instantia magna precabantur...

f. 92 Deinde feria quinta post festum xi. milium virginum venit Symon Schernekker de Ratispona, qui captus a Venetis et in castro Rufreit ambo pollicibus uno nervo constrictis...

Eodem die venit quidam ytalicus, dictus Hanns de Kam, qui captus a quodam nobilista domno Allerget de Rufeit ductusque ad castrum Noming...

Post hec in vigilia S. L. venit Hans Perger de Warnsfeld, qui vice quadam discretionis immemor laborabat supra vires et ruptus circa genitalia...

f. 92' Anno ut supra in die S. Barbare venit Hanns Stenglin de Langensee, qui ductus captivus in castrum Newenravenspurg (7)...

an. 1427. Anno Domini m°.cccc.xxvij°. in crastino S. Blasii venit Conradus Huttaus de Augusta cum scolare, qui circa genitalia in utroque latere confractus...

Eodem anno feria quarta post dominicam Septuagesime venit Petrus institor ex civitate Putspach (8) cum coniuge sua, qui retulerunt qua- C liter iam transactis fere decem annis simul peregrinati sunt ad S. Iacobum, et cum domi repedarent adhuc in itinere constituti mulier in uno oculorum suorum lumine extincto penitus excecata est...

f. 93 Anno ut supra feria quarta ebdomade penose venit Nicolaus Prütsel de Oberstenfeld prope Haylprunn (9), qui detentus a quibusdam et per diem et noctem ductus versus castrum Purbswab...

Eodem anno feria secunda Pasce venit Hanns Aledorff, qui a quodam dicto Hanns de Stadio milite captus et in castro Zwifeltaw (10) compressus nervo in turri est repositus...

Post hec feria tertia Pasce venit cum coniuge D sua Fritz Romunck de Pirckaych prope Hiltpolstain (11) secum portantes puerulos duos...

f. 93' Dominica proxima post Domini Ascensionem eiusdem anni ut supra venit Fritz Lang de Winspach (12), qui captus a quodam nobilista dicto Rab de Newenfels iuxta Ottenwald...

Sexta feria post octavas Ascensionis venit Hanns Langendorff de Langendorff prope Trümperg quinque miliaribus ab Herbipoli, qui captivus ductus in castrum Poppenhausen (13)...

Feria tertia Penthecostes venit uxor Ulrici venatoris de Newburga cum puero trium annorum, qui circa genitalia fracturam habens...

f. 94 Circa festum Corporis Christi anno ut supra venit Elizabeth Latkircherin de Mittenwald (14), que vice quadam de curia Romana domi repedando in via Kuntersweg iuxta Busanam (15) ab equo sagmario contrusa de montis corruit cacumine ... Allata est in civitatem Busanam, ubi in hospitali locata...

Deinde in vigilia sancti Iohannis Baptiste venit Chunradus sutor de Tülgen propre Rain, cuius E coniugem una dierum nentem et acum inter labia tenentem tussitus invasit...

Anno ut supra in crastino Visitationis Virginis gloriose venit Hanns Pair de Dantzg in Prewssen (16), qui vice quadam cum aliis circiter xl. hominibus navigabat in lacu salsato, et improvisa tempestate superveniente naufragium passi sunt omnesque interierunt, tribus tantum demptis, quorum ipse unus Dei gratia extiterat...

f. 94' | Pariformiter et eodem modo emisit votum ad Virginem gloriosam ad Hermitas (17) et ad Sacrum Sangwinem (18), moxque...

Anno ut supra in vigilia Cosme et Damiani venit Peter Tewfel de Dillingen referens qualiter uxor eius peperisset puerum...

Eodem anno dominica post festum S. Dyonisii venit Nicolaus Osterman cum uxore sua ex Stiria de Krumbach (19), qui captus ab Hussitis...

f. 95 Deinceps in vigilia S. L. venit mulier quedam de Klainperkhofen prope Alltenmünster (20) cum filia, que visu orbata...

an. 1428. Anno Domini m°.cccc.xxviij. venit Erhardus Galauffer de Dachaw iuxta silvam Bohemorum (21), qui vice quadam innocenter captivatus F in Nova Civitate in Weyden...

Eodem anno in festo S. Valentini venit Hans Swertferger de Wurms (22), qui in dominio ducis de Lutringen captus in castro Sirgg in turri repositus est, ubi septem ytalicos socios habuit tribulationis et angustie, qui omnes mortui sunt, eo solo relicto...

f. 95' Eodem anno sabbato ante dominicam Oculi venit uxor Friderici fabri de Ainlingen, qui fractus circa genitalia...

Post hec in die Palmarum venit Nicolaus Schrüfer de Püch prope Rötenburg (23) an der Tauber, qui captus cum aliis viij. a domino Hornegger et in castro Jagsperg (24) reclusus in cippo

[1] serator *ante corr.* — [2] Mezzrer *ante corr., ut videtur.*

(1) Iam Neustift prope Brixiam in Tiroli. — (2) Thann, Erding, in Bavaria superiore. — (3) Rieden, Amberg, in Palatinatu superiore. — (4) Kirchbach in Bavaria inferiore. — (5) In Franconia inferiore. — (6) Reiffenberg in Palatinatu superiore et in Franconia superiore. — (7) Langensee et Neuravensberg in Wurtemberga. — (8) Busbach in Franconia superiore? — (9) In Wurtemberga. — (10) Zweiflau in Palatinatu superiore? — (11) Birkach et Hiltpolstein in eodem. — (12) Windsbach in Franconia media. — (13) Langendorf, Trimberg, Poppenhausen, in Franconia inferiore. — (14) In Bavaria superiore. — (15) Bozen in Tiroli? Cf. supra, p. 190, annot. 1. — (16) Dantzig. — (17) Einsiedeln. — (18) Cf. supra, p. 198, annot. 9. — (19) Prope Eibiswald. — (20) Kleinberghofen, Altomünster, haud procul ab Inchenhofen. — (21) Cf. supra, p. 188, annot. 8. — (22) Worms. — (23) Buch am Wald et Rothenburg an der Tauber, in Franconia media. — (24) Jagstberg in Wurtemberga, haud ita procul a Rothenburg.

cum

MIRACULA IN INCHENHOFEN

A cum aliis, qui prefati domini hostes extiterant, hic vero solus erat innoxius...

f. 96 Feria tertia Pasce venit Grabfelder de Ingelstavia, qui retulit de puero suo femella vj. annorum...

Quarta feria Pasce eiusdem anni ut supra venit mulier quedam de Abensperg (1), nurus Lienhardi carnificis ibidem, referens qualiter cruribus contracta...

Dominica post octavas Pasce venit honestus vir de Egra habens masculum infirmantem...

f. 96v Anno ut supra dominica prima post octavas Pasce venit honesta mulier de Franconia cum pluribus comitivis, portans luminare quod monasterium S. L. per gyrum circuivit, quod quidem luminare alia matrona, dicta Preunin, de Geroltzhofen prope Sweinfurt (2) transmiserat sancto Leon. pro eo quod per tres continuos annos in uno latere et crure percussa paralisi...

Exinde feria secunda Penthecostes venit Katherina Gräfin de Langenmosen (3) cum masculo x. annorum, qui per tres annos continuos lapidem portans in vesica...

B Venit quoque eodem die mulier quedam de Pützenhofen iuxta Taitingen (4), cum puero femella quatuor annorum, que etiam lapidem gestans intra se...

Feria tertia Pentecostes eiusdem anni ut supra venit vir quidam de Gratz ex Stiria, qui per annos vigenos peccatorum pondere gravatus in conspectu Dei et sanctorum apparebat horribilis... (*A S. Leonardo in visione monitus, ad meliorem frugem convertitur homo; iubente sancto ut ecclesiam suam visitaret ibique peccata confiteretur, in iter se dat*) | ... venitque ad S. L. in montibus, putans eundem locum sibi fuisse preostensum, disponensque cum diligentia in crastinum a peccatis emundari venit ad eum vox quedam, cum somnum caperet, dicens: « Tu debes venire „ ad Inchenhofen et ibidem confiteri. „ Evigilans autem abiit inde et ulterius profectus venit ad Pinnenpiburg (5), tribus miliaribus infra Lantzhütam, aggressusque ibidem plebanum interrogavit pro via que eum duceret ad Tinggenhofen; cui plebanus, cum huiusmodi vocabulum et locum ignoraret, dixit se scire locum qui vocaretur Inchen, | ubi S. Leon. miraculis coruscaret gloriosus. Quo audito, gavisus valde iussit sibi nomen loci scribere in cedula, venitque usque ad Freysingam; ubi, Deo disponente, ceteris pluribus huc ad S. L. peregrinantibus se associavit...

(f. 97 … f. 97v)

Anno ut supra scilicet xxviij. feria secunda post festum Corporis Christi venit Peter Rös de Freyburg ex provincia Nücht, qui captus a quodam domino dicto Graff Ötinger de Hochenzoller ductus est in castrum Hochenruppf, tribus miliaribus a civitate Colmarn... Addidit quoque invocare Virginem gloriosam, promittens eiusdem visitare limina ad Heremitas...

f. 98 Eodem anno feria quinta post festum S. Viti venit Märkel Kayser de Messingen prope Rëutlingen (6), qui in magna sexta feria Parasceven post meridiem cum plebano suo solatiando egressus ad capiendos lepores, cumque iam laqueos extenderet in loco densato, insanus effectus a quatuor obsidetur demonibus, quorum primus dicebatur Landat Lautenschlaher, secundus Chreutli, tertius Gaissli, quartus Lesterli... Preterea post afflictiones plurimas vice quadam inspiratus cogitavit de Virgine gloriosa et S. L., quibus se tacitus devovit, promittens cum vinculo ferreo, uti tenebatur captivus, peregrinare ad Beatam Virginem Granisapum (7) et ad Heremitas et ad S. L...

In vigilia S. Leon. venit Andreas Violfalt de Hochenburg ex Athesi, qui captivus ductus ad civitatem Mediolanum ... et transivit portans ferramentum in pede usque dum pervenisset ad Beatam Virginem ad Heremitas, et deinceps hucusque ad S. L... f. 98v

Eodem die venit Hanns Kayser de Gundelstorff (8) cum coniuge sua ferentes puerum nondum anniculum, qui per quartale anni oculorum orbatus lumine...

Preterea ipso die S. L. venit Eigtz (9) Seger de Herrentann (10) iuxta fluvium Alimonia, qui per xvi. annos in fractura genitalium infirmatus...

Venit etiam eodem die Berchtoldus quidam de Pabenberga eandem passus infirmitatem... f. 99

Deinde eodem anno sabbato post festum Lucie venit Chüntz Aug. de Monaco, qui captus ab Hussitis ductus est ad castrum Restain...

Anno Domini m°.cccc°.xxix. feria tertia post Letare venit Hainricus Segenschmit pellifex de Novo Foro (11), qui captus ab Hussitis... *an. 1429,*

Anno ut supra feria secunda post Tiburtii venit Katherina Payrin de Künigsperg (12), que manibus et pedibus curva... Insuper expensas plurimas faciens pro adipiscenda sanitate erogavit medicis in civitatibus Nürnberga et Pabenberga circiter xxxvj. libras... f. 99v

Eodem anno sabbato post Ascensionem Domini venit Hanns Lang de Memmingen (13), super quem corruerat plaustrum lignorum... f. 100

Eodem die venit Anna textrix de Altdorff prope Lantzhütam cum filia sua, que tribus obsessa demonibus...

Venit preterea eodem die Peter Vll de Hausen prope Rotenburg cum masculo xi. annorum, qui die quadam lapsus in fontem submersus est...

Anno ut supra feria tertia Penthecostes venit quidam honestus vir de Augusta cum puero, qui vice quadam tussi pressus violenta... f. 100v

Sabbato post Penthecosten anno ut supra venit Agnes Anderlin de Holtz ex parrochia Scheyrn (14) cum puero femella viij. annorum, qui quidem puer caduco morbo ... quassatus...

In die S. Trinitatis anno ut supra venit Hanns Riedermüller ex parrochia Illmünster, qui fractus circa genitalia...

Post hec in die S. Iacobi eiusdem anni venit Stöberl sutor de Gaultzhofen (15), qui in campo Lici sabbato ante festum Iacobi fenum rastrabat cum ceteris; venit quoque tempestas improvisa compellens abire universos, transeuntesque ipse cum coniuge sua et ceteris plurimis, fulmine tactus ... ipse corruit... f. 101

Anno ut supra in die S. Petri ad vincula venit

(1) In Bavaria inferiore. — (2) Gerolzhofen, Schweinfurt, in Franconia inferiore. — (3) In Bavaria superiore. — (4) Taiting in eadem? — (5) Binabiburg in Bavaria inferiore. — (6) Mössingen haud procul a Reutlingen in Wurtemberga. — (7) Cf. supra, p. 188, annot. 1. — (8) Gundelsdorf haud procul ab Inchenhofen. — (9) Vox lectu difficilis. *Aegidium* interpretati sunt Iohannes Caramuel in cod. Monacensi latino 26509, p. 92 (de quo infra, p. 207), tum post eum collector *Synopsis miraculorum* anno 1659 editae, p. 172 (cf. infra, p. 208). — (10) Herrnthann in Bavaria inferiore. — (11) Neumarkt in Bavaria superiore vel in Palatinatu superiore? — (12) Königsberg nomen aliquot locorum etiam in Bavaria. — (13) In Suevia. — (14) Scheyern in Bavaria superiore. — (15) Gaulshofen in eadem.

Margaretha

MIRACULA IN INCHENHOFEN

Margaretha Petri institoris legittima coniux de Wurtzach (1), quam maritus suus adulter pessimus ... reclusam habuit in custodia propria. Insuper eam de vesania infamans, episcopo Herbipolensi xenia offerens, licentiam obtinuit quatenus eam muris obstructam perpetuis concluderet temporibus...

f. 101' Anno ut supra sabbato post festum S. Michaelis venit Peter Sandaer de Pfershem (2) prope Augustam, cui coniux puerum ediderat abortivum...

Eodem anno in die S. Kalixti venit Hanns Wirt de Madaw prope Schärdingen (3), qui a quodam nobilista domino eiusdem ville captus...

Preterea in vigilia S. L. eiusdem anni venit Hans Senft de Tiespeck [1], qui in Nova Civitate (4) vinctis pedibus in domo preconis habebatur captivus...

f. 102 Venit insuper feria tertia post festum S. Leon. frater Vlricus de Meran, qui in regno Püllen (5) captus nervo constrictus in turri repositus est in castro Cotilian...

Deinceps die sabbati post festum S. L. venit B Üll Reidaxt de Adeltzhausen prope Reigertzhofen (6) cum masculo viii. annorum, quem quarta feria proxime precedente perdiderant...

f. 102' Post festum S. Elizabet secunda feria eiusdem anni ut supra venit Stepfanus carnifex de Holenpach prope Newburgam (7), cuius uxor, prout retulit, in partu laborans...

an. 1430, Anno Domini m°.cccc.xxx. feria quarta post Circumcisionem Domini venerunt duo ytalici ex provincia Visitein, ydeoma theutunicum penitus ignorantes, cum quibus comitabantur alii duo de Lantzhüta nostri theutunici ydeomatis, e quibus unus notitiam habebat lingwe ytalice, qui predictorum duorum extitit interpres. Retulerunt namque beneficia Dei sibi per merita S. L. exhibita. Unus eorum captivus iacebat...

f. 103 Anno ut supra feria tertia in carnisbrevio venit quidam honestus vir de Ratispona, habens filiam, que in puerperio vice quadam decumbens...

Deinde feria tertia post dominicam Reminiscere venit Haintz Friessen de Nidermässingen (8), qui simul cum aliis convicinis suis ferme xij. captus...

Post hec feria secunda Pasce venit Ulricus C Dietel de Winden prope Geysenfeld (9), cuius puer, prout retulit, infra annum existens in balneo spiritum exalavit...

f. 103' Quarta feria Pasce eiusdem anni venit Hanns Reppl [2] balneator de Gmünd, qui manibus et pedibus contractus...

Sabbato post Domini Ascensionem anno ut supra venit honestus vir de Grefelingen (10) cum masculo xiiij. annorum, qui quatuor annis caduco morbo quassatus...

Eodem die venit Chüntz Ellinger de Weichering (11) cum puero, qui, cum adhuc non haberet vj. hebdomadas ab ortu, super mensam positus cecidit super pavimentum...

Eodem die venit quidam de Hertzhausen cum D masculo quatuor annorum, qui octo diebus tan- f. 104 tummodo sangwinem guttatim urinare consuevit...

Anno ut supra feria secunda Penthecostes venit Haintz balneator de Tegernsee cum masculo vij. annorum, qui casum fecerat exitialem...

Eodem die venit Vlricus Hütter de Walggertzhofen (12), cuius puer inter alios sex sibi dilectior infirmatus ad extrema pervenit...

Feria tertia Penthecostes eiusdem anni venit Andre Soeler de Ohenhofen prope civitatem Hasfurt, qui in eadem civitate captus... Promiserat enim Beate Virgini Marie in Hirschein unam afferre seram, alteram vero sancto Leon. in Inchen...

Sabbato post Penthecosten anno ut supra venit f. 104' Vlricus Vitel de Oberkochen (13), qui orbatus visu...

Eodem die venit quedam honesta matrona de Mospurga (14), que una noctium puerum lactantem inter se et maritum in lecto posuit...

Post hec in die S. Allexii anno ut supra venit E Georius faber de Reuersweil iuxta monasterium ordinis S. Bernardi dictum Cappell (15) apud Beatam Virginem ad Heremitas secum portans masculum triennem... | Affuit interea abbas f. 105 prefati monasterii Castell (16)...

Anno Domini ut supra feria quinta post festum S. Galli venit Hanns Öler de Augusta, qui ob favorem ducis Hainrici captus ab Arnoldo milite de Chamer (17)...

Anno ut supra in crastino S. Leonardi venit f. 105' Haintz Kesselmayr de Giengen (18) cum puero unius anni, qui vice quadam gumphum ferreum manu tenens ori imposuit atque deglutivit...

Anno Domini m°cccc°xxxj°. feria quarta Pasce *an. 1431.* venit Schäufer de Schnelmansgräut (19) cum puero duorum annorum, qui fracturam passus circa genitalia...

Eodem die venit Haindel Geruth de Wertungen (20) cum masculo vj. annorum, qui mutus ab utero matris...

Deinde feria quinta Pasce eiusdem anni venit Hanns Schlosser de Pratenhain (21), qui in silva quadam pollicibus nervo constrictis arbori cuidam alligatus tenebatur captivus... F

Post hec eodem anno dominica prima post octavas Pasce venit Hermanin Ebirch de Augusta, | que in uno oculorum per xx. annos lumine f. 106 privata...

Sabbato post Ascensionem Domini venit Härttel de Grüb aus Dorffnerpfarr (22), quem una cum uxore sua quaedam malivola uxoris suae noverca intoxicaverat...

Eodem die venit Hanns Schub de Lauch prope Kapfenberg, qui in expeditione dominorum de Lutring captus, ductus in civitatem Metz...

Anno ut supra feria sexta ante festum Pente- f. 106' costes venit quidam honestus vir de Franconia ex

[1] tiespach *ante corr.* — [2] Repplm *ante corr.*

(1) In Bavaria superiore. — (2) Pfersee? — (3) Schärding in Bavaria inferiore? — (4) Diesbeck, Neustadt an der Aisch, in Franconia media. — (5) Polonia? — (6) Adelshausen, Reichertshofen, in superiore Bavaria, ab Ingolstadio ad meridiem. — (7) Hollenbach, Neuburg, in Suevia. — (8) Niedermässing in Franconia media. — (9) Winden am Aign in Bavaria superiore. — (10) Grafling in Bavaria inferiore? — (11) In Suevia. — (12) Walkertshofen in Bavaria superiore vel inferiore, vel in Suevia? — (13) In Wurtemberga. — (14) Moosburg in Bavaria superiore. — (15) In dioecesi Constantiensi, non ita procul ab Einsiedeln, neque ita prope. De quo cf. L. JANAUSCHEK, *Originum Cisterciensium* t. I, p. 184. — (16) Immo Cappell. — (17) Kammer in Bavaria superiore? — (18) In Wurtemberga. — (19) Schnellmannskreit haud procul ab Inchenhofen. — (20) Wertingen in Suevia. — (21) Breitenhain in Wurtemberga? — (22) Grüb prope Altdorf in Franconia media.

villa

MIRACULA IN INCHENHOFEN

A villa Maisenpüch prope civitatem Haidsuelt (1) secum adducens puerum decem annorum...

Deinde secunda feria Penthecostes anno ut supra venit Chüntz Kornmesser de Eystavia cum puero bymo, qui per fenestram cuiusdam domus per altum xvj. pedum ceciderat...

Feria tertia Penthecostes eiusdem anni venit Hanns Symon de Clingen prope Plomentall (2) cum uxore sua et aliis xij. mulieribus portans puerum quatuor annorum, qui die quadam corruens...

107 Anno ut supra feria quarta post festum S. Mauricii venit Albertus Coler de Gleissenperg (3), qui in expeditione contra Hussitas auriga existens cum aliis plurimis christianis captus...

Eodem anno in vigilia S. L. venit Betz textor de Schönlëutten (4), qui per annum et dimidium caduco morbo vexatus...

an. 1432, Anno Domini m°. cccc°. xxxij. sabbato ante Oculi venit Wilhalm Purstenpinder cum coniuge sua de Stokenaw ex partibus Austrie (5), qui ambo ab Hussitis capti in castro Newhaws prope B Pragam cippo reclusi tenebantur...

f. 107ᵛ Anno ut supra feria tertia Pasce venit honesta matrona de Höchsteten, que per integrum annum manibus et pedibus curva...

Eodem anno sabbato post Mamerti venit quidam de Newburga iuxta Bohemorum silvam (6), f. 108 qui captus ab | Hussitis et ductus in Pischofzteintz (7)...

Sabbato post Ascensionem eiusdem anni venit Werlin sutor de Ebersperg habens masculum viij. annorum, qui per quinque annos lapidem in vesica sustinens...

f. 108ᵛ Anno ut supra feria secunda post Penthecosten venit figulus quidam de Feltgedingen (8) cum coniuge sua portantes secum puerum quatuor annorum, quem currus onustus feno rota una compresserat...

Eodem die venit Hanns Fedrolf de Hechtal, qui retulit qualiter domus cuiusdam vicini sui domui sue coniuncta igne consumeretur...

Venit insuper eodem die Rüdelbel de Waltkirchen prope Perchingen (9), qui vesanus effectus...

C Feria tertia Penthecostes anno ut supra venit mulier quedam Üllschabeckin de Ebenried (10) habens filium xv. annorum, qui vice quadam ascendens abietem ruit deorsum per altum lx. palmorum...

f. 109 Post hec in vigilia S. Trinitatis venit Eberl Geyr de Illmunster, cuius puer triennis una die in tinam ceciderat aqua plenam...

Eodem die venit Werl Schneider de Schönhaupten, qui in magna gwerra ducum Bavarie captus a ministerialibus ducis Ludwici in oppido Reyckertzhofen...

f. 109ᵛ Anno ut supra in die S. Iohannis Baptiste venit mulier quedam Obermairin de Gesseltzhausen (11) cum filia, que desponsarat et, completis nuptiis, post quinque ebdomadarum spatium, quibus marito commanserat, a quodam seductus[1] ribaldo, coniuge et parentibus relictis, clam recessit et pervenit ad Nürnbergam...

Post hec in die S. Augustini eiusdem anni venit Chüntz Schäbel de Hegspach prope Esslingam, cuius coniux puerum pepererat curvum uno pede...

Eodem anno in die S. Magni confessoris venit Hanns Lechen sutor de Augusta, cuius coniux puerum ediderat abortivum...

Anno ut supra in die apostolorum Symonis et Iude venit Kolerin de Vnderstal prope Newburgam (12), que decumbens in infirmitate vesana effecta est, nec quempiam sinebat illesum, factaque est intolerabilis omnibus. Contigit autem die quadam causa visendi supervenire filium eius Rüdel Koler de Zuchering (13)... f. 110

Anno Domini m°. cccc°. xxxiij. dominica Oculi venit Chüntz Woller de Nova Civitate (14), qui fluxum in uno crurium passus... *an. 1433,*

Eodem anno feria secunda Pasce venit Peter Hagelstain textor de Gershofen (15), qui lapidem in vesica gestans... E

Anno ut supra feria tertia Pasce venit quidam de Schnöting (16), qui feria secunda ebdomade penose in Siuerspurg de ponte corruit in fluvium Amper (17)... f. 110ᵛ

Eodem die venit quedam puella de Augusta, dicta Anna Pawngartnerin, que usque ad tertium annum in uno genu contracta incedere non valebat nisi ad ecclesiam S. Vdalrici, cui erat vicina...

Sabbato post Ascensionem Domini anno ut supra venit Peter Zehentner von Harthofen (18), cuius uxor legitima post puerperium... f. 11.

Eodem die venit mulier quedam Stephanin de Marteinsried (19) habens puerum, qui in uno crurium contractus...

Anno ut supra in vigilia Penthecostes venerunt duo honesti viri Hanns Schäufer et Hanns Hacker de Rimper prope Herbipolim, qui simul captivi ducti sunt in castrum Werperg (20)...

Anno Domini ut supra in die sanctorum Cosme et Damiani venit Hanns Kebs de Witislingen prope Laugingen (21) cum uxore sua secum ferentes masculum[2] ix. annorum, qui morbo caduco quassatus... f. 111ᵛ F

Eodem die venit Hanns Müllner de Ayslingen (22) cum puero bymo, qui ab utero matris sue fracturam passus circa genitalia...

Anno ut supra in die S. Colomanni venit metquartus Hanns Gundran de Liechtenstein (23), qui cum aliis duobus captivus tenebatur in castro Poppenhausen (24)...

Anno Domini m°. cccc°. tricesimo quarto advenit quidam honestus presbyter, nomine Conradus de Rotenburg iuxta fluvium Nectaris (25). Iste fuit detentus... atque ductus ad distantiam decem miliarium, ut asseruit, ad quoddam castrum Gottlieb appellatum... *an. 1434,* f. 112

[1] *immo* seducta. — [2] *cod.* masculio.

(1) Massenbuch haud ita procul ab Heidenfeld in Franconia inferiore. — (2) Klingen, Blumenthal, haud procul ab Inchenhofen. — (3) In Palatinatu superiore. — (4) Schönleiten in Bavaria superiore, in Palatinatu superiore? — (5) Stockenau in Stiria? — (6) Neunburg vorm Wald in Bavaria inferiore. — (7) Bischofsteinitz in Bohemia. — (8) Feldgeding in Bavaria superiore. — (9) Waldkirchen, Berching in Franconia media. — (10) Haud procul ab Inchenhofen? — (11) In Bavaria superiore. — (12) Cf. supra, p. 190, annot. 8. — (13) In Suevia. — (14) Neustadt. — (15) Gersthofen in Suevia. — (16) Schnotting prope Frisingam inter septemtrionem et occidentem. — (17) Iam Ammer vel Amber. — (18) In Bavaria superiore. — (19) In eadem. — (20) Rimpar, Werberg, in Franconia inferiore. — (21) Wittislingen, Lauingen, in Suevia. — (22) In eadem. — (23) In eadem. — (24) Bobenhausen in Bavaria superiore. — (25) Rottenburg urbs in Wurtemberga ad flumen Nicrum (Neckar).

MIRACULA IN INCHENHOFEN *an. 1435,* f. 112^v Anno Domini m°.cccc°.xxxv^{to}. feria tertia proxima post dominicam qua canitur in ecclesia Dei: *Oculi mei* etc., comparuit hic personaliter quidam honestus laycus, nomine Petrus Rewmair de Aychkirchen (1), occasione cuiusdam voti inferius elucidandi, talis modi videlicet. Ipse erat detentus a quodam strenuo milite, scilicet Iohanne Stauffer, in certo castro dicto Erenfels...

f. 113 Anno et die ut supra advenit quidam ytalicus. Iste fuit detentus in civitate Mediolanensi in quodam carcere...

Anno Domini ut supra in vigilia Dedicationis huius capelle advenit Fridericus Textor de Pünnhart penes monasterium monialium Geysenfeld (2). Iste fuit detentus per cives opidi Perching, Eystetensis diocesis...

f. 113^v Anno Domini m°.cccc°.xxxv. in vigilia Dedicationis presentis capelle advenit quidam Volkwinus Räblein de Westhaim in distantia trium miliarium ab opido Nürnberg. Iste patiebatur rupturam seu fractionem genitalium...

Anno et die ut supra advenit Chunradus Awer de Amberga. Ille habuit quendam pulchrum puerum masculini sexus quasi septem annorum, qui cecus erat... B

Anno et die ut supra advenit quidam Conradus Nüsslein de Altendorff (3) Babenbergensis diocesis cum uno puero septem annorum...

an. 1436, f. 114 Anno Domini m°.cccc.xxxvj. in die Annunciationis humane nature Salvatoris anni prelibati supervenit Fridericus nomine Münsmaister advocatus in Erlang, mancipatus in proprio castro, scilicet Vrach prope civitatem Babenbergensem (4) situatum, ductusque taliter mancipatus in quendam montem nemoratum grandem et abusivum, wlgariter Ebersperg nuncupatum, in quodam territorio ibidem, scilicet Puecheln, situatum.. D

Anno et die quibus supra supervenit quidam honestus vir de Holandia. Iste detentus quondam fuerat super aquas maris et ductus erat ad terram paganorum in quandam provinciam, nomine Granat (5), in qua detentus degebat tres annos et quinque menses...

f. 114^v Anno eodem in die sancti Pangracii supervenit quedam iuvenis matrona, nomine Ruegeryn, de villa Sylenpach (6) cum novem personis, deferens quendam puerum etate quasi trium annorum, qui ceciderat[1] in unum fontem. Mulier prefata, mater pueri, curam gerens eiusdem, ipsum diu quesierat, tandem in quodam fonte iacentem misere reperit. Quo extracto, nullam vitam in eo vigere persensit, capite, collo, manibus, brachiis atque pedibus remissis et tamquam mortui discoloratis dependentibus, quasi desperavit. Concurrentibus undique vicinis, puerum prefatum bene ad duas oras agitaverunt, nullam penitus spem vite percipientes. Mater pueri prefati, desperatione oblita, materna dilectione resuscitata, sanctum Leonhardum devotissime imploravit, quatenus E suis consolationibus sui wlnerati cordis dolorem in resuscitatione pueri mitigaret, vovitque puerum prefatum sibi ob hoc illuc presentare cum comitiva novem personarum et una libra cere. Ecce adstatim ipse puer revixit et totaliter convaluit. Mater vero gaudio repleta cum ix. personis et puero prefato et cera supervenit, constituitque prefatum suum puerum annuatim censualem tempore vite sue sancto Leonhardo sibi tradendo ij. denarios, tribuendo desuper laudem et gloriam Christo et gratiarum actiones sancto Leonhardo.

---

2. Fragmentum miraculorum anni 1458.

an. 1458, *In capite codicis latini Monacensis 4322 (0^m,163 × 0,110) conglutinatum est fragmentum folii cuiusdam et multo longioris (quam 0,110) et paulo latioris (quam 0,163), quod solum adhuc repertum est relationis de miraculis Inchenhofensibus circa medium saec. XV lingua germanica conscriptae.* C *Insunt sex miracula anni 1458; quorum primum quidem mutilum est (inc.* fuss, dan scond also ain gang halb jar...) *et die nescio quo patratum, reliqua sexta feria post Ascensionem acciderunt (inc. alterum :* Anno ut supra, feria sexta post Ascensionem da kom her Hanns Denckel von Ebersperg, der het ain sun der lag in grosser kranckhait...). F

---

3. Miracula saeculi XVI ineuntis.

an. 1506 et sequentibus, *Neque haec integra habemus. Leguntur in codice Monacensi germanico 1772, qui est liber chartaceus, intermixtis foliis membraneis; foliorum nunc 170 (0^m,296 × 0,208), exaratus variis manibus saec. XVI in. Iam vero perierunt folia pauca in ipso initio, aliquot in medio libro, plurima in fine; insuper quidam quaterniones a glutinatore loco non suo collocati esse videntur. Insunt miracula S. Leonardi in vico Inchenhofen germanice conscripta* (7) *; primis perditis, supersunt ea quae acciderunt anno 1506 et sequentibus ; fol. 96^v incipiunt miracula patrata anno 1512 ; inde a folio 109 nullus certus annus e libro erui potest. Descripta sunt autem in singulis pagellis miracula fere quinque, aliquando pauciora, aliquando etiam plura. Harum mille et septingentarum circiter narratiuncularum satis habuimus primam et ultimam exscripsisse ; ceterae his similes sunt.*

Inc. (fol. 1) Item Jörg Grincler van Egck hat hye gesayt und furpracht wie ainss tagss sein

[1] *cod.* cecidebat.

(1) In Palatinatu superiore. — (2) Unter-Pindhart, Geisenfeld, in Bavaria superiore. — (3) Prope Bambergam. — (4) Aurach prope Bambergam ad meridiem? — (5) In Hispania. Cf. supra, p. 197, annot. 10. — (6) Cf. supra, p. 194, annot. 9. — (7) Vid. v. gr. fol. 1^v : *Hanns Bernhart von Oberndorff ist verschwollen gewest untter den augen, also dass er nit hat mugen gesechn. Hat sich verlobt her ze kummen und 1 d. in stock ze legen. Ist er zehand gsundt worden.* Quid autem sit illud « *her* », docet vel hic locus fol. 3 : *Hanns Wunderer von Steffansperg hat gehabt die pöfn platteren... und hat der heylig S. L. zu im geredt das er kem in sein gotzhauss gen Inchenhofen mit ij. lb. wax, so wurd er gesundt...*

A kummen xviij. feinde und haben im genommen seyne ross. Ist sein hausfraw den feinden nachgeloffn byss gen Lantzhuet. Ist ir in syn kummen S. Leonhart. Hat in trewlch angeruefft und im verlobt 2 flor. Hat sy die ross alle on mue vnd schaden wider uberkummen. — *Des.* (*fol. 170*r) Hanns Haller von der Linden het ein haussfraw. Lag in kindts nötten. Verhies S. L. ein j. lb. wax. Ward erfreudt. Lobt Got vnd sant Leonhard.

MIRACULA IN INCHENHOFEN

4. Miracula annorum 1588-1593.

an. 1588-1593,

Sunt haec, numero circiter octingenta, typis edita in libello qui inscriptus est : S. Leonardus. Vilerlay gedenckwürdige Wunderzaichen, so Gott der Almechtig durch mittel vnd fürbitt S. Leonhards by seinen Gottshauss zu Inchenhofen gewürckt hatt. " *Gedruckt im Gottshauss Thierhaupten im Jar 1593 ", in-4°, 3*-109 ff* (1). *Typis autem mandatus atque certe etiam paratus est iussu Leonardi abbatis Fürstenfeldensis, ut docet lemma longius, quod fol. 1*r *legitur :* Verzaichnuss ettlicher merck und gedenkwürdiger Miraculn vnnd Wunderzaichen, so der Allmechtige
B Gott durch mittel vnnd fürbitt des hayligen Nothelffers vnd Beichtigers S. Leonhards zu Inchenhouen (sonsten zu dem ferren S. Leonhard genandt) im obern Fürstenthumb Bayrn, Augspurger Bistumb, vnnd Aichner Landgericht gelegen, von Pfingsten des 1588. biss auff Leonhardi vnnd Martini des 1592. Jars (2) genedigist gewürcket vnnd erzaigt hat. Welche zu gutem den frommen, christlichen vnnd andächtigen Kirchfärtern, der Ehrwürdig inn Gott Vatter vnd Herr, Leonhard Abbte zu Fürstenfeld, als deme ermeltes Gottshauss zustendig, zu drucken verordnet hat. *Praemissa igitur (fol. 2*-3*) praefatione, in qua nihil memoria dignum repperimus, collecta sunt miracula in viginti partibus seu capitibus, quorum conspectum aliquem hic subicere visum est.*

(*Fol. 1-17*r). Volgen hundert sechs vnd dreissig grosse vnd merckliche Wunderzaichen, die Gott der allmechtig durch fürbitt des H. Nothelffers vnd Beichtigers Leonhardj, an denen personen, so in grossen vnd schwern kranckhaitten gelegen, vnd sich selbs, oder andere in jhrem Namen, in das Würdig Gottshauss hieher verlobt haben,
C nach gethonen gelü[l]bden gnedigklich gewürckt vnnd erzaigt hatt.

Inc. Anno 1588. Hans Schwaiger von Oberzeidelbach inn Aichacher Landgericht ist 4. wochen inn schwerer kranckhait gelegen, inn dem verlobt er sich hieher mit einem vierling wachss, vnnd 2. pfenning in stockh, ist nach solchem gelübdt durch fürbit S. Leonards mit jm besser worden.

Anna Kimpfin von Rhain ist 10. wochen inn schwerer kranckhait gelegen...

(*Fol. 18-21*r) Vier vnd zweintzig tröstliche vnd auch merckliche Wunderzaichen, von denen personen so nach gethonen gelübden, verfrierens halben beim leben erhalten worden. Item auch von denen, so durch fürbitt S. Leonhards vom Fieber, Geelsucht, Glockfewr, Wassersucht, Brunnenfahl gnediglich erlediget und beschützt worden. Item auch von denen, so etwan verlorn, oder sich verirrt haben, und nach gethonen gelübden widerumb gefunden worden.

Inc. Elizabeth Rangin von Woltzen ist im kalten winter dem Allmuesen nachgangen...

(*Fol. 22-22*r) Vier gedenckwürdige Wunderzaichen von denen Personen, so sich inn Wassernöthen hieher verlobt, vnnd nach jhren gelübden hülff von Gott, durch fürbitt des H. Nothelfers vnd Beichtigers S. Leonhards erlanngt haben.

(*Fol. 23-26*r) Fünf vnd zwaintzig merckliche vnnd auch grosse Wunderzaichen, von denen Personen so von Gott durch fürbitt des H. Beichtigers S. Leonhards, nach gethonen gelübden, in gefährlichen Fewrsnöthen, jrer güetter oder anderer sachen halben behüet vnd beschützt worden.

(*Fol. 26*v*-28*) Neün merckliche vnd grosse Miracul von denen Personen, so nach den gelübden E
von Gott durch fürbitt S. Leonhards von bösen anfechtungen, gefäncknussen, vnnd erschröckungen seind entlediget worden.

(*Fol. 28-29*r) Dreyzehen merckliche Wunderzaichen von denen Personen so nach den gelübden, durch die trewe Fürbitt S. Leonhards, von bösen Blattern vnd Rauden erlediget worden.

(*Fol. 30-33*) Zway vnd zwaintzig herrliche vnd grosse wunderzaichen, von etlichen Weibspersonen die in grossen geburtsnöthen lang gelegen, vnnd nit haben kinden erfrewdt werden. Item auch von etlichen, die inn der Kindbett grossen schmertzen erlitten, vnd nach den gelübden zu S. Leonhard, erfrewdt, vnd der schmertzen entlediget vnd gesund worden.

(*Fol. 33-43*) Ain vnd sechtzig ware und trefentliche Miracul vnd Wunderzaichen von etlichen personen, so hefftige fäll gethon, vnd bissweilen für tod umbgezogen worden, aber nach dem gelübden gehn S. Leonhard, widerumb lebendig vnd gesund worden. Item auch von etlichen welche sich in Mörgel vnd Laym grueben biss auf den tod verfallen, oder sunst in eysserster gefahr jres lebens gewesen. Auch von etlichen welche F
durch Ross schlagen oder anderer sachen halben in etlichen glidern verletzt worden. Letzlich auch von etlichen, welche verloren vnd nach dem gelübden widerumb gefunden worden. Dise alle seind durch Gott vnd die trewe fürbitt S. Leonhards beschützt, behüet vnd beim leben erhalten, vnd widerumb frisch vnd gesund worden.

(*Fol. 43-43*r) Ein merckliche vnnd tröstliche erscheinung eines abgestorbnens, welcher, als man seinen begeren ein genüegen gethon, hernach nit mehr erschinen.

(*Fol. 43*r*-44*) Volgt ein trefentlich Miracul, welches in disem 1593. Jar zu Wien in Oestereich geschehen, vnd den 3. tag May allhie anzaigt worden.

(*F. 44*v*-50*v) Neun vnd viertzig mächtige wunderzaichen, von etlichen personen, so mit dem gefrayss, Beermuetter, Rottenrhuer, vnd Vergicht behaft gewesen, vnd nach den gelübden gehn S. Leonhard darvon entlediget vnd gesund worden.

(1) Hunc libellum in latinam linguam verti curavit anno 1653 P. Iacobus Kritzradt S. I. illamque versionem ad Bollandum nostrum misit; quae manu scripta servatur, non integra tamen, in codice Bruxellensi Bibl. Reg. 8934. — (2) Immo 1593; vid. enim fol.

(*Fol. 50*r

MIRACULA IN INCHENHOFEN

(*Fol.* 50^v-54^v) Dreissig tröstliche wunderzaichen von etlichen personen, so an etlichen glidern hefftig verschwollen gewesen, vnd nach den Gelübden gen S. Leonhard widerumb gesund worden.

(*Fol.* 54^v-68^v) Hundert vund zwayntzig treffentliche vnd grosse Wunderzaichen, von etlichen personen so im Haupt, Ohren, Augen, Halss, Zän vnd Mund grossen weethumb vberstanden, vnd nach den gelübden gehn S. Leonhard dessen entlediget vnnd gesund worden. Item auch von etlichen, welche ein zeitlang jres gesichts beraubt gewesen, vnd jnen durch fürbitt des H. Nothelfers S. Leonhards widerumb von Gott dem Allmechtigen jr gesicht mitgethailt worden.

(*Fol.* 68^v-*70*) Zwölf gedenckwürdige Miracul vnnd Wunderzaichen, von denen so die bösen huesten gehabt. Item auch von denen die schwerlich haben athmen mögen, welche alle nach dem gelübden durch fürbitt S. Leonhards der huesten entlediget, vnd auch widerumb athmen mögen vnd also gesund worden.

B (*Fol.* *70*-74^r) Drey vnd dreyssig grosse Wunderzaichen, von etlichen Stummen vnd Tauben, welche nach den gelübden gehn S. Leonhard widerumb redend vnd hörend worden.

(*Fol.* 74^v-*76*) Eylf andere glaubwürdige wunderzaichen von etlichen, so jhrer sinn vnd vernunfft ein zeit lang beraubt gewesen, vnd nach dem versprochnen gelübd gehn S. Leonhard zu jrem verstand vnnd guetter vernunfft widerumb kommen.

(*Fol.* *76*-86^v) Neun vnd achtzig gnadenreiche Wunderwerck, von etlichen personen, welche in Armen, Ruggen, Lenden, Achseln, Schultern, Brüsten vnd sunst in anderen glidern grossen wehthumb erlitten. Item auch von denen, so sich D von wegen der Schwindsucht, vnd erkrummens halben gehn S. Leonhard verlobt, vnnd nach den gelübden, der schmertzen entlediget, vnd widerumb frisch vnd gesund worden.

(*Fol.* *87*-96^r) Zway vnd achtzig merckliche Wunderzaichen, von etlichen, welche im Leib vnd Seiten grossen schmertzen erlitten, vnd nach den gelübden gehn S. Leonhard, gnedigklich darvon entlediget worden.

(*Fol.* 96^v-*102*) Neun vnd dreissig Wunderzaichen von etlichen, die nach den gelübden zu S. Leonhart, vom Stain, Griess, und Bruch entlediget vnnd gesund worden. Item auch von etlichen, welche lannge zeit den Harn nit gewinnen künden, und nach dem gelübd auch widerumb harnen mögen, vnd also frisch vnd gesund worden.

(*Fol.* *102-108*) Fünf vnd viertzig treffentliche Miracul vnd Wunderzaichen, von etlichen Krüppeln vnnd Krumpen. Item auch von etlichen, so in den Füessen grossen weetagen aussgestanden, vnd nach den gelübden gehn S. Leonhardt widerumb gerad vnd gesund worden. E

Des. **Auss disen oberzelten vilen herrlichen vnd grossen Wunderzaichen kan ein jeder, der sy lesen würt, leichtlich sehen vnnd abnemmen, wass wür für ein gnedigen Vatter an Gott, vnd für ein trewen fürbitter an den H. Beichtiger vnd Nothelfer S. Leonhardt haben. Dem Allmechtigen, Barmhertzigem, vnnd in seinen lieben Hayligen wunderbarlichen Gott, sey lob, ehr vnd preiss in alle ewigkait. Amen.**

(*Fol.* 108^r-*109*) Folgen die Indulgentz, Gnad vnnd Ablass, so disem Gottshauss verlihen worden.

---

5. Miracula annorum 1599-1605.

an. 1599-1605.

Remisisse videtur post annum 1592 in Inchenhofensi aede frequentia miraculorum; postquam enim quinque annis 1588-1592 octingenta miracula a Fürstenfeldensibus conscripta erant, vix pauca quaedam tempore sequenti (1), *annis autem* C *1599-1605 iam plura, non tamen tot atque prius, memoriae tradere habuerunt. Quod procuravit Iohannes abbas in libello minore, cui titulus brevior :* Vilerley gedenckwürdige Miraculn, so sich zugetragen von Anno 99. biss ad Annum sexcentesimum quintum bey JOHANN Abbt zu Fürstenfeld, der dessen Gottshauss Verwalter und Sorger ist (*" Gedruckt zu München bey Adam Berg. Anno M.DCVI ", in-4°, 3 ff., 42 pp.*), *longior autem (fol.* 1^r*):* Verzeichnuss ettlicher merck-vnd gedenckwürdiger Miraculn vnnd Wunderzeichen, so der Allmächtige Gott durch mittel vnnd fürbitt dess heiligen Nothelffers vnd Beichtigers S. Leonhards zu Inchenhofen (sonsten zu dem ferren S. Leonhard genannt) in Obern Fürstentumb Bayrn, Augspurger Bistumb, vnd Aichner Landgericht gelegen, von anno 99. biss auff das 1605. Jahr genedigst gewircket vnd erzeiget hat. Welche zu gutem den Frommen, Christlichen vnd andächtigen Kirchfärtern, der Ehrwürdig inn Gott Vatter vnd Herr JOHANN, Abbte zu Fürstenfeld, als deme ermeltes Gottshauss zuständig, zu trucken verordnet hat. Im Jahr M.DCVI. *In quo libello, praemissa (fol. 2-3) ipsa praefatione libelli a Leonardo abbate editi* (2), *typis data est una series 118 miraculorum :* Folgen hernach die grossen F und mercklichen Wunderzeichen, die Gott der Allmechtige durch Fürbitt dess H. Nothelffers vnd Beichtigers Leonhardi, an denen Personen, so in schweren Kranckheiten, vnnd andern anligenden Nöthen, sich selbs, oder andere in jhrem Namen, in das würdig Gottshauss hieher verlobt haben, nach gethanen Gelübden gnädigklich gewürcket vnd erzeiget hat.

Inc. primum miraculum : **An den heiligen Pfingstag, anno 1601. hat sich Anna Schwaigerin von Herrieden, Eychstätter Bistumbs, bey S. Leonhard alhie, beyneben fürweisung von jhrer ordenlichen Obrigkeit ... —** ***Ultimum miraculum :*** **Margareth Metzgerin vonn Pfaffenhofen, hat ein Knäblein, vber welches ein Ross ist gelaufen, vnd daran verletzt worden, also, dass es siben Wochen kranck ist gelegen, entzwischen aber, inner drey Wochen nichts geredet, vnd zwo Wochen nichts gesehen, verlobt jhn die Mutter alher mit einem halben Pfund Wax, einer Mess vnnd das Zeichen zuuerkindigen, ist ihme auff alle weg geholffen worden.**

(1) Cf. infra, p. 207, § 6, 5°. — (2) Cf. supra, p. 205, § 4.

---

6. Iohannis

6. Iohannis Caramuelis miracula a divo Leonardo in Inchenhofen patrata.

Iohannes Caramuel Lobkowitz,

Librorum permultorum scriptorem Iohannem Caramuelem de miraculis Inchenhofensibus librum edidisse nemo mirabitur, qui meminerit ipsum et de multiplicibus variisque argumentis libenter scripsisse, et Cisterciensis ordinis alumnum fuisse atque in monasterio Fürstenfeldensi aliquando devertisse (1). *Reapse in amplissimo indice operum illius recensita videmus, inter libros typis nondum editos,* D. Leonardi miracula (2). *Quae nobis servavit codex latinus Monacensis 26509, chartaceus* ($0^m,195 \times 0,150$), *exaratus saec. XVII ; implent autem voluminis pagellas 1-141* [*pag. 51 bis*], *ceteris relictis vacuis. Nomen ipse scriptor tradit :* Ioannes Caramuel Lobkowitz (*p. 1*) *; scripsit vero dum in monasterio Fürstenfeldensi morabatur* (3) *anno, ut videtur, 1646* (4).

libris antiquioribus usus,

Etsi libellum germanicum anno 1593 editum (5) *legisse non videtur* (6), *pari tamen modo in recensendis miraculis non temporum ordinem sed rerum secutus est. Scribendi autem argumentum ex libris manu exaratis aut etiam typis impressis desumpsit, qui ipsi a Fürstenfeldensibus monachis tradebantur, ita ut quosdam etiam prae manibus haberet qui nobis non sunt servati. Rettulit enim :*

miraculorum ab anno 1258

1° de rebus gestis anno 1258 et anno 1310, idque secundum ea quae legerat apud Eberhardum monachum (7) ;

2° quam plurima miracula facta annis 1346-1436 secundum eundem Eberhardum et alios monachos, quorum scripta habemus in cod. lat. Monacensi 7685 (8) *;*

3° miracula multa — et quidem non minus centum et viginti — patrata annis 1437-1448, usus, ut videtur, libello quodam iam perdito ;

4° nulla ex miraculis illis octingentis an. 1588-1593 quae narrata diximus in libro anno 1593 edito ;

5° miracula singula facta annis 1595, 1597, 1598, duo anno 1594, tria anno 1596, ita quidem ut aliqua horum ex documento scripto acciperet (9) *;*

6° non pauca miracula an. 1599-1604, quae utique legerat in libro edito an. 1606 (10) *;*

ad annum 1646 (1647) patratorum

7° miracula quaedam sequioris aetatis, singula annorum 1609, 1629, 1640, 1642, 1646 et forsan 1647, bina annorum 1632, 1639, 1645, tria anni 1644, quattuor anni 1637, ipsa etiam, ut videtur, e monumentis scriptis excerpta (11).

synopsin quandam confecit ;

Longa temporum spatia nullis miraculorum narrationibus illustrata esse et vidit Caramuel (12) *et rei causam coniciendo exposuit, quam alibi* (*p. 62*) *notariorum minorem industriam seu etiam neglegentiam esse dixit, alibi* (*p. 139-40*) *capitulorum generalium ordinis Cisterciensis decreta, quibus statutum aliquando erat* ut miracula facta in loco ordinis generali capitulo luculenter et

(1) Cf. J.-A. TADISI, *Memorie della vita di Monsignore Giovanni Caramuel di Lobkowitz, vescovo di Vigevano* (Venezia, 1760), p. 72. — (2) Ibid., p. 194. — (3) Ita Caramuel, p. 79 : *Historice enim quaeritur cuiusnam coloris fuerint vestes veterum monachorum. Sane D. Benedictum alba cuculla, nigra D. Bernardum supra antiquae bibliothecae ostium antiquo penicillo pictos video in Fürstenveldensi monasterio ; ergo sub illud tempus verum creditum, quod etiam Leonardus confirmat, quem in eadem aula, in qua haec scribo, semel et iterum aspicio veste candida ornatum ; quod etiam sub finem capitis II miraculo proximiore I* (in ipso codice, p. 63, in miraculo primo anni 1601) *et in autographo huius miraculi lego* (id est in libello Eberhardi, cod. lat. Monacensi 7685, fol. 57v). *Solent divi eisdem vestibus videri post mortem, quibus usi dum viverent.* — (4) Haec de se narrat Caramuel p. 13-14 : *Libenter fluvium* (Danubium) *et locum* (Ratisponam) *recensuero ; nam et ego ibi miratus praecipitem aquarum impetum, aquarum vortices, habeo speciale aliquod propter quod divo Leonardo gratias agam. Speciale dixi, nimirum dicam, sed non miraculum, tametsi in specialibus favoribus nonnumquam mirabilior quam in ipsis miraculis sit Deus. Rem breviter : navim mihi apud Ratisponam adituro nuntiatur P. Alexander excalciati ordinis provincialis, qui eo appulerat, ut inde Viennam. Convenio amicum optimum, salutem apprecor, ut sit itineris socius exoro. Postulat ille duorum dierum inducias, ut possit expedire negotia. Adquievissem omnino, ne in molesto et longo itinere pii et eruditi hominis cogerer carere consortio. At nescio quo spiritu impulsus, qui amicis nihil negare scio, negavi optimo quod prudenter videbatur orare. Praecessi ergo; sequitur ille et uno a civitate lapide lignum offensionis invenit et naufragium fuit passus. Navis fracta et submersa, triginta quinque homines absorbti et extincti, nec socio provincialis parcitum. Hic tertio lapides profundiores illisus et ad superstites spumas regestus non sine evidenti miraculo tandem oras adpulsus et ordini regendo servatus* (*MD.CXLV*). *Et ego in eiusdem provincialis epistola miserabilem hanc tragediam legens brachii tui, Dive optime, potestatem cognosco...* Caramuelem tempore aestivo anni 1645 in Fürstenfeld moram egisse asseverat Tadisi (op. c., p. 72), qui conicit ipsum forsan anno sequenti eodem reversum esse, cum typis mandata sit oratio latina in laudem SS. Sacramenti a Caramuele *scripta Furstenvveldzae in Bavaria die Corporis Christi anno 1646* (cf. ibid.). Certe non ante annum istum compositus est liber miraculorum, cum recenseat (in cod. p. 96) miraculum ipso anno patratum. Quin etiam postquam (p. 103-104) narravit duo miracula an. 1644 et 1645, tertium addit *recentius, quod ante paucos menses multos aedificavit ;* non tamen liquet utrum annus, qui postea tantum in codice ascriptus est, legendus sit *1647* an *1644.* — (5) Vid. supra, p. 205, § 4. (6) Vid. mox, sub 4°. — (7) Cf. p. 6 : *Summam adhibuit diligentiam D. Eberardus ante trecentos annos Fürstenveldensis monasterii filius et loco illi* (Inchenhofen) *praepositus, et antiquissimas, quas nancisci potuit, traditiones in libro speciali descripsit. Ex ipso ego ista paucula...* Sequuntur (p. 7-11) ea quae narravit Eberhardus in cod. lat. Monacensi 7685, fol. 3-4. — (8) Cf. p. 13 : *Ab anno 1258 prodigiis claruit divus, at perpetrata* (cod. *-to*) *priore saeculo* [id est abhinc usque ad an. 1346] *devotione potius quam calamo a maioribus culto, confusa tantum traditione innotescunt. Centum igitur annos celebrabo silentio et a tempore incipiens, quo diligentius ipsa tabulis consignata...* P. 18 : *XIII. In quodam inferioris Bavariae oppido* (*distantiam inferius exprimendam in antiquo manuscripto reperio, non nomen*) *quinquennis puer... anno 1359 ;* atqui cf. Eberhardum, cod. cit., fol. 6v. Miraculum quod p. 30-31 narratum est (*XLVI. Dum quinta hebdomadis maioris feria divina misteria toto populo praesente Witenhusenii celebrantur, puer incaute cursitans in puteum labitur...*) monuit Caramuel patratum esse anno *M.CCCXLII* ; verum legendum esse anno *M.CCCXCII* ilico animadvertet qui fontem Caramuelis adierit, narrationem dico Eberhardi (cod. lat. Monac. 7685, fol. 30). — (9) Cf. p. 54. CXI. *Paindorfii edituum, dum murum ecclesiae dealbaret, praecipitem legimus et mortuum, sed uxoris lachrymis ad vitam revocatum anno 1596.* — (10) Vid. supra, p. 206, § 5. — (11) Cf. p. 120 : *A militum violentia Divi meritis liberati leguntur Martinus Mayr, Ioannes Kain, Mathias Perisse anno 1637...* — (12) Tempora tamen, ut qui forsan raptim scribebat, non satis diligenter expressit, v. gr. p. 62 : *Possem etiam referre prodigia recentiora ; nam ab anno M.CCCC ad MD* (immo 1400-1448) *multi sunt qui ... Divi meritis adiuti sunt. Ab anno MD ad MDC* (immo 1449-1588) *minor fuit notariorum sibi succedentium industria, calamus negligentior ; sed ab anno MDC plurima reperirentur...* Cf. etiam p. 138 : *Scripta a veteribus diligenter et prout tulerunt tempora, per duo ultima saecula negligentius et rarius ;* p. 139 : *Sed cur his duobus saeculis haesit miracula scripturientium manus ?*

lucide

Miracula in Inchenhofen

lucide referrentur per personas ipsius ordinis et ibidem in scriptis publice redigerentur (1), *postea vero ut a scriptione cessaretur, ne miracula ipsa multitudine vilescerent* (2). *Addere iuverit quosdam miraculorum libros Caramueli notos non fuisse,* D *ut iam monuimus de miraculis factis an. 1588-1593 et mox videbimus de miraculis an. 1506-1516.*

---

7. Liber miraculorum annis 1659, 1712 et 1752 editus.

ampliorem edidit an. 1659

Quod Caramuel adumbraverat, id paucis post annis praestitit Martinus abbas Fürstenfeldensis, ut non iam miracula suo tempore patrata, sed omnia quae in Inchenhofen inde a principio in gratiam piorum hominum a S. Leonardo gesta ferebantur, uno libro eoque typis edito complecteretur. Huic titulum fecit bene longum :

Martinus abbas in Fürstenfeld;

Synopsis miraculorum et beneficiorum, seu vincula charitatis, Lieb-Bänder und Ketten-Glider, welche berührt, vnd vbernatürlich an sich gezogen der wunderthätige Magnet, Abbt und Beichtiger S. Leonardus, durch dessen himmlische Krafft, bey dem ferr : vnd weitberümbten
B Gottshauss zu Inchenhofen in Obern Bayrn, von vier hundert Jahren her, vber dreytausend Wunderzaichen, vnd Gutthaten geschehen. Deren auff Hoch- vnd Niderstands Personen öffters anmanen, nur etliche, beliebender Kürtze halber zusamb geschriben vnd der jetzund regierende Churfürstl. Stifftung, vnd Closters Fürstenfeld sacri Cisterciensis Ordinis Abbte MARTINUS, mit etlich vorhergehenden Disscursen von S. Leonhardi wunderthätiger Capellen, vnd H. Leben, sambt angehengt hailsamer Vnderweisung, wie ein jeder Pilgram ihme die Kirchfahrt an dises H. Orth zu nutz machen soll. " *Getruckt zu München, durch Johann Jäcklin. M.DC.LIX* ", *in-4°, 19 ff., 233 pp., 3 ff., cum imagine in aere incisa.*

Constat opus viginti quinque vinculis *seu capitibus, in quibus miracula Inchenhofensia secundum rerum ordinem narrata sunt. Praemissa autem sunt — praeter prooemia quaedam et carmina, ex quibus nihil annotandum habuimus, — septem* " *discursus* " *praeambuli ; subiunctus triplex anulus vel circulus, atque catalogi parochiarum, hominum, dierum festorum, cereorum. En totius voluminis summam.*

C (*P. 1-6*) DER ERSTE WEEG-DISCURSS. Wann, und wie die Capelln S. Leonhardi an das Kloster Fürstenfeld, und in auffnemen kommen, auch von dess Hochlobl. Churfürstl. Hauss Bayrn von 400. Jahren herQ, darbey erzaigt vnd continuirter Andacht.

(*P. 7-28*) II-VI WEEG-DISCURSS. — *In his narrata est Vita S. Leonardi et miracula in Gallia patrata secundum libellos* BHL. *4862 et 4863 sqq.*

(*P. 28-35*) DER SIBENDT UND LETSTE WEEG-DISCURSS. Von Glaubwürdigkeit nachfolgender Miraculn, sampt Bericht von S. Leonhardi Nagel, und grossen Ketten, so bey seinem Gottshauss in Inchenhofen gesehen werden.

<MIRACULA INCHENHOFENSIA>

(*P. 35-45*) DAS ERSTE BAND. S. Leonhard erledigt die unschuldig Gefangne (*an. 1363-1638*).

(*P. 45-49*) DAS ANDER BAND. S. Leonhard erledigt auch schuldig Gefangne (*an. 1346-1594*).

(*P. 49-60*) DAS DRITTE BAND. Der H. Leonhardus macht gesund und stärckt die Krumb und Lahme an allen ihrer Glidern (*an. 1351-1654*).

(*P. 61-67*) DAS VIERTE BAND. Der Englische Medicus, und Oculist S. Leonhard erleucht die blind und übelsehende Augen (*an. 1359-1654*).

(*P. 68-76*) DAS FÜNFFTE BAND. Der H. Leonhardus gibt den Zerrütten den Gebrauch dess Verstands (*an. 1363-1640*).

(*P. 76-83*) DAS SECHSTE BAND. Der himmlische Medicus der H. Leonhardus vertreibt das Griess und Stain (*an. 1408-1652*).

(*P. 84-87*) DAS SIBENDE BAND. Der H. Leonhardus bringt widerumb das Gehör der Tauben, oder Gehörlosen (*an. 1403-1654*). E

(*P. 88-94*) DAS ACHTE BAND. Der H. Nothhelffer Leonhardus erzaigt auch sein wunderbarliche Macht, in erhaltung des unvernünfftigen Viehs, etc. (*an. 1422-1657*).

(*P. 95-101*) DAS NEUNTE BAND. Der H. Leonhardus gibt den Stummen, oder Sprachlosen die Red, und lösst die stumme Zungen (*an. 1348-1653*).

(*P. 101-104*) DAS ZEHENDE BAND. Unser himmlischer Medicus rainigt von dem Aussatz, hailet die Pest, und Frantzosen (*an. 1512-1651*).

(*P. 104-108*) DAS AILFFTE BAND. Der mildreiche Nothelffer S. Leonhard, curirt die mit den fallenden Sucht und Fraiss begaffte Patienten (*an. 1430-1584*).

(*P. 109-117*) DAS ZWÖLFFTE BAND. Der liebbrinnende H. Leonhardus erlöst auch die in Wassers Gefahr, und bringt die Ertrunckene wider zum Leben (*an.* [*1340*]*-1644*) (3).

(*P. 118-119*) DAS DREYZEHENDE BAND. Der mitleydende Nothtelffer bringt widerumb verlorne Sachen (*an. 1361-1445*). F

(*P. 120-122*) DAS VIERZEHENDE BAND. Unser liebreicher Gutthäter hilfft auch denen, so vom Schlag, oder Gewalt Gottes, berührt worden (*an. 1363-1599*).

(*P. 123-133*) DAS FÜNFFZEHENDE BAND. Der miltreiche Notthelffer Leonhardus erledigt aus Fewrsgefahr (*an. 1361-1657*).

(*P. 134-140*) DAS SECHSZEHENDE BAND. Der H. Leonhardus erledigt die vom bösen Geist Besessne und Angefochtne (*an. 1365-1653*).

(*P. 141-154*) DAS SIBENZEHENTE BAND. Der hochberühmte Nothhelffer S. Leonhard, kombt zu Hilff in gefährlichem Halswehe, Geschwulst, und allerley üblen Zuständen, etc. (*an. 1416-1644*).

(*P. 155-169*) DAS ACHTZEHENDE BAND. S. Leonhard erfrewet die schwärlich gebährende Fra-

(1) Cf Chr. HENRIQUEZ, *Menologium Cistertiense* (Antverpiae, 1630), p. XXIIII. — (2) Ita Caramuel, penes quem rei fides sit. Certe locus quem affert (HENRIQUEZ, l. c., p. XXXVI, ultima §) prorsus alia respicit. — (3) Non recte in margine (p. 109) ad primum miraculum apposita est nota temporis, annus *1340*. Est enim illud miraculum (inc. *Zell ein Schwaig oder Mayrhoff...*) idem quod in suo prooemio cum antiquioribus miraculis, nullo tamen indicato tempore, narravit Caramuel (cod. lat. Monac. 26509, p. 11 : *Zella villa est...*), reapse autem anno 1415 contigisse ex primo miraculorum libro novimus (cod. lat. Monac. 7685, fol. 77v : *Anno ut supra ... venit quedam honesta femina ex villa Zell...*). Paulo post (p. 110) miraculum ad annum 1342 relatum est, quod anno 1392 contigerat ; quem errorem in eodem miraculo apud Caramuelem deprehendimus (vid. supra, p. 207, annot. 8).

wen,

A wen, erlangt auch von Gott den unfruchtbarn Eltern Leibsfrucht, und Kinder (*an. 1414-1658*).

(*P. 170-178*) DAS NEUNZEHENDE BAND. Der H. Leonhardus wendet die Leibsschäden und Gichbrüch (*an. 1410-1654*).

(*P. 179-184*) DAS ZWAINTZIGSTE BAND. Der H. Fürsprecher S. Leonhard, erhalt, vnnd beschützt vor Hagel, Schaur, Blitz, und Donnerstraichen, denselben, welcher ihn andächtiglich anruefft (*an. 1409-1621*).

(*P. 185-190*) DAS AIN UND ZWAINTZIGSTE BAND. Der wunderthätige Medicus erledigt mit seiner Himmelskunst von allerley Fieber, etc. (*an. 1359-1654*).

(*P. 191-199*) DAS ZWAY UND ZWAINTZIGSTE BAND. Der wunderbarliche Nothelffer S. Leonhard erweckt, und erquicket die für todt gehaltne, und Abgestorbne (*an. 1353-1424*).

(*P. 199-202*) DAS DREY UND ZWAINTZIGSTE BAND. Der trostreiche Nothelffer Leonhardus erledigt auch die Seelen von den Banden der Sünden (*an. 1428-1444*). — *Tria dumtaxat miracula.*

B (*P. 202-209*) DAS VIER UND ZWAINTZIGSTE BAND. Der H. Leonhardus erinnert die jenige, welche ihr Glübd in vergessenheit stellen, die erzaigte Gutthat danckbar abzustatten (*an. 1258-1605*).

(*P. 210-216*) DAS FÜNFF UND ZWAINTZIGSTE BAND. Der liebreiche Wunderthäter S. Leonhard, ein versöhner der unfridlichen, bemühet sich für den Hass und Neyd, einzupflantzen in dem Hertzen den Menschen, die Liebe Gottes, und dess Nechsten (*an. 1413-1652*).

(*P. 217-220*) EIN DREYFACHER DENCK-RING... *Id est*

(*P. 220*) Weitläuffigere Ermahnung, wie man sich mit disem Denckring durch die H. Kirchfahrt mit Gott unabsönderlich verbinden soll.

(*P. 220-226*) Das erste Glid an disem liebreichen Denckring. Wie der Pilgram zur Walfahrt sich beraiten soll.

(*P. 226-229*) Das ander Glid an disem Denckring. Was guts man auff dem Weeg üben, oder thuen soll.

(*P. 230-233*) Das dritte Glid an disem Denckring. Wie man sich im Gottshauss verhalten solle.

C (*P. 233-235*) Folgende Nachbarschafften haben Jährlich ein Wag- oder Pflugeysen, umb behütung der Feldfrüchten zu S. Leonhard nacher Inchenhofen verlobt. — *Sequitur index 140 parochiarum.*

(*P. 235*) Folgende aber haben Jährlich für ihre Erdfrüchten absonderlich Pfluegeysen zu S. Leonhard verlobt. — *Index 12 hominum.*

(*P. 235*) Verzaichnuss der vornembster Kirchfahrten zu S. Leonhard in Inchenhofen. — *Index dierum quibus peregrini Inchenhofen adibant.*

(*P. 235-236*) Verzaichnuss der grossen Wachskertzen, *id est cereorum in capella servatorum.*

Omnia porro miracula si secundum ordinem temporum recensuerimus, inveniemus narrari res gestas annis 1258, 1346-1447 (1), *1506-1516, 1553, 1559-1610, 1620-1658. Cum vero miracula non pauca anno 1506 facta tradantur, plurima autem annis 1510-1513, vix dubitari potest monumenta scripta a Martino abbate lecta esse* (2), *quae Caramuel non viderat, nobis autem servata non sunt.*

MIRACULA IN INCHENHOFEN

quae anno 1712

Elapsis plus quinquaginta annis Synopsim hanc recudi curarunt Fürstenfeldenses, nullo miraculo addito, ne indicibus quidem, qui in fine leguntur, mutatis. Sat illis tunc fuit, aliquot carminibus liminaribus demptis, lectorem ita monere : Nimme lieber Wahlfahrer mit diser ander-mahligen Auflag verlieb, biss mitler Zeit ein anders gantz neues verfertiget wird (*fol. 7v*). *Titulus ipse idem mansit, paucis subiunctis :* Synopsis... M.DC.LIX, nunmehro von neuem aufgelegt, und in Druck geben, " *zu Augspurg, anno 1712* ". *In-4°, 10 ff., 254 pp., 5 ff., cum eadem et altera imaginibus in aere incisis.*

atque iterum anno 1752,

Tertiam eamque reapse novam editionem procuravit quadraginta post annis Alexander abbas, hoc titulo : Liebs- und Wunder-volle Gnaden-Ketten, das ist : Kurtze Verfassung der Wunder- und Gutthaten, welche in dem fern- und weitberühmten Gottshauss zu Inchenhofen einem Churfürstl. Marckt in Ober-Bayrn gewürcket der allgemeine wunderthätige Nothhelfer Abbt und E Beichtiger St. Leonardus, durch dessen himmlische Kraft und vil-vermögende Vorbitt von 500 Jahren her, bey 5000 Wunder- und Gutthaten, so wohl an Menschen, als an dem unvernünftigen Vieh geschehen seynd, und noch fast täglich geschehen. Deren auf hoch- und niederen Stands-Persohnen öfteres Anmahnen, nur etliche, beliebender Kürtze halbes Ao. 1659. zusammen geschrieben weyland der Hochwürdige, Wohl-Edelgebohrne Herr, Herr Martinus, Abbt der Churfürstl. Stifftung und Closters Fürstenfeld, nunmehro aber auf eifriges Ansuchen inbrünstiger Liebhaber des H. Leonardi mit neuen Wunder- und Gutthaten vermehret, und zum Druck beförderet der Hochw. in Gott Hoch-Edelgebohrne Herr, Herr ALEXANDER, der Churfürstl. Stiftung und Closters Fürstenfeld S. & Exempti Ord. Cisterc. würdigist regierender Abbt, dann des Fürstl. Stifts Waldsassen, Pater immediatus etc. Mit etlich vorgehenden... machen solle. " *Dritte Auflage. Augspurg, gedruckt bey Maxim. Simon Pingitzer, 1752* ". *In-4° 14 ff., 296 pp., 2 ff., cum eadem et alia imaginibus.*

novis tunc curis aucta, recusa est.

Quam editionem cum priore si quis contulerit, multa quidem addita reperiet, pauca mutata. Nihil enim mutatum est in illis septem " *Weeg-Discurssen* ", *sed neque, quod forsan mireris, in duobus brevibus indicibus* (*pp. 393 et 394*) *qui p. 235 in editione anni 1659 legebantur. Indices vero duo alii, parochiarum et cereorum* (*ed. 1659, pp. 233-235 et 235-236*), *recogniti sunt et paululum aucti. Maxime autem aucta sunt vincula illa 25 seu miraculorum capita ; nam recusis, qualia in prima editione prodierant, omnibus antiquioribus miraculis, subiuncta sunt fere in singulis vinculis* (3) *miracula recentiora, annis 1659-1752 patrata, eaque modo plura, modo pauciora. Palmam attigit vinculum VIII, cui additae sunt narratiunculae 58. Tabulas monasterii a scriptore nonnumquam exscriptas esse, et natura rei ferebat, et ipse manifestum facit* (4).

(1) De narrationibus falso relatis ad annos 1340 et 1342 vid. p. 208, annot. 3. — (2) Ad confirmandam narrationem variis in locis affert nonnumquam scriptor non solum Eberhardum monachum (quo nomine totum codicem Monacensem lat. 7685, atque eas etiam illius partes, quae Eberhardi certo non sunt, solet designare), sed aliorum etiam testimonia eaque aliquando scripta. Cf. p. 181 (de anno 1511), pp. 57-60, 67, 94, 100-101, 133, 154, 184 (de rebus saec. XVII gestis). — (3) Nihil tamen in vinculis X et XVI. — (4) V. gr. pp. 130, 201, 220, 246, 269.

DE

A D

DE S. LUPANTIO

ANTE SAEC. X

CONFESSORE IN AGRO CAINONENSI

A. P.

S. Lupantii corpus in vico cognomine, ubi saec. X quiescebat,

1. *Vicus est in pago Turonico, haud procul a Cainone, Sancti Lupantii dictus, vulgo Saint-Louant* (1), *a nomine cuiusdam sancti confessoris, cuius ibidem corpus quiescebat. De quo nullum superest monumentum antiquius anno 954, quo anno Ioseph episcopus Turonensis " quartam e „ rebus Sancti Lupantii sub institutione census „ concessit Gunbaldo et uxori eius Bathchildi „* (2); *anno autem 973 Teutbaldus comes Blesensis, cuius patri locus ille ab archiepiscopo Turonensi in beneficio collatus erat, Amalberto abbati Sancti Florentii Salmuriensis concessit* locellum in suburbio Cainonis castri situm, ubi sanctus Lupantius
B requiescit (3); *cui donationi Arduinus archiepiscopus ipso anno vix non iisdem verbis usus assensum praebuit* (4). *Quae cum posteris traderet saec. XIII auctor Historiae Sancti Florentii Salmuriensis, non solum de nomine et de sepulcro S. Lupantii, sed etiam de ipsius sociis atque de Vita eius scripta meminit :* Nam magnificus comes (*Theubaudus*), confirmante Turonorum praesule Harduino, cuius iuris erat, anno incarnati Domini DCCCCLXXIII°. tradidit Amalberto abbati, ad glorificandum nomen Domini sanctorumque illic quiescentium, sacrae venerationis oratorium, in quo sanctus Lupantius ac socii eius requiescunt. Quo audito, quidam, ut fertur, Cainonensium clericorum cum Vita sancti Lupantii aliisque ornamentis pretiosis aufugit, et in Vigennam fluvium corruens secum Vitam memorati sancti cum ipsius ornamentis submersit (5). *Iam vero haec quamvis alibi tradita non sint et in sola ista Historia non valde antiqua narrentur, in tanta nostra documentorum penuria neglegenda non sunt, praesertim cum constet Historiae auctorem domesticis documentis, quorum aliqua etiam supersunt, non sine studio usum esse* (6).

cum corporibus trium sociorum

2. *Et quidem S. Lupantium non solum, sed cum sociis in vico cognomine quievisse, alio etiam loco eiusdem Historiae docemur :* Hiis temporibus — *id est circa an. 1041-1055* — sanctissimus Lupantius in monasterii sui choro humatus iacebat incertus (7), procurans multis remedia sanitatis; qui fodiendo quaesitus et inter alios inventus est, quorumque essent corpora in singulis

saeculo XI

tumulis repertae litterae demonstrabant. Levati ergo honorifice, scilicet sanctus Salicus et sanctus Lupantius necnon sancta Lachia et sanctus Coremarus, in crypta maiori sub altari sunt cum sarcofagis depositi pridie nonas maii (8). *Nomina sunt haec, si Lupantium dempseris, alias prorsus ignota, neque definire est quaenam essent litterae illae quae sanctos designaverint, utrum schedulae in sarcophagis inclusae an potius tituli in aere plumbove incisi. Id autem constare videtur, non fuisse nomina ipsis sarcophagis inscripta. Nam ante hos annos circiter quinquaginta, ecclesia Sancti Lupantii iam pridem solo aequata, cum in loco, in quo olim chorus eiusdem exstitisse ferebatur, terram effodissent viri sacrae antiquitatis studiosi, parvam humilemque cryptam invenerunt* (9), *in qua iacebant sarcophagi lapidei quattuor, nulla inscriptione nulloque alio ornamento distincti. Quibus apertis, reperta sunt ossa, quae* E
a viris medicis agnita sunt fuisse unius feminae ac trium virorum. Etsi autem nullum iam aderat monumentum, quo demonstraretur quorum haec essent corpora, nemini prudenti dubium esse potuit, quin illa essent sepulcra ante annos plus octingentos a monachis Sancti Florentii effossa. Licentiam igitur, litteris die 30 aprilis anni 1860 datis, concessit Ioseph Hippolytus Guibert, Turonensis archiepiscopus, ut ossibus illis, veluti sanctorum reliquiis, debiti honores deferrentur; atque exstructis in ipso loco a monialibus Ordinis S. Augustini sacris aedibus, huiusmodi reliquiae in eas translatae sunt, sarcophagi etiam in crypta earundem repositi.

et iterum saeculo XIX inventum.

Historia illius prorsus ignota,

3. *Atque haec sunt quae de S. Lupantii reliquiis non certa quidem, — testimonia etenim aliquis non immerito postulet antiquiora et explicatiora, — non tamen fide indigna, comperimus. De ipso sancto eiusque gestis nihil prorsus memoriae traditum est. Quam enim saeculo X Cainonenses clerici, qui ecclesiam Sancti Lupantii rexisse videntur, dicuntur habuisse sancti Vitam* (10), *eam aquis submersam esse narrant neque aliud ipsius exemplar comparuit. Quod autem proferunt recentes quidam* F
scriptores, Lupantium saeculo VI vel VII vixisse, alumnum primo fuisse monasterii Sancti Maximini Miciacensis, inde in locum solitarium prope Cainonem decessisse ibique coenobium condidisse et discipulos aggregasse, ea moderna commenta sunt, veri quidem aliqua saltem ex parte similia, nulla tamen antiquitatis auctoritate fulta. Idem dixeris de S. Linentio sive Liventio, quem eundem atque nostrum Cainonensem Lupantium fuisse et Ferrarius, et Bollandus olim coniecit (11); *de cuius vita prorsus etiam silent, quae supersunt, monumenta hagiographica.*

(1) Dép. Indre-et-Loire, arr. Chinon. Nomen sancti alias scribitur Lupentius, Loantius (ita Annales Sancti Florentii Salmuriensis ad an. 974), Loentius. Lingua vernacula Louand, Louant, Louans. — (2) Ita ex documentis a doctissimo viro Stephano Housseau O. S. B. collectis B. Hauréau, *Gallia christiana*, t. XIV (1856), col. 52; cf. col. 190. — (3) Litteras Teutbaldi ed. Martene et Durand, *Thesaurus novus anecdotorum*, t. I, col. 91. — (4) Litteras Arduini ed. iidem. t. c., col. 92: *ut locellum ad rationem nostrae matris ecclesiae pertinentem, ubi sanctus Lupantius requiescit...* — (5) P. Marchegay et É. Mabille, *Chroniques des églises d'Anjou* (Paris, 1869), p. 246. — (6) Cf. Marchegay et Mabille, t. c., p. xxiv sqq.; A. Molinier, *Les sources de l'histoire de France*, I, 2 (Paris, 1902), p. 74, n° 1299. — (7) Id est, nesciebatur quo loco in choro illo esset sepultus. — (8) Marchegay et Mabille, t. c., p. 292. — (9) Vid. G. de Cougny, *Saint-Louand*, in Mémoires de la Société archéologique de Touraine, t. XI (1859), p. 210-20; Id., *Note sur les tombeaux de Saint-Louant*, in Bulletin monumental, t. XXXVI (1870), p. 687-700. — (10) Cf. supra, num. 1. — (11) *Act. SS.*, Ian. t. I, pp. 628 et 1151. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 93. In codice Bruxellensi Bibl. Reg. 8934 inter Collectanea Bollandiana servatur brevissimus commentariolus Iohannis Bollandi *De S. Lupantio confessore in agro Turonico* die 6 novembris edendus; qui totus in referendis annuntiationibus martyrologicis continetur.

non

cultus tamen certus.

4. *Contra de cultu S. Lupantii certo constat, non in solo loco cognomine, sed etiam in dioecesi Turonensi celebrato. Festum enim ipsius die 6 novembris in illa actum esse docent missalia Turonensia saec. XIII, in quorum kalendario inscripta est hoc die memoria* Lupantii confessoris et Melani episcopi (1), *tum breviarium Turonense saec. XV* (2), *breviarium Sancti Petri Burguliensis, dioecesis Andegavensis, saec. XV* (3), *alia. Omitto martyrologia quaedam saec. XVI et XVII, ut sunt Greveni et Molani editiones Usuardi interpolatae, martyrologium Adami Walasseri seu Petri Canisii, Martyrologium gallicanum Saussaii. Verum ab usu antiquo recesserunt saeculo XIX Turonenses; festum enim diem S. Lupantii apud ipsos die 5 novembris aliquanto tempore celebratum esse docet* Breve Turonense sive ordo divini officii ..., *cuius exempla habemus " pro annis Domini „ 1830, 1839, 1844; postea illo die coli desiit, ut inde conicimus, quod ab* Ordine divini officii ... *pro anno 1871, quem etiam habemus, prorsus abest sancti memoria. Hodie tamen, ut litteris datis monuit vir ven. O. Marcault, die* B *14 februarii fit in dioecesi festum sancti confessoris, recitanturque lectiones tres, quas hic subicimus.*

<LECTIONES DE S. LUPANTIO> LECTIONES

1. Lupantius, prope castrum Cainonense solitariam vitam degens, beatum Maximum, sancti Martini discipulum, sedulo sibi proposuit imitandum. Ibi feliciter expertus est quam bonum sit et quam iucundum, repudiata saeculi vanitate, adhaerere Domino et Deo suo in spiritus unitate coniungi.

2. Quemadmodum sui magistri maximus imitator fidelissimus erat, sicut et ille Christi; ita Lupantius ex omnibus quae in sancto praeceptore relucebant virtutibus, nullam, quam non studiosissime referret, praetermittebat. Ad eum sublimem pervenit sanctitatis gradum, ut infirmis sanitatum beneficia praestiterit vivus et parochialem sui nominis ecclesiam eodem in loco habuerit mortuus.

3. Quo plenius populorum ad eam confluentium pietati satisfaceret, atque ut cotidianum ibi laudum vectigal Deo persolveretur, comes Theobaldus eum concessit locum abbatiae Sancti Florentii ad Salmurium, unde monachos accersivit. Iniuria tamen temporum hominumque E impietate periit monasterium, sed sancti Lupantii cultus in territorio Turonensi perdurat.

(1) In codicibus Parisinis Bibl. Nat. lat. 1096, fol. 10; lat. 10504, fol. 5. — (2) Cod. Parisinus lat. 1032, fol. 165: *Lupentii commemoratio.* — (3) Cod. Parisinus lat. 1043, f. 5: *Lupancii et Leonardi conf.* — (4) Iam pridem diem 5 novembris alicubi sancto fuisse sacrum videmus in breviario incertae originis saec. XV, nunc cod. Paris. Bibl. Nat. lat. 850.

DE S. FELICE

PRESBYTERO IN CASTRO BILIBIENSI IN HISPANIA

SAEC. VI. C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Felicis, quo S. Aemilianus usus est magistro,

1. *Quicquid novimus de S. Felice nostro continetur his paucis verbis quae leguntur in Vita S. Aemiliani saeculo VI a S. Braulione Caesaraugustano episcopo conscripta :* Dictaverat ei (*Aemiliano*) fama, esse quendam eremitam, C nomine Felicem, virum sanctissimum, cui se non immerito praeberet discipulum, qui tunc morabatur in castello Bilibio. Arripiens iter, pervenit ad eum, cuius se famulatui cum subicit promptum, instituitur ab eo, quo pacto innutabundum possit ad supernum regem dirigere gressum (1).

translatio anno 1090 et miracula subsecuta

2. *Deinceps nulla usquam reperitur de eo memoria usque ad exitum saeculi XI. Quo tempore, anno nempe 1090, opera monachorum coenobii Sancti Aemiliani corpus eius translatum est e castro Bilibio ad eorum ecclesiam. Huius translationis prolixam descriptionem debemus Grimaldo monacho, qui eidem interfuit; postea huic descriptioni adiunxit relationem miraculorum octo quae post translationem intercessione S. Felicis impetrata sunt. Huius duplicis documenti exemplar antiquum manu scriptum unus nobis exhibuit codex Matritensis, quem in sua bibliotheca repositum servat huius civitatis Academia regia historicis disciplinis colendis addicta, quemque accuratissime inspectum his notis insignitum esse nos docuit R. P. Marianus Lecina, unus ex doctis viris quibus edendi* Monumenta historica Societatis Iesu *cura commissa est.*

e codice Matritensi saeculi XIII,

3. *Codex est membraneus, formae maximae* (*0m,450 × 0,285*), *foliis 149* (*signatis 1-6,* I-CXXV, *126-143*) *bipartitis exaratus saeculo XIII. Admodum pauca in margine manu posteriore emendata vel annotata in eo conspiciuntur. Tituli Vitarum et capitulorum ac numeri quibus signatus est foliorum ordo minio descripti, litterae vero in capite singulorum documentorum haud ineleganter ornatae sunt et lineamentis rubri ac viridis coloris aut caerulei ac flavi depictae. Notatus est codex initio his verbis :* Madrid. Bibliotheca de la Real Academia de la Historia. Mss. del Monasterio de San Millan, codice 10 (2). *In chartula tegumenti tergo affixa legitur haec nota :* F 181, *et in altera chartula, affixa interiori parti tegumenti:* Vidas de los Santos Padres Orientales, de la de Sn Masona, de la de Santo Domingo de Silos y de otros Santos.

collato cum editionibus prioribus,

4. Translatio *et* Miracula *S. Felicis complent fere columnas septemdecim, a folio* LXXXXIv *ad folium* LXXXXVv. *Utriusque scriptionis apographum*

(1) MABILLON, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 208, n. 9; *P. L.*, t. LXXX, col. 706, n. 9. — (2) Cf. *Noticia de los códices pertenecientes a los monasterios de San Millan y San Pedro de Cardeña* ... in MEMORIAL HISTÓRICO ESPAÑOL, tom. II (1851), p. x, n. 7. Ubi tamen perperam dicitur codex exaratus manu saeculi XIV. Certe ea pars quae continet Vitam et Miracula S. Felicis saeculo XIII ineunti ascribenda est.

AUCTORE C. D. S.

e codice photographica arte expressum humanissime ad nos transmisit laudatus R. P. Lecina. Eam itaque secundum illud exemplar hic edimus. Edita autem iam pridem fuit Translatio *opera Prudentii de Sandoval* (1) *et ex eo a Iohanne Mabillonio;* Translatio *autem et* Miracula *ex codice saeculi XIII* (2) *a Manuele Risco, continuatore operis Henrici Florez de Hispania sacra* (3). *Utramque* Translationis *editionem ex eodem codice, diverso tamen a codice Matritensi, institutam esse sponte iudicabit qui adverterit variantes lectiones in singulis, cum textu Matritensis codicis collatis, adeo mire concordare ut nullum aliud discrimen appareat nisi quod ex aliqua alterutrius scribae oscitantia ortum censeas. Ac similem concordiam advertere est quod ad* Miracula *inter codicem Matritensem et editionem a Manuele Risco adornatam.*

hic denuo edita.

5. *In codice distincta sunt cifris, ut aiunt, arabicis, saeculo XVII vel XVIII in margine adiectis,* Translationis *capitula, universa sexdecim, quorum sex ultima praeterea notata sunt cifris romanis* VI[a] (*scilicet* lectio?), VII[a], *etc., usque ad* XII[a] (4); *distinctionem illam servavimus in editione nostra.* Mira- B cula *vero, universa octo, in codice titulos minio descriptos prae se ferunt, nullos vero numeros; numeros ipsi supplevimus.*

De Grimaldo documenti scriptore.

6. *De Grimaldo, qui exordio praefationis* Translationis *auctorem se profitetur, haec pauca habet Nicolaus Antonius :* Eiusdem monasterii [*Sancti Aemiliani*] monachus ... Grimoaldus seu Grimaldus... latino atque eleganti stilo scripsisse refertur vitam et mortem S. Dominici de Silos, translationem item corporis S. Felicis a castello Bilibio (quod Haro nunc audire credunt) ad monasterium Aemilianense atque aliorum sanctorum vitas. Transtulisse eundem sacra Biblia et S. Gregorii Moralium libros, quod ex eadem religiosissima domo ad nos delatum fuit, nescimus plane an ad exscribendi tantum an ad ex latinis vulgaria faciendi maiorem industriam pertineat. Asservari ea omnia opera in monasterii tabulario inde item sumus certiores facti (5). *Nihil praeter haec de illo scriptore resciscere potuimus.*

Cultus S. Felicis in monasterio Sancti Aemiliani

7. *Corpus S. Felicis, teste Prudentio de Sandoval* (6), *in coenobio sancti Aemiliani una cum ipsius Aemiliani corpore positum fuit anno 1451 in theca argentea splendide decorata* (7). *Sed iam dudum ante, ipso tempore quod translationem statim con-* D *secutum est, cultum publicum S. Felici exhibitum fuisse inde colligitur quod libri miraculorum scriptor aequalis Grimoaldus in enarrando miraculo primo indicat puerum infirmum a patre suo* ad monasterium beatorum confessorum Felicis et Aemiliani *deportatum esse* et eorum venerabilibus altaribus *oblatum* (8). *S. Felicem tamen extra monasterium Sancti Aemiliani nulla martyrologia aut kalendaria aut alia monumenta liturgica antiqua inter sanctos connumerarunt. Quam antiquum autem sit officium* In translatione beati Felicis presbyteri et confessoris, *quod a monachis Sancti Aemiliani cantari solitum edidit Manuel Risco* (9), *definire non ausim.*

et in Hara oppido.

8. *Castellum Bilibiense, in eminente et confragoso loco situm* (10), *sensim, ubi a Maurorum incursibus secura regio fuit, deseruerunt incolae et iuxta illud in valle irrigua et amoena condiderunt oppidum Hara seu Haro* (11), *cuius S. Felicem civem suum patronum praecipuum statim elegerunt. Dolebant autem nullam partem reliquiarum sancti sui patroni apud se servari. Itaque instanti prece aliquam a monachis Sancti Aemiliani sibi concedi* E *postularunt ac tandem anno 1605, urgente Ignatio Fernandez de Velasco loci comite, a coenobii abbate impetrarunt. Die nempe huius anni 16 octobris praedictus abbas ex ossibus S. Felicis detraxit fragmentum tibiae paulo amplius palmam unam amplitudine attingens, illudque die 6 novembris post missarum sollemnia coram monachorum coetu et ingenti multitudine plebis tradidit delegatis a capitulo ecclesiae et a magistratu Harensibus. Sacrum pignus insigni pompa die sequente allatum est ad oppidum Haram et primo depositum in ecclesia Nostrae Dominae de la Vega, ibique servatum usque ad diem 25 iunii anni 1607. Quo die ad ecclesiam principalem Sancti Thomae apostoli translatum, positum est in altari S. Felicis titulo consecrato. Eodem illo die exinde quotannis Harae magna pietatis significatione celebrari consuerit festivitas S. Felicis cum octavis* (12).

Reliquiae in coenobiis Sancti Aemiliani et Valvarnerensi.

9. *Simul cum fragmento tibiae quod Harensi civitati donatum est, ex hierotheca extractae sunt duae aliae particulae reliquiarum minores, quarum altera ad usum ipsius monasterii servata, altera destinata coenobio Valvarnerensi vicino* (13).

(1) Huius editionis nobis copia non fuit. — (2) *España sagrada*, t. XXXIII, p. 411. — (3) Cf. *BHL.*, 2861, 2862. — (4) Capitulo 12 duas lectiones complectente, ceteris capitulis singulis singulas lectiones. — (5) *Bibliotheca hispana vetus*, tom. II (1789), p. 5, n. 14. — (6) Cit. *Esp. sagr.*, t. c., p. 411, n. 6. — (7) Quam fuse descriptam videsis ibid., p. 411-12. — (8) Infra, p. 216 E. — (9) *Esp. sagr.*, t. c., p. 458-465. Cf. ibid., p. 411. — (10) Cf. infra historiam translationis, cc. 2, 9, 12. — (11) Cf. *Esp. sagr.*, t. c., pp. 391, 396, — (12) Ibid., p. 412-14. — (13) Ibid.

TRANSLATIO ET MIRACULA S. FELICIS

E codice Matritensi, collato cum editionibus Mabillonii (= **M**) *et Manuelis Risco* (= **R**). *Cf. Comm. praev., num. 2-5.*

f. 91r

Incipit prefacio[1] in ystoria translationis beati Felicis egregii Christi confessoris[2].

Pastorali auctoritate et paterna pietate inposuisti michi Grimaldo, Blasi, abba venerande congregationis in monasterio sancti Emiliani confessoris Christi (1) omnipotenti Deo servientis, ut quia[3] Deo dignus Braulio Cesaraugustane sedis episcopus inseruit actibus beatissimi et prenominati Emiliani (2) brevissimo relatu felicem cursum et agonem atque triumphum beati Felicis presbiteri contra antiquum hostem

Praef. — [1] praefatium R. — [2] (Inc. - conf.) Praefatio auctoris M. — [3] qui a M.

(1) Vulgo appellati *San-Millan de la Cogolla*, cuius historiam satis prolixe descripsit Antonius DE YEPES, *Coronica general de la Orden de San Benito*, tom. I (1609), fol. 262v-282r. Blasius, huius nominis III, secundum Yepes (t. c., fol. 281) abbas fuit quadragesimus sextus ab aera 1125 ad aeram 1133, i. e. an. 1087-1095. — (2) Cf. *BHL.*, 108.

in

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

A in Bilibiensi castro feliciter fore completum, eiusque exemplo eundem[4] beatum Emilianum ad mundi contemptum et ad superni regis servicium esse animatum doctrinaque perspicaci diligenter instructum, ego quoque translationem sacratissimi[5] corporis beati Felicis, quam per te et per devotam Deo tibique[6] subditam congregationem Dominus conpleri voluit, litteris tradam ad hedificationem posterorum[7] atque noticiam[8], opus quidem[9] satis obtabile[10], ni obstaret vicium mee ineloquentie[11] atque impericie. Ergo fisus de clementissimi Dei misericordia, cuius munere ineffabili infantibus et indoctis atque mutis[12] brutis quoque[13] animalibus docte loquendi datur efficatia, agressus sum tuis iustissimis preceptis pro scire et pro posse meo[14] parere. Periculosum nempe intellexi crimen esse, nimisque formidabile, tam equissime preceptioni[15] f. 92 obstinan|ter[16] contraire, et non pocius omni nisu[17] omnique vigilantia obedire. Deum ergo[18] benignum suppliciter invoco, quo valeam salva fide sanoque intellectu seriem huius relationis ad effectum perducere, et quomodo sacra menbra B viri Dei Felicis presbiteri a proprio tumulo sublata et ad locum, in quo nunc venerantur[19], sunt delata, fideli scripto elucidare.

Incipit textus ystorie translationis sacri corporis beati Felicis confessoris Christi[1].

Ab Alphonso Legionis et Castellae rege

1. Cum igitur gloriosus rex Aldefonsus (1), filius Ferdinandi[1] regis strenuissimi[2], apud Yspaniam arcem teneret imperii, et undique resistentes sibi numerosis preclarisque victoriis suo[3] subiugasset dominatui[4], inter suos nobilissimos frequentissimosque triumphos etiam Toletum, urbem regiam, retinentem tocius[5] Yspanie monarchiam, a spurcissima gente Agarenorum dudum inpugnatam et expugnatam, et usque ad tempora sui regni eorum turpissima violentia subactam, captivatam et oppressam, concedente misericordia Domini et viriliter desudante[6] manu militari, pristine libertati nobilitatique restituit (2) religiosoque cultu christianitatis ampliavit, omnigena honestate decoravit, et insuper, papa sedis apostolice annuente et[7] eidem regie urbi antiquam archipresulatus infulam reddente, C cum acclamatione cleri et populi archiepiscopum in ea ordinavit.

Blasius abbas coenobii Sancti Aemiliani

2. Hoc itaque tempore quidam venerabilis monachus, Blasius, vir bene religiosus in monasterio Sancti Emiliani[1], sito[2] intra Calagurritanum territorium, honus pastorale gerebat (3); quod, ut possibile est humane fragilitati et quantum hominibus datum est cognoscere, exemplo et verbo decorabat. Hic itaque abba prudens, reperiens in beati Emiliani gestis virum Dei Felicem presbiterum in castro Bilibiensi (4) migrasse ad Dominum et illic[3] per multa curricula temporum[4] esse reconditum, ardua et pene inaccessibili difficultate castri frequentem populorum prohibente accessum[5], in residuo interne mentis desiderio estuabat, et quo ingenio vel labore prefati famuli Dei Felicis presbiteri artus de tam inhabitabili ac[6] vili loco ad ecclesiam sancti Emiliani eius discipuli transferret[7], laborabat, ubi honorifice reconditum, ab omni populo veneraretur, et ipse populus ipsius meritis et precibus tueretur et ab omnibus incursibus inimicorum visibilium et invisibilium eius optentu defenderetur, patrocinio frueretur, presentia letificaretur.

ut corpus S. Felicis de castro Bilibiensi

3. Quod suum iustum et laudabile desiderium cum fratribus retulisset et quid[1] animo gereret palam exposuisset, unanimiter omnes Deo gratias referentes, in magna exultationis voce proruperunt ac desiderium abbatis iustum et bonum esse conclamaverunt. Abbas igitur, ut erat vir sollertissimus et nulla industria iuste ac recte E rationis indigus, intra sui cordis archana cepit diligenter considerare et sagaciter perpendere quia, licet cuncti[2] suum desiderium laudarent et ut ad effectum perduceret pari consensu ammonerent, tamen iudicavit non posse iuste et sine inquietudine omni compleri absque auctoritate et permissione regali.

ad monasterium suum liceat transferre impetrat;

4. Accepto itaque hoc[1] salubri consilio, et quibusdam fratribus boni testimonii viris[2] sibi adiunctis, ad supra nominatum[3] Aldefonsum regem perrexit, desiderium quod animo retinebat aperuit, et ut eo annuente ac iuvante[4] complere posset expetiit. Rex vero, erat enim plenissime adornatus omni divino et[5] humano studio, mox ut laudabile desiderium iustamque peticionem abbatis intellexit, benignissime assensum prebuit et ut menbra beati Felicis presbiteri de castro Bilibiensi ad ecclesiam beati Emiliani illius discipuli honorifice transferrentur[6], coram adstante nobili multitudine optimatum tocius provintie, publica auctoritate annuit. Denique ipsi regi omnibusque[7] inhonestum videbatur, ut tanti viri corpus tam humili loco retineretur et tam vili tumulo tegeretur.

cumque aliis curis intentus illud exsequi nimis procrastinaret,

5. Prefatus ergo abbas Blasius, adeptus, ut optaverat, effectum sui desiderii ac petitionis, regressus[1] est ad proprium[2] monasterium cum magno affectu exultationis. Sed, ut mos est, secularibus obstantibus atque omni ex parte inpedientibus plurimis ac diversis curis ecclesiasticis mundanisque occupationibus, quod magno voto sue mentis conplendum diffinierat, supradictis casibus accidentibus, protelatione

[4] *om.* M, R. — [5] sacri M, R. — [6] (D. t.) tibi quam Deo R, tam tibi quam Deo M. — [7] posteriorum M, R. — [8] nostram M, R. — [9] *om.* M, (o. q.) q. o. R. — [10] (s. o.) o. s. M, R. — [11] eloquentiae M, R.— [12] mitis M.— [13] -que M, R.— [14] modo M, R. — [15] contradicere *add.* M, R. — [16] -que *add.* M, R. — [17] iussu M, R. — [18] enim M, R. — [19] veneratur *cod.*

Tit. — [1] (Inc. - Chr.) Historia incipit M.

1. — [1] *cod.* Fredinandi. — [2] viri *add.* M, R. — [3] *om.* M. — [4] dominator M. — [5] -que *add.* M. R. — [6] (v. d.) insudante v. M, R. — [7] *om.* M, R.

2. — [1] emili *cod., et sic plerumque deinceps.* — [2] situm *cod.*, M ; *et in codice haec vox cum tribus sequentibus* (i. C. t.) *linea obducta deleta est.* — [3] ibi M, R. — [4] temporis M, R. — [5] *cod.* accesum. — [6] et M, R. — [7] transferre *cod.*, M.

3. — [1] quod M, R. — [2] (l. c.) c. l. M, R.

4. — [1] (i. h.) h. i. M, R. — [2] (b. t. v.) v. b. t. M, R. — [3] (s. n.) praenominatum M, R. — [4] (ac i.) et adiuvante M, R. — [5] ac M, R. — [6] *cod.* transfferrentur, *et sic fere deinceps.* — [7] et omnibus M, R.

5. — [1] reversus M, R. — [2] suum M, R.

(1) Alphonsus, rex Legionis huius nominis VI ab anno 1065, et deinde simul Castellae huius nominis I, ab anno 1073. Obiit anno 1109. — (2) Potitus est Alphonsus urbe Toletana anno 1085. — (3) Cf. supra, p. 212, annot. 1. — (4) Scriptores quidam Aragonenses contenderunt legendum esse hic et inferius *Bilbiliensi* et eo nomine designari antiquam *Bilbilius*, cuius locum nunc tenet civitas Aragonensis quae vulgo appellatur *Calatayud* in dioecesi Turiasonensi. Quaestio illa magis opportune discutietur ubi agemus de S. Aemiliano ad diem 12 novembris.

omnibus

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

f. 92v

omnibus fratribus molesta nimiumque tediosa, non satis iusta consideratione ac deliberatione, de die in diem prolongabat. Etenim ista transitoriis intentus negligebat : que res | omnes fratres nimia inportunitate vexabat et vehementi anxietate affligebat.

a monachis suis monitus,

6. Itaque fratres prefati cenobii, hac[1] negligentia patris sui coacti, et accepto consilio salubri, eundem abbatem communiter convenerunt, et humili convenientique allocutione reverenter ei[2] dixerunt : " Provideat, pater karissime, pietas „ tua et perspicax industria, ne status huius „ sanctissimi cenobii tibi divina providentia „ commissi, dum in hoc corpore moraris atque „ vitali spiritu frueris, aliquam in partem vacil„ let[3] vel labefactetur aut degradetur, vel aliqua „ sui honestate fraudetur, vel, quod absit, aliqua „ incuria dedecoretur aut blasphemetur, sed „ semper tuo instanti studio pervigilique labore, „ nobis omnibus tecum communiter laborantibus, „ augmentetur, providentia divina atque imita„ bili conversatione nobilitetur et amplificetur, „ ut domino tuo redeunte de longinqua pere-
B „ grinatione, videlicet Domino Iesu, summo vero „ et bono pastore, non cum negligenti servo in „ exterioribus tenebris retrudaris, sed pocius „ cum fidelibus servis in gaudium domini tui „ intrare merearis. Non ergo moveat pietatem[4] „ bonitatem vel patientiam tuam, pastor vene„ rande, nos hec tibi temerario ausu retulisse, „ quia, Deo teste, quem solum visorem et intel„ lectorem humanarum cogitationum scimus „ esse, quod omnis nostra oratio de fonte pro„ cedit non ficte caritatis, carens omnino exe„ crabili nubilo falsitatis seu calliditatis. Si ergo „ iubet sanctitas tua, ad publicum proferemus, „ cur ista tibi retulimus. „ Iubente igitur[5] abbate, fratres ei tale responsum reddidere cum magna honestate : " Dudum tu[6], pater, opus te factu„ rum nobis promiseras, de quo nos ingenti „ gaudio letificaveras. Nempe corpus beati Feli„ cis presbiteri de loco, in quo nunc negli„ genter et inhoneste tenetur reconditum, te „ ad nostrum monasterium translaturum dispo„ sueras, et hoc etiam benigno voto proposueras, „ auribusque regalibus intimaveras, et ab eo „ iam licentiam transferendi, ut desideranter
C „ optaveras, devotissima permissione[7] acceperas. „ Nunc vero, nescimus quo pacto, rem tam opta„ bilem et nobis successoribusque nostris omnino „ utilem, parvipendendo negligis nec ad effectum „ perducere satagis, cum hoc foret perpetua „ salus tue anime et funditus desiderabilis tui „ protectio corporis; et insuper relinqueres[8] „ nomen memoriale, expleto tue vite tempore, „ quod nulla oblivio umquam posset[9] obliterare. „ At fortasse si, ut cepisti, perficere quanto„ cius[10] hoc opus neglexeris, eveniet quod time„ mus : nam concedetur alteri celestis thesaurus „ nobis promissus, et nos ipso frustrati, frustra „ dolebimus. Quocirca rogamus tuam misericor„ dem pietatem communi obsecratione, ut que[11] „ proposuisti, et etiam incepisti, nobis tecum „ laborantibus coneris adimplere, remota omni „ dilatione vel[12] excusatione. „ Motus igitur D abba hac iusta[13] venerabilium fratrum ammonitione et querimonia, spondet sub modesta et salubri testificatione, se ocius conpleturum quod requirebat benigna et Deo acceptabilis peticio ipsorum.

omni mora resecta,

7. Hac miti et humili responsione patris cuncti[1] fratres letificati[2] valde, crebris[3] studiosisque precibus exorabant Dominum, ut sua clementia eorum non despiceret desiderium, sed dignaretur in bono complere, concesso sibi prefati viri Dei Felicis presbiteri precioso corpore. Quorum vota fide pollentia omnipotentis Dei clementia veloci effectu dignanter adimplevit et postulata concessit. Iuxta namque apostolicum preceptum, in fide postulaverunt, et nichil hesitaverunt, et ideo quod petierunt, sine omni dilatione accipere meruerunt. Nunc ergo fideli relatione referamus, quomodo annuente miseratione Domini translatum sit felicissimum beati Felicis corpus. Quia ergo longum est enarrare, ne fastidium videamur legentibus ingerere, ad enarrandam beati Felicis translationem articulum vertamus[4] et per ordinem, ut est facta[5], libenter et fideliter audientibus E referamus.

rei manum admovet.

8. Igitur monachi[1] cenobii Beati Emiliani, in unum congregati ad[2] dompnum abbatem Blasium adeuntes, ut, sicut olim promiserat, corpus beati Felicis presbiteri[3] tumulatum in castello Bilibiensi, transferre curaret, humiliter ortantur, et his eum verbis allocuntur : " Cernis, pater dile„ ctissime, in partibus[4] Yspaniarum maxima „ bella et persecutiones non modicas increvisse, „ et gentem super gentem surrexisse. Perpendat „ ergo tua pia sollertia, quia, si transferre, sicut „ destinasti, studueris beati Felicis | presbiteri f. 93 „ quiescentis in castro Bilibiensi sacratissima „ menbra, sine dubio sanctissimis meritis ipsius „ et piissimis intercessionibus Dominus, pro „ peccatis tocius terre offensus et vehementer „ iratus, clementer repropiciabitur, et patrie „ nostre barbara persecutione vehementer affli„ cte, pie ac benigne sine dilatione miserebi„ tur. „ Prudens igitur vir abba Blasius, intelligens consilium et ammonitionem Dei servorum esse iustam, bonam et sanam et omnino rationabilem, decrevit quod exposcebant conplere absque aliqua retractatione[5] seu dilatione. F

Itaque, loco sepulcri S. Felicis in castro Bilibiensi interea cuidam fratrum per caelestem visionem manifestato

9. In hoc itaque Deo acceptabili facto etiam non defuit verax visio divinitus ostensa[1]. In ecclesia enim[2] Beati Emiliani cuidam monacho quiescenti apparuit in sompnis quedam congregatio pulcherrima, decoris et albis vestibus decorata et, ut mos est religioni ecclesiastice, ad processionem parata decentissime. Ipsis igitur egressis, apparuerunt ante oculos eius alii duo homines, vultu et habitu extranei[3], veluti hospites. Qui ad eum accesserunt, et hoc ei benignissimo ac reverentissimo sermone dixerunt : " Cur tam „ morose et negligenter differtis deferre ad istam „ ecclesiam artus beati Felicis? Hoc in veritate „ dicitur vobis, quia[4], si amplius corpus illius[5] „ transferre neglexeritis, et corpore et patrocinio „ illius amplius carebitis. „ Quibus ipse[6] respon-

6. — [1] ac *cod.*, R. — [2] *supra lin. cod.*, *om.* M. R. — [3] vacilletur *cod.* — [4] *om.* M, R. — [5] ergo M, R. — [6] te *cod.*, M. — [7] promissione M, R. — [8] relinques M, R. — [9] possit M, R. — [10] quanto eius M, B. — [11] que *supra lin. add. in codice manu recentiore;* quod M, R. — [12] aut M, R. — [13] iubita *cod.*

7. — [1] *om.* M. R. — [2] (f. l.) l. f. M, R. — [3] crebribus R. — [4] revertamur M, R. — [5] (p. o. ut e. f.) ut e. f. p. o. M, R.

8. — [1] *vox manu recentiore descripta pro alia erasa in cod.* — [2] *ita* M, R, *vox erasa in cod.* — [3] (F. p.) p. F. M, R. — [4] partes M, R. — [5] retardatione M, R.

9. — [1] (d. o.) *in margine cod. add. manu prima.* — [2] *vox suppleta in cod. manu recentiore pro alia erasa,* ergo M, R. — [3] extraneo R. — [4] quod M, R. — [5] eius M, R. — [6] ille M, R.

dit :

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

f. 93r

A dit: " Domini mei, honus tam preciosi et difficilis operis non debetis, si placet vobis, inponere michi, sed pocius hoc decet vos intimare [7] dompno abbati. Res enim [8] tam ardua ac [9] divina pertinet ad illius prudentissimam excellentiam et magnam pericie intelligentiam, non ad meam humilem et penitus indoctam insipientiam. Hoc enim pericia et consilium illius salubre valet honestissime adimplere, non mea impossibilitas vel [9] inpericia, que funditus altioris ingenii est ignara. „ Qui protinus tale responsum reddiderunt: " Ne ergo sit vobis aliqua occasio excusationis, non pigeat te venire nobiscum, et certissime ostendemus tibi sacratissimi tumuli beati Felicis presbiteri locum. „ Quos dum secutus fuisset [10], ad difficillimum et perarduum ascensum Bilibiensis castelli pervenerunt, cuius asperum introitum, et cacumen altissimum atque penitus inaccessibile, sine aliqua tarditate ac labore, prospero et inoffenso gradu ascenderunt. In cuius castri valde eminenti cacumine pariter constituti, ostenderunt prefato fratri locum B sepulcri beati Felicis presbiteri, beati Emiliani condam didascali, et diligenter designaverunt ei caput sepulcri beati Felicis confessoris Christi esse positum sub pariete altaris. Hoc viso, ille frater a sompno surrexit, et sequenti die congregatis fratribus, in presentia dompni Blasii abbatis, cuncta que viderat per ordinem exposuit.

cum monachis suis illuc proficiscitur,

10. Ergo dompnus abba Blasius et totus fratrum conventus, ut hoc audierunt, unanimi voto et consona voce Deum laudaverunt, gratias magnas retulerunt, ac devotis et obnixis precibus [1] omnipotentis Dei clementiam flagitaverunt, ut donum sue misericordię, quod eis sua gratuita pietate dignatus fuerat ostendere, dignaretur etiam ad desiderabilem effectum perducere. Castrum autem Bilibiense, quod retinebat, ut supra retulimus, sancta beati Felicis menbra, in ipso tempore erat sub Lupi egregii comitis (1) et strenuissimi militis atque devoti Deo famuli dominio, regali donativo; et ideo sine ipsius [2] consensu et adiutorio non poterat iuste et honeste ad effectum perduci obtabilis corporis beati Felicis translatio. At comes Lupus habebat coniugem, Theclam nomine, Deo, ut hominibus potest esse notum, in C omnibus operibus suis satis acceptabilem. Quibus dompnus abba Blasius patienti [3] et humili prece desiderium sui cordis intimavit, et ut sui adiutores essent in hoc facto, humiliter expostulavit, prebendo facultatem intrandi intra claustra [4] Bilibiensis castelli. Qui, ut erant prudentissimi et sagacis ingenii, vera et prudenti responsione sunt usi. Nam unanimi concordia et una voce tale responsum reddiderunt abbati sacra menbra beati Felicis querenti, de castro Bilibiensi ad monasterium sancti Emiliani, sui condam discipuli, transferre cupienti: " Intelligimus, pater dilectissime, desiderium tuum iustum et bonum [5] esse; sed non est nostre auctoritatis vel [6] possibilitatis alicui viventi homini hanc licentiam tribuere, ut claustra [4] Bilibiensis regalis castri temere aut violenter irrumpat, et felicissimum corpus sancti Felicis ad alium locum transferat. Hoc ergo desiderium [7] tui cordis, monitis nostris [8] obtemperans, salubribus regalibus intimare non differas auribus; | et si ab eo hoc potueris impetrare, scito nos omnibus modis tue pie petitioni libentissime favere. „

et mandato Alphonsi regis instructus,

11 [1]. Vir itaque prudentissimus abba Blasius, tam salubri accepto consilio, sine dilatione regem Aldefonsum adiit [2], et ut ante comiti Lupo intimaverat, ipsi regi voluntatem sui desiderii intimavit. Sed prudentissimus rex mox ut audivit, huiusmodi responsionem abbati reddidit [3]: " Michi videtur, pater venerande, nimis difficillimum et grave, aliquod sanctissimi viri corpus inquietare ac transferre. Attamen ne videar esse contrarius vestris iustis desideriis et sanctis operibus, pergite cum Dei omnipotentis [4] benedictione, et si placet ipsi sancto Felici, corpus eius secundum desiderium vestrum transferte; si autem, quod absit, super hoc [5], factum aliquod infortunium divinitus fuerit illatum, michi inde non inputetur culpa; ego enim [6] omnino iudico me [7] ignarum et indignum [8] esse re tam sanctissima. „ Igitur abba Blasius letus ad E monasterium Beati Emiliani est reversus, et communi ac salubri consilio accepto, cunctisque indicto triduano ieiunio, omnes interno cordis nisu [9] exorabant Dominum, ut suo gratuito dono eorum conplere dignaretur desiderium, omni patrie proficuum.

sanctum corpus e sepulcro elevatum

12 [1]. Electis igitur ab abbate duodecim fratribus, ad hoc sanctissimum opus idoneis, ex omni congregatione, ordinatisque rebus necessariis, profecti sunt, gratia Dei preeunte, ad castrum sepe fatum Bilibiense. Itaque concedente et permittente iussu Lupi comitis et sue Deo digne Tecle coniugis, a custode castelli statim apertis portarum obstaculis, ascenderunt illius arduam rupem, et pervenerunt ad precelsam ipsius [2] planiciem; in qua divina misteria congrua ac devota intentione celebraverunt. Hisque rite peractis, cum timore ac tremore, et cum magna precum supplicatione et cum satis digna devotione, ad locum sepulcri per visionem fratris, ut superius retulimus, demonstrati, accesserunt. Quod sepulcrum in summitate rupis ante altare ecclesie in eodem loco fundate, in orientali parte erat constructum, et artificis arte facto F fornice, de suspenso pumice [3] cohopertum: rata [4] itaque [5] suspensi pumicis [6] congerie, invenerunt ligneum sepulcrum, in quo erat preciosum corpus beati Felicis Christi egregii confessoris, negligenter et non ut decebat tam sanctissimum virum conditum [7], omnino vilissimum, retinens tamen thesaurum magnum, omnium thesaurorum purissimi obrizi preciosissimum [8]; eratque illud sepulcrum, sicut in visu fuerat fratri demonstratum, parieti altaris satis proximum atque contiguum. Ablata ergo opertione sacri tumuli, non est passa pietas Domini fore occultum meritum beati corporis in eo reconditi. Nam statim est [9] ab eodem tumulo egressa suavissimi odoris fragrantia [10], odoribus omnium aroma-

[7] indicare M, R. — [8] autem M, R. — [9] et M, R. — [10] et *add*. R.

10. — [1] (ac d. et o. p.) et o. p. ac d. M, R, — [2] eius M, R. — [3] patenti R. — [4] castra M, R. — [5] (i. et b.) sanctum et iustum M, R. — [6] et M, R. — [7] desiderii R. — [8] vestris R.

11. — [1] *in margine cod.* VI^a^ *manu recentiore.* — [2] adit M, R. — [3] dedit M, R. — [4] (D. o.) o. D. M, R. — [5] (q. a. s. h.) s. h. q. a. M, R, — [6] me M, R. — [7] *om.* M, R. — [8] (ign. et ind.) ind. et ign. M, R. — [9] nixu R.

12. — [1] *in marg. cod.* VII^a^ *manu recentiore.* — [2] (p. i.) i. p. M, R. — [3] punice M, R. — [4] *ita cod.*, M *et* R; *leg.* rasa? — [5] -que M, R. — [6] punicis M, R. — [7] reconditum M, R. — [8] (p. o. p.) pretiosissimi o. purissimum M, R. — [9] *om.* M, R. — [10] fraglantia *cod.*

(1) Lupus hic dicitur comes de Haro et dominus Biscaiae apud Yepes, op. cit., p. 269.

tum

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

sollemni pompa ad monasterium Sancti Aemiliani transfert

tum [11] anteponenda. Referebant denique illic adstantes, cum magna terribilis sacramenti testificatione, se numquam tam mire suavitatis odorem sensisse, qua usi sunt detecto beati viri corpore. Cum digna itaque veneratione et cum debiti cultus executione sacra menbra tractantes, et cum magne religionis honorificentia de locello humilis tumuli egerentes [12], preciosissimis et mundissimis palliis diligentissime involverunt, atque tripudiantes de celesti thesauro sibi, Deo [13] concedente, concesso, cum ingenti exultatione ad proprium Beati Emiliani monasterium redierunt.

(cum antea huiusmodi translatio,

13 [1]. Interea fama huius preclarissimi operis citissimo [2] volatu innotuit omnibus circumiacentis regionis populis, beati Felicis sacra menbra de castro Bilibiensi sublata et [3] ad monasterium viri Dei Emiliani, sui condam discipuli, esse translata. Ob quam rem multos invasit stupor nimius, multosque ad credendum seduxit incredulitatis scrupulus: omnino quippe [4] inpossibile videbatur omnibus, hoc tam mirabile donum esse concessum presentibus, quod omnino est
B denegatum cunctis predecessoribus. Moliti sunt certe hoc opus perficere, videlicet beati Felicis sanctissimi [5] confessoris Christi sacratissimum corpus a proprio tumulo subtrahere et alia ad [6] loca transferre; sed quod omnibus predecessoribus occultum Dei denegavit iudicium, hoc patenter videmus, et intimo mentis affectu gaudemus, divinitus presentibus esse donatum; et de multis unum proferamus in medium, omni veritate et fideli referentium relatione subnixum.

a Garsia Alabensi episcopo attentata,

14 [1]. Refert rumor veridicus multorum assertione probatus, Garsiam Alabensem episcopum iussu regis Garsie, gratia transferendi corpus beati Felicis presbiteri, ad eius tumulum venerabilem inconsulte et temerario ausu et absque
f. 94 | ulla divina ammonitione accessisse (1); et quia hoc dampnabili presumptione, et non aliquo divino instinctu, facere presumpsit, mox ut sacratissimum sepulcrum sanctissimi viri ut illud aperiret percussit, superna ira terribili ultione non solum eum a loco venerandi tumuli repulit, sed etiam deformi oris tortione dampnavit ac turpiter dehonestavit: et omnes, qui eum viderunt, verum esse hoc, quod de eo referimus, testificati sunt.

divinitus impedita fuisset)

15 [1]. Orta igitur [2] insuper tempestate ingenti, omnes comites [3] episcopi tanto terrore sunt exterriti, ut nullus eorum crederet se posse periculum instantis mortis evadere et tam [4] terribilem vindictam severitatis superne. Episcopus autem percussus his plagis, et cognita virtute beatissimi Felicis confessoris ibi quiescentis, promissisque magnis votis, cum suis omnibus a loco sacratissimi tumuli velociter recessit, nec [5] ad eundem locum ulterius accedere presumpsit; in deformitate tamen sui oris, non plene recepta sanitate, omnibus diebus vite sue permansit.

16 [1]. Igitur hac de causa usque ad haec tempora beati viri sacratissimum [2] sepulcrum permansit inviolatum; sed ineffabilis gratia et benignitas omnipotentis Dei omnia iustissimo D
moderamine et equissima lance disponentis dignata misericorditer visitare locum retinentem felicia menbra beati Emiliani detexit, ut supra fideliter retulimus, celesti revelatione, et concessit eidem sanctissimo cenobio sanctissimum corpus beati Felicis presbiteri sua gratuita et inenarrabili pietate. Gaudere igitur et exultare nos oportet, dilectissimi, omni affectu devoti animi, quos preclaro lumine meritorum et [2] reverenda presentia sacrorum corporum tantorum [3] patronorum est dignata sublimiter honorare et decorare, quatinus cum eisdem patronis nostris pervenire mereamur ad gaudia eterne beatitudinis, prestante Domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen. Facta fuit hec translatio in era M^a.C^a.XX^a.VIII^a. (2) [4]. *aera 1128.*

Incipiunt miracula beati Felicis [1].

I. De puero infirmo et curvo sanato.

Quodam [1] dominico die, omni populo festivitatem beati Martini Thuronici episcopi celebrante, E
festo etiam beati patroni nostri Emiliani instante, quidam puerulus, Iulianus nomine, de villa que vulgariter vocatur Cortices, medio noctis tempore percussus est subita gravis infirmitatis invalitudine. Qua nimium opprimente, tanta est afflictus curvitate, ut penitus vultum sursum non posset erigere; caput quoque pedibus adherebat, nec ullum menbrum corporis officium sibi commissum adimplere valebat. Pater itaque pueri ipsius, nimio dolore cordis pro hoc infortunio filii sui vehementer afflictus, attamen de Dei misericordia non diffisus, eundem filiolum suum ad monasterium beatorum confessorum Felicis et Emiliani deportavit, et eorum venerandis altaribus moribundum obtulit, postulans precibus obnixis, ut eorum meritis redderetur infelici puerulo obtabile munus incolumitatis. Stetit itaque ipso die festivo beati Martini pater cum miserrimo filiolo; sequenti vero die natalis beati Emiliani, iacens ante altare contiguum corpori beati Felicis presbiteri, tante est redditus sospitati, ut non solum caput quo vellet erigeret [2], sed etiam letus et agilis hac et illac,
F nullo fulciente sed se ipso proprios gressus regente, discurreret. Hoc denique factum est coram omni populi multitudine, que [3] ad sollempnitatem beati Emiliani undique confluxerat eodem die, et hoc divina miseratione concessum non discredimus, utrorumque beatissimorum obtinentibus gloriosis meritis et precibus.

II. De infirmo a febribus liberato.

Quidam etiam de Beati Emiliani monasterii fratribus, Iohannes nomine, vir bone conversationis atque prudentie, custos ecclesie, per annum integrum cum tribus mensibus passus fuerat gravissimum quartanarum febrium incommodum. Qui, apostolica ammonitione cum fide et

[11] *in marg. cod. al. m., ut videtur; et linea sequente, in altera margine, sed fere delet.*, VIII *m. r.* — [12] erigentes M, R. — [13] Domino M, R.

13. — [1] *in marg. cod.* IX *m. r.* — [2] cito M, R, — [3] (s. et) *om.* M, R. — [4] -que M, R. — [5] (b. F. s.) s. F. presbyteri M, R. — [6] *om. cod.*

14. — [1] *in marg. cod.* X *m. r.*

15. — [1] *in marg. cod.* XI^A *m. r.* — [2] ergo M, R. — [3] et *add. cod. supra lineam manu prima.* — [4] *cod. prius* tantam. — [5] neque M, R.

16. — [1] *in marg. cod.* XII^A *m. r.* — [2] *om.* M, R. — [3] (s. c. t.) t. c. s. M, R. — [4] VIII idus novembris *add.* M, R.

Tit. — [1] auctore eodem Grimaldo *add.* R.

I. — [1] *cod.* Quoddam. — [2] erigere R. — [3] qui R.

(1) Cca. an. 1050, ut putant (cf. *Esp. sagr.*, t. XXXIII, p. 245), rege Navarrae tunc temporis Garcia III. — (2) Seu anno Christi 1090.

sine

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

A sine hesitatione et cum bona humilique confidentia ad beati Felicis confessoris Christi merita obsecrans supplici devotarum precum instantia extingui in medullis sui corporis atrocium febrium incendia per sanctissimi confessoris merita. Felix igitur confessor noxios ardores infelicis passionis a menbris se suppliciter postulantis benigna miseratione depulit, et intra brevissimi temporis spatium pristine ac meliorate sanitati restituit. Qua perfecte recepta, Deum omnium bonorum largitorem ac felicissimum Felicem egregium Christi confessorem summa cordis devotione benedixit.

III. De infirmo a defectione sanato.

f. 94v | Alius quidam adolescentulus de congregatione, Garsia nomine, laborabat miserrime totius sui corporis miserabili defectione, nec ab aliquo poterat aliquod remedium tam honerose infirmitatis percipere; sed ingravescente cotidie huius gravissime molestie invalitudine, intolerabili cruciatu cruciabatur, solumque exitum sue miserabilis vite anxia et nimium tremula prestolatione B prestolabatur, et penitus de temporali vita diffisus, de ereptione sue anime assidua cordis contriti et labiorum deprecatione Dominum iugiter precabatur. Hic itaque, aliquantulum recepto spiritu laudabilis fidutie, ad venerabilem locum, in quo beati Felicis presbiteri sepe memorandi felicia menbra retinebantur, plenus viva fide presumpsit accedere; postulans devote toto mentis affectu, ut piissimus confessor Felix sibi misereri ac pene iam de salute sui corporis omnino desperanti succurrere dignaretur, et sua sancta intercessione ab infesto huius tam orribilis et intolerabilis egritudinis infortunio eripi mereretur, et pristine sanitati suis Deo acceptabilibus precibus et meritis, licet ipse hoc tanto beneficio esset ingratus et omnimodis indignus, redderetur. Non ergo distulit sanctus vir clementer exaudire iustas querimonias humilesque preces sui pusilli supplicis, sed in brevissimo spatio temporis, perfecte depulsa infirmitate horrende ac nimium execrande defectionis, largitus est suo devoto servulo optatum donum expostulate sanitatis. Felix igitur adolescens recepto grate salutis munere, nomen Domini et merita magni- C fica sui piissimi ereptoris studuit gratanti devotione benedicere et omnes actus suos cotidiana augmentatione ad meliora provehere [1]. Hoc igitur speciali relatione de nostris proprie congregationis fratribus mirabiliter factum vidimus, et fideliter retulimus; at [2] nos omnes eiusdem cenobii fratres hoc idem cotidie generaliter experimur in omnibus nostris necessitatibus corporalibus sive spiritualibus : nemo enim, preeunte gratia divini muneris et omnium beneficiorum superni largitoris, vacuatur iusto desiderii [3] effectu, neque frustratur dono sue petitionis quicumque devote effuderit preces in nomine Christi ad merita utriusque nostri confessoris.

IV. De ceca illuminata.

Quedam igitur mulier, Oria dicta, de vico qui vulgari lingua Balneus dicitur orta, cecitatem oculorum incurrerat; in qua per multorum temporum curricula permanens, omnino spem recuperandi visum amiserat; etenim a nemine mortalium huiusmodi remedium nec sperare nec accipere poterat. Quocirca in infortunio, in quo ceciderat, miserabili tedio affecta, merens et obitus sui diem propinquare exoptans permanebat. Vir itaque illius, diro casu cecitatis sue uxoris immodica doloris anxietate afflictus, assidua cordis sui contritione [1] laborabat; etenim prolongatio presentis vite utrumque minime oblectabat, sed pocius intolerabili amaritudine vehementer afficiebat. Eodem autem anno translationis sacratissimi corporis beati Felicis Christi confessoris, et longe lateque per universam regionem divulgatis atque a multis expertis miraculorum signis [2] ac crebris ab ipso infirmis collatis beneficiis, hac [3] fama excitatus prefatus vir, cum sua miseranda coniuge ad audita suffragia beati viri cum fiducia boni desiderii disposuit pergere. Quinto vero die post domini nostri Iesu Christi nathale monasterium Beati Emiliani intrant, loco sacre memorie beati Felicis presbiteri cum devotione qua poterant se representant, muneribus, quamvis vilibus et exiguis, tamen Deo acceptabilibus [4] ac preciosis, de paupertatula sua eundem locum honorant, et ut sanctus sui misereri dignaretur plorant, quatinus sua piissima E intercessione, inportuna depulsa cecitate, debitas referrent gratias omnium creatori, necnon et laudes rependerent suo pio curatori. In hac [5] itaque supplicatione biduo permanentes, et nulla intermissione ab ea cessantes, tertio die vir Domini adest peticionibus se devote obnixeque petentium, atque inimica depulsa cecitate, perfecte reddidit miserabili mulieri obtatum visum oculorum, per longa temporum spatia perditum; et que alieno ductu venerat ad sancti Felicis merita venerabilia, proprio lumine gressus suos regente, gaudens et Deum suumque curatorem beatum Felicem benedicens, incolumis rediit ad propria.

V. De puella a debilitate manus sanata.

Alia quedam puella, nomine Anderecea, vici qui vocatur | f. 95 Puras incola, eodem anno translationis beati Felicis, quadragesimali tempore, quadam sabbati die ad occasum iam descendente, et omni cetera turba ville ad officium vespertinale consueto voto properante, iussis sui patris cogentibus, pistorie panum arti erat intenta, a [1] F frequentia populi ad ecclesiam properantis [2] inreverenti et temeraria presumptione sequestrata atque separata; quam statim divina ultio est insecuta. Denique subita vehementissimi doloris gravedine irruente est percussa; et insuper una manus eius est funditus incurvata et omnino inutilis ad omne opus reddita. Cogente igitur dolore nimio et infelici incurvate manus intolerabili et incredibili incommodo, ad Beati Felicis ecclesiam, in monte qui Aucha vocatur sitam, miserabilis contracta puella perrexit; ubi aliquantisper morata, nimius dolor aliquantulum quievit, sed contracta manus in sue debilitatis deformitate permansit. Monita itaque a suis, venit ad suffragia beati Felicis confessoris in monasterio Sancti Emiliani quiescentis, die sabbati, ora vespertinali, inminentibus in crastinum festivis gaudiis Ramorum Palmarum. Quo in loco orationibus insistens continuis ac pernoctans assiduis vigiliis, per meritum et intercessionem beati viri prestolabatur misericordiam omnibus affluentem clementissimi Domini, non diffidens sue

infirmitati

III. — [1] pervehere R. — [2] ad *cod.* — [3] desiderio *cod.*
IV. — [1] contrictione *cod.* — [2] insignis *cod.* — [3] *cod. prius* ac. — [4] acceptalibus R. — [5] ac *cod.*
V. — [1] ad *cod.* — [2] properanti R

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

infirmitati a Domino clementi miserationis respectu subveniri. Adveniente igitur nocte Cene Domini, pervigil ante sacram aram stans et supplici devotione Deum exorans et beatum confessorem Felicem, ut sui misereretur, expostulans, cogente nimia fatigatione obdormivit. Sed statim expergefacta surrexit, manumque suam, olim contractam, nimio ardoris incendio cremari sensit, ac nimis tremebunda, omnibus circumstantibus quia ardorem contracte manus pernimium[3] patiebatur indicavit. Horum ergo monitu ecclesiam[4] exivit, contractam atque cremantem manum aqua lavit. Quae statim ab ardore, et a contractione manus est liberata, et pristine sanitati de integro reddita. Quod cernentes omnes presentes, Deo cum magna cordis leticia laudes decantaverunt, gratias egerunt et nomen eius per omnia secula benedictum benedixerunt, meritaque sancti viri dignis laudibus extulerunt. Puella vero, exoptata salute recepta, ylaris atque incolumis, mirante omni presenti populo, reversa est ad propria.

B

VI. De alia ceca illuminata.

Alia rursus mulier, nomine Tota, de villa vocata Petrosa orta, que in territorio, quod vulgari nuncupatione dicitur Ulbere rivus, est sita, per spatia septem annorum funditus, ut est notum patriotis omnibus, lumen oculorum perdiderat, et augmentatione sui nimii cruciatus etiam longeve vestustatis senio confecta erat, et insuper egestatis tedio omnibus viventibus inportuno laborabat; qua miseranda[1] afflictione omnino pressa et territa[2] atque contrita, de prolongatione sue vite et mortis tarditate vehementer dolebat. Hic denique mos omnibus mortalibus esse cognoscitur, et ideo per quendam prudentem hoc satis vero intuitu cordis intelligentem dicitur: *O mors, quam dulcis es amare viventibus!* Audita igitur[3] Felicis patris nostri miraculorum fama, ad venerabile monasterium, in quo sanctissima illius menbra a loco in quo primitus fuerunt tumulata sunt translata et creduntur recondita, a familiaribus suis est deducta, et sacratissimo loco ipsius memorie est oblata. Vesperascente ergo die, in quo ecclesiastica traditione festivitas beati Torquati celebratur ac veneratur ab universali christiana plebe, in illa nocte sacras vigiliarum excubias[4] devota observatione et religiosa intentione tenuit. Die vero sequenti illucescente missarum sollempniis cum cetera superveniente ad suffragia beatorum confessorum Christi Felicis et Emiliani plebe, interfuit. Inter que fideliter ad altare accessit, debitam reverentiam pro suo scire et posse exibuit, orationem fide plenam effudit, ac palliis eiusdem altaris oculos suos diutina tenebrarum caligine obnubilatos linivit, et statim lumen diu perditum recepit. Gratias Deo et sanctis egit, et ad propriam patriam cum gaudio et exultatione reddiit.

VII. De quodam fratre sanato ab umeri[1] dolore.

Quidam frater de beati Emiliani congregatione, Garsia nomine, cruciabatur magno sui humeri[1] dolore: etenim tanta erat vis illius doloris ut penitus tolleret a brachio omne opus sue utilitatis. In ipsa autem translatione corporis beati Felicis aderat presens | cum ceteris fratribus, nimium de molestia sue infirmitatis mestus et anxius, de recipienda sanitate iam pene diffisus. Dompnus autem abba Blasius, prudenti consilio usus, et viva fide plenus, ut eum respexit et vehementer tribulari eum de incommodo sui infortunii intellexit, mox de sacro corpore beati Felicis, antequam suo loculo conderetur, unam ex costis accepit, loco doloris ipsius humeri[1] apposuit, et hoc facto sine ulla temporis mora omnis infirmitas a fratris humero[1] recessit, pristina sospitas reddiit[1], et Felix beatissimus ac misericordissimus taliter duplex beneficium sibi famulantium et corpus suum honorifice transferentium et studiose recondentium impendit[1]. Letabatur denique frater de recepta sanitate; gaudebat dompnus abba Blasius cum omni Deo devota congregatione de tam aperte cognita corporis[2] beati viri virtute. Attamen eadem infirmitas denuo ad eumdem[1] fratrem occulto Dei iudicio rediit[1]; sed rursus ille cum fide ad medicum suum, scilicet ad beatum Felicem recurrens, absque omni dilatione desideratam sanitatem perfecte recepit. Denique nullus fidelium graviter debet ferre se molestari gravi vel assidua infirmitate corporis. Scriptum est certe divina sapientia docente: *Quem Dominus diligit, corripit, et flagellat omnem filium quem recipit.* Quem enim Dominus amat, illi pie flagella corporalia assiduat, ut corporaliter flagellando ab eterne mortis flagello misericordissima pietate eripiat. Quapropter, fratres dilectissimi, in omni tempore Dominum nostrum benedicamus, et in omni tempore iustum iuditium[1] custodiamus, et veram iusticiam[1] faciamus, et beatum Felicem et ipsius meritis non inferiorem sanctum Emilianum amemus, laudemus et puro mentis affectu ipsis serviamus: hoc nempe facientes cum eis ad eterna gaudia perveniemus.

VIII. De quodam paralitico sanato.

Quidam alius vir, nobis funditus et nomine et natione ignotus, tempore translationis corporis beati Felicis presbiteri venit ad monasterium Beati Emiliani, qui omnino monstruosa torsione[1] amborum suorum pedum erat debilis. Denique pedes ipsi penitus carebant effigie corporee imaginis; nam contra omnem naturam humani corporis pars utrorumque pedum illius anterior erat posterior, et e contra posterior erat anterior. Qui supplici voto et humili devotione ad suffragia beati Felicis veniens, et altari ipsius memoria et corpore decorato se offerens, sine omni dilatione quod petiit est consecutus; et compositis sat bene gressibus et naturaliter, ut supra diximus, monstruosis pedibus, cum decora honestate ad proprie habitationis locum est regressus cum magna velocitate, cernentibus omnibus loco venerandi altaris[2] adstantibus. Non solum autem ambulando, sed etiam exiliendo a monasterio Beati Emiliani festinavit recedere, et ita festinanter laboravit abscedere ut nulli fratrum monasterii fas fuisset locum vel patriam ipsius paralitici a beato Felice sanati[3] requirere. Attamen, quod de eo diximus vere factum esse creditur; presentibus enim et videntibus idoneis testibus roboratur, quibus ipse non solum ambulando, sed etiam,

[3] pernimiam *cod.* — [4] ecclesia R.

VI. — [1] miserenda R. — [2] trita R. — [3] *seq. in cod. vox* fama, *iterum scripta post* miraculorum. — [4] exuvias R.

VII. — [1] *sic in cod. Magis sedulo in hoc capite, speciminis gratia, notavimus miras in codice easdem voces scribendi varietates.* — [2] *add. al. m.*

VIII. — [1] tortione *cod.*, R. — [2] altari *cod.* — [3] sanato *cod.*

quod

AUCTORE GRIMALDO MONACHO

A quod fortius ac robustius est, exiliendo, more paralitici[4] ad Speciosam portam templi sedentis Petri iussione et Iohannis cooperatione sanati, bases et plantas suorum pedum esse sanatas ac solidatas ostendebat; quibus omnibus dicebat: " Nostis omnes me de utero matris[5] mee claudum natum fuisse, et usque ad hoc tempus in illa claudicatione et in pedum meorum monstruosa deformitate mansisse; sed nunc per beati Felicis merita videte me sanatum factum esse. Et ideo omni ex corde omnes mecum Deum omnium bonorum largitorem benedicite, ipsi gratias de omnibus beneficiis vobis gratuite concessis ab eo reddite, et beatum Felicem pro suis magnis meritis laudate, honorificate et debitum venerationis officium inpendite, ut sicut ego ab ipso merui sanari a corporis mei debilitate, ita vos mereamini sanari ab omni peccatorum vestrorum numerositate ". His dictis ad propria recessit incolumis, regnante[6] domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Sancto Spiritu vivit et regnat.

[4] *prius* paralici *cod., corr. al. man.* — [5] *in cod. supra lin. et al. m.* — [6] rānte *cod.*, propitiante R.

DE S. ILTUTO ABBATE

IN WALLIA MERIDIONALI

B E

SAEC. VI C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De fontibus huius tractationis.

Vita S. Iltuti,

1. *Iltutum* (1) *celebrem fecere praesertim quidam eius discipuli, qui iam antiquitus praecipuo cultu apud Britannos sive insulanos sive armoricanos honorari consueverunt* (2). *Eius tamen nomen multo minus frequenter quam illorum apparet, non solum in martyrologiis et kalendariis generalibus, sed et in particularibus regionum britannicarum* (3). *At egregium venerationis erga ipsum testimonium praebent tum ecclesiae et vici eius nomine insignita* (4), *tum Vita quae legitur in codice quodam Musei Britannici* (5) *et iam pridem edita est a cl. v. W. J. Rees* (6), *sed in ista editione ex oscitantia exscriptoris innumeris mendis deturpata, et hic denuo ex ipso codice proferetur; in qua non solum praedicantur sanctitas eius et miracula quae vivens in hoc mundo patravit, sed et alia eius intercessione post ipsius mortem impe-* C *trata atque ecclesia sub eius patrocinio dedicata.*

saeculo XII ab anonymo auctore conscripta,

2. *Hanc Vitam decurrente saeculo XII conscriptam esse demonstrant ex una parte aetas codicis qui illam exhibet, ex alia nomina regum Anglorum quibus regnantibus duo miracula post mortem contigerunt* (7), *praesertim Willelmi Nothi seu Conquistoris* (8) *vel Willelmi eius filii* (9). *Sed praeterea nihil novimus de scriptore, quisnam fuerit aut cuius condicionis, et quosnam fontes adire potuerit quamve proinde auctoritatem eius narrationi tribuere liceat. Libenter crediderim eum fuisse quendam ex canonicis ecclesiae Sancti Iltuti, cum adeo minute ea quae ad hos canonicos spectant se nosse manifestet* (10), *atque e traditionibus eius ecclesiae Vitam fuisse confectam. Certe ad huius generis traditiones pertinet quod narratur de S. Paulo Iltuti discipulo aves quae segetes decerpebant in horreo congregante* (11). *Mirum autem prodigium quod refertur Vitae cap. 22 legitur iisdem fere verbis apud scriptorem saeculi VIII qui sub nomine Nennii latet, cuius opusculum* De mirabilibus Britanniae *utique saeculo XII apud Wallenses in omnium manibus versabatur* (12).

et a Iohanne Tinmuthensi in compendium redacta,

3. *Diversam autem ab ea censeri non oportet Vitam quae legitur in* Nova Legenda Angliae *collecta a Iohanne Tinmuthensi, quae vulgo citatur sub nomine Iohannis Capgrave: purum putum enim compendium haec est Vitae prolixioris modo indicatae, cuius et plerumque ipsa verba exscripsit. Eam tamen simul cum hac infra exhibendam duximus* (13), *ne lectorem alicuius documenti ope fraudare videremur, cum praesertim et ante editionem Vitae primigeniae a recentioris aevi scriptoribus saepe citata sit et subinde ad interpretandam aliquam obscuriorem sententiam huius prioris* F *Vitae iuvare possit.*

incertae est fidei,

4. *Occurrunt in illa lucubratione miracula quaedam enormia* (14) *vel ludicra* (15) *et apparitiones angelorum* (16), *quibus complacere solet in sanctis suis collaudandis britannicae gentis profusa phantasia. Haec si demas, restant non pauca ad historiam S. Iltuti spectantia, quae quam vera aut saltem veri similia existimari possint, cum tanto tempore post aetatem sancti scripto consignata sint, in annotatis definire conabimur.*

sicut et alia documenta quae de sancto exstant

5. *Praecipua autem ad id praestandum adiumenta erunt documenta quaedam wallica, incertae quidem aetatis et originis ac proinde incertae auctoritatis, antiqua tamen et ex se non improbabilia, his ultimis temporibus vel integre vel ex parte edita, qualia sunt* Bonedd Saint Ynys Pridain, *id est*

(1) Alias vocatur Aeltutus, Eltutus, Heldutus, Heltutus, Hildutus, Hiltutus, wallice vero *Illtyd* vel *Eltet*. — (2) Cf. Vit. Iltuti, c. 11 extr. — (3) Testes antiquitatis cultus S. Iltuti citabimus infra § V. — (4) Vid. ibid., num. 33. — (5) Cotton. Vespasian. A. XIV, saec. XII. — (6) *Lives of the Cambro British saints* (Llandovery, 1853), p. 158-82. — (7) Vit. cc. 25, 26. — (8) An. 1066-1087. — (9) An. 1087-1100. — (10) Cf. Vit. cc. 12, 25, 26. — (11) Vit. c. 14. Cf. annot. ad h. l. — (12) Vid. annot. ad cap. cit. — (13) Ex editione recentiore admodum accurate facta, *Nova Legenda Anglie, as collected by John of Tynemouth, John Capgrave and others.* Now re-edited by Carl Horstman (Oxford, Clarendon Press, 1901), tom. II, p. 52-56. — (14) Cf. cc. 3, 17, 20, 21, 23, 24. — (15) Cf. cc. 5, 8, 14, 15, 19, 25. — (16) Cf. cc. 4, 9, 13, 22.

AUCTORE C. D. S.

Genealogia sanctorum insulae Britanniae; Bonedd neu Achau Saint Ynys Pridain *seu* Genealogia vel Stemmata sanctorum insulae Britanniae; *ac tertius eiusdem generis catalogus,* Achau Saint Ynys Pridain (1); *et epigrammata wallico idiomate conscripta quae* Triades *nuncupantur* (2). *Quibus addenda sunt* Iolo Manuscrits (3) *et* Liber Landavensis (4), *ac traditiones et monumenta lapidea descripta passim a diversis archaeologis recentioribus, quae inferius sive in Commentario nostro sive inter annotata citanda venient.*

§ II. De chronotaxi vitae S. Iltuti.

D

Quidam S. Iltutum cognatum

6. *Circa hanc quaestionem, huius inquisitionis sane praecipuam, qua nempe aetate vixerit S. Iltutus, duplicem habemus seriem testimoniorum. Quarum altera sanctum nostrum cognatum et discipulum facit S. Germani Autisiodorensis episcopi. Ita* a) *Stemma gentilicium, quale legitur inter genealogias wallicas, ita conceptum* (5).



Unde constaret Iltutum fuisse nepotem sororis B *S. Germani, cuius mulieris maritus fratrem habuerit nomine Constantinum, qui avus fuerit Arthuri regis.*

et discipulum fuisse S. Germani Autisiodorensis

7. b) *Notitia de S. Germano, quae wallice legitur in* Achau y Saint *et inde translata anglice apud Iohannem Hughes* (7): Garmon was a Saint and a bishop, the son of Ridigius from the land of Gallia; and it was in the time of Constantine of Armorica (8) that he came there; and continued here to the time of Vortigern; and then he returned back to France, where he died. He formed two choirs (9) of saints, and placed bishops and divines in them, that they might teach the Christian faith to the nation of the Cymry, where they were become degenerate in faith. One choir he formed in Llan Carvan, where Dyfric (10) the Saint was the principal, and he himself was bishop there. The other was near Caer Worgorn, where he appointed ILTUTUS to be principal; and Bleidden (11) was the chief bishop there. After which he placed bishops in Llandaff; he constituted Dubricius archbishop there, and Cadoc, the saint, the son of Gwynllin, took his place in the choir at Llancarvan, and C the archbishop of Llandaff was bishop there also (12).

asserunt;

8. c) *Iltutus S. Germani discipulus diserte asseritur in Vitis S. Samsonis* (13).

9. *Inde itaque recentiores non pauci Iltutum S. Germani discipulum fuisse referunt. Neque adeo commoventur alio testimonio eiusdem libri* Achau y saint, *in quo asseritur* collegium *Caerworngornense conditum fuisse a Constantino Fendigaid* (14) *tempore Theodosii imperatoris* (*unde et monasterium* Twsdws *appellatum est*) *et paulo post a piratis Scotis seu Hibernis eversum; facile enim respondent illud potuisse a S. Germano restaurari et illam instaurationem alteram eius fundationem dici* (15). *Sed difficilius est tempora Germani conciliare cum temporibus SS. Davidis, Samsonis, Pauli Aureliani et Gildae, S. Iltuti discipulorum* (16) *et praesertim Dubricii, qui ei clericalem seu monachalem habitum contulisse fertur* (17). *Quattuor enim priores post medium saeculum VI obierunt* (18), *Dubricius vero tum in eius Vita tum in Annalibus Cambriae, quod documentum praecipua auctoritate apud scriptores de rebus britannicis gaudet, anno 612 e praesente vita excessisse asseritur* (19). *Iam vero posterius iter S. Germani in Britanniam insulanam et mox consecutus beatus eius obitus contigerunt ante annum 450. Nequaquam igitur sanctis illis Britannis illum aequalem fuisse existimare licet.*

sed ex aetate quorundam in eius Vita nominatorum

potius censendus est floruisse circa medium saeculum VI.

10. *Alia quaedam nota chronologica in Annalibus Cambriae consignata iuvare potest ad S. Iltuti aetatem definiendam. Legitur enim in iis Arthurum regem in proelio occubuisse anno 537* (20). *Itaque eo tempore iuveniles annos excessisse Iltutus, qui apud eum militiae operam dedit* (21), *iudicandus est. Et quamquam quo tempore ad*

(1) Cf. de his documentis Rev. RICE REES, *An Essay on the Welsh saints of the primitive Christians* (London, 1836), p. 73-74. — (2) Cf. *Cours de littérature celtique*, par H. D'ARBOIS DE JUBAINVILLE et par J. LOTH, tom. III (Paris, 1889), p. 22-24, et tom. IV, p. 201-203. — (3) *Iolo Manuscrits, a selection of ancient Welsh manuscripts,* made by the late Edward Williams, with english translation and notes by his son, Taliesin WILLIAMS. Llandovery, 1848, 8°. — (4) *The Text of the Book of Llan Dâw,* reproduced... by J. Gwenoguryn EVANS, with the co-operation of John RHYS. Oxford, 1893. Prior editio (W. J. REES) facta est anno 1840. — (5) Ap. RICE REES, o. c., p. 123. Nomina litteris inclinatis expressa, sunt eorum qui, praeter Germanum et Iltutum, ut sancti coluntur. — (6) Id est *Germanus.* Triades citamus secundum recentiorem editionem operis, cui titulus *Myvyrian Archaiology of Wales,* by Owen JONES, Edward WILLIAMS, William Owen PUGHE (Denbigh, 1870), et secundum versionem gallicam earum, quae debetur cl. v. J. Loth et edita est in citato opere *Cours de littér. celtique,* tom. IV, p. 205-301. — (7) *Horae Britannicae or Studies on ancient British history,* tom. II (London, 1819), p. 161. — (8) Wallice *Cystennyn Llydaw,* qui in Triadibus et *Cystennyn Fendigaid* seu *Vendigaid,* id est *Constantinus Benedictus* appellatur (Triad. seriei tertiae 44; cf. RICE REES, o. c., p. 127). — (9) Wallice Côr, quo vocabulo monasterium significare soliti sunt scriptores wallici (RICE REES, o. c., p. 181). — (10) Dubricius. — (11) Hoc nomine apud Wallicos vocabatur Lupus episcopus Trecensis, S. Germani in itinere britannico socius. — (12) Cit. ap. RICE REES, p. 122. — (13) MABILLON, *Act. SS. O. S. B.,* saec. I, p. 168; *Act. SS.,* Iul. tom. VI, p. 575, n. 7; *Anal. Boll.,* t. VI (1887), p. 86. — (14) Cf. supra not. 8. — (15) RICE REES, o. c., p. 122. — (16) Vit. S. Ilt. c. 11 extr. — (17) Ibid., c. 7. — (18) Quod satis certum videri potest de S. Samsone, quippe qui anno circiter 557 subscripserit concilio Parisiensi III penultimo loco (MAASSEN, *MG.,* Conc. t. I, p. 146) ac proinde tunc iunior erat fere omnibus regni episcopis; unde censendus est tum recens Dolensis ecclesiae regimini fuisse praefectus. — (19) Vita Dubricii in *Libro Landavensi,* ed. Evans, p. 84; *Annales Cambriae,* edited by the Rev. John WILLIAMS AB ITHAL (London, 1860), p. 6. — (20) *Annal. Cambr.,* p. 4. — (21) Vit. c. 2.

Arthurum

A *Arthurum accesserit nulla documenta docent, cum tamen ad id adductus fuerit postquam Arthurus laude bellica iam claruisset* (1), *absque temeritatis nota conicere licet illum accessisse paulo ante vel post annum 530, et inde eum lucem aspexisse circa annum 510 vel 515. Sed et cum nulla a scriptore Vitae Iltuti ratio afferatur cur is ab Arthuro discesserit et cuidam regulo Poulento seu Paulino adhaeserit* (2), *sponte oritur suspicio id factum esse post caedem Arthuri: unde si aliquot annos computemus quos in praefectura militiae apud Poulentum et deinde in vita eremitica agenda transegerit, deducimur ad annum 550; quo circiter tempore sacerdotali et abbatiali honore dignari potuit a S. Dubricio, qui, ut diximus, anno 612, postquam* senio fatigatus *episcopatu cesserat* (3) *et* multis annis solitarie vixerat, *morti occubuit. Dissimulandum equidem non est has omnes conclusiones praecipue derivari ex narratis in Vita S. Iltuti, cuius auctoritas nequaquam certa dici potest.*

Prorsus incertum est quo anno obierit.

11. *Annus autem mortis Iltuti nusquam notatus est in documentis nostris. Gulielmus Owen quidem in sua* Cambrian Biographia *illum obiisse existimavit circa annum 480, verum nullo, credo, antiquo testimonio nixus, sed solummodo per coniecturam, quia ex locis supra citatis* (4) *in animum induxerat Iltutum fuisse S. Germani discipulum.*

§ III. Traditiones quaedam de gestis a S. Iltuto praeter ea quae in illius Vita narrantur.

Traditur Iltutus psalmodiam perpetuam

12. *Has traditiones hoc loco congerimus, quas nec Vitae scriptor memoravit nec in annotationibus ad illam indicandi praebebitur occasio.*

I. Secundum Triades *wallicas* (5) *a S. Iltuto in monasterio suo instituta fuit psalmodia perpetua* (6). *Etenim tertiae seriei Triade 84 celebrantur* Tria collegia integra (7) praecipua, *nimirum* collegium Illtudi Militis (8) in Caer Worgorn (9)... In singulis his collegiis numerabantur sancti (10) bis mille quadringenti (11); qui centeni singulis horis diei noctisque alii alios (*in canendis divinis laudibus*) excipiebant (12).

in suo monasterio instituisse,

13. *Ne quis autem ultra modum miretur tantum numerum monachorum, satis erit advertisse quae refert Beda, peritus ille et prudens historiae ecclesiasticae in Britannia auctor, de monasterio Benchorensi,* in quo, *ait,* tantus fertur fuisse numerus monachorum ut, cum in VII portiones esset cum praepositis sibi rectoribus monasterium divisum, nulla harum portio minus quam CCC^tos^ homines haberent, qui omnes de labore manuum suarum vivere solebant (13). *Meminisse etiam iuvat vetera monasteria celtica non fuisse, sicut nostra recentiora, domum aliquam quasi sub uno tecto conclusam et uni familiae communem vitam agenti destinatam, sed congeriem quandam cellularum et domorum, quae uno quidem ambitu murorum vel aggeris aut fossae continebantur, sed invicem separatae circa ecclesiam et alia quaedam ampliora habitacula, in quibus cuncti incolae religiosi conventus congregari subinde possent, aedificatae erant* (14). *Et forte aliquando totum huiusmodi monasterium constabat ex monasteriolis uni abbati subiectis, sed quorum monachi plerumque officia sua seorsum exercebant. Id quod ad ipsum Iltuti monasterium satis diserte asserere videtur locus quidam antiqui documenti wallici, in quo legitur:* Illtyd founded seven churches, appointed seven companies for each church, and seven halls or colleges in each company, and seven saints (15) in each hall or college (16): *qui numeri si simul computantur efficiunt bis mille quadringentos et unum.*

meliorem arandi modum Cambrenses docuisse,

14. *II. Dicitur Iltutus meliorem modum arandi agros docuisse Cambrenses. Etenim inter* Triades *wallicas legitur carmen quoddam, quo celebrantur insignes* Tres benefactores gentis Cambrensis *et horum tertius citatur* Elldud Varchawe (17) sanctus scholae Theodosii (18), qui emendavit artem arandi terram et docuit Cambrenses modum arandi quo et hodiedum utuntur : nam ante Elldudi tempora terram versabant ligone et aratro a r s a n g, quo adhuc utuntur Gwyddyli (19).

et duplex opusculum scripto edidisse.

15. *III. Apud Iohannem Balaeum inter scriptores Britanniae centuriae primae praedicatur Iltutus, ut qui* contexuisse fertur s u p e r q u a e s t i o n e a d S a m p s o n e m E p i s t. I *et* A d I s a n u m e t A t r o c h i u m. E p i s t. 1. Cetera, *subiungit Baleus,* non vidi, quamvis plura scripserit (20). *Equidem lucubrationes hic citatas aut alias quasvis Iltuti nomine inscriptas, nusquam offendi, sive typis impressas sive codicibus manuscriptis insertas. Non iniuria forte conicere licet epistulas istas nihil aliud esse quam oratiunculam illam quam ad Isanum et Atholium habuisse legitur Iltutus morti proximus, quamque ad S. Samsonem de magistro suo interrogantem rettulerit alius quidam Iltuti discipulus* (21). *Hanc inter collectanea nonnulla de S. Iltuto inserere potuerunt non satis nasuti compilatores sub confictis illis titulis apud Balaeum citatis.* F

(1) Ibid. — (2) Vit. c. 2 extr. — (3) Vit. Dubricii id *Libro Landavensi*, p. 83. — (4) Num. 6-8. — (5) Hic denuo advertendum videtur, poeticas istas lucubrationes utique non adeo firma auctoritate gaudere, ubi adhibeantur loco testimoniorum ad res praeteritas asserendas. — (6) Cf. *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 548 sqq. — (7) Wallice *bangor*, quo nomine maiora monasteria celtica saeculo V et VI designari solebant. Cf. RICE REES, o. c., p. 122, not. 3, et p. 181. — (8) Wallice *Elldud Varchawe* vel *Farchog*. — (9) Cf. supra, numm. 7, 9. — (10) Id est monachi. — (11) Ita cum Rice Rees (o. c., p. 181) legendum esse ostendunt verba sequentia. Non recte igitur J. Loth (cit. in nota seq.) *quadringentos viginti* interpretatus est. — (12) *Myv. Arch.*, p. 408; J. LOTH, *Cours de litt. celt.*, t. IV, p. 265, not. 1. In alia vero Triade (primae seriei 80 in *Myv. Arch.*, p. 393; J. LOTH, t. c., p. 264, n. 91) loco monasterii in Caer Worgorn indicatur celebre monasterium Benchorense in aestuario Devae, de quo Beda loco citato num. sequente. — (13) *H. E.*, l. II, c. 2 extr. (ed. Plummer, 1896, t. I, p. 84). — (14) Quam formam coenobialis vitae iam antiquitus usitatam fuisse in desertis Orientis manifeste colligitur ex multis quae referunt *Vitae Patrum*. Eandem et satis probe exhibebant congregationes illae piarum mulierum, olim in Belgio nostro sat frequentes, quae *begghinagia* audiebant, quasque in paucis oppidis, Gandae praesertim, etiam nunc visere est. — (15) Iam advertimus (supra, annot. 10) hoc nomine in monumentis wallicis saepe monachos designari. — (16) *Iolo mss.* (cf. supra, p. 220, annot. 3), p. 555. — (17) Cf. supra, annot. 8. — (18) Cf. supra, num. 9. — (19) Ser. III Tr. 563 (*Myv. Arch.*, p. 406; J. LOTH, *Cours de litt. celt.*, t. IV, p. 290, n. 133). — (20) *Scriptorum illustrium maioris Brytanniae... Catalogus* (Basileae, 1557), p. 52. — (21) Vit. S. Samsonis, *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 575; *Anal. Boll.*, t. VI (1887), p. 112.

AUCTORE C. D. S.

§ IV. Quemnam locum incoluerit S. Iltutus et ubinam supremum diem obierit.

Quae de loco habitationis S. Iltuti leguntur

16. *Quaestiones has implexas facit varietas traditionum quae apud diversos scriptores, anonymos fere, de iis consignatae sunt. Nam I. Circa priorem : 1° In Vita S. Pauli Leonensis, quae extremo saeculo IX Wormonocum, Wurdistani discipulum, auctorem habuit, dicitur Iltutus habitasse in quadam* insula Pyrus nomine, Demetiarum patriae in finibus sita (1). *Sed 2° in altera eiusdem Pauli Vita, conscripta, ut videtur, ab eodem illo monacho Ruiensi qui Vitam S. Gildae Sapientis confecit, id est ineunte saeculo XI* (2), *istud nomen* Pyrus *iam non occurrit, sed legitur tantum Iltutus resedisse in loco cuiusdam* insulae quem usque hodie monasterium Hylduti dicunt (3).

tum in Vitis sanctorum

17. *3° In Vita S. Gildae auctore monacho Ruiensi, de Iltuto refertur :* Habitabat autem praefatus Hildutus cum discipulis suis in quadam arta et angusta insulula (4) ... quae insula usque in hodiernum diem Lanna Hilduti vocitatur (5).

B

eius aequalium

18. *4° In Vitis S. Samsonis episcopi Dolensis* (6) *locus domicilii S. Iltuti diserte non indicatur, sed illum intra Walliae fines quaerendum esse inde colligitur quod ordines sacros recepisse narratur Samson, dum apud Iltutum versaretur, manibus Dubricii episcopi Landavensis. Narratur deinde Samson paulo post e monasterio Iltuti migrasse et aliquamdiu in quadam* insula (7) fundata a quodam egregio viro ac sancto presbytero nomine Piro (8) *commoratus esse.*

tum in ipsius Vita

19. *5° In ipsius autem Iltuti Vita non alius nominatur locus in quo habitaverit quam* Vallis Hodnant (9). *Sed in capitis titulo significatur hic agi de* prima *eius* habitatione; *unde manifeste colligitur illum postea alibi resedisse. At capite sequente refertur Iltutus, postquam tonsuram clericalem accepit a S. Dubricio, rediisse* ad eundem locum *et ibidem* construens habitaculum, fundasse ecclesiam, *eoque confluxisse dicuntur multi discipuli* per septem artes *erudiendi* (10). *Statim vero inde* (11) *exhibetur Iltutus in solitudine quadam habitans regionis Glatmorcanensium seu hodierni comitatus Glamorgan, in orientali meridionalis Walliae parte, ibique ampla possessione a rege harum partium donatus* (12) *ingens constituisse coenobium* (13), *cuius,* ecclesiasticis ordinibus susceptis et insuper ordine monachili recepto, abbas constitutus *est* (14) *et quo* confluebant scholares plurimi, quorum de numero quattuor isti, Samson videlicet, Paulinus, Gildas et Dewi *seu David* (15).

C

testimonia

20. *Denique 6° In Vita huius S. David, episcopi Menevensis, auctore illo qui vulgo appellatur Ricemarchus clerico Menevensi extremo saeculo XI, nulla fit mentio Iltuti, sed dicitur* locus in quo David agius eruditus est Vetus Rubus *vocari* (16), *ac deinde idem David, post amplius decem annos cum Paulino S. Germani Autisiodorensis episcopi discipulo transactos et duodecim monasteria fundata, illuc rediisse* (17), *et tandem cum tribus suis fidelissimis discipulis, multa condiscipulorum turba comitante, locum adiisse quem caelestis visio illi habitandum indicaverat,* id est Rosinam Vallem, quam vulgari nomine Hodnant Brittones vocitant (18). *De qua Giraldus Cambrensis* (19): Dicitur autem locus ubi ecclesia Menevensis sita est... Vallis Rosina. Quae tamen marmorea potius quam vel rosea vel rosina dici posset, quoniam rosis minime, marmore vero plurimum abundat. *Postea vero locus iste seu ecclesia Menevensis a S. David nomen accepit et* St. David's *nuncupata est* (20).

D

adeo diversa sunt

21. *Itaque a) In prioribus documentis, saeculo IX et XI conscriptis, numero quinque, dicitur Iltutus in Wallia suum monasterium constituisse; nec usquam occurrit ulla contradictio, qua affirmetur vitam degisse in Britannia Minore. b) In altera Vita S. Pauli Leonensis et in Vita S. Gildae* (21), *fertur monasterium illud erectum fuisse in loco qui* usque hodie *vocitabatur* Monasterium Hylduti *seu* Lanna Hilduti, *et in Vita S. Iltuti non semel manifeste indicatur idem locus situs esse in regione Glatmorganensium* (22). *Unde iam illum recentiores eundem esse censuerunt qui nunc appellatur* Lantwit Fawr *seu* Lantwit Maior. *Attamen c) In prima Vita S. Pauli Leonensis* (23) *narratur Iltutus habitasse prius* in insula Demetiarum patriae in finibus sita, *quod optime convenit Meneviae seu Valli Rosinae* (24), *dum Lantwit Maior sita est in regione Glatmorganensium, in extrema parte orientali Walliae meridionalis. Et in Vita S. Davidis dicitur is educatus fuisse et postea monasterium suum praecipuum condidisse in eadem illa Valle Rosina* (25).

E

ut vix ac ne vix quidem

22. *Quaestio igitur solvenda restat, num Iltutus antequam in* Lantwit Maiore *consederit, prius in Hodnant seu Meneviae aliquo tempore substitisse dicendus sit. Una id affirmat Vita Iltuti, idque, ut videtur, satis confuse, cum et statim exhibeat Iltutum in regione Glamorganensi eremiticum quoddam vitae genus agentem et tum de Hodnant tum de Llan Iltud multos illuc scholares confluxisse tradat* (26). *Itaque satis probabile existimaverim auctorem Vitae Iltuti ex traditione de S. Davide, quem aliunde Iltuti discipulum fuisse noverat, in Hodnant educato, inductum fuisse ad commorationem Iltuti in Hodnant confingendam.*

F

inter se conciliari possint.

23. *Sed quid de Pyro illa* insula, *quam Vita prima S. Pauli Leonensis in Demetia provincia sitam refert* (27)? *Primo quidem aspectu suspicio esse potest* Pyrum *alterum nomen fuisse Vallis Rosinae seu Hodnant; sed non parum enervatur ista coniectura ubi in Vitis S. Samsonis* (28) *legimus hunc sanctum non ad Pyrum insulam, sed ad*

(1) *Anal. Boll.*, t. I (1882), p. 213. Demetia autem erat una ex quattuor provinciis Walliae meridionalis, in extrema parte occidentali illius regionis. — (2) Th. MOMMSEN in *MG.*, Auct. antiq. t. XIII, p. 3 med. — (3) *Act. SS.*, Mart. t. II, p. 112, n. 5. — (4) Ed. MOMMSEN. cap. 4 (*MG.*, t. c.. p. 92 med.). — (5) Ibid., p. 93 med. Cf. cap. 5 extr. — (6) *BHL.*, nn. 7478-7484. — (7) Ut notum est, hoc nomine, etiam apud antiquos, designari consuevit domus vel aedificiorum congeries ab aliis domibus separata. Cf. FORCELLINI-DE VIT, s. h. v. — (8) *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 578, n. 20; *Anal. Boll.*, t. VI (1887), p. 93, l. 24 sqq.; *Lib. Landav.*, ed. W. J. REES, p. 14 med.; *Id.*, ed. EVANS, p. 12 extr. — (9) Vit. c. 6. — (10) Vit. c. 7. — (11) Vit. c. 8. — (12) Vit. c. 8-10. — (13) Vit. c. 11. — (14) Vit. c. 12. — (15) Vit. c. 11 extr. — (16) W. J. REES, *Lives of the Cambro British Saints*, p. 122. — (17) Ibid., p. 122-24. — (18) Ibid., p. 124. — (19) *Itin. Kambriae*, ed. Dimock, p. 107. — (20) Cf. Sam. LEWIS, *Topographical Dictionary of Wales* (1833), s. v. *David's* (St.). — (21) Supra, numm. 16, 17. — (22) Vit. cc. 8-12, 17, 18, 20, 21, 25, 26. — (23) Supra, num. 16, 1°. — (24) Cf. supra, not. 1 et num. 20. — (25) Supra, num. 20. — (26) Supra, num. 19. — (27) Supra, num. 16. — (28) Supra, num. 18.

coenobiarcham

A *coenobiarcham nomine Pirum seu Pironem accessisse, cui mortuo abbas ipse suffectus sit, at brevi post ex hoc coenobio emigraverit. Advertendum autem est, utrasque Vitas, S. Pauli Leonensis et S. Samsonis Dolensis episcoporum, conscriptas esse in Britannia Minore, ubi traditiones de sanctis Wallicis magis incertae erant, et timendum videtur ne et hoc loco traditiones illae incertae permixtae sint et pro nomine loci, quod nusquam praeterquam in Vita S. Pauli occurrit, nomen alicuius viri, ceterum aeque ignoti, intellegendum sit.*

Nec minus diversa

24. *II. Sicut et quo loco vixerit Iltutus, ita et quo loco obierit et sepultus sit, nullo certo et antiquo documento nobis constat. Itaque in diversas circa hanc rem abiere sententias hagiographi recentiores. Alii ex Vitae c. 24 illum* apud civitatem Dolensem *obiisse et sepultum esse censuerunt. Alii Iltutum ultimis temporibus vitae suae Glastoniam secessisse et in huius loci monasterio vita functum et sepultum esse, sed nullo alio argumento nisi quod illic in thesauro sacro servabantur saeculo XII Iltuti reliquiae; quod argumentum, ut recte notat cl. v. Richardus Stanton* (1), *non adeo validum* B *est, quoniam permultae sanctorum reliquiae undequaque illuc congestae fuerunt.*

et incerta sunt

25. *Tertio afferri potest sententia eorum qui Iltutum in suo monasterio Caer Worgorn seu Lantwit Maioris obiisse et sepulcrum invenisse existimarunt et id comprobari monumento quod adhuc visitur in coemeterio quod ecclesiae illius coenobii adiacebat et ab incolis* Crux sancti Iltuti *vocatur, cippo nempe lapideo cuius imaginem accurate delineatam exhibuit W. I. Rees in fronte operis sui iam saepe hic citati* Lives of the Cambro British Saints. *Altus est hic cippus pedes anglicos septem* (2), *latus in parte inferiore pedes quinque, in parte superiore pedes tres cum dimidio* (3). *In uno ex lateribus quadrangularibus leguntur iuxta summum cippum nomina* ILTET *et* SAMSON REGIS (4), *et multo inferius,* SAMUEL EBISAR (5). *In alio vero cippi latere distincte legitur* SAMSON POSUIT HANC CRUCEM PRO ANIMA EIUS. *Ex qua descriptione intellegitur quidem monumentum auctore Samsone positum fuisse in memoriam S. Iltuti, sed nequaquam illud positum fuisse ad indicandum locum sepulturae eius.*

AUCTORE C. D. S.

quae de loco sepulturae eius afferuntur.

26. *Denique, quarta sententia ait Iltutum sepultum esse in loco quodam, ubi fortasse putabatur aliquamdiu commoratus esse statim post conversionem suam* (6). *Quo loco, qui nunc viculus est ad oppidum Devynock pertinens in occidentali parte comitatus Brecknockensis, visitur sacellum S. Iltuto dicatum* (7) *et iuxta illud in colle quodam, exiguus tumulus, sex pedes anglicos longitudine capiens et ex utraque parte amplo lapide terminatus, qui ex populari traditione appellatur* Bedd Gwyl Illtyd, *id est,* Vigilia sepulcri sancti Iltuti, *quia, ut aiunt, ex antiqua consuetudine illic nocte ante festum S. Iltuti vigilias agere solebant* (8). *Neque alia ad hanc popularem traditionem accedit auctoritas.*

§ V. De reliquiis et gloria postuma S. Iltuti.

Caput S. Iltuti apud se servatum esse contendunt in Britannia Minore.

27. *Praeter loca mox memorata, nullum alium in Wallia vel in reliqua Anglia indicatum repperi qui Iltuti sepulcrum aut reliquias se possidere glorietur. Sed in Britannia Minore, nempe in vico Landebaëron* (9), *olim dioecesis Trecorensis, nunc Sancti Brioci, asserunt semper apud se honoratum fuisse caput S. Iltuti; cuius rei tamen aliud documentum non vidi praeter instrumentum recognitionis institutae die 25 septembris anni 1828; quod secundum editionem Tresvaux canonici Parisiensis* (10) *ex documento autographo exscriptum hic exhibemus* (11).

In multis Walliae locis

28. *Sed et non paucis aliis locis in Wallia servatur memoria S. Iltuti, sive traditionibus antiquis de ipsius ibidem commoratione sive ecclesiis aut sacellis eius nomine dedicatis. Sic*

a) Est aliud mirabile in Guyr (12), altare quod est in loco qui dicitur Loingarth (13), quod nutu Dei fulcitur. *Ita scriptor* Historiae Brittonum (14), *qui hactenus vulgo citari consuevit sub nomine Nennii, sed Nennio ac proinde saeculo octavo antiquior est* (15). *Et inde narrat miraculum quod legitur in Vita Iltuti, c. 22.*

(1) ***A Menology of England and Wales*** (1887), p. 317. — C (2) Pes anglicus aequivalet millimetris 305. — (3) AEM. HUEBNER, ***Inscriptiones Britanniae christianae*** (Berolini, 1876), p. 22 (ubi et exhibentur inscriptiones mox citandae). — (4) Hac voce (quam legerunt RETIS) coniecerunt HADDAN et STUBBS (***Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland***, tom. I, 1869, p. 628) designari patrem Samsonis (Rhys) a sculptore non satis legendi perito perperam ita expressum. — (5) Suspicati sunt iidem scriptores ***Ebisar*** exsculptum esse pro ***excisor***, ac proinde ***Samuel*** esse nomen sculptoris. — (6) Vit. c. 6. Cf. annot. ad hunc locum. — (7) Unde viculo nomen ***Llan Iltyd Chapel***. Cf. Sam. LEWIS, ***Topographical Dictionary of Wales*** (1833), ad v. ***Brecknockshire***. — (8) Theoph. JONES, ***Brecknockshire***, t. II, p. 683 (cit. ap. Rice Rees, ***Welsh SS.***, p. 181); LEWIS, t. c., v. ***Glyn***. — (9) Dép. Côtes-du-Nord, arr. de Guingamp. — (10) ***Les Vies des saints de Bretagne***, par Dom Guy-Alexis LOBINEAU. Nouvelle édition par M. l'abbé TRESVAUX, tom. I (Paris, 1836), p. 69. — (11) " Aujourd'hui, vingt-cinquième jour de septembre mil huit cent vingt-huit, devant nous soussignés, J. Lescop, recteur de Landebaëron, Y. Godest diacre, et J.-J. Bouget, clerc tonsuré, se sont présentés Jacques Le Messager, ancien maire de Landebaëron, et Catherine Le Pierres, ancienne femme pieuse, demeurant dans le bourg dudit Landebaëron, les deux très dignes de foi. Nous leur avons exhibé une partie supérieure du crâne marqué d'une barre rouge en forme d'arc, et un os de bras froissé; ils nous ont assuré reconnaître ces reliques pour être les mêmes qui étaient vénérées, avant la révolution, dans cette paroisse, et qui sont mentionnées en l'inventaire des effets de l'église de l'année 1683. Le susdit Jacques Le Messager nous assure avoir lui-même assisté à l'ouverture F du chef en argent qui renfermait le crâne susmentionné, et qui était reconnu être le chef de S. Iltut, ainsi qu'à celle du bras en argent qui renfermait l'os qui était regardé comme étant du bras de S. Mandez, abbé, patron de la paroisse. Le même Jacques Le Messager assure avoir lui-même fait construire un chef en bois et un bras en bois pour renfermer les susdites reliques; que le bras en bois s'étant trouvé trop petit, le crâne fut enveloppé d'un lambeau de soie, et que l'os du bras fut renfermé dans une ouverture pratiquée dans le bras de bois, couvert d'une petite image et d'une vitre. Les deux dénommés ci-dessus assurent avoir parfaite connaissance de tout ce qui est rapporté au présent, et attestent de plus reconnaître les deux boîtes qui renferment d'autres reliques, pour être les mêmes qui étaient révérées en la paroisse avant la révolution.

Le même Jacques Le Messager assure que ces deux reliquaires, mentionnés en dernier lieu, n'ont nullement été touchés pendant les temps de malheur.

En foi de tout ce que dessus, Jacques Le Messager signe avec nous, et Catherine Le Pierres a déclaré ne le savoir faire.

Fait en la sacristie de Landebaëron lesdits jour et an.

Jacques LE MESSAGER; Y.-J. GOBERT, diacre:
Jean-Jacques BOUGET, clerc tonsuré;
et J. LESCOP, recteur de Landebaëron.

— (12) Seu Gower, quae est regio seu pagus in extrema occidentali parte comitatus Glamorganensis. — (13) Longher? — (14) Ed. Th. MOMMSEN in ***MG.***, Auct. antiq. t. XIII, p. 215. — (15) Cf. t. c., p. 114.

AUCTORE C. D. S. *monstrantur monumenta*

29. *b) In Llangan* (1) *visitur in coemeterio cippus lapideus valde similis cippo vici Lantwit Maioris* (2), *nisi quod nulla in eo legitur inscriptio; nihilo minus inter loci incolas traditio indubitata viget illum pariter a Samsone erectum esse in memoriam S. Iltuti* (3).

quibus S. Iltuti memoria

30. c) *Idem prorsus monumenti genus conspicitur et similis traditio viget in vico vicino Coychurch. Porro advertendum est ecclesiam huius loci fundatorem agnoscere S. Crallonem, qui ipse patrem habuit fratrem S. Iltuti* (4) *et matrem S. Cannam, cuius nomine dedicata est ecclesia in Llangan* (5).

celebrata

31. d) *In vico Llanhamllech in comitatu Brecknockensi monstratur exiguum quoddam monumentum constans ex quattuor lapidibus planis et amplis, quorum tres humo infixi sunt, quartus vero illis impositus iacet. His efformata est cellula a fronte aperta quae octo circiter pedes anglicos* (6) *longitudine, quattuor vero latitudine et altitudine attingit. Utrumque latus exterius multas cruces variis formis rudi manu lapidi insculptas exhibet* (7). *Quorundam archaeologiae peritorum sententia habetur hic druidicum altare, cuius multa* B *specimina passim occurrunt in regionibus in quibus olim Celtarum gentes consederunt. At loci incolae existimant illic aliquando commoratum esse S. Iltutum ; unde illa cellula apud illos nomine* Ty Illtyd *seu* Eremitorii S. Iltuti *insignita est* (8).

traditur

32. e) *Secundum* Annales *monasterii* de Margan *in comitatu Glamorganensi, ad annum 1185,* Non procul a memorato castello [*de Neath*] res quaedam sui novitate mirabilis sub eodem contigit anno circa nativitatem Baptistae Iohannis (*24 iunii*). Denique in pago cui Gower est vocabulum, in villa Landridian dicta, feria quinta, lactis unda copiosi pro latice per tres horas, ut fertur, assidue de quodam fonte manavit, quem incolae loci fontem vocant sancti Iltuti. Attestati sunt autem plures qui aderant, cum lacteas undas sedulo nec sine admiratione conspicerent, vidisse se quoque inter glareas passim iacere coagulum, et circa marginem undique fontis quandam fluitare pinguedinem, qualis ex lacte colligitur ut fiat inde butirum (9).

et ecclesiae aut sacella eius nomine insignita.

33. *Praeter haec citantur multa loca ubi S. Iltuti memoria titulo ecclesiae vel sacelli alicuius servata est, nimirum* (10) :

I. In Walliae comitatibus;

a) *Glamorganshire : Lantwit Vawr seu Maior* (11), *Bettws et Laleston, prope Newcastle* (12), D *Llandtryddyd* (13), *Llanhary* (14), *Llanilterne* (15), *Lantrisaint* (16), *Lantwit Faerdre* (17), *Lantwit iuxta Neath* (18), *Ilston* (19);

b) *Brecknockshire : Capel Illtyd in vico Defynog* (20) *et Llanhamllech* (21) ;

c) *Carmarthenshire : Pen-bre* (22) ;

d) *Mormouthshire : Llanhyledd* (23);

e) *Merionetshire : Llaneltydd* (24);

f) *Pembrokeshire: Llantwydd seu Lantwood* (25).

II. In Britannia Minore : Lanildud apud Portum Brivatum (*Brest*) *et Sancti Iltuti* (*Saint-Ideuc*) *apud Maclovium* (*Saint-Malo*) (26).

Sed in documentis liturgicis

34. *Cum tot monumenta antiqui cultus S. Iltuti supersint, nihilo minus, ut exordio huius commentarii monuimus, desideratur ipsius nomen in omnibus veteribus martyrologiis hactenus editis. Has tantum memorias Iltuti repperimus in documentis liturgicis quae aetate saeculum XVII superant : nimirum in litaniis ex codice saeculi X in lucem datis a cl. F. E. Warren* (27); *ad diem* viij id. *seu 6 novembris in kalendario quod legitur in capite codicis saeculi XII unde Vitam Iltuti edidit W. J. Rees et nos hic denuo edituri sumus* (28); *ad* E Nonas *seu diem 5 novembris, in kalendario Missalis Trecorensis aut Venetensis in Britannia Minore anno 1457 exarati* (29); *ad* vij id. *seu diem 7 novembris in kalendario Breviarii Sancti Pauli Leonensis typis excusi anno 1516* (30); *et ad diem 6 novembris in martyrologio anglico a Richardo Whytford confecto et primum typis excuso anno 1526 ac recens secundo diligentissime edito ab eruditis viris F. Procter et E. S. Dewick* (31).

admodum pauca

35. *Inter martyrologia recentiora, S. Iltutum memorant ad diem 6 novembris Martyrologium Universale Claudii Castellani* (*1709*), *Parisiense Cardinalis Ludovici Antonii de Noailles* (*1727*) *et anglicum Richardi Challoner* (*1761*); *ad diem 7 iulii vero, martyrologium anglicum recens editum a v. r. Richardo Stanton* (32), *qui et monet festivitatem S. Iltuti celebrari in diversis partibus Britanniae die 7 vel 14 vel 16 novembris* (33).

de illius cultu consignata reperiuntur.

36. *Inter Officia autem propria singularium dioecesium, vel in kalendariis ad ea praemissis, haec tantum sive in museo nostro sive in Bibliotheca Nationali Parisiensi reperire licuit quibus S. Iltuti mentio inserta sit, nempe Breviarium* F *Macloviense anno 1603 a Iohanne du Bec episcopo Macloviensi recognitum* (34), *in quo ad diem 7 novembris signatur* Ilduti Abb. 9. l.; *Officia propria*

(1) Vico quattuor miliariis anglicis distante a Lantwit Maiore. — (2) Cf. supra, num. 25. — (3) LEWIS, *Topogr. Dict. of Wales*, v. *Llangan*. — (4) Cf. supra, num. 6. — (5) Cf. LEWIS, vv. *Coychurch* et *Langan*. — (6) Non amplius tres, secundum Lewis. — (7) Effigiem aediculae videsis apud Camden, loco mox citando (pl. XIV, fig. 8). — (8) W. CAMDEN, *Britannia*, ed. Rich. Gough, tom. II (London, 1789), p. 476; LEWIS, v. *Llanhamlhech*. Cf. infra, p. 227, annot. 6. — (9) *Annales Monastici*, I (inter *Rer. Brit. med. aevi script.*, XXXVI), ed. H. Richards Luard (London, 1864), p. 18. Advertendum est similem narratiunculam de quodam S. Davidis fonte extremo saeculo XII reperiri apud Giraldum Cambrensem. *Hoc autem* (sic ille) *mihi notabile videtur, quod nostris temporibus praesidente videlicet David secundo, ... fontem quem Pistildawi, id est* F i s t u l a m D a v i d, *vocant ... lac stillare constat aliquoties esse compertum.* GIRALDI CAMBR. *Itinerarium Kambriae*, lib. II, c 1 (opp. tom. VI, inter *Rer. Brit. script.*, XXI, 1868, p. 109). — (10) Omnia nomina hic recensita leguntur apud RICE REES, *Essay on the Welsh Saints*, p. 180, et deinde singula in catalogo ecclesiarum Walliae ad calcem eiusdem operis, paginis infra citandis. Pleraque etiam indicantur in lexico topographico Samuelis Lewis supra saepius citato. Nomina anglica vel wallica servare potius visum est quam latinas formas illis affingere. — (11) Cf. supra, num. 21 b. — (12) RICE REES, o. c., p. 44. — (13) Ibid., p. 337. — (14) Ibid. — (15) Omittitur ap. Rice Rees, sed citatur apud Lewis. — (16) RICE REES, p. 337. — (17) Ibid. — (18) Ibid., p. 336. — (19) Ibid. — (20) Ibid., p. 325. — (21) Ibid., p. 326. Cf. supra, num. 23. — (22) Ibid., p. 331. — (23) Ibid., p. 344. — (24) Ibid., p. 341. — (25) Ibid.; p, 348. — (26) TRESVAUX, t. c., p. 70; A. DE LA BORDERIE. *Histoire de Bretagne*, t. I (1896), p. 275, not. 5. — (27) In *Revue Celtique*, t. IX (1888), p. 89. — (28) Cf. huius Comm. num. 1. Adverte ad titulum Vitae in margine adscriptum esse II *idus novembris*. — (29) Ap. F. DUINE, *Bréviaires et Missels des églises et abbayes bretonnes de France antérieurs au XVII^e siècle* (Rennes, 1906), p. 135. — (30) Ibid., p. 166. — (31) *The Martiloge in Englisshe after the use of the chirche of Salisbury* ... printed for the [Henry Bradshaw] Society (London, 1893), p. 174. — (32) *A Menology of England and Wales, or Brief Memorials of the ancient British and English Saints* (London, 1887), p. 316. — (33) Ibid., p. 318. — (34) Haec notata sunt in schedulis manu scriptis saeculo XVII collectis a maioribus nostris vel ad eos missis, et apud nos adhuc servatis. Transcriptum est etiam in iisdem *Kalendarium Dolense vetus Parisiis an. 1519 Auth^te dioecesis*

AUCTORE C. D. S.

A *dioecesis Leonensis pro anno 1737, ad diem 14 novembris; Ordo divini officii recitandi in dioecesi Corisopitensi, in quo officium S. Iltuti indicatum non erat pro anno 1834, sed iam legitur illa indicatio pro anno 1840, et deinde pro annis 1852 et 1854; denique in Ordine dioecesium Corisopitensis et Leonensis pro annis 1860 et 1872. In utraque hac dioecesi festum celebrandum signatur die 6 novembris, ritu quidem simplice pro anno 1840, deinceps vero ritu semiduplice* (1).

D. Maturini de Pledren Dolensis Epi [editum?], et in margine ad hanc inscriptionem ***Itē Macloviense et Leonense.*** Porro in illo kalendario non occurrit nomen Iltuti. — (1) Secundum RICE REES (p. 180), legitur apud CRESSY festum S. Iltuti celebrari die 7 februarii. Verum nihil huiusmodi memoratur eo loco Historiae ecclesiasticae huius scriptoris ubi de Iltuto loquitur (***The Church History of Britain or England*** [Rouen], 1668, p. 251 [l. XI, c. 27]), sed dicitur in Martyrologio gallicano festivitatem S. Iltuti assignatam esse die 7 novembris.

I. VITA S. ILTUTI, AUCTORE ANONYMO

Ex codice Mus. Brit. Cotton. Vespasian. A. XIV. Cf. Comm. praev., num. 1. Permulta autem menda quae reperiuntur in editione Vitarum sanctorum Cambro-Britannorum (*cf. ibid.*) *hic indicare visum non est.*

[1] Incipit vita Iltuti abbatis.

B

1. De copulatione parentum et nativitate pueri.

Dives provincia victoriosa, potens in armis, victrix Letavia [1] (1), nulla potentior in laude bellica, sumpsit originem a matre Brittannia. Erudita fuit a [2] matre filia, sequitur natam tota victoria. Brittanni principes vigore pleni, nobiles duces; sed nobilissimi quondam heredes postea [3] exheredati amiserunt propria ut alieni. Ex quibus claruit Bicanus, miles famosissimus, illustris genere et in armis militaribus. Tota parentela sua processit ex precipuis principibus, nullus vero inferior ex precedentibus; quales enim erant primi, talis fuit et ultimus. Clarior et altior itaque generatus ex talibus, debuit letari, qui potuit generari ex nobilissimis parentibus; floruit et prefuit in regali militia, dilectus a rege et a regina: magnificabant enim eum universi inpendentes preconia. Tantus vir eximie nobilitatis voluit uxorare et hereditari ex filiis, velle complevit, uxorem ducens filiam Anblaud Brittannie regis. Rieingulid hec vocata voce brittannica; quando latinetur, sonat hoc *regina pudica*. Dignissimum nomen impositum fuit promerenti; C ante legales enim nuptias non adhesit alieno lateri. Ludos despiciens, stabilis in thalamo, materno paruit semper imperio. Quicquid namque dicebat, congruum erat colloquio, omneque quod agebat, totum sub consilio; puella optima absque opprobrio, nubilis matura, digna marito. Digniorem ad desponsandum nesciebant indigene [4]; idcirco legati transierunt Gallicum mare, reducunt puellam quasi margaritam pretiosam et excellentem pulcritudine, reductam pulcherrimam et mansuetissimam commendant predicto principi nuptiali honore. His legaliter perfectis coniunx legitima concepit, et post conceptionem E feliciter genuit filium: sicut arbor fructifera generat florem optimum. In caticuminatione pueri et post salutiferum lavacrum nominatus est infans Iltutus. Videlicet ille ab omni crimine tutus, irreprehensibilis fuit in quinque etatibus (2), laudabilis atque amabilis ab universis civibus. Parentes voverunt commendare litteris, commendant votivum et erudiendum in septem disciplinis (3). Post eruditionem et disciplinalem scientiam sibi notam, postposuit litterarum studium, tendens ad militiam, non obliviscens tamen ulla que noverat per ullam negligentiam. Vir tante erat memorie, audiens magistralem sententiam una vice retinebat corde tenus omni tempore. Date sunt claves quinque (4) illi plenarie, quibus sapienter potuit ignota notificare; nullus eloquentior per totam Galliam Aeltuto milite recitante philosophicam eloquentiam.

2. De visitatione ad curiam Arthuri regis et Poulenti.

Audiens interea miles magnificus (5) Arthurii regis sui consobrini (6) magnificentiam, cupivit visitare tanti victoris curiam, deseruit quam F vocamus Ulteriorem Brittanniam et pervenit navigando ubi vidit maximam militum habundantiam. Ibidem quoque receptus honorifice et munificatus ad desiderium militare, impleto autem desiderio capiendi munera, recessit gratissimus a regali curia. Capiens iter, pervenit ad Poulentum (7) regem Gulatmorcaniensium (8), sua uxore Trynihid comitante honestissima. Rex videns illum curialem esse militem atque honorabilem

Tit. — [1] *in margine* II idus novembris.
1. — [1] i. e. Brittannia minor *supra lin.* — [2] *add. corr.* *supra lin.* — [3] *add. corr. in margine.* — [4] *ita corr., prius* indigne.

(1) Antiquum hoc nomen Britanniae armoricae inde ortum existimarunt quod in ea regione praecipue consederunt *Laeti* seu barbari terras Romani imperii incolere permissi. Vid. DU CANGE, *Gloss. med. et inf. lat.*, ed. Henschel, v. *Leti*. Sed vid. et A. HOLDER, *Alt-celtischer Sprachschatz* (1897), p. 243. — (2) De diversis *aetatibus* vitae humanae cf. FORCELLINI-DE VIT, *Lexicon*, t. I, p. 149, col. 2 (Nota I); *Thesaurus linguae latinae editus auctoritate et consilio academiarum quinque germanicarum*, tom. I (Lipsiae, 1900), col. 1126. — (3) De septem disciplinis quibus medio aevo existimabatur compleri humana scientia, videsis DU CANGE, *Gloss.* vv. *Trivium* et *Quadrivium*. — (4) Inter diversos sensus vocis clavis indicatur apud FORCELLINI-DE VIT (tom. II, p. 229, col. 1, n. 8) *auctoritas dicendi*. Sed quid sibi velint *quinque claves* divinare non potui. — (5) Ex memoria militiae ab ipso in adulescentia sua exercitae adhaesit Iltuto cognomen Militis, wallice *Illtyd Varchaw* seu *Farchog*. — (6) Cf. supra, Comm. praev., num. 6. — (7) In Vita S. Cadoci, c. 16 (REES, *Lives of the Cambro British Saints*, p. 45), vocatur *Poul cognomine Pennichen*; in documentis latinis *Paulinus*. — (8) Regio illa primitus vocabatur *Gwlad Morgan*, id est *Terra* seu *possessio Morgani*, filii Arthuri regis, cui in partem hereditatis obvenerat; inde Wlatmorgan, Guladmorgan ac denique Glamorgan dicta. Cf. GIRALDUS CAMBRENSIS, *Itinerarium Kambriae*, ed. J. F. Dimock, p. 63; Sam. LEWIS, *Topographical Dictionary of Wales*, v° Glamorganshire.

bilem, retinuit cum magna dilectione, diligens illum pre omnibus familiaribus et munificans largiflue. Remansit igitur reverentissime, donec meruit eligi et preesse regali familie. Regebat familiam[1] absque ullo litigio, gubernator pacificus et[2] secundus a domino. Evangelica precepta reposita[3] erant in militis pectore. Indesinenter studebat[4] retinentibus recitare, recitata dirigebant audientes ad perfectionem operum, perfecta relevabant complentes ad celeste premium. Miles autem erat extrinsecus secundum militarem habitum, intrinsecus vero sapientissimus Brittannigenarum. Propterea constitutus a rege Poulento magister militum, propter subtilissimam facundiam et incomparabilem intellectum. Nemo contemporaneus potuit comparari eius ingenio : hoc probatum et firmatum fuit doctorum testimonio.

3. De familia regis Poulenti, quam terra deglutivit, et promissione firmata ad clericalem habitum post militiam consilio sancti
B **Cadoci.**

Contigit die quodam cum duceret familiam regalem venando per territorium sancti Cadoci (1), illa quiescens misit ad abbatem preclarum cum rigidis verbis, ut sibi prandium dirigeret; sin autem, vi cibum tolleret. Sanctus vero Cadocus, quamvis illi videbatur incongruum propter rigiditatem verborum et quasi de libero requirere tributum, tamen remisit familie quod sufficeret ad prandium. Hoc transmisso, familia discumbens voluit prandere; sed velle caruit comestione; nam pro illicita petitione et sacrilega offensione tellus deglutivit iniquam turbam, que omnino evanuit propter tantam nequitiam. Aeltutus vero miles et militum princeps evasit, quia inique petitioni consentire noluit nec in loco, in quo affuerat familia, pastum expectando affuit; ceterum procul aberat, accipitrem <t>enens[1] quam plerumque solutam post volatiles instigabat. Hoc miraculum Eltutus[2] videns timuit. Post visum, graviter de preteritis delictis compunctus, ad sanctum Cadocum gressum acceleravit, inquirens et genufle-
C ctendo[3] rogitans ab illo consilium emendandi que deliquit. At ille, salutaris insistens consiliarius, imprimis consuluit deserere secularem habitum, postea repetere que postposuerat habitum clericalem et in toto vite sue spacio summo Creatori servire propter eternam retributionem (2). Paruit humiliter dato consilio, promittens firmiter adimplere in futuro. Deinde reversus ad Poulentum regem, habitaque licentia, subtraxit se a seculari servitio. Exinde, rege condolente et regina et omnibus de sua recessione, venit tandem ad marginem Nadavani (3) fluminis, uxore consotiante et armigeris. Erat quidem tempus estivum : quamobrem composuit tegimen ex arundineto, ut non plueret super lectum. Equi se depascunt in pascuis, ut uterque iacet in[4] nocte dormiens, pre sompno aggravantibus oculis.

4. De primo angelico adventu ad admonendum Iltutum. D

Ante sopientem subito astabat angelus ammonens his ammonitionibus : " Miles olim fueras celeberrimus, a regibus multis munificatus; nunc vero regi regum precipio ut servias ampliusque transitoria non diligas. Memento quod tui parentes commendaverunt te clericali studio. Studuisti, deditus divino consortio. Postea sprevisti non spernendum, fungens hasta et gladio. Non hec arma tibi data fuerant ab armario, immo quinque claves (4) tibi collate sunt sub magisterio. Repete ergo quod deseruisti, ne capiaris occupatus insidiis hostis invisi. Nam insidiator adest qui te conatur illudere, te dampnare desiderans toto conamine. Te videt, tu non vides corporali lumine. Nisi caveas et protegas, poterit te destruere. Ne sis itaque incautus et deceptus ab inimico Dei et hominum. Invidet enim terrigenis atque celicolis, quia perdidit sedile celicum. Hic leone sevior, volatili velotior, veneficus invisibilis;
rapit et retrahit, rapta quoque reddere respuit; E
punit punibilis. Pellito venenum per medicamentum more medentis, ut non appareat post medicinam ulla cicatrix. Te quoque muliebris amor occupat, ut non convertas ad Dominum. Quid est sane carnalis amor nisi horror et origo peccaminum? Exardescit amans valde quasi ignis incendium : res nocibilis, res odibilis, que ducit ad supplicium. Non te ardeat neque urgeat libido veneni fera. Uxor vestra est decora, sed melior castimonia. Quis eligeret ut postponeret pro tali eternalia? Si videres enim eam nudam, non diligeres ut antea. Hanc videto, et post visum estimabis viliorem postea. Que utilitas et quam lucrosa felicitas inter hec commercia? Qui abstineat et destituat uxoralia conubia exaltabitur et collocabitur in sede perpetua. Die crastino cum surrexeris, festinanter teneto tuum ad silvestrem quandam vallem gressum versus occidentalem plagam, ubi habebis mansionem. Sic enim voluntas Dei, quoniam locus ille conveniens, fertilissimus, habitabilis. Hac de causa veni a summo conditore missus in hanc legationem, ut talia cum
benivolentia denuntiem. Nuntiavi : nuntiata F
adimpleto et de implendis nulla sit dilatio. „

5. De adventu ad heremitariam vitam in valle Hodnant et conversatione eiusdem ex angelica adhortatione.

His dictis, angelus non comparuit. Post paululum nempe sanctus Aeltutus expergefactus, angelicum sermonem ad memoriam revocavit, necnon illud dominicum preceptum secum mente revolvit : *Qui diligit patrem et matrem, fratres et sorores, uxorem et filios plus quam me, non est me dignus,* et cetera. Talia premeditans iussit uxorem surgere; surgenti imperavit equos prospicere, lunari tunc fulgore splendente, quid scire posset quali-

2. — [1] *ita corr. supra lin., prius* regendam, *quae vox deleta est.* — [2] *add. corr. supra lin.* — [3] *supra lin.* recondita, *priore tamen voce* (reposita) *non deleta.* — [4] *supple* ea.
3. — [1] *vox in marg. codicis add., cuius initium cultro compactoris resecta est.* — [2] *sic in cod. hoc loco.* — [3] (et g.) *add. corr. in marg.* — [4] *corr. in marg., prius* ad, *sed vox deleta.*

(1) Territorium (Llan) alicuius viri fama sanctitatis decorati dicebatur tota possessio, saepe valde ampla, quae ei ab aliquo principe donata erat ad monasterium vel ecclesiam condendam. — (2) Haec fusius narrantur in Vita S. Cadoci, c. 16 (W. J. REEVES, *Lives of the Cambro British Saints*, p. 45). — (3) Daw seu Taw, amnis in comitatu Glamorganensi. — (4) Cf. supra, cap. 1 extr.

A ter a custodibus custodirentur in illa nocte. Nuda migravit, solutis crinibus, quatinus prospiceret, et ut quod angelus iusserat adimpleri posset. Rediit illa post conspectum, atque in reditu vidit beatus Aeltutus corpus nudatum, ventoso flamine dispergente crines[1] circa latus femineum. Doluit dum aspexit, muliebrem formam vilem computavit, talem adamasse vehementer penituit. Vovet illam relinquere; votum promittit huiusmodi verbis adimplere:

" Femina nunc vilis, quondam dilecta, suavis,
„ Filia luxurie, letalis origo ruine.
„ Enutrit penam; quia, si quis amaverit illam,
„ Formula pulchra nimis[2] turpescit nunc muliebris. „

6. De prima habitatione in valle Hodnant.

His quemadmodum relatum est peractis, voluit premissa mulier intrare lectum. Volentem Aeltutus expulit quasi virus serpentinum, asserendo illam deserere ac dicendo: " Non adherebis iterum. „ Porrexit illi indumenta; sedit induens porrecta; licet tamen induta, finxit se frigescere
B cum tremulo pectore, quatinus per hanc occasionem posset in lecto denuo collateralis iacere. Causam vero novit ille fictam; roborat animum robore virtutum; capit victoriam viator unicus, cui comitabatur Deus. Relictis omnibus secularibus, tenuit viam, donec pervenit ad predictam vallem, Hodnant vocatam (1), que nec sine ratione latine sonat *vallis prospera*. Circa illam nulla montana nec clivosa inequalitas constituta, sed campestris planicies fertilissima; nemus erat densissimum diversis arboribus insitum, quod erat habitatio crebra bestiarum; fluvius interluebat utrasque ripas amenissimus et fontes cum rivulis intermixti sub amenis cursibus. Postquam requievisset et conspexisset per omnia, placuit sibi locus delectabilis, sicut angelus indicaverat superius in sompniis.

Hic nemus arboreum remanentibus, illud apricum;
Hic bona fertilitas circa campestria; rursum
Currit per medium fluvialis sursus aquarum;
Hoc scio dicendum, pulcherrimus iste locorum.

7. De penitentia iniuncta et clericali habitu recepto et de modo vigilandi et ieiunandi
C **et de prima edificatione templi.**

Talibus visis et sibi[1] complacitis[2] adivit famulus Dei beatissimus Aeltutus Dubricium Landavensem episcopum (2). Qui sibi penitentiam de transactis delictis iniunxit, barbam[3] rasit, comam totondit, coronam benedixit. Postremo clericali habitu suscepto secundum angelicum preceptum in sompno revelatum, coronatus rediit ad eundem locum, construens in primis illico habitaculum, presule Dubricio designante cimiterii modum et in medio, in honore summe et individue Trinitatis, oratorii fundamentum[4]. His designatis fundavit ecclesiam munimine lapideo facto et quadrangulari super ambientem fossam (3). Post hec peracta et ante acta, vigilabat ieiunando, assidue orabat sine intermissione, erogans sua exigentibus largiflue. Laborabat propriis manibus heremita religiosissimus, non confidens in alienis laboribus. Nocte media ante matutinas abluebat se aqua frigida, sic sustinens quandiu posset ter dici oratio dominica; deinde visitat ecclesiam, genuflectens atque orans summi conditoris omnipotentiam. Tanta erat eius religio quod nunquam videbatur intendere in aliquo negotio nisi in divino servitio; intentio tota in divinis scripturis quas adimplebat in operibus cotidianis. Confluebant multi docibiles, erudiebantur doctissimi per septem artes (4).

8. De cervo mitigato per sanctum Aeltutum et de prandio regis mirifico in pisce et aqua. E

Cum rex Merchiaunus, cuius prenomen (5) Vesanus, die quodam venaretur, instigavit suos canes post unum cervum. Ille exagitatus fugax preivit, donec intravit sancti Aeltuti cubiculum, quasi humano more querendo ab illo refugium; post introitum iacuit mitigatus ante pedes ammirantis fatigatus pro canibus ac formidabilis. Canes vero latrabiles foris expectabant venturum, sed tunc cessabant a latratibus. Rex audiens ultimum latratum secutus est, nimium admirans latratus silentium repentinum; sequendo venit ad heremum. Ubi videns canes mitigatos et cervum et, quod mirabilius, de fera fieri mitem domesticum, iratus est valde habitanti, quia sine sua licentia habitaverat heremum, que venatibus aptior erat secundum eius iudicium. Incepit cervum petere, petitum tamen noluit sanctus Aeltutus reddere; licentiam vero intrandi concessit, si vellet accipere. Ille autem timoratus, videns inmensam pietatem viri beatissimi et tanta miracula presentialiter pro eo facta, quanquam irascens, non intravit, sed potius largitus illi primum donum F datum divinitus; quod gratanter accepit. Idem cervus mitigatus a sancto Aeltuto traxit vehicula et in vehiculis edificiorum ligna (6). Post hec prefatus rex esuriens prandere voluit; quem sanctus Aeltutus ad prandium invitavit. Invitatus humili-

5. — [1] *add. corr. supra lin.* — [2] *corr. supra lin., prius* levis, *del.*

7. — [1] *add. corr. supra lin.* — [2] et scropha visa cum VI. porcellulis *add. in marg. et corr. supra lin.* — [3] *prius* barbaram, *sed litterae* ra *deletae.* — [4] ubi prius viderat scrophe porcellarumque anfractum *add. in marg. et corr. supra lin.*

(1) Cf. Comm. praev., num. 20. — (2) Mirari aliquis possit Iltutum Menevia seu ex extrema parte occidentali Landavum seu ad extremam partem orientalem meridionalis Walliae migrasse, et forte nodum solverit coniciendo sedem Menevensem nondum constitutam et totam illam regionem Landavensi episcopo subiectam fuisse, aut, quod alii ex aliis fontibus collegerunt, Dubricium fuisse simul Landavensem et Menevensem episcopum. Sed potius crediderim falsum esse biographum nostrum ubi primam Iltuti mansionem Meneviae constituit, temere ex Vita S. David, et ipsa utique valde fabulosa, illud in suam lucubrationem assumens (cf. Comm. praev., num. 19-22). Nam statim apud ipsum legimus Iltutum a S. Dubricio deductum esse *ad eundem locum*, ad illum utique unde ad Dubricium venerat, ibique monasterium suum construxisse. Hic autem locus, nisi totam traditionem de sancto nostro reiciamus, certe non est alius atque is qui antiquitus Caër Wogorn dictus, postea *Llan-Iltydd Fawr* seu, contractis primis vocibus et ultima latine expressa, *Lantwit Maior* vocatus est. — (3) Cf. Comm. praev., num. 13. — (4) Cf. supra, p. 225, annot. 3. — (5) Seu potius cognomen. — (6) Ex hac traditione, ut videtur, orta est ridicula fabula quam narrat Giraldus Cambrensis in suo *Itinerario Kambriae*, lib. I, c. 2 (ed. Dimock, p. 28) : *Ex antiquis*, ait, *et authenticis partium istarum scriptis colligitur, tempore quo sanctus Eltutus heremiticam apud Lanhamelach vitam exegit, iumentum eiusdem, quo cibaria ipsius deferri consueverant, cervo emissario pregnans effectum esse; ex quo et mirae velocitatis equus prodiit, anteriori parte equi naturam praeferens, posterius vero in cervum descendens.*

VITA PRIOR

ter descendit, et a vesania quam solebat habere mitigatus resedit. Misit (1) ministrum ad proximum stagnum causa piscandi. Retraxit continuo cum rete piscem pinguem et eximium cum pondere gravi; attractum et assatum apposuerunt regi. Appositum noluit gustare, quia sine pane et[1] sale indecens sibimet videbatur apponi. At Aeltutus, panem et salem in illa hora non habens, orabat[2] dicens: " Effector omnium creaturarum atque donator donandorum potest efficere, si gustaveris, appositum habeas[3] in gustato pisce a me quod vis habendum. " His rogatibus auditis, non est ausus rex rebellis respuere, sed comedit et habuit diversorum generum ciborum sapores in una specie. Saciatus et sitiens repetivit derisorie vinum aut medonem (2) sibi propinari. At ille, utroque carens, precepit sibi dari de fontana aqua haustum et easdem preces quas super dixerat protulit iterum, ut ex aquatico potu impleretur petentis desiderium. Potavit, potus sibi complacuit et diversorum liquorum sapores, vini et medonis in primis, in aqua solummodo invenit.

B

9. De angelico adventu ad admonendum Merchiaunum regem et ad ipsius correptionem.

Post mirificam potationem prescriptus rex dormitando dormivit. Ad dormientem angelus celestis advenit, admonens et increpans; quem reprobavit dicens: " Tu rex vesanus et nequissimus hactenus fueras, et nunc permanes[1]. Emendato, sic commendo, et emendationem ne differas. Malles ut hic bestie inutiles habitarent quam Dei cultores qui habitare debent. Ne prohibeas, sed permittas remanere, destinatum et concessum locum istum excolere. Si nolueris concedendum concedere, destrueris nec longevus eris et absque progenie. Inpendito ergo licentiam remanendi; quia vallis ista habitabitur usque in finem seculi. Quis audeat offendere et expellere virum religiosissimum et catholice conversatum a suo loco desiderabili? Elegit illum Deus et huc misit, ut sibi serviat in habitu heremitali. Abbas insuper erit venerabilis, magnificus et exaltabilis. Quicumque illi nocuerit, nisi emendet, in perpetuum peribit. C Caveto itaque ne pereas; nulla amodo nocumenta faciat tua rigiditas[2]. Rigidissimus olim fuerat Golias; devicit tamen fortissimum humilis puerilitas. Ille fungebatur hasta et gladio, David vero minima funda in prelio. Puer parvulus, confidens in victorem summum, victor fuit confidendo, iactu fundali[3] manuum. Sic Aeltutus, Dei famulus humillimus, confidit ut convincat per humilitatem, quatinus hic maneat et habeat firmam stabilitatem. Non pugnat armis visibilibus, melius luctatur invictis virtutibus. Virtuosus, non timidus in luctamine, pellit hostes amator iustitie. Sanctior nemo per totam Brittanniam beatissimo presenti, quia vivit regulariter in regula monachili. Congregabuntur multi per suam conversationem; refugium erit et sustamen, quasi columpna fulciens domum stantem. Inviolabilis erit eius protectio a regibus et a principibus in hoc regno; reges et principes parebunt suo documento, subiecti populares adherebunt consilio. Pacificus et mitior miti columba, illuminabit ut candelabrum splendidissimum et quasi lucerna. " D

10. De excitatione regis eiusdem et concessione habitandi.

His dictis, ab angelo rex correctus a malitia, excitatus est a somno, talia audientibus proferendo: " Famule Dei, beatissime Eltute[1], tibi concedo istam solitudinem libere pro summa et celesti retributione. Vidi visionem ambobus utilem, voce angelica precipiente quo te nullatenus oporteat hanc vallem relinquere. Quamdiu regnavero, non te offendam; liberrime teneas hanc parrochiam. Constitue[2] agricolas super tellurem istam; nam tellus hec colenda, et nulla fertilior per patriam. Habundat[3] culta in messibus, melliflua, odorifera visa in floribus. Fertilis Italia, habundans frugibus; hec habundantior et moderatior, absque nimiis caloribus. E Frigus nimium non confundit segetes, calor superfluus non extorret fruges. Festinando maturavit[4] incongruo tempore, gaudent messores letiores messoribus Italie. Gaudeto igitur conversari in tali tellure. Gaudere debes, sic vaticinor; nam gaudebunt innumerabiles in tua conversatione. Tam utilis conversatio non fuit in his regionibus; predicabis dirigendo devios doctrinis celestibus. Magistralis tibi cura concessa a pontifice; hoc etiam concedo et confirmo regali concessione. Vestrum gimnasium erit venerabile; tributarii tibi servient et omnes indigene. Confluent multi ex diversis partibus; erudiantur documentis liberalibus. Quamvis nunc ignotus sis, notus eris; te notificabo, et leteris. " Inde moderabilis sanctus Eltutus[1], non magis letus sed moderanter se tenens, gratias omnipotenti Deo egit, accipiens libenter quod rex obtulit, exorando divinam clementiam, quo dignaretur misereri ad indulgentiam de transactis criminibus que deliquit. Postquam angelus talia dixisset, rex mollitus est ab ira per angelicam correptionem. Reversus est ad suam curiam, magnificans et collaudans, per F manifesta miracula que viderat, summi conditoris omnipotentiam.

11. De constitutione culture et de numerositate familie.

Venerabilis itaque abbas Eltutus[1] tunc a nullo impeditus mansit pacifice. Colit et seminat, metit et vivit proprio labore. Statuit operarios cultores per agros; agriculture semina multiplicant, reddunt labores multa mercede. Pascit egenos, cooperit nudos, visitat infirmos et positos in carcere. Centum familiares, tot operatores, clericos et pauperes centenos[2] cotidie. Hospitalis fuit promptissimus, nunquam negans hospitalitatem exigentibus. Largiter dabat quicquid dabatur in manibus, non commendans ad custodiendum ullis custodibus. In largifluo pectore nulla erat nociva elatio, sed potius humilitas, benignitas et imma-

8. — [1] *corr. supra lin., prius* in, *deleta.* — [2] vel dixit *add. corr. supra lin.* — [3] *cod.* habens.

9. — [1] *prius* permanens, *littera penultima* n *erasa.* — [2] *corr., prius* rigidas. — [3] *add. corr. supra lin.*

10. — [1] *ita in cod. hoc loco.* — [2] *prius* constitues? — [3] *prius* habunda, t *add. corr.* — [4] *leg.* maturari?

11. — [1] *ita in cod. hoc loco et in capitibus sequentibus usque ad med. cap. 15, deinceps vero plerumque* Iltutus. — [2] *supple* alit *vel aliam similem vocem.*

(1) Iltutus scilicet. — (2) *Medo* dicebatur mulsum ex aqua cocta et melle confectum, gallice *hydromel*.

culata

A culata religio. Confluebant ad illum scolares plurimi; quorum de numero quattuor isti, Samson videlicet, Paulinus [3], Gildas et Dewi [4], studebant sapienter eruditi, aliique quam plures sicut illi.

12. De ecclesiasticis ordinibus receptis et elevatione in abbatem.

Rebus crescentibus ad congruentiam et ecclesiasticis ordinibus susceptis, et insuper ordine monachili recepto [1], per sanctitatem et gratiam abbas constitutus venerabilis, constituit quinquaginta canonicos, qui congruis temporibus et statutis horis visitabant ecclesiam, habentes singulariter suas prebendas, scilicet singuli suam villam cum beneficiis que dabantur a populo ob tenendam animarum memoriam. Annua tributa dabantur abbati; data dividebat consuetudine communi. Annalia convivia preparabantur illi, invitabatque ad preparata multitudinem indigentium, quibus indesinenter, donec quid largiretur [2] deficeret, precipiebat partiri.

B **13. De fractura fosse mari irruente, et de recessione maris et ortu fontis per sanctum Iltutum.**

Talis prefata localis congruentia complacuit conversato, campum planiciebus undique ambientibus et nemore inciduo mediato. Affligebatur tamen crebra equoris inundatione et fluviali appropinquante [1] cimiterio. Inde dolore [2] et timore commotus, ne occuparet et dilataret totam vallem ulterius, operatus est immensam fossam limo et lapidibus mixtam, que retruderet irruentem [3] undam, que solebat fluctuare ultra mensuram, fluvio habente solummodo per medium confluendi ad mare viam. Post peractum opus, rigiditas fluctuosa confregit fossam. Secundo renovavit, et refregit undositas operationem secundam. Tertio repetivit, nec repetitio profuit, sed venit ad ruinam. Doluit sanctus Eltutus, talia dicendo:
" Hic habitare amplius nolo. Vellem libentissime,
„ sed pro hac marina conturbatione offensus [4]
„ non potero. Destruet edificia, confluet in ora-
„ toria quam construximus laboriose [5]. „ Invocat et exorat celestem protectorem in auxilium, ut consuleret, ne relinqueret quem elegerat conve-
C nientem locum. Interea disponens die crastino recedere, nocte proxima dum sopiret curiose, vox angelica alloquitur sopientem tali sermone :
" Precipio tibi et interdico ne deseras quod vis
„ deserere. Non vult enim Deus ut recedas ab
„ hac valle, quia exaudite sunt vestre preces a
„ summo auditore. Qui liberat omnes sibi con-
„ fidentes et exorantes, te liberabit ab hac nociva
„ et anxia curiositate. Crastino die, postquam
„ veneris de oratorio, baculum tenens festinanter
„ ad mare fluctuans tendito; quod fugabis per
„ virtutem divinam ex minaci baculo. Pro te
„ fugiet continuo, sine reditu refluxionis ad con-
„ sueta loca iterato; quasi profugus formidabit
„ a persequente inimico. „ Mane itaque summo, ut preceperat angelus in sompnio, tetendit ad equor fluctivagum. Incepit ille procedere, cepit mare fugere, velut fieret sensibile animatum; undositas quieta constitit et statio in littore fuit. Quando vero litus siccatum apparuit, cum baculo pupugit, subindeque citius fons liquidissimus emanavit et salubris ad expellendos morbos; qui sine defectione scaturiens manat et, quod mirabilius, licet prope pontum sit, limpidam aquam emittit. His peractis, beatissimus Iltutus genuflectens exoravit celestem Dominum, dicens :
" Exigo a te, conditor summe et universorum
„ dator donorum, qui confirmas data ad augmen-
„ tum, ut in hoc margine sit equoris confinium et
„ non revertatur illuc, ubi elegi habitationis sta-
„ bilimentum, nec noceat nec disturbet. Hic quie-
„ scat, hic remaneat applicatio navium. „ Contigit ergo, ut postulavit, quod palustris illa terra siccata ferax agricultura [6] fuit; que vero non arabilis, pratum et pabula iumentorum [7] clerus in illa habundanter habuit. Deinde reversus est electus Dei famulus, gratias omnipotenti Deo agens, et quiete et prospere vivens ex conturbatione; que non amplius accessit nec nocuit [8] per virtutem Dei et orationem sanctissimi Eltuti, que inventa fuit E sine macula, ipso huiuscemodi verba dicente de operatione mirifica :
" Nunc habitare queo. Volui discedere, nolo.
„ Non mare turbabit, vicinia victa recessit.
„ Unde nimis timui, non amodo causa timendi.
„ Edificare volo, non formidabilis, ergo. „

14. De querelis volucrum segetes decerpentium in custodia abactorum.

Autumnali tempore messe maturante, inceperunt volucres messem sancti Iltuti decerpere, et fere vacuatis spicis deserere. Hoc comperto, sanctus Eltutus [1] de dampno doluit, suisque scolaribus precepit alternatim singulis diebus custodire segetem in assiduo fundali iactu lapidum per totum diem. At discipulus Samson cum teneret vicem suam, volens implere magistrale preceptum per benivolentiam [2], custodivit ut melius potuit, incolumem [3] tamen et intactum servare non valuit. Querit divinum consilium et auxilium, quomodo posset concludere multitudinem volatilium, aliter nesciens posse defendere, pro grege nocentium. Consuluit apud semetipsum, inspiratus divino consilio, et invenit consulendo quod F efficere debuit. Datum est illi divinitus agitare volatiles de segete sine volatibus; temptant volare nec potuere ullis nisibus. Talia Samson benivolus videns, compulit illos ante se abire quasi domita quadrupedia spontanea voluntate. Coacti venerunt ad ostium [4], ostioque aperto intraverunt horreum.

Sicut equi vel oves precedunt ante sequentes;
Sicut oves vel equi mitescunt gressibus usi.
Stant bene conclusi volucres sine rete retenti.
Virtus divina domuit que continet astra.
Cantant lugendo, ieiunant esuriendo.
Cantus lugubres fundunt in carcere digno;
Luctus in hac turba pro libertate petenda.
Penituit violasse nimis cerealia grana.
Liberat Iltutus clausuris agmina lesa.
Non nocuere magis post hec miracula facta (1).

[3] *add. corr. supra lin.* — [4] i. e. david *add. corr. supra lin.*
12. — [1] *add. corr. supra lin.* — [2] *prius* largiatur, *sed prima manu supra lin.* largiretur.
13. — [1] *corr. supra lin. et in marg., prius* apropro-quante. — [2] *prius* dolorem. — [3] *add. corr. supra lin.* — [4] *prius* offesus, n *add. corr. supra lin.* — [5] *cod.* laboriosa. — [6] *ita cod.* — [7] *add. corr. supra lin.* — [8] *cod.* potuit nocuit, *sed vox* potuit *deleta, linea subducta.*
14. — [1] vel iltutus *add. corr. supra lin.* — [2] vel obedientiam *add. corr. supra lin.* — [3] *cod.* incolumen. — [4] *prius* hostium.

(1) Huiusmodi narratiuncula occurrit et in Vitis S. Samsonis (*Lib. Landav.*, ed. Evans, p. 9) ac S. Gildae (*MG.*, Auct. ant. t. XIII, p. 92-93) et in aliis sanctorum Vitis non paucis. Cf. *Act. SS.*, Nov. tom. I, p. 306.

15. De

15. De electione Samsonis in pontificem, et ortu fontis ex eiusdem lacrimis, et corpore eiusdem advecto divino nutu.

Post hoc miraculum ubique notificatum, venerunt legati de Letavia [1], ut eligerent Samsonem iuvenem nobilissimum et immaculatum in omni vita sua et electum constituerent Dolensem episcopum, licentiam quoque flagitarent a magistro suo Eltuto concedendi, pro fiduciali quam in patriotas habebat clementia, quoniam [2] quidem tunc predicta ecclesia egebat pontificali persona. Ille rogatus et invitus, nequit refutare; condolens et lacrimans cum legatis incepit migrare, malens sub magistrali virga subiectus vivere quam in ecclesiastice sedis altitudine perfrui pontificali honore. Dum parumper quiescit [3] in superiori parte vallis, loquens cum doctore de multis preteritis, ante separationem societatis, preceptoris ultima verba tenens pro solatiis, cepit lacrimari, donec lacrime ceciderunt in terram nimio fluxu fluviali lacrimabili; unde fons ilico erupit emanavitque decurrens quasi fluxu fluviali, qui appellatus est
B nomine eiusdem Samsonis mirifici. Pro dilectione quoque eximia quam in doctorem karissimum habebat, imperavit suum corpus post venturam necem ad cenobium sancti Iltuti deferri et in suo communi et delectabili cimiterio sepeliri [4]. His ita peractis, ingressi sunt ad Dubricium Landavensis ecclesie episcopum, ut ab eo primos ecclesiasticos ordines reciperet et diaconatum. Dum vero ordinaretur, apparuit pontifici Dubricio [5] et Iltuto abbati columba nivè candidior, considens [6] supra caput iuvenis in ordinatione. Post hec navigavit ordinatus ad Letaviam et elevatus est in episcopali sede secundum constitutionem catholicam. Post finem vero vite datum, corpus positum est in sarcofago, quod commovit et levavit ventus validus ad mareque transvexit per virtutem divinam motu levissimo. Inde venit supra undas quasi fulica volatilis pervolando, et descendens applicuit velut navis transmeabilis prospera et incolumis in Iltuti ostio [7]. Illud Dominus peregit, quod implere voluit quod ipse promiserat de corpusculo, scilicet quod portaretur ac sepeliretur in eodem cimiterio. Hec naute interea videntes et sentientes sarcofagum odoriferum, intimave-
C runt sancto Iltuto quod viderant mirandum. At ille commemorans ultimam de corpore Samsonis dilectissimi commendationem, flevit et oravit ac festinanter ivit ad pelagi portum per merorem (1). Susceptum deinde et allatum, honorifice a clero est [8] reconditum in medio quadrangularium lapidum erecte insistentium in cimiterio, cruce lapidea superposita et depicta sub pontificali inditio (2); cuius anima requiescit libera a futuro incendio.

16. De visitatione coniugis sancti Iltuti et ipsius amissione visus et recuperatione per eundem sanctum.

Coniunx quondam beati Iltuti, nomine Trinihid, feminarum castissima, ducens vitam suam sub castimonia, post maritale divortium nullam cupiens coniugalem copulam. Sic conabatur intentio, sic erat mentis industria. Assidua in D oratione, moderabilis in eloquio, intenta in omni opere bono, Christus erat illi solatium, Christus alimentum. Cotidie hora nona in pane ordeiceo et aqua solvebat ieiunium; fercula respuebat, dulcedinem nullam gustabat, dilectio sancte Trinitatis erat eius dulcedo, quam intrinsecus diligebat. Solitudinem montanam dilexit, et elegit ut ibi [1] habitaret; construxit ibi habitaculum, fundavit oratorium, ubi Dominum redemptorem fidelissime exoraret. Exoravit assidue, inculpabilis et irreprehensibilis inventa, in sua tota conversatione sanctimonialis permanens, viduas et sanctimoniales et egenos innumerabiles confortans in sua procuratione. Interea visitare voluit sanctum Iltutum, et iter capiens visitavit. Ubi operosum vidit fossorem pro assidua fossura lutulentum per faciem; macies quoque tenuaverat faciei superficiem. Inquisivit ab eo suave colloquium; displicuit inquisito audienti, inquisitus nullum reddidit responsum. Noluit videre illam nec videri, nec audire suum sermonem nec audiri. Conspexit illa vilem habitum, cilicio et pellibus indutum, non, sicut antea viderat, mili- E tem speciosum. Per visitationem incongruam amisit visum; doluit graviter amisisse per meritum. Rogatus tamen sanctus Iltutus, imploravit dominicum solatium, quo posset illa recuperare visum pristinum. Exauditis a Deo precibus, vidit clare; reversa est, correcta [2] tali correctione. Facies tamen non fuit tam candida postea [2] sicut ante, nevis et pallore contexta ac veluti febricitans pallida. Remansit itaque in predicto loco, nunquam amplius visitans sanctum Iltutum, quia nolebat displicere Deo et Dei dilectissimo.

17. De preposito Cyblim, qui liquefactus est ut cera a facie ignis quia offenderat Iltutum.

Prepositus Meirchiauni regis Glatmorcanensium, nomine Cyblim, malivolus, quod latine sonat *totus acutus;* realiter adimplens secundum hoc quod erat nominatus. Accusabat enim subiectos acutissime [1] apud regem Meirchiaunum, ut [2] sua perderent; nullos protegebat qui protegi deberent. Sua prepositura erat omnibus odibilis, tota sua vita abhominabilis. Offendebat frequenter abbatem Iltutum, aggravabat F etiam suum clerum. Multa iniuste direpta fingebat exegi a domino, illo inscio et sine ipsius precepto [3]. Omnibus irascebatur, et omnes illum maledicebant; unus erat rigidissimus contra omnes qui [4] sua mala opera reprobabant. Exaltabat se regendo prelaturam; imo se subprimebat, quia diligebat nequitiam. Qui ergo exaltatur male operando, subprimitur et retruditur, retentus in periculo. Periculosus iste prefuit ut recte regeret; non direxit, dum ipsemet corruit, quem primitus regere et dirigere deberet. Meruit ergo corrui, dum fecit sanctum affligi. Afflictus a malefico, blanditus est pacifice. Sed Deus summus ultor fecit illum quasi mollitam et liquefactam ceram ardore igneo liquescere, et sic eius malitiam amplius non apparendo desinere. Nam voluerat sanctum atque liberrimum Iltutum fieri tributarium et

15. — [1] i. e. Brittannia minori *add. corr. supra lin.* — [2] *cod.* quam. — [3] *cod.* quiescet. — [4] *cod.* sepiliri. — [5] *prius* Dubrio, *add.* ci *corr. supra lin.* — [6] vel stans *add. corr. supra lin.* — [7] vel portu *add. corr. supra lin.* — [8] *cod.* et.

16. — [1] *cod.* ubi. — [2] (correcta - postea) *hae voces additae sunt in margine et denuo a corr. supra lin.*

17. — [1] *cod.* accutissime. — [2] *cod.* ud. — [3] (multa - precepto) *in rasura, sed prima manu.* — [4] *cod.* quem.

(1) In Vita S. Samsonis perspicue significatur Iltutum ante Samsonem obiisse (*Anal. Boll.*, t. VI [1887], p. 112). —

(2) Forte aliqua confusio ab auctore Vitae hic commissa est cum cruce S. Iltuti de qua supra, Comm. praev., num. 25.

tributa

A tributa mittere ad regale castellum. Noluit autem vir maxime libertatis sponte hec pati, nec concedere tantam iniuriam, nec irasci; sed effundebat preces sedulas ut[5] redderet Deus malefico indulgentiam. Conabatur enim implere evangelicum preceptum, quod ita dicit: *Orate pro persequentibus et calumpniantibus vos,* et iterum: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.*

Matth. 5, 44.
Matth. 5, 10.

18. De fuga viri Dei ob persecutionem Meirchiauni regis ad speluncam.

Liquefacto sacrilego preposito, rex Meirchiaunus commotus est nimio furore, volens Iltutum innocentem virum interficere, locum et clerum destruere. Quem penituit vehementer habitandi heremum licentiam dedisse; quia plus diligebat ibi bestias habitare quam famulos electos Dei in sancte et individue Trinitatis honore servire. Capit[1] celeriter arma, imperat militibus se armari; armatique pariter tendunt in sanctum locum et in principem ac habitatores loci conantes ulcisci. His auditis, devitavit beatissimus Iltutus malivolam turbam; devitans utrumque, et tumultuantem B populum qui suis orationibus exhibebat impedimentum. Voluit remotus devitare super terram, sed timebat inquiri et inveniri, inventus denuo et invitus ad abbatiam reduci. Querit ubique latebrosam securitatem, ubi posset abscondere faciem. Inquirendo tandem pervenit ad Eugenni fluminis (1) marginem, ubi vidit speluncam secretissimam; ut autem visa fuit, introivit, et eam per unius anni circulum et insuper spatio trium dierum et noctium inhabitavit. Tota nocte iacebat super frigidam petram, ut desideravit, sic adimplens sibi talem iniunctam penitentiam, quasi diceret:

" Hic lapis in lecto positus sub pectore nostro.
„ Hec mea dulcedo, iaceam pro numine summo.
„ Mollis erit merces ventura beata beato,
„ Que manet in celo michi dedita quando redibo. „

19. De celesti pastu in spelunca, et communi planctu post Iltutum, et de cimbalo eidem a sancto David directo sonante nutu divino, et de reversione eius a spelunca ad cenobium.

C Orabat igitur beatus Iltutus assidue, ieiunando cotidie. Omni autem hora nona mittebatur illi celitus panis unus ordeiceus et una particula piscis, ex quibus reficiebatur. Post modicam commestionem visitabat vicinum fontem, hauriens sibi aquam cum concavis manibus; sic Paulus et Antonius primi heremite fungebantur haustibus. Deinde redibat ad antrum, cavens videri ab aliquo ad introitum. Querebatur diligenter in saltibus et in silvis et in convallium latebris, et non inveniebatur quesitionibus assiduis. Quandiu ita latebat, potentes condolebant, nescientes quo devenerat; pauperes et vidue miserabiliter lugebant dicentes: " Quis erit nostra protectio? Quis „ repellet nostram inopiam pectore largifluo? „ Largiter dabat, nulli sua negabat, affectuose „ subministrabat amminiculum[1] omnibus ab eo „ quid exigentibus; commune namque cunctis „ indigentibus erat sustentaculum. Cum dolentibus condolebat, cum gaudentibus congaudebat. „ Apostolica incessanter seminabat documenta, „ semina multiplicando centesima. Puniendis et „ punitis erat alleviatio celebris, redimendo eos „ oratione et ieiunio ac muneribus largifluis. Si „ superstes est in hoc seculo, retinetur in carcere „ subterraneo. Si defunctus, vivat, ut optamus, „ in eterna requie. „ Dum talia et alia plura dicebantur, transibat quidam viator, qui legatus erat Gildę historiographi, deferens eneum cimbalum ab eodem Gilda compositum, ut deferret sancto Dewi[2] pontifici in presentationem ob memoriam preterite societatis et dilectionis. Illo transeunte iuxta antrum vie publice vicinum, sonuit cimbalum, sine humano motu commotum. Audiens autem sanctus Iltutus dulcem sonitum, pervenit ad deferentem movitque tribus vicibus probando dulcissimam sonoritatem, interrogans eundem quo tenderet aut quo deferret rem speciosam auro prestantiorem. Qui respondens ait: " Tendo „ et defero hoc cimbalum sancto Dewi[3] ex iussione Gilde preclari. „ His prolatis, recessit et pervenit ad Menevensem vallem, donans tali dono pontificem. Donatus movit cimbalum; ex motione nullum reddidit sonum. Pontifex, admirans illud E admirabile, inquisivit a legato utrum motum aut probatum fuerat ab aliquo per viam in legatione. Ille inquisitus intimavit sicut contigerat superius, et intimata presul veraciter credidit dicens: " Scio quod noster magister Iltutus illud voluit „ possidere pro sonitus dulcedine; nolebat tamen „ petere, audiens quod debuit mihi mitti a Gilda „ datore. Non vult Deus ut hoc habeam. Reverte „ sine dilatione ad speluncam et reddito sancto „ Iltuto quam desideravit rem destinatam. „ Legatus reversus est ad Iltutum et implevit pontificale preceptum, relinquens ibi habitatorem unicum propter crebram visitationem angelorum. Postea legatus intimavit in cenobio quod viderat et qualiter sibi contigerat. His auditis, cenobite letanter adierunt predictum locum, ibique repperunt abbatem karissimum. Letantur confratres in inventione religiosissimi abbatis; letatur et ipse, sciens repperiri non posse nec remeasse nisi divino nutu. Veniebant universi compatriote gratias agentes pro redeunte domino, talia dicendo: " Prius eramus mesti, nunc hilares et „ securi ab omni adversitate et periculo, nullum „ timemus preter Deum timendum. Sub hoc refu- F „ gio nemo ausus erit nobis adversari sub tanto „ dominio. Reges et principes parebunt virtuoso „ principi; locus iste principalis super loca huius „ pagi. Nostra gaudia latebant in occulto antro; „ non[4] dilatant per terminos sine merore preterito. Antrum istud non obscurum sed plenum „ lumine; habitante enim Iltuto non desinebat „ fulgore angelico splendescere. „

20. De nequissimo Cefygid preposito regis Meirchiauni, quem terra palustris deglutivit.

Interea rexit abbatiam pacifice, ammonens confratres et omnes communiter sub vera religione, orans et ieiunans in congruo ieiunandi tempore. Cepit tamen quidam prepositus, nomine Cefygid, adversari et offendere sanctum et clerum frequentissime, in arcendis pascuis et conclusuris pecorum et armentorum sepissime. Tenebat pecora per triduum, nolens pro perversitate a possessoribus recipere vadimonium; dum

[5] *om. cod.*
18. — [1] *prius* caput.

19. — [1] *cod.* amminuculum. — [2] i. e. david *add. corr. supra lin.* — [3] vel david *add. corr. supra lin.* — [4] *leg.* nunc?

(1) Ewenny, non procul a Lantwit Maiore ad occidentem.

fierent

VITA PRIOR

fierent soluta, macies apparebat per latera; nec mirum, quamvis tenuata post triduana ieiunia. Offensus itaque Iltutus ab iniuriosissimo preposito creberrime, noluit tamen illum maledicere, sed potius pro crebris persequutionibus et dampnis solebat benedicere, exorans ut corrigeretur et converteretur ab iniquitate, ne finiret nequissimus vitam suam in semita malicie. Summus vero celestis vindex, videns illum nolle emendare quod deliquerat, concessit ut tellus palustris eundem deglutiret et nequam spiritus eius cruciatus dignos suis operibus intraret. Eadem palus apparet hactenus conspectui humano in signum nequitie malefactoris pro malefacto.

21. De commotione furoris Meirchiauni vesani regis, quem terra deglutivit.

Rex Meirchiaunus, vesania plenus, audiens in suo dampno de suo fiduciali preposito tale infortunium contigisse, doluit et iratus cupivit in sanctum Iltutum irruere aut interficere aut penitus de suo dominio expellere. Induit arma quasi belli- B cosus miles in pugnaci milicia; de castello celeriter equitat ad portam civitatis. Dum ita staret paratus ad homicidium perpetrandum, sicut antea frequentaverat, terra absorbuit malivolum non apparentem amplius ante familiarem conspectum, et pro tantis malefactis que perpetraverat flatus eius punibilis migravit illuc quo[1] puniuntur anime iniquorum sine ullis remediis. Post aliquod temporis intervallum, aggravatus est sanctus Iltutus a multitudine confluentium et impeditus in suis orationibus. Propter quam causam adivit Lingarthicam speluncam, ibi remanens spatio trium annorum sub vigiliis et ieiuniis, sumens omni hora nona celestem sibi pastum per angelum sibi delatum et super petram interiorem repositum. Ubi vidit venerabile miraculum.

22. De miraculo viso in Lingarthica spelunca (1).

Quodam die, dum sederet ad os spelunce, vidit naviculam venientem et appropinquantem littori. Ut ad latus pervenerat, respexit duos viros honestissimos, in navicula remigantes, et unum altare C divino nutu supra faciem navicule fulcitum. Sanctus autem Iltutus migravit in obviam, proferens verba salutatoria per letitiam. At illi, post modicam interlocutionem, dederunt corpus odoriferum cuiusdam sanctissimi viri sancto Iltuto, revelantes illius nomen; et post revelationem prohibuerunt ut nunquam illud propalaret. Sicque reconsignato corpore beato Iltuto remeaverunt. His peractis, attulit corpus et altare quod fuerat supra faciem sanctissimi viri, et sepelivit in spelunca honorifice, altari superposito sepulto corpori, sicut fuerat ante fulcitum divino numine; per quod plura miracula gesta sunt pro sua sanctitate.

23. De duobus latronibus in duos lapides transformatis.

Nocte quadam duo latrunculi[1] furati sunt gregem porcorum sancti Iltuti, compellentes de sua hara. Tetenderunt ad silvestria loca, estimantes rectam semitam tenere. Deviaverunt per totam D noctem vagando, donec redierunt cum grege ad eundem locum quem deseruerant, aurora coruscante. Grex vero fatigatus requievit usque ad horam tertiam, subulco admirante porcorum prolongatam sompnolentiam. Post habitam requiem, sicut consueverat tetendit ad pabula; appropinquante autem nocte reversus est grex ad haram. Dum eidem nequissimi, de quibus prefati sumus, denuo venerunt, et compellentes sues de eodem loco migraverunt errando, sicut antea, ad montem longinquum, fueruntque devii velut imperiti, ac si nunquam fuissent in sui itineris peritia certificati. Tandem erronei reversi sunt nescientes ad predictum locum; quia tunc illis sicut prius eodem modo contigit. Ceterum rex celestis et summus corrector, videns maleficos nolle reverti a sua malignitate, mutavit eorum corpora in duos lapides, spiritus autem, veluti meruerant, permisit adire penas infernales. Hoc memorabile miraculum credibile est a posteris; hactenus enim apparet locus harę, que vocatur sub Iltuti nomine; nunc usque etiam videntur lapides immobiles sub duorum latronum appel- E latione. In duros lapides mutari[2] latrones nequitie testes meruerunt, sic vocati remanentes.

Pro grege porcorum sunt corpora versa duorum,
Sub nive, sub pluvia, sub grandine, sunt sine vita.

24. De tribus granariis, quorum plenitudo ex frumento advecta est a Brittannia ad Letaviam, que quondam Armorica vocabatur.

Beatissimus Iltutus, volens visitare ecclesiam Sancti Michael in monte Tumba, habens in possessione tria horrea frumenti plena, ante recessionem precepit suis prepositis ut efficerent quatinus totum frumentum excuteretur et excussum in granariis reponeretur atque contra suum reditum de sua hereditate Letavia[1] reservaretur. Impletum est autem dominicum preceptum, completum est insuper visitandi desiderium; post visitationem vero cepit reverti in reversionem. Vidit homines inedia pene ad mortem afflictos et, nisi subveniret, quamtotius moribundos. Affli- F ctus est videndo huiusmodi egestatem, condoluit, celestem auxiliatorem ut auxiliaretur exoravit. Auditis precibus in celesti atrio, allatum est supradictum frumentum divinitus, quod optaverat portari in suis orationibus, et inventum est postea in portu Letaviensi supra litus unum. Tota Letavia se pavit et insuper agriculturas seminavit. Magnificant et gratias agunt auxiliatori, cuius orationibus fuerunt ab infesta fame tutati. Inde rediit navigando per mare Gallicum, universis insistentibus in litore et unanimiter felicem transitum benedicentibus. Felicior adventus non fuit in Letavia; nollent cives ut remearet, sed remaneret in patria. Noluit tamen ipse remanere ob tanta desideria, verum in Brittannia elegit habitare, quamvis exul ex paternali linea. Cum vero tempus appropinquasset quo Dominus dilecti sui beati Iltuti labores electis suis pollicita[2] centupla

21. — [1] *add. corr. supra lin.*
23. — [1] de regione Brecheniauc *add. corr. supra lin.* — [2] credere *add. cod.*

24. — [1] est minor
ittannia *add. in marg.* — [2] *cod.* pollicito.

(1) Hanc fabulam manifeste desumpsit scriptor ex *Historia Brittonum*. Cf. Comm. praev., num. 28.

recompensatione

A recompensatione remunerare decrevisset, prout arbitramur, divino instinctu ad patrium solum, Letavia videlicet, quam nos Minorem Brittanniam vocamus, denuo reversus, ibique apud civitatem Dolensem, prefinitis sibimet a proprio creditore, qui mortalibus terminos qui preteriri non poterunt constituit, (Iob 14, 5.) diebus virtutibus sanctitateque transactis, clarus miraculis et signis atque prodigiis celebris, terre corpus, spiritum quippe Domino commendans, octavo idus novembris (1), funesto seculo defungens ac vite perpeti celestique nascens, in eternum victurus gaudens transivit ad Dominnm: cui est honor, potestas et imperium per omnia secula seculorum. Amen.

25. De preda reddita et equalitate [1] equorum.

Anglorum rex Edgarus, bacchanti [2] furore commotus, commovit exercitum suum, propter Glatmorganensium inobedientiam, atque ad eandem regionem adduxit, violando sanctorum territoria et ipsa templa, B nullam etiam villam inviolatam permittens per universam patriam. In hac itaque invasione ablata fuit nola sancti Iltuti ab ecclesia eiusdem ac perlata a quodam predone ad Anglicam tellurem. Remeante quidem exercitu, posita est ac ligata circa collum unius equi, qui in Aureo Monte preerat armento regali et equestri. Aureus Mons iste appellatus est scilicet propter conventum ibidem in exercitum astantium, aureis indumentis et deauratis armis fulgentium. In meridiana autem hora, dum rex quiesceret in tentorio campestri in planicie affixo, divideretur que maxima predatio, visum est regi quod quidam terribilis miles suum pectus lancea perforasset, atque post perforationem, nemini visum graviter condolens, revelavit quod viderat, omnibus negantibus se vidisse quod ab ipso videri confirmabat. Novit igitur se esse culpabilem et violentum predatorem; timoratus imperavit sacrilego exercitui reddere Deo et sanctissimo Iltuto totam predationem, promittens deinceps emendationem, atque in honore eiusdem sancti edificavit templum, et servientibus in templo concessit in quo stetit territorium. Hec C emendatio tamen profuit suo spiritui; recessit enim ab hoc seculo IX^no die propter nequitie vindictam. Interea predictus equus nolam deferens preivit coram omnibus ibi manentibus, et nullis compellentibus, versus occidentalem plagam, toto armento equestri consequente nole dulcem sonoritatem, quod mirum et admirabile audiendo et videndo tantam virtutem. Hoc mirabilius, quod potuit transire Savernam.

Venit ad hanc ripam sine perditione petendam.
Consequitur sonitum collectio fortis equorum.
Diligit auditum vocis dulcedine plenum.

Deinde festinanter per litora, montes et nemora pervenit ad quam tendebat Gulatmorcantiam, omnibus equis audientibus et consequentibus dulcem sonoritatem. Dum itaque equi pervenissent ad ripam Tamii fluminis, auditus est sonitus cimbali a clero. Quamobrem hilarescit clerus et venit in obviam equo preeunti et ferenti idem tintinnabulum usque ad Sancti Iltuti ecclesie ianuam. Ubi detulisset, illico deposuit rigide resolutum a collo, ceciditque super saxum et ex casu habuit unius partis fracturam; quod ostendit usque in hodiernum diem in huius miraculi eximii memoriam. Inde canitur gloriosa psalmodia in choro. Quanta gaudia et preconia fuerant pro hoc miraculo. Singuli de canonicis innumerabilibus habuerunt unum equum. Sed pro precellente vix fuit peractum inter canonicos [3] litigium. Unde dicebat unusquisque " Meus iste erit. " Alius vero referebat: " Non patiar fieri electionem tantam. " Tertius confirmabat dicens: " Non sic ultro implebitis voluntatem vestram. " Hec duravit contentio sine concordia usque in diem crastinum [4], fere orta ad multorum homicidium. Die autem secundo adventus equestris gregis venit clerus ad gregem equorum, volens equaliter et pacifice partiri. Et dum partiretur, vidit omnes equos equales esse et nullum, ut ante viderat, precellare. Deinde divisio finita est sub concordia et pacificatus est clerus per divisionem pacificam [5]. Tali modo amore Iltuti remisit Deus raptum cimbalum et totam predationem E ad eiusdem sanctissimum templum.

26. De victoria cleri Sancti Iltuti in exleges et in castello Meirchiauni.

Rege Anglorum Willelmo regnante per Brittanniam et Roberto principe Haimonis filio regente Gulatmorcantiam, ceperunt aquilonares Brittanni acriter regi resistere, et australes postea communi et firma coniuratione vastabant et incendebant villas et menia. Veniebant hostes de nemoribus ut nocerent Angligenis et Normannigenis civibus; populabantur ac revertebantur ad montes longinquos et ad nemora cum immensis predationibus. Interea commotus est exercitus a Walensibus, circiter tria millia armatorum equitum et peditum, ut devastarent et incenderent Gulatmorcantiam. Hoc audito, pro hostili incursu clerus Sancti Iltuti cum suis parrochianis munivit per fossam et per sepem super ripam equoream firmiter factam, et sic munita intravit, conans protegere sub tutamine pecuniam. Hoc peracto, venerunt incauti hostes noctu ante portam; nam F si per diem venissent, habuissent victoriam. Nocturna igitur pugna orta est inter acies utrasque, donec multi ceciderunt exanimes ex iactu lapidum et lancearum vibratione, et alii quamplures vulnerati condolebant plangentes in certamine. Dum talia agebantur, dense scintillule crebro apparebant in aere inter templum Sancti Iltuti et castellum regis Meirchiauni, iuxta quod erat bellum; choruscabant valde quasi fulgura, ad protegendum populum catholicum apparuerunt signa angelica; quanto plus oppugnabant due acies, tanto ardentius effulgebant in ethere ignee species. Refugium Dei et sanctissimi Iltuti fuit violatum; propterea tria millia ante castellum devicta sunt a minori numero. Femine inermes administrabant arma pugnantibus, pueri imbecilles non cessabant interius. Hostiles clipei frangebantur lapideis eiectionibus, terrifici clamores

25. — [1] *cod.* equalite. — [2] *cod.* bachanti. — [3] *prius* canicos, *add.* no *corr. supra lin.* — [4] *repetita hic erat vox* usque, *dein deleta.* — [5] *prius* pcificam, *litteram* a *supplevit corr. supra lin.*

(1) In Vitis S. Samsonis narratur Iltutum morti proximum praedixisse et suum ipsius instantem obitum et proxime secuturum duorum abbatum qui sibi astabant (Mabillon, *Act. SS. O. S. B.*, saec. I, p. 168; *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 575; *Anal. Boll.*, t. VI [1887], p. 112).

fundebantur

VITA PRIOR

fundebantur ab hostibus, rari carebant sanguineis vultibus. Affuit illico virtus divina, dum paucitas interioris pugnae fugavit et devicit tria millia. Levis poterat ascensus fieri ad triumphum; sed fortis Iltutus non concessit ascensum. Si[1] per lucem oppugnassent, ascendissent levissime, sed D lux summa et lux vera hoc nolebat concedere. Non est virtus neque vigor ubi manet nequitia. Hic probatum manifeste, dum fugit Guynedotie[2] turba. Explicit.

26. — [1] *cod.* Sz. — [2] *in marg.* [illegible]i Spandune.

II. VITA S. ILTUTI BREVIOR

Ex Nova Legenda Angliae, ed. C. Horstman, t. II (Oxford, 1901), p. 52-56. Cf. Comm. praev., num. 3. — Numeris crassioribus initio singularum partium intra uncos notatis indicantur capitula Vitae prolixioris in his partibus in compendium redacta.

De sancto Iltuto abbate et confessore.

(**1.**) Sanctus enim Iltutus filius fuit nobilissimi militis nomine Bicani, mater eius Rieinguilida filia regis Britannie Minoris extitit. Hic enim a B parentibus litteris commendatus, ad iuvenilem etatem veniens militie animum dedit. Tante enim erat memorie, ut audiens magistri sententiam vna vice, cordetenus omni tempore retineret.

(**2.**) Audiens autem Arthuri regis consobrini sui magnificentiam, illum visitare decreuit; et ab ipso cum honore receptus est. Tandem ad regem Morganensium veniens, curiam eius sub ipso rexit secundus a rege factus.

(**3.**) Contigit die quadam, cum duceret familiam regalem venando per territorium sancti Cadoci, illa quiescens misit ad abbatem Cadocum cum rigidis verbis vt sibi prandium dirigeret : sin autem, vi cibum tolleret. Cumque sanctus Dei quod sufficeret remisisset, familia discumbens voluit prandere; sed apposita caruit comestione. Nam pro illicita petitione et sacrilega offensione tellus iniquam turbam deglutiuit. Iltutus vero militum princeps, quia inique petitioni consentire noluit, viuus euasit et nec in loco in quo fuerat familia pastum expectando, affuit, sed procul abierat accipitrem tenens. Et videns quid <de> sociis actum erat, timuit; ad sanctum Cadocum C accelerans, genu flexo consilium emendandi ab illo postulauit quod deliquit. Ille vero consilium dedit illi secularem habitum deserere, et in toto vite sue spacio propter eternam retributionem summo creatori seruire. Ille vero verbis sancti assensum prebens, cum sopori membra dedisset,

(**4.**) vidit angelum domini, qui inter cetera ei dixit sic : « Miles olim fuisti a regibus honoratus : sed nunc regi regum precipio ut seruias, ampliusque transitoria non diliges. Nam insidiator adest qui te conatur illudere, te dampnare desiderans toto posse. Te videt, tu non vides eum corporali lumine; nisi caueas et te protegas, destruere te poterit. Hic leone seuerior, volatili velocior, veneficus inuisibilis rapit et retrahit, raptaque reddere respuit, punit punibiles. Die enim crastina cum surrexeris, ad siluestrem vallem versus occidentalem plagam, vbi mansionem habebis, gressus tuos dirige. »

(**5-7.**) Quo mane facto, et mansione apta inuenta, Dubricium landavensem episcopum adiit, qui tonsis capillis eius coronam benedixit, et ad locum suum eum remisit. Constructa itaque ecclesia, Iltutus vigilauit ieiunando assidue, et orabat sine intermissione; laborabat propriis manibus, in alienis laboribus non confidens. Nocte media aquam frigidam intrauit, et inde ad ecclesiam pergens et genua flectens, summo conditori preces fundebat.

(**8.**) Cum autem rex illius provincie die quadam venationi insisteret canesque suos post E ceruum vnum instigaret, ille exagitatus fugam petiit, cubiculum sancti Iltuti introiuit, et humano quasi more ab illo querendo refugium ante pedes sancti fatigatus procubuit. Canes vero expectantes stupefacti a latratibus <cessabant>. Et admirans rex latratus silentium, venit, et canes mitigatos et ceruum domesticum inuenit. Iratus rex quia seruus dei sine licentia sua ibi habitare presumpserat, ceruum petiit, Iltutus tamen reddere noluit. Rex tandem humilitatem viri Dei considerans et miraculum, non intrauit ad eum, sed ceruum sibi divinitus datum libenter eidem concessit. Cumque regem esurientem ad prandium Iltutus inuitasset, ministrum ad stagnum misit; qui piscem mire magnitudinis rethe captum, coram rege opposuit. Sed quia sal appositum mense non erat, gustare noluit. Iltutus vero, panem et sal illa hora non habens, oravit dicens : « Effector omnium creaturarum atque donator » potest efficere, si gustaueris, domine rex, vt in » gustato pisce habeas quod habere affectas ». Hoc audito rex comedens, diversorum ciborum sapores in una specie habuit, et gustata aqua ab Iltuto sibi propinata, diuersos liquores in illius F haustu sentiebat.

(**9-10.**) Tunc tradidit rex Iltuto, iussu angeli sibi apparentis, totum illum locum ad construendum inibi monasterium.

(**11.**) Confluebant ad sanctum Iltutum discipuli plurimi : inter quos fuerunt Sampson, Paulinus, Gildas et Dauid.

(**12.**) Constituit enim quinquaginta fratres, qui continuam animarum memoriam haberent.

(**13.**) Affligebatur enim crebra equoris inundatione et fluuiali appropinquante alluuione : unde fusa ad deum prece, precepto angeli domini mane surgens venit ad mare cum baculo : et cepit mare fugere velut esset animatum sensibile. Quando vero littus siccatum apparuit, cum baculo pupugit, et fons limpidissimus de terra erupit; et licet prope pontum sit, aquam tamen claram et dulcem semper emittit. Nec est recursum mare ad solitum vsque in diem hodiernum.

(**14.**) Autumpnali tempore inceperunt volucres messem sancti Iltuti decerpere et fere vacuatis spicis deserere. Hoc comperto, discipulis suis alternatim singulis diebus segetem custodire precepit. Sampson vero, vnus discipulorum, cum teneret

A teneret vicem suam, et incolumem intactamque segetem seruare non posset, diuinum consilium et auxilium querit; et datum est illi diuinitus agitare volucres sine volatu. Temptabant enim volare, nec poterant, compellitque illos ante se abire quasi domestica quadrupedia spontanea voluntate. Coacti ad ostium venerunt, et ostio aperto sine mora intrauerunt. Quo die crastina cognito, Iltutus libertatem volandi quo vellent eis concessit, et ne amplius segetem suam tangere presumerent interdixit.

(**15.**) Hoc divulgato miraculo, missis legatis in Dolensem episcopum <Sampson> eligitur; et cum a Dubricio, Landavensi episcopo, diaconatum reciperet, apparuit pontifici et Iltuto abbati columba niue candidior, super caput iuuenis in ordinatione sua sedens. Cumque multis annis sedem Dolensem in Minori Britannia Sampson rexisset, post finem vite sue posito in sarcofago corpore eius, subito ventus validus commovit et leuauit illud ad mare, et transito mari ad ostium Iltuti venit : et ille in loco honorabili cum hymnis et canticis illud
B collocauit.

(**16.**) Coniunx enim quondam beati Iltuti casta viuens, quotidie hora nona in pane ordeaceo et aqua soluebat ieiunium. Que vice quadam visitare volens Iltutum, vidit illum operosum fossorem, pro assidua fossura lutulentum per faciem, macies quoque attenuauerat faciem eius. Inquisiuit ab eo suaue colloquium ; audienti inquisitio displicuit, inquisitusque nullum responsum reddidit; noluit videre eam nec videri. Et cum propter visitationem incongruam visum oculorum amisisset, rogatus tamen Iltutus diuinum implorauit auxilium, quo pristinum recuperare posset visum; et exauditus est, mulierque ad locum suum rediit.

(**17.**) Prepositus cuiusdam regis, cuius vita omnibus erat abhominabilis, abbatem Iltutum frequenter offendebat et clerum suum, multa iniuste direpta a domino suo rege exigi fingebat, illo tamen inscio et sine eius precepto. Omnibus irascebatur, et omnes mala imprecando illum oderant. Omnipotens igitur Dominus fecit illum quasi ceram mollitam et liquefactam ardore igneo liquescere, nec vsquam in mundo com-
C paruit.

(**18.**) Quo audito, offensus rex furore nimio sanctum Iltutum interficere et clerum destruere cogitauit. Vir igitur Dei, locum dans ire, perrexit ad quendam fluuium, et in spelunca secreta per annum latitauit, omni nocte super frigidam petram iacens.

(**19.**) Hora autem nona singulis diebus mittitur illi celitus panis vnus ordeaceus et vna particula piscis; vicinoque de fonte aquam hauriens sitim extinxit. Vbique in siluis, saltibus et latebris inquisitus, Deo protegente inueniri non potuit. Legatus autem quidam Gilde historiographi illuc transiens cimbalum eneum, a Gilda compositum et sancto pontifici David transmissum, deferebat, et ecce sine humano motu cimbalum clare sonare cepit. Quo audito Iltutus exiens, pulchritudinem illius et sonum admirans, quo deferretur didicit. Cum autem sanctus David cimbalum in manibus teneret, et nullum sonum redderet, inquisiuit si a quoquam in via probatum vel tactum fuisset. Et audito quod factum fuerat, ait : « Scio quod „ magister noster Iltutus illud affectans petere „ noluit, sciens illud mitti ad me. Revertere ergo „ ad speluncam, et cimbalum ex parte mea ma- „ gistro meo conferre stude. „ Quibus auditis, venerunt monachi et abbatem Iltutum cum gaudio ad monasterium reduxerunt.

(**20.**) Prepositus regis in arcendis pascuis pecorum et armentorum adversari sepe et offendere sanctum Dei et fratres non timuit; pecora quandoque per triduum claudens exire non permisit. Iltutus autem Deum iugiter exorauit vt ad cor rediens correctus ab iniquitate conuerteretur. Cumque vitam emendare contempneret, tellus os suum aperiens deglutiuit eum.

(**21-22.**) Quo audito, rex offensus sanctum Iltutum aut interficere aut de suo dominio penitus expellere volens, armatus de castro egressus ad monasterium venit. Et dum ad homicidium perpetrandum paratus staret, terra absorbuit eum. Aggravatus demum Iltutus a multitudine confluentium et in orationibus suis impeditus, tribus annis in spelunca quadam mansit, omni die hora nona celestem pastum ab angelo sibi delatum sumens.

(**23.**) Nocte quadam duo latrones gregem porcorum viri sancti furati sunt; et cum estimarent E
rectam tenere viam, per totam noctem vagantes, in aurora ad monasterii portam inuenti sunt. Et cum idem facinus nocte secunda presumpsissent, et sicut prius in aurora rediissent, rex celestis in lapides duos, vsque hodie in miraculi testimonium ostensos, corpora eorum transmutauit.

(**24.**) Volens Iltutus visitare ecclesiam que est in Monte Tumba, fratribus precepit vt totum monasterii frumentum excussum in granariis poneretur. Post peregrinationem rediens cum videret multos inedia afflictos, Dominum suppliciter exorauit; et ecce allatum est diuinitus frumentum vsque ad portum in Minori Britannia optatum; unde se tota patria virtute dei pauit, et ad seminandum suffecit. Transito post hoc mari ad monasterium suum venit; et cum finis vite appropinquaret, ad Minorem Britanniam regressus, apud civitatem Dolensem, clarus miraculis et signis atque prodigiis celebris, terre corpus, spiritum quidem Deo commendauit, octavo idus novembris.

(**25.**) Anglorum rex Edgarus, bachanti furore commotus, commouit exercitum suum propter F
Morganensium inobedientiam, atque illuc adducens, violando sanctorum territoria et ipsa templa, nullam villam a depopulatione immunem reliquit. In hac itaque inuasione ablata fuit nola sancti Iltuti ab ecclesia sua, et ad Angliam a quodam predone perlata. Remeante enim exercitu ligata est nola circa collum equi cuiusdam, qui in monte quodam cum ceteris exercitus equis herbam carpebat. In meridie vero dum rex in tentorio quiesceret, visum est regi quod quidam terribilis miles suum pectus lancea perforasset; et graviter rex excitatus suspirans, quod viderat enarrauit, imperauitque exercitui Deo et sancto Iltuto raptam reddere predam, emendationem delicti promisit, et in honorem eiusdem sancti ecclesiam edificari iussit, et seruitoribus loci territorium totum concessit. Hec tamen promissio regis et voluntas anime sue tantum proficere videbatur : nam post malum incolis perpetratum nono die ab hac luce migrauit. Prefatus interea equus nolam deferens, nullo compellente, cum toto armento equestri nole dulcedinem sequente, Sabrinam transiuit, vsque ad Iltuti ecclesie ianuam peruenit. Ibi enim nola illico super saxum cecidit,

VITA ALTERA

cecidit, et ex casu vnius partis fracturam vsque hodie in miraculi memoriam apparentem ostendit. Et cum singuli fratrum singulos equos accepissent, et de valoris inequalitate discordia orta fuisset, die crastina viderunt equos omnes equales et nullum alium in valore precellentem.

DE S. FELICE MONACHO

FUNDIS IN LATIO

SAEC. VI — C. D. S.

Felicis Fundani monachi nomen

1. *Felicem, monachum Fundanum, primus, ni fallor, sanctis annumeravit et inter sanctos qui hoc die coluntur collocavit Petrus de Natalibus episcopus Equilinus in suo* Catalogo sanctorum (1). *Quem secuti sunt Canisius seu Walasserus, Maurolycus ac Martyrologium Romanum, in quo memoratur his paucis verbis :* Fundis in Latio sancti Felicis monachi; *postea autem martyrologia benedictina Arnoldi Wionis, Hugonis Menardi et Gabrielis Bucelini, itemque Ferrarius in* Catalogo sanctorum Italiae, *Flaminius Cornelius in* Hagiologico Italico *et Castellanus in Martyrologio Universali. Porro, quod iam indicavit Baronius in suis annotationibus ad Martyrologium Romanum, hi omnes unum fontem habuerunt Gregorii M. Dialogorum libri I caput III, in quo haec pauca de Felice referuntur :* Felix, qui appellatur Curvus, quem ipse bene nosti, qui eiusdem monasterii (*Fundani*) nuper praepositus fuit, multa mihi de fratribus eiusdem monasterii admiranda narravit; ex quibus aliqua quae ad memoriam veniunt supprimo, quia ad alia festino. Sed unum dicam, quod ab eo narratum praetereundum nullo modo aestimo. In eodem monasterio quidam magnae vitae monachus erat hortulanus.... *Sequitur narratio miraculi a monacho illo hortulano patrati* (2).

ex perperam intellecta narratione Gregorii M.

2. *Interrogaverit aliquis quodnam in illo capite indicium adsit ad sanctitatem Felicis vel eiusdem cultum antiquum comprobandum. Nullum sane. Verum hagiographi quidam, quibus iterum princeps praeivit Petrus de Natalibus, ea quae de sancto illo monacho anonymo narravit Felix praepositus, ipsi Felici accomodarunt. Sic Petrus :* Felix monachus in monasterio Fundensi claruit. Qui magnae sanctitatis vir erat et eiusdem coenobii hortum colebat... *Magis audacter etiam et temerarie Bucelinus sanctum monachum diversum non esse a Felice Curvo diserte praedicat.* Felix, *inquiens*, cognomento Curvus, Fundani coenobii monachus, et praepositus postea ordinatus, in omni vita magnis virtutum signis emicuit. Is coenobii aliquando sui hortum curare iussus... ad coronam denique aeternitatis vocatus, Magnum Gregorium praeconem meruit (3).

martyrologiis insertum.

3. *Cur autem diei 6 novembris assignata sit huius Felicis festivitas, nullam aliam rationem afferunt nisi quod, cum prorsus ignoraretur quo die obiisset aut olim cultus esset, et hoc die sexto novembris coleretur Felix Tonizensis, inde Felicis nostri nomen, ex usu apud martyrologos satis recepto, ad eundem diem signatum est* (4). *Quae ratio si valeret, et aliis multis diebus assignari potuisset, cum innumerabiles Felices diversis anni diebus in antiquis martyrologiis occurrant.*

(1) Nisi mavis antiquius testimonium reputare mentionem alicuius Felicis in uno Auctario Usuardino, ***Matriculae*** nempe ***Carthusiae Ultraiectensis*** (***Act. SS.***, in append. ad Iun. t. VII, p. 655 F), quod certe saeculo XIV non est antiquius (quippe in quo signatus sit ad d. 25 aug. S. Ludovicus rex, t. c., p. 499, quin et ad d. 23 iulii S. Birgitta Suecia [† 1373], ibid., p. 421) et nequaquam de Felice ***Fundano*** hic agi significat. — (2) ***P. L.***, t. LXXVII, p. 164-65. — (3) ***Menologium Benedictinum*** (Veldkirchii, 1655), p. 761. — (4) Ita Castellanus, ***Martyrologe Universel*** (Paris, 1709), p. 563.

DE S. AEDANO PRINCIPE OIRGIELLIAE

IN HIBERNIA

SAEC. VII INEUNTE — C. D. S.

Aidanus princeps Orientalis Ultoniae,

1. Aedanum, filium Colga *seu Colgani*, de Lann-Abhaich in Ultonia (*quae ultima verba a scholiaste Mariani Gormani adiecta, in textu Martyrologii Dungallensis inserta sunt*), *satis probabile videtur eundem esse atque Aedanum filium Colga, principem illius partis Hiberniae quae antiquitus Airthir seu Orientalis Ultonia vocabatur, nunc autem pars est comitatus Armagh in provincia Ultonia; qui secundum Annales Tigernaci, obiit an. 606* (*secundum alios codices anno 609 vel 610*). *De quo ad hunc annum haec leguntur :* Aedh, filius Colgani, princeps Orgielliae et totius Airthiriae, decessit in peregrinatione Cluainmaconosiae. De quo dictum est :

Tempus fuit quando Loch da Dam fuit nobilis [unda :
Non lacus nobilis, sed regnum Aedhi filii Colgu.
Maeror est mihi quod iam non vivit amicus qui [dilexit me,
Quisquis ordinaverit focos per insulas Loch da [Dam (1).

cuius pater et frater et quattuor filii ut sancti coluntur,

2. *In hunc locum Iohannes Colgan* (2) : " *De „ morte huius Aidi Oirgielliae principis sic scribunt „ Quatuor Magistri in Annalibus ad an. 606 :*

„ Aidus

(1) Ita ex interpretatione cl. Whitley Stokes in ***Revue celtique***, t. XVII (1896), p. 169. Aliquantum diversa est interpretatio O'Donovan, ***Annals of Ireland by the Four Masters***, t. I, p. 233, ubi ad annum 606 transcriptus est hic locus ex Annalibus Tigernaci. — (2) ***Act. SS. Hiberniae***, p. 732, not. 15.

AUCTORE C. D. S. *et ipse sanctorum albo*

A „ Aidus filius Colgan princeps Oirgielliae et „ Artheriorum (*id est Orientalium Ultoniorum*) in „ sua peregrinatione Cluainmucnosiae decessit. „ *Subduntur ibidem quidam versus patrio metro a* „ *quodam synchrono scripti, quibus indicatur hunc* „ *Aidum abdicato regimine monasticum institu-* „ *tum amplexum esse et virum eximiae sanctitatis* „ *fuisse. Huius pii principis nomen posteritati* „ *celebratius reliquit eiusque familiam haud medio-* „ *criter nobilitavit et fratrum ac filiorum ipsius* „ *eximia fastisque celebrata sanctitas. Habuit enim* „ *germanos fratres duos Baitanum, alias Boeta-* „ *num, et Furadhranum, filiosque quatuor, Ma-* „ *gnendum scilicet, Tuanum, Cobhtachum et Libre-* „ *num sanctorum syllabo insertos, ut testantur* „ *Sanctilogium Genealogicum c. 13, et Selvacius de* „ *sanctorum Hibernorum Genealogia c. 11.* „ *Hactenus Colgan; sed, ut recte notat O'Donovan* (1), *fortasse nimis libere illos versus interpretatus est Colgan intellegendo in his indicari Aedanum principatu se abdicasse. Certe admodum obscuri sunt, nec facile inde colligitur Colgani assertio.*

3. *Attamen ex hoc ipso quod Aedanus seu Aidus princeps tot sanctorum frater et pater fuit et ex duobus factis quae sola de eo narrantur, videlicet ipsum beneficum fuisse erga sanctos, cum agrum obtulisse feratur S. Mochteo* (2), *et obiisse in peregrinatione, facile potuit exoriri peculiaris veneratio erga ipsum et nomen eius calendariis sanctorum hibernicis inseri. Adde ecclesiam in qua coli dicitur, Lann-Abhaich, hodie Glenavy* (3), *sitam esse in ea parte comitatus Armagh quae comitatui Antrim a septemtrione adiacet et quam in antiquo principatu Orgielliae comprehensam fuisse facile conicere licet.*

annumerandus videtur.

4. *Difficultas tamen aliqua oritur adversus opinionem nostram quod in Martyrologio Gormani nomini* Aedani *nostri praeponitur epithethon* og, *quo vulgo significatur* virgo (*unde et illud hoc loco interpretatus est* virginal *cl. v. Whitley Stokes*), *cum Aedanus quattuor saltem filios genuisse legatur. Sed aliquando etiam illa voce significatur generaliore sensu* iuvenis, *vel* integer, perfectus (4) *seu* sanctus, *quo ultimo sensu potuit hic usurpari.*

B

(1) *Annals of the four Masters*, t. I, p. 223, annot. *d.* — (2) *Vita S. Mochtei* ap. Colgan, *Act. SS. Hib.*, p. 730, n. 16; *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 745, n. 15 extr. — (3) Cf. W. Reeves, *Ecclesiastical Antiquities of Down, Connor and Dromore* (Dublin, 1847), p. 47, annot. *k*, et p. 236. — (4) Cf. E. Windisch, *Irische Texte und Wörterbuch* (Leipzig, 1880), p. 719.

E

DE S. SEVERO EPISCOPO MARTYRE

BARCINONE IN HISPANIA

SAECULO VII?

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. D. S.

§ I. De antiquo cultu S. Severi.

S. Severi Barcinonensis episcopi antiquus cultus asseritur auctoritate

1. *S. Severum Barcinonensem martyrem primus ex martyrologis commemoravit saeculo XVI Iohannes Molanus in editione sua martyrologii Usuardini; quem pro more secutus est Baronius in adornando Martyrologio Romano. Attamen cultum illius sancti non adeo recentem esse, multis testimoniis diligenter collectis et luculenter exposi-* C *tis demonstravit Iacobus Caresmar canonicus regularis Praemonstratensis in erudito opusculo quod ab illo inscriptum est* Sanctus Severus episcopus et martyr sedi et civitati Barcinonensi noviter assertus et vindicatus. Dissertatio historica (1). *Documenta ab ipso recensita passim afferemus in hac tractatione nostra* (2).

praesertim 1° veterum catalogorum antistitum Barcinonensium,

2. *Hi autem praecipui traditionis Barcinonensis afferuntur a laudato scriptore testes:*

1° Antiqui catalogi episcoporum Barcinonensium ante saeculum XVI concinnati, praesertim:

a) *Catalogus quem dicunt* Sodalitatis clericorum S. Severi, *qui servabatur in Bibliotheca regia Matritensi et scriptus existimabatur saeculo IX vel X* (3). *In quo legebatur:* 16. Severus Epus Barchinon. Martyr tempore Diocletiani cum 4. coronatis clericis caesi plumbatis, et post clavus fixus in capite S. Severi, 6 Idus Novemb. an. Dñi. 289 (4).

b) *Catalogus qui exscriptus fertur extremo saeculo XV ab Hieronymo Paulo, in quo indicatus est* 8. Severus, qui a Gothis clavo infixo in capite occisus est, fuitque unus ex 70. Episcopis qui condiderunt Leges Gothicas (5). F

2° missalis saeculo XII vel XIII exarati,

3. *2° Missale ms. quod in chartophylacio coenobii Sancti Cucufatis prope Barcinonem* (6) *vidit Caresmar, saeculo XII vel XIII exaratum, in quo ad diem 6 novembris legitur* Missa S. Severi episcopi et martyris a Ioanne episcopo composita. *Quem Iohannem secundum huius nominis inter episcopos Barcinonenses fuisse indubium videtur, qui nempe hanc ecclesiam rexit saeculo IX, dum Iohannes I illi praefuit tempore Constantini et Iohannes III extremo saeculo XIV* (7).

(1) Ed. Vici, 1764, in-4° min., 176 pp. praeter praefationem et indicem. — (2) Aliquid etiam subsidii nobis attulerunt Ger. Pujades, *Crónica universal del principado de Cataluña*, tom. IV (Barcelona, 1832), p. 67-81 (lib. vi, c. 28-31); cuius operis pars prior edita est an. 1609, integrum autem opus prodiit dumtaxat an. 1777; Matth. Aymerich, *Acta episcoporum Barcinonensium* (Barcinone, 1760), p. 35-152; Henr. Florez, *España sagrada*, tom. XXIX, p. 51-77 et p. 130-33; *Apuntes chronológico-históricos sobre la vila, martirio y translación de las reliquias del glorioso San Severo, obispo de Barcelona y mártir* [por Don J. Manseu Pujol, Pbro. del Oratorio], Barcelona, 1904, in-16°. — (3) Aymerich, p. 82-83; Caresmar, p. 3. Sed interrogantibus de isto codice hodiernos bibliothecae nationali praefectos responsum est nobis illum iam in ea bibliotheca non reperiri. Porro verba ab Aymerich et Caresmar ex eodem codice relata et mox afferenda certe tantam antiquitatem non sapiunt quantam illi asserunt. — (4) Florez, t. c., p. 39. — (5) Ibid., p. 42. Sed dubitavit Florez num iste catalogus recte attribuatur Hieronymo Paulo, cum et non sistat in huius aetate, sed octoginta circiter annis eam superet episcopus ultimo loco in eo ascriptus, et in aliquo opere certo Pauli Severus numeretur sextus in ordine episcoporum Barcinonensium. — (6) In quo servabatur corpus S. Severi. Cf. infra, num. 22. — (7) Caresmar, p. 37-44. Cf. Gams, *Series episcoporum*, pp. 13, 14.

4.

AUCTORE C. D. S.

3° ephemeridis seu ordinis officii ecclesiastici saeculo X vel XI editae,

4. 3° *Ephemeris seu, ut tunc dicebatur illud genus tabellae,* Consueta (1), *saeculo X vel XI exarata, in qua legitur haec rubrica :* In Festo S. Severi facimus processionem ad ecclesiam eiusdem solemniter *etc., et deinde Missa eodem die dicenda, cuius collecta sic incipit :* Deus, qui sanctam nobis huius diei solemnitatem in beati Severi martyris tui atque pontificis translatione, *etc.* (2).

in qua quidem ad diem 6 novembris non indicatur eius obitus sed translatio celebrari,

5. *Recte animadvertit Caresmar* " *hoc* festum sancti Severi *pro die* translationis *eius statutum videri, non pro eius* die natalitio, *ut ex collecta supra adducta clare deducitur. Quamvis enim illic festum illud ad certum diem non ascribitur* (3), *cum tamen post festum Omnium Sanctorum eam celebritatem statuat, videtur quod die sexta novembris agebatur, maxime cum .... in omnibus Missalibus, Ephemeridibus, Kalendariis atque Antiphonariis constanter video eo die assignari* Festum translationis sancti Severi, *non tamen absolute* Festum sancti Severi, *nisi in Ritualibus multo recentioribus* (4). „

4° litterarum Urbani II et Calixti II RR. PP.,

6. 4° *Urbanus II litteris datis die 1 decembris anno 1098 et Callistus II litteris datis die 13 februarii 1120, confirmarunt possessiones coenobii Sancti Cucufatis, inter quas uterque recenset* ecclesiam Sancti Petri et Sancti Severi (5).

5° chartarum saeculo XIII, XIV et XV scriptarum,

7. 5° *Vidit etiam Caresmar in tabulario coenobii Sancti Cucufatis nonnullas chartas donationis vel venditionis ; quae demonstrant saeculo XIII et XIV exstitisse ibidem sacellum titulo S. Severi dicatum. Sic* (6)

a) " *Nonis novembris anno 1285 Romia filia quondam Dominici de Magarona vendidit Simoni Belliparis vineam unam in Termino Sancti Cucuphatis, quam fatetur possidere* in alodium Capellae S. Severi constructae in dicta Villa „ (*Castro Octaviano*).

b) " *Petrus Mayolus in suo testamento ordinavit quod, solutis suis debitis, residuum bonorum suorum* Capellae S. Severi tribueretur : *quod curatores executioni mandarunt 8. Kal. Iulii anno 1286, intervenientibus ... et Rectoribus* Ecclesiae S. Petri de Octaviano et Capellae praedictae S. Severi. „

C

c) " *Anno 1362. 14. Kal. Aprilis Romia uxor quondam Antichi de Rocha, Raymundus filius, cum Guillelma uxore sua, vendiderunt* Bartholomaeo de Salellas Clerico Rectori Ecclesiae S. Severi constructae in Villa S. Cucuphatis Vallensis *agrum quendam* ... ad opus dictae Ecclesiae seu Capellae ... et successoribus eius qui in dicta Capella pro tempore fuerint. „

d) *Denique* " *In protocolo anni 1372 invenio Beneficiatum Sancti Severi in ecclesia Sancti Petri in Octaviano Bernardum Dalmatium, ac eundem anno 1392, Iacobum de Mitibe anno 1418, Ioannem de Melgorio anno 1431.* „

6° missalis ineunte saeculo XIII antiquioris,

8. 6° *Vidit ibidem et* " *Missale quoddam ms. pergamenum in-4° ... Quod quidem Missale habebatur super altare B. V. Mariae in ecclesia eiusdem monasterii, quando 13 kal. Iulii an. 1230 abbas eiusdem monasterii Arnaldus certorum reddituum dotem illi altari donavit, huiusque dotis publicum confici curavit instrumentum et scribi in albo folio quod in facie illius Missalis, tunc exstantis in praedicto altari, habebatur, ut testatur documenti scriptor.* „ *In hoc ergo Missali* D

a) " *Die 6 mensis Novembris ponitur haec rubrica :* Translatio Sancti Severi. *Collecta :* Deus, qui sanctam huius diei solemnitatem in beati Severi Martyris tui atque Pontificis translatione, *etc.* „

b) " *Ante frontem illius Missalis exstat folium alterum, in quo descriptum invenitur instrumentum consecrationis altaris factae ab episcopo Barcin. Arnaldo 4 kal. februarii an. 1274, et inter plurimas sanctorum reliquias, quas ibi episcopus recondidit, ... primo et ut praecipuas enumerat* S. Cucuphatis martyris, Beati Severi Martyris, *etc.,* quorum reliquiae (*ait*) in eodem altari in alia consecratione positae fuerant (7). „

9. 7° *Anno 1405 inventa est intra arcam in qua servabantur reliquiae S. Cucufatis et S. Severi charta pergamena continens testimonium anno 1226 conscriptum, quo affirmabatur in ea arca reposita fuisse hoc anno S. Severi ossa* (8). *7° instrumenti recognitionis reliquiarum anno 1226,*

10. 8° *Anno 1627 repertum est aliud instrumentum, recognitionis nempe factae anno 1256 reliquiarum quae eo tempore servabantur in monasterio Sancti Cucufatis et inter quae recensentur et reliquiae S. Severi* (9). *8° et alterius recognitionis anno 1256,*

11. 9° *Archivum regium Barcinonense servat* Proprium de anno 1397 ad 1410, *in quo legitur hymnus ad S. Severum, quo describitur eius supplicium* (10). *9° libelli officiorum propriorum ineunte saeculo XV confecti,*

12. 10° *His omnibus addenda* a) *Missale ms. membraneum, quod ex defectu festivitatum SS. Trinitatis, Conceptionis V. M., S. Bernardi, S. Dominici, etc. prope finem saeculi XIII fuisse exaratum iure coniecit Caresmar, et in quo ad diem 6 novembris indicatur* Translatio S. Severi. b) *Alterum missale ms., in cuius kalendario annotata sunt quidem suis diebus festa S. Dominici, S. Francisci et Conceptionis V. M., sed manu recentiore, et nulla eorum festivitas reperitur in corpore missalis. In hoc etiam ad diem 6 novembris legitur* Translatio S. Severi. c) *Denique missale impressum Lugduni anno 1521, in quo ad eundem diem reperitur missa* In festo Martyrii S. Severi (11). *10° quorundam missalium non ita recentium*

13. *Praeterea recensent scriptores supra laudati* (12) *non pauca alia quae iure inter indicia cultus S. Severo a multo tempore exhibiti computari possunt. Huiusmodi sunt :* *et aliorum veterum monumentorum.*

a) *Imagines, statuae, specularia vitrea picturis insignia, inscriptiones, diversis temporibus confecta* (13).

b) *Domus hospitalis condita anno 1412 in gratiam sacerdotum pauperum aut infirmorum, quae usque in hodiernum diem permansit* (14).

c) *Sodalitas clericorum beneficiatorum sub patrocinio S. Severi, auctore Gonsaldo Fernandez de Heredia episcopo Barcinonensi instituta et a Sixto IV R. P. approbata anno 1479. Sodalitas ista, ex facultate a Paulo III R. P. anno 1543 ipsi concessa, possidendi ecclesiam propriam, in qua anniversaria et alia sacra officia sibi ex variis fundationibus tunc et in posterum exsequenda perageret, primo sacello domus hospitalis praedictae,*

(1) Hodie potius vocatur *Ordo divini officii celebrandi.* — (2) CARESMAR, p. 27-28. — (3) " In eo enim codice (ut notat idem Caresmar), licet series festivitatum per annum iuxta ordinem ab Ecclesia illis temporibus observatum describatur, nulla tamen earum annotatum habet diem, immo nec mensem, quo agi debeat. „ — (4) CARESMAR, p. 29-30. — (5) JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta RR. PP.*, nn. 5715, 6814; *P. L.*, t. CLI, p. 513 et t. CLXIII, p. 1159. — (6) CARESMAR, p. 34-36. — (7) Ibid., p. 49-51. — (8) Cf. infra, num. 17. — (9) *Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 159, n. 41; CARESMAR, p. 62-63, annot. — (10) CARESMAR, p. 97. — (11) Ibid., p. 59, annot. — (12) Supra, p. 237, annot. 2. — (13) CARESMAR, p. 94-101; *Apuntes chron.-hist.*, etc., p. 33-37. — (14) CARESMAR, p. 101; *Apuntes*, p. 38.

dein

A *dein ab anno 1610 antiqua ecclesia Sancti Sebastiani usa, denique anno 1691 insignem ecclesiam exstruere aggressa est eo loco ubi, secundum antiquam traditionem, sita erat domus S. Severi; quae ecclesia, paulo post anno 1699 reaedificata et dilatata, anno tandem 1793 omni numero absoluta est, qualis hodieque visitur* (1).

d) *Praeceptum de colendo die natalicio S. Severi et abstinendi a servilibus in tota dioecesi Barcinonensi ab episcopo Barcinonensi impositum die 24 octobris 1674. Immo et cum Ferdinandus rex, cognomento Catholicus, in comitiis habitis Barcinone anno 1503, ferias imminuere decrevisset, inter eas quas deinceps ab omnibus suis tribunalibus huius provinciae retineri voluit ac observari, fuit dies S. Severi 6 mensis novembris, ut videre est in Constit. Cathalon. lib. 3, tit. 29, de feriis, cap. 2* (2).

§ II. De historia vitae S. Severi.

Severus ille Barcinonensis secundum nonnullos diversus non est a S. Severo Ravennate.

14. *Quam certus est, ex allatis testimoniis, antiquus cultus S. Severi martyris Barcinone, tam incerta et tenebris obsita eius historia. Itaque in admodum diversas sententias abierunt viri eruditi quibus haec tractanda occurrit.*

I. Quidam censuerunt Severum illum episcopum et martyrem, quem inde a saeculo X (3) *praecipua veneratione prosecuti sunt Barcinonenses, non fuisse episcopum Barcinonensem, sed huius nominis Ravennatem, de quo egerunt maiores nostri ad diem 1 februarii* (4) *et hunc forte honoratum esse Barcinone quod eius reliquias quasdam haec civitas olim accepisset, et rei memoria successu temporis et inter tumultus et perturbationem in illa regione excitata per invasionem Gothorum, vix non prorsus oblitterata, Barcinonensem illum episcopum sibi affinxerint incolae. Hanc opinionem propugnavit Gregorius Maiansius Valentinus epistula missa anno 1757 ad Matthaeum Aymericum, quam is totam inseruit libro suo* (5) *de episcopis Barcinonensibus* (6). *Ad illam autem adductus est, quod et alias sententias nimis absonas iudicabat et non alia, ut videtur, Acta sancti noverat praeter ea quae in nonnullis breviariis Barcinonensibus legebantur* (7) *et quae facile constat magnam partem ex Actis S. Severi Ravennatis fuisse desumpta. Haud parvi*
C *sane momenti praesidium ad suam opinionem tuendam allatum sibi existimasset eximius vir, si novisset, quod sagaciter animadvertit Caresmar* (8), *in antiquioribus nempe cultus S. Severi documentis die 6 novembris signatam esse memoriam* translationis *eius, dum neque illo die neque ad alium ullum in decursu anni indicatur festivitas natalis illius seu martyrii; quod certe valde mirum apparet, si episcopus Barcinonensis fuisse censetur.*

Quidam plures Severos episcopos Barcinonenses confingunt.

15. *II. Vix aliqua mentione digna est opinio quam post Corbellonum protulit Tamayus* (9), *duos nempe saeculo III exstitisse episcopos Barcinonenses homonymos, praeter tertium Severum qui floruit saeculo VII* (10). *Quae opinio sola nititur auctoritate chronicorum apocryphorum, quibus plenam fidem adhibebat ille scriptor, ac proinde prorsus neglegenda est* (11). *Quin et nullo documento satis probabili demonstratur aliquem exstitisse Severum episcopum Barcinonensem ante saeculum VII. Qui enim huius nominis sedisse traditur extremo saeculo III notus est dumtaxat ex catalogis episcoporum Barcinonensium* (12), *quos nemo, credo, eruditorum iam, quod ad illa remota tempora attinet, fide dignos iudicaverit* (13).

Alii Severum nostrum Diocletiano imperatore passum existimant;

16. *III. Tertia tamen sententia Severum nostrum Diocletiano imperatore passum esse affirmat. Haec traditio vigebat iam forte saeculo IX vel X* (14). *Eam veram existimarunt plerique historiae Hispaniae scriptores moderni* (15). *Haec sententia nititur praecipue auctoritate Passionis quae edita reperitur apud Florez* (16), *nullius adiecta mentione codicis unde desumpta sit, sed dumtaxat dicitur* ex veteribus Breviariis et codicibus mss. *hausta, eiusque substantiam seu epitomen extremo saeculo XV vel ineunte XVI suo Chronico* (17) *inseruit Petrus Michael Carbonell* (18). *Quam etsi nulla fide dignam esse censemus, attamen, cum praesertim apud non paucos scriptores ad illam appellatum sit, hic integram recudere visum est. Neque etiam pigebit illi praemittere antiquiorem illam ex qua manifeste excerpta est; unde traditio Barcinonensis de suo S. Severo penitus innotescat* (19).

alii Gothis in Hispania dominantibus,

17. *IV. Quarta dein sententia Severum in documentis supra allatis adeo celebratum sedisse Barcinone existimat tempore Gothorum. Unum autem in hanc rem affertur argumentum, charta nimirum pergamena quae inventa est anno 1405 apud corpora SS. Cucufatis et Severi, quamque primus edidit anno 1609 Hieronymus Pujades* (20), *his verbis conceptam:* Iste Severus Barchinonensis episcopus et martyr sanctissimus fuit atque martyrio coronatus est octavo idus novembris anno Domini sexcentesimo octavo, cuius corpus requiescit octavo milliario ab urbe F

(1) Caresmar, p. 103; *Apuntes*, p. 38-41. — (2) Caresmar, p. 102; *Apuntes*, p. 44. — (3) Cf. supra, num. 4. — (4) *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 79 sqq. — (5) Laudato supra, p. 237, annot. 2. — (6) Pag. 43-59. — (7) Cf. Caresmar, p. 148-51. — (8) Cf. supra, numm. 5, 8. — (9) *Martyrol. Hisp.*, ad d. 6 novembris. — (10) De quo mox, num. 17. — (11) Cf. Aymerich, op. cit., p. 107 sqq. — (12) Quorum antiquissimos, aetate scilicet qua editi sunt, indicavimus supra, num. 2. — (13) Cf. Aymerich, op. cit., p. 1-36; Florez, *Esp. sagr.*, t. XXIX, p. 38-51 et p. 77-81. Nullus certus episcopus Barcinonensis notus est ante Praetextatum, qui subscripsit decretis concilii Sardicensis anno 347 (Harduin, *Conc.*, t. I, p. 651). — (14) Cf. supra, num. 2. — (15) Quos recenset et ipse sectatur Florez t. c., p. 56, n. 42. — (16) Ibid., p. 368-71. (17) *Chronicon o hystoria de Espanya composta e hordenada per Pere Miquel Carbonell, Archiver del Rey nostre Senyor e not. publich de Barcelona* (Barcelona, 1547), fol. ccix^v. Ipse autem Carbonell in fine sui operis significat illud inceptum fuisse anno 1495 et perfectum anno 1515. Sed diu post auctoris mortem typis editum est. — (18) En Carbonnelli verba ex castellano idiomate quam presse fieri pòtuit in latinum conversa: *Praedictus gloriosus martyr Severus tempore Diocletiani imperatoris martyrii palmam suscepit cum quattuor coronatis, hoc est cum quattuor clericis. Qui acriter caesi sunt loris plumbatis, et postea malleo magnus clavus infixus est capiti gloriosi et beati martyris Severi, transfigens eius caput et cerebrum, ita ut confestim ibi redderet animam suam domino nostro Deo. Et hoc supradictum martyrium contigit infra Castrum seu vicum qui dicitur Octaviani, ubi ius dicebatur a Daciano iudice seu procuratore memorati Diocletiani imperatoris Romani. Et mortuo dicto glorioso martyre sancto Severo, fuerunt ibi occisi et morti traditi dicti quattuor coronati. Et obiit dictus gloriosus martyr sanctus Severus cum dictis quattuor coronatis VI Idus Novembris anno Domini ducentesimo octogesimo octavo. Et ut maior sit memoria dicti beati et gloriosi martyris domni sancti Severi, urgente me venerabili et valde devoto* (cultore) *praedicti gloriosi martyris domni sancti Severi domno Gabriele Vilell presbytero, conscripsi epistolam latinam directam ad dictum domnum Vilell et insertam integram in regesto quodam Martini regis quod inscriptum est Proprium, ubi admodum fuse lateque descripta est tota historia dicti gloriosi et beati martyris sancti Severi episcopi et patroni insignis civitatis Barcinonensis.* — (19) Vid. infra, p. 242 sqq. — (20) *Crónica de Cataluña*, lib. VI, c. 31.

Barchinonensi

AUCTORE C. D. S.

Barchinonensi in loco qui dicitur Octaviani, in monasterio S. Cucuphatis. Iste fuit unus ex illis septuaginta episcopis qui legem Gothicam in Hispania condiderunt (1).

sive anno 638,

18. *Verum adversus auctoritatem huius testimonii statim exsurgit haud levis momenti repugnantia. Nullo enim monumento probatur exstitisse anno 608 aliquis Barcinonensis episcopus nomine Severus, dum certum est sedisse in ea civitate episcopum Severum anno 633, cum inter subscriptiones concilii Toletani IV hoc anno coacti legatur* Ioannes Presbyter, Vicarius Severi Barcinonensis Episcopi, subscripsi (2). *Unde suspicati sunt fautores istius sententiae sive in apographo Pujadesii sive errore aut negligentia typographi substitutum esse* sexcentesimo octavo *pro* sexcentesimo tricesimo octavo; *quod facile utique fieri potuit, cum praesertim, teste Pujadesio, epitaphii characteres vetustate ita detriti essent ut non nisi difficillime legi possent* (3).

quae sententia difficile defendi potest,

19. *" Verum ", ut recte infert Caresmar* (4), *" falsitas illius monumenti non minus elucet ex eo " quod annum Christi 638 contineat quam si 608 " designaret, et quidem ratione pari ac simili qua " utitur Majansius : anno enim 638* (5) *tota " Hispania in magna pace erat composita et " catholica religio ac ecclesiastica disciplina frequenti conciliorum iteratione magis ac magis " florebat, augebatur et firmabatur; ipsoque anno " 638 concilium Toletanum VI sub Chintilla rege " catholico fuit coactum, et inter quinquaginta duo " episcopos, qui ad illud convenerunt, unus fuit " Oia seu Ola Barcinonensis episcopus, qui eidem " subscripsit, qui ipse Oia seu Ola concilio Toletano V, anno primo Chintillae regis et Christi " 636 celebrato, pariter interfuerat ac subscripserat. "*

sive circa annum 480.

20. *Difficultatem evacuare conati sunt qui fidem chartae habendam censuerunt, sive coniciendo Severum non in publica persecutione sed a privatis sicariis fuisse occisum, sive potius, errorem admissum fuisse circa notam temporis quo occisus est, vel ab illo qui membranam exaravit anno 1226 vel ab iis qui eam legerunt anno 1405, et Severum occisum fuisse circa annum 480 tempore Eurici regis ariani, qui et legem Gothicam condidit* (6) *et* C *catholicos atrociter persecutus est* (7). *Ne autem nimis incredibile videatur ab Enrico ad legem suam ordinandam in consilium adhibitos fuisse episcopos catholicos, exemplum afferunt Theodorici I regis Italiae, qui eodem circiter tempore Cassiodori opera usus est et Symmachum patricium ac Iohannem papam familiares habuit, quos postea occidit* (8). *Haec omnia quidem non esse ita impossibilia videri possunt; sed fatendum est ea admodum gratuito prolata esse.*

Probabilius videtur idem censendus qui sedebat anno 633.

21. *Itaque et omnino dicendum tandem videtur, nullo documento satis certo innotescere, sive qua aetate vixerit Severus ille qui apud Barcinonenses hoc die colitur, sive quae ab eo gesta sint, sive quo genere mortis obierit. Aliquanto tamen probabilius existimamus illum eundem esse cuius nomen legitur inter subscriptiones Concilii Toletani IV* (9). D *Cuius etsi nusquam sanctitas vel sanctitatis fama celebrata reperitur, forte dies obitus eius in aliquo kalendario Barcinonensis ecclesiae notatus fuit ad diem 6 novembris, atque inde, quod non raro factum esse novimus, nomen eius inter sanctos qui illo die colebantur quasi irrepsit; cumque inter nomina martyrum legeretur, et ipse martyr fuisse reputatus sit. Postea vero, cum historiam passionis eius prorsus ignotam esse dolerent pii clerici Barcinonenses, aliquam confinxerint (quod etiam saepius contigisse scimus) ex laciniis aliarum Passionum detractis, quae facile traditionis popularis vel etiam ecclesiasticae auctoritatem obtinuerit et mox apud omnes pia credulitate ut indubitata fuerit admissa. Haec omnia ultro profitemur non nisi meris niti coniecturis; quas tamen, deficientibus alius sententiae argumentis probabilioribus, veri satis similes arbitrari licet.*

§ III. De translationibus corporis S. Severi.

S. Severi corpus servabatur in coenobio Sancti Cucufatis anno 1079.

22. *Aliquam translationem corporis S. Severi ex loco primae sepulturae ad ecclesiam coenobii Sancti Cucufatis Vallensis* (10) *prope Barcinonem antiquitus factam esse novimus ex narratione inventionis corporis S. Cucufatis, quam anno 1627 ad Bollandianos misit Iohannes Baptista de Castellarnau* (11), ex antiquissimo *illius coenobii* Lectionario membranaceo *descriptam.* Haec inventio facta fuit (*ita legebatur in Lectionario*) anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi MLXXIX, aera MCXVII, indictione 2, III kalend. maii, *et ex illius descriptione colligitur corpus S. Severi eo tempore in coenobio Sancti Cucufatis fuisse servatum. At quandonam huc allatum sit nusquam indicatum repperimus. Credibile utique valde est, cum Sancti Cucufatis monasterium aedificatum sit tempore Caroli Magni eo loco ubi sanctus martyrium passus esse ferebatur, nimirum in Castro Octaviani, octo miliaribus Barcinone distante* (12), *et eodem quoque loco occisus et sepultus fuisse S. Severus assereretur* (13), *ipso illo tempore corpus S. Severi in monasterii ecclesia repositum fuisse cum parte corporis S. Cucufatis quae illic remansit* (14).

Inde translatum est anno 1405 ad ecclesiam cathedralem Barcinonensem,

23. *Certior est secunda translatio, quae facta est anno 1405 ex ecclesia coenobii Sancti Cucufatis ad ecclesiam cathedralem Barcinonensem. Quam translationem procuravit Martinus Aragoniae rex, quem sanatio e gravi morbo ope S. Severi non sine prodigio impetrata* (15) *singulari pietatis sensu erga eum affecerat. Is, instanter petentibus canonicis et magistratu Barcinonensibus, ab abbate Sancti Cucufatis et conventu monachorum postulavit corpus S. Severi.* Qui quidem, *ut testatur rex in epistula ad Iohannem Roman Benedicti XIII papae Avenionensis cubicularium directa,* ob Nostri reverentiam non recusarunt, ea tamen lege, ut Summus Pontifex facultatem ad hoc ipsis impertiret. *Petitioni libenter annuit Benedictus. Translatio itaque facta est ineunte mense augusto anni*

(1) FLOREZ, *España sagrada,* t. XXIX, p. 57. — (2) AGUIRRE, *Conc. Hisp.* (ed. II, a. Iosepho Catalano), t. III, p. 386. — (3) Itaque in editione operis Pujadesii quam prae manibus habemus, tom. IV (Barcelona, 1832), p. 80, iam legitur *anno Domini sexcentesimo trigesimo octavo.* Dolendum est ab editoribus recentioribus nullam adiectam esse annotationem qua monuissent utrum ita ferret apographum Pujadesii an ipsi hoc apographum vel editionem priorem coniectando emendassent. — (4) O. c., p. 108, n. 2. — (5) Sic manifeste legendum, pro *338.* — (6) Teste ISIDORO Hispalensi, *De regibus Gothorum,* c. 35 (*P. L.,* t. LXXXIII, p. 1067). — (7) Cf. GREGORIUS Turon., *Hist. Franc.,* l. II, c. 25. — (8) Ita *Act. SS.,* Mart. t. I, p. 244, nn. 5, 6. — (9) Cf. supra, num. 18. — (10) Vulgo *San Culgat del Valles.* — (11) *Act. SS.,* Iul. t. VI, p. 151 D. — (12) Cf. *Act. SS.,* t. c., p. 156, n. 27. — (13) Cf. infra, p. 247, c. 12. — (14) Cf. *Act. SS.,* t. c., p. 156-58, n. 28-36. — (15) CARBONELL, o. c., fol. CCIX; FLOREZ, *Esp. sagr.,* t. XXIX, p. 72.

1405,

Auctore C. D. S.

A *1405, eiusque authenticum instrumentum in ipso actu traditionis confectum est die 4 augusti ab Antonio de Fonte regio notario* (1). *Memoria huius translationis hodieque celebratur quotannis Barcinone ultimo dominico die mensis iulii vel dominico primo augusti* (2).

sed non totum,

24. *In hoc quidem instrumento, sicut et in aliis documentis huc spectantibus, passim indicatur translatum esse* corpus S. Severi. *Hinc tamen non recte colligeretur nullam eius partem remansisse in coenobio Sancti Cucufatis. Recolendum enim est, quod non semel monuerunt maiores nostri, " ubi de reliquiis sanctorum agitur, frequentem usum esse synecdoches qua totum pro parte sumitur saltem notabili* (3) *". Idque in re praesenti factum esse satis manifeste inde concluditur, quod in instrumento authentico translationis distincte recensita sunt ossa S. Severi quae tradita fuerunt et quibus certe non constituebatur corpus integrum* (4).

maiore parte eius in coenobio Sancti Cucufatis remanente;

25. *Itaque ubi ad indulgendum petitioni parochi ecclesiae Sancti Cucufatis Barcinonensis, aliquam partem reliquiarum sancti patroni suae ecclesiae postulantis, aperta est die 29 decembris 1627 hierotheca quae corpora illius et S. Severi continebat, testari potuit iam laudatus Iohannes Baptista Castellarnavius, qui rei interfuit, " se studiose revolvisse ossa S. Severi comperisseque corporis partes apud se esse septem octavas* (5). *"*

unde ad breve tempus anno 1640 Barcinonem delatum est

26. *Tertiam translationem, ad breve tempus factam, memorat Caresmar, his verbis: " Ipsum sacrum corpus cum aliis sanctorum exuviis occasione furentis belli ann. 1640 Barcinonem fuisse delatum et in ecclesiam Sancti Cucuphatis Vallensis mox restitutum, constat ex instrumento confecto die 23 novembris anni 1642 "* (6).

et nonnullae portiones aliis ecclesiis concessae.

27. *Tandem portio quaedam reliquiarum S. Severi tradita fuit clericis Collegii Sancti Severi* (7) *mense aprili 1705, ut constat ex documentis exscriptis apud Caresmar et singillatim ex " instrumento traditionis recepto penes Paulum Ferrer scribam publicum die 23 aprilis 1705* (8). *"*

§ IV. De Vitis seu Passionibus S. Severi.

Duae exstant S. Severi Passiones,

28. *Duplicem Vitam seu Passionem S. Severi nobis servarunt Collectanea priscorum Bollandianorum ad diem 5 et 6 novembris spectantia et nunc reposita in Bibliotheca regia Bruxellensi* (9), *alteram prolixiorem, breviorem alteram. Haec iam edita prostat apud Florezium* (10); *illam, adhuc ineditam, hic primum exhibebimus.*

altera prolixior,

29. *Prolixiorem illam Vitam duplex etiam in laudato codice apographum repraesentat, alterum manu saeculi XVII, alterum manu saeculi XVIII exaratum. Sed utrumque ex eodem exemplari descriptum esse, inspectis lectionibus variantibus quivis facile iudicarit, simulque exemplar istud fuisse opus scribae satis imperiti, cum adeo multa et insulsa menda ab eo commissa et ab utroque librario recentiore in suo cuiusque apographo repetita deprehendantur. Posteriori apographo adiectum est monitum, hispanico idiomate conceptum, quo significatur documentum repertum esse in bibliotheca domus episcopalis Barcinonensis, manu* valde antiqua *descriptum et eundem codicem, in quo legebatur, completum esse aliis multis ad antiquitates sedis Barcinonensis et ad eius statum temporalem spectantibus, inter quae habetur instrumentum pactionis cuiusdam initae anno 1394; unde, si totus codex eadem manu exaratus fuerit (quod utique non constare ultro profitemur), colligatur exemplar antiquius non fuisse saeculo XIV exeunte vel ineunte XV.*

saeculo XIII vel XIV conscripta, cuius prior pars e Passione S. Severi Ravennatis desumpta est:

30. *Ceterum ex ipso genere scribendi, quo usus est Vitae auctor, satis liquet eam confectam esse saeculo XIII vel XIV. Nec minus manifestum est priorem partem huius lucubrationis* (11) *desumptam esse ex Vita S. Severi Ravennatis* (12), *saeculo X aut XI, ut videtur, conscripta* (13), *et ita quidem inepte desumptam ut Severum Barcinonensem, quem Diocletiano imperatore martyrium subiisse narrat, superstitem faciat S. Geminiano episcopo Mutinensi, qui in summa Ecclesiae pace obiit circa medium saeculum IV* (14). *Posteriorem autem Vitae partem* (15) *ex traditionibus popularibus vel probabilius etiam ex ipsius scriptoris phantasia concinnatam esse supra* (16) *diximus.*

altera brevior, ex prolixiore concinnata.

31. *Passionem vero breviorem praebuerunt nobis quoque duo apographa in eodem codice Bruxellensi supra indicato* (17). *Quae et inter se et cum editione Floreziana ita concordant, etiam in paucis mendis quae in illis notanda occurrunt* (18), *ut et ipsa omnino videantur ex eodem exemplari descripta fuisse. Alterum autem illorum apographorum notarunt maiores nostri acceptum esse ab erudito viro Caresmaro illo, archivo capituli Barcinonensis praefecto, qui Severum nostrum Barcinonensibus vindicare aggressus est* (19). *Porro hanc Passionem perlegenti certum fit continuo eam ex posteriore* F *parte Vitae prolixioris totam excerptam esse; a qua nimirum nihil discrepat nisi quod auctor magis sobrio et politiore stilo, iisdem tamen passim verbis usus, refert quae rudi nimis manu in Vita prolixiore descripta erant. Passio itaque haec brevior prolixiore recentior est* (20) *et nulla praeter illam auctoritate gaudet.*

(1) Documenta ad hanc translationem pertinentia, integra aut ex parte recitata leguntur apud Caresmar, p. 154-159. Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 158, n, 37. — (2) *Apuntes*, etc., p. 27. — (3) *Act. SS.*, t. c., p. 155, n. 24 extr. — (4) Cf. Caresmar, p. 161. — (5) *Act. SS.*, t. c., p. 159, p. 41; cf. Caresmar, p. 160-68. — (6) Caresmar, p. 168; *Apuntes*, etc, p. 27-28. — (7) Cf. supra, num. 13c. — (8) Caresmar, p. 169 extr. — (9) Cod. 8933-34. — (10) Cf. supra, num. 16. — (11) Capp. 1-10. — (12) Edita in *Act. SS.*, Feb. t. I, p. 82 sqq. — (13) Cf. ibid., p. 79, n. 5. — (14) Haec et alia non minus incallide a Severo Ravennate ad Barcinonensem translata indicabimus inter annotata ad Vitam I. — (15) Capp. 11-18. — (16) Num. 21. — (17) Num. 28. — (18) Cf. infra, p. 246, var. lect. 1, 2, 3. — (19) Cf. supra, num. 1.

I. PASSIO

D

I. PASSIO S. SEVERI PROLIXIOR

Ex apographo saeculi XVII [1] et altero saeculi XVIII [2]. — Cf. supra, Comm. praev., num. 28-30.

Incipit historia S. Severi episcopi et martyris Barcinonensis.

S. Severus, Barcinonensis ortu, suscepta filia, deinceps cum coniuge, castitatem servat, ex labore manuum victitat, et fit sacerdos.

1. Beatus Severus nomen suum a parentibus traxit (1). Hic habuit patres christianos, qui fuerunt habitatores Barcinonae. Qualis autem (2) conditione extitit, sanctissimae eius vitae summa comprobat quia verus et devotus christianus erat et columbinam vitam cum Thobia[1] gessit. Contemnebat divitias huius mundi, caelestes divitias toto cordis affectu cupiens possidere. Ipse enim de parentum suorum consilio[2] et assensu duxit uxorem, de qua suscepit filiam, quae semper in virginitate Domino servivit; et post susceptam filiam deinde castitatem ambo servaverunt et ipse una
B cum coniuge, quod sibi iam dudum complacuerat matrimonio[3], non nisi lanifici opere[4] sumptus cotidianos[5] carpebat (2), et cum hoc unam parvam vineam possidebat, et de labore manuum suarum vivebat, nullique hominum vim vel fraudem inferebat. Hic fuit promotus ad sacros ordines et factus sacerdos Deo serviens, devote et cotidie celebrabat in quadam capella et altari beatae Mariae virginis.

Mortuum resuscitat.

2. Cumque fama suae virtutis et sanctitatis esset divulgata, accidit quod quidam pater familias ad extremum venit diem, et missis cotidie nuntiis vocavit <filius eius>[1] ut ad se sanctus Severus quam citius veniret suis orationibus pro patre eius intercedere[2], ut acta de malis suis paenitentia solutus culpa et[3] corpore exiret. Qui scilicet sanctus Severus inopinate contigit ut ad putandam vineam esset occupatus; cumque videret sibi in eodem opere parum aliquid superesse, paululum moram fecit, ut opus quod[4] nimirum[5] restabat expleret. Quo completo, coepit ad infirmum pergere. Amici vero infirmi ei obviam facti sunt, dicentes: " Quare tardasti, pater? Noli fatigari; quia defunctus est. " Quo audito, ille
C tremuit magnisque vocibus se interfectorem illius clamare coepit. Flens itaque venit ad corpus defuncti; seque reum mortis illius et <dum>[1] clamaret, repente defunctus animam recepit. Cumque eum astantes amici requirerent ubi fuerat vel quomodo redisset, ait: " Tetri et horribiles erant homines qui me ducebant, ex quorum ore et naribus ignis exibat qui tolerari[6] non poterat. Cumque per obscura loca me ducerent, subito pulchrae visionis iuvenis cum aliis nobis euntibus obviam factus est, qui me trahentibus dixit: " Reducite illum, quia sanctus Severus presbyter pro eo plangit: eius enim eum[7] lacrimis Dominus donavit. " " Qui scilicet Severus protinus de terra surrexit eique paenitentiam agenti opera suae intercessionis[8] praebuit. Et sic per dies septem de perpetratis culpis paenitentiam egit, et[9] dum sic paenitentiam ageret, octavo die laetus de corpore exivit. Perpendite, quaeso, hunc beatissimum Severum quia dilectum Domino accendit[10] qui contristari nec ad modicum pertulit.

Cum de episcopo Barcinonensi eligendo deliberaretur, ipse ex pia curiositate ecclesiam ingressus,

3. (3) Cum ergo beatus Severus una cum coniuge sua honeste et castissime viveret et Deo multum devote serviret, contingit Barcinonensem[1] ecclesiam proprio pastore[2] viduari. Cumque multi episcopi[3] de diversis ecclesiis convenirent, quatinus tantae civitati pontificem more solito ordinarent, et omnes qui ad electionem venerant orarent, finita oratione, cum omnes exspectarent aliquod signum videre caelitus, ut
ostenderet quem Deus in suae ecclesiae pastorem E
ordinaret, accidit quod vir Domini beatus Severus, forte operi suo domi stans, ut erat simplex ut columba, annuens his verbis suam affatur coniugem: " Vadam, si placet, cito, et videbo visionem mirabilem, quomodo divinitus e caelo columba veniat et super caput electi sedeat. " Ad quem illa: " Sede, inquit, hic et labora. Noli otio vacare, quia non[4] expedit nobis. Sive etiam[5] pergas sive in loco subsistas, te pontificem populus non ordinabit ". Ad haec ille: " Sine me, inquit, ut vadam. " Et illa: " Vade, si placet; quia quacumque hora intraveris, statim episcopus ordinaberis. " Talia uxore prosequente derisorie, ilico de loco in quo sedebat surrexit, ecclesiam concitus adiit, ubi erat populus cum sacerdotibus congregatus; et ob vestimentorum vilitatem, quia squalido indutus erat vestimento, occultabat se post valvas ecclesiae.

miro indicio columbae supra caput eius volitantis divinitus ad munus implendum designatur.

4. Et expleta oratione confestim descendit de caelo columba nive candidior, et sedit super caput beati Severi, latitare cupientis. Ille autem dum a[1] se columbam expelleret et illa hac illacque per aerem volitaret, iterum iterumque rediit super caput eiusdem beati viri, ac si Spiritus sanctus specie tenus quod[2] in re erat proderet[3] dicens: *Super quem requiescam nisi super humilem et quietum et trementem verba mea?* Unde et hoc venerabile proverbium iam dudum divulgatum est per universum orbis circulum. Beata, inquam, civitas illa, ubi in electione pontificis Spiritus sanctus descendit in columbae similitudine et ordinatur ille super caput cuius requiescit. Stupefactus super hoc omnis potentatus et clerus, et omnes qui huic divino spectaculo intererant, omnium honorum et dignitatum largitori Deo immensas gratias egerunt. Tali namque modo ordinatus est beatus Severus Barcinonensis ecclesiae episcopus, sanctusque est oleo exsultationis et unguento sacri chrismatis consecratus iuxta

1. — [1] *ita* 1, 2. — [2] concilio 1, 2. — [3] *ita* 2, matrimoni 1. — [4] *ita* 2; *prius* operis, *corr.* opere 1. — [5] quotidianus 1, cotidianus 2.

2. — [1] *om.* 1, 2. — [2] intercederet 1, 2. — [3] *ita* 1, 2, *leg.* e? — [4] *vox in* 2 *bis repetita.* — [5] nimium 2. — [6] tolerare 1, 2. — [7] cum 1, 2. — [8] intersecionis 2. — [9] ut 1, 2. — [10] (d. D. a.) *ita* 1, 2.

3. — [1] Barcinone 2. — [2] pastorem 2. — [3] episcoporum 2. — [4] non *om.* 1. — [5] etenim 2.

4. — [1] ad 2, *et etiam prius* 1, *sed hic littera* d *lineola subducta deleta.* — [2] qui 1. — [3] prodiret 1.

(1) Ex Vita Severi Ravennatis, c. 2 med. — (2) *Qualis autem - cotidianos carpebat.* Ex V. S. R., c. 3 init.-med. — (3) Capp. 3, 4. Ex V. S. R.. cc. 6, 7.

morem

A morem pontificis. Cui successit beatus Patianus, qui etiam episcopus fuit huius civitatis et fuit vigesimus episcopus huius[4] honorabilis civitatis.

In mentis ecstasi transfertur Mutinam, ubi interest

5. (1) Cumque sanctus Domini pontifex ut bonus pastor et diligens gubernaret ecclesiam, coepit in eo Spiritus sanctus, qui eum in sacerdotem promovit, maiora et ampliora opera propalare[1]. Quadam namque die, dum sacra missarum sollemnia more pontificali celebraret, hora illa qua subdiaconus ad dicendam[2] epistulam pulpitum ascendit[3], dum actu legeret epistulam, subito iuxta altare sedens cathedra episcopali, in ecstasi ipse rapitur, ac si somno gravi detineretur. Existimantes autem ministri altaris sacerdotem suum inopinate obdormisse, pede praecipiti ad eum accesserunt succutientes[4] vestimenta sacerdotalia ac dicentes : " Quid habes, pater? Populus tibi tantus intendit, et tu sopore[5] deprimeris. „ Ille autem, subito ad se reversus, erexit se et quasi[6] commoto animo respondit eis, dicens : " Quid est quod fecistis, fratres? Cur B inquietastis me? Valde consolatum me existimarem[7] si tale tantumque somnium intactus enarrare quivissem. Nam quamvis hic vobiscum agere viderer in corpore, tamen in spiritu alibi eram. „ Ac illi ferventissimo quaesitu interrogare ab eo coeperunt ubinam interea loci esset. Quibus vir Domini respondit, dicens : " Parcat vobis Deus, o filioli, pro eo quod me[8] tam improvide attonitum[9] fecistis. Nam noveritis me interim in sancta[10] Mutinensi ecclesia positum et coepiscopi[11]. Geminiani animam omnipotenti Deo commendasse ac eius exsequias celebrasse; et tam diu illic moram protraxi quoad usque eius venerabile corpus tumularem velocius. „

exsequiis S. Geminiani huius civitatis episcopi.

6. (1) Igitur ad indagandam tantae visionis veritatem cives Barcinonenses veredarios clanculo ad memoratam Mutinensem urbem, quae est in Calabria, miserant, ut qualiter et a quo erga sanctum Geminianum episcopum essent exsequiae celebratae diligenter interrogarent. Cumque praedictam civitatem intrassent, iuxta quod illis indicatum erat, interrogare cives et clericos ante omnia coeperunt quidnam de eorum episcopo ageretur. C Quibus Mutinenses cives responderunt, dicentes : " Nuper facti sumus orphani ac miserabiliter destituti, decedente optimo patre nostro Geminiano, qui inter ecclesiae sacerdotes minimus habebatur; et quamvis eum patronum habere credimus apud Deum in caelis, tamen non possumus de eius absentia non habere maerentia corda. Nonne dominus Severus episcopus vester[1] die eodem praesens affuit eiusque animam, uti episcopi moris est, Deo omnipotenti commendavit? Nonne tam diu hic infulatus[2] exstitit[3] quo usque[4] beatum corpus in tumulo clauderetur? Quo condito, beatus Severus ab oculis nostris subito disparuit. „ Quibus auditis, qui missi fuerant, mira celeritate reversi, narraverunt civibus Barcinonensibus qualiter vel qua die beatus Domini Geminianus migrasset ad Dominum, et quem ad modum beatus Severus eius sepulturae divinitus fuisset destinatus. His auditis, Barcinonenses[5] curiosius diem illum horamque notaverunt, sicque plena fide veraciter reperiunt quia illa hora beatus Severus fuerat in altari raptus et obdormierat in qua sanctus Geminianus Mutinensis[6] episcopus migravit[7] ab hac vita et fuerat traditus sepulturae. Et exinde cives Barcinonae et incolae eius coeperunt sanctum Severum amplius venerari et timere.

PASSIO PROLIXIOR

S. Heraclianum, postea episcopum Pesauriensem, domi suae instituit.

7. (1) Fertur etiam de eo quod non solum in se[1] fuit sanctae conversationis, verum etiam aliis dedit exemplum et normam recte vivendi. Deinde ipse beatus Severus in domo sua sanctum virum Eraclianum[2] Pesauriensis[3] civitatis episcopum nutrivit[4] simulque omni catholicae integritatis regula plenius imbutum memoratae urbi idoneum aptaret[5] antistitem.

Filia sua defuncta, ut iuxta matrem ipsius iam pridem mortuam in eodem sepulcro tumuletur, prodigio impetrat.

8. (1) Et est aliud memorabile factum quod decet publicari per medium et memoriae commendari. Tantae[1] denique sanctitatis apud Deum fuisse asseritur quod cum filia eius, puella[2] adhuc indole[3] coruscans, diem clausisset extremum vitaleque[4] emisisset flatum[5], convenerunt[6] quam plurimi cives et clerici qualitatis[7], <ut>[8] debito sepeliendi corpusculum virginis officio completo, ponerent <illud>[8] in sepulcro olim defunctae genitricis[9]. Cumque iam hora instaret ut deponi corpusculum debuisset, supervenit vir Domini Severus; et dum omnes qui funeri intererant viderent eundem sepulturae locum nullo modo duorum corporum fuisse capacem, tristes satis et anxie his vocibus[10] episcopum interrogare coeperunt : " Heu, heu, pater, quid erit? Videsne quia vas modicum est? „ His verbis commotus, iste sanctus compulsus est hoc modo suam quoque[4] coniugem obiurgare : " O mulier, cur molesta es? Quare non praebes[11] locum filiae tuae? Suscipe quod portasti et noli esse pertinax locelli tui. Reversa te[12] in parte et da spatium tumuli, ne forte contingat me contristari. „ Ad hanc vocem cum tanta celeritate corpus illud in partem semotum est et in latus de supino[13] mutatum ut tam cito nullatenus ab animato corpore moveri potuisset, sicque filiae suae largum dedit sepulturae spatium. F

Plurima alia miracula operatur.

9. (2) Cum ergo beatus Severus provectae iam esset aetatis senis et vergente[1] senio modesto totus canus effectus, et frequenter populo praedicaret et ammoneret[2] omnes ut in confessione fidei essent firmi et parati pro defensione fidei christianae mortem subire, Deus per ipsum diversa miracula operatus est, ut per talia signa et prodigia suam sanctitatem ostenderet et ea quae praedicabat beatus Severus Deus per talia opera confirmaret.

[4] *om.* 1.

5. — [1] properare 1. — [2] dicendum 1. — [3] assendit 2. — [4] succasiencientes 1, 2. — [5] sapore 1, 2. — [6] *ita V. S. R.*; quam 1, 2. — [7] aestimarem 2. — [8] *om.* 1. — [9] atonitum 2. — [10] *ita V. S. R.*; tam 1, 2. — [11] coepiscopis 1.

6. — [1] v̄r 2, *om.* 1 *spatiolo vacuo relicto.* — [2] insulatus 2. — [3] exstetit 2. — [4] utique 1, 2. — [5] *Hoc loco et paulo inferius scripta est huius vocis secunda syllaba in* 1 *et* 2 *litteris* ch (Barchin.), *et sic etiam c. 13 et c. 17 ; alibi vero, in utroque apographo,* Barcin. — [6] Mutiensis 1. — [7] migravat 2.

7. — [1] (in se) inie? 2. — [2] Eracharan 1. — [3] Pensasieinensis 1, Pesanriensis 2. — [4] *Cf. V. S. R.*; mituit 1, 2. — [5] *ita* 1, 2.

8. — [1] caute 2. — [2] puellam 2. — [3] *ita* 2, indoles 1. — [4] *ita* 1, 2. — [5] platum 1, 2. — [6] *ita corr.* 1 *pro alia voce deleta,* 2. — [7] *ita* 1, qliatis? 2. — [8] *ita supplendum? om.* 1, 2. — [9] virginis 1. — [10] (h. v.) suis votibus 1. — [11] probes 1. — [12] (R. te) rever... 1, reverssaste 2. — [13] sopino 1, 2.

9. — [1] urgente 1. — [2] amoveret 1, 2.

(1) Cap. 5, 6, 7, 8. Ex V. S. R., cc. 9, 10, 11, 12. —

(2) Cap. 9. Ex V. S. R., c. 13 usque paulo post medium.

PASSIO PROLIXIOR

Instantem persecutionem Diocletiani per revelationem supernam novit et gregi suo praenuntiat.

10. Hic denique sanctus antistes dum quadam die pie missarum sollemnia celebraret, transitum suum et persecutionem ei et suis ovibus inferendam per Gracianum ac Dacianum procuratores (1) Diocletiani imperatoris longe ante per revelationem ipsius sancti [1] praescivit. Convocato ad se totius urbis clero necne utriusque sexus populo, ipsos saluberrima caelestium sacramentorum perceptione munivit, et iuxta morem ecclesiasticum de integritate catholicae fidei deque unanimitate atque fraterna caritate obtinenda [2] prolixius secundum [3] sibi datam sapientiam sermonem protulit.

Apud Diocletiani procuratorem accusatus quod christianorum caput esset,

11. Quo finito, populo in fraterna caritate et in fidei unitate confirmato, accidit quod princeps praefatus Gracianus ac Dacianus cum potestate magna sibi tradita ab Octaviano Romanorum imperatore ad civitatem Barcinonae declinaret, ut ibi omnes christianos a fide christiana elongaret et ad colendum deos Romanorum compelleret. Cum ergo ibi inquisitionem suam contra [1] christianos inciperet et beatus Severus simul B super alios ei accusatus [2] fuisset, quod ipsum [3] tamquam patrem et pastorem ad defensionem fidei omnes christiani haberent, proposuit ex corde suo et disposuit ipsum capere, ut in praesentia totius populi vi tormentorum eum cogeret idolis sacrificare et in publico fidem Christi turpiter abnegare, ut sic [4] exemplo suo christianos alios ad similia faciliter traheret et ad cultum idolorum invitaret.

Barcinone ad tempus proximum Castrum Octaviani petens,

12. Unde post [1] hoc sentiens beatus Severus, volens cedere furiae persequentium inimicorum, exemplo sui Salvatoris, qui cum vellent eum Iudaei lapidare abscondit se et exivit de templo, quia nondum venerat hora mortis suae, ita ipse ex speciali consilio [2] Spiritus [3] sancti, quod ad tempus fugeret, quia nondum venerat hora sui martyrii [4], ideo secrete et satis mane de Barcinone [5] recessit et ad locum qui vocabatur Castrum Octaviani, distans a praefata civitate per decem miliaria, quod nunc vocatur villa Sancti Cucuphatis, properavit.

in itinere offendit

13. Et cum esset quasi in medio itineris iuxta quendam locum vocatum Colles [1] de Serola, invenit iuxta viam quendam virum christianum et Deo carum, nomine Emeterium (2), in agro fabas [2] actu seminantem (3). Ad quem accedens beatus Severus, eum humiliter salutavit et persecutionem christianorum existentium in civitate Barcinone [3] eidem per ordinem enarravit, addens [4]: " Scias, carissime fili, quod ego paratus sum pro „ fide [5] mortem sustinere, et ideo rogo te et „ exhortor in Domino quod, si contigerit hinc „ Gracianum ac Dacianum, vel suos satellites „ transitum facere, quod si de me aliquid tibi „ dixerint vel te interrogaverint si vel quando „ hinc transivi, eis clare respondeas quod hora „ qua tu has fabas seminabas et, si placet, addas „ quod in Castro Octaviani statim in villa Sancti „ Cucuphatis me sine dubio reperient. „

S. Emeterium agricolam,

qui et ipse a procuratoris satellitibus comprehenditur.

14. Audiens ergo Gracianus ac Dacianus quod beatus Severus christianorum episcopus se absentaverat, misit post eum suos impios satellites, mandans eis ut eum sine dilatione [1] caperent et bene ligatum et custoditum eum sibi praesentarent vel morti traderent. Currentes ergo post eum ministri detestabiles, sequentes sancti viri vestigia, iuxta viam invenerunt dictum hominem qui E eadem die fabas seminaverat, tamen eadem die fuerant ortae et creverant in tantum quod plantae fabarum iam floruerant et erant in promptu producendi fructum suum : et hoc tam admirandum miraculum Dominus in illa die operatus est per merita sui sancti Severi episcopi ut per illud tam singulare miraculum beatum Emetherium [2], qui fabas seminaverat, ad palmam martyrii provocaret et persecutoribus christianorum merita [3] sui sancti Severi ostenderet [4]. Interrogantes eum satellites Graciani ac Daciani si per locum illum ipse Dei <servus> [5] Severus transitum fecerat [6], beatus Emeterius respondit quod sic. Interrogantes iterum qua hora, adiunxit quod hora qua ipse fabas illas seminabat. Quod illi audientes, et non percipientes tantum miraculum, crediderunt quod ipse derisorie loqueretur. Ideo indignati contra eum et audientes ab eo quod christianus esset, eum vinctum ad locum Sancti Cucuphatis secum traxerunt.

Se ipse

15. Audiens beatus Severus quod Gracianus

C **10.** — [1] (i. s.) *ita* 1, 2. — [2] obedientia 1. — [3] secundam 1.
11. — [1] centum 1, 2. — [2] accuratius 1. — [3] (q. i.) praeceptum 1. — [4] hic 1.
12. — [1] *ita* 1, 2. — [2] concilio 1, 2. — [3] episcopi 1. — [4] appropinquaret *add.* 2. — [5] *ita* 1, 2, *cum aliis fere locis hac scriptione casus genitivus indicatus sit.*
13. — [1] la coll 2. — [2] fabbas 2, *et sic porro.* — [3] *cf. supra, ad c. 6, var. lect. 5.* — [4] ad dominum 2. — [5] fidei 2. F
14. — [1] dilatatione 2. — [2] *ita in utroque apographo scribitur hoc nomen hoc loco et inferius initio capituli 16; at supra c. 13 et in fine praesentis capituli 14* Emeterius. — [3] *haec vox compendio et indistincte scripta est in* 2, *prorsus vero omissa spatiolo vacuo relicto in* 1. — [4] ostenderent 1. — [5] *om.* 1, 2. — [6] fuerat 1, 2.

(1) Cum nomina horum procuratorum saepius in hac Passione occurrant, admodum mirum apparet quod hoc loco dumtaxat nomen commune iis appositum plurali numero exprimitur, aliis autem locis, tum huiusmodi nomina tum verba, quibus enuntiatur quae ab eis acta sint, efferuntur numero singulari. Cuius rei non aliam rationem reddi posse video, nisi ut coniciamus auctorem huius recensionis, cum alicubi legeret pro Daciani nomine nomen Gratiani scriptum, quo S. Severi iudex designatus fuerit, neque aenigma inde ortum solvere valeret, potius duxisse utrumque nomen coniungere, et postea exemplar suum exscribere pergèntem, in quo exhiberetur iudex singularis, pro uno eius nomine duplex illud nomen substituerit, reliquis vocibus non mutatis. — (2) S. Emeterius agricola ex sola hac Passione S. Severi notus est. De eius cultu quaedam documenta affert Caresmar (p. 79-91), quae antiquitate medium saeculum XI superant, immo etiam inscriptionem, sed non satis certae fidei, quae ecclesiam quandam Sancti Emeterii anno Domini 447 exstructam affirmet (ibid., p. 83-89). Inscriptio ista certe diversa est ab ea quam edidit Aemilius Hübner in *Inscriptionum Hispaniae christianarum supplemento* (Berolini, 1900), p. 131. Illam non exhibuit doctissimus vir, neque inter inscriptiones falsas vel dubias, quod, ut conicere licet, cum solis his verbis constet : *Anno Domini CCCCXXXXVII* litteris gothicis supra portae limen exsculptis, proprie loco inscriptionis habenda non sit. Haec testimonia summatim recensuit Florez (*Esp. sagr.*, t. XXIX, p. 68-69). Prorsus illa ignorabant maiores nostri ubi egerunt de S. Emeterio ad d. 3 martii (*Act. SS.*, Mart. t. I, p. 244-45). — (3) Ager in quo S. Emeterius fabas seminabat quando S. Severus illac pertransiit (unde ortum duxit proverbium illud populare in ea regione : *Per San Sever, fabas a fer,* hoc est : quando occurrit festum S. Severi, tempus est fabas seminandi) adhuc ostendebatur tempore Caresmari et multa habebatur in veneratione. Servabantur etiam in gazophylacio ecclesiae Sancti Cucufatis Vallensis, in vase cristallino argenteis circulis circumdato (et fortasse adhuc servantur), binae fabae quas ex earum numero fuisse aiunt quas seminavit S. Emeterius (CARESMAR, p. 91-93).

ac

satellitibus tradit,

ac Dacianus christianorum persecutor suos satellites mittebat ad capiendum <eum>[1], non se abscondit, sed sponte et non coactus[2] eis peraudacter se praesentavit. Stans ergo pervigil fortis coram eis, in tempore locutus est eis : " Quem „ quaeritis? „ At illi responderunt : " Nos quae„ rimus Severum christianorum episcopum. „ Ait illis beatus Severus : " Si me quaeritis, ecce „ adsum. „ Quod audientes illi statim manus iniecerunt in eum et vinculis[3] ac catenis ferreis eum ligaverunt ac fortiter verberaverunt.

et, S. Emeterio trucidato, per clavum capiti eius infixum letaliter vulneratur.

16. Videntes ergo ministri diaboli quod nec promissionibus nec minis nec verberibus poterant eum a soliditate fidei amovere nec ad adorandum Romanorum idola inclinare, coram eo beatum Emetherium gladiis interfecerunt et beatum Severum iterum interfecerunt[1]. Qui videntes eum in confirmatione verae fidei christianae perseverantem, unus ex eis accepit clavum ferreum magnum et grossum et super coronam capitis sui cuspidem clavi posuit, et alius cum massa lignea fortiter super clavum percussit sicque clavus totum caput et cerebrum beati Severi transfo-
B dit (1), ita quod ipse statim sicut mortuus in terram cecidit. Quod videntes gentiles, ipsum sicut mortuum in terra iacentem, ipsum mortuum existimantes, inde recesserunt et ad dominum suum Gracianum[2] ac Dacianum redierunt.

Sepulcrum suum, ipsius iussu praeparatum, ingressus, pie moritur.

17. Hoc audientes christiani multi de Barachinona[1] et de aliis locis concito gradu properantes, virum Dei letaliter vulneratum in terra iacentem adhuc loquentem invenerunt. Sentiensque sanctus Severus mortem sibi vicinam (2), mandavit circumstantibus christianis ut sibi aperirent sepulcrum. Quo aperto, indutus stola pontificali et aliis insignibus[2] episcopalibus[3] ornatus, volens in hoc beatum Iohannem evangelistam imitari, fecit se poni in sepulcro iam parato et populi maerentis[4] frequentia hinc[5] inde vallatus dedit populo christiano suam benedictionem et vivus sepulcrum ingressus et ibi aliquamdiu orans, valedicens christianis et confortans in fide ac eos consolidans in caritate suaviter, se obcludi marmore iussit, et preciosam Deo animam commendavit, et sic per viam martyrii caelos laureatus introivit.

PASSIO PROLIXIOR

Post mortem puerum infirmum ad sepulcrum eius allatum, sanitati restituit.

18. (3) Et non solum in vita Deus sanctum Severum multis miraculis insignivit, imo et post mortem multis miraculis eius sanctitatem nobis declaravit. Legitur namque quod mulier quaedam erat Barcinone unicum habens filium parvulum, cotidiano febrium aestu plus solito laborantem, quae[1] ipsa decrevit ob nimietatem continui doloris citius recuperandae salutis gratia[2] Deo offerendum apud sepulcrum sancti Severi episcopi et martyris. Quo dum amicorum amminiculo comitata[3] pervenisset[4] cum filio, prostraverunt se, suppliciter Deo sanctoque[5] suo Severo attentius[6] pro salute parvuli orantes. Cumque spe bona incitati pernoctare in ecclesia deliberarent, partim prolixitate noctis partim constantia orationis de lassitudine victi obdormierunt. Intempesta[7] noctis hora, cunctis somno depressis, solus ille puer infirmus, in stuporem versus, vocem emisit E
et cunctos excitavit[8]. Qui circumspicientes[9] viderunt lampades, quae antea exstinctae erant, congruo fulgoris lumine resplendere. Et cum cognovissent miraculum caelitus emissi luminis[10], consternati mente, dederunt gloriam Deo et sancto Severo. Puer autem cum in medio deductus fuisset, coepit mater eius interrogare eum, dicens : " Quid tibi contigit, fili? „ At ille coram omnibus dixit : " Vidi ex hoc sanctum habentem „ habitum, qui tetigit me, et[11] expavi. „ Infirmitas vero illa recessit a puero et amodo febricus terror[12] exstinctus est in eo; et sic omnes amici et parentes laeti ad propria redierunt. Ex quo miraculo concluditur quod omnia quae beatus Severus ab omnipotente Deo petere voluerit, indubio procul[13] consequitur absque mora.

15. — [1] *om.* 1, 2. — [2] iratus 1, 2. — [3] vinctus 1, amctus 2.
16. — [1] (b. S. i. i.) *ita* 1, 2. — [2] Gatianum (*hoc loco dumtaxat*) 2.
17. — [1] *cf. supra, ad c. 6, var. lect. 5.* — [2] insignis (*pro* insigniis?) 1, 2. — [3] episcopatibus 1. — [4] mentis 1, 2. — [5] hic 1, 2.
18. — [1] *leg.* quem? — [2] gratiam 1, 2. — [3] comita 1. — [4] pervenissent 1. — [5] sancto quod 1. — [6] *ita V. S. R.;* hactenus 1, 2. — [7] intestate 1, intempestate 2. — [8] *prius* suscitavit 2. — [9] *ita V. S. R.;* concupiscentes 1, concupiscientes 2. — [10] *ita V. S. R.;* huius 1, 2. — [11] ex 1. — [12] terris 2. — [13] (i. p.) *ita* 1, 2.

C (1) Non unum clavum, sed et tres, quin et octodecim, capiti S. Severi infixos esse testantur nonnulla antiqua (inde ab extremo saeculo XIV) documenta liturgica (ap. CARESMAR, p. 96-98). In translatione facta anno 1405 (cf. Comm. praev., num. 23), cum ossibus S. Severi traditi sunt canonicis Barcinonensibus *novem clavi ferrei* (cf. instrum. translationis ap. CARESMAR, p. 159), et testatur Caresmar (p. 99) se die 14 septembris anni 1761 ex arca in qua cum ossibus S. Severi custodiuntur extractos vidisse clavos ferreos quinque, et alios partim in fragmenta parva ob vetustatem rubigine comminutos, partim in pulverem resolutos, sed ex parvis fragmentis et F
pulvere materia perstante sufficiente ad quattuor clavos efformandos; ex quinque autem superstitibus clavis, quorum figura omnino insolens antiquitatem redolebat, unus quadruplo maioris molis erat quam reliqui. Isti igitur novem clavi in monasterio servati, cum novem aliis qui ecclesiae cathedrali Barcinonensi donati sunt, numerum perficere videntur octodecim eorum qui in supplicio S. Severi dicuntur fuisse adhibiti. — (2) Quae sequuntur, usque ad finem capituli, desumpta sunt ex V. S. R, c. 13 post medium. — (3) Cap. 18. Ex V. S. R. c. 15.

II. PASSIO S. SEVERI BREVIOR

Ex duplice apographo [1, 2] et editione Florezii [F]. Cf. Comm. praev., num. 31.

1. Fidelis antiquitas et antiqua fidelitas, primaevorum doctrix magistraque posterorum, ea quae morte naturaliter hominibus insita prohibente nequeunt humano sensu clare probari, per famam veridicam ad successores transmittit. Quod divina providentia disponit, ut bonorum exemplo discant posteri et virtutibus operibusque sanctis insistere et a malorum semitis declinare.

2. Dudum siquidem sede seu ecclesia Barcinonensi pastore carente, beatus Severus, utique Christi Iesu discipulus verus, opere Spiritus sancti a clero et populo in episcopum fuit concorditer electus, et deinde rite et canonice consecratus. Ecclesiam igitur ipsam fideliter et sollicite gubernando dum vixit, populum christianum curae suae commissum in Dei charitate et devotione ac etiam proximorum dilectione et christianae

PASSIO BREVIOR

nae fidei firmitate atque adhaesione suis sanctis monitionibus et divinis praedicationibus salubriter erudire curavit.

3. Eodem tempore persecutio Diocletiani et Maximiani imperatorum Romanorum contra christianos tam immaniter saeviebat ut, sicut liber pontificalis et chronicae imperatorum ac summorum pontificum referunt, infra spatium triginta dierum decem septem millia christianorum utriusque sexus per diversas mundi provincias coronarentur martyrio (1).

4. Unde persecutio ista contra christianam ecclesiam decima velut maior et diuturnior ac plenitudo novem aliarum praecedentium describitur. Igitur circa annum Domini ducentesimum nonagesimum contigit Datianum praesidem provinciae Hispaniarum, concordem voluntati ipsius Diocletiani, ad persecutionem christianorum in Hispaniae partibus exsistentium cum plenissima potestate ad civitatem Barcinonensem pervenire. Quod beatum Severum non latuit; cui per revelationem divinam persecutio eius suique
B gregis fuerat per antea nuntiata.

5. Cum ergo in ipsa civitate praeses Datianus inquisitionem contra christianos inciperet, et beatus Severus super alios ei accusatus fuisset quod ipsum velut patrem et pastorem ac defensorem fidei omnes christiani haberent, disposuit ipsum capere, ut in praesentia populi christiani vi tormentorum eum cogeret publice fidem Christi turpiter abnegare et sacrificare idolis Romanorum, ut sic exemplo sui christianos alios ad similia faciliter traheret et ad cultum idolorum eosdem induceret.

6. Unde hoc praesentiens Severus, sui Salvatoris exemplo decrevit furiae persequentium cedere ad modicum tempus, ut in agendis deliberaret utilius. Ideo secrete et de nocte de civitate recessit et ad locum qui vocabatur Castrum Octaviani, distantem a civitate per decem milliaria, transire proposuit.

7. Cum autem medietatem itineris ambulasset, vidit circa viam quendam virum christianum, et Deo gratum, nomine Emiterium, in agro fabbas seminantem. Ad quem accedens[1] post salutationem ipsum de persecutione christianorum in civitate Barchinone existentium informavit,
C addens de se ipso quod erat paratus mori pro fide Christi salvatoris mundi.

8. Idcirco eum commonuit quod si satellites Datiani, quos credebat se esse persecuturos, perinde transirent et de persona ipsius interrogarent eundem, ipsis clare responderet quod, cum fabbas seminabat dictus Emiterius, episcopus ipse per inde transisset, eumque in loco praedicto infallibiliter reperirent. Audiens autem Datianus quod beatus Severus christianorum episcopus recesserat, misit post eum de sua familia satellites impios, iubens ipsum capi et interfici, vel saltem ligatum ad se reduci, nisi Christi fidem abnegaret et diis Romanorum offerret sacrificia.

9. Ideo ministri detestabiles perpeti[2] cursu sancti viri vestigia persequentes, viderunt circa viam sanctum Emiterium laborantem in agro D
super fabbas: quae ea die, qua seminatae erant, fuerant ortae et creverant plantae ac floruerant, dispositae ad fructum producendum. Quod miraculum Dominus Deus tunc voluit fieri, ut persecutoribus sancti Severi merita ipsius ostenderet et beatum Emiterium ad recipiendum pro fide sua martyrium provocaret. Interrogantes igitur eundem Emiterium satellites praesidis, si per inde sanctus Dei Severus transisset, respondit quod sic. Interrogatus ulterius de hora, respondit quod ea hora qua ipse fabbas illas seminarat. Quod illi audientes, et miraculum illud non percipientes et minus[3] credentes, putarunt quod Emiterius vir Dei eis derisorie loqueretur. Ideo indignati contra eum, et percipientes quod christianus esset, eundem vinctum ad Castrum Octaviani secum traxerunt.

10. Cum igitur dicti satellites applicuissent ad Castrum Octaviani, sanctus Severus, non attractus sed sponte, se ipsum coram eis exhibuit, eosque audaciter interrogavit, quem requirerent seu habere vellent. Et cum respondissent se quaerere Severum christianorum episcopum, sanctus E
Severus episcopus clara voce respondit se ipsum esse. Quod audientes illi, statim furiose iniecerunt manus in ipsum, fortiter eum verberantes, et vinculis alligantes. Et cum eodem quattuor coronatos (2) clericos ipsius, qui secum aderant, ceperunt, et percutientes illos, ac cum corrigiis plumbatis graviter verberantes, demum decapitari fecerunt. Ulterius beatum Emiterium modo simili, coram beato Severo, gladiis interfecerunt.

11. Videntes autem ministri diaboli quod nec terroribus nec minis nec promissionibus aut verberibus poterant beatum Severum a soliditate fidei amovere nec ad adorandum Romanorum idola inclinare, eum iterato verberaverunt. Et cum etiam viderent ipsum in confessione fidei christianae perseverantem, unus ex ipsis accepit clavum ferreum magnum et grossum, et eius cuspidem super coronam capitis sancti Severi apposuit, et alius cum massa lignea fortiter super clavum percussit, sicque clavus totum caput et cerebrum beati Severi transfodit. Itaque ipse statim velut mortuus cecidit. Quod videntes ministri diaboli, eum in terra iacentem, mortuum F
totaliter existimantes, inde illico recesserunt, et ad praesidem, qui eos miserat, redierunt.

12. Christiani vero de civitate et locis circumstantibus, audientes quae in personam sancti Severi fuerant perpetrata, ad locum Castri Octaviani gradu concito occurrerunt, et sanctum Dei virum eorumque pastorem in mortis agonia iam exsistentem repererunt. Quibus benedictionem episcopalem, ut fieri valuit, contulit, et pretiosam Deo animam commendans tradidit, et sic per viam martyrii caelos laureatus intravit. Corpus vero ipsius, apud ecclesiam parochialem dicti Castri Octaviani per christianos, condolentes et non modicum lacrimantes de recessu defectuque tanti patris et pastoris, exstitit tumulatum. Ubi

[1] *ita corr., prius* excedens 2, excedens 1, F. — [2] perpiti 1, 2, F. — [3] (et m.) *ita* 1, F, nec *corr.* 2.

(1) Cf. *Liber pontificalis*, ed. L. Duchesne, t. I (1886), p. 162. — (2) Vox ista, de clericis christianis dicta, est, ni fallor, ἅπαξ λεγόμενον (et inde etiam magis suspectus fit textus allatus in Comm. praev., num. 2), neque, sicut nec horum clericorum mentio, occurrit in Vita prolixiori. Nonne iure suspicari licet eam huc irrepsisse per confusionem quandam cum sanctis Quattuor Coronatis, qui coluntur praecipue die 8 novembris, sed etiam in nonnullis fastis sacris signati sunt ad diem 7, unde potuit in kalendario Barcinonensi, quod auctor Vitae prae oculis haberet, illorum mentio quasi adiungi nomini Severi, forte ascripto in margine?

multis

PASSIO BREVIOR

A multis annis cum corporibus aliorum martyrum diversorum, primo sub terra, deinde in arca lignea (1) exstitit reservatum. Et postea tractu temporis ad monasterium Sancti Cucuphatis in eodem loco situm translatum fuit; ubi diutius etiam cum aliis reliquiis sanctorum exstitit conservatum. Ad laudem et gloriam Iesu Christi, pro quo idem sanctus martyrizatus fuit, et qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat unus Deus in saecula saeculorum.

(1) Arcam illam ligneam, in qua tradebatur S. Severi corpus fuisse primo conditum, baculum quoque pastoralem qui dicitur fuisse S. Severi, vidit idem Caresmar in ecclesia monasterii Sancti Cucufatis pie servata (CARESMAR, p. 36-37).

DE MARTYRIBUS DECEM

HIEROSOLYMIS

C. ANN. 638 H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Adonis hodierna annuntiatio

1. *Hodierna decem martyrum annuntiatio apud Adonem et Usuardum, qui uterque his verbis utuntur :* In Oriente civitate Theopoli sanctorum B decem martyrum qui sub Sarracenis passi leguntur in gestis sanctorum quadraginta, *interpretum paene omnium ingenia excruciavit, nec nodo solvendo quicquam contulit parvum ita nuncupatum martyrologium in quo non decem sed quadraginta martyres hoc ipso die passos esse legimus :* Civitate Theopoli XL martyrum. *Cum enim Theopolim Antiochiam intellegerent, et de quadraginta martyribus hoc loco interemptis nusquam mentionem reperirent, frustra quid implexis illis locutionibus subesset deprehendere conati sunt. « Ad tempus cum sub Cosrhoe rege Persarum Antiochia a Sarracenis direpta est » satis infeliciter respexit Baronius* (1)*; rectius Sollerius ad annum 637 vel 638 remisit* (2), *verum ex argumento minus apto, et mente ita ancipite, ut fateretur se non videre ubi pedem tuto figeret. Aliorum sententias rettulisse contentus, quid sibi de re videretur non aperuit Georgius* (3).

illustratur

2. *Si viris egregiis, dum Adoniano vel Usuardino laterculo insudabant,* Passio sanctorum sexaginta martyrum *a nobis edenda praesto fuisset, omnis ilico evanuisset dubitatio, et duplex geminae annuntiationis mendum nullo negotio sustulissent. Nisi* C *enim in depravato codice* Theropoli *pro* Eleutheropoli, *numerumque* XL *pro* LX *legisset, procul dubio, ut alias ostendimus* (4) *et vel inspicienti patet, scripsisset martyrologus :* In Oriente civitate Eleutheropoli sanctorum decem martyrum qui sub Sarracenis passi leguntur in gestis sanctorum sexaginta. *Et quidem Passio obiter lecta haec praebet; qui tamen illam attentius inspexerit, non Eleutheropoli sed Hierosolymis passos esse martyres decem statim deprehendet. De parvi romani martyrologii enuntiato ex dictis facile iudicium fertur, illud videlicet tot erroribus quot verbis constare.*

ex Passione LX martyrum,

3. *In Passione, de qua iam acturi sumus, historia narratur sexaginta militum, qui, expugnata Gaza ab Arabibus quarto currente saeculi VII decennio, capti et in carcerem detrusi, cum fidem negare recusassent, iussu Amri celeberrimi ducis, omnes non uno tamen die iugulati sunt. Primum enim mense novembri die sexto, ut videtur, novem milites cum duce Callinico, ut ceteris timorem incuteret, decollari praecepit, reliquos autem mense decembri die decimo septimo; unde non recte lemma Passionis conceptum esse patet, cum sexaginta non vero quinquaginta martyres mense decembri passos* E *esse significet.*

e graeco latine reddita

4. *Passionem sanctorum sexaginta martyrum repperimus in codice archivi capituli Sancti Petri in Vaticano signato A 5, saec. XI exarato, fol. 222-223ᵛ, quem alio loco unus ex nostris excussit* (5), *eamque primum in* Analectis *edidimus* (6). *Quod stilo adeo barbaro conscripta sit, ut multis in locis vix intellegi queat, id tum interpres latini sermonis paene ignarus, tum librarius neglegens vel exemplari lectu difficili nimiumve corrupto instructus, effecerunt. Interpretem dixi; nam Passionem graece scriptam fuisse et quasi e verbo latine expressam esse sermonis ratio ita aperte indicat, ut nisi graecorum vocabulorum quae latinis subsunt recorderis, sententiam auctoris vix assequaris. Scriptorem graecum haec, verbi gratia, ut quae tritissima sunt tantum afferam, manifestant :* Christo amabilem civitatem = φιλόχριστον πόλιν; imperatoris a Deo coronat(i) = βασιλέως θεοστέπτου; vivificam crucem = ζωοποιὸν σταυρόν; iussit eos inferratos duci = ἐκέλευσεν αὐτοὺς σιδηρωθέντας ἀχθῆναι; prior sanctorum = πρῶτος τῶν ἁγίων; a deo odibilem = μισόθεον *potius quam* θεομισῆ; finiti F sunt Christi martyres = ἐτελειώθησαν οἱ τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες; mense novembrio, decembrio = μηνὶ νοεμβρίῳ, δεκεμβρίῳ, *et ita porro.*

et pessime tradita.

5. *Sed et librarios in multis peccasse planum est. Et primo quidem, postquam scripserat, qui codicem nostrum exaravit, iussu Amri milites in carcerem ductos esse in civitate Eleutheropoli, ibique mansisse per menses duos, haec statim addidit :* item mandans Sarracenos transmisit eos theropolim, *quae nullo pacto consequentia sunt, et aliquid ab uno ex scriptoribus omissum fuisse suspicionem movent. Sed maxima eorum oscitantia in nominibus martyrum exprimendis apparet. Nomina enim appellativa cum propriis miscuerunt, nonnulla omiserunt, alia perperam scripserunt, ita ut ne adhibitis quidem remediis quae sapienter attulit b. m. I. Pargoire* (7), *omnia sanare contingat. Auctores Bononienses nonnullos, et etiam Petrum de Natalibus aliquot sanctorum nostrorum nomina servasse alibi diximus* (8); *verum, vix ullum nobis subsidium*

(1) BARONIUS in notis ad *Martyrologium Romanum* die 6 novembris. — (2) *Martyrologium Usuardi*, p. 655. — (3) *Martyrologium Adonis*, p. 565. — (4) *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 298-300. — (5) *Catal. Lat. Rom.*, p. 15-20. — (6) *Anal. Boll.*, t. c., p. 300-303. — (7) *Les LX martyrs de Gaza*, in ÉCHOS D'ORIENT, t. VIII (1905), p. 40-43. — (8) *Anal. Boll.*, t. c., p. 295.

dium

AUCTORE H. D.

dium praebent, cum eorum lectiones in exemplaria nostro vix emendatiora refundantur.

Martyrum nomina

6. *Qui in altera nominum serie (n. 4) haec primum excerpserit :* Devandus, Sciton, Devandus, Devandus autem voluntarisiorum *et cum his graecis vocabulis contulerit :* ἐκ βάνδου Σκυθῶν, ἐκ βάνδου Βολουνταρίων, *statim intelleget haec non martyrum sed cohortium* (βάνδον) *nomina esse, videlicet Scytharum ac Voluntariorum, et martyres nostros ex utraque selectos fuisse* (1). *Hinc, si ad primam decem martyrum turmam nos convertamus, quae hisce duodecim constare dicitur :* Cithom, Devandus Callidicus, Imerius illustrius, Theodorus, Stephanus, Devandu voluntarisiorum Petrus, Paulus, Theodorus, Iohannes et alius Iohannes, *atque duo priora nomina inverso ordine ponamus, ilico haec novem martyrum series habetur :* ἐκ βάνδου Σκυθῶν Καλλίνικος, Ἱμέριος ἰλλούστριος, Θεόδωρος, Στέφανος· ἐκ βάνδου Βολουνταρίων Πέτρος, Παῦλος, Θεόδωρος, Ἰωάννης καὶ ἕτερος Ἰωάννης. *Nomen unum excidisse libentius credam quam* Ἰλλούστριον, *quod apud Graecos mediae aetatis* B *nomen dignitatis est, unum ex martyribus vocitatum fuisse.*

quomodo legenda.

7. *Alterius quinquaginta martyrum, qui 17 decembris passi sunt, turmae haec supersunt nomina.* Ἐκ βάνδου Σκυθῶν Ἰωάννης, Παῦλος καὶ ἕτερος Ἰωάννης, Παῦλος, Φωτεινός, Ζίτας, Εὐγένιος, Μουσήλιος, Ἰωάννης, Στέφανος, Θεόδωρος, Ἰωάννης πατὴρ καὶ Θεόδωρος υἱός, Γεώργιος, Θεόπεμπτος, Γεώργιος, Σέργιος, Γεώργιος, Θεόδωρος, Κυριακός, Ἰωάννης, Ζίτας καὶ Ἰωάννης, Φιλόξενος, Γεώργιος, Ἰωάννης, Γεώργιος· ἐκ βάνδου δὲ Βολουνταρίων Θεόδωρος, Ἐπιφάνιος, Ἰωάννης, Θεόδωρος, Σέργιος, Γεώργιος, Θωμᾶς, Στέφανος, Κόνων, Θεόδωρος, Παῦλος, Ἰωάννης, Γεώργιος, Ἰωάννης καὶ Ἰωάννης, Παυλῖνος, Καιούμας, Ἀβράμιος, Μαρμισής, Μαρῖνος. *Vix ullum de ipsis nominum lectionibus dubium superest, cum* Zitas *minime inauditum sit* (2), *Galumas autem a Bononiensibus* Caiumas *lectum fuerit. Nomina tria omissa sunt, cum Marinus quadragesimus septimus et ultimus recenseatur.*

Difficultas de die

8. *Multo maior difficultas exsurgit cum tempora ex numeris a librario allatis computare aggrederis. In his enim non semel peccavit.* C *Primum ex eo oritur dubium quod martyrologia die 6 novembris martyres decem annuntiant, in Passione autem totidem verbis eos* mense novembrio die undecim *passos esse legimus. Cum martyrologos antiquos e sola Passione veluti fonte omnia hausisse certum videatur, quaerendum est utra lectio* die sexta *an* die undecima *in archetypo reperta sit. Inter utramque autem disceptandi nulla ratio suppetit. Obvius enim est et creberrimus scriptorum error ut numerum VI pro XI legant et vicissim, nec minus Adoni quam librario nostro lapsum imputare temerarium videtur. Quare dies natalis sanctorum decem in ambiguo remaneat oportet, nisi tamen argumentum ex eo deducere velis quod milites quinquaginta* post triginta dies *coram Amro astitisse dicantur, magis autem ad rei veritatem accedere censendus sit qui mensem integrum ab 11 novembris ad 17 decembris elapsum asseveret quam qui a 6 novembris computare incipiat. De natali sanctorum quinquaginta* D *die decembris 17 inter Adonem et codicem nostrum dissensio non est; discrepat tamen Bononiensis traditio, de qua mox, et quae a lectione XVI pro XVII profecta videtur.*

et anno

9. *Si ad annum quo haec gesta sunt definiendum animum convertas, nulla satis certa ratio occurrit omnia componendi quae synchrona esse perhibentur. Peracta quippe caede decem priorum, reliqui milites quinquaginta martyrium subiisse feruntur mense decembri die 17, feria quinta, indictione XIII, anno Heraclii vicesimo octavo, superstite etiam Sophronio Hierosolymorum patriarcha, ut ex tota historia facile colligitur. Iam vero neque cum vicesimo octavo Heraclii anno (6 oct. 637 - 5 oct. 638) currit indictio XIII*ª*, sed XI*ª*, neque, si errorem librarii esse existimes et XII pro XIII scribendum fuisse censeas, annus imperii quadrat, cum a 6 octobris 638 Heraclii annus vicesimus nonus exordiatur. Levior esset difficultas ex Sophronio, qui 11 martii 638 obierit, cum de die quidem certo constet, non ita de anno. Si ergo legendum putes* mense decembrio die septima E decima, feria V, indictione XII, imperante Eraclio anno vicesimo VIIII, *simulque Sophronium anno 639 e vivis excessisse addas, omnia, hoc saltem loco, satis cohaerent; si autem Heraclii annum vicesimum VIII retineas, tam indictionem quam diem hebdomadae immutes oportet, cum tunc 17 decembris, ut patet, in feriam quartam incidat.*

qua ratione solvatur.

10. *Satis obviam et planam esse coniecturam qua temporum ordinem restituere conamur nemo quidem negabit; satis certam esse ex quo initium ducatur rerum in expugnata ab Arabibus Syria gestarum seriem constituendi, neque nos asseverare audemus. Ex iis quippe quae ex annalibus Arabum proferunt quotquot de bello scripserunt* (3) *nihil didicimus quo tempus expugnatae Gazae definire possimus, nec quicquam huiusmodi hucusque repertum esse intelleximus e litteris a vv. cll. Iohanne de Goeje et Theodoro Nöldeke perhumaniter datis. Utique si anno vicesimo nono Heraclii martyres nostros passos esse dicamus, captam esse civitatem Gazam anno vicesimo septimo, ut initio Passionis ponitur, absonum non est. Demptis enim ab anno XXIX (oct. 638 — oct. 639) diebus triginta, mensibus duobus, mensibus iterum tribus, et iterum* F *decem, seu mensibus sexdecim quibus in variis carceribus detenti sunt sexaginta milites, in annum XXVII (oct. 636 — oct. 637) incidimus. Attamen, ne tuto vestigio procedamus, obstat quod lectio codicis* vicesimo septimo *non magis indubitata est quam reliquae numerorum notae; obstat etiam quod eo in loco quo captivorum itinera narrantur, Passio non certo integra est, ut supra diximus* (4). *Ut igitur in alium diem rei iudicium reiciamus, quando novis repertis subsidiis de phrasi et numeris instrumenti constiterit, prudens consilium est.*

Acta fide dignissima

11. *At, si minus probe historiae verba tradita sunt, nullo tamen indicio suademur ut de eiusdem veritate dubitemus. Fac etiam narratorem ipsum nonnulla, maxime quae ad temporum rationem pertinent, quaeque valde implexa esse nemo non fatebitur, minus accurate protulisse, ingenuum sincerumque illum esse tota oratio clamat. Rerum*

(1) J. PARGOIRE, in *Échos d'Orient*, t. c., p. 41. — (2) V. gr. in *Vita S. Auxentii*. Cf. PARGOIRE, t. c., p. 42. — (3) A. MÜLLER, *Der Islam im Morgen- und Abendland* (Berlin, 1885), p. 248-61; J. WELLHAUSEN, *Prolegomena zur aeltesten Geschichte des Islams*, SKIZZEN UND VORARBEITEN, t. VI (Berlin, 1899), p. 3-89; M. J. DE GOEJE, *Mémoires d'histoire et de géographie orientales*, t. II, 2ᵉ éd. (Leide, 1900). Cf. GELZER, ap. KRUMBACHER, *Geschichte der Byzantinischen Litteratur*, zweite Aufl., p. 950-51. — (4) Supra, num. 5.

enim,

A *enim, personarum et locorum adiuncta, quae non ita illustria sunt ut a quovis adhiberi potuerint, cum narratis optime quadrant, et sanctorum martyrum gesta ita ieiune et candide exponuntur ut a scholastico dicendi modo nihil remotius excogites. Exploratum igitur est duplicem venerabilium martyrum, qui militiae ascripti erant, turmam, in Palaestina Romanis imperante Heraclio, Arabibus Amro, gladio cecidisse, alteram Hierosolymis, mense novembri XI probabilius, alteram Eleutheropoli mense decembri XVII, vel forsitan pridie, et in utroque loco, ubi sepulti fuerant, oratorium seu ecclesiam excitatam esse; tandem ab anonymo, nec tempore nec spatio a rebus gestis multum remoto, graece eorundem Acta conscripta esse quae inter " sincera „ ita nuncupata, non ultimum locum tenent.*

S. Floriano male aptata;

12. *Quinam praeter Adonem Passionem sexaginta martyrum legerint operae pretium est inquirere. Et primo quidem certum est Bononienses, iam saeculo XII, quando repertae sunt reliquiae in ecclesia S. Stephani* (1), *Passionem sanctorum sexaginta in suis scriniis habuisse; cum enim* B *nulla uspiam esset illorum, quos martyres esse sibi finxerunt, historia, audens aliquis hagiographus Passionem martyrum Palaestinensium nulla verecundia ad usus suos accommodavit, atque paucis mutatis et nonnullis additis aliam ex ea concinnavit cui titulum fecit* Legenda sancti Floriani et sociorum suorum, quae ex antiquissimis scripturis et approbatis inventa est, *et quam e codice Corsiniano 64* (2) *in* Analectis *nostris edidimus* (3). *Qua ratione id actum sit breviter ibidem exposuimus* (4). *In Passione S. Floriani quam reperire contigit, nulla, praeter Callinici, sociorum nomina leguntur. Aliam eiusdem exstitisse recensionem, in qua ea fere nomina recitabantur de quibus supra diximus, vix non certo deducitur tum e Petro de Natalibus* (5) *tum e scriptoribus Bononiensibus, veluti Pullieno* (6) *Casale* (7) *et Masini* (8), *quibus eadem illa praesto fuere. Exiguam ex illa ad emendandam Passionem utilitatem colligendam esse, si forte exstaret, haud dubium est, cum iisdem plane mendis, quibus nostrum, exemplar Bononiense refertum fuisse videatur. Parvi igitur faciendum puto quod et Bononienses legerint* anno vicesimo septimo Heraclii *Gazam expugnatam fuisse, et martyres quinquaginta die decembris 16, qui nunc S. Floriano sacer est, non vero 17, mortem obiisse.*

Auctore H. D.

a paucis

13. *Binis in locis de martyribus Palaestinensibus agit Petrus de Natalibus. Mense novembri, inter SS. Felicem Fundanum et Prosdocimum, id est ad calcem diei 6, haec habet:* De sanctis martyribus decem. Decem martyres in oriente apud civitatem Theopolim *(al.* Rheopolim) passi sunt. Qui a Sarracenis comprehensi Christumque dominum confitentes crucibus appensi, coronas martyrii a Domino percipere meruerunt, VIII idus novembres. Haec Ado in martyrologio suo (9). *In quibusnam haec ab Adoniano laterculo discrepent utrumque conferenti facile patebit; non ita undenam sumpserit quae de crucis supplicio addit Petrus. Iterum eosdem recolit mense decembri, ubi* de sanctis Floriano Calanico et sociis martyribus (10), *eorumque historiam, ut vel solo lemmate docemur, ex Passione S. Floriani, utique magis integra, cum nomina quorundam martyrum recitet,* E *excerpsit. Id tamen notari velim Floriani cum ceterorum XVI kalendas ianuarii, id est 17 decembris, si Petrum audias, passionem recoli.*

lecta fuisse videntur.

14. *Acta Passionis sexaginta martyrum a Baronio in martyrologio ad diem decembris 17 adhibita esse existimat Sollerius* (11); *at quo iure id censuerit non video, cum Adonem ex Actis S. Floriani Baronius potius inquinaverit, quando lecta genuina Passione statim intellexisset figmenta esse quaecumque de Floriano suo Bononienses comminiscuntur. Passionis ex ipso tabularii capituli Vaticani codice apographum prae manibus habuit Sollerius, quod etiam nos in bibliotheca servamus. Verum, Baroniano laterculo deceptus, rem penitus inspiciendam non existimavit, atque, ut ipse ait, ad ulteriorem investigationem remisit.*

15. *Qualia in codice iacent, licet barbare admodum scripta, Acta sanctorum martyrum accuratissime edenda censemus; si quid autem certo emendandum occurrat, id in infima pagella reponere, quam in ipsum scriptum intrudere malumus.*

C (1) *Act. SS.*, Oct. t. II, p. 466. — (2) *Catal. Lat. Rom.*, p. 277. — (3) *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 303-307. — (4) *Ibid.*, p. 292-98. — (5) *Catalogus sanctorum*, l. I, c. LXXIII. — (6) O. PULLIENO DE' LUPARI, *Relatione historica ovvero chronica della misteriosa chiesa di San Stefano di Bologna detta Gierusalemme*, Bologna, 1600. — (7) CASALE, *Nuova Gierusalemme detta la sacra basilica di San Stefano di Bologna* (Bologna, 1637), p. 190. — (8) MASINI, *Bologna perlustrata*, t. I (Bologna, 1666), p. 558. — (9) *Catalogus sanctorum*, l. X, c. XXXII. — (10) *Ibid.*, l. I, c. LXXIII. Cf. *Anal. Boll.*, t. c., p. 295. — (11) *Martyrologium Usuardi*, p. 749. F

PASSIO SEXAGINTA MARTYRUM

e codice capituli S. Petri in Vaticano A 5. Cf. Comm. praev., num. 4.

Incipit passio sexaginta martyrum qui passi sunt a Sarracenis mense december die XVII.

A Sarracenis

1. Martyrium sanctorum Christi militum sexaginta qui tenti sunt ab impiis Sarracenis in Christo amabilem civitatem Gazam, regnante domino nostro Iesu Christo, anno vicesimo septimo Heraclii imperatoris a Deo coronatus. Factum est autem in tempore illo de atheis Sarracenis ut obsiderent Christi amabilem civitatem Gazam, et necessitate coacta civitas petierunt verbum. Quod et factum est. Sarracenis vero dederunt ei verbum, absque militibus qui in eadem civitatem capti sunt. Ingredientes autem civitatem et capientes christianissimos milites miserunt eos in carcerem. Subsequenti vero die iussit Ambrus (1) adduci sanctos Christi milites; qui et adducti ante eum, cogebat eos discedere a Christi confessione et a pretiosa et vivificam

Gazam obsidentibus

(1) Videlicet Amr.

crucem

PASSIO

milites sexaginta Eleutheropolim

crucem domini nostri Iesu Christi. Non autem consentientibus, iussit Ambrus separari ab eis uxores et filios et arma eorum, et iterum mitti eos in carcerem. Facientes autem in carcerem dies triginta, et iussit eos iterum inferratos duci in civitatem qui cognominatur Eleutheropolis, et ibidem iterum missi in carcerem per menses duos. Item mandans Sarracenos transmisit eos [1] <Eleu>theropolim [2] ferratos. Et ibi iterum facientes tribus mensibus, recordatus impius Ambrus, mandans Sarracenos tulit eos a carcere, et ducens in sanctam civitatem iterum mitti in carcerem.

dein Hierosolyma abducuntur,

Cognoscens autem sanctissimus patriarcha Sophronius vacabat ad eos noctanter admonens et rogans eos ut de Christi confessione non discederent, qui pro nobis passus est, et non separaretur unus ex ipsis de Christi domini nostri fide. Simili modo faciebat prior sanctorum Christi martyrum nomine Callinicus, cotidie ammonens et rogans eos ut essent imitatiores [3] sanctorum quadraginta martyrum (1). Diabolus autem iterum imminens a Deo odibilem Ambrum, post menses decem scripsit ad Ammiram (2), qui in sanctam B civitatem erat dux, propter sanctos martyres dicens ut vadat ad sanctos martyres in carcerem et diceret ut negent fidem suam; et si consenserint ut negent Christum, tollite ferros ex ipsis et transmittite eos cum magnum honorem; et si noluerint consentire, priorem eorum cum alios novem decollare ante illos; ceteros videntes fortassis timore ducti abnegent fidem suam.

ubi decem ex ipsis decollantur;

2. Haec audiens sanctissimum patriarcha Sophronius non requievit ipsa nocte, cum lacrimis supplicans unumquemque ammonens de Christi fide. Unde autem factum, venit Ammirans ad eos, et eiiciens de carcerem et relegens eis que scripta erat ab Ambro; sancti autem Christi martyres non consentientes preceptis illius, sed simul omnes confitentes Christi Domini nostri fidem, tunc iratus Ammiras eicit sanctos foras civitatem ante portas et iussit decollari priorem eorum cum alios novem martyres. Quos et tollens sanctissimus patriarcha Sophronius, sepelivit eos in unum locum ubi et condidit oratorium sancti Stephani primi martyris. Sunt enim nomina [1] sanctorum qui passi sunt in sanctam Dei civitatem Cithom, Devan- C dus, Callidicus, Imerius illustrius, Theodorus, Stephanus, Devandu voluntarisiorum, Petrus, Paulus, Theodorus, Iohannes et alius Iohannes. Finiti sunt autem Christi martyres mense novembrio die undecima [2] indictione tertia decima [3].

ceteri

3. Ceteri autem sancti reducti sunt in carcerem. Mandavit Ammiras Ambro dicens: Secun- D dum vestram iussionem feci; militibus illis non consentientibus capiti sententiam deiudicavi eis; cęteros autem inclausi in carcerem. Quod enim vobis visum fuerit rescribite nobis. Post vero triginta dies iterum diabolus adseminat in corde Ambri; mandavit ad Ammiram ut inferratos mitteret ad eum cęteros sanctos et coniungentes martyres Christi astiterunt coram Ambro. Ambrus autem iussit adduci uxores eorum et filios ante eos. Qui dum adducti fuissent, dixit Ambrus ad sanctos martyres Christi : Usquequo dure cervices estis et non consentientes nobis esse de cerimoniis nostris? Si enim consenseritis nobis, ecce habetis uxores vestras et filios, et estis sicut nos, et habebitis honorem sicuti unus e nobis; sin autem, quod passi sunt commilitones vestri et vos patimini. Tunc sancti martyres unanimes responderunt Ambro dicentes : Nemo nos potest separare a caritate Christi, neque uxores, neque filiis, neque omnis seculi istius substantię sed servi sumus Christi filii Dei vivi, et parati sumus mori pro eo qui mortuus est et resurrexit pro nobis. E Haec audiens crudelissimus Ambrus, furore plenus, et facies eius immutata, iussit circumdari sanctos martyres Christi a multitudine Sarracenorum, et sic impie concidit propter Christi fidem. Sanctos autem ita finientes inventi sunt hii viri Christi amabiles et emerunt corpora eorum dantes solidos tria milia. Et cum magno honore sepelierunt Christi martyres componentes in Eleutheropolim edificantes illic ecclesiam in qua adoratur sancta vivificatrix et consubstantialis Trinitas.

necantur Eleutheropoli.

Martyrum nomina.

4. Sunt vero qui finiti sunt pro Christi fide sanctorum nomina [1] haec : Devandus, Sciton, Iohannes, Paulus et item Iohannes, Paulus, Fotinus, Zitas, Eugenius, Musilius, Iohannes, Stephanus, Theodorus, Iohannes pater et Theodorus filius, Georgius, Theopentus, Georgius, Sergius, Georgius, Theodorus, Quiriacus, Iohannes, Zitas et Iohannes, Philoxenus, Georgius, Iohannes, Georgius, Devandus, Devandum autem voluntarisiorum, Theodorus, Epiphanius, Iohannes, Theodorus, Sergius, Georgius, Thomas, Stephanus, Conon, Theodorus, Paulus, Iohannes, Georgius, Iohannes et Iohannes, Paulinus, Galumas, Habramius, Mermicius et Marinus. F Finiti sunt autem Christi martyres mense decembrio die septima decima feria V, hora VI, indictione XIII [2], imperante Eraclio anno vicesimo VIII, regnante domino nostro Ihesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

1. — [1] *Aliquid deesse videtur; cf. supra, n. 5.* — [2] *cod.* theropolim *quod et legisse videtur* ADO: Theopoli, *et* PETRUS DE NATALIBUS (X, 32): Rheopolim. — [3] *ita cod.*

2. — [1] *supra, n. 6, 7.* — [2] ADO *legebat* die VI, *supra, n. 8.* — [3] *supra, n. 9.*

4. — [1] *supra, n. 6, 7.* — [2] *supra, n. 9.*

(1) Procul dubio martyres XL Sebastenos intellegit. — (2) Forsitan Amir ibn Ghailân, qui in Syria anno 639 peste interemptus obiit, ut coniecit M. J. De Goeje. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 290. Nisi tamen *ammiras* nomen dignitatis sit.

DE

A D

DE SANCTO PROTASIO

DICTO EPISCOPO AVENTICENSI SEU LAUSANNENSI

MEDIO SAEC. VII? A. P.

Protasius, saltem a saeculo IX ut sanctus habitus,

1. *Quamvis iam pridem Protasius* (1) *sancti nomine ornaretur et saltem anno 886* ecclesia beati Prothasii *vel* sancti Prothasii *in pago Lausannensi exstructa esset* (2) *atque non raro eadem in chartis saeculi X* (3) *et saeculi XIII ineuntis* (4) *nominetur, tamen anno 1234 festum sancti illius praesulis Lausannae primum celebrari coeptum esse, docet testis optimus Cono de Estavaier, an. 1202 - cca. 1242 praepositus ecclesiae Lausannensis, in chartulario eiusdem ecclesiae* (5), *quod anno 1235, quale quidem ad nos pervenit, colligere aggressus est. Agendo autem festo designatus erat* B *dies 6 novembris, quo etiam die nunc in dioecesi Lausannensi sancti episcopi memoria colitur sub ritu duplici minore; eodem die recensitus est in paucis quibusdam martyrologiis recenti aevo editis, puta in martyrologio Castellani an. 1709, in martyrologio Parisiensi an. 1727, in Ebroicensi an. 1752.*

in documento saeculi X

2. *De Protasio illo nemo inter historicos meminit ante anonymum Lausannensem, qui exemplari Annalium Flaviniacensium* (6) *pauca quaedam anno 968 vel paulo post* (7) *adiecit. Ita ille ad an. 501, 507 et 532* (8) :

dicitur vixisse tempore Chlodovei I regis;

501. Felix, quem dicunt Gramnelenum, et uxor sua Ermendrudis construxerunt monasterium in loco Balmensi in honore sancte Dei genitricis Marie anno 14 Chlodovei regis, laudante Protasio Aventicensi vel Lausonensi episcopo.

517. Chlodoveus rex obiit.

532. Anno 15 Chlotarii regis et tempore Chelmegiseli, Aventicensis vel Lausonensis episcopi, Ermendrudis construxit monasterium Balmense.

Quae si fide digna sunt, ita res intellegenda videtur, ut Gramnelenus cum coniuge sua Ermendrude monasterium condere quidem coeperint, dum in vivis essent Chlodoveus I rex et Protasius episco- C *pus, postea vero, mortuis Chlodoveo, Protasio atque ipso Gramneleno, Ermendrudis iam vidua opus perfecerit* (9). *Verum tempora, quae in Annalibus luculenter designata sunt, veritati non congruere viri docti iam monuerunt* (10), *eo argumento nisi quod numquam Burgundiae regimen habuerit Chlodoveus I; porro intellegenda vel potius corrigenda annalistae verba quasi dicta sint de Chlodovei II anno 14, h. e. de anno 652, et de Chlotarii III anno 15, h. e. de anno 673; cum quibus optime id concordare, quod Felix ille Gramnelenus, a quo constructum est monasterium in loco Balmensi, idem esse videatur Chramnelenus dux ex genere Romano, quem in Burgundia transiurana tempore Chlodovei II vixisse* (11) *atque in saltu Iorensi monasterium condidisse novimus* (12). *Protasium tandem non saeculo VI, sed circa medium saeculum VII Aventicensi seu Lausannensi ecclesiae praefuisse.* E

reapse autem vel sub Chlodoveo II

Lausannensi ecclesiae praefuit,

3. *Et haec quidem argute explicata sunt, neque improbabile videtur ut ille, qui saeculo X extremo in Annalibus Flaviniacensibus quaedam Lausannensia inseruit, monumentum aliquod, puta diploma seu chartam, prae manibus habuerit, in quo tradebatur monasterium a Chramneleno duce et a coniuge ipsius conditum esse in loco Balmensi anno 14 Chlodovei regis, probante Protasio episcopo; et certe fieri omnino potuit ut quod de Chlodoveo rege, secundo utique huius nominis, scriptum legebat, ille de celeberrimo Chlodoveo I incautus acciperet. Nihilominus haec veri tantum similia, non tamen certo vera esse liquet. Neque reticendum est ipso tempore Chlodovei II atque in hac parte regni illius Protasium quendam vixisse episcopum, non quidem Lausannensem, sed Sedunensem* (13); *cum autem certo non constet ubinam situm fuerit monasterium illud in loco Balmensi* (14), *neque ulla ratione suadeatur Lausannensem potius quam Sedunensem episcopum in illius constructionem consensisse, fieri tamen denique potuit ut nescio quam ob causam Protasius ille Sedunensis consilium Chramneleni laudaret, annalista autem Lausannensis episcopum Protasium, quem forsan in diplomate, nulla sedis addita designatione, nominatum repperisset, facili lapsu episcopum patriae suae id est " Aventicensem vel Lausonensem „* (15) *crederet aut fingeret. Atque haec habea-* F

vel idem est Protasius episcopus Sedunensis sub ipso Chlodoveo II.

(1) Vulgo Protais, Prex, Preuts. — (2) Cf. F. de Gingins, *Cartulaire du chapitre de Notre-Dame de Lausanne rédigé par le prévôt Conon d'Estavayer* (Lausanne, 1851 = Mémoires et Documents publiés par la Société d'histoire de la Suisse Romande, t. VI), p. 275-77. — (3) Cf. ibid., p. 278-280. — (4) Cf. ibid., p. 257-74. — (5) Vid. infra, num. 4. — (6) Editi sunt permixtim " Annales Flaviniacenses et Lausonenses „ in *MG.*, Scr. t. III, p. 150-52; sed postea, diligenter inspecto codice, diversas manus, Flaviniacenses saltem septem, Lausannenses duas, accurate distinxit Ph. Jaffé, qui Annales Flaviniacenses atque Annales Lausonenses seorsim edidit apud Th. Mommsen *Die Chronik des Cassiodorus*, in Abhandlungen der Kön. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften, t. VIII (= Phil.-Hist. Classe, III), p. 684-89. — (7) Cf. Jaffé, t. c., p. 682-83. — (8) Jaffé, t. c., p. 685. — (9) Dubitavit tamen aliquis num utroque loco de eodem Balmensi monasterio sermo esset (M. Besson, in *Revue historique Vaudoise*, t. XII, 1904, p. 192). Quod etiamsi iure dubitatur, nihil id nostra refert, cum ea quae in Annalibus ad an. 517 et 532 annotata sunt, ideo dumtaxat exscripserimus, ut ostenderemus annalistam de Chlodoveo I loqui intendisse. — (10) Nominandus prae ceteris est P. Martinus Schmitt, *Études sur l'histoire du diocèse de Lausanne*, in Mémorial de Fribourg, t. I (1854), p. 244-47; Id., *Mémoires historiques sur le diocèse de Lausanne*, t. I (Fribourg, 1858 = Mémorial de Fribourg, t. V), p. 211-17. Vid. etiam E. F. Gelpke, *Kirchengeschichte der Schweiz*, t. I (Bern, 1856), p. 145-47; t. II (1861), p. 150-51; M. Besson, *Recherches sur les origines des évêchés de Genève, Lausanne, Sion* (Fribourg, 1906), p. 164. — (11) Cf. Chronica quae Fredegarii dicuntur, lib. IV, cap. 78 et 90. — (12) Cf. Vita Columbani auct. Iona, lib. I, cap. 14. — (13) Subscripsit concilio Cabilonensi an. 639-654 (*MG.*, Leg. sect. III, t. I, p. 213, lin. 18); cui etiam interfuit Arricus episcopus ecclesiae Lausonicensis (ibid., lin. 27). — (14) Cf. M. Besson, l. c., p. 192. — (15) His verbis innuitur saec. X servatam esse Lausannae memoriam temporis illius, quo Aventici residerent episcopi dioecesis quae iam Lausannensis dicebatur. An et quando Aventicum episcopos habuerit, non semel disputatum est. Vide quae hac de re nuper scripsit v. cl. Marius Besson, *Episcopus ecclesiae Aventicae*, in Archives de la Société d'histoire du canton de Fribourg, t. VIII. 2 (1904), p. 139-54; Id., *Recherches sur les origines* ..., p. 146-62.

AUCTORE A. P.

tur velim pro mera coniectura; quam, ut non videtur improbabilis atque ideo erat exponenda, non tamen probabiliorem dixerim altera coniectura, qua ita res explicatur, ut scriptor Annalium optimo documento usus recte quidem annotaverit Protasio Lausannensi episcopo laudante conditum esse a Chramneleno monasterium in loco Balmensi, in solo autem rege Francorum designando, id est Chlodoveo primo pro secundo, erraverit; cui alteri coniecturae certe momentum aliquod inde accedit, quod iam saeculo IX ac proin paene integro saeculo ante annalistae tempora, in dioecesi Lausannensi ecclesia S. Protasio sacra erat condita. Haec ut in re obscura.

Cetera quae de eo tradita sunt

4. *Multo minus certa sunt, immo commenticiis fabellis accensenda cetera quae de S. Protasio narrata repperimus. Post annalistam quidem Lausannensem unus de eo meminit Cono praepositus in chartulario iam allato. Is cum praeter annotationes annalistae, quas " in libro Beate Marie Lausannensis „ repperit et ex eo exscripsit, nihil de sancto Protasio scriptum invenisset, ea* B *quae a senioribus quibusdam narrabantur, quaeque popularem famam oppido sapiunt, subiunxit vir bonus. En eius verba* (1):

Ex anonymo Lausannensi.

Invenit — *ita Cono de se ipso* — enim ita scriptum in quodam libro Beate Marie Lausannensis : **Felix, quem dicunt Granvelensem, et uxor sua Ermendrudis construxerunt monasterium in loco Balmensi in honore sancte Dei genitricis Marie, anno XIIII Clodovei regis, laudante Prothasio Aventicensi vel Lausannensi episcopo, anno Domini DI. Obiit Clodoveus rex anno Domini DXVII, residente Rome papa** Agapito. Nichil tamen aliud scriptum de dicto beato Prothasio potuit invenire. Audivit tamen a pluribus antiquis sacerdotibus et fide dignis quod idem beatus Prothasius fuit de Venesia oriundus et adhuc ibi eius vita scripta posset inveniri (2). Cum autem aliquamdiu sedisset in episcopatu Lausannensi, ivit in Iuri (3), que est super villam que dicitur Bieri (4), pro abscidendis lignis ad reedificandam ecclesiam Lausannensem, et ibi diem clausit extremum, et fuit super ramum unum a monte adductus usque ad planum, ad locum qui dicitur Birula (5), quia ibi facta fuit ei quedam parva bieri, quod latine dicitur feretrum; super quod fuit portatus usque C ad villam que dicitur Bieri, quia factum fuit ei ibi D unum maius feretrum, quod in vulgari dicitur bieri, et ideo illa villa dicitur Bieri; et inde fuit adportatus usque ad villam que modo dicitur Sanctus Prothasius (6), que tunc dicebatur Basuges, et fuit positus in ecclesia que dedicata erat in honore Beate Marie; et quando illi qui eum portabant voluerunt eum inde adportare apud Lausannam, non potuerunt eum inde movere; et sepelierunt eum ibi in ecclesia ante cancellum in navi, et factum fuit super eum quoddam altare in honore eius; et est eius festum VIII idus novembris; quod tamen non fuit celebratum Lausanne usque ad annum ab incarnatione Domini M.CC.XXXIIII. Tunc statuerunt dominus Bonefacius episcopus et capitulum supradicti beati Prothasii confessoris <memoriam> fieri, et celebraretur ad IX lectiones Lausanne VIII idus novembris.

nullam fidem merentur.

5. *Ne fundamentum in aqua ponere videamur, ab excutiendis his quae de S. Protasio collegit Cono, prout saeculo XIII vulgo tradebantur, nos continendos censemus. Ceterum legendam etymologicam prorsus redolent ea quae de villa Bieri* E *atque etiam de villa Sancti Protasii tum ferebantur. Quod autem audivit Cono quosdam asseverantes S. Protasium fuisse* de Venesia oriundum, *id parum posteris satisfecit, cum alii S. Protasium italum facerent et in nobilissima Venetiarum civitate natum, alii gallum seu britannum, utpote de civitate Venetorum in Britannia minore ortum, alii helvetum, cum* de Venesia *idem esse monerent atque* de Aventico : *Aventicenses quippe aliquando dictos esse Veneticos* (7). *Quae sunt in documento dubiae fidei coniecturae dubiae.*

Cultus eiusdem ecclesiasticus.

6. *Multo meliora sunt, ut iam diximus, quae de festo S. Protasii suo tempore primum instituto tradidit Cono, qui duobus etiam aliis locis eadem de re eadem protulit* (8). *Etsi autem ab anno 1234 sancti memoria publice celebrabatur, tamen non ante saeculum XV eius reliquiis honorem habitum esse dixeris; saltem legimus* (9) " *sacras S. Protasii exuvias anno 1400 exhumatas, publicae venerationi esse expositas in sepulturae loco, cui iam dudum sancti praesulis nomen erat inditum.* „ *Praeterea ipsius nomen servant tum decanatus decimus dioecesis Lausannensis* (10), *tum aedicula illius nomine anno 1603 consecrata in Bellofonte, paroeciae dictae Vaulruz, alias Thalbach* (11). F

(1) Ed. F. DE GINGINS, *Cartulaire* ..., p. 27-29; G. WAITZ, in *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 794. — (2) Quaesitam esse hanc Vitam tum Venetiis, tum in Venetensi Britanniae minoris urbe, nec tamen inventam, monet M. SCHMITT, *Mémoires historiques*, t. I, p. 216. — (3) Hoc est in monte Iuri seu Iurensi (Jura). — (4) Bière, cant. de Vaud, distr. d'Aubonne. — (5) Berolles, cant. de Vaud, distr. d'Aubonne. — (6) Saint-Prex, cant. de Vaud, distr. de Morges. Iam ante finem saeculi IX ibi ecclesiam Beati Protasii exstitisse novimus ex charta edita in Cononis chartulario. Cf. supra, p. 251, annot. 2. — (7) Cf. M. SCHMITT, *Mémoires historiques*, t. I, p. 215-16; cf. p. 158. — (8) In chartulario (ed. F. DE GINGINS, t. c., p. 273) et in annotationibus quas idem Cono collegit (ed. in *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 790, lin. 37-39). — (9) In Breviario Lausannensi an. 1787, ad d. 6 nov., in lectione quinta. — (10) Ibid. — (11) Cf. SCHMITT, t. c., p. 217.

A D

DE S. CRONANO ABBATE BENCHORENSI

IN HIBERNIA

EXTR. SAEC. VII — C. D. S.

S. Cronanus abbas Benchorensis

1. *Ex* Memoria abbatum nostrorum (*Benchorensium*), *quae subiecta est Antiphonario Benchorensi* (1), *colligitur Cronanum fuisse huius celebris monasterii abbatem decimum quintum, et re vera tot reperiuntur indicati in Annalibus Tigernaci ab anno 600 usque ad annum 690, quo signata est mors Cronani*(2), *sed ordine nominum non prorsus eodem. Iidem qui in Annalibus Tigernaci, recensentur fere ad eosdem annos in Annalibus Quattuor Magistrorum* (3), *sed praeterea inter Critanum et Colmanum, Cronani decessorem, ad annum 671 legitur* (4) Maebrubha abbas Benchorensis, *qui hoc anno 671 dicitur* migrasse in Albam, *id est* B *Scotiam,* et ibi fundasse ecclesiam Aporcrosanam (*Abercrossan?*), *et idem legitur in Annalibus Ultoniensibus ad annum 672 et in Cluanensibus* (*Cluainmic-Nois*) *ad annum 669* (5); *qui Maelrubha si in numero abbatum Benchorensium computetur, decimus sextus fuisse Cronanus dicendus est.*

post medium saeculum VII,

2. *Obiit itaque* Cronanus *extremo saeculo VII, nempe anno 690 secundum Annales Tigernaci* (6) *et Annales Ultonienses* (7), *anno 686 secundum Cluanenses*(8), *anno 688 secundum Quattuor Magistros* (9). *In omnibus istis Annalibus appellatur* Maccu Caulne, *id est, secundum interpretationem cl. v. Whitley Stokes* (10), *pronepos Caulnei; sed quis fuerit iste Caulneus, vel quo aetatis anno obierit Cronanus, reperire non valui.*

ceterum ignotus,

3. *Neque etiam memoriae traditum est quae gesserit Cronanus, nisi quod in ultimis versibus rhythmi de* Memoria abbatum *indicatur ipsum adhuc in vivis fuisse quando conscriptum est Antiphonarium Benchorense. Nam post commemoratum Colmanum, quem scriptor Camanum vocat, ita pergit rhythmus* (11):

Christo nunc sedet supremus
Hymnos canens quindecimus;
Zoen ut carpat Cronanus,
Conservet eum Dominus.

certe diversus est a Cronano ad quem directa est epistula Iohannis IV S. P.

4. *Quod autem in Martyrologio Dungallensi notatum est secunda manu ad* Cronani *nomen, videlicet:* Floruit anno 639, nominatus tum in epistola Ioannis 4 papae, et cetera, *manifeste, ut recte iudicavit W. Reeves* (12), *alludit ad inscriptionem epistulae Iohannis IV recitatae a Ven. Beda,* Hist. eccl. *II. 19, in qua inter nomina abbatum legitur et nomen cuiusdam Cromani seu Cronani et alterius etiam inter nomina episcoporum* (13). *Sed hic non agi de Cronano nostro satis inde patet quod, secundum omnes Annales, non ante annum 675 obiit Colmanus abbas, cui successit Cronanus. Ceterum inter abbates qui in hac inscriptione leguntur etiam comparet nomen Segeni; Segenus autem abbas Benchorensis successit Maclaisreano, qui, secundum Annales Cluanenses, obiit anno 642, secundum ceteros vero Annales, anno 645. Sane is longe vicinior fuit temporibus Iohannis IV, qui sedem apostolicam tenuit annos tantum duos (an. 640-42), epistulam autem a Beda laudatam scripsit ubi electus, nondum vero consecratus fuerat.*

(1) *The Antiphonary of Bangor*, ed. F. E. WARREN (pro societate nuncupata ab *Henrico Bradshaw*, London, 1893), Part. I, fol. 36v. Cf. Part. II (1895), p. 82. — (2) *Annals of Tigernach*, ed. WHITLEY STOKES, in REVUE CELTIQUE, t. XVII (1896), p. 163-211. — (3) *Annal. 4 Mag.*, ed. O'DONOVAN, ann. 600, 605, 606, 612, 645, 662, 663, 665, 666, 668, 678, 688. — (4) *Ibid.*, t. I, p. 283. — (5) *Ibid.*, p. 282, not. *y*. — (6) *Revue Celtique*, t. c., p. 211. — (7) *Annal. 4 Mag.*, t. I, p. 294, not. *c*. — (8) *Ibid.* — (9) *Ibid.*, p. 295. — (10) *Revue Celtique*, t. c., p. 211. — (11) Ed. WARREN, l. c. — (12) *Martyrol. Dungall.*, p. 298, not. 3. — (13) Migne, *P. L.*, t. XCV, p. 113.

C F

DE S. WINNOCO ABBATE VEL PRIORE WORMHOLTANO

IN SEPTEMTRIONALI GALLIA

INEUNTE SAEC. VIII — C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De prima Vita S. Winnoci.

Vita primigenia S. Winnoci, a qua ceterae derivatae sunt,

1. *Triplicem repperimus Vitam S. Winnoci. Primam, quae in codicibus quibusdam manu scriptis coniuncta est cum Vitis SS. Audomari et Bertini, et ab eodem, ut videtur, scriptore concinnata* (1), *vulgavit I. B. Ghesquierus noster inter* Acta Sanctorum Belgii, *tom. VI, p. 432 sqq., ex codice ad Bollandianos transmisso a Patribus Collegii Societatis Iesu Molsheimensis in Alsatia, inde in bibliotheca Bollandiana signato* ✱ ms. 86, *nunc vero bibliothecae regiae Bruxellensis 8518-20, saeculo X exarato* (2), *sed non integram, quia integram non exhibet codex. Integram, ut putabat, eam edidit ex codice nunc bibliothecae publicae Audomaropolitanae 764, item saeculi X* (3) *L. Deschamps* (4). *Sed et in Audomaropolitano codice desiderabantur miracula post mortem, quae*

(1) Vid. infra, num. 2. — (2) Videsis *Catal. Lat. Brux.*, t. II, p. 213-15. — (3) Cf. [MICHELANT], in *Catalogue général des mss. ...*, in-4°, t. III, p. 344.— (4) In *Mémoires de la Société des antiquaires de la Morinie*, t. V (1841), p. 200-207.

in

AUCTORE C. D. S.

in codice bibliothecae publicae Bononiensis in Gallia (Boulogne-sur-Mer) 107, saeculi XI (1), *descripta esse indicavit cl. v. Bruno Krusch* (2). *Ex triplice hoc codice, adiectis praeterea codicibus Cantabrigensi Collegii Corporis Christi n° IX, saeculi XI, Londinensi Arundel 91, saeculi XII, et apographo quod continet codex olim Bollandianorum nunc Bruxellensis 8933-34, documentum iam prorsus integrum exhibemus.*

scriptor non videtur fuisse

2. *Scriptorem huius Vitae, si excipias ultima capita de altera serie miraculorum post mortem, quae capita forte alteri attribuenda sunt* (3), *eundem esse cui debentur Vitae antiquiores S. Audomari et S. Bertini olim a Iohanne Stiltingo nostro editae* (4), *recte, ut videtur, is collegit* (5) *e titulo communi his tribus Vitis in codice suo praefixo :* In Dei nomine pauca de sancta conversatione et vita militum Christi Audomari, Bertini et Winnoci. *Post quem titulum sequitur praefatio (in qua quidem unius Audomari vita narranda annuntiatur), et post Vitam S. Audomari sine alia praefatione sequitur Vita S. Bertini et postea similiter Vita S. Winnoci. Sed et tres Vitas* B *perlegenti liquet eodem rudi et imperito stilo fuisse compositas* (6).

monachus Wormholtanus, sed Bertinianus,

3. *Eundem scriptorem non fuisse monachum coenobii Wormholtani, quod Winnocum fundatorem agnoscit, inde facile colligitur quod monachi huius coenobii passim ab eo designantur* Dei famuli in praedicta cella commorantes (7), *nusquam vero artiore se cognationis spiritualis vinculo indicat cum iis coniunctum fuisse. Et simili ratione coniectaveris eum pertinuisse ad monasterium Sithivense seu Sancti Bertini : in tota enim scriptione sua (de tribus sanctis) praecipuum scopum prae oculis habuisse videtur ut sanctum illum huius monasterii cum SS. Audomaro et Mummolino conditorem et praecipuum patronum celebraret. Quo vero tempore scripserit non uno indicio, eoque haud obscuro, videtur facile statui posse.*

qui floruit ante medium saeculum IX

4. *In primis enim Vitam conscriptam esse ante annum 846 inde concludendum videtur quod in ea non memoratur translatio S. Winnoci Audomaropolim, quam locum habuisse ait Vita II (cap. 15) dum* Karolus cognomine Calvus Francorum in sceptris imperium agebat *et* Baldewinus eiusdem C gener monarchiam Flandriarum gloriose pollebat, *id est inter annos 840 et 877, distinctius vero anno 846 illigat* Chronicon de gestis Normannorum, *in quo legitur :* Anno Domini 846 pyratae Danorum Fresiam adeuntes, provincias et ecclesias vastaverunt et populum in eis occiderunt. Quod D audientes Flandrenses ... cum sanctorum suorum reliquiis ad sanctum venerunt Audomarum... Isti sunt sancti qui propter persecutionem illam pervenerunt ad idem castrum : sancti Bavo, ... Winnocus... (8). *Corpus autem S. Winnoci numquam postea Wormholtum relatum est, sed, ut narratur in Vita secunda* (9), *Audomaropoli Bergas delatum.*

et forte ante medium saeculum VIII.

5. *Sed et praeterea nobis praesto est egregium illius aetatis documentum, martyrologium nempe vetere idiomate anglosaxonico conscriptum quod ex codice ante finem saeculi XI exarato* (10) *diligentissime edidit ante hos paucos annos cl. v. Georgius Herzfeld* (11), *illudque ex idiomatis indole circa annum 850 concinnatum vir doctissimus iudicavit. Sed et satis perspicue demonstravit illud derivatum esse ex antiquiore martyrologio latino* (12), *quod ipsum circa annum 750 exstitisse admodum probabiliter censuit. Etenim non solum in illo nulla occurrit memoria alicuius viri aut rei posterioris anno 740, sed nec ulla mentio S. Bonifatii archiepiscopi illius Moguntini, die 5 iunii 754* (13) *martyrio coronati ; qui in tanta veneratione apud* E *Anglosaxones habebatur ut ipso hoc anno vel sequenti* in generali synodo eius diem natalicii illiusque cohortis cum eo martyrizantis *statuerint* annua frequentatione sollemniter celebrare (14). *Iam vero in antiquo illo documento legitur ad diem 6 novembris non solum nomen S. Winnoci, sed et breve eius Vitae compendium, quod manifeste ex prima illa Vita desumptum est* (15). *Non constat tamen hoc elogium exemplari latino iam insertum fuisse et non primum in recensione anglica.*

ultimis Vitae capitulis postea ab alio adiectis,

6. *Multo certior et magis definita esset nostra conclusio si iudicandum foret, ex una parte, ultima capita Vitae I* (16) *eidem auctori ascribenda esse cui debentur praecedentia; ex altera vero, e satis puris fontibus hausta quae referunt Iacobus Meyerus* (17) *et Iacobus Malbrancquius* (18), *anno nempe 821 a Gerardo comite donatam fuisse coenobio Wormholtano villam Spirliacum. Nam in laudatis capitibus memorata sunt a scriptore* quaedam... nostris temporibus gesta (19) *et inter ea, donatio loci* qui dicitur Spirliacus (20). *Unde denique statuendum esset Vitam I conscriptam esse inter annos 821 et 846. Verum longe probabilius nobis videtur illa ultima capita non eiusdem* F *cuius superiora, sed alterius scriptoris ingenio et stilo adiudicanda esse. Etenim, praeterquam quod in uno tantum codice Bononiensi priori lucubrationi adiuncta leguntur, ipsa illa praefatiuncula qua annuntiantur* (21) *satis indicat, ni fallor, hic nonnulla addi iis quae a* scriptoribus priscis *tra-*

(1) Cf. *Catalogue général*, in-4°, t. IV, p. 639. — (2) *Neues Archiv*, t. XVIII, p. 569. — (3) Vid. infra, num. 6. — (4) *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 396, et Sept. t. II, p. 586. — (5) *Act. SS.*, Sept. t. II, p. 551, n. 12. — (6) Cf. L. VAN DER ESSEN, *Études d'hagiographie médiévale* in ANALECTES POUR SERVIR A L'HISTOIRE ECCLÉSIASTIQUE DE LA BELGIQUE, III° série, t. III (1907), p. 76-77 ; ID., *Étude critique et littéraire sur les Vitae des saints mérovingiens de l'ancienne Belgique* (1907), p. 402-403. — (7) Vit. I, c. 5 init. Cf. cc. 6 init., 8 init. et med., 10 a. m. — (8) *MG.*, Scr. t. I, p. 533. — (9) Vit. II, cap. 16. — (10) Et praeterea ex aliis codicibus duobus exaratis saeculo X, et quarto saeculi XI. — (11) *An Old English Martyrology*, London, 1900, in-8° (EARLY ENGLISH TEXTS SOCIETY). — (12) Ed. cit., p. XXXII. — (13) Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII, p. 503. — (14) HADDAN et STUBBS, *Councils and Ecclesiastical Documents*, t. III (Oxford, 1871), p. 391 extr. — (15) Quod quo plenius perspicere lectoribus nostris liceat, textum martyrologii a v. cl. G. Herzfeld hodierno idiomate anglico expressum hic transcribere non pigebit. Est autem huiusmodi : *On the sixth day of the month is the decease of the abbot St. Wunnoc. He was the head of the monastery south that is called Wurmholt, and yet he was so humble that he would perform all the work that was hard and irksome for the other brethren. When at last he grew old and could not work outside, he would grind with his holy hands for the food of the indigent brethren in Christ. Immediately when he approached the mill and put the corn into it, the mill moved by divine power, and the abbot locked the door, stood near the mill and said his prayers. At last there was such an abondance of flour that they all wondered whence it did come. One day one of the brethren looked into the house through a small opening ; then the mill stood still at once, and the man became blind. The others greatly terrified led him away and he told the brethren of the minster the miracle that he had seen there. The next day he threw himself weeping at the abbot's feet and asked his forgiveness; then the abbot blessed his eyes in the Lord 's name, and he was immediately able to see.* L. c., pp. 201, 203. — (16) Vit. I, cc. 11-15. — (17) *Annales Flandr.* (Antverp., 1561), fol. 11 (ad an. 821). — (18) *De Morinis*, t. II (Tornaci 1647), p. 203. — (19) Vit. I, c. 11. — (20) Vit. I, c. 13. — (21) Vit. I, c. 11.

dita

dita fuerant. Cernere etiam mihi videor discrimen aliquod inter utramque partem (1) *quod ad genus scribendi attinet. Nam et sententiarum structura in posteriore parte quandam magis oratoriam formam affectat et, dum in priore parte earundem longe pleraeque terminantur vocabulo, ut aiunt grammatici, substantivo aut adiectivo, unde oritur quoddam genus numeri quem* cursum *appellant, in posteriore fere terminantur vocabulo verbali et non adeo perspicitur numeri cura. Ceterum quicquid est de illa quaestione, certum est huius appendicis scriptorem coaevum fuisse Gerardo illi qui Spirliacum Wormholtano coenobio donavit quemque paulo post initium saeculi IX floruisse aiunt. Nam ea se narrare testatur* (2) *quae suis temporibus gesta sunt; narrat autem nonnulla* (3) *quae occasione beneficiorum a Gerardo concessorum contigerunt.*

pauca de sancti historia refert.

7. *Utinam haec prima Vita quam antiqua est et copiosa verbis, tam copiosa esset et rebus narratis. At contra in hoc genere admodum se praebet ieiunam. Nam ut fere in Vitis sanctorum aevi merovingici usu venire solet* (4), *praeter generalia elogia virtutum et miracula sancti intercessione in vita vel post mortem patrata, vix quicquam de eius conversatione aut rebus ab eo gestis posterorum memoriae servavit. Idque eo magis dolendum est quod, ut etiam saepissime fit, quaecumque in aliis scriptis de sancto tradita sunt, ex uno illo fonte sunt hausta.*

§ II. De secunda et tertia Vitis S. Winnoci et de Libro miraculorum conscripto a Drogone monacho.

Vitam secundam, fere totam a prima excerptam, concinnavit quidam in coenobio Bergensi aliquamdiu hospitatus

8. *Id certe dicendum est de secunda Vita, a Surio et a Mabillonio primum edita* (5), *quam ex codicibus octo et Mabillonii editione infra exhibemus. Cuius scriptor anonymus statim in praefatione sua significat se non esse monachum coenobii Bergensis, sed in eo coenobio aliquamdiu hospitatum fuisse et omnem suam operam posuisse in priore Vita expolienda.* Nam a fratribus coenobii S. Winnoci, *ait,* quorum caritate non parum iocunde refrigeratus sum, non sine confusione, fateor, mei, suggestum accepi ut actus et vitam memorabilis quem praefatus sum patris novo stilo ex veteri sumpto cuderem ... Satis mihi timebam patribus non parere vicemque eis quibus multa debui non reddere... Hinc caritatem, hinc imperium illorum considerans, inter utrumque positus, caritati vicem, imperio obedientiam debui. *Quod ita praestitit ut turgido magis quam eleganti scribendi genere et fere plurium verborum ambagibus quaecumque in Vita priore narrata sunt retractarit, duo tantummodo ex aliis traditionibus, utique Bergensibus, de suo adiungens. Alterum* (6), *quod falsum esse mox demonstrabitur* (7), *ubi refert S. Winnocum cum sociis suis, antequam coenobium Wormholtanum conderent, aliquamdiu constitisse in loco qui deinde* Mons sancti Winnoci *vocitatus est* usque in praesentem diem. *Alterum* (8), *ubi diem emortualem, quem Vitae prioris scriptor distincte non signavit, indicat fuisse* octavo idus novembres. *Praeterea retractationi suae subiecit* (9) *historiam miraculorum et translationum quae post conscriptam Vitam I contigerunt.*

AUCTORE C. D. S.

saeculo X vel XI, et probabiliter existimari potest Bovo episcopus in Saxonia.

9. *Inde porro manifestum fit ipsum floruisse post annum 900, cum translationem corporis S. Winnoci eo anno factam narraverit* (10). *Sed neque eum scripsisse ante annum 962 hinc colligere possumus quod Folcuinus, monachus Sancti Bertini (postea abbas Laubiensis), cum eo tempore* Gesta abbatum S. Bertini Sithiensium *componeret, nonnulla exscripsit ex Vita S. Winnoci prima* (11); *valde enim credibile est eum potius exscripturum fuisse Vitam secundam, si ipsa nuper in vicino Bergensi coenobio stilo ornatiore concinnata iam exstitisset. Plura de nostro scriptore novisse nequivimus. Nam suae lucubrationi finem ab illo impositum esse circa medium saeculum XI non alia apparet ratio affirmandi nisi quod ab hoc tempore exordium suae descriptionis miraculorum S. Winnoci sumpsisse putatur Drogo* (12); *quod argumentum non adeo videtur validum, cum Drogo nequaquam sibi proposuerit Vitam secundam continuare, sed tantum miracula recensere quae sua aetate apud Bergas contigissent* (13). *Neque magis valida videtur assertio cl. viri Oswaldi Hodder-Egger, qui* (14) *censuit auctorem nostrum scripsisse post annum 1022, quoniam in suo prologo significat se ad expoliendam Vitam antiquiorem compulsum esse* a fratribus coenobii Sancti Winnoci, *quo vocabulo monachos tantum intellegi posse existimat v. cl., monachi autem in Bergensi monasterio canonicis primum substituti sunt anno 1022* (15). *Verum nomine* fratrum coenobii Sancti Winnoci *designari potuisse et canonicos, liquido constat ex loco quodam* (16) *Vitae S. Godehardi episcopi Hildesheimensis conscriptae saeculo XI, ubi de collegio canonicorum ecclesiae cathedralis haec leguntur :* Qui mox ut COENOBII NOSTRI religionem eotenus rationabiliter conservatam agnovit, ... omni eam devotionis studio ... condecorare sategit... COENOBIUM suum pastorali cura sapienter gubernavit et FRATRUM commoda in victu et vestitu... saepius adauxit (17). *Multo libentius suffragarer eruditissimo viro ubi ait : " Conici quidem „ posset (Vitae huius II) auctorem fuisse Bovonem „ episcopum Saxonem, quem a. 1058 " multis die- „ bus „ in coenobio Bergensi moratum esse Drogo „ in Transl. S. Lewinnae c. 12 et Mirac. S. Win- „ noci c. 22 tradit; sed quo id probabilius reddam, „ non habeo* (18). „

Miracula intercessione S. Winnoci post medium saeculum XI impetrata descripsit Drogo Bergensis eo tempore monachus.

10. *Vitae secundae quasi appendicis loco subiectus est a Mabillonio Liber miraculorum quae intercessione S. Winnoci aetate sua impetrata narrat qui illius auctor inscriptus est Drogo quidam, ceterum parum notus* (19). *Drogonem istum Bergensem fuisse monachum certo eruitur ex non paucis libri capitulis, iis praesertim in quibus se rebus quae in monasterio Bergensi contigerunt praesentem interfuisse significat* (20), *quin et Bergensem alumnum se diserte professus est* (21). *Eundem*

(1) Capp. 1-10 et cc. 11-15. — (2) Cap. 11. — (3) Capp. 12, 13. — (4) Cf. W. WATTENBACH, *Deutschlands Geschichtsquellen*, t. I, § 11 (edit. VII [1904], p. 124). — (5) Cf. *BHL.* 8954. — (6) Vit. II, cap. 2 extr. — (7) Cf. infra, huius commentarii num. 21-25. — (8) Cap. 7 extr. — (9) Cap. 15-21. — (10) Cap. 16. — (11) Cap. 11 (*MG.*, Scr. t. XIII, p. 610). — (12) Cf. infra, num. 11. — (13) *Lib. mir.* auct. Drogone, prol. et cap. 1 init. Cf. tamen annot. ad finem prologi. — (14) *MG.*, Scr. t. XV, p. 774, not. 3. — (15) Cf. infra, num. 34. — (16) Iam citato in editione Henscheliana *Glossarii med. et inf. latinitatis* ad v. *Coenobium*. — (17) Vit. auct. Wolfherio c. 18 (*MG.*, Scr. t. XI, p. 206). — (18) *MG.*, Scr. t. XV, p. 774, not. 2. — (19) Eum prorsus diversum a Drogone episcopo Teruanensi perspicue demonstravit Sollerius noster *Act. SS.*, Iul. t. II, p. 363, n. 19-21. — (20) Cc. 2, 7 extr., 8 extr., 26, 27, 28. — (21) Cap. 17 extr.

ibidem

AUCTORE C. D. S.

ibidem floruisse circa et post medium saeculum XI colligitur triplici saltem argumento. Nam primo alium libellum suum de translatione corporis S. Lewinnae ad monasterium Bergense anno 1058 facta (1) *dedicavit Rumoldo monasterii huius abbati, qui anno 1068 e vivis excessit, ac in ipsa dedicationis formula se presbyterum et monachum appellat. Idem inter miracula S. Winnoci unum refert quod certissime contigit anno 1067* (2). *Sed et coaevos se habuisse indicat Adelam comitissam Flandriae* (*an. 1036-67*) (3), *Malboldum abbatem Sancti Amandi* (*1018-62*) (4), *Drogonem episcopum Teruanensem* (*1030-78*) (5), *Alardum abbatem Sancti Vedasti* (*1067-68*) (6), *Rumoldum abbatem Bergensem* (*† 1068*) (7), *Bovonem episcopum Saxoniae* (*qui anno 1058 translationi S. Lewinnae interfuit*) (8), *quorum omnium tempora aetati Drogoni attributae optime concordant* (9). *Ex miraculis autem quae* partim *a se* visa, partim audita *esse testatur* (10), *primum contigisse indicat* ante non multis *annis quam puer parvulus ad propositum sanctae religionis ad coenobium sancti Winnoci venisset* (11). B *Librum Drogonis edidit Mabillonius* (12) *ex codice Compendiensi ex quo et edidit Vitam secundam; sed nonnulla capitula vel capitulorum partes, quae minoris momenti ipsi visa sunt, praetermisit. Integrum illum exhibemus ex iisdem codicibus qui nobis servarunt Vitam secundam* (13), *praeter unum Cameracensem, in quo exscriptus non est, adiectis lectionibus variantibus editionis Mabillonianae.*

Vita tertia compendium est Vitae secundae, cui praemisit auctor figmenta nonnulla incertae originis.

11. *Admodum pauca habemus dicere de Vita tertia. Hanc repperimus in uno codice bibliothecae regiae Bruxellensis 8933-34, olim musei Bollandiani, qui continet apographa a priscis Bollandianis descripta vel ad eos missa; sed nulla ibidem addita est mentio bibliothecae vel loci ubi servatum erat exemplar. Neque alium ullum codicem usquam indicatum nec ullum scriptorem sive medii aevi sive recentioris offendimus qui aliquam eius memoriam exhiberet. Genus scribendi quo utitur auctor eum floruisse medio aevo iam adulto, non tamen ad recentiora saeculo XV tempora pertingente, manifestat. Longe maiorem partem lucubrationis eius constituit compendium Vitae secundae et Libri miraculorum a Drogone conscripti. Sed nonnulla* C *huic duplici retractationi praemisit valde fabulosa, quae nusquam in aliis documentis leguntur. Nec profecto est cur aliquid momenti eius auctoritati tribuamus.*

Alia quaedam de S. Winnoco documenta recentiora.

12. *Nostrae tractationis fontem longe posteriorem, non tamen spernendum, praecipue quod spectat ad historiam cultus S. Winnoci, praebet* Catalogus Reverendorum Abbatum monasterii S. Winnoci, *cuius prima pars pertingens ad annum circiter 1575, auctorem habet Petrum de Sancto Audomaro seu de Walloncapelle, monachum Bergensem, qui obiit anno 1603, aetatis 75, religionis 52. Huius catalogi a diversis scriptoribus et amanuensibus usque ad extremum saeculum XVIII deducti, exemplar manu scriptum* (*prima manus sistit in die 22 novembris anni 1677*) *servatur nunc in* D *bibliotheca Bollandiana. Ex eo exemplari multa protulit Alexander Pruvost S. I. in spisso volumine quod in lucem edidit ad illustrandam historiam monasterii Sancti Winnoci Bergensis* (14). *Ipse Petrus in praefatione fontes suae lucubrationis indicat his verbis*: Verum ne quis de dicendorum veritate ambigat, unde illa proferam declarare peropus duxi. Ac in primis non pauca nobis subministrarunt libri de vita et miraculis S. Winnoci conscripti, ut et Meieri Commentarii sive Annales rerum Flandricarum, quem ex huius monasterii Chronico, antequam nobis periret, sicut et de Bertiniaco, permulta hausisse, ex ipsius testimonio evincere licet. Illis suffragata est patrum nostrorum per manus accepta traditio, quam sane tanti esse faciendam quanti scripturam ex Meiero didici, qui plurima, quae tantum ex seniorum relatu frequentius audieram, suis scriptis postmodum vera esse mihi fidem fecit. Ad haec in hoc studio non parum lucis et subsidii attulit Chronica B. Bertini. Ipse olim legi, unde et notatu quaedam habeo, sicut et ex Annalibus Bertiniensium; item cathalogi eiusdem monasterii, necnon E et huius (15), plurimum nos iuverunt. Plurima deinde ego ipse et mecum paene omnes confratres vidimus et experti sumus, quae fidelissime chartis commisi, additis quibusdam aliis ab argumento peregrinis sed memoria non indignis, quae contigere circa ea tempora quibus adscribuntur (16). *Minoris momenti sunt* Annales abbatiae S. Winnoci, *adhuc inediti, quos ex* Catalogo *Petri de Walloncapelle, paucis subinde demptis vel additis, excerpsit Amandus Belver, et ipse Bergensis monachus* (*ob. an. 1681*) (17), *et* Antiquitates Abbatiae S. Winnoci *descriptae a Ruperto de Coussere, item Bergensi* (*ob. an. 1777*), *cuius scriptionis exemplar manu scriptum servat etiam bibliotheca nostra Bollandiana.*

§ III. Unde ortus fuerit et quo tempore vixerit S. Winnocus.

S. Winnocum e Britannia Minore oriundum asserunt

13. Ex longe remota Brittonum terra *ad S. Bertinum venisse Winnocum et socios eius,* parentes patriamque relinquentes, *testatur initio narrationis suae antiquus biographus* (18). *Quae verba videntur potius Britanniam insularem designare quam armoricam: unde et Britannia illa Maior sancti patria dicenda foret. Contrariam tamen sententiam post Malbrancquium* (19) *amplexus est Mabillonius, hoc praecipue argumento ductus, quod in antiqua Vita S. Iudoci dicitur Winnocus consanguineus fuisse illius sancti, qui certe Britanniam armoricam patriam habuit* (20), *et praeterea affert genealogiam illam quae in nonnullis codicibus Vitae II praefixa est* (21). *Mabillonio ita consensit Ghesquierus noster* (22), *ut nihilo minus ultro terra admiserit verbis illis* longe remota Brittonum terra *Britanniam transmarinam significari. " Ex his tamen ", ait " minime " consectarium est sanctum nostrum in transma-*

(1) *BHL.* 4902. — (2) Cap. 19; cf. annot. ad h. l. — (3) Cc. 3,15. — (4) C. 18. — (5) C. 19. — (6) Ibid. — (7) C. 21. — (8) C. 23. — (9) Nomen *Drogonis sacerdotis* recensetur inter nuper defunctos monachos Bergenses in rotulo quem pro mutua societate incolae huius coenobii remiserunt anno 1097 ad Corbeienses (MABILLON, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, 1, p. 329 extr.). Hunc eundem atque nostrum facile coniectare licet. — (10) Prol. med. et extr. — (11) Cap. 1 init. — (12) Cf. *BHL.* 8956. — (13) Laudatis infra in capite textus Vitae secundae. — (14) *Chronique et Cartulaire de l'abbaye de Bergues-Saint-Winnoc* (in *Recueil de Chroniques*, etc., *publié par la Société d'émulation de Bruges*), Bruges, 1875, in-4°, XXXIV-883 pp. De opere Petri de Walloncapelle cf. tom. cit., p. XXIV-XXIX. — (15) Bergensis nempe. (16) *Catalogus* ms., p. 2-4; Al. PRUVOST, p. XXVIII. — (17) Cf. Al. PRUVOST, op. cit., p. XXX. — (18) Vit. I c. 1. — (19) *De Morinis*, tom. I, p. 430. — (20) *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, I, p. 302. — (21) Cf. infra, p. 267. — (22) *Act. SS. Belgii*, t. VI, p. 390-91, num. 10, 11.

" *rina*

A „ *rina Britannia ortum esse. Quin ex adverso, si „ Winnocum in Armorica natum statuamus, hinc „ postea peregrinatum in Britanniam insulam, „ indeque demum appulsum ad Morinos, multo „ rectius... fluet utriusque biographi narratio „. Ita sane, modo cum Ghesquiero bonae notae iudicemus genealogiam illam quam laudavit Mabillonius; sin autem, prorsus improbabilis et violenta apparet ista interpretatio. Igitur quaestio reducitur ad discutiendam allegatam illam Winnoci nostri cum S. Iudoco cognationem.*

traditiones, quibus cognatus vel etiam frater S. Iudoci fuisse

14. *Primum itaque argumentum ad asserendam hanc consanguinitatem desumptum est ex Vita illa S. Iudoci, antiqua sane et venerandae auctoritatis, a Mabillonio edita inter* Acta Sanctorum O. S. B. (1). *Sed locus iste, quem ex ea idem Mabillonius attulit ad firmandam suam opinionem de genere S. Winnoci, adeo gratuito et improbabiliter huic nostro accommodatur, ut satis mirari non possim tam emunctae naris criticum inde deceptum fuisse. Nimirum in conclusione Vitae S. Iudoci, in qua ne verbulum quidem profertur de S. Winnoco, haec tantum leguntur:* Postquam vero eius (*Iudoci*) B sanctissima anima idus decembris ad perpetuam caelestis regni migraverat felicitatem, duo nepotes sui, Winnoch scilicet et Arnoch, in eius succedentes locum, corpus beati viri exanime, quod incorruptum diu mansit, frequenter lavare cum aqua atque tondere consueverant (2). *Nomen quidem* Winnoci *lego; sed quid praeterea, quaeso, isti Winnoco, qui in eremitorio pagi Ponthivi Iudoco successit, cum nostro Wormholtano seu Bergensi commune? Nihil omnino. Plures autem huiusmodi nominis viros priscis illis temporibus in illa regione Galliae exstitisse non mirabitur is qui noverit et vocabulum* Gwen, *quod latine sonat* albus *vel* clarus, *in britannicis tum virorum tum mulierum nominibus frequenter occurrere, et frequentissime suffixum* oc, *ut apparet et in* Arnoc *et in tribus sociis S. Winnoci qui cum ipso* ex longe remota Brittonum terra *ad S. Bertinum accesserunt. Certe apud Gregorium Turonensem* (3) *memoratur aliquis Winnocus seu Vennochus presbyter Britto, a nostro sane diversus.*

et e regum Britanniae stirpe prodiisse fertur, sed fontibus nimis incertis.

15. *Magis perspicua sunt sed non magis certa testimonia illa ubi Winnocus noster S. Iudoci non nepos sed frater fuisse indicatur. Inter quae gradus aliquos incrementi notare licet. Nam cum in prima Vita nulla omnino mentio occurrat nobilioris condicionis sancto attributae, in secunda iam traditur* ex regali prosapia nascendi sumpsisse exordia (4). *Idem decus ipsi non semel ascriptum est apud Drogonem* (5). *Hactenus tamen nulli eius cognati distinctius nominati erant. Inde autem iam audacius progressa sive popularis sive litteratorum phantasia ulterius effloruit, ex una parte in genealogiam illam quam iam in duplici codice saeculi XIII descriptam legimus* (6), *quamque, sub alia tamen quadam formula, ex traditionibus utique Bertinianis novisse videtur post medium saeculum XIV Iohannes Longus seu Iperius* (7); *ex alia vero parte, in fabulas illas quibus ornatae seu deturpatae fuerunt Vitae recentiores S. Iudoci* (8) *et Vita tertia S. Winnoci.*

AUCTORE C. D. S.

Chronotaxi vulgo receptae circa historiam S. Winnoci

16. *Ex his omnibus itaque aliquanto probabilius concludendum videtur S. Winnocum ex Britannia insulari oriundum esse. Quo vero tempore ortus sit, satis certo non constat. Qui tamen annum emortualem sancti, auctoritate Iohannis Iperii et additionis ad Vitam II* (9), *admiserit fuisse annum Domini 716 vel 717, et consideraverit illum ad provectam pervenisse senectutem* (10), *non multum utique a vero aberrare iudicandus est, si statuat* S. Winnocum *natum esse circa annum 640. Porro ex eiusdem Iohannis Iperii Chronico docemur villam Wormholt a nobili viro Heremaro donatam fuisse S. Bertino die 1 novembris anno I Childeberti III regis* (11), *id est anno 695, quo anno itaque vel sequenti conditum est coenobium cuius primi incolae fuerunt Winnocus et socii eius. Cumque horum illuc missio contigerit* parvo temporis spatio *transacto postquam eos S. Bertinus Sithiensium* monachorum sociavit multitudini (12), *ipsorum accessum ad hoc coenobium anno circiter 690 facile illigaveris.*

duplex e Vitis scriptis opponitur difficultas,

17. *Calculo tamen isti obstare videtur quod Winnocus legitur* (13) a pueritia a beato Bertino et a praedictis suis sanctis pagensibus sub sacrae regulae iugo *fuisse* nutritus *et* praefatis Dei famulis aetate dispar. *Nonnihil etiam se mente commotum significat Stiltingus* (14) *et post eum Ghesquierus* (15) *quod, cum in Vita I* (*c. 1*) *dicatur Heremarus villam suam Wormholt obtulisse S. Bertino, in Vita II* (*c. 3*) *eam donasse scribitur S. Winnoco. Ad duplicem autem illum nodum solvendum, huiusmodi rationem excogitavit Stiltingus et probavit Ghesquierus. Nimirum “ donatus primum est locus S. Bertino, qui eo „ misit S. Winnocum cum tribus sociis ... et cum „ aliis monachis ... Erecto autem monasterio, „ mortuisque post aliquos annos tribus istis mona- „ chis qui ex Britannia venerant cum Winnoco, „ hic a S. Bertino monasterio praefectus est: et „ tunc demum Heremarus scripto donationis „ instrumento locum S. Winnoco confirmare „ potuit, consentiente atque ita cupiente S. Ber- „ tino ... Hanc conciliationem utcumque exigit „ annus datarum donationis litterarum, si is „ conferatur cum variis quae de aetate S. Winnoci* F *„ dicuntur. „*

quae per varias coniecturas solvitur;

18. *Haec, fateor, magis ingeniose quam probabiliter mihi videntur proposita. Neque enim tam accurate historiam S. Winnoci tractavit anonymus scriptor secundae Vitae ut censeamus eum, post collata inter se documenta, Vitam primam scilicet et donationis chartam Heremari nomine confectam,* Bertini *nomini in narratione sua nomen* Winnoci *substituisse, et substitutionis huius rationem aliunde repetendam esse quam ex eo quod totus in laudando Winnoco versaretur et ipsum solum cogitaret. Sed et advertere debebat Stiltingus diploma donationis confectum esse in Sithiu monasterio, quod utique valde mirum appareret si donatio facta non esset S. Bertino, sed S. Winnoco post* multa annorum spatia *elapsa a tempore quo*

(1) Saec. II, p. 566 sqq. — (2) T. c., p. 571. — (3) *H. E.*, V. 21 et VIII. 34. — (4) Vit. II c. 1. Item c. 7 paulo post init. — (5) Lib. mir. cc. 6 extr., 18 med., 23 extr. — (6) Cf. infra, p. 267. — (7) Qui scilicet in *Chronico Sancti Bertini* haec scripsit (cap. I, part. VI, apud MARTENE et DURAND, *Thess. nov. anecd.*, t. III, p. 460) de Iudicaele rege Britonum tempore Dagoberti I: *Iste est Iudicail pater sanctorum Iudoci, Winnoci et aliorum fratrum suorum.* Et paulo inferius (*ibid.*, part. IX, t. c., p. 465): *Circa idem tempus beatus Christi confessor Winocus, Iudicail regis Britonum filius sanctique Iudoci frater, ... in hoc Sythiu monasterio monachus efficitur cum tribus fratribus suis, Bradanoco scilicet, Ingenoco et Madoco.* — (8) *BHL.* 4505, 4511, 4512. — (9) Cf. infra, num. 29. — (10) Vit. I, cc. 4, 5. — (11) Cf. annot. *d* ad Vitae I c. 2. — (12) Vit. I c. 1 extr., 2 init. — (13) Ibid., c. 3 init. — (14) Comment. praev. in Vit. S. Bertini, n. 123 (*Act. SS.*, Sept. t. II, p. 576; *Act. SS. Belgii*, t. V, p. 604). — (15) *Act. SS. Belgii*, t. VI, p. 395, n. 17.

is

AUCTORE C. D. S.

attamen illam chronotaxim non ita firmo fundamento niti fatendum est.

is a coenobio Sithivensi discesserat et cum iam Wormholtano praefectus erat.

19. *Nullam itaque aliam viam perspicio conciliandi inter se ea quae diversis locis refert scriptor Vitae primae, quam ut supponam hunc scriptorem aut memoria aut calamo lapsum esse, vel ubi Winnocum cum tribus sociis eius e coenobio Sithivensi migrasse* parvo temporis spatio transacto *postquam in eo recepti fuerunt* (1), *vel ubi refert* (2) *eundem* a pueritia *a S. Bertino fuisse institutum. Sed potius forte verba illa* qui a pueritia a beato Bertino et a praedictis suis sanctis pagensibus sub sacrae regulae iugo fuit nutritus *ita interpretari licet ut intellegatur Winnocus prius a tribus iis sociis quibuscum ad S. Bertinum accessit, postea vero cum iisdem a S. Bertino perfectionis religiosae normam edoctus fuisse; licet per prolepsin quandam et forte ob reverentiam viri Bertinus prior nominatus sit. Sed et denique ne excidat memoria nostra totum illum nostrum calculum auctoritate niti unius Iohannis Iperii* (3), *quippe qui unus antiquorum scriptorum annum*
B *emortualem S. Winnoci fuisse annum Domini 716 vel 717 nobis tradiderit.*

§ IV. Quam regulam secutus sit S. Winnocus et an Bergis ante conditam cellam Wormholtanam aliquamdiu commoratus sit.

Quaenam fuerit primaeva regula coenobii Wormholtani, aliquatenus incertum manet.

20. *Duplex praeterea quaestio discutienda venit circa ea quae relata sunt in secunda Vita. Prima versatur circa primaevam regulam monachorum Sithivensium, utrum scilicet ea dicenda sit fuisse regula S. Benedicti, quod affirmat auctor Vitae secundae* (4), *an, ut alii opinantur, S. Columbani. Hanc posteriorem sententiam veriorem esse inde suadetur, quod primi monachi Sithivenses, SS. Mummolinum dico et Ebertramnum et Bertinum, e Luxoviensi coenobio, non ita pridem a S. Columbano condito, emissi fuisse videntur* (5) *et vix dubitari potest quin regulam illius loci secum attulerint et monasterio Sithivensi praescripserint.*
C *Scriptor vero posterioris Vitae sancti nostri, Benedictinus utique, facile inductus fuerit ut, quod consueverunt fere scriptores eiusdem ordinis, omnes antiquioris illius aetatis monachales conventus huic eidem ordini accenseret. Similem quaestionem paulo fusius tractandi alio loco occasio mihi data est, quisnam scilicet circa disciplinam monasticam mos viguerit ante saeculum IX* (6). *Illuc curiosum lectorem remittere liceat.*

Winnocum cum tribus sociis suis primo consedisse in loco in quo postea conditum est Bergense coenobium

21. *Altera quaestio est num S. Winnocus cum sociis suis, antequam Wormholtum iussu S. Bertini migraverint, aliquamdiu incoluerit locum illum ubi postea erectum est monasterium quod ab eo nomen accepit. Id diserte affirmat auctor Vitae secundae.* Cumque eos, *ait* (7), [*Bertinus*] inter ipsa primordia conversionis culmen miraretur attigisse perfectionis, locum eis quo singularius Domino vacarent delegavit et ut cellam in eo sacris occupationibus congruentem struerent imperavit. Parent imperio, aedificando incum- D bunt aedificio. Est autem idem locus Morinorum regione situs, Mons Sancti Winnoci usque in praesentem diem vocitatus : ubi viri Dei aliquamdiu positi, se mundo, mundum crucifixere sibi. *Consentiunt* Catalogus Reverendorum Abbatum monasterii S. Winnoci (8), *Malbrancquius* (9) *et* Annales abbatiae S[ti] Winnoci (8).

ferunt huius coenobii traditiones;

22. *Catalogi haec sunt verba :* Porro S. Winnocus suique commilitones cum in schola Christi sub rectore S. Bertino quotidie magis ac magis virtutibus et maxime suiipsius abnegatione crescerent clarescerentque, consultum S. Bertino est visum ... eos a se ... ablegare, quo Deo sibique fructuosius viverent novamque familiam Christo... erigerent ... Itaque postquam annis octodecim vel viginti regularis disciplinae subiecti fuissent, primum quidem mittuntur ad montem qui hodie ab incolis dicitur Mons S. Winnoci, ubi aliquamdiu positi omni conatu se mundo mundumque sibi crucifixere, necnon Flandros Bergenses, qui non ita pridem ad fidem conversi fuerant, in fide suo exemplo et verbo confirmare studuerunt (10). *Malbrancquius autem* (*l. c.*) *:* „ *Anno 685 ... Bertino* E „ *salubris incidit cogitatio nonnullos e suis in* „ *maritima transmittendi, qui rudem illic plebem* „ *excolerent atque etiam sedem monasticam figerent ... Visum est autem regios Britones Winnocum ... in id muneris deligere. Cum iam divini* „ *verbi semina in palustri illo territorio spargere* „ *coepissent fructu non paenitendo, placuit mons* „ *virore suo gratissimus indeque* Gruneberga „ *dictus, qui in haec usque tempora Mons Sancti* „ *Winnoci seu Winnoci-Berga fuit appellatus ...* „ *Illic igitur circa editiora manibus propriis et* „ *quidem regiis sibi exiguas cellas struunt et eam* „ *ducunt vitam quae nobiles ac vicinos quosque in* „ *admirationem rapit.* „ *Denique scriptor* Annalium S. W. : Primum quidem mittuntur ad montem Gronebergam appellatum, ut inquit Malbrancus, ubi postea insignis abbatia in oppidum accrevit, in cuius videlicet montis apice Baalam a stolido rusticorum populo maximopere colebatur, ... Winnocus cum tribus ... ibidemque signa Dei viventis plantaverunt die 30 decembris 685. Hic mons virore suo gratissimus, inde Groeneberga vocatus, in haec usque tempora mons sancti Winnoci appellatur ... (11).

sed et quae in se satis suspectae videantur

23. *His auctoritatibus nixus, commorationem S. Winnoci in monte qui postea eius nomine insignitus fuit notavit Mabillonius inter* Annales Ordinis S. Benedicti (12). *Rem negant alii. Et certe nulla antiqua testimonia ad eam affirmandam afferuntur praeter scriptorem Vitae secundae. Malbrancquius quippe et scriptores* Catalogi Abbatum *et* Annalium abbatiae S. Winnoci *et ad recentiora tempora pertinent et quae ad historiam S. Winnoci spectant ex uno fonte, Vita illa nempe secunda, manifeste hauserunt. Neque in hac re adeo scriptori huius Vitae fidendum videtur. Nullum enim et ipse alium fontem prae manibus habuit praeter Vitam primam et forte etiam traditiones quasdam quae apud monachos monasterii Bergensis de sancto ipsorum patrono ferebantur. Huiusmodi autem traditio aliqua in re praesenti merito suspecta apparet; facile enim credere licet inter monachos Bergenses, qui coenobium suum S. Winnoci nomine illustrem gloriabantur, sponte ortam*

(1) Cap. 2 init. — (2) Cap. 3 init. — (3) Laudati infra num. 29. — (4) Cap. 2 med. — (5) Cf. I. Stiltingus, Comment. in Vit. S. Bertini, n. 33-34 (*Act. SS. Belg.*, t. V, p. 561). — (6) Comm. de S. Florberto, n. 45-47 (*Act. SS.*, Nov. t. I, p. 364). — (7) Cap. 2 p. m. — (8) Cf. supra, num. 2. — (9) *De Morinis*, l. IV, c. 21. — (10) Cf. Al. PRUVOST, o. c., p. 5. — (11) Ibid., p. 5-6. — (12) L. XVIII, c. 34 (t. I, p. 603).

esse

A *esse opinionem quae eundem sanctum primum coenobii conditorem faciebat* (1).

et, quamquam non admodum efficax apparet argumentum negativum multiplex adversus eas allatum,

24. *Multiplex praeterea adversus hanc opinionem afferunt argumentum negativum* (2). *Primum desumptum est ex silentio scriptoris Vitae primae. Quod tamen non adeo efficax existimandum videtur: is enim plura omisit quae, si rationem tractandi res historicas nostro aevo receptam consulas, omnino referenda erant, quam ut in huiusmodi silentio aliquid momenti reponere liceat. Nimis etiam exaggerata est vis obiectionum quae repetuntur ex silentio sive Simonis Bergensis continuatoris Chronici Sancti Bertini, ubi loquitur de substitutis pro canonicis in coenobio Bergensi monachis Benedictinis* (3), *sive Balduini V Flandriae comitis in diplomate dato pro monasterio Bergensi anno 1067* (4), *sive aliorum* (5); *cum praesertim disertum nobis testimonium praebeat Vita secunda, unde manifeste demonstratur traditionem illam de commoratione S. Winnoci viguisse in coenobio Bergensi circa medium saeculum XI, quo tempore scilicet ea Vita concinnata fuit.*

nimis diserte tamen repugnare videntur narrationi scriptoris Vitae primigeniae.

25. *Sed validius argumentum inde profertur quod apud scriptorem Vitae primae secessus S. Winnoci et sociorum eius e coenobio Sithivensi perspicue conectitur cum aedificatione cellae Wormholtanae. Postquam nempe rettulerat scriptor ille* (6), *S. Bertinum, cum perspexisset eximium eorum in virtutibus religiosis profectum, eis mandasse ut* in pago Terwanensi aliquam aedificare cellam *instituerent, statim rationem huius missionis subiungit his verbis:* Quidam ENIM vir dives, Heremarus nomine, suam in praedicto pago fructiferam hereditatem, quae Wormholt vocatur ... beato obtulit Bertino. *Unde patet occasione donationis Heremari ad condendum Wormholtanum coenobium vel prioratum primum amotos fuisse a monasterio Sithivensi Winnocum et socios eius, ac proinde colligendum videtur eos numquam sedem habuisse Bergis. Locum quidem transeundo invisisse credi possunt, sed nullum huius coniecturae affertur solidum argumentum.*

§ V. Utrum S. Winnocus coenobii Wormholtani proprie dicendus sit abbas fuisse.

C

Prioratus potius quam abbatia dicendum videtur coenobium Wormholtanum, constitutum a S. Bertino,

26. *Recentiores scriptores post Iacobum Meyerum* (7) *et Iacobum Malbrancquium* (8) *Winnocum appellant abbatem Wormholtanum ac proinde coenobium Wormholtanum abbatiae titulo insignitum volunt. Verum neque in Vita primaeva neque in secunda neque apud Drogonem usquam ullum apparet indicium quo illae appellationes nitantur. Nusquam scilicet sive Winnocus ipse dicitur abbas sive quisquam alius qui post illum eo titulo ornatus fuerit. Neque etiam, ni fallor, in ullo alio documento Annalibus Flandriae a Meyero compilatis antiquiore mentio aliqua illius generis occurrit. Crediderim itaque* cellam (9) *Wormholti a Winnoco eiusque sociis iussu S. Bertini aedificatam non fuisse* abbatiam *seu monasterium ab alio non dependens, sed, ut dici consuevit,* prioratum *quendam sub monasterii Sithivensis oboedientia constitutum. Quod et inde non obscure confirmatur quod post obitum trium sociorum Winnoci is non electione* conventiculi servorum Dei in praedicta cella commorantis *sed designatione S. Bertini eisdem praepositus est* (10).

quorundam virorum nobilium munificentia auctum,

27. *Cella autem Wormholtana dum regimini S. Winnoci suberat, aliis quibusdam praeter donationem Herimari praediis aucta est. Nam, teste Meyero, anno* DCCIII. Vulferus, vir nobilis, attribuit Winnoco abbae Woromholtensi Vulferisele pagum, *et* DCCVI. Odo vir illustris tradidit Winnoco abbae Woromholtano villam suam iuxta mare, cui nomen Westerholt, una cum dominico, hoc est templo (11).

et circa medium saeculum IX a Normannis dirutum, non tamen penitus.

28. *Adhuc exstabat coenobium Wormholtanum circa annum 840,* quo tempore agebat Folquinus Morinorum episcopus apud Woromholt in Mempisco visitans ecclesias suas (12). *De qua visitatione paulo fusius Folcuinus monachus Bertinensis:* Acciderat interea ut praeclarus Tarvennae civitatis Folquinus episcopali more parrochias episcopii circuiret ... et ... cellam usque Woromhold dictam pia curiositate perveniret (13). *Sed non diu post permansit. Etenim scriptor* Catalogi abbatum S. Bertini *Spirliacae villae donationem referens:* Gerardus Sperliacus, *ait,* oratorium in honorem S. P. Winnoci una cum coenobio exstruxerat anno 821, evocatis ex Wormhout religiosis monachis; quod similiter a Danis et Wandalis 20 anno a fundatione penitus fuit eversum, eodem fere tempore quo illud in Wormhout (14). *Attamen non omnino* penitus *dirutam fuisse Wormholtanam cellam inde concludere licet quod saeculo XI illic visebatur* templum quod idem confessor Winnocus construxerat in honore S. Martini (15) *et ibidem saltem* grangiam *quandam a monachis Bertinianis servatam fuisse ostendit Vita II, ubi narratur* quidam ex familia Wormholtensi *post invocatum S. Winnocum liberatum fuisse a carcere* (16). *Neque tamen ex altero illo loco prius laudato e Libro miraculorum, ubi memoratur templum a Winnoco Wormholti constructum et exhibentur in eo* fratres in choro stantes Deoque alte cantantes vota laudum, sicut erant adsueti (17), *certo affirmandum est Wormholti tunc habitasse* conventiculum *aliquod* fratrum; *nam haec verba intellegi possunt (quamvis forte minus obvio sensu) de fratribus qui e Bergensi monasterio corpus S. Winnoci detulerant et in ecclesia Wormholtensi (forte tunc parochiali) vigilias apud illud agebant* (18). F

(1) Nolim tamen cum nonnullis Vitae secundae scriptori cuiusdam secum contradictionis crimen inferre, quod cap. 16 narrat Bergense coenobium primum conditum esse circa annum 900 a Flandriae comite Balduino II. Neque enim, ubi cap. 2 refert S. Winnocum cum tribus sociis suis aliquamdiu incoluisse locum qui postea dictus est *Mons Sancti Winnoci,* affirmat ab iis eo loco constructum esse monasterium, sed illuc missos ait ut magis solitariam vitam ducerent, et aliquanto post inde abstractos ut Wormholti conderent monasterium. — (2) Cf. l'abbé Sylvain PRUVOST, *Saint Winoc a-t-il demeuré à Bergues?* in ANNALES DU COMITÉ FLAMAND DE FRANCE, t. XXVI (1901-1902), p. 58-63. — (3) *Gest. abbatum Sancti Bertini,* l. II, c. 72 (*MG.*, Scr. t. XIII, p. 650). — (4) Quod post multos alios edidit Al. PRUVOST, op. cit., p. 57. — (5) Cf. Sylv. PRUVOST, l. c. — (6) Cap. 2; unde manifeste scriptor Vitae secundae exordium capituli 2 suae lucubrationis desumpsit. — (7) *Annal. Flandriae,* ad ann. 703 et 706. — (8) *De Morinis,* l. IV, c. 53 extr. — (9) Cf. Vit. I c. 2 init. et extr., c. 3 init. — (10) Vit. I c. 3 init. — (11) *Ann. Flandr.*, l. I, fol. 7v; inde *Catal. Abbatum S. W.* (cf. supra, num. 12) ms., p. 15 (apud Al. PRUVOST, pp. 14, 15). — (12) *Annal. Flandr.*, ad annum 843. — (13) *Chartularium Sancti Bertini,* l. IV, c. 7 (*P. L.*, t. CXXXVI, p. 1227). — (14) *Catalogus* ms., p. 21-22; Al. PRUVOST, p. 23. — (15) *Lib. mir.* a. Drogone, cap. 1 et cap. 10 paulo post init. — (16) Vit. II c. 19. — (17) *Lib. mir.*, cap. 1. — (18) Aliis locis designatur Wormholtum non ut habitaculum fratrum, sed ut *locus primae requietionis* S. Winnoci (Vit. II c. 17; Lib. Mir., c. 10 init.).

§ VI.

AUCTORE C. D. S.

§ VI. De anno obitus S. Winnoci et de eius cultu in oppido Bergensi usque ad finem saeculi XVIII.

Obitus S. Winnoci probabiliter illigandus est anno Christi 716 vel 717.

29. *Emortualem diem S. Winnoci fuisse octavum idus seu diem sextum novembris refert scriptor Vitae secundae* (1); *sed quo anno obierit neque in hac neque in primigenia Vita indicatur. Habemus tamen duo testimonia quibus hic annus perspicue indicatur : alterum, anonymi correctoris codicis Bergensis, qui disertis verbis eum fuisse annum Domini 716 indicavit* (2); *alterum, Iohannis Iperii, qui in suo* Chronico Sancti Bertini *notavit S. Winnocum migrasse ad Dominum eodem anno quo commissum est proelium apud Vinciacum* (3). *Sed dissimulandum non est, utrumque hoc testimonium et eiusdem fere esse aetatis, et ex eodem fonte procedere, scilicet ex traditione apud monachos Bergenses recepta extremo saeculo XIV.*

Cultum illius mox celebrem demonstrant, tum insertio nominis eius in documentis liturgicis inde a saeculo VIII,

30. *Porro non ita multo post, quin forte statim post eius obitum, subsecuta sunt fama miraculorum, concursus ad locum sepulturae, corporis translationes et alia indicia publici cultus pro temporum illorum more. Sed et antiqui huius cultus duplex nobis prae manibus est liturgicum vel quasi liturgicum documentum. Alterum nempe, martyrologium anglicum saeculi IX supra laudatum* (4); *alterum, Sacramentarium Ambianense quod ex codice quodam saeculi XI edidit cl. Leopoldus Delisle* (5) : *in kalendario nimirum ipsi praefixo ad* VIII id. (*novembris*) *signata est memoria* Sancti Vuinoci confessoris (6). *Attamen in nullius martyrologiorum quae classica vocare consueverunt primaeva conscriptione nomen* Winnoci *reperitur insertum, sed dumtaxat in auctariis incertae aetatis Bedani, Adoniani, Usuardini et in recentioribus, ac denique in Martyrologio Romano, in quo ad hunc diem VI novembris annuntiatur his verbis :* Apud Bergas, depositio sancti Winnoci abbatis, qui virtutibus et miraculis clarus, fratribus sibi subditis multo tempore ministravit.

tum, neglecta legenda nimis suspecta de tribus filiabus regis Merciorum apud Winnoci sepulcrum occisis,

31. *Praeter haec non pauca exstant indicia insignis venerationis qua S. Winnocum prosecuti sunt illius regionis pii incolae; quae iam diversis titulis distincta recensere aggredimur.*

Inter haec tamen computandam non duximus, quoniam rei veritas nobis satis perspecta non est, traditionem illam quam refert Malbrancquius (7), *de filiabus tribus Kenulphi regis Merciorum* (8). *Hae dicuntur iter Romanum suscepisse ad sepulcra apostolorum invisenda, pedites et victum suum mendicando sibi comparantes; et cum in Galliam septemtrionalem appulsae, a via divertissent ad venerandum Wormholti corpus S. Winnoci ibidem quiescentis, a sicariis, quos immiserant viri nobiles quorum coniugium sprevissent virgines, crudeliter occisae fuisse. Unde haec hauserit Malbrancquius nescimus ; certe apud nullum antiquum scriptorem illarum virginum mentio occurrit* (9). *Sed certiora proferri possunt, nempe :* D

fundatio monasterii Bergensis anno 900 et donationes ac privilegia ipsi concessa inde a saeculo XI :

32. *I.* DONATIONES MONASTERIO BERGENSI FACTAE. *Inter praecipua videlicet cultus S. Winnoci vestigia indicanda sunt multa diplomata et chartae, per quae multiplici privilegiorum et possessionum genere inde a medio circiter saeculo XI ditatum est coenobium Bergense a summis pontificibus, comitibus Flandriae, regibus Franciae et aliis viris nobilibus, quaeque fere ex sensu pietatis erga S. Winnocum, cuius patrocinio et nomine coenobium gloriabatur, eidem collata significantur* (10).

translationes corporis S. Winnoci saeculo VIII et IX ;

33. *II.* S. WINNOCI CORPORIS TRANSLATIONES. *In Vitis antiquis* (*I et II*) *iam tres translationes corporis S. Winnoci relatae sunt. Prima, qua post incendium ecclesiae monasterii Wormholtani, in qua statim post sancti obitum sepultum fuerat, depositum est in loco huic ecclesiae proximo* (11). *Secunda, qua illud deportarunt Wormholto Audomaropolim metu Normannorum* (12). *Tertia, anno 900, quando Audomaropoli Bergas allatum fuit opera Balduini II, cognomine Calvi* (13). E

anno 1022,

34. *His addenda est translatio quae facta est anno 1022, ubi* Balduinus *IV, cognomine* Barbatus, suscepto Flandrarum principatu, ampliare volens cultum Domini, ecclesiam amplioris magnificentiae in superiori parte Bergensis burgi construxit, ubi sacrosanctum corpus beati Winnoci cum omni canonicorum collegio (14) transportavit (15). *Paulo autem post hanc translationem, cum in illo collegio graves abusus irrepsisse compertum esset, idem comes Balduinus Barbatus* prefatos canonicos ab ecclesia amovit *et mox eidem* ecclesie monachos induxit, quibus Rumoldum (*monachum coenobii Audomaropolitani Sancti Bertini*)... abbatem praefecit (16).

annis 1030, 1063, 1070, 1133

35. *Ex eo tempore corpus S. Winnoci usque ad nostram aetatem Bergis servatum est, neque inde amotum nisi in breve tempus. Sic*

a) *Anno 1030, corpus S. Winnoci cum aliis multis sanctorum corporibus allatum est Aldenardam in conventum publicum in quo* Comes Balduinus, qui dictus est Barbatus... pacem ab omni populo coniuratam firmari fecit (17).

b) *Anno 1063* (*vel 1065 aut 1066*) *dedicationi ecclesiae Sancti Petri Insulis a Balduino V comite, cognomine Pio vel Insulano, aedificatae* interfuit abbas (*Bergensis*) Rumoldus cum sacrosancto corpore S. Winnoci (18). F

c) *Inter* Sanctorum corpora quae intererant dedicationi ecclesiae *Hasnoniensis* (*anno 1070*) *recensetur corpus* Sancti Winnoci de Flandria (19).

d) *Anno 1131* (*vel 1133*), *asportatum est corpus S. Winnoci Teruanam ad consecrationem ecclesiae Sanctae Mariae* (20).

et 1566,

36. *Deinde toto medii aevi tempore Bergis non migravit sanctum corpus. Recentiore autem aetate*

(1) Cap. 7. — (2) Cap. 7, var. lect. 9. — (3) *Chron. Bertin.*, cap. III, part. II (ap. MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.*, t. III, p. 479. — (4) Num. 5. — (5) *Mémoire sur d'anciens sacramentaires* (Extrait des MÉMOIRES DE L'ACADÉMIE DES INSCRIPTIONS ET BELLES-LETTRES, t. XXXII, prem. part.). — (6) T. c., p. 342. — (7) *De Morinis*, t. II (Tornaci, 1647), p. 191. — (8) An. 796-819 vel 822. — (9) Cf. R. FLAHAULT, *Notre-Dame de Grâce et les trois Vierges de Caestre*, Dunkerque, 1895, 8°; iterum in ANNALES DU COMITÉ FLAMAND DE FRANCE, t. XXVI (1901-1902), p. 4-52. — (10) Horum textum aut apud veteres scriptores mentionem legere est in saepius laudato opere Alexandri PRUVOST, *Chronique et Cartulaire de l'abbaye de Bergues-S^t-Winoc*, p. 57 sqq. — (11) Vit. I, cap. 10; Vit. II, c. 9. — (12) Vit. II, c. 15. — (13) Vit. II, c. 16. — (14) *Quod*, ut paulo superius in eodem documento dicitur, anno 900 *Balduinus Calvus in inferioribus partibus burgi Bergensis fundaverat.* — (15) Diploma Balduini V seu Insulani pro monasterio Bergensi (Al. PRUVOST, o. c., p. 58); IOHANNES YPERIUS, *Chronicon Sancti Bertini*, cap. XXXVI, part. II (ap. MARTENE et DURAND, *Thes. nov. anecd.*, t. III, p. 572). — (16) Al. PRUVOST, p. 58-59. — (17) SIGEBERTI *Chronici auctarium Affligemense* (*MG.*, Scr. t. VI, p. 399; *P. L.*, t. CLX, p. 281). — (18) *Annales*, etc., cit. ap. Alex. PRUVOST, op. c., p. 54. — (19) TOMELLUS, *Historia monasterii Hasnoniensis*, c. 17 (*MG.*, Scr. t. XIV. p. 157; *P. L.*, t. CLX, col. 355; Al. PRUVOST, op. c., p. 70). — (20) Al. PRUVOST, ibid., p. 103.

una

A *una tantum memorata legitur temporaria translatio. Nimirum anno 1566, ubi vastatum est ab haereticis, quos Geusios vocitabant, coenobium Bergense, aufugientes monachi plerique Audomaropolim se contulerunt, secum deferentes corpus sancti sui patroni; quod et anno sequenti Bergas est reportatum* (1).

ac eiusdem in novis capsis

37. *III.* IDEM DIVERSIS TEMPORIBUS IN NOVIS CAPSIS REPOSITUM. *Inclusum prius erat Bergis sacrum corpus in duplici capsa lignea, altera ferreis circulis supra ligata et clavis ferreis munita, ut difficile admodum aperiri posset, altera, cui prior inclusa erat, argento compta* (2). *Nova sub regimine Rumoldi abbatis confecta est auro gemmisque decorata* (3). Postquam *autem* in *hoc* novo loculo cum digno honore pretiocissima confessoris ossa fuere recondita, primus loculus in ecclesia super unum altare ponitur, nec primo honore funditus caret, propter sancta ossa quae in eo multis annis condita fuere (4).

repositiones;

38. *Frequenter postea eiusmodi translationes sacri corporis in capsas pretiosiores factas ex* Catalogo abbatum (5) *breviter recensemus.* B *Memorantur videlicet ibidem passim, ad annos 1138* (6), *1181* (7), *1394* (8), *1507* (9), *1597 vel 1601* (10), *1646* (11), *1677* (12). *Has secuta est recognitio et novae capsae fabricatio anno 1823* (13).

supplicationes publicae,

39. *IV.* SUPPLICATIONES PUBLICAE, QUIBUS DEFEREBATUR S. WINNOCI CORPUS. — *Praeter eam qua iam saeculo XI quotannis Wormholtum corpus sancti sui patroni magno populi concursu deferebant monachi Bergenses* (14) *et alteram, item annuam, in memoriam insignis cuiusdam prodigii institutam* (15), *non paucae in ipso Bergensi oppido celebratae supplicationes vel preces publicae, sive in gratiarum actionem ob beneficium divinitus acceptum, sive ad aliquod impetrandum, praesertim vero ad obtinendam vel pluviam agris salutarem vel aeris serenitatem, non raro rogante magistratu civitatis, notatae sunt passim in* Catalogo Abbatum, *singillatim ad annos 1489* (16), *1512* (17), *1665* (18), *1675* (19), *1676* (20), *1683* (21), *1690* (22), *et in* Annalibus *ad annos 1712* (23), *1713* (24), *1723* (25), *1761-1772* (26).

et singillatim annua illa, in festis SSmae Trinitatis,

40. *Singulariter et aliquanto prolixius dicendum videtur de pompa illa sollemni qua singulis annis in festo SSmae Trinitatis deferebatur corpus S. Winnoci, aquis Colmae rivuli, qui Bergense oppidum praeterfluit, immergendum. Ipsum ritum his verbis describit Malbrancquius: " Bergenses ac „ Winnocenses monachi quotannis, ipso divinae „ Triadis festo die, in more habent celeberrimam „ instituere supplicationem, in qua per urbis com- „ pita defertur sancti regiique praesulis sandapila, „ populo subsequente universo. Portaque egressis „ pons occurrit sublicius, sub quo amnis defluit, „ cuius lymphis feretrum intingitur. Morque „ nonnulli male affectum corporis membrum eidem „ aquae vel immergunt, non sine exiguo saepius „ mali levamento, vel sane ex ipsa aqua hauriunt. „ Inde loco* balnei *nomen inditum, flandrice* het „ badt, *gallice* le bain. *Et haec aqua per novenam „ ab intincta sandapila mirum confert adversus „ febres praesidium aliasque huiusmodi aegritu- „ dines, servatque in triennium et quadriennium „ liquoris sui puritatem et bonitatem; quin anno „ 1640 ab ipsomet praesule lagena istius lymphae „ plena mihi oblata est, quam ab anno 1632 hau- „ serant, et visa mihi non minus clarior pro- „ biorque* (sic) *quam quae triennii chartulam indi- „ cem prae se ferebat. Immo inaudii plus 40 annis „ suam servasse bonitatem* (27). „

in memoriam praeclari cuiusdam miraculi,

41. „ *Unde vero suam originem traxerit haec „ anniversaria sollemnitas* „ *(ita pergit Malbrancquius)* " *dicendum. Opulenti cuiuspiam ad Bergas „ viri filiolus, oppido egressus porta qua in „ Bierem pagum iter est, dum ad marginem Col-* E „ *mae fluminis improvidus lusitat, praeceps labi- „ tur in profundum et aquis praefocatur. Moniti „ super ea re parentes multam operam collocant „ in puello comperiendo, ac tandem Winnocensium „ abbatem conveniunt, quo dignetur D. Winnoci „ feretrum eo transportandi facultatem facere, et „ impetrant. Illud ab monachis non sine praevia „ precatione adportatum et, parentibus obnixe effla- „ gitantibus, seu vivus seu mortuus haberi queat, „ in fluvium demissum. Vix lipsanotheca immer- „ gitur, cum ecce emergit paretque puellus vegetus „ et alacer, paritque incredibilem genitori laeti- „ tiam et spectatoribus stuporem. Tantumque „ valuit unicum illud divinae bonitatis et Win- „ nocei favoris argumentum, ut in posteros hacte- „ nus annos eius ita memoriam refricandi dederit „ occasionem* (28). „

quam tamen, utpote aliqua superstitionis nota suspectam, abolere conati sunt saeculo XVI,

42. *Hunc tamen morem* " *abrogare voluit Domi- „ nus Rictovius superiore saeculo* (29) *Yprensis „ episcopus, quod res quidpiam superstitioni vici- „ num subolere quodammodo videretur. Sed abba- „ tis miracula certiora perhibentis testimonio „ permotus, Henrico de Vijk Domino de Northove „ burgimagistro dedit in mandatis ut adhibitis „ testibus rem faciat probatiorem. Curavit ipse „ aquam adservari, tum quae ante octavam, tum „ quae intra, tum quae post fuerat deprompta: „ testes aderant Malinus Oosten christianitatis „ decanus et Dominicus Waloncapel prior Win- „ nocensis; testatique sunt illam solummodo puram „ incorruptamque remansisse quam intra illud*

(1) *Catalogus abbatum*, cit. ap. Al. PRUVOST, o. c., pp. 425, 429. — (2) Infra, *Mirac.* a. Drogone, cc. 21, 22. — (3) Ibid., c. 21 init. — (4) Ibid., c. 22 extr. — (5) Huius Catalogi apographum, ut supra diximus (num. 12) servatur in bibliotheca nostra Bollandiana. Nondum quidem integer editus est; sed tot paginas ex illo excerpsit saepe laudatus Alexander Pruvost ut fere totus apud ipsum legatur. Ad hanc itaque editionem hoc et sequentibus numeris lectorem remittimus qui ea quae a nobis summatim indicantur fusius enarrata nosse cupierit. — (6) Ap. PRUVOST, p. 105. Cf. MALBRANCQ, *De Morinis*, l. X, c. 4. — (7) Ibid., p. 141. — (8) Ibid., p. 284-85. — (9) Ibid., p. 363-64. In qua translatione caput a reliquo corpore separatum fuit et in propria capsa repositum. — (10) Ibid., pp. 458, 461. Paulo post, anno 1626, instituta est reliquiarum S. Winnoci recognitio (ibid., p. 490). — (11) Ibid., p. 514. — (12) Ibid., p. 570 (ex *Annalibus*). — (13) Cf. infra, num. 49. — (14) *Mirac.* a. Drogone, c. 1. — (15) Cf. infra, numm. 40, 41. — (16) Apud PRUVOST, p. 351 — (17) Ibid., p. 368. — (18) Ibid., p. 551. — (19) Ibid., p. 567. — (20) Ibid., p. 568. — (21) Ibid., p. 604. — (22) Ibid., p. 630. — (23) Ibid , p. 680. — (24) Ibid., pp. 681. 684, 686. — (25) Ibid., pp. 700, 730. — (26) Ibid., p. 766-71. — (27) *De Morinis*, l. x, c. 4 seu tom. III (Tornaci 1654), p. 193. Nonnulla magis particularia circa ritum immersionis puerorum post demissam in rivulum hierothecam videsis in epistula magistratus Bergensis laudata inferius, num. 44. — (28) Quo tempore miraculum illud contigerit et eius memoria celebrari coepta sit nusquam indicatum est. Narrationem autem miraculi hausisse Malbrancquium existimavit Iosephus Ghesquierus (*Act. SS. Belg.*, t. VI, p. 429, n. 64) ex dissertatione quadam ms. quae servatur in bibliotheca Bollandiana, hoc titulo insignita: *Quod D. Winnoci circumlatio et eius in aquam mersio quae sacrosanctae Trinati die festo fit, non sit superstitiosa.* Ex hac scriptione, quam Petro de Walloncapelle deberi existimant (cf. PRUVOST, pp. XXXII. 68), nonnulla recitavit Ghesquierus l. c., p. 429-31. — (29) Circa annum 1570.

„ *octiduum*

AUCTORE C. D. S.

„ *octiduum exceperat lagena. Etiam testatus mihi „ Dominus Iacobus Winnocensis asceta iobela- „ rius, quandam sua aetate Bergensem matronam, „ cum ex molesta aegritudine aliquandiu decu- „ buisset, et sollemnis illa supplicatio prae foribus „ transiret, mandasse ad ostium se deferri, „ moxque ut beatissimum feretrum salutavit, refo- „ cillatam ac postridie ad Divi tumulum venisse „ sanam et incolumem* (1). „

et saeculo XVII episcopi Yprenses,

43. *Attamen non multo post, anno nempe 1698,* circa encaenia (2) Bergensia, D^{us} Polycarpus de Stuyndere, vicarius perpetuus ecclesiae D^{i} Petri (3), Ipras ab episcopo vocatus est ut, si fieri posset, interdiceretur antiqua consuetudo qua reliquiae s. Winnoci in aqua balnei immerguntur. Quod magistratus resciens, tertio promulgari per praeconem fecit ut quisquis proles suas decenter aptatas ferre ad balneum valeret (4).

idque tandem perfecerunt medio saeculo XVIII.

44. *Videtur itaque eo tempore vetuisse magistratus civilis ne ratio haberetur prohibitionis episcopi et tantummodo iussisse ut in immergendis pueris aquae magis provideretur verecundiae et* B *honestati publicae. Sed anno 1746, post epistulas ultro citroque missas, quibus Yprensis episcopus Gulielmus Delvaulx magistratum Bergensem rogavit et ab eo edoctus est qua ratione ritus ille perageretur, mandato pastorali omnino prohibuit ne deinceps observaretur* (5).

§ VII. De reliquiis S. Winnoci et de festivitatibus in eius honorem institutis.

Particulae nonnullae corporis S. Winnoci saeculo XVII concessae Wormholtanis,

45. *Corpus S. Winnoci integrum servatum fuit Wormholti prius, dein paucorum annorum spatio Audomaropoli ac denique ab anno 900 in monasterio Bergensi* (6), *etiam dum extremo saeculo XVI (anno 1579-1583) civitas et coenobium Sancti Winnoci tenerentur ab haereticis* (7), *nec ullae particulae ex eo detractae sunt ante annum 1633. Quo anno, ut in* Catalogo abbatum *notatum est,* transtulit R. D. abbas (*Bergensis*) in Wormhout ad sacellum S. Winnoci, in cimiterio ecclesiae parochialis eiusdem pagi situm, notabilem S. Winnoci reliquiarum partem apogaeo ligneo inclu- C sam (8).

archiepiscopo Cameracensi et cuidam nobili viro

46. *Nonnullae praeterea particulae anno sequente donatae sunt archiepiscopo Cameracensi et alias* minutas particulas reliquiarum sancti Winnoci abbatis ex apogaeo ipsius sacrae calvariae *obtinuit* generosus dominus Ferdinandus Ximenes Arragonensis (9).

et ecclesiae alicui Bruxellensi

47. *Deinde* anno 1677, martii 3, R^{ssimus} D^{us} abbas particulam reliquiarum dedit S^{ssimi} P. N. Winnoci R^{do} admodum D^{o} de Hont oratori, consignandam uni ecclesiae Bruxellis (10).

et aliae postea denuo vico Wormholtano.

48. *Postea, anno 1711,* die 14 mai, cum licentia scripta Illust^{mi} D^{ni} Martini de Ratabon, episcopi Iprensis, aperta fuit theca corporis S^{ti} Patris D nostri Winnoci,... ut ex mandato R^{mi} D^{ni} abbatis, sumeretur aliqua pars ossium dicti S^{ti} Patris in sacello Wormhoutano inhabitantium venerationi exponenda... (11). *Sacello autem quod dicatum erat S. Winnoco iuxta ecclesiam parochialem Wormholtanam diruto circa annum 1736,* pars *illa* ossium *in ipsa hac ecclesia est reposita et deinceps servata usque ad finem saeculi XVIII* (12). *Ea autem hoc tempore amissa, ante paucos annos altera particula (ossis maxillaris) sancti corporis eidem ecclesiae donata est et inclusa effigiei capitis ligneae. Nuper autem anno 1900, condita est in hierotheca maioris pretii et elegantiore, quae nunc exposita est venerationi fidelium in quodam ecclesiae altari* (13).

Reliquiae S. Winnoci Bergis extremo saeculo XVIII piorum virorum industria servatae et saeculo XIX publicae venerationi redditae;

49. *Bergis anno 1792, dum saeviret in Gallia atrox persecutio qua ecclesiae huius regionis prorsus perturbatae et spoliatae fuerunt, effigies capitis argentea, qua continebatur caput S. Winnoci, et arca, qua reliquum corpus, ablatae fuere. Sed ipsa sacra lipsana inde prius extracta et duabus capsis ligneis inclusa, quas et sigillis suis munierunt, abscondere potuerunt pii viri in domo curiali, in qua remanserunt usque ad annum 1820. Quo tempore sacerdos qui Bergensi parochiae praepositus erat, convocatis quibusdam praecipuis oppidi civibus, ex eorum numero superstitibus qui anno 1792 piae sacrarum reliquiarum subreptioni interfuerant, ipsis illas capsas exhibuit, quas et facile agnoverunt et iurati affirmarunt easdem esse quibus ante triginta fere annos reliquias incluserant. Itaque, post alterum examen diligenter institutum, authentico scripto die 27 maii 1820 Ill. Ludovicus Belmas Cameracensis episcopus illas genuinas esse declaravit et indulgentia a se concessa fideles adhortatus est ut ad sollemnem translationem earum e presbyterio ad ecclesiam parochialem Sancti Martini* (14) *concurrerent; quae translatio facta est die 8 iunii subsequente. Commota inde civium pietas erga patronum suum eos impulit ut collata ultro magna pecunia duplicem hierothecam tam arte quam materia eximiam confici curarent, alteram quae caput, alteram quae reliqua sacra ossa reciperet. Utraque sollemni ritu, cum sacro thesauro cui excipiendo destinata erat, in ecclesiae Sancti Martini gazophylacio reposita fuit die* F *18 maii 1823, et dehinc quotannis publicae venerationi in eadem ecclesia exponitur die festivo S. Winnoci id est 6 novembris et per totam octavam* (15).

nonnullae anno 1900 ecclesiae Wormholtanae et Plouhenicensi datae.

50. *Denique, addendum est nuperrime, id est mense iulio anni 1900, apertam esse arcam qua continentur reliquiae S. Winnoci ex mandato Ill. D. Sonnois archiepiscopi Cameracensis et inde extractam particulam quae concessa est ecclesiae Wormholtanae et alteram donatam Ill. D. Dubillard episcopo Corisopitensi, reponendam in ecclesia vici Plouhenic, quem tradunt locum natalem fuisse sancti* (16).

De veneratione

51. *Sed et forte praeterea alicubi invenire est*

(1) MALBRANCQ., l. c. — (2) Seu festum dedicationis ecclesiae, gallice *Kermesse.* Cf. epistulam magistratus Bergensis, cit. num. seq. — (3) Quae pertinebat ad monasterium Sancti Winnoci et in qua sanctum corpus servabatur. — (4) *Catal. abb.* cit. ap. Al. PRUVOST, p. 662. — (5) Al. PRUVOST, p. 706-10. — (6) Cf. Vit. II cc. 15-16. — (7) Cf. Al. PRUVOST, p. 447-49. — (8) Cit. ibid., p. 503. Attamen ex mentione alterius donationis reliquiarum S. Winnoci sacello Wormholtano (cf. infra, num. 48) colligendum videtur hoc loco agi solummodo de translatione temporaria. — (9) Ibid. — (10) *Catal.* ms. p. 289; PRUVOST, p. 570. — (11) *Annales,* cit. ap. PRUVOST, p. 674-77. — (12) FLAHAULT. o. c., p. 17. — (13) Ibid., pp. 17, 31, 32. — (14) Ecclesia Sancti Petri, in qua superioribus saeculis servatae fuerant, iam prorsus ab impiis diruta erat. — (15) Haec omnia nos docuerunt R. P. Paulus MURY in suo opusculo cui titulus *Saint Winoc, patron de la ville de Bergues; sa vie, ses reliques et son culte* (Lille, 1887), p. 31-34 et epistula ven. v. L. Rajou, rectoris collegii Bergensis Sancti Winnoci recens ad nos data. Instrumentum authenticum de translatione capitis ex statua lignea in argenteam transcriptum videsis apud Al. PRUVOST, o. c., p. 386. — (16) R. FLAHAULT, *Le culte de saint Winoc à Wormhout* (Dunkerque, 1903), p. 15.

Stolas

stolae S. Winnoci.

AUCTORE C. D. S.

Stolas S. Winnoci. *Nimirum, praeter reliquias sancti eius corporis, in praecipua veneratione erat apud Bergenses stola quam S. Winnoci olim fuisse tradebant, huiusque minutas particulas insuebant stolis communibus, quae ex pietate erga sanctum et spe eius apud Deum suffragii impetrandi praegnantibus praesertim mulieribus adhibebant. Testimonii huius moris apographum anno 1694 exscriptum et adhuc Bergis servatum videre potuit P. Alexander Pruvost et suo operi inseruit* (1).

Festivitas triplex in honorem S. Winnoci instituta.

52. *Triplex festivitas olim celebrabatur in honorem S. Winnoci apud Bergenses. Praecipua quidem die 6 novembris, qui fuit eius dies natalis seu emortualis et inde eius memoriae recolendae assignatus est in permultis martyrologiis, quae Martyrologium Romanum secutum est* (2). *Altera die 18 septembris, in commemorationem translationis corporis Bergas anno 900 institutae* (3). *Tertia, quae dicebatur* Exaltatio S. Winnoci, *die 23 martii* (4). *Nunc suppressa est haec tertia, non autem duae priores, altera scilicet, sub ritu duplici 1ae classis cum octava, die 6 novembris, altera sub ritu duplici 2ae classis, die 18 septembris. Pro singulis officium proprium approbatum est a S. R. Congregatione decreto 20 iulii 1887* (5). *Celebratur quoque etiamnum die festo SSmae Trinitatis supplicatio sollemnis* (6) *qua deferuntur per civitatem reliquiae S. Winnoci, sed iam non immerguntur in aquam. Deferuntur eaedem reliquiae in processionibus quae fieri solent in sollemnitate Corporis Christi et die 15 augusti in festo Assumptionis B. V. Mariae* (7).

De confraternitate S. Winnoci.

53. *Restituta etiam est ab Ill. Ludovico Belmas confraternitas Sancti Winnoci quae olim constituta in coenobio Bergensi* (8), *a Romanis Pontificibus approbata et indulgentiis ditata fuerat et quam principes etiam saeculares quibusdam privilegiis decorarunt. Huic confraternitati amplius quingenti vel cives vel extranei nomen dederunt decurrente anno 1870* (9).

B

(1) En huius testimonii textum : *Nos Maurus de Vignacourt, Dei gratia abbas Bergensis Sancti Winnoci, fidem facimus hanc esse veram stolam Smi patris Winnoci prout insuta fuit alteri stolae communis materiae, cui modo eiusdem verae stolae notabilem particulam insui curavimus, transferendae ad facilitandum partum praegnantium mulierum pro devotione postulantium. In quorum certitudinem solita nostra signatura et sigillo munivimus ; etiam Rdi Dni prior et supprior et thesaurarius ecclesiae nostrae abbatialis (in quorum praesentia haec stola extracta fuit) suis manualibus signis hanc schedulam testimonialem corroborarunt. Actum in aula nostra abbatiali 7a 9bris 1664. Et signatum erat : M. Wignacourt, abbas Bergis Sti-Winnoci, cum sigillo in pane albo. Et inferius : Placidus van Osch prior, Ioannes Van Houcke supprior et senior, annorum sexaginta quatuor, et Bernardus Palfaert thesaurarius* (Pruvost, o. c., p. 548. Cf. ibid., p. 641). Apographo autem anni 1694 hic titulus praescriptus erat : *Copia attestationis quae quiescit in argenteo loculo in quo vera stola sanctissimi patris nostri Winnoci quiescit* (ibid., p. 637). In *Catalogo abbatum*, p. 269 (et inde apud Al. Pruvost, p. 559) citatur instrumentum publicum auctoritate magistratus Bergensis civitatis, flandrice conscriptum die 16 iunii 1668, de mirando partu cuiusdam mulieris per stolam S. Winnoci ipsi admotam impetrato. — (2) Cf. supra, num. 30. — (3) Cf. Vit. II, cap. 16. — (4) *Officia propria sanctorum ecclesiae S. Winnoci* (Ypris, 1732), cit. ap. Pruvost, p. 704. — (5) Mury, o. c., p. 38-53 et p. 54-58. — (6) Cf. supra, num. 40. — (7) Epist. v. v. L. Rajou. — (8) Huius confraternitatis mentio fit in *Catalogo abbatum* ad 1624, 1625, 1644, 1665 (ap. Al. Pruvost, pp. 477, 489, 510, 551). — (9) Mury, o. c., p. 35-38.

E

I. VITA S. WINNOCI PRIMA

Edita ex codicibus sex, nimirum : A 1. Bononiensi (Boulogne-sur-Mer) 107, saeculi XI ; — A 2. Audomaropolitano 764, saeculi X ; — A 3. Bruxellensi 8518-20, saeculi X ; — B 1. Cantabrigensi, Collegii Corporis Christi n. IX, saeculi XI ; — B 2. Londinensi, Arundel 91, saeculi XII ; — C. Bruxellensi 8934, saeculi XVII. Cf. Comm. praev., num. 1. — Editionum vero Ghesquerianae et Ludovici Deschamps variantes lectiones notare visum non est, quoniam ipsi codices, unde textum a se editum hauserunt, nobis praesto fuerunt. — Capitula, quae in codicibus nulla distincta erant, appositis numeris ipsi distinximus.

C F

Incipit vita vel actus sancti Winnoci confessoris Christi[1].

S. Winnocus, cum tribus sociis inter Sithivenses monachos a S. Bertino receptus,

1. Quando agius Christi confessor Bertinus signis atque virtutibus decoratus in Sithiu monasterio multitudini praeerat monachorum, ex multis undique partibus, divina eos stimulante gratia, religiosi ad eum veniebant viri, optantes etiam ut sub sacrae regulae iugo secum in Dei perseverassent servitio. Inter quos[1] quattuor religiosi viri[2] ex longe remota Brittonum terra, qui his nominibus nuncupati fuerunt, Quadanocus[3] et Ingenocus, Madocus[4] (1) sanctusque Winnocus, parentes patriamque secundum Domini praeceptum relinquentes, ad eum unanimiter venerunt, postulantes etiam ut inter agium[5] monachorum gregem sub sua cura constitutum eos in Dei reciperet nomine. Beatus igitur Bertinus, eos in Deo amore flagrare cernens, perfectamque bene vivendi in eis cognoscens fuisse voluntatem, benigne eos recipiens sanctae monachorum sine mora sociavit multitudini.

cum iisdem mittitur ad condendum coenobium

2. Post haec vero parvo temporis spatio transacto agius[1] abbas Bertinus, intuens praedictos Dei famulos sagaces[2] sacrae regulae sectatores fuisse[2] necnon perfecta caritate et vera refer-

Tit. — [1] Incipit egregii Winnoci vita beati A ; *om.* C.
1. — [1] quas A 2. — [2] *om.* B 2. — [3] *prius* Quadonocus A 2. — [4] Madacus B 2. — [5] sanctum B.

2. — [1] sanctus B. — [2] (sagaces - fuisse) sect. et sag. f. sac. r. C.

(1) Hos tres socios S. Winnoci fratres fuisse ipsius tradit Iohannes Yperius (cf. supra, Comm. praev., num. 15) et post eum Iacobus Malbrancquius (*De Morinis*, l. IV, c. 4 extr., t. I, p. 432), qui et genealogiam quandam affert, in qua cum Winnoco recensentur inter viginti liberos quos genuerit Iuthaelus ; sed ubi hanc genealogiam reppererit non indicat, ut conicere liceat eam ab ipso fuisse concinnatam. Certe illam traditionem nondum exortam fuisse quo tempore conscripta fuit Vita secunda S. Winnoci inde iure colligitur quod huius secundae Vitae auctor, dum Winnocum refert *ex regali progenie* ortum (Vit. II, c. 1), Quadanocum et utrumque alium peregrinationis eius consortem dicit dumtaxat *genere exspectabiles* (ibid., extr.).

tos

VITA I *in villa Wormholtana;*

tos[3] humilitate, eosque cum magna oboedientiae industria animadvertens labori manuum operam dare, eis in pago Terwanense[4] aliquam in Dei nomine iussit aedificare cellam[5] (1). Quidam enim vir[6] dives, Heremarus nomine, suam in praedicto pago fructiferam hereditatem, quae Woromholt[7] vocatur (2), et ideo eodem nomine praedicta vocatur cella, Deo et beato optulit Bertino (3). Sanctus igitur Bertinus[8], Dei famulis[9] multiplicare volens[10] habitacula et Christi pauperibus[11] hospitia praeparare[12], quae eo tempore rara in praedicto fuerunt pago, praefatos[13] Christi milites cum aliis fratribus eorum[14] praecepto oboedientibus in praedictum transmisit[15] pagum, ut in praefato loco aptum Dei famulis construerent[16] habitaculum. Religiosi igitur viri, cor unum et animam unam apostolico habentes exemplo, actualem[17] (4) sectantes[18] vitam, plus de pauperibus atque hospitibus Christi solliciti quam de semet ipsis, secundum sancti abbatis Bertini[19] iussionem in praefato pago commodam, favente Domino[20], aedificaverunt cellam, atque in ea per multa annorum
B
spatia in Dei perseverantes servitio, extremum sortiti sunt diem.

cui coenobio, post obitum trium sociorum suorum praeficitur et sancte praeest.

3. Post obitum vero praedictorum sanctorum trium virorum, Quadanoci[1] videlicet et Ingenoci et Madoci, beatus Bertinus conventiculo servorum Dei in praedicta cella commoranti[2] sanctum praeesse concessit Winnocum (5), qui a pueritia a beato Bertino et in[3] praedictis suis[4] sanctis pagensibus sub sacrae regulae iugo fuit nutritus[5]. Qui licet praefatis[6] Dei famulis aetate dispar[7] fuit, perfecta tamen caritate atque oboedientia illorum erat[8] sectator, magnamque ei Dominus humilitatis largitus est gratiam[9]. Viliorem enim se omnibus hominibus esse putabat,
Matth. 20, 26. implens[10] quod scriptum est: *Qui vult inter vos maior fieri sit vester minister: qui enim se exaltat*
Luc. 14, 11. *humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur.* Praefatus igitur Dei famulus Winnocus hoc Salvatoris[11] praeceptum[12] conservans, fratribus sibi subiectis Christique hospitibus[13] ad se venientibus ministrare solebat[14], et[15] qualecumque opus aliis fratribus secum cohabitantibus durum et grave videbatur, ipse, favente sibi Domino, sereno[16]
C
perficiebat animo. Largus igitur bonorum operum retributor, qui non est personarum acceptor, qui ait: *Super quem alium requiescam nisi super humilem et quietum*[17] *et trementem sermones meos?* perfectam sui famuli Winnoci caritatem atque humilitatem intuens, gloriosis eum virtutibus exaltavit[18]. De quibus[19], favente Domino, pauca[20] subsequenti narrabimus sermone. Is. 66, 2.

Senio confectus, operam dat molendo tritico, in quo labore divinitus adiuvatur.

4. Cum igitur agius[1] Christi confessor Winnocus[2] venerabili senectute fuisset aggravatus, carnali etiam virtute desertus, indefessa tamen oboedientiae voluntate, favente sibi Domino, roboratus, mente cogitavit sollicita quomodo Deo et fratribus sibi subiectis suarum labore manuum in sua potuisset senectute servire, memor etiam[3]
Domini[4] dicentis: *Qui perseveraverit*[5] *usque in finem, hic salvus erit.* Vir ergo venerabilis humilitate et oboedientia plenus, inspirante sibi Domino, salubre invenit consilium, volens etiam[6] molam suis sacris rotare manibus, ut grana in farinam redigens[7] fratribus in eodem loco commorantibus et pauperibus Christi, quos ille benigne saepe recipiebat, tali serviret cottidie labore[8], memor etiam[9] apostolici praecepti[10]: Matth. 10, 22.
Non manducet qui non laborat[11]. Misericors igitur Dominus, cui omnia possibilia sunt, suo miserando famulo[12] molam solam divino numine rotatam[13] sine ullo humanae manus amminiculo per multos iam dies grana in farinam redigere concessit. Sanctus vero Winnocus, manibus ad caelum elevatis, clauso etiam secundum Domini[14] praeceptum ostio, sacras canendo orationes[15] et iuxta molam stando securus, immensas omnipotenti Domino[16] agebat gratias, qui suae misertus senectuti tale ei praestitit solamen (6). 2 Thess. 3, 10.

Monachus, temeraria curiositate prodigii testis factus et subita caecitate ac paralysi mulctatus,

5. Omnes ergo Dei famuli in praedicta cella commorantes valde ammirantes invicem inter se[1] dicebant: „ Quomodo vetus homo, carnali virtute „ desertus, tantam cotidie farinae copiam suis „ per molam laborare potuisset manibus, nisi „ ei divina suffragaretur misericordia? „ Tunc unus ex illis, hoc mirabile signum explorare volens, audaci animo ad eandem accessit domum in qua sanctus Winnocus divina adiutus misericordia laborare solebat. Hinc miser per parvum foramen curiosis[2] intuens oculis, sanctum Winnocum intenta mente, elevatis ad caelum oculis[3], orationi[4] instantem vidit molamque divino numine rotatam et magnam circa illam sparsam
F
farinae cernebat copiam. Hinc mola, statim post-

[3] repletos B. — [4] Teruuanensi B 1; Tewanense B 2. — [5] quod etiam ipsi devotis animis strenue impleverunt *add.* C. — [6] *om.* B 2. — [7] Worumholt A 2; Wormholt B 1; Woromouth (*prius* Woromhout) C. — [8] *om.* C. — [9] famulus A 3. — [10] (m. v.) v. m. A 1. — [11] cupiens *add.* C. — [12] (h. p.) p. h. C. — [13] praefati (*prius* praefatis) A 2. — [14] eius C. — [15] misit B 2. — [16] constituerent A 3. — [17] ac talem B. — [18] spectantes B 2. — [19] berhtini B 2. — [20] (f. D.) Deo f. A 1.

3. — [1] Quadonoci A 2. — [2] commorantium B 2. — [3] *ita omn. codd., praeter* C, *om.* C, *leg.* a. — [4] *om.* A 1. — [5] atque lacte sanctae Ecclesae viriliter educatus ad onus pastoralis curae erat dignissimus *add.* C. — [6] *om.* A 1. — [7] iunior B 2. — [8] strenuissimus *add.* C. — [9] (h. l. e. g.) l. e. h. g. et animi patientiam, ut C. — [10] (p. i.) putaret, implendo C. — [11] nostri *add.* B 1. — [12] dictum animo corporeque C. — [13] (Chr. h.) hospitibusque B 2. — [14] volebat, curamque prout potuerat impendere non desinebat C. — [15] *om.* A 1. — [16] atque gratuito *add.* C. — [17] quietem A 3. — [18] mirabiliterque signis decoravit *add.* C. — [19] omnibus multis et inenarrabilibus *add.* C. — [20] *om.* B.

4. — [1] sanctus B. — [2] iam *add.* C. — [3] (m. e.) memorabat B. — [4] nostri Iesu Christi *add.* B 1; Iesu Christi ita *add.* B 2. — [5] perseveravit A 3. — [6] (v. e.) velle enim incidit ei B. — [7] rediens A 3. — [8] laborare A 3. — [9] *om.* B. — [10] quo ait *add.* C. — [11] (N. m. q. n. l.) q. n. l. n. m. B. — [12] (s. m. f.) suum mirando famulum A 2; suum m. famulum B 1; suum iuvando (*ita corr.*) famulum B 2. — [13] rotatum A 3. — [14] *om.* B 2. — [15] alta trahens suspiria *add.* C. — [16] largitori omnium munerum *add.* C.

5. — [1] (i. i. se) int. se inv. A 1. — [2] curiosius C. — [3] manibus B 2, C; oculisque in altum arrectis *add.* C. — [4] oratione A 2.

(1) Cf. supra, Comm. praev., num. 21-25. — (2) *Wormhoudt* nunc oppidulum est in Gallia septemtrionali (dép. du Nord), 18 chilometris distans ab oppido Dunkerque versus meridiem et aliquantum ad orientem (S.-S.-E.). De coenobio Wormholtano vid. Comm. praev., num. 26-28. — (3) Prima et ultima verba chartae donationis, quam videre potuit in tabulario monasterii Sithivensis, recitat Iohannes Yperius (*Chronic. Sancti Bertini*, cap. I. part. XIII [*MG.*, Scr. t. XXV, p. 761 extr.]): *Omnibus praesentibus et futuris, qui christiana fide censentur. — Actum in Sythiu monasterio kalendis novembris, anno primo Hildeberti regis.* Cf. Comm. praev., num. 17-19. — (4) Id est *perfectam, piis actibus occupatam.* Cf. Du Cange, *Gloss. med. et inf. lat.*, ed. Henschel, ad h. v. — (5) Cf. Comm. praev., num. 26-28. — (6) Inde colitur S. Winnocus ut patronus eorum qui molendinariam artem exercent (Cahier, *Caractéristiques des saints*, p. 557).

quam

A quam a stolido viro intuita fuit, a solito cessando cursu subito stetit immobilis. Ille vero vir audax, qui tale Dei famulo offendiculum intulit, meritam [5] recipiendo vindictam, pronus [6] subito in terram cadens, oculorum lumen amisit, et aliorum manibus vectus, oculis privatus et toto corpore tremulus [7] ad suam reportatus est domum.

sancti oratione sanitatem recuperat.

6. Altera autem die trepidus cunctis in praedicta cella commorantibus praedictum quod vidit narrando miraculum, suaeque cum fletu audaciae culpam confessus, ad sanctum [1] accessit Winnocum, ipsiusque confessoris Christi provolutus vestigiis, veniam ab eo in Dei flagitabat nomine. Tunc agius [2] Christi confessor Winnocus, infelici [3] caecati viri casu commotus, oculis [4] eius ab eo in Dei nomine signatis, omnipotentis [5] Domini, qui malum non vult pro malo reddere [6], petivit clementiam ut ei pristinum oculorum recuperaret lumen. Largus igitur suorum adiutor [7] servorum, qui prope est omnibus invocantibus eum [8] et voluntatem timentium se facit [9], oculos praedicti viri per audaciae culpam caecatos, per devotas sui [10] confessoris Winnoci preces largo in eadem hora

B

replevit lumine. Tunc miser, immenso repletus gaudio [11], et cuncti qui hoc cernebant miraculum debitas omnipotenti Domino et sancto [12] Winnoco agebant gratias [13].

Miracula obitum S. Winnoci secuta.

7. Misericors igitur Dominus non solum per hunc [1] confessorem suum Winnocum, quando in carnis fuit praesentia, magnas [2], ut sumus praefati [3], fecit virtutes [4]; sed post felicem eius obitum (1) gloriosa per eum operatus est miracula. De quibus, favente Domino [5], subsequenti narrabimus sermone.

Incendium, quo ecclesia tota concrematur, ipsius sepulcrum non attingit.

8. Post sancti igitur viri [1] Winnoci de hac vita egressum longo temporis spatio transacto, quadam forte die fratribus in praedicto loco commorantibus post meridianam aestivi diei horam somno [2] quiescentibus, de quadam domuncula iuxta ecclesiam posita immensus surrexerat [3] ignis, subitoque velox flammarum impetus, postquam praedictam consumpsit domunculam, ad ecclesiam, in qua corpus beati pausabat [4] Winnoci, cum magno statim intravit strepitu, totaque ecclesia, flammis per arida ligna currentibus, immenso ignis furore fuit exusta, cunctaque lignea quae in circuitu eius erant aedificia subito consumpserat flamma. Sepulcrum vero sancti [5] Winnoci, in eadem ecclesia positum, cum ornamentis quae ei adhaerebant, divina illud protegente potentia, furor non tetigit ignis; sed flammae quasi immensa vi venti [6] retortae longe recedebant ab eo. Manus enim Domini inter flammas et sepulcrum sui fuerat confessoris. Postquam vero furor cessavit flammarum, omnes in praedicto loco commorantes, immenso incendii timore perterriti, ad beati [7] Winnoci sepulcrum undique concurrerunt, putantes etiam illud rapido flammarum impetu in cinerem fuisse redactum. Postquam vero sepulcrum sancti confessoris Christi flammis intactum fuisse cernebant, et tecta in circuitu ipsius posita in cinerem redacta, immensas omnipotenti Domino referebant gratias, qui non solum animas suorum famulorum [8] a flammis poenae liberat [9] perpetuae, sed et eorum corpora a praesentis ignis impetu [10] illaesa simul conservat. E

Sacrum eius corpus alio transferre conantes, superna virtute praepediuntur ne longius a diruta ecclesia amoveant.

9. Post haec vero corpus beati viri Winnoci ex suo levantes sepulcro de exusta statim portaverunt ecclesia, volentes etiam illud in remoto ab ecclesia ponere loco, usquequo illa basilica in Dei nomine fuisset restaurata. Mira res, divina operante potentia, tunc contigit. Postquam enim illud beati viri corpus extra ecclesiam portaverunt, nec illud [1] amplius, divina renitente eis manu, movere valuerunt. Tunc illi, inito inter se invicem consilio, dixerunt: „ Forsan [2] non est nobis a
„ Domino hoc concessum ut istud beati viri cor-
„ pus in remotum ab ecclesia portemus locum.
„ Quapropter omnipotentis Domini [3] clementiam
„ deprecemur ut, si [4] in hoc hortulo huic adhae-
„ renti ecclesiae [5] hoc poni corpusculum sibi est [6]
„ placabile [7], nunc nobis illud movere concedat. „
Tunc sine mora beati viri membra levantes, in praedicto posuerunt hortulo. Ex praedicto enim signo perterriti, non ausi sunt longius illud portare.

[5] et sibi debitam *add.* C. — [6] protinus C. — [7] et rigidus *add.* C.

6. — [1] Dei *add.* B. — [2] sanctus B. — [3] infelicis C. —

C

[4] que *add.* B. — [5] (s. o.) consignatis omnipotens C. — [6] reddi C. — [7] auditor B. — [8] in veritate *add.* B. — [9] faciet B. — [10] sanctissimi *add.* B. — [11] (i. r. g.) r. g. i. B. — [12] Dei *add.* B 1. — [13] *add.* C: O virum perfectum omnique laude dignissimum, qui iniuriam ab impio passus <non> solum ferre non distulit, sed etiam ultorem omnium se per suam misericordiam ulciscentem imploratus est quatenus caeco redderet visum sibique pro hoc aeternum redderet praemium. Exemplum namque David regis imitatus, qui persequentem se Saulem cum potuit non exstinxit, sed etiam reum se professus est quia oram clamidis eius inciderit. Ad laudem namque eius nullum linguae nostrae sufficit elogium. Ipse est enim decus gloriatioque eius et laus perennis, cuius laus numquam ab eius ore discessit. Redeat igitur impolitus sermo persequi quae coepta sunt prout potest, ne forte, dum prolixam vult tendere ratione seriem, in fastidium vertatur perito lectori.

7. — [1] gloriosum *add.* B. — [2] et summas *add.* B. — [3] (s. p.) p. s. B. — [4] *Sequitur in* C: quae nunc oculis latent mortalium, quas ipse partim celando, partim pigritia scriptorum involverunt. Quae quamvis, ut diximus, nobis sint occulta, indubitanter tamen credendum est quod Deo sint notissima. Solent enim sancti viri magnanimiter opera quae per eos Dominus mirabiliter facit celare, quatinus ut dum mens in se ipso humiliata et occulti hostis valeant vitare nociva temptamina et postmodum a superno iudice pro abiectione humani favoris recipere gaudia sine fine manentia. Hic namque egregius pater Winnocus secundum Salvatoris testimonium verus et absque dolo Israhelita fuit, dispensatorque Christi fidelissimus existens, studebat iuxta normam beatissimi Benedicti plus amari quam timeri. F Et quamvis regia stirpe foret progenitus, non tamen proponebat * se ex servitio convertendi **. Erat enim semper hilaris animo, facie iocundus, spe robustissimus, charitate diffusus, quem non noverant prospera erigi nec adversa deici. Erat namque in consilio providus et in interventu strenuus, doctrinaque sapientiae mirabiliter irradiatus. Sicut sol ardens in virtute sua fluenta desiderat fontium, ita ipse cupiebat relicta caduca corporis mole pertingere Christi felix ad regnum. Sine intermissione namque Domino, quatinus de hac convalle plorationum eriperet eum, Daviticum concinnebat eloquium: ***Educ, Domine, de carcere isto animam meam ad confitendum nomini tuo.*** Ps. 141, 8. Qui misericorditer eum exaudiens dignisque eius agonibus praemia rependere volens, accitum eum ad se transire fecit octavo idus novembris aetate plenum meritorumque perfectorum. Sepultus est autem in eodem loco in monasterio quod idem construxerat in honore sancti Martini. — [5] pauca *add.* A 1.

** leg. praeponebat. ** leg. convertenti.*

8. — [1] atque gloriosissimi viri Dei B. — [2] *om.* B 2. — [3] surrexit B. — [4] pausat A 1. — [5] confessoris *add.* B. — [6] (i. vi v.) immenso vento A 2, B 1. — [7] viri *add.* B 1. — [8] (s. f.) f. s. A 1. — [9] liberet A 2. — [10] ***in prima syllaba huius vocis*** (im) ***desinit*** A 3, ***sequentibus codicis foliis resectis.***

9. — [1] (n. i.) non B. — [2] Forsitan A 2, B 1. — [3] *om.* B 2, C. — [4] *om.* B. — [5] (a. e.) e. a. A 1. — [6] (si s.) si sibi sit B 1. — [7] et *add.* B.

(1) Qui contigisse anno 716 vel 717 vulgo existimatur. Cf. Comm. praev., num. 29.

VITA I

Vir, molesta admodum infirmitate iam dudum vexatus, apud S. Winnoci sepulcrum subito sanatur.

10. Non longo igitur post haec temporis intervallo, per eundem sanctum suum confessorem Winnocum mirabilem Omnipotens[1] egit virtutem. Quidam enim vir claudus[2], longo videlicet tempore officio pedum privatus et tremulo[3] capitis et manuum incessabili fatigatus sic motu[4] ut vix verbum voce proferret quassata aut aliquid tremulis tenere valeret manibus, quadam die ad beati viri Winnoci venerabile venit sepulcrum. Quando ergo fratres in eodem loco commorantes in nocte dominicae resurrectionis nocturnas celebrabant[5] vigilias, tunc ille, aliorum in ecclesia[6] manibus deductus, omnipotentis Domini cum lacrimis petivit clementiam ut per gloriosa sui confessoris Winnoci merita sua membra, intolerabili aegritudine fatigata, ad pristinum restauraret officium. Misericors igitur Dominus, qui non est oblitus orationes[7] pauperum, qui adest adiutor in opportunitatibus, in tribulatione, misellum per merita beati Winnoci[8] audivit se deprecantem. Quando enim lectio[9] evangelii eadem nocte post nocturnas[10] more solito vigilias[11] in eadem fuit ecclesia recitata, tunc praefatus vir, immenso
B lumine circumdatus, duas igneas ex utraque parte suis directas auribus vidit sagittas; statimque una per eius dexteram intrante auriculam, altera vero per sinistram, subito per sui capitis foramina immensa sanguinis abundantia fluxit et ab[12] intolerabili praedictae aegritudinis fatigatione solutus, subitam, divina largiente gratia, recepit sanitatem. Tunc miser, immenso repletus gaudio, huc atque illuc suis gradiendo pedibus per spatiosam discurrens saliendo ecclesiam, debitas omnipotenti Domino gratias et sancto agebat Winnoco, fratribus quoque[13] se circumstantibus per ordinem narravit quomodo, post impetum praedictarum[14] suis auribus saggittarum et post adventum praedictae ad eum lucis, subito ab eo recessit infirmitas. Tunc cum turba circumstantis populi Dominum laudando et gloriosi sancti confessoris Christi Winnoci in conspectu Domini merita ammirando, sanus de ecclesia perrexit et laetus, largiente domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto per aeterna[15] saecula. Amen[16].

Alia miracula postea subsecuta.

11. Restant adhuc quaedam de memorato sancto viro, quae nostris temporibus gesta, silentio non arbitramur esse transeunda, ne iudicemur fore segniores, licet scriptoribus priscis videamur rusticiores (1).

Famulus, de summo ecclesiae aedificio praeceps decidens, nullam corporis laesionem patitur.

12. Accidit quodam tempore, dum Gerardus comes (2) medietatem ecclesiae sancti viri saepe memorati sua ex cura aedificare coepisset, ut quidam famulus, in eodem opere deserviens, caderet ex summitate muri, ita ut terrae coaequatus videretur mortuus. Sed post modicum horae momentum, ut credimus, sancti viri meritis, cuius ecclesiae insistebat operi, ita surrexit sanus et validus ut statim operaretur sicut prius. Erat autem homo tantae magnitudinis atque gravedinis, ut nulli dubium fore necesse sit quod meritis sancti Winnoci vitam retinuit.

Calix sacer vitreus confractus, prodigiose in integrum restitutus.

13. Post haec placuit eidem viro venerabili Gerardo comiti quatenus suo in beneficio ecclesiam aedificaret eo in loco qui dicitur Spirliacus (3) in honore sancti Winnoci. Ad quod opus magistrandum etiam invitati sunt fratres boni testimonii ex monasterio sancti viri, ut cuius amore templum Deo aedificabatur, eius quoque fratrum amminiculo perficeretur. Ibidem die quadam dominica dum praelibatis fratribus calix deesset ad conficiendum corpus Dominicum, quod tali in die nefas est praeterire, inventum <est> quoddam vas vitreum ad id opus aliquando praeparatum, sed, ut fatebantur fratres qui praesentes aderant et missali officio assistebant, ita fuit conquassatum ut pars parti vix adhaereret. Quidam tamen fratrum dum leniter illud sumens aqua purgaret, quo magis fricabat eo magis solidabatur, ita ut nunc usque ad hoc ministerium habeatur aptum. Quod videntes Deo gratias egerunt meritisque sancti Winnoci computaverunt.

Particula reliquiarum S. Winnoci, per quandam neglegentiam amissa, mirum in modum reperitur.

14. Praeterea quodam tempore Rogationis, dum more solito processionem faceremus cum populo, accidit quadam occasione ut tardius debito monasterium peteremus. Ibi quoque portabatur corpus viri sancti et inter cruces cambutta cum reliquiis. Sed de hac cum minus sollicite ageretur, cecidit a fronte eius particula auri cum iisdem reliquiis, et tamen ipsa nocte nulli nostrorum omnino cognita fuit tanti perditio thesauri. Mane autem facto, astans custos ecclesiae et intuens, nihilque de his reperiens, magno timore perculsus est. Sicque tremefactus vocavit omnem congregationem, simul et eum qui memoratam ferebat cambuttam, si forte in eorum alicuius conscientia fuisset quod se perdidisse expavit. Cumque nullus reperiretur conscius, mittitur per omnem viam qua venerant, nec invenitur. Res mira, dum incaute idem ecclesiae custos manum suam mitteret in capitium cucullae suae, qua tunc etiam canonici utebamur, repperit viri sancti reliquias cum auro, quod se iam ulterius inventurum diffidebat. Interrogatus autem pro eadem re, sub iureiurando attestatus est numquam in sua fuisse conscientia quomodo res memorata acciderit, praesertim cum ipsam cucullam suam in eadem nocte exueret et mane indueret. F
Nos quoque de incuria paenitentes gratias egimus Deo, qui talia meritis sancti Winnoci permisit fieri.

Lampas vitrea, ante sepulcrum sancti suspensa, in terram decidens, integra in pavimento reperitur, oleo non effuso.

15. Libet adhuc referre quod his nuper nostris accidit diebus de miraculis viri venerabilis. Nam tempore quadragesimali, hora sexta, dum fratres eiusdem horae officium peragentes orationi insisterent astante plebis multitudine, lampada cum bacino pleno oleo, quae ante bustum[1] corporis viri sancti dependebat, ex alto rupto fune corruens tantum dedit casus fragorem ut omnes qui aderant muri arcum cecidisse aestimarent. Surgentes autem ab oratione accesserunt ut viderent quidnam esset. Et ecce, elevato velamine quod post altare dependebat, reppererunt calicem

10. — [1] Deus *add.* A 2, B. — [2] et *add.* B. — [3] tremore *corr.* B 2. — [4] motus *corr.* B 2. — [5] cantarent A 1. — [6] ecclesiam B 2, C. — [7] orationis A 2, C. — [8] confessoris sui B 2. — [9] sancti *add.* B 1. — [10] nocturnos C. — [11] *om.* C. — [12] *om.* B 1. — [13] (f. q.) fratribusque A 2, B. — [14] praedictorum A 2. — [15] saeculorum *add.* B. — [16] Explicit vita sancti Winnoci confessoris *add.* B; (largiente - Amen) *om.* A 1, *et in margine ascripta est haec nota manu saeculi XVII :* Hic finem accipit quaedam alia vita S. Winnoci quae est ligata cum vita divorum Wandregisili et Ansberti.

15. — [1] *cod.* bustam.

(1) Quae hic leguntur capitula 11-15 probabilius posteriori scriptori deberi diximus supra, Comm. praev. num. 6. — (2) Quis fuerit iste Gerardus comes distinctius definire non valui. — (3) Esperlec, 10 circiter chilometris ad septemtrionem et occidentem distans Audomaropoli. De tempore donationis cf. Comm. praev., numm. 6, 28.

vitreum

A vitreum exsilisse bacinum sicque stantem integrum ut vix ex eo olei gutta fuisset effusa. Statim exeunte populo, ipsi se fratres in orationem dederunt, gratias agentes Deo, qui saepe in sanctis suis refulget miraculis, quique vivit et regnat Pater cum Filio et Spiritu sancto per infinita saeculorum saecula. Amen.

II. VITA S. WINNOCI SECUNDA

Ad quam edendam adhibiti sunt codices octo, in bibliothecis publicis his numeris notati, nimirum: A 1. Bergensis olim 19 (quo numero adhuc notatus est in catalogo recens edito in serie Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements de France, *tom. XXVI, p. 662), nunc 65, saeculo XIII exarato; — A 2. Bruxellensis 8934, qui continet apographum saeculo XVII manifeste e codice Bergensi exscriptum; — B 1. Duacenus 838, saeculi XIII; — B 2. Audomaropolitanus 716, tom. VIII, saec. XIII; — C 1. Bruxellensis 9120, saec. XII. Codex iste, omnium quidem quos videre potuimus antiquissimus, permultis mendis scatet. Sic in prologo, paulo ante medium (post verba* Haec ... scribenti mihi) *legitur* cognoscatur *pro* ignoscatur; *aliquanto inferius (post verba* et tunc demum) accusat *pro* accuset; *in Libro miraculorum Vitae II annexo, cap. 3 med.,* ianitorem *pro* genitorem, *et alia non pauca insulsa eius generis. Haec inter variantes lectiones notanda non esse existimavimus, sicut nec multas singulares verborum omissiones et inversiones quae passim in eo codice occurrunt; — C 2. Atrebatensis 462, saec. XIII; — D 1. Bruxellensis 7461, saec. XIII; — D 2. Cameracensis, olim. 721, nunc 816, saec. XV. — Praeterea variantes lectiones adiunximus ex editione Mabil-*
B *lonii, quam notavimus littera M. Cf. supra, Comm. praev., num. 8.* E

Incipit [1] prologus in [2] vita sancti Winnoci abbatis [3].

Cum titulos olim maiorum copia honestaverit dicendi et fortia facta veterum in posteros non parum gloriose transmiserit, eo etiam exemplo plerique quos nostra aetas habet affectati [4] sanctorum facta virorum vel dicendo vel scribendo caelo nisi [5] sunt aequare. Sic Severus Martinum, Fortunatus Hilarium, sic alii alios conscripsere eosque in ornamentum ecclesiae dedere; cumque in dicendo nil minus a magnis oratoribus effecerint, nullo modo tamen, ut sine detrimento maiestatis eorum dixerim, virtutes sanctorum scriptis aequare valuerunt [6], et ne derogationis in tam praeclaros ecclesiae Dei oratores arguar, idem ipsi una mecum sentiunt, minus esse meritis sanctorum omne quicquid dixerint. Nec mirum; ad quorum enim nutum creatura, creatore disponente, naturam interdum ignoravit et elementa vim iussa [7] sunt pati, in eorum laudibus oratorum linguam succubuisse parum est. Haec idcirco diximus, ut tanto scribenti mihi ignoscatur
C quanto a magnis oratoribus minus habet ingenium et coram quibus, ut ita dicam, nostra sordescit oratio. Sed ne me scribentem temeritatis accuset quicumque ille est, causas scribendi praecognoscat et tunc [8] demum vel accuset vel ignoscat. Nam a fratribus coenobii Sancti Winnoci, quorum caritate non parum iocunde refrigeratus sum, non sine confusione, fateor, mei, suggestum accepi ut vitam et actus [9] memorabilis quem praefatus sum patris novo stilo ex veteri sumpto cuderem, Ciceronis linguam in ore rustico quaerentibus. Quid enim? Satis mihi timebam patribus non parere vicemque eis quibus multa debui non reddere; et quid agerem, qui multa debui, exactus quod non habui? Hinc caritatem, hinc imperium illorum considerans, inter utrumque positus, caritati vicem, imperio oboedientiam debui; cumque diversus has in partes aegre spiritum traherem, et conatus sum posse quae non habui posse, venit in mentem os prophetae calculo de igne altaris sublato emundatum et, quod mirabilius est, os asinae in verba distinctum. Proinde sanctus hic, quem laudare compellor, facile habet in apertione oris mei gloriosus fieri, qui, cum voluit, mutorum [10] linguas absolvere promptum habuit; et quamvis parum gloriosum sit divina humanis laudari, habet tamen devotio sancta laudis suae praemium, neglegentia periculum. Devotionis enim est pie laudare, neglegentiae non laudare; et licet non sit speciosa laus in ore peccatoris, de neglegentia tamen iudicabitur, si non conatur utcumque mereri ut laudet. Precibus ergo patrum confisus aggrediar [11] opus quod iniungunt, oboediendi scilicet devotione, non scribendi praesumptione. Cumque extremam manum operi dedero pensumque operis patribus reconsignavero [12], si quid manus nostra erravit [13], F
iubentibus magis quam oboedienti lector imputare habebit, quia facile potiorem me in hoc opere scriptorem admittere potuerunt. Quia ergo non piguit eos magna iubere, nec me pudebit magnis parere, quamquam futuro operi longe viribus impar sim.

Explicit prologus [14].

Genealogia [1] sancti Winnoci abbatis [2] (1).

Riwalus Britanniae dux filius fuit Derochi, filii Guitoli [3], filii Urbieni, filii Catovi [4], filii Gerentonis. Hic autem Riwalus de transmarinis Britanniis veniens cum multitudine navium, possedit

Prol. — [1] *Totum prologum om.* D 2. — [2] (p. in) *om.* B 1. — [3] *om.* C1, confessoris D 1, et confessoris Christi *add.* B1, cuius festum colitur octavo ydus (*ita corr., prius* kalendas) novembris *add.* C2; (Inc. - ab.) Prologus A 2, Prologus auctoris M. — [4] affecti M. — [5] visi B 2, C 1. — [6] voluerunt D 1. — [7] visa B 2, C, D, M. — [8] tum A 2, B 2. — [9] (v. et a.) a. et v. M. — [10] multorum C, D 1, M. — [11] *ita* A 1, *ceteri codd. et* M aggredior. — [12] *ita* A 1, *cet. codd. et* M resignavero. — [13] erraverit C 2. — [14] (E. p.) *om.* B, M.

Geneal. — [1] *Totam om.* B, C 1, D, *ante prologum refert* M, *praemissa inscriptione* Genealogia S. Winnoci abbatis.— [2] (W. a.) patris W. A 2. — [3] Witholi A 2, B 2, M. — [4] Catoni B 2.

(1) Genealogiae istius, ab auctore prorsus ignoto confectae, antiquissima documenta exhibent codices Bergensis et Atrebatensis: unde constat eam iam saeculo XIII fuisse propositam. Nulla autem fide eam dignam esse satis inde videtur colligi quod scriptor primaevae Vitae S. Winnoci de praenobili sancti stirpe prorsus tacuit, cuius certe mentionem silentio praetermittere numquam in animum induxisset hagiographus saeculi VIII vel IX.

VITA II totam minorem Britanniam tempore Clotharii regis Francorum, qui Clodovei regis filius exstitit. Iste Riwalus genuit filium nomine Derochum et Derochus genuit Riatham. Riatham [5] genuit Ionam, et Ionas genuit Iudwalum, et Iudwalus genuit Iuthaelum, Iuthaelus autem [6] sanctum Iudichaelum regem et sanctum Iudocum et sanctum Winnochum, Eocum, Eumahelum, Dohetwalum, Gorhelum [7], Largelum [8], Riwas, Riwaldum, Iudgoretum [9], Helom, Guenmaelum [10]. Idem autem Iuthaelus genuit filias, quarum ista sunt nomina: sancta Euriala [11], Onnenna, Brede, Guen [12], Cleor, Prust [13]. XVI kalendas ianuarii transitus sancti Iudichaeli confessoris Britanniae regis, qui [14] monachus factus Gwadellensi coenobio sub abbate Meguenno animam reddidit Christo [14]. Hic Iudichaelus [15] rexit Britanniam tempore Dagoberti filii Clotharii.

Incipit vita sancti Winnoci abbatis [1] et confessoris [2].

B **I. De beati viri nativitate et pro Christo peregrinatione [1] (1).**

Beatus igitur Winnocus in Britanniae finibus ex regali prosapia nascendi sumpsit exordia (2), sed titulum nobilitatis indole adornavit probitatis. Qui cum a prima aetate novis [2] virtutibus quasi semper inciperet, inter ipsa tamen primordia consummator apparuit, et in mundo positus extra mundum fuit, et sub habitu saeculi gessit militem Christi [3]. Inter haec stupebat in sinu suo Britannia civem suum peregrinari et intra fines proprios novis cotidie actibus exsulare. Et qui iam mente [4] a patria exsularat [5], ut etiam corpore exsularet non aegre operam dabat atque, ut alter Abraham, exire de terra et cognatione sua meditatione versabat assidua. Sed succedentibus ad integrum votis, consilium invenit res diu concepta. Habuit proinde in consortium subeundae peregrinationis coniuratos in Christi sacramenta tirones, Quadanocum videlicet, Ingenocum atque Madocum (3), genere quidem exspectabiles et vita probabiles. Hi una cum beato Winnoco rerum suarum onere expediti, patrio solo parentumque opibus exuti, ad currendam viam mandatorum
C Dei passibus ducebantur fidei, illud apostolicum
Hebr. 13, 14. suorum vocibus operum conclamantes : *Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* Igitur post longa viarum spatia regioni tandem appulere Morinorum, ubi fama D
vulgante religionem compererant tunc floruisse sanctorum.

II. Quod beatum Bertinum petierint [1] eiusque se regimonio [2] subdiderint [3] (4).

Erat tunc temporis in praefata Morinorum seu Tarvennensium [4] regione beatus Bertinus, in ornamento ecclesiae Dei lapis pretiosus, in Sithiu monasterio merito et officio abbas [5]. Hic sanctitatis suae aromata longe lateque spiraverat et in militiam Christi exemplo sui quamplures attraxerat; cuius laudabilia gesta nosse qui velit, ex libello plenissime actibus eius inscripto palam habebit. Tanti ergo patris regimonio praefati viri devoto [6] se subdidere obsequio et egregium omnino [7] duxere ad doctrinam sancti animo pervigili [8] pendere. Quorum laudibili devotioni congaudens memoratus vir Dei sub norma pii patris Benedicti edocuit ferre iugum Christi, et ut monasticis deservirent sanctionibus et verbis instituit et actibus. Cumque eos inter ipsa primordia conversionis [9] culmen miraretur attigisse E
perfectionis, locum eis quo singularius Domino vacarent delegavit et ut cellam in eo sacris occupationibus congruentem struerent imperavit. Parent imperio, aedificando incumbunt aedificio. Est autem idem locus Morinorum regione situs, Mons Sancti Winnoci usque in praesentem diem vocitatus (5), ubi viri Dei aliquamdiu positi, se mundo, mundum crucifixere sibi.

III. De illustri viro Heremaro [1] largiente praedium sancto [2] Winnoco ac cellae [3] constructione in [4] praedii possessione (6).

Habebat tunc sane mater ecclesia egregium corporis sui membrum, virum scilicet [5] illustrem nomine Heremarum, tam opibus quam moribus praeclarum. Hic pro adipiscenda portione in terra viventium Deo sanctoque [6] Winnoco quoddam sui iuris obtulit praedium, quod Woromholt [7] ab incolis vocitatum, usitatissimum usque ad nos servat vocabulum. Adiacet eadem possessio super fluviolum qui dicitur Pena, Tarvennensium Flandrarumque [8] confinio, pingue satis solum et fertile frugum. Ubi [9] saepe memoratus abbas destinatis [9] Dei famulis [10] operam dat pro con-
struendis [11] servorum Dei habitaculis, in quibus et F
Christus in pauperibus carius susciperetur et monasticus ordo secretius immo devotius ageretur. Viri ergo Dei, succincti in militiam Christi

[5] *ita* A1, Riatha A2, B2, M. — [6] genuit *add.* A2, B2, M. — [7] Gozelum A2, M. — [8] Larzelum A2. — [9] Iudgozethum M. — [10] Gu. (*celeris litteris omissis*) B2, Quenmaelum M. — [11] Curiola A2, Curiela B2, M. — [12] Cruen A2; (B. G.) Bredequen M. — [13] (C. P.) Cleopust A2. — [14] (qui-Chr.) *om.* B2, M. — [15] autem A2, B2, M.

Tit. Vitae. — [1] confessoris Christi C; (s. W. a.) eiusdem D1. — [2] (et c.) *om.* B, C, D; cuius festum est VIII idus novembris *add.* A2, B2, C2, D2; (Inc.-conf.) *om.* M. — *In textu Vitae, qui iam sequitur, tituli capitulorum singulis his praescripti sunt, praeterquam in* C2, *in quo omnes omissi sunt, et in* B1, *in quo post* Explicit prologus *et ante titulum Vitae legitur index titulorum viginti et unius suis numeris distinctorum, praemissa rubrica* Incipiunt capitula *et sequente* Expliciunt capitula. *Numeri autem quibus capitulorum ordo indicatur ascripti sunt in* A1 *solum ad octo priora, in* A2 *vero ad omnia* (*cifris quos vocant arabicos*, Cap. 1m, Cap. 2m, *etc.*); *ad omnia quoque* (*omissis ipsis titulis*) *in* B1; *at prorsus omissi sunt in* C; *ac denique in* B2 *et* D *solum notati ad capitula* II *et* III.

I. — [1] (De-per.) De n. b. v. et per. (eius *add.* B1) pro Christo B, C1, D1 (*om.* pro Christo), *om.* D2, Winnocus e Britannia patria sua migrat M. — [2] novus A1, B. — [3] (g. m. Chr.) Chr. m. g. B, D, M. — [4] (i. m.) *ita* A, *cett. codd. et* M m. i. — [5] exularet D2, M.

II. — [1] expetierint B, D, M, expetierit C1. — [2] regimini B, C1, D; (se r.) regimini se B1. — [3] subdiderit C1. — [4] Tarwanensium C2. — [5] et abba C1, abba C2. — [6] debito C, D, M. — [7] ingenium *add.* D2. — [8] (a. p.) p. a. C2. — [9] conversationis A2.

III. — [1] aliquod *add.* B1, aliquando *add.* C1, D, M. — [2] *ita* A, *cett. codd. et* M beato. — [3] (ac c.) *ita* A, cellaeque B1, *cett. codd. et* M ecclesiaeque. — [4] *cett. codd.* (*praeter* A) *et* M *add.* eiusdem. — [5] *om.* C2. — [6] et sancto D2. — [7] Woromoblt C1, Wormhoudt A2. — [8] *ita* A1, B2, C1, Flandriarumque A2, B1, D, M. — [9] (Ubi-dest.) *ita* A, Igitur (Ibi ergo C2) sanctus Winnocus cum coadiunctis (coadunatis C2) *cett. codd. et* M. — [10] (D. f.) f. D. B1, D, M. — [11] constituendis M.

(1) Cf. Vit. I, c. 1, part. prior. — (2) Cf. Comm. praev., num. 13-16. — (3) Hi tres viri, quos saeculo XIV Iohannes Yperius fratres S. Winnoci fuisse ait (cf. Comm. praev., num. 15), aliunde noti non sunt. — (4) Cf. Vit. I, c. 1, part. post. — (5) Cf. Comm. praev., num. 21-25. — (6) Cf. Vit. I, c. 2.

lumbos

A lumbos mentis, imperio[12] parent iubentisque iniunctum[12] opus maturare[13] festinant. Fervet opus, surgunt aedificia, aptantur xenodochia[14], ita ut in brevi consummatam domum Dei facile esset honorem ab incolis promereri. Sancti quippe viri in labore manuum suarum adeo pleni erant gratiarum ut, non[15] quae sua sed quae Iesu Christi quaerentes, aliorum salutem sua salute pluris facerent[16], sicque[17] lucrum suum fecere detrimenta aliorum supplere. Etenim nil iocundius in omni vita habuere quam hospitum[18] pauperum peregrinorum commodis prospicere. Erat eis cor unum et anima una et secundum illud erat alius alii dimidium animae. His ergo instrumentis in semet ipsis templum Spiritus sancti construentes, usque ad finem vitae a rigore propositi non erant deficientes.

IV. Quod[1] sanctus Bertinus post obitum trium virorum beatum Winnocum gregi praefecit monachorum[1] (1).

B Contigit interea post discessum[2] trium sanctorum virorum superstitem fieri sanctum Winnocum. Qui regularibus apprime imbutus disciplinis, profecerat sane in omnibus fidei doctrinis, proferens de thesauro cordis nova et vetera. Cumque saepe memorati tres viri extremum clauderent diem, perpetuam translati in requiem, sanctus Bertinus virum Dei gregi monachorum concessit[3] praeesse, quippe quem iam didicit humiliter subesse. Nam praefatis tribus viris minor quidem aetate, sed non inferior sanctitate, adeo praeeuntium sanctorum se fecit sectatorem ut in nulla eum virtute ecclesia miraretur posteriorem. Non enim, ut aiunt, posterior rota currebat, sed praeeuntes quosque in bonis actibus mature attingebat, illud apostolicum et animo revolvens et opere complens : (Philip. 3, 13, 14.) *Quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea quae priora sunt me extendens, ad destinatum persequor*[4] *bravium supernae remunerationis.* Numquid[5] humilitatem eius et patientiam egregie praedicem? de quibus quicquid dixero, minus invenietur quam quod in ipsis vir Dei meretur. Didicit enim mitis et humilis (Matth. 11, 29.) esse ab eo qui dicit : *Discite a me quia mitis sum et humilis corde;* et item : *Qui maior est vestrum erit* (Matth. 23, 12.) *minister vester;* et : *Qui se humiliaverit exaltabitur.* Egregium duxit subiectis sibi fratribus ministrare, quia novit Christum non venisse ministrari, sed ministrare. Hospitalitas in eo prompta, quia caritas non ficta, adeo ut illum diem egregie laetum duceret cum hospitem, immo in hospite Christum, suscipere meruisset. Quicquid operis aliorum manus velut arduum et grave refugiebat, impigre iste et incunctanter arripere non timebat. In argumentum praeterea tantarum virtutum accessit ei a Domino gratia signorum, et qui se parvulum in oculis suis fecit gloriosus factus est per (Is. 66, 2.) eum qui dicit : *Super quem alium requiescam nisi super humilem et trementem sermones meos?*

V. De[1] mola ad orationem viri Dei divinitus rotata[1] (2). VITA II

Vir ergo Dei, ultimo senio confectus, sed fatiscentem non causatus aetatem, in emeritis artubus adhuc militiam Christi gessit; in qua licet fessus pedem fortius fixit, et virtute qua potuit ad erogandam familiae Christi tritici mensuram fidelis dispensator incubuit. Saepius namque illud apostolicum animo revolvens : *Qui non laborat* (II Thess. 3, 10.) *non manducet,* illudque psalmigraphi : *Labores* (Ps. 127, 2.) *manuum tuarum quia manducabis, beatus es et bene tibi erit,* iisdem praeceptis non solum affectu sed etiam effectu paruit, atque labore manuum tam suis quam aliorum necessitatibus prospexit. Nam molam sibi aptavit[2], opus in quo quidam locus iniuriae esse solet; quam subinde manibus rotando, subinde orando, suis pauperumque utilitatibus ministram fecit, et mirum in modum, cum vicissim operi succederet oratio, orationem divina[3] secuta[4] est glorificatio. Nam parcere volens Dominus labori fessi senis sui, molam, mirum dictu, per se iussit rotari, consulens famuli sui et E defessae aetati et necessitati. O mirabilem Deum in sanctis suis, qui in creaturarum ministerio sic ministris suis ministrat ut etiam naturis legem excedere iubeat. Vir itaque Domini, securus iam laborum, utpote qui Deum adiutorem perspexerat[5] suum, credidit frustra laborandum ubi manus Domini operabatur, qui dat escam esurientibus et implet omne animal benedictione. Oculis namque ac manibus in caelum semper intentus, pro collatis sibi a Domino beneficiis cordis atque labiorum exsultat[6] sacrificiis. Fratres vero, qui labore manuum viri Dei iocunde reficiebantur, et alimentorum copiam et in sene[7] operis efficaciam mirabantur; nec erat incerta suspicio senem divino adiuvari solatio, cui et aetas prolixior et virtus ad occasum erat proclivior.

VI. De curioso fratre divinitus caecato sed per orationem viri Dei illuminato (3).

Fratribus igitur inter se mirantibus, hinc copiam panis, illinc imbecillia membra senis, unus eorum curiositatem praesumptione armavit, omnemque ordinem rei oculata fide explorare F tentavit. Accedens ergo ad domum ubi vir Dei et labori manuum et orationi incumbebat, curiosis per foramen oculis molam ad orationem viri Dei divinitus rotari atque farinae copiam evomuisse pervidebat. Ad cuius intuitum a solito mox cursu[1] refrenata immobilis mansit; sed hanc praesumptionem ultio divina secuta est, quae praesumptorem et solo tenus stravit et iusta caecitate damnavit. Hanc poenam superfluus quilibet scrutator maiestatis pertimescat et a plus iusta curiositate saltem resipiscat: nam plus sapere quam oportet sapere quid aliud est quam desipere? Sic[2] quippe quidam elanguerunt circa veritatem, recipientes in semetipsis iustam prae-

[12] (imp. - ini.) *ita* A (*sed pro duabus ultimis vocibus* iubentis iniunctumque A 2), *cett. codd. et* M et divina fortitudine adiuti inchoatum. — [13] mature C 2. — [14] zenodochia B 1. — [15] solum *add.* B, C 1, M. — [16] (p. f.) plurifacerent D 1, M, plurificarent D 2. — [17] *om. cett. codd.* (*praeter* A) *et* M. — [18] hospitium C, D, M.

IV. — [1] (Quod - mon.) *ita* A, *cett. codd. et* M Qualiter Dei famulus et laudabilis (gloriosus *add.* B 1, gloriosius *add.* B 2, vitae *add.* D 2) pater (pariter M) Winnocus gregi praeordinatur monachorum. — [2] decessum *corr.* D 1, D 2. — [3] elegit *cett. codd.* (*praeter* A) *et* M. — [4] ad *add.* D 2. — [5] Nam quid M.

V. — [1] (De - rot.) *om.* D 2. — [2] ad *add.* M. — [3] divinam M. — [4] subsecuta C 1. — [5] prospexerat C 2, D 2. — [6] exsultabat *corr.* A 1 *supra lin.*, A 2. — [7] serie M.

VI. — [1] (m. c.) c. m. C 2. — [2] Hic M.

(1) Cf. Vit. I, c. 3. — (2) Cf. Vit. I, c. 4. — (3) Cf. Vit. I, c. 5.

sumptionis

VITA II

sumptionis suae mercedem. Sed ad propositum redeamus. Praesumptor ergo praefatus, tam visu quam gressu damnatus, aliorum manibus est[3] revectus; et qui in non sua plus quam debuit exstitit curiosus, in sua minus quam oportuit factus est officiosus : minus, inquam, officiosus, quia et oculorum et virium[4] amisit officium. Altera autem die quid viderit, quid perpessus fuerit, his qui aderant palam fecit; et ad virum Dei perductus, pedibus eius advolvitur, se praesumptorem, se reum, non sine lacrimis queritur[5]; nec venit res in dubium, ubi caecitas et pavor erant in testimonium. Sed servus Dei, patientis Domini exemplo, reo in se condoluit fontemque illi misericordiae aperuit. Et primum[6] iniuriam sui relaxat, oculos rei sui signat, dehinc orationis antidotum parat visumque caecato reparat; et sicut facile habebat[7] iniuriam sui relaxare, sic etiam facile caecitatis damna restaurare[8]. Maeror reparati fratris mutatur in gaudium, confusio in iubilum, et tam laetum habebat veniam sceleris meruisse quam caecitatis poenam evasisse. Ecce vir Dei quam facilis ad ignoscendum, quam beni-
B gnus ad miserandum, immemor in se iniuriarum sed memor in adversarios misericordiarum. Attendant, quaeso, hoc exemplum praelati, illi nimirum qui occasione acceptae potestatis sunt elati, qui si quando a subiectis modice offenduntur, in ultionem eorum totis insaniae facibus[9] accenduntur, ad remittendum ea quae in Deum sunt faciles sed ad[10] veniam iniuriarum in se difficiles. His ita se habentibus, reliqua virtutum viri Dei percurramus.

VII. De multimoda viri Dei devotione eiusque[1] in Christo dormitione (1).

Erat vir Dei iuxta testimonium evangelicum vere israelita sine dolo; iam enim mente Deum videbat, a quo se in corpore peregrinari dolebat. Fidelis in domo Domini oeconomus, plus amari quam timeri, plus studebat[2] ministrare quam ministrari; nec occasione regiae nobilitatis, qua gloriose pollebat, ex servitio convertenti se praeponebat. Animo et vultu hilaris, fide robustus, spe longanimis, caritate diffusus, a dextris et a sinistris per arma iustitiae incessit, nec prosperis erectus nec adversis deiectus, in consilio providus, in
C interventu strenuus, sapientiae sale conditus, armis virtutum contra spiritualia nequitiae munitus. His et huiusmodi[3] virtutum instrumentis bella dominica[4] peregit et ut fortis armatus principem huius mundi subegit[5]. Nec deerant miracula tantum virum attestantia, quamquam plura ex his, quod sancti viri facere solent[6], silentii nube obtexerit; gloriam enim Dei magis quam suam quaesivit. In hac convalle plorationis incolatum suum gemebat, quia anima eius ad Deum vivum sitiebat et cupiens dissolvi et esse cum Christo :
Ps. 141, 8. *Educ,* inquit, *Domine, de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo.* Cuius desideriis Dominus D
annuens, haud petitioni eius defuit, sed angelicis mox spiritibus accitum ad se evocavit; evocavit, inquam, et donativum militi suo erogavit quod oculus non vidit, auris non[7] audivit et in cor hominis non ascendit. Obiit sane[8] octavo idus novembris (2), meritis maturus et annis, atque in monasterio quod ipse construxerat in honore sancti Martini in praefato praedio Woromholt[9] tumulum sumpsit; ubi non sine gloria Dei glorificati hominis fuit videre gloriam, gloriam quae in corporibus aegris curationum distillavit gratiam, vim naturis, spectaculum excitavit populis.

VIII. De oratorio sancti[1] concremato sed sepulcro caelitus[2] intacto (3).

Non multum temporis post excessum sancti viri effluxit et res saeculis inusitata contigit. Quadam die cum sol a meridiano fervore iam[3] teperet fratrumque caterva praefato in loco somno paululum indulgeret, ignis ex vicina domuncula flammam[4] evomuit, quae proxima quaeque aedificia exurendo absorbuit. Nam et in ecclesia[5] E
membrorum viri Dei servatrice[6] totis regnavit habenis, nec furoris sui refrenavit impetum donec ad beati viri veniret tumulum ; ubi ex virtute Dei meritisque sancti naturam ignis ignoravit eodemque in loco non sine miraculo intuentium longe refugit. Sicque exemplo trium puerorum rem contigit evenisse; sicut enim tunc in illis, ita et nunc ad sepulcrum sancti flamma vires perdidit. Exhinc omnibus igni absumptis, cum fomes igni defecit, flamma in se victa resedit. Tunc qui aderant, rei novitate perterriti, ad tumbam viri Dei concurrebant, unde nihil aliud quam paene adustam credebant. Sed res in admirationem[7] versa est intuentium, quia sepulcrum sancti una cum adiacentibus sibi ornamentis inter medios ignes videbant intactum[8]. Quod ut viderunt, pro ceteris damnis consolationem receperunt, quia in membris sancti incendia nihil valuere, quae in adiacentibus materiis nil reliqui fecere[9].

IX. Quod inter manus baiulorum immobile manserit corpus sacrosanctum[1] (4).

Placuit fidelibus corpus sancti patris de proprio F
sepulcro levare et remotius ex iam usto oratorio transferre, donec damna quae ignis intulerat repararent[2] atque pristino item loco illud restaurarent. Sed tam piae intentionis affectum divina prohibuit virtus transire in effectum. Nam levato sacrorum loculo membrorum, erat cernere immobilem fieri inter manus baiulorum. Sed dum quid facto opus esset anxie[3] quaererent[4], tandem intellexere divini non esse iudicii sacrosanctum corpus longius transferri[5] et, consilio accepto, operae pretium censebant precibus a Deo obtinere quod

[3] (m. e.) e. m. C2. — [4] (o. et v.) v. et o. B, D, M. — [5] conqueritur D2. — [6] illi *add.* C 2 — [7] habuit C 2. — [8] restituere B, D (vel restaurare D 2 *supra lin.*), M. — [9] faucibus B 1, D1. — [10] *om.* M.

VII. — [1] et usque B2, et D, M. — [2] stupebat D1. — [3] huiuscemodi B, M. — [4] daemoniaca D2, M. — [5] subiecit D2. — [6] (s. v. f. s.) *ita corr.* A 1, A 2, sanctis viris facile solet *cett. codd. et* M. — [7] (a. n.) nec a. C2. — [8] *erasum in* A 1, autem A2; anno Domini 716 *add. alia manu recentiore in margine* A 1, anno Domini septingentesimo decimo sexto *add.* A 2. — [9] *Cf. cap. III, var. lect. 7.*

VIII. — [1] *ita* A, viri Dei flammis *cett. codd. et* M. — [2] *ita* A, eius divinitus *cett. codd. et* M. — [3] *add. supra lin.* C1, *om.* C2. — [4] flammas B 2. — [5] ecclesiam B1, C. — [6] servatricem B1, C 2. — [7] admiratione C 2. — [8] *Quae sequuntur* (Quod - fecere) *om.* C 2. — [9] (r. f.) reliquerunt *corr.* A 1 (*sed ultimis litteris* erunt *supra rasuram descriptis*), A 2.

IX. — [1] (i. m. c. s.) *ita* A, c. beati viri i. m. *cett. codd. et* M. — [2] reparentur A2. — [3] anxiare *corr.* C 1, D 1. — [4] requirerent B 2. — [5] transferre A 2, D 2.

(1) Cf. Vit. I, c. 6. — (2) Cf. Comm. praev., num. 29. — (3) Cf. Vit. I, c. 8. — (4) Cf. Vit. I, c. 9.

A quod humanis viribus non valuere. Nam dum in horto qui forte ecclesiae adhaerebat proponerent illud transferre, ad movendum celerem effectum mox [6] invenere, levantesque praescripto in horto posuere [7]. In quo loco in argumentum adhuc [8] sanctitatis eius signa non defuere, quae odore suo populos longe lateque contraxere.

X. De quodam claudo meritis sancti reparato [1] (1).

Quia coepi, loquar magnalia Dei [2]. Quidam officio pedum multatus, capitis manuumque tremore insuper damnatus, ad sepulcrum sancti aliorum manibus venit, et mediantibus dominicae resurrectionis nocte nocturnis vigiliis, precibus indulgens et lacrimis pro recuperatione sui meritum exspectabat sancti. Nec elusa est spes confracti; nam [3] inter recitandum post nocturnas vigilias evangelium, caeleste eidem [4] adest remedium. Immenso quippe lumine circumdatus, quasi geminas igneas sagittas utrimque singulis in B auribus sensit vibrari. Erat cernere utraque ex aure sanguinis copiam fluxisse, officiumque membrorum hominem recepisse ; sicque fidem hominis medela sancti non fefellit, quae inopinata salute venit, impletumque est illud prophetae [5] :
Is. 35, 6. *Tunc saliet sicut cervus claudus.* Mox pro collato sibi divinitus remedio immenso exsultavit gaudio et pro recuperatione sui gloriam praedicat sancti, rei ordinem his qui aderant pandit noctemque [6] diemque in laudes [7] Dei expendit. Perpendite, quaeso, in hoc miraculo quam celebris sit hic sanctus in populo, quam potens miraculorum, quam efficax curationum. Quanti putas gloriosior est in caelis qui sic gloriosus est in terris ? Certe pudorem nostrum nullo modo excusamus, si talem habentes medicum aegrotamus [8].

XI. De viro virtute sancti nullum post ruinam incommodum perpesso [1] (2).

Virtus virtutem comitatur et adhuc in sancto suo Deus glorificatur; neque [2] silentio est praetereundum quicquid in sancto Dei [3] est iocundum, quamquam aetas veterum [4] plura nobis [5] invideat et pauca de plurimis futurae aetati perspicua C faciat [2]. Gerardus quidam comitatum gerens Deo sanctoque Winnoco adeo erat devotus ut expensas magna ex parte de collaboratu proprio pro restaurando sancti viri administraret oratorio. Sed hanc boni viri industriam humani generis inimicus vidit et amica sibi zelotypia invidit, fraudisque suae commentis coeptum opus parat impedire, quod invidus non potuit non invidere. Nam cuidam, qui consummando operi deserviebat, praecipitium ex alto dedit; quem vitam finisse ipsa ruina suspicabile fecit. Sed virtus sancti fraudem elusit [6] inimici. Nam post horam ita meritis sancti incolumis surrexit ut non solum nulla praecipitii damna sentiret, sed promptius quam solebat ad coeptum opus rediret; sicque ex hoc miraculo stupor simul et gaudium accrevit in populo.

XII. De praefati [1] **illustris viri Gerardi donatione calicisque vitrei conquassati redintegratione** (3).

Postquam fama tanti miraculi ad praefatum illustrem Gerardum pervenit, magis magisque ipsum in amorem sancti accendit, adeo ut illum, pro ea quam habebat devotione, patrimonii sui donaret largitione. Cum omni namque integritate Spirliacam ei villam dedit, sumptuum etiam copiam adiecit pro construendo eodem in loco in honore sancti viri oratorio. Cui operi honestius maturando fratres de coenobio sancti viri evocantur atque industria eorum ad plenum omnia formabantur [2]. Vita enim eorum doctrina et virtutibus egregia erat, ideoque ad sententiam eorum E facile omne opus processerat. Quo in loco quadam die dominica contigit ad conficiendum corpus et sanguinem dominicum calicem deesse. Cumque non parva sollicitudine super hoc moverentur, ne forte hac sacrosancta die sacramentis dominicis frustrarentur, casu vitreum vas erat appositum, sed confractum. Quod quidam fratrum cum leniter aqua purgaret, inter lavandum paulatim resolidatur sicque mirum in modum divino ministerio aptatur, adeo ut etiam usque ad nostra tempora in similes usus haberetur.

XIII [1]**. De reliquiis sancti viri per incuriam perditis gratia eius** [2] **mirabiliter inventis** (4).

Dies rogationum advenerat, populus cum crucibus [3] et [4] reliquiis et cambuca [5] (5) sancti longius processerat, sed tardius solito monasterium [6] repedaverat. Sed cum circa reliquias sancti neglegentius quam oportuit ageretur, neglegentia merito damnum meretur. Nam a fronte cambucae [5] particula auri cum reliquiis cecidit atque inveniendi se vestigia nulla reliquit, tantique perditio thesauri usque mane latuit. Mane F autem facto capicerius (6) ecclesiae damnum rei publicae primum expertus, incredibili timore diriguit remque fratribus rettulit, si forte huiusmodi damno conscientia alicuius subvenire posset. Sed cum in hac re nihil in eorum conscientia perspicuum foret, cum etiam earundem reliquiarum baiulus nil sciscitantibus satisfacere posset, via qua venerant ad requirendum repedatur [7], sed quaerentium labor frustratur. Re [8] mira tantae [9] desolationi divina pietas subvenit

[6] (e. m.) m. e. C. — [7] imposuere D2. — [8] *om.* C2.
X. — [1] *ita* A1, sanato *cett. codd. et* M. — [2] (Quia - Dei) *om.* C2. — [3] (nam - remedium) *om.* C2. — [4] idem M. — [5] propheticum C2. — [6] que *om.* D2. — [7] laudem C2. — [8] Tu autem *add.* A1.
XI. — [1] (De - perpesso) *ita* A, *cett. codd. et* M De quodam viro meritis beati viri post ruinam illaeso. — [2] (neque - faciat) *om.* C2. — [3] suo C1. — [4] in aeternum D2, M. — [5] (p. n.) n. p. D2. — [6] elisit B1, *prius* (*ante corr.*) C1, illusit D2.
XII. — [1] *om.* B1. — [2] *Reliquum cap. om.* C2.
XIII. — [1] *Totum cap. om.* C2. — [2] (g. e.) *ita* A, *cett. codd. et* M sed meritis eiusdem mirabiliter inventis. — [3] cereis *add.* D2. — [4] *om.* A1. — [5] cambuta B2. — [6] ad mon. B1. — [7] repedantur D2. — [8] Res A2, B2, C1, D2, M. — [9] magnae D2.

(1) Cf. Vit. I. c. 10. — (2) Cf. Vit. I, c. 12. — (3) Cf. Vit. I, c. 13. — (4) Cf. Vit. I, c. 14. — (5) *Cambuta* seu *cambuca* : qua voce designabatur baculus incurvatus seu pedum pastorale, quod insigne est dignitatis episcopalis vel abbatialis. Cf. Du CANGE, ad. h. v. — (6) *Capicerius* seu *capitiarius* : dignitas et officium in ecclesiis et monasteriis; gallice *chevecier*, cui incumbebat cura *capitii* (gallice *chevet*) seu chori ecclesiae, quo loco praecipua ornamenta servabantur. Cf. ibid., ad v. *Capitium*, 2.

atque

VITA II atque gloriam sancti in sua gloria palam fecit. Nam manum[10] casu ad capitium (1) ducens capicerius, desiderio inveniendi quod quaerebatur est satisfactus[11], quia in eodem capitio[12] quas quaesierat reliquias est nactus, sicque praeter spem evenit; super inventione enim earum ex integro iam diffidebat[13]. Asseverabat etiam[14] coram, extra conscientiam suam rem evenisse, quia sibi conscius non fuerat vel se vel quemquam mortalium rem super qua quaestio erat in capitium[12] suum deposuisse, eandem quoque vestem nocte se exuisse et mane rursum induisse; unde non incerta erat suspicio rem ob meritum sancti divino geri imperio. Fratres vero, super vitio incuriae paenitudine ducti, et in reliquum cautiores facti, Deum in sancto[15] suo laudibus extulerunt, quem sic gloriosum et in ipso et in omnibus sanctis intellexerunt.

XIV[1]. De vitrea ampulla[2] ad tumulum sancti[3] post ruinam illaesa (2).

B Vincit materies stilum et tempus, atque impar est sermo miraculis. Nam

Ante diem clauso componet vesper olympo
Quam poterunt sancti virtus et facta referri.

Tempori tamen et ingenio dicendi aequabitur ratio. Ad memoriam sancti oleum cum lumine perpetuabat, quod ampulla vitrea in umbone pendens servabat. Quam quadragesimae diebus hora diei sexta contigit ruinam dedisse et in aures circum astantium[4] sonum adeo iniecisse ut in aestimatione esset omnium muri corruisse arcum. A fratribus tunc in orationem prostratis concurritur, vestigium ruinae quaeritur; erat enim aestimare rem non sine damno evenisse. Sed secus ac putabatur res evenit; nam ne[5] ruinae vestigia quisquam invenit, quia virtus Dei in sancto suo id insigne facti dedit, ampullam vitream post ruinam tam sine sui contritione quam sine olei effusione. Ignoravit quippe vas olei inter ruinas laesionem, quia servaverat illud sanctus hic vas in honorem. Libet hic hoc in[6] facto intueri in dilecto suo virtutem Dei. Quoniam sanctus iste, quoad vixit, in vase habuit oleum[7], hoc est in conscientia opus bonum, vas materiale cum
C oleo aeque materiali testimonio erat[8], vas, inquam, post ruinam non confractum cum oleo sine damno sui mirabiliter servato. Sic, sic cotidie
Prov. 24, 16. inter ruinam iustus quisque servatur; *iustus*
Is. 36, 24. *enim septies cadit et resurgit,* atque *cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.*

XV. De piratarum intra fines Flandrarum[1] irruptione sacrique corporis[2] translatione. D

Karolus cognomine Calvus Francorum in sceptris imperium agebat, Baldwinus[3] eiusdem gener monarchiam[4] Flandrarum[5] gloriose pollebat, vir cuius ingenio et militia nil in viris clarissimis pretiosius[6] umquam[7] habuit Frandria; cui[8] ex occasione fortissimi animi cognomen accessit[9] Ferreus; milite enim multo et militia de hostibus triumphare non parum erat strenuus. His diebus mucro divinae animadversionis de vagina sua[10] eductus[11], circa marina maxime loca ulciscendi[12] frena laxavit; merito enim sui erroris populus terrae id promeruit. Nam regia[13] Danorum satellitem funestum de sinu suo evomuit, qui quaeque circumcirca gladio[14] igni absorbuit, maximeque in Flandrarum[5] atque Menpescorum[15] (3) confinio incredibili desaevit exterminio. Unde contigit sacrosanctum corpus beati viri de loco propriae quietis Woromholt[16] efferri[17] et ad Sithiu in ecclesiam beati Audomari transferri; visum est enim commodum E
illo ire declinatum pestis huius incommodum. Quo in loco immensa aetate (4) non infimo Audomaricolis honori fuit, donec pestis praefata Dei miseratione sopita quievit.

XVI. De castri Bergas constructione sacrique corporis[1] illo translatione.

Successu interea temporum surrexit in Flandria optimum inter milia caput Baldwinus[2] cognomine Calvus,

Famam cum rebus peperit cui plurima virtus.

Hic a progenitoribus Flandriae monarchiam sortitus (5), tum facile habebat obvium[3] sibi suisque consultum ire tum et ingenio et armis divina humanaque iura ex aequo librare. Qui suspicione irruptionis adversae partis, quae iam post longum furorem vix quieverat, ductus, fines Flandriae, facile usque ad id temporis accessibiles et pervios hosti, castris munierat omnique in reliquum impugnationi clauserat. Tunc etiam locum Bergas dictum praesidio placuit munire, quod munitioni omni circumquaque esset patriae; ubi etiam ecclesiam construi fecit, quam titulis confessorum Christi Martini atque Winnoci F
insignitam perfecit[4]. Animo insuper quiddam honeste[5] utile et utiliter honestum concepit, quod tam[5] honeste quam utiliter opere[6] perfecit, sacrosanctum videlicet corpus beati Winnoci illo transferre, ut Flandria ulterius secura labo-

[10] manu B2. — [11] satisfactum B, D, M. — [12] caputio D. — [13] *ita* A, *cett. codd. et* M diffidit. — [14] enim D, M. — [15] facto D2, M.

XIV. — [1] *Totum cap. om.* C2. — [2] olei *add. codd.* (*praeter* A) *et* M. — [3] *om.* D2. — [4] circumstantium D2, M. — [5] nec A2, B1. — [6] *om.* D2, M. — [7] (h. o.) o. h. D2, M. — [8] *om.* M.

XV. — [1] *ita* A1, *cett. codd. et* M Flandriae. — [2] eius *add. codd.* (*praeter* A1) *et* M. — [3] *ita* A1, C2, Balduinus A2, B, C1, D2, Baldewinus D1, M. — [4] monarchia A2, C1. — [5] *ita* A, B2, C (*sed in* C2 *adiecit* i *supra lin. corr. quidam*), D, Flandriarum B1, D2, M. — [6] pretiosus D2, gloriosius M. — [7] *om.* D. — [8] qui A2, cuius C2. — [9] accepit A2. — [10] sui A2, B, C. — [11] (s. e.) e. s. B1. — [12] *ita* A1, C1, *cett. cod. et* M ulciscenda. — [13] *ita* A, B1, D, regio B2, M. regina C1. — [14] et *add.* B1. — [15] Mempiscorum B2, D, M. — [16] Woromohlt C1, Wormhoudt A2. — [17] auferri D2, offerri C1, D1.

XVI. — [1] beati viri *add. cett. codd.* (*praeter* A) *et* M. — [2] *Cf. cap. XV, var. lect. 3.* — [3] obviam C2. — [4] decrevit B1; (i. p.) insigniri fecit D, M. — [5] (honeste - tam) *om.* A2. — [6] *om.* C2.

(1) Id est capitis tegmen, quod collum tunicae circumamicit et, ubi capiti tegendo non adhibetur, humeris iniectum est, gallice *capuchon*. Cf. ibid., v. *Capitium*, 1. — (2) Cf. Vit. I, c. 15. — (3) De *Mempisco* seu *Menapisco* pago videsis *Act. SS.*, Oct. t. VI, p. 514 B. — (4) Cum Normannorum invasio, a quibus dirutum fuit coenobium Wormholtanum, facta esse legatur mox post annum 840 (cf. Comm. praev., num. 28), et scriptor noster (cap. seq.) corpus sanctum anno 900 Audomaropoli Bergas translatum affirmet, constat hac *immensa aetate* spatium annorum circiter sexaginta contineri, aut pressius quinquaginta quattuor, si illam calamitatem illiges anno 846 (cf. ibid., num. 4). — (5) Et, teste *Catalogo abbatum* (cit. ap. Al. Pruvost, p. 23), *abbatiam Sancti Bertini in commendam habuit donatione regia, in ordine abbatum 21.*

rum

VITA II

rum tanto gauderet protectore. Tenebat ea tempestate sceptra Francorum rex Karolus, quem dolo captivaverat Heribertus. Quem praefatus Flandrarum[7] monarches adiens, habuit enim apud ipsum plurimum posse, consilium animi sui regis roboravit consilio et magnificavit privilegio. Nam mox ut animum regis super praefati loci mentione[8] convenit, proprii sese voti compotem invenit; quia super eodem loco privilegium regale facile obtinuit, affectusque sui effectum auctoritate regia promeruit. Tunc demum Sithiu perrexerat ire, quo iam, ut diximus, timor hostilis[9] sacrosancti Winnoci membra coegit[10] transferri, et licet arte qua[11] poterant obnitentibus[12] Audomaricolis, sacrosanctum corpus abstulit et ad locum Bergas quo destinaverat transtulit; quem iam regali et privilegio et munificentia, ut diximus, adeo ditaverat ut[13] eum Flandria honestam sui partem hodieque habeat[13]. Acta est haec translatio a Baldwino[2] cognomine[14] Calvo anno humanati Verbi nongentesimo[15], Karoli regis ab Heriberto Virmandorum B postea capti anno octavo[15], indictione tertia[15] (1).

XVII[1]. De[2] corpore sacrosancto Woromholt[3] deportato et[4] caeco illuminato.

Fidelibus sane Deo sanctoque Winnoco devotis convenit sacrosanctum corpus sancti ad pristinae quietis locum Woromholt[5] quotannis deportari, cum natale praecursoris Domini annuus indicit cursus celebrari; quamquam nostra aetas ad deportandum illud morem gerat cum adventum Spiritus sancti ecclesia sollemniter celebrat. Deportandi illo quo diximus sacri corporis dies illuxit, plebs non modica invitante merito sancti undecumque confluxit, visura gloriam Dei in gloria sancti sui. Nam in magno grege confluentis eo populi quidam Adelbertus cum uterino fratre suo Tanchrado[6] pars erat populi, cum fratre, inquam, a primis cunabulis caeco; caecitas enim paene aequaeva sedecim iam annos in homine aequaverat. Hic fide in spem recuperandae per sanctum sanitatis erectus, excubias noctis ante loculum sacri corporis longis vigiliis trahebat, et indefesse vigil, lumen quod non habebat quaerebat[7]. Et ecce, resolventibus ora in laudes nocturnas[8] fra- C tribus, dormitans dormierat; vigiliis enim in longum continuatis lassesserat. Moxque, in articulo quo oratio dominica evangelii pronuntiationem praecesserat, senem canis iocunde respersum, splendide[9] circumamictum, baculo nitentem[10] viderat hisque verbis inclamantem audierat: „ Quid sopore et desidia sopite[11] deprimeris? „ Minimo insuper digito palpebras semivigilantis caeci adiecit ferire utque somno expergisceretur imperare. Hanc visionem inconditus mox experge- D facti clamor sequitur, anhelantibus dehinc verbis sese percussum conqueritur. A circum adstantibus[12] accurritur, causa clamoris inconditi inquiritur. Sed non egent doceri quibus res ipsa pro[13] se loquitur. Nam erat cernere rem spectaculo[14] novam et laude dignam, oculos paulo ante caeci sanguine taboque madere, caecum se videntes videre. Animi populorum stupore concutiuntur, gaudio eriguntur, et in laudem Dei praeter iubilum nil erat audiri. Altera dies illuxit, populus reditum una cum sacris artubus maturavit; adolescens pridie illuminatus loculo sancti crucem praeferebat et pro reparatione luminis non parum Deo sanctoque exsultare habebat[15].

XVIII. De caeca illuminata.

Aliud non dissimile huic miraculo non dissimiliter cernentibus fuit spectaculo. Quaedam mulier emporio Furnensi oriunda, rebus paupercula, utroque oculorum lumine orbata erat; cui dum[1] caecitas triennio consenuisset, eamque medicorum manus eisdem ipsis rebus quae inopi fuerant E exhausisset, sed nil remedii attulisset, animo induxit sanctorum loca peragrare longeque[2] melioribus medicis salutem exspectare. Et peragratis quaquaversum sacrosanctis sanctorum cubilibus, tandem visere locum venit quo pausam membrorum sanctus Winnocus elegit. Quae luminare parvum[3] quo potuit sumptu elaboratum tulit, conviante secum duce viae ad altare sancti venit; corpus humi, caelo animum dedit, et ab hoc efficacissimo animarum corporumque medico remedium quaerit. Vix humi prostrata orationem dominicam peroravit, et ecce vota sua divina praeveniri pietate sensit; humo resilivit, oculos aperuit, quos trima caecitas lumini[4] clausit. Vespertina synaxis tunc a fratribus agebatur, res palam populo gesta non parum stupori habebatur. Mulier vero salutis suae auctori grates non modicas dedit; et quae duce[5] venit, ducem rediens non quaerit[6], altero duce veniens, se duce rediens.

XIX. De reo[1] captivato sed[2] meritis sancti liberato[3].

Quendam ex familia Woromholtensi, quae F sancto viro attinebat, reipublicae praefectus captivatum loris astrinxerat; ubi cum omnem salutis spem exhaustam haberet, hoc unicum remedii credebat in invocatione huius sancti dies noctesque perpetuare[4] et ab eo ereptionem sui exspectare. Et ecce prima vigilia noctis

Cernit adesse senem magno fulgore nitentem.
Hic nitet, ille stupet, prorsus uterque silet.

[7] *Cf. cap. XV, var. lect. 5.* — [8] mentionem C1. — [9] (t. h.) timore hostili B, D, M. — [10] contigit B, D, M. — [11] (a. q.) q. a. D, M. — [12] obtinentibus M. — [13] (ut-habeat) *om.* A2. — [14] *om.* C2. — [15] DCCCC (*recentiore manu corr.* nongentesimo)... VIII (r. m. *corr.* octavo)... III. A1.

XVII. — [1] *Hoc et reliqua huius Vitae secundae capitula non leguntur in* C2, *quod nempe eo loco, sicut in aliis eiusdem codicis partibus et non paucis codicibus Atrebatensibus, excisa sunt folia (hic unum, secundum antiquam notationem* [c]LXXVII). *Deinde folio sequenti* [c]LXXVIII *leguntur ultima verba cap. 22 libri miraculorum conscripti a Drogone et eiusdem libri capp. 23, 3 et 11.* — [2] sancto *add.* C1. — [3] (s. W) eius ad locum pristinae quietis C1, D, M. — [4] de *add.* B, C1, D, M. — [5] *Ut cap. XV, var. lect. 16, et sic porro.* — [6] Tanchardo A2, Tranchrado B. — [7] requirebat D2. — [8] nocturnales A2. — [9] splendidissime D2. — [10] innixum B1. — [11] sopitus M. — [12] circumstantibus B2. — [13] per B2, D, M. — [14] *om.* B, D, M. — [15] exultationis D; (e. h.) h. e. B, D, M.

XVIII. — [1] cum D2, M. — [2] a *add. corr.* A1, A2. — [3] *ita* A, *cett. codd. et* M parvo. — [4] luminis B, D, M. — [5] alio *add.* B1. — [6] requirit A2.

XIX. — [1] meritis suis *add.* B. — [2] *om.* A. — [3] (De-lib.) Aliud miraculum C1. — [4] continuare M.

(1) De ea translatione et de fundato collegio canonicorum, postea in coenobium Benedictinum transformato, videsis et diploma a Balduino V seu Insulano anno 1067 datum (cit. ap. Al. Pruvost, p. 58; cf. supra, Comm. praev., num. 34).

Cumque

VITA II Cumque aliquamdiu in hoc lux, in illo stupor, in utroque esset silentium,

Cum sene lux abiit, captivo ereptio venit.

Nam vinculis manuum pedumque expeditus, libertate eundi quo voluit[5] potitus, claustris apertis egreditur, viam quae Woromholt ducit[6] ingreditur. Nec mora nec requies, ad praefatum locum festinato pervenit, ereptori suo gratias dedit, ereptionis suae ordinem cunctis palam fecit. Testabatur etiam sibi[7] profugo prosperos ad votum successus arrisisse, nec feram nec hominem, quod facile nocturnis profugis timori esse solet, obviam habuisse.

XX. Item de quodam captivo virtute[1] sancti erepto[2].

Aliud alio tempore nec dissimile miraculum hoc auctore gestum ex scriptis futura aetas habeat manifestum. Adalardus quidam erat non infimum ex familia praefati confessoris caput. Villam vocabulo Suivesela (1) mansionem habebat, famulos ipse famulus[3] plures possidebat; quorum
B plerique fugam noctu capere, Bononiam parant tendere. Erat tunc temporis eisdem Bononiae partibus quidam Mirolfus, pravi potens recti impotens, rebus pauper alieni appetens. Qui praefatos fugitivos facit sibi captivos, avaritia et ipse captus, servans eos cismarinis vendendos negotiatoribus. Adalardus, quem praescripsimus, suos e vestigio insequitur fugitivos, eos apud Mirolfum repperit captivos; virum convenit, suos publicis legibus repetit. At ille insanire[4], Adalardum aeque[5] concaptivare, vinculis pedicisque damnare, postremo omnia quae reorum sunt in ipsum[6] intentare.

Sed magis ille reus quam qui sine crimine
[laesus.

Nocens ille vincula, innocens iste preces ingeminat : preces, inquam, quibus beati Winnoci nomen interdiu noctuque frequentarat. Neque fieri[7] potuit in invocatione nominis sui pietatem sancti deesse, qui multotiens antequam invocetur solet adesse.

Nox media advenerat, homines sopor altus
[habebat.

Catenatus etiam ille somnum ceperat, sed
C in somno salutem sibi iam iamque adventare senserat. Viderat enim senem canitie iocunda caput respersum, virgam[8] manu praeferentem, quem vidisse salus et gaudium videntis fuit. Nam somno excitus vincula colli ferrea cum manicis et compedibus aeque ferreis tum gremio cecidisse, tum claustra custodiae suae videt patuisse. Sicque liber vinculorum, securus sui, dum desinit esse captivus, incipit esse fugitivus, reliquum noctis indulgens fugae et per palustria viae consulens vitae. Nam palustria loca octo fere miliariis continua ingressus, felices adeo abeundi habuit successus ut aqua, quae paludibus deesse non solet, plantis paludem ingredientis deesset. Sicque D
exemplo Israelitici populi res gesta est; sicut enim illi fugienti maria, sic isti aeque fugienti cessere palustria. Perpende, prudens lector, in uno eodemque homine duplex miraculum : hinc vincula sine manibus dissoluta a manibus pedibusque[9] captivi, hinc loca palustria solidata sub pedibus fugitivi. Evadens itaque homo captivitatis suae periculum, post multa devia sancti intrat oratorium, hoc auctore se ereptum clamat, Deo grates, populo spectaculum ingeminat.

XXI. De[1] muliere a nativitate caeca coram lipsana sancti illuminata[1].

Sanctum hunc in artubus suis defunctis vivere plura adhuc documenta sunt, quamquam compendii gratia ad finem festinet[2] oratio. Annuus[3] indixit[4] recursus sacrosanctum corpus sancti[5] Woromholt deportari, cum adventus Spiritus sancti sollemniter solet celebrari.

Adcurrit populus, properat sine nomine vulgus.

Habebat enim summe[6] festivum patrocinia sancti ire comitatum. Mulier caeca a nativitate[7] E
populo se immiscuerat, tandemque ad locum destinatum populo evecta magis quam adducta pervenerat et indice strepitu populi prope lipsana accessit sancti. Cuius genuina caecitas tunc praesentibus tam spectaculum quam compassionem suscitavit et pro recuperatione ipsius hinc preces hinc vota fundunt, tum recursum sui annuum[8] tum dona etiam[9] annua[10] spondent.

Inde[11] preces iterant[12], voces et vota frequen-
[tant,

adeo ut voces fratrum in synaxi psallentium vincerent. Sed[13] et caeca mulier lacrimis indulget et precibus, precum suarum mox laetificanda effectibus[13]. Quid plura? Sanguinem orbes oculorum evomuere nec minus quam pressi copiam lactis. Cerneres caecam[14], caecitate usque ad id informem, perspicuam videndi accepisse formam et in miraculo visibili erat mirari medicum invisibilem. Sed primum novitate rei mulier concussa humi aequatur, dehinc tam confortata quam illuminata in pedes constitit, perpetuos quoad viveret famulatus sancto vovit; quosque vovit adeo exhibuit ut in obsequio sancti viri contritione carnis et spiritus senesceret et ad exitum F
vitae cursum ab hac intentione non reflecteret[15].

Haec de viro sancto dicta sufficiant, quamquam signorum ipsius materies omnem stilum exsuperet miraculisque eius omnis sermo inferior sit. Nec credi non debet in artubus suis defunctis ipsum adhuc vivere[16], cui olim in terris viventi Christus fuit vivere.

Pro nobis oret sub quo patre Flandria floret,
Ac me scribentem te respiciatque legentem.

Explicit liber primus de vita et miraculis sancti Winnoci abbatis et confessoris[17].

[5] est *add. corr.* A 1. — [6] (W. d.) d. W. D 2, M. — [7] *om.* A.

XX. — [1] *ita* A, *cett. codd. et* M meritis. — [2] (De-er.) *om.* C1. — [3] (f. i. f.) *ita* A, famulus ipse famulos *cett. codd. et* M. — [4] in *add.* B. — [5] famulis *add. cett. codd.* (*praeter* A) *et* M. — [6] (i. i.) *om.* D2. — [7] non *add. cett. codd.* (*praeter* A) *et* M; *videtur etiam prius scriptum fuisse in* A 1, *sed deinde erasum.* — [8] virga C1. — [9] et pedibus B, D, M.

XXI. — [1] (De-ill.) *om.* C1. — [2] sustinet B 2. — [3] Annus B1, D. — [4] induxit A2, M. — [5] (c. s.) s. c. D2, M. — [6] solemne A2. — [7] (c. a. n.) a. n. c. B2. — [8] anni D2. — [9] (d. e.) e. d. M. — [10] sancto *add.* A2, B, C1, D, M. — [11] Inter B, D, M. — [12] intrant D, M. — [13] (Sed-effect.) *om.* A1. — [14] etiam D2. — [15] deflecteret A 2. — [16] *Hic desinit* C1 : *quae sequuntur* (cui olim-legentem) *alia manu adiecta sunt in spatio quod pro sequentis documenti titulo vacuum relictum erat.* — [17] (Explicit *etc.*) *om.* B, M; Explicit vita sancti Winnoci confessoris et abbatis D.

(1) Zwevezeele, qui est vicus Flandriae inter Thourout et Thielt.

A

III. LIBER MIRACULORUM AUCTORE DROGONE

Editus ex iisdem codicibus (cf. supra, p. 267), per eadem sigla notatis (praeter solum Cameracensem, in quo liber miraculorum exscriptus non est; unde signo D solus indicatur codex Bruxellensis 7461) et ex editione Mabillonii. Cf. Comm. praev., num. 10. — In his omnibus exemplaribus legitur post Vitam secundam. Sed codex Atrebatensis (C2) exiguam dumtaxat libri partem exhibet, nimirum post lacunam in fine Vitae secundae (cf. supra, pag. 273, ad cap. XVII, var. lect. 1), ultima verba capituli XXII et deinde, ex ordine, capitula XXIII, III et XI, e quibus solis proinde variantes lectiones huius codicis annotavimus.

Item in miracula eiusdem beatissimi confessoris. Prologus venerabilis viri domni Drogonis [1].

Saepe et multum quivis mortalis se exercitationi alicui sive studio dedere debet, ut quodammodo fugiendo quid mali nitendoque [2] aliud quid utilis, post vitium habeatur [3] virtutisque clarae bonive summa sequatur. Nam otiositas vitiis iungitur, studium vero officii omne virtutis est, maxime scriptitando aut lectitando quaeque B utilia, unde virtus animi clarescit, nitescit, floret. Id siquidem huius officii dedito exercitationi quod proferimus patet, cum utrumque inde eveniat, et vitium caveatur, et virtus animi, fama boni, claritudo scribendi modo augescat, modo floreat, manendoque dilatetur. Istud dignae rationis, idque ratae orationis tandem me quamquam indoctum ad scribendum compulit, ut et posteris digna relatu legenda pro posse relinquerem, et ut nonnullius salutem utilitatis primo mihi, deinde multis providerem. Nec id quidem [4] coepti meae temeritati sive audaciae quivis prudens lector adscribat, cum quisque suae utilitatis commodum quaerat. Nam id quidem fatuitati ac neglegentiae deputatur, si quis salutem suam neglegat. Verum etiam crebro adhortatu caritas et dilectio meorum fratrum me scriptum venire coegit, ut partim visa partim audita stili officio commendarem, et mira dictu, digna relatu, summa oratu posteris relinquerem [5]. Tandem, antequam orationis principium ordiar [6], lectorem submonitum volo ne credat, non dicat nec lacerando haec [7] detrahendo mihi proferat, me falsa scripsisse [8], cum nulla alia nisi partim visa, ut dixi, C partim audita a probatissimis et dignis memoria viris affirmem me posuisse. Verum si quid a grammaticae artis regula deviat, si quid ab arte exorbitatur [9], quod sit dictum aliter quam fore huius regula deberet, veniam det, oro, et meminerit communis fragilitatis, et quia mortalis numquam in eodem statu permanet. Verum id quidem hactenus. Omnipotens Deus, parens rerum, conditor omnium, oro mentem scribentis regat, qui omne sua sapientia gubernat. Omnipotentis [10] Dei providentia nil in terris quod mirum visu sit sine re agit, ita dico, quando insolitum aliquid accidit. Verum de profundissima mente illius difficillimum est disputare; periculo fit ultra quam mortalis rei defectus fert altissima rimari sive inquirere. Quapropter cum id insolitum evenit quod portenti aut signi causa videtur mortalibus, reprehendendo vitam, castigando sese, paenitendo errati, quivis emendetur; fortassis enim is arguitur sceleris, vult Deus ut paenitendo corrigatur. Suis signis visibilibus Omnipotens E laudetur, mirabilis in sanctis suis praedicetur. Si quid est errati, ut est in nobis corrigatur; quod minime quidem sui est mortalis fragilitas haud inquirat [11]. Id siquidem tantum idcirco protuli, quia nonnulli mortalium, imprudentes rerum, ignari dispositionis Dei, minime animadvertunt cum insolita hoc tempore visibiliter accidunt. Iamiam haec nobis occulta, Deo autem notissima, relinquantur et initium nostrae orationis, propter quam venimus, ordinando reponatur.

Explicit prologus. Incipit liber secundus [12] (1).

I. De caeca nata, meritis beatissimi confessoris illuminata.

Ante non multis annis quam puer parvulus ad propositum sanctae religionis venissem, id quod primo dicturus sum contigit, quodque virtute suae bonitatis meritisque beatissimi confessoris Winnoci Omnipotens [1] operari voluit. Adveniente alta Pentecostes sollemnitate, solito more multi mortalium Woromholt [2] dictum locum convenere, inter quos puella nomine Malguera, deducta aliorum auxilio, convenit; caeca enim nata, externi F ductus amminiculique indigebat. Attamen deducta ante templum quod idem confessor Winnocus construxerat in honore sancti Martini, relinquitur; ibique interdum stans, modo iacens, Deum totius pietatis regemque omnia tenentem, cuncta videntem, deprecabatur, ut per beati confessoris merita suae miseriae subveniret. Cumque ipsam modo orantem, tum autem interdum alta suspiria fletusque emittentem, pectus pugnis tundentem, quidam conspexissent, super ea miseri-

Prol. — [1] (Item - Drogonis) Prologus venerabilis viri domni Drogonis in miracula eiusdem beatissimi confessoris A 2, Prologus domni Drogonis venerabilis sacerdotis et (*om.* B1) monachi in miraculis sancti Winnoci (abbatis *add.* B 2) B. *Nullus titulus libro praefixus est in* C 1, *in quo nec prologus descriptus est, sed pergit series miraculorum quasi haec pars essent libelli superioris* (*Vitae secundae*). *De* C 2 *vid. supra, in capite huius paginae,* Incipit prologus domni Drogonis (*prius* Dragonis) monachi in miraculis eiusdem D, Prologus auctoris M. — [2] -que *om.* A 2. — [3] (p. v. h.) v. posthabeatur B 2. — [4] (id q.) q. id A 2, D, M. — [5] *reliqua usque ad finem prologi om.* M. — [6] *ita* A 1, ordiatur *cett. codd.* — [7] ac A 2, D. — [8] *ita* A, descripsisse *cett. codd.* — [9] exorbitat B 2. — [10] omnipotens D. — [11] (Si quid - inquirat) *ita codd. omnes.* — [12] (I. l. s.) *ita* A, *cett. codd. om. In* B, *post* Explicit prologus, *sequitur ut in capite Vitae secundae index titulorum, qui singulis capitulis in plerisque codicibus praefixi sunt; qui tituli deinde non repetuntur ante singula, sed soli numeri. In* C 1 *autem neque tituli capitulis neque numeri ascripti sunt, in* A 1 *vero, in* B 2 *et in* D *soli tituli, non numeri.*

I. — [1] Deus *add.* C 1. — [2] Wormholt B 1, Woromoholt C 1, Wormhoudt A 2.

(1) Ex hac sequentis libri annuntiatione exordii, quae quidem in uno legitur codice Bergensi, sed utique omnium praestantissimo, et in eius apographo Bruxellensi, colligitur librum (seu libros; cf. et clausulam in fine capituli VI) miraculorum a Drogone conscriptum, in Bergensi coenobio habitum fuisse loco continuationis Vitae secundae.

AUCTORE DROGONE

cordia moti, manibus elevant, brachiis attollunt, huiusmodi miseria affectam in templum deducunt[3]. Eadem hora fratres in choro stantes psallebant Deoque alte canentes vota laudum, sicut erant assueti, solvebant. Verum enimvero[4] ante chorum in medio templi statuitur, clamor ingens versus caelum tollitur, adeo ut vix aut nullo modo alte[5] psallens multitudo fratrum audiretur, cum derepente oculi puellae primo sanguinem fundunt. Ne[6] tenue quidem nec pigre stillant, sed velut pecus immisso ferro iugulo rivos sanguinis emittit. Tum in terram cadit; mortua creditur. Sed post paululum, transacta morula una, a terra manibus astantium, seu ab eorum qui eam adduxerant in templum, erigitur, elevatur, elevata, ne rursum cadat, sustentata tenetur. Iam sanguis, iam sanies quaedam rivulis per genas defluxerat; clara videbantur, cernebantur intuentibus oculorum lumina[7], quorum paulo ante inter cilia, uti non intercisa, cutis aequum tenorem continua habere videbatur. At illa mirabatur sui statum, templum, pueros, iuvenes,
B senes, circumstantes, quos numquam viderat, et haec et omnia cernendo ammirationi sibi erant[6]. Tandem ad adiutoris sui loculum deducitur. Ut[8] quid enim dicimus deducitur[8]? sola pergit, loculo sancti appropinquat, accedit humilis, hilaris, laeta ac exsultans osculatur. Tunc[9] ibidem Deo sanctoque Winnoco piae devotionis obsequium spondet, promittit. Quae in eodem devotionis promisso, dum vixit, perseveranter permansit.

II. De caeco nato, ad tactum[1] viri Dei illuminato.

Quidam puer Bergensis villae, vix unius anni aetatem habens, iam me puero, tertia feria hebdomadae Pentecostes, a matre, caecus natus, uti eadem affirmabat, in monasterium Bergense cum candela deportatur. Mira, quae ego ipse vidi, dicturus sum. Mater manum caeci pueri cum candela tenuit, ut eam deponeret indixit. Qua deposita, dextera impressa capiti, illius ter osculari loculum coegit. At ille mox dextera manu, quasi mirum et iocunditati[2] sibi haec[3] foret, tetigit; et convertens sese[4] ad matrem et arridens huic, laeva percussit. Tunc genitrix in primis Deum
C laudavit, sanctoque suo gratias reddidit, cuius meritis suus parvulus ea hora primum lumen habuit. Vicini Deum laudant atque mirabilem in sancto suo glorificant.

III. De caeca puella[1] ante sancti altare[2] illuminata.

Quidam vir, eiusdem[3] villae incola, prolem feminini[4] sexus, quatuor annorum aetatem habentem, in paschali hebdomada, feria quarta, caecam cum candela detulit; quam etiam super sanctum altare ponere fecit. Post hoc autem ante altare nuda humo ut iaceret suasit et, ut talem aetatulam oportebat, minitando iacere indixit. Iacuit tandem minas patris timens, verum haud diu quidem. D
Nam subito velox surrexit, ad suum longe stantem genitorem cucurrit, genua illius amplectens. Pater filiam suscepit gaudens, quam ilico sciscitatus est an videret. „Video „, respondit parvula. Ille[5] autem, volens probare utrum id verum foret, ostendebat quaedam rerum. Verum quae nomina natura rebus indidit, aperte astantibus protulit. Et mirum relatu, rebus quas minime quidem antea viderat, nomina dabat, unamquamque nomine separatim monstrabat[5]. Eadem hora Athela[6] Flandrensis[7] comitissa orationibus vacans in templo aderat. Laudantes equidem super hoc miraculo audivit; quid illud quidem esset nosse volens, inquisitum misit. Refert nuntius factum Dei virtute signum. Illo festina[8] advolat, cernit miraculum, inquirit verum, Omnipotentem laudat. Praeterea haud parvi pretii pallio sanctum donat, gaudens redit, merita sancti omnibus praedicat.

IV. De caeca nata, in deportatione sacri corporis illuminata.

E
Mos habetur mortalibus Bergensis pagi, ut octavis Pentecostes, die scilicet qua sanctae Trinitatis unius ac veri Dei commemoratio recordatione[1] recolendo celebratur seu celebrando recolitur, deportari ossa venerabilis patris Winnoci, utriusque sexus sequente multitudine[2], deferrique[3] donorum[4] vota quae promiserint oppressi quacumque valitudine (1). Deportabantur more solito cum maximo tripudio hujus sancti pignera; praecedebat ac sequebatur laudantium Dominum multitudo maxima. Hi laudes reddebant, docti legis ac gratiae cantica solvere; illi clamantes, iuxta id quod videbatur seu secundum suum scire carmina dicebant. Inter huiusmodi homines unus aderat, qui natam caecam maestus tristisque brachiis ferebat, et properare[5] sancti loculo festinando cupiebat. Verum reprimebatur, repellebatur vi multitudinis. Ignorabat quid posset agere; tamen praemeditatus transeuntes parum exspectare, operiri demorando voluit, cum ecce forte fortuna affuit. Turbis iam rarescentibus emergitur, currit e regione, praecedit, cum voto filiam sancto Dei offert. Mox caeca nata lumen recipit, miratur circumstantes, intuetur F
quae numquam viderat, ammirationi sibi sunt cuncta. Vix potest credi quanto pater exsultavit gaudio, quantis laudibus Deus mirabilis in sanctis suis glorificatur, quibus verbis et sanctus Dei merito digneque[6] laudatur.

V. De servo capitis dolore caecato patrocinio sancti illuminato.

Manus omnipotentis Domini aequae potestatis et filiis pauperum et servis divitum semper habetur, nec aliquorsum detorqueri valet suum velle, nec mutari ullo tempore quit[1] suum posse. *Omnia quaecumque vult,* dicit psalmista, *operatur,* Sap. 8, 5.

[3] ducunt B1. — [4] *om.* M. — [5] ante B, D, M. — [6] (Ne tenue-sibi erant) *om.* M. — [7] (o. l.) l. o. B1, D. — [8] (ut-deduc.) *om.* M. — [9] Tum A2, B2.

II. — [1] loculi *add.* B1. — [2] iocundum B2. — [3] hoc B, D, M. — [4] se B, D, M.

III. — [1] puellula A2, nata M. — [2] (s. a.) sanctum sancti a. B; (a. s. a.) ad tactum viri Dei D, M. — [3] Bergensis C2 (*cf. supra, Vit. II, c. XVII, var. lect. 1*). — [4] femini C2. — [5] (Ille-monstrabat) *om.* C2. — [6] Adhela M. — [7] *om.* C2. — [8] festino C2.

IV. — [1] *om.* M. — [2] (s. m.) m. s. B1. — [3] que *om.* A2, et ferri B2. — [4] dominorum M. — [5] vel propinquare *add. supra lin. corr.* D, propinquare M. — [6] que *om.* M.

V. — [1] quid D, M.

(1) Haec supplicatio sollemnis (cf. Comm. praev., num. 40) itaque iam in usu erat tempore Drogonis. Unde nonnulli recentiores existimarunt ante hoc tempus contigisse miraculum quod occasio fuisse traditur illam instituendi (cf. ibid., num. 41). Verum, cum Drogo nullam miraculi mentionem habeat et illud prorsus ignorare videatur, potius hinc concludendum non recte illam originem assignatam esse a Malbrancquio.

semper

AUCTORE DROGONE

A semper Omnipotens in cunctis suis operibus praedicatur. Vicedominus Bergensis pagi, bonus vir ad comparationem eorum qui hodie aere fruuntur, utuntur vita, vivunt, nomine Erkanboldus[2], erat; cui coniunx vocabulo Alswidis[3], bonae memoriae femina, lecto iungebatur. His denique erat servus, nomine Raingerus, qui ob longam infirmitatem capitis perdiderat viatici facultatem luminis. Nec mirum videatur, quod interdum apponam aliquorum nomina pro testimonio, aliquorum taceam; quia nonnulla occurrunt memoriae, nonnulla vero menti recordationique excidere. Verum is Raingerus, de quo iam diximus, cum iam longo tempore corporali caruisset lumine, crebro Dominum rogabat, ut sibi redderet amissum oculorum lumen, qui solus valebat. Sed et sanctum confessorem Winnocum nocte dieque deprecabatur, ut pius intercessor existeret, quo amissi luminis facultatem eiusdem meritis reciperet. Instare sedulus, orare frequens et peccatorum a Deo remissionem, et manum sancti propitiam et adiutricem sui. Iam venerat
B tempus quo persaepe petenti munus concederetur, crebro pulsanti ostium misericordiae aperiretur, ut et Domini adesset misericordia et sancti miserum adiuvarent merita. Nam adveniente Nativitate Salvatoris, qua nasci dignatus est ex utero Virginis, miser praemeditatus templum intrare, ad honorem Domini lumen manu tenere, noctem ipsam pervigilem insomnemque ducere, dominam oravit ut vel parvam quantitatem luminis sibi daret: " Fortasse enim „, dicens, " Dominus me miserum exaudiet, mihique sanctus confessor sese oranti subveniet. „ Precibus illius domina libenter annuit, quod poscebat concessit. At ille laetus intrarat[4] templum et per totam noctem pervigil permansit. Uno in loco stabat servus orans, at iuxta domina, intenta animum caelo[5], erat vigilans; cum repente caligo ab oculis eius cadit, tenebrae rarescunt, lumen quod manu tenebat aspicit. " Video, video, „ domina; clare „, clamat, " video „, et monstrat candelam manu, " Dominum Salvatorem laudo, „ intercessorique meo confessori suo gratias „ reddo. „ Sic denique, quamdiu vixit, utroque lumine mentis corporis praestitit sese quot die-
C bus[6] (1), vitaeque[7] mores correxit, et patratum miraculi signum ad sui memoriam reduxit.

VI. De vidua paupercula, in oratorio sancti luci reddita.

Ante vigiliam Pentecostes, id est sexta feria quae praecedit sabbatum, multi mortalium utriusque sexus, quaerentes suffragia sancti[1] viri, aliqui[2] propter remittenda seu indulgenda onera criminum quae admiserant, ad monasterium supra saepius nominatum convenere, aliqui propter diversarum infirmitatum valitudinumque[3] languores accelerarunt properare, quo levamen harum, adiuvante sancto patre, meruissent accipere. Inter huiusmodi affectos miseriae valitudinisque habitudine, vidua pauper convenerat, quae iam annorum VIII[4] spatio lumen caeli non viderat. Adducta in templum, in choro ante gradus in prima vigilia noctis cum multis iacuit, modo orans Deum, aliquando flens, tum autem pectus pugnis tundens, doloris vocem ab alto cordis emittebat[5]. Quapropter nonnullis erat importuna, his praesertim quidem[6] seu illis maxime, qui huius minime considerabant incommoda. Verum, dum haec lamentando frequenter ageret, subito quasi sopita somno aliquantulum siluit. At postea altius clamare ipsa, vocem emittere, quam primum fecisset videbatur. Tunc quidam vir qui nuncupabatur Leodulfus: " Tace, „ inquit, mulier, nec nos derideas, ne tu ipsa „ derisioni sive ludo nobis habearis. „ At illa: " Ista mea derisio mihi salus, gaudium mihi, „ amodo laetitia erit, quae iam multis annis „ lumen, quod hac hora video, minime vidi. „ Haec dicens, omnes qui aderant credere compulit, et facto mane gaudens discessit. Super his[7] itaque libet exclamare: Sic sic eat, o felix pater, sic levamen tuum omnis te quaerens, te deprecans, te orans, sentiat. Sic veniat animarum ac
E corporum salus, sic peccatorum venia assit, indulta tuis sanctis precibus. Imitatus es Dei Filium qui cum esset dives in suo, pauper factus est in nostro, ut suae paupertatis exemplo nos large divites virtutum[8] faceret. Nam regia stirpe ortus, mundi gloriam, patriam, parentes dimisisti et te humilem, te puerum, mente non annis, exhibuisti. Quapropter te sequitur bonitas, quia primum insignem te[9] reddidit humilitas. Sed iam claudendus est tenor orationis, finiendus est huiusmodi sermo, et hoc ipsum finis diei vult, requirit, postulat, cum tandem veniens nox nos lassos quietum[10] ammoneat, ut post quietem nos promptiores[11] paratioresque secundo labori reddat.

Explicit liber secundus. Incipit tertius[12].

VII. De iuvene[1] contracto per merita piissimi[2] patris[3] sanato.

Mortalium quidam, pauper substantiae, filium habebat[4], quem contractum[5] a primis infantiae annis maerens ac tristis quot diebus pascendo sive cibando dolebat. Nam aliorum sustentamine[6]
F idem pauper vivebat, et quod sui necessitudini corporis subtrahere posse videbatur, misero filio impertibat[7]. Verum idem quem dixi puer, iam paene adultus, modum pueritiae crescendo dimiserat; quem quamquam artubus dissolutis ligasset tenendo, tenuisset ligando infirmitas, tamen modum naturae haud quibat auferre, quin totum corpus, membra, artus iuxta id quidem quod genii[8] erat[9] crescerent. Quapropter minime quidem credebat illius pater tanti incommodi affectum miseria, sed affirmabat filium fingere[10] infirmitatem[11]. Saepe tentabat hunc hoc modo miser miserum. Ponebat escam et potum idem qui erat eius genitor ex altera parte suae cellulae; et id[12] idcirco agebat ut ipsius valitudinem probaret.

[2] Erkenboldus B2, Eramboldus C1, Erkalboldus A2. — [3] Alswildis B, D, M. — [4] intravit B1, intrat M. — [5] in caelo D, M. — [6] quotquot D, M. — [7] que *om.* M.

VI. — [1] tanti B, D, M. — [2] aliquid M. — [3] que *om.* M. — [4] viii^to C1, octo A2, B, D, M. — [5] (c. e.) e. c. B2. — [6] *om.* M. — [7] (Super his, *etc. usque ad finem capituli*) *om.* M. — [8] (d. v.) *ita* A, v. d. *cett. codd.* — [9] (i. te) *ita* A, te i. *cett. codd.* — [10] *ita codd., leg.* quietem? — [11] (n. p.) p. n. B1. — [12] (Expl. - tert.) *ita* A (*cett. codd. om.*). *Et inde in A incipit nova series capitulorum, ita ut sequentia capp.* VII, VIII, *etc., notata sint numeris* 1, 2, *et sic porro.*

VII. — [1] *om.* D, M. — [2] pii C1, D. — [3] (p. m. p. p.) *om.* M. — [4] (f. h.) h. f. A2. — [5] contractis D. — [6] *ita* A1, sustentatione *cett. codd. et* M. — [7] impertiebat C1, M. — [8] ingenii M. — [9] erant B2; (i. e.) genuerat D. — [10] (f. f.) fingere filium D. — [11] infirmantem B2. — [12] *om.* M.

(1) Id est *singulis diebus*. V. Du Cange, ad h. v. Ita etiam infra, cc. VII init., VIII extr., IX init., XVI med., XXIII extr.

AUCTORE DROGONE

baret. At ille usque ad vesperam ieiunabat; non enim nec rependo sese illo trahere valebat. Hoc denique cernens pater, escam et potum deferebat, et tandem impossibilitatem nati confitebatur. Verum huiusce affecto miseriae valitudine[13] nocte quadam sanctus senex pulcherrimus in visu apparuit, et ut ad Bergense monasterium quam festinus iret ammonuit. " Ego „, inquit ille, " cuius „ rationis modo id agam, qui ne quidem de lecto „ surgere, nec me ipsum quamvis parum quo„ quam valeo trahere? „ " Pater tuus, respondit, „ tibi auxiliabitur, et eius amminiculo uteris ad „ id agendum. „ Mane facto, refert patri visionem; visum senem, suique responsi pactum edicit[14]. Paratur vehiculum, ad locum iam dictum itur. Relinquitur miser ante ostium monasterii. Ibi non multis diebus iacuit; quem aedituus nomine Letfridus victu sustentavit. Sollemnitate sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quâ passio eorum recolitur, oravit hunc ipsum monachum ut se deferret in templum. At ille hunc illo deferre voluit, sed minime quidem valuit. Ille gravis erat, hic iam aetatis senio gravabatur. Tandem, misere
B trahendo, ipsum ante unum altare reliquit. Iam missa erat expleta, iam hora sexta pulsabatur, cum is membris dissolutus coepit erigi, coepit extendi, tum altos tollere mugitus, quos mage quam clamores videbatur, audiebatur, credebatur imitari. Post diatim meliusculus coepit esse; quem postea validum vigentemque[15] membris totius corporis vidimus. Attamen idem, memor sui, quis fuerit, quisve tunc foret, saepenumero nobis referebat.

VIII. Item de clinico ex utero matris, sanato meritis piissimi patris.

Alter quidam, adhuc puer, clinicus ex utero matris contractusque membris, adeo ut calces natibus adhaererent, a patre ad eundem locum defertur, atque in eo loco ab eo neglegenter relinquitur. Geminis scabellis innixus, difficillime hac illacque sese trahebat, in quo miseriam videre erat dum traheretur, dumque clauda pars corporis miseri aeque[1] quidem per terram reptando sequeretur. Multi mortalium, misericordia moti, stipendia suggerebant; nonnulli ex fratribus necessitudini[2] illius quaedam impendebant. Unus
C erat qui magis aliis misericordia movebatur, qui usque pietate praesens aderat, qui amplius iuvit cum tempus opportunum affuit. Nam sabbato sancto Pentecostes cum deportatum pararentur beati patris Winnoci ossa[3], is puer contractus sub altari iacebat, sanctum auxilii opem orabat, patrocinium huius[4] precabatur. Et dum operiretur manum propitiam[5] Domini, iam pignera sancta pii patris longe recesserant; cum subito contracta membra extenduntur, enodati nervi sonitum, immo crepitum reddunt, ululatum[6] patiens emittit, qui, uti in excessu mentis positus, ignorabat ubi fuerit, et iam[7] patiens[8] quid sibi foret, quid secum ageretur ignoravit. Fama patrati signi hac illacque discurrit, laudatur Omnipotens, praedicatur mirabilis in sancto suo.

Mira dicturus sum. Ibidem scabella quibus innixus D ferebatur reliquit, et qui numquam antea ierat, tunc primum propriis pedibus ivit. Huc, huc accedat claudus a beato Petro et Iohanne apostolis sanatus, qui iam veteranus humum pressit et, dum petebat argentum, sanitatem suscepit[9]. Ille senex[10] ex utero claudus, iste puer sanatur ex utero clinicus. O quam diversae habentur Dei miserationes, quamque viae ipsius investigabiles. Primus paulatim diatimque melioratus convaluit, secundus subito sanitatem meruit. Hos itaque Deo sanctoque dum vixere famulantes vidimus; qui praesentia sui quot diebus facta miracula memoriae mortalium referebant. O Deus immense, quam dulcis oratu tua pietas, qui sic persaepe ossa tibi dilecti caelestibus signis glorificas.

IX. [1] De sene longo tempore caecato ad nutum viri Dei [2] illuminato.

Alius iam provectae aetatis vir iamque paene[3] senex, nativitatis exordia, parentes progeniemque habens ex Bergensi pago, nomine Isquinus, iam longo tempore luminis facultate caruerat, pariterque proportionem substantiae quam plurimam perdiderat. E Accidit enim crebro nonnullos mortalium huiusmodi infortunio oppressos in egestatem cadere, dum quot diebus in damnum versatur proportio substantiae. Aderat fides iam sano pectori, meritis tam[4] pii confessoris posse salvari atque eiusdem precibus amissum lumen sibi[5] reddi. Ad locum iam dictum praemeditatus pergere instituit; quem propria coniunx illo deducit[6]. Octavis dominicae resurrectionis in templum adducitur, ubi opem doni caelestis operitur. Cum ergo illo in loco[7] stans sedulus pernoctaret, dumque sequente dominica nocturna laus a fratribus decantaretur, finitaque evangelii lectione *Te decet laus* inciperetur, subito in terram corruit et cadendo magnum sonitum reddidit; erat enim procerae staturae et, ut iam dictum est, gravis annis. Protinus ab orbibus cruor stillarat, qui genas barbamque illius foedaverat. Accurrere aliqui ex fratribus. Erat enim cernere gaudium quod lacrimas oculis excutiebat. Nam acies luminum clare intuebantur, quamquam partim facies deturparetur. Affirmabat tamen nec sese sensisse casum, verum fuisse huiusmodi quasi mentis pateretur excessum. F Facto itaque mane, sanus[8] clareque videns domum revertitur; qui quamdiu vixit datam luminis facultatem perfecte habuit.

X. De caeco cum vervece sancto[1] oblato et dicto citius illuminato.

Notum habetur multis huius aeris subtilitate fruentibus deferri loculum quo continentur ossa venerabilis patris ad locum propriae quietionis gaudio laetitiaque ab exsultantibus populorum turbis (1). Praeeunt ac sequuntur multi ut huius sanctitatis excellentia omnium sit remedium fiatque indulgentia admisso crimini. Est locus adeo sibi carus, ut fertur, dum vixit[2]; ibi enim et[3] labori manuum operam dabat et caelo animum

[13] impossibilitate B1. — [14] adiecit A2. — [15] que *om.* M.

VIII. — [1] (m. aeq.) miseriaeque M. — [2] necessitati M. — [3] membra M. — [4] eius M. — [5] propriam M. — [6] (ululatum *etc. usque ad finem capituli*) *om.* M. — [7] (et i.) etiam C1. — [8] *om.* C1. — [9] recepit B1. — [10] *om.* C1.

IX. — [1] *Huius capituli et quattuor sequentium textum non edidit* M, *sed solos titulos, quorum et unum* (*X*) *praetermisit, unde deinceps numeri capitulorum in ea editione iam non concordant cum codicibus.* — [2] (v. D.) *ita* A, sancti *cett. codd. et* M. — [3] *om.* B2. — [4] *om.* C1, D, A2. — [5] (l. s.) s. l. B1, C1, D. — [6] deduxit B1. — [7] (illo in l.) in l. illo B2, D. — [8] *om.* B, C1, D.

X. — [1] Dei *add.* B, C1, D. — [2] (ut f. d. v.) *om.* D. — [3] (en. et.) etenim B2.

(1) Cf. supra, Vit. II, c. xvii (p. 273).

intentus

A intentus orationi vacabat. Antequam deportetur in templum quod idem[4] construxit, eo in loco statuitur; nam ibi saepenumero meritis eius contracti eriguntur, caeci illuminantur atque quam plurimi ab incommoditatibus convalescunt, meliorantur, liberantur. Dum hic solito more sancti in redeundo pignera ponerentur, quidam rusticus currens festinansque advenit, vervecem sinistra et caecum filium dextera deferens. Elevavit utrosque, hinc natum hinc vervecem, aliorum iuvamine qui huius oneri compatiebantur; dumque elevaret loquebatur impositis utrisque loculo: " Suscipe, sancte ac pie pater, vervecem et mise„ ram caecamque illumina prolem[5]. „ Mira fides hominis pietatem tanti sancti orantis. Vix verba protulit et illuminationis signum in filio vidit. Vidit enim subito ab oculis erumpere sanguinem, vidit iam abesse caecitatem. Quid potissimum mirandum sit quidve ad medium orationis deducendum magis, an fides rustici an pietas, bonitas, clementia sancti, immorari aliquamdiu oportet. At fides eius primum miranda est, quae sola haud quidem exstitit, quoniam[6] in praesen-
B tiarum opus monstravit. His duobus usque efficitur[7] ut perfectum quid boni adipiscendo inveniatur. Verum pietas sancti magis admiranda habetur quam aliquid de eadem disputandum sit. Nam invisibilis illius habitudinis beatitudo, immortalitatis altitudo, de ipsa disputandum prohibet. Quapropter supersedendum est magisque invisibilis bonitas ammirando laudanda[8] quam super ea disputandum; quin humana fragilitas id quidem postulat.

XI [1]. De contracto rustici filio meritis sancti integrae sanitati reddito.

Alio in tempore alius rusticus plenus fide aeque quidem arietem eo in loco sancto posito detulit[2]; qui primum filium contractum illi supposuerat. Dum ergo elevaret arietem dumque manibus caput ipsius[3] impingeret loculo sancti, primum oravit, tum haec verba protulit: " Mi pie „ domine, dignanter munus suscipe meum[4] et, „ uti multotiens agis, mihi sanum redde filium. „ Huius orationem omnes adiuvere, simul clamantes: " Sancte Winnoce, sanum illi filium redde[5]. „ Eadem siquidem hora[6] contractus erigitur, mem-
C bra corporis nervique emortui extenduntur. Omnipotens ab omnibus laudatur, pietas virtusque sancti praedicatur, qui miseriis suae plebis condolet, qui clementer se invocantes exaudit[7].

XII [1]. Item [2] de contracto in oratorio viri Dei sanato.

Contractus etiam, quaerens stipendia, feria quarta ante Cenam Domini ad templum ipsius sancti a suis defertur, ut eleemosynas a nonnullis acciperet, unde egestatem sui, miseriam aeque[3] quidem[4] corporis amminiculando, sustentare quivisset. Verum dum implorat argentum, aliud melius utiliusque sibi suscipit donum. Nam dum diaconus coepit legere passionem, miser in templo humi stratus derepente altas voces miserosque clamores emisit[5]. Mirabantur astantes praesentes, quid huic esset, invicem sciscitando ammirabantur, cum subito contractum corpus unaque contracta membra extenduntur. Mira velocitas, quin etiam mira invisibilis potestas. Ipsa siquidem hora et quasi sub momento in pedes stetit. Miratur subitum sibi evenisse gressum, nititur, valet pergere, gaudet. Igitur et iste sanus[6], valens, laetus, carum sibi munus sumens, ad propria remeavit.

XIII [1]. De muliere contracta deque[2] meritis sancti sanata [3].

Eadem die contracta, misere sese binis scabellis solo trahens, in templo iacebat et ab introeuntibus suae vitae sustentamina petebat. Dum ergo rogaret solamen humanum, divinae dignationis[4] maius affuit auxilium. Nam dum passio perlege- E
retur iamiamque ea paene finiretur, emortui corporis membrorumque extenduntur compages, divina virtute extendentium nervorum audiuntur fragores. Aderant nonnulli caelestis virtutis intuentes signum. Laudatur Deus, praedicatur virtus Omnipotentis, cuius dignatione tam[5] praeclari confessoris apparebant merita.

XIV [1]. Item de quadam miro modo[2] contracta meritis viri Dei curata[3].

Alio in tempore, die sancti sabbati paschae, dum divinum sacramentum perageretur, contracta quaedam in templum a suis deportata orabat. Orabat arrectis luminibus, manibus versus caelum elevatis; nam cetera pars totius corporis conglobata tenebatur iamque longo tempore[4] valida infirmitate sui amiserat naturam. Nam calces natibus adhaerebant; sola lingua, tum manus, suum officium faciebant. De improviso clauda pars extenditur; pedes, tibiae coxaeque longitudinis tenorem recipiunt. Et hac sanata Deus laudatur et in sancto suo Winnoco veneratur. Diversa tempora anni testimonio adhibentur, quia in diversis temporibus virtutum signa F
patrata affirmantur. Et idcirco id quidem agimus[5] quo ratum firmiusque quod dicimus permaneat et ut ad credendum quisque fidelis accedat.

XV [1]. De matrona surda a sancto Dei curata.

Solet quivis[2] mortalis, cum minime abundat huic substantia et cogit sui valitudo seu vitium corporis, quamquam sit altus[3] sanguine, locum

[4] quidem A2. — [5] (i. p.) p. i. A2. — [6] quam A2. — [7] perficitur B2, D. — [8] laudando D.

XI. — [1] X. M. — [2] (Alio - detulit) *Loco huius sententiae legitur in* C2 (*cf. supra, Vit. II, c. XVII, var. lect. 1*): Sanctum hunc in artubus suis defunctis vivere plura adhuc documenta sunt. Quamquam compendii gratia ad finem festinet oratio. Notum habetur (*cf. c. X init.*) multis huius aeris subtilitate fruentibus deferri loculum quo continentur ossa venerabilis patris ad locum proprie quietionis gaudio leticiaque ab exultantibus populorum turbis. Dum hic (*cf. ibid. ante med.*) solito more sancti pignora portarentur, quidam rusticus arietem sancto detulit. — [3] eius A2. — [4] (m. s. m.) s. mun. meum A2. — [5] (f. r.) r. f. C2. — [6] (s. h.) h. s. A2. — [7] *Sequitur in* C2: Hec de viro sancto dicta sufficiant. Quamquam signorum ipsius materies omnem stilum exuperet miraculisque eius omnis sermo inferior sit. Explicit vita sancti Winnoci abbatis et confessoris Christi.

XII. — [1] XI. M. — [2] *om.* D, M. — [3] (s. m. ae.) suam ac A2. — [4] sui B2, C1. — [5] emittit B, C1, D. — [6] satis C1, D.

XIII. — [1] XII. M. — [2] *om.* D. — [3] (De - san.) De contracta sanata eodem die, et alia paullo post sanata M, *titulum scilicet sequentis capituli* (*cuius textum non edidit*) *cum huius titulo coniungens.* — [4] largitionis B2, C1, D. — [5] *om.* B2, C1, D, A2.

XIV. — [1] *Cf. c. XIII, var. lect. 3.* — [2] (m. m.) *om.* D. — [3] *ita* A1, sanata *cett. codd.* — [4] ligata *add.* B, C1, D. — [5] aguntur A1.

XV. — [1] XIII. M. — [2] quis M. — [3] altius B1, C1, D.

mutare

AUCTORE DROGONE

mutare, ne sibi suisque dedecori habeatur. Quaedam matronarum, adacta simili necessitudine substantiae, tum vitio sui, surda enim quam multis annis exstitit, dimisit locum, suos[4], viciniam, quaerens ubi posset actitare vitam. Casu itaque devenit ad Athelam Flandrensem comitissam. Quae postquam cognovit hanc huiusmodi, secum detinuit, benigne largita est corporis necessitatem. Et quia[5] gnara habebatur operum, mage[6] diligebatur, colebatur. Ipsa vero placere illi et omnibus manibus quaeritans, iniunctum sibi opus sollerter studioseque peragebat; quapropter haud immerito quidem multis placebat. Forte providentia Dei tandem affuit, miseram huiusmodi affectam infortunio divina bonitas adiuvit. Nam nocte natalis Domini, cum sollemniter recoleretur ipsius nativitatis altitudo, aderat pernoctans cum aliis in templo. Instabat precibus, piae mentis munus Domino offerebat: quod erat cernere, cum lacrimando devote videretur orare. Verum dum inchoaretur responsum *Te laudant Angeli,* uti[7] stabat erecta ut adoraret B crucem et deprecaretur sanctum Winnocum ut sibi subveniret, prona terram petiit. Tum paulum[8] inclinata, paulum[8] caelitus detenta, in surgendo quasi unam morulam fecit. Aestimabant circumstantes orationis causa hanc ipsam in elevando morari, donec viderunt utrasque aures stillantes sanguinem, suspiriaque alta cum planctu trahentem. Protinus auxilio eorum[9] elevatur, tum clare sese audire fatetur, ad interrogata respondet, cui paulo ante signa pro verbis innuendo fiebant. Eadem hora benedicitur Deus[10], gloriose laudatur. Verum post aliquot dies ad propria revertitur, iam sui tuta, infamiae opprobriique secura[11].

XVI[1]. De brachio ligati soluto meritis sancti, confracto ferri[2] circulo.

Ligantur pro male admissis quorundam mortalium membra ferreis circulis[3], ut sit hoc tormentum seu haec poena praesentis vitae remedium criminis, sit[4] salus animae, ut dum pro peccatis torquentur, humilitate sive sui recordatione meliorentur admissaque crimina deleantur. Quidam huiusmodi brachium ligatus ferro, iniunctamque paenitentiam ducens, iam multis annis C provincias patrias peragrabat, patrocinia sanctorum devote quaerebat, ut sibi suis[5] meritis auxilio forent, ut tandem ei Omnipotens[6] subveniret, pietate moveretur; qui iam diutino ac saevo tormento quot[7] diebus torquebatur, stringebatur ferro, angebatur animo. Tandem una dierum, iam sole ad vesperam demisso, ad monasterium Bergense venit, intravit, oravit. Fratres vespertinos hymnos solventes in choro concorditer psallebant, vota laudesque reddebant, cum idem, devote finita oratione, surrexit, utraque brachia elevavit. Denique, cum haec elevaret, ferreus circulus divinitus frangitur, in maceriam templi ictum dedit. Clamat solutus tormento, sanguinis rivuli eunt. Reddit gratias Deo, sanctoque Winnoco servitium sui offert.

XVII[1]. Item[2] de brachio Aquitani[3] aeque[4] laxato, piissimo[5] Dei confessore invocato. D

Alter aeque quidem pro commisso crimine ligatus ferro, fratricidium enim admiserat, Domini misericordiam ipsiusque sanctorum patrocinia quaerens, ad eundem locum venit. Sciscitatur nomen sancti ab aliquibus qui forte aderant. Respondetur, quia sanctus Winnocus vocaretur, et quoniam[6] magni meriti foret; compatitur siquidem miseris, languores levat, oppressos infortuniis liberat, attollit, adiuvat. Dumque ostentaret brachium, iuvamen illi implorant dicendo: „Et „tibi ferat pius sanctus auxilium.„ Horum dictis confortatus, animo compunctus templum intrat, diuque[7] et[8] intente, modo pronus, modo veniam petens, aliquando stans, orat, brachium in altum erigendo levabat, et quasi hunc cerneret viventem seu praesentem, hoc ipsum monstrabat. Interim preces fundere, suspiria cum lacrimis miser addere, cum repente ferrum crepitum dedit, longe repulsum fecit sonitum, adeo ut[9] astantibus id signi sonitus pavori haberetur. E Altera die redditurus gratias omnipotenti Deo, interrogantibus fratribus respondit se fore Aquitaniensem apprime nobilem, peccatum suum indicat, germanum suum a se enectum[10] ferro confitetur. Ad ultimum, valedicens astantibus fratribus, patriam repedavit. Sic, sic usque agas, praecluis[11] pater, sic eat prosperitatis bonum, sic nobis tuum veniat remedium. Qui ferreos circulos solvis, oramus solvas vincula criminis. Quem ad modum summa munera concedis corporibus, ita[12] tuis precibus tuisque meritis animis proveniat perpetua salus.

XVIII[1]. De abbate Sancti Amandi exaudito meritis sancti.

Antiquus hostis quos quit[2] arte nefanda ad casum trahit, ut sui similes efficiat; quos sua calliditate circumvenerit, semper quemque maioribus male admissis occupat, ut tum maxime mortalis perditum eat, quando irritaverit[3] creatorem. Scit enim tunc insolubilibus catenis suum teneri, cum creator rerum merito manum subtraxerit. Subtrahit Omnipotens auxilium, cum in servos suos quivis iniquus iniustitiam machinatur, F seu hereditatem horum invadendo, sive pravae actionis circumvenit negotio. Quidam potens hereditatem Sancti Amandi iniuste invaserat suique iuris ditioni subdiderat. Abbas ipsius loci potestati eius haud vi[4] sua quibat resistere; tamen saepenumero hunc ipsum adibat, super ea illi loquebatur, suadebat, hortabatur hunc, ne iniustitiam[5] Deo et sancto suo faceret, ut ab incepto desisteret, modo precario, modo iram Domini minitans, monebat. At ille nec mitibus dictis, nequidem duris, movebatur, sive flectebatur oratu responsove, non huius abbatis nec aliquorum ammonitione, non suasione, ne[6] hortatu quidem mitior reddebatur. Quapropter comitem Balduinum[7] idem abbas adiit, super nequam viro iniustitiam iniuriamque clamitans. Verum comes

[4] suum M. — [5] (et q.) *om.* M. — [6] magis B, D, M. — [7] ubi A2. — [8] paullulum B1, D, M. — [9] aliorum A2. — [10] et *add.* A2. — [11] *sequitur apud* M: XIV. De matrona surda curata, *sed nullus huic titulo subicitur textus, neque in codicibus alterum legitur huiusmodi miraculum. Unde iudicandus videtur Mabillonius per inconsiderantiam quandam iterum exscripsisse titulum capituli praecedentis.*

XVI. — [1] XV. M. — [2] *ita* A, ferreo B, D, M. — [3] (f. c.) c. f. B, D, M. — [4] *om.* M. — [5] (s. s.) suis sibi M. — [6] (ei O.) *ita* A, O. ei *cett. codd. et* M. — [7] tot A2.

XVII. — [1] XVI. M. — [2] *om.* A2. — [3] Aquitanici M. — [4] *om.* A2, M. — [5] piissimi A2. — [6] quam A2. — [7] -que *om.* A2. — [8] *om.* M. — [9] ab *add.* A2. — [10] nectum A2, enecatum D, M. — [11] praeclare M. — [12] et *add.* M.

XVIII. — [1] XVII. M. — [2] (q. q.) quosque M. — [3] irritavit M. — [4] in B2, C1, D, M. — [5] iustitiam M. — [6] nec A2. — [7] Baldewinum M.

AUCTORE DROGONE

A potentem militem offendere nolens, primo negotium protrahebat, tum, ut ita dicam, abbatem dulcibus verbis lactabat. Ad ultimum vero, cum is hunc[8] ipsum crebro adiret, obtunderet verbis, adeo importunum iratumque sibi reddidit ut super hoc amplius admittere auditum comes negaret; quin etiam subiratus huic palam clamque minitari. Cumque iam paene desperaret, nec ullus consilii apud se[9] locus foret, ait suis: " Melius est confidere in Domino quam in homine, melius[10] sperare in Domino quam[11] in principibus. Hic enim corda regum quo vult convertit. Adhuc unum quiddam tentabo; quo tentato quidem aggrediar comitem, et siquidem id frustra conatus fuero, vel frustratus spe omni, invitus etiam quiescam. Audivi, et legitur, et verum habetur, quia sanctus Winnocus confessor de progenie clara regum ortus sit, quin etiam vulgo fama est quod regis filius. Sive hoc sit, sive illud, seu utrumque, tentabo illius pietatem[12], adiutorio Dei confidens ac precibus eiusdem[13], adibo comitem. Attamen
B venientem Bergas operibor, ubi requiescit idem[14] pretiosissimus confessor. „ Dum praemeditatus talia firmaret, affuit qui diceret: " Si necdum[15] comes Bergas[16] venit, ventura luce veniet, et ibi quivis eum[17] quaerens reperiet. „ Quid plura? venit abbas Bergas, ubi iam acto triduo comes morabatur; noctem illam, quamquam lassus, quamvis fatigatus aetate, in oratione perpetuat. Mane autem facto terram ante sanctum
Ps. 71, 2. Winnocum petiit, *Deus iudicium tuum regi da et iustitiam tuam filio regis,* dixit, huicque versui,
Ps. 98, 4. *Honor regis iudicium diligit,* addidit[18]. " Tu autem an sis qui diceris, mihi hodie tuo iudicio apparebit. „ Ad ultimum silentio movens labia, quaesivit licentiam, et sic festinus comitis adivit curiam. Venienti[19] fores aperiuntur, antequam hic veniens *Benedicite* diceret[20]. Verum est enim
Prov. 21, 1. illud cuiusdam sapientis: *Cor regis Dominus in manu tenet, et quo vult idipsum vertit.* Iam retinentem gressum comes abbatem compellat, alodium sancto reddit, ne quis vim amplius faceret[21] auctoritate suae censurae interdicit, prohibet, tum tenere sua abbatem imperat. Verum postquam per multa verbis feruntur, comes dicti factique paenitens ad ultimum huc evasit: " Quem
C sanctorum, inquit, ad adiutorium tui priusquam huc ad me venires invocasti, cui te tuaque commisisti? „ — " Sanctum, inquit, Winnocum oravi, ut mihi amore beati Amandi, cui in caelis coniungitur, succurreret; hunc deprecatus sum, hic preces meas audivit, easque sat scio[22] ad effectum perduxit. „ — " Ita habetur, inquit ille. Nam nullomodo id esse posset, nisi is quidem divina virtute ad id facti me ipsum promovisset. Nam mihi ratum in animo fuit nusquam iureiurando flecti sententiam. „ Haec sic vera esse, ita evenisse renarravit abbas Malboldus multis astantibus. Laus tibi et[23] gloria, omnipotens Deus.

XIX[1]. De caeca nata suffragio sancti illuminata.

Die Ascensionis Domini, quo vexilla ampli triumphi intulit caelis, quidam vir pauper, dives fide, detulit filiam[2] caecam natam cum candela, quam posuit super sanctum[3] altare. Tum uterque iacuit, haud[4] quidem diu, humi stratus. Verum pater fundebat lacrimas, cum lacrimis orationem, cum subito clausi orbes aperiuntur, sanguinis rivuli per genas fluunt. Id cernens genitor, filiam manibus ab humo elevat, brachiis attollens imponit, ad stantes in choro festinat. Ibi erat Drogo Tarvanensis[5] episcopus, abbates nonnulli, inter quos aderat Adelardus[6] tunc temporis abbas Sancti Vedasti. Mirum dictu, mirum visu. Stabat patratum signum omnibus; unde laudabatur, glorificabatur omnipotens Dominus.

XX[1]. De ferreo malleo[2] dissiliente, nullo ictuum signo in loculo sancti apparente.

Quid de loculis sancti, ubi deposita sunt ossa eius, ostenderit omnipotens Deus[3], paginae inserendum est, memoriaeque stili[4] commendandum. E Loculus novus honori sancti[5], aptioris altitudinis longitudinisque quod erat videri, componebatur, verum[6] modum excedere a nonnullis dicebatur[6]. Ut primum communis in medium venit sententia ut brevior fieret, affuit artifex cum dolabro[7]. Qui dum semel ac bis feriret lignum, ictusque solita virtute daret, in eodem loculo nulla signa ictuum apparuere. At dum tertio quasi iratus dolabrum[7] fulminat, in minutas partes ferrum dissiluit[8]. Tum abiciens lignum quod manu tenebat, exclamans, dixit: " Numquid non potestis[9] videre, quia[10] quod vos conamini sancto displicet? In argumentum mei dicti factive, ictus in ligno minime quidem apparet, dolabrum[7] in partes, uti cernitis, dissiluit[8]. Cessandum est mihi ab incepto, et vos qui me adegistis, paenitemini. „ His dictis, eius[11] esse longitudinis dimittitur cuius erat, nec reincidendo brevior redditur, primum uti sententia stabat.

XXI[1]. De fratribus ante sacrum corpus divinitus in terram corruentibus.

F Postquam novus loculus fuit auro gemmisque comptus, uti decebat tam pretiosissimi ossa confessoris, dignum duxit venerabilis abbas Rumoldus, quem ad modum[2] vir prudens gnarusque consilii, inquisitum iri, quid infra vetustum lateret loculum, quid et quomodo repositum, an totum ibidem reconditum, an aliquid de corpore deesset. Eo siquidem recluso, repperit et alterum duris ferreis circulis supra infraque ligatum, clavis ferreis aeque quidem firmum, quod humana vis[3] haud facile auferre[4] posset. Quo viso, non protinus fuit ratio hunc derepente[5] recludi, verum triduano ieiunio providentiam Dei omnipotentis pietatemque sancti patroni primo deprecatum iri. Hoc itaque triduum ieiuniis et orationibus continuatur. Postea, eo transacto, abbas et aliqui fra-

[8] (is h.) h. is B. C1, ille h. D, M. — [9] (c. ap. se) ap. se c. M. — [10] est *add.* D, M. — [11] sperare *add.* A2. — [12] bonitatem M. — [13] eius M. — [14] *om.* M. — [15] (Si n.) sic: Necdum M. — [16] (c. B.) B. c. C1, D, M. — [17] (q. e.) e. q. A2. — [18] addit A2. — [19] Advenienti A2. — [20] (B. d.) benediceret M. — [21] fecerit B2, C1, D, M. — [22] *ita codd. et* M, *leg.* sat cito? — [23] *om.* M.

XIX. — [1] XVIII. M. — [2] *om.* A2. — [3] *om.* C1, D, M. — [4] et M. — [5] Tervanensis B1, Tarvennensis M. — [6] Alardus B, D, M.

XX. — [1] XIX. M. — [2] caelitus *add.* B, D, M. — [3] Dominus M. — [4] stilo M. — [5] sancto A2. — [6] (verum - dic.) *om.* A2. — [7] dolabra C1, A2. [8] dissiliit B, D, M. — [9] potuistis A2. — [10] *om.* B, A2. — [11] *om.* M.

XXI. — [1] XX. M. — [2] (q. a. m.) *om.* A2. — [3] *ita* A1, vi A2, B, C1, D, M. — [4] auferri A2, B, D, M. — [5] (non - der.) opportuna fuit derepente ratio hunc C1.

tres

AUCTORE DROGONE

tres boni testimonii assunt, quin etiam aurifex cum armamentis venit. Aptat manus, ferrum laeva tenens, dextera ferrum admissum circulo percutit, ictum ictui addidit. Cum vero tertio omni corporis vi totoque conatu ictum daret, omnes astantes letaniasque cantantes una in terram cecidere. Malleus ferreus, quem manu tenebat aurifex [6], adversus [7] septemtrionem in parietem ictum dedit, alterum vero parietem versus meridiem percussit. Morula autem una transacta, surrexere, divinae virtutis rem erga se actam cognoscentes. Hoc signum caelestis virtutis non valuit celari, quamquam hi pariter firmarunt silentio tegi. Nam quidam frater iuxta ostium contiguum altari per foramen introspiciens, ferrea instrumenta hac illacque ferientia, abbatem fratresque cadentes et iacentes vidit; quae omnia multis annis supervivens etiam cum lacrimis affirmavit.

XXII [1]. De primo sacri corporis loculo, quod honore non caruerit congruo.

Plura magisque mira his succedunt, de quibus, B alia postponentes, pauca perstringemus memoriaeque posterorum pro posse nostro commendabimus. Superius binos loculos monstravimus scripto, unum infra ligatum ferro, alterum extra comptum argento. Tertium recens comptum auro gemmisque diximus, minus capacibus [2] sententiae providentes, ut qui minus animadvertunt planum videant, ne ab his minime, ab gnaris quidem rerum [3] obscuritatis seu brevitatis materiei arguamur. Igitur id propter media materies orationis est tenenda, ne [4] sit obscura his legentibus. Postquam in novo loculo cum digno honore pretiosissima confessoris ossa fuere recondita, primus loculus in ecclesia super unum altare ponitur, nec primo honore funditus caret propter sancta ossa quae in eo multis annis condita fuere.

XXIII [1]. De persona daemone purgata [2] particula ligni sacri loculi superposita [3].

Eo in tempore accidit, ut quidam episcopus nomine Bovo [4] a Saxonia Bergas veniret, ibique multis diebus detinendo moraretur. Qui etiam multotiens querebatur, quod nequidem providentia Dei licuit interesse sanctae translationi. C Nam iam dudum et notus sibi erat locus, et memoriam sancti crebro faciens, adiutorem sui et reddendo volebat, et volendo reddebat. Ut primum licuit [5], tum autem libuit [6] parare reditum ad propria, abbatem qui tunc temporis regebat Bergense coenobium, convenit, orationibus se sancti fratrumque humiliter committens, licentiam accepit. Sed et particulas quasdam quas [7] valuit auferre secum tulit, ex quibus unam in sinum amore sancti confessoris misit, alias vero inter suas secretas res locavit [8]. " Si minime quidem, inquit, aliquid de tanto confessore „ mecum tollere merui, saltem partes hac loculi, „ quo tot annis venerata sunt ossa, erunt mihi „ pro ossibus pignera. „ Haec dicens, iter arripit [9], ad propria festinat. D Hamaburgensis est locus super Albim, validum latumque amnem, situs. Ibi [10] eius hospitium erat, illo festinus tendebat. Et iam [11] Albim navi transierat, dignumque ducebat non primum quidem diverti ad hospitium quam oraturus intraret templum. Mira res et vehementer stupenda tunc contigit. Daemoniacus ligatus loris in templo tenebatur, pro quo triduanum ieiunium concives in commune primum fecerant, ut a diaboli potestate solveretur. Sacerdotes aderant, letanias cantabant, clerus stabat orans, populus *Kyrie eleyson* decantans. Positus in exorcizata aqua, uti mos est, tenebatur. Adiurabat diabolum sacerdos, ut pervasum hominem relinqueret, cum per os daemoniaci respondit : " Nequiquam laboratis, „ frustra nitimini. Non enim propter vos exibo, „ minime quidem propter vos dimittam pervasum hominem. „ A mane usque ad [12] horam nonam adiurationibus, psalmodiis, letaniis, ut exiret laborabant. Cum [13] episcopus Bovo [14] templo [15] inerat [16], clamare daemon [17] per os obsessi hominis [18] multotiens iterando : " Win- E „ nocus, Winnocus, Winnocus me eicit. „ Intellexit veniens episcopus vocem confitentis verum; accessit, omnes allocutus est : " Locum nobis „ concedite; videbitis hunc latronem Dei sine „ mora [19] virtute exire. „ Haec dicens partem ligni quod detulerat a sinu protulit et super caput daemoniaci posuit. Cumque poneret, quid illud foret interrogavit. At ille et nomen sancti, et partem ligni, et quia de loculo ipsius esset, clara voce confessus est. Interrogavit episcopus quis ille sanctus sit, cuius virtutis habeatur. " De „ clara regum progenie, ait, remotae Britanniae „ exstitit, magnae humilitatis vir, vix aliquis „ mortalium huius fuerit similis [20]. Quapropter „ nullus nostrum, nec ipse princeps noster, illi „ resistere valet. Et nunc non horum adiuratio, „ verum huius sanctitas humilitasque me eicit „. His dictis, vi divina virtuteque caelesti victus exiit, et habitatorem quem pessimus latro tenebat reliquit. Post illa, particulae eius ligni eo in loco et circumquaque in magna veneratione habentur, et ne quidem hoc solum divina virtus, verum etiam per easdem multa alia quot diebus operatur. Evenit mihi, qui haec quoquomodo F cudo, ut in Danemarcham [21] irem, et casu per Hamaburgense oppidum redirem. Interrogavit nos praepositus eius loci, qui et unde essemus; cognovit enim propter dissonantiam linguae esse incolas alterius patriae. Respondimus nos Flandrenses fore. Sciscitatus est aeque quidem de quo loco; addidimus : " Bergensis locus dicitur, „ ubi pretiosissimus Christi confessor Winnocus „ requiescit. „ — " Ipsius amore bene venistis, ait, „ eius honore vos benigne hospitio [22] suscipiam, „ et omnia necessaria vobis impendam. „ Benigne suscepit, necessaria largitus est, et postea omnia haec ordine narravit quae superius praelibata sunt (1). Oramus [23], felix pater, qui aliis in longinquis partibus degentibus subvenis, et nobis tibi

[6] artifex B, C1, D, M. — [7] versus M.

XXII. — [1] XXI. M. — [2] *ita* A, capaces *cett. codd. et* M. — [3] (q. r.) r. q. B, C1. — [4] non *add.* A1, B, C1, D.

XXIII. — [1] XXII. M. — [2] liberata M. — [3] eius capiti imposita B, C2 (*cf. Vit. II, c. XVII, var. lect. 1*), D, M. — [4] Bavo A2, C2. — [5] libuit D, M. — [6] habuit D, M. — [7] quam C2. — [8] collocavit B, D, M. — [9] arripuit C. — [10] Illo B1. — [11] (Et i.) Etiam M. — [12] in B. — [13] autem *add.* C2. — [14] Bavo A2, *om.* C2. — [15] templum B, C1, D, M, in templum C2. — [16] intrat B1, D, M. — [17] coepit *add.* C2. — [18] coepit *add.* A2. — [19] (D. s. m.) s. m. D. C2. — [20] *om.* B, C, D, M. — [21] Donamarcham B, C, D, M. — [22] (v. b. h.) b. v. h. B, C2, b. h. v. C1. — [23] (Oramus, *etc. usque ad finem capituli*) *om.* C2.

(1) " Huc usque Drogo. Ex cuius verbis suspicatus est „ Mabillonius (saec. Benedict. III, parte I, pag. 323, nota *a*) „ episcopum illum, quem Drogo Bovonem nominat, et cui „ Hamaburgi *hospitium* erat, eundem esse qui *Umvanus*

famulantibus

A famulantibus subvenias, ut hostes animae insidiantes submoveas[24], tua ope serves, tui auxilii scuto protegens custodias.

XXIV [1]. De facta pluviae inundatione pro sacri corporis deportatione.

Siccitas, venti uredo, solis calor, omnem Flandriae terram constrinxerant; quapropter arva, his indurata, segetes hominibus, gramina animalibus negabant. Super his homines sibi providentes, consilium sive auxilium quaerentes, praesentiam sancti Winnoci petere[2], id est ut per ecclesias patriae deportaretur, si forte eiusdem meritis pluviis terrae irrigarentur. Ut primum commune consilium affuit, sancti pignera deportantur, divinum auxilium deprecatur[3]. Mira sunt oratu, et paene incredibilia, quae eo in tempore evenere. Ad demonstranda enim merita sancti et quasi cuius oratione descenderet[4] pluvia, cum terminos intrabat[5] villae, omnes circumquaque immensis imbribus eius irrigabantur terrae. Mirum quidem; nam non usquam pluvia descendebat, nisi cum praesens tanti gaudii pignus B adesset. Cerneres hos laetari agricolas de ipsius praesentia, videres illos certare et quasi vim inferre, et nonnullos ad arma concurrere velle. Nam ne quidem id miraculi in uno loco vel in duobus seu[6] in tribus evenit, verum etiam eo in tempore quocumque[7] deportabatur, de praesentia eius, tum autem de abundantia pluviae irrigantis terram, populus exsultabat, laudabat, laetabatur. Ad ultimum, quo, lector, magis[8] mirere[9], deportatus a proprio monasterio, statim vota populi clementer exaudivit, pluvias secum duxit, tunc autem revertens secum reduxit.

XXV [1]. De fratribus gravissime aegrotantibus, allato sancti corpore subito [2] convalescentibus.

Alio tempore dum deportarentur huius sancti reliquiae simili necessitudine, dumque abesset totius autumni tempore, febris Bergensis coenobii nonnullos invasit, quam mors nulli parcens subsecuta est. Unus post alium lectulo decidebat, nec mora, abstractus luci plangebatur. Nuntius mittitur, pervolat, refert omnem congregationem cito C interire, ni sancti pignera cum festinatione ad proprium locum referantur. Festinabant[3] fratres, reditum optabant, plangentes, adeo maesti super his qui obierant. Iter trium dierum uno perficitur, in domum in qua infirmi fratres iacebant sanctus deportatur. Hic vicinus morti amiserat loquelam, ille raucum sonabat gula ac pectore, nec iam supererat his ulla spes vitae. O mira velocitas sanitatis. Antequàm reportaretur, antequam de loco moveretur, qui sustentabantur[4] scapulis manibusque suorum, oculos aperiunt[5], sudore quidem quodam subtili caelitus concesso sanitatem testabantur[6]. Altero vero die lectis resident, tertio autem adeo sani efficiuntur ut nec signa infirmitatis in eis ulla monstrarentur. Adhuc siquidem[7] supersunt nonnulli qui haec videre.

XXVI [1]. De fratribus nullam post praecipitium laesionem habentibus.

Vidimus quosdam monachos laicos de fastigio templi eius[2] cecidisse, verum nil periculi vitae in casu suo passos fuisse. Nam monachus quidam, vocitatus Eilbodo[3], cum casum passus fuisset, confestim in pedes stetit. E

XXVII [1]. De latomo cadente, gratia sancti casum aeque suum ridente.

Alius similiter latomus, nomine Rodgerus[2], in die Parasceve[3] ab altitudine templi cecidit, et protinus surgens et seipsum mirando, nobis circumastantibus casum suum laetus risit. Ea ipsa hora comes Balduinus[4], per chorum transiens, territus sonitu et fragore lignorum, inquisivit quid illud esset. Dicitur quia ibi cecidit[5] vir, et nihil periculi passus est vitae. In argumentum fidei adducitur sospes qui ceciderat. „Qui haec, inquit, et huiusmodi operatur, credendus est quod vivat in caelis, et quia intercedere ac supplicare Deo queat[6] pro nostris peccatis[7]. „

XXVIII [1]. De serviente meritis sancti nulla ruinae dispendia sentiente.

Refert[2] etiam et quorundam aliorum aeque quidem casum huic inserere paginae. Cocus fratrum, nomine Squaboro, dum cum aliis operaretur, casum passus est de summo fastigio templi, F

[24] removeas B, D, M.

XXIV. — [1] XXIII. M. — [2] petiere C1, D, M. — [3] deprecantur A2; (d. a. d.) *om.* M. — [4] descenderat M. — [5] intraret M. — [6] sive M. — [7] ubicumque B, C1, D, M. — [8] (l. m.) m. l. C1, D, M. — [9] mirare M.

XXV. — [1] XXIV. M. — [2] *om.* B, C1, D, M. — [3] Festinantes B2, D, M. — [4] sustentabatur B, C1, D, M. — [5] aperuit B, D, M. — [6] testabatur B, D, M. — [7] *om.* B.

XXVI. — [1] XXV. M. — [2] huius B, D, M, *om.* C1. — [3] Filbodo A2.

XXVII. — [1] XXVI. M. — [2] Rogerus B1, D, M. — [3] Parasceves M. — [4] Baldewinus M. — [5] cecidisset A2, C1, D. — [6] (D. q.) q. D. A2. — [7] (n. p.) p. n. B, D, M.

XXVIII. — [1] XXVII. M. — [2] *Descriptis numero et titulo capituli, totum eius textum om.* M.

„ vocatur, quique ab anno 1013 usque ad 1029 *Hamaburgensem ecclesiam rexit; siquidem*, ut ait ibi Mabillonius, *nullus*, cui nomen fuit *Bovo, episcopus exstat inter Hamaburgenses antistites*. Postremum hoc recte quidem asseruit vir eruditus; verum ex eo, quod episcopo isti *Hamaburgi hospitium fuerit*, nullatenus consequens fit Hamaburgensem antistitem fuisse : sive per Drogonis verba intelligas eum Hamaburgi tantisper *hospitatum* fuisse, sive stabile *hospitium* seu, ut vulgo loqui amant, *episcopale habuisse refugium*. Nam cum Hamaburgensis urbs una e primariis Germaniae esset et ecclesia metropolitana gauderet, haud dubie nonnulli e suffraganeis episcopis *hospitium* illic habuere, in quo ipsi commorarentur, cum ecclesiarum suarum negotia eos Hamaburgum vocarent. Sed quid hisce immoror? cum ex alio capite omnino constet Bovonem episcopum, cuius Drogo meminit, etiam anno 1058 in vivis exstitisse „, quippe qui hoc anno Bergis interfuerit translationi S[tae] Lewinnae (*BHL*. 4902), „ Unwanum contra, ipsomet fatente Mabillonio, ante annum 1030 fuisse defunctum. Multos ego Germaniae scriptores antiquos pervolvi, ut ex eis Bovonis episcopi sedem eruerem, at irrito prorsus conatu. Id unum, quod huc utcumque spectat, inveni, varios a Bezelino, cognomento *Alebrando*, Hamaburgensi praesule, sub annum 1030 ordinatos fuisse episcopos, qui forent *praedicationis suae coadiutores* ac secum fungerentur *legatione sibi ad gentes credita* „ (cf. ADAMUS BREMENSIS, lib. 2 Hist. eccl. [*MG.*, Scr. t. VII, p. 332]). „ Ex quorum numero fuisse arbitror Bovonem nostrum; cui idcirco, cum de apostolica hinc inde excursione Hamaburgum reverteretur, hospitium Hamaburgi fuerit. Ceterum si quis me meliora aut certiora de Bovone docuerit, me ultro sibi consentientem habebit. „ Ita Iosephus Ghesquierus noster (*Act. SS. Belgii*, tom. VI, p. 423); cuius sententiae quid addam non video.

AUCTORE DROGONE

et post eum magna congeries lignorum cecidit. Accessimus, vidimus, et ecce arridens nobis surrexit. Mirum visum fuit omnibus nobis haec cernentibus. Hac illacque ingentia saxa cernere erat, trabes desuper cecidere, tota congeries lignorum secuta est, et nihil periculi illi fuit.

XXIX [1]. De casu illaesi fratris iterantis [2] in casu [3] nomen piissimi patris [4].

Casus [5] a casu differt et verum illud paginae tenetur. Quanto casus altior, tanto lapsus [6] gravior, ni manus Omnipotentis assit et meritum sancti intercedat. Primi [7], virtute clari, sui [8] materiam lepore scripti honestarunt eloquentiae, rem insignem mentis conceptione nobilitarunt, tantoque extra luce scientiae clariores sunt habiti quanto intra [9] eadem exstitere insigniti. At nos etsi horum scripti lepores minime quidem imitari valemus, tamen pro posse ea quae partim vidimus, partim auditu [10] vera cognovimus, mortalium memoriae stilique officio mandamus, ut posteris imitabile exemplum teneatur, fides legentis firmetur, clarescat, roboretur [5]. B

Quidam ex fratribus, monachum gerens, ne sui quidem neque utilium rerum satis sollicitus, iuvenis enim erat, eoque uti levius ferebatur, ante collationem quae completorii horam praecedit, turrim templi imperfectam, verum iam in magnam altitudinem elevatam, ascendit. Dum itaque hac illacque discurreret, pedibus labitur. Iam tum imminentis fortunae ictum timens, et suae vitae saluti desperans, nomen sancti Winnoci bis [11] terque iteravit. Quid ultra [12]? Casus casum dedit ubi lapidum et caementi quamplurima congeries erat, ut ex hoc comprobaretur indicio, minime salvari hunc alicuius eventus levamine, sed solius patris auxilio, cuius nomen dum caderet iteravit. Haud nequiquam [13] quidem videremur immorari huic loco, mirari altitudinem, discriminis casum, si non esset in promptu cernentibus mirum, aspicientibus timori. Testatus est idem frater nobis post aliquot dies sui casus, ne quidem ruinae dispendia sensisse, verum quasi levi volatu, dum in praeceps raperetur, se sustentari. Affirmabat etiam id discriminis, id casus, idque ruinae, sui incuria passum, id insolentia illius evenisse; qui C dum optimum factu fore sciret studuisse lectioni: „ Heu! exclamans inquit, postposui meam utilitatem, secutus sum quam [14] haudquaquam debui pectoris levitatem. „ Audiat istud, perpendat, timeatque tale quid sibi, huius memorans, quisquis seria postponit, inutili delectatur, ne aeque quidem cum exterioris corporis ruina dispereat Dei luce insignita anima.

XXIX. — [1] XXVIII. M. — [2] *om.* M. — [3] (i. c.) dum caderet A 2, B, C 1, D, M. — [4] invocantis *add.* C 1, M. — [5] *Hoc exordium* (Casus - roboretur) *totum om.* M. — [6] casus B, C 1, A 2. — [7] Prima B, C 1, D, A 2. — [8] *om.* A 2. — [9] *codd.* (*praeter* A 2) infra. — [10] audita C 1, D. — [11] que *add.* B, C 1, D, M. — [12] plura B 2. — [13] neutiquam A 2. — [14] quod A 2.

XXX [1]. De iuvene conducticio aeque post casum illaeso. D

Providentia Dei omnipotentis incomprehensibilis habetur, et idcirco magis ipsam mirando laudari quam inquisitum iri ab ullo mortalium ratum tenetur, ne inde dispendium patiatur humana fragilitas, unde valet acquiri mentibus virtutum sedulitas. Omnis sententia ac series orationis firmo quodam gradu nititur cum sententia sententiae continuando iungitur et oratio oratione probatur, cum [2] exordium medio, medium fini concordat. Id etiam verum quidem animadvertere valet, si quis mente idipsum concipit, etiam [3] manum ferulae subduxit. Quidam monachum gerens, ut superius dictum est [4], salutem sui tulit, adiutus ope pretiosissimi confessoris Christi Winnoci, ne [5] passus quidem vitae dispendia, non membrorum damna; et utinam post casum corporis nullam sensisset ruinam mentis. Verum unusquisque onus suum portabit.

Quidam alter conducticius, ut iniunctum opus perageret, ascendit templum. Iam trabes positae erant, his solis ornari videbatur [6] maceria, nec adhuc suo tecto tegebantur [7]. Forte media die [8] ceciderat [9] pluvia, trabes complutae [10] et inde lubricae reddebantur. Super unam trabium dum ille conductus iam iuvenis quasi cautus [11] staret, assiduitas enim aluit audaciam, subito labitur. Huius casus altior et visu et mensura habetur ruina alterius superius memorati. Exanimis factus, velut mortuus iacuit, sed haud diu quidem. Nam vires loquendi videndique resumens, primum exordium quod coepit huiusmodi [12] fuit: „ Oro ne „ miserae [13] meae matri id casus, ne id mei infortunii intimetur, ne super mea miseria magno „ dolore afficiatur. „ O natura parens rerum, o amor conectens foedera, et o utinam verus amor res mortalium conecteret, qui solus foedera rerum conectit! O utinam amicitia cultrix virtutum coleretur, uti mortales bono assuescerent, vitiorum devia postponerent, ne falso deceptionis lumine passim agitarentur tanto vitiorum errore. Verum ut ad hunc de quo dixi [14] redeam, post aliquot dies sanus et integer redditus, in eodem opere desudat; casum tantum et adhuc timet et ridet. Nam altitudo ipsa timor cernenti est, nedum ruinae passio. O mirum visu, quin etiam, ultra quam probari valeat scripto [15], mirum dictu. Quis enim sat quit probare verbis providentiam Omnipotentis? Credimus, id tantum sancti patris humilitas meruit [16], ut de alto cadens omnis alis eius protectionis sustentetur, quicumque in eo spem habens meritis illius innititur. E F

XXX. — [1] XXIX. M. — [2] tum B, C 1, D, M. — [3] et iam A 2. — [4] (d. e.) diximus M. — [5] non A 2. — [6] (o. v.) v. o. B, D, M. — [7] tegebatur M. — [8] nocte A 2. — [9] cecidit B 2. — [10] compleverat M. — [11] *ita codd.*, incautus M. — [12] huius mihi M. — [13] miser M. — [14] coepi B, C 1, D, M. — [15] scriptio A 2. — [16] (h. m.) promeruit h. C 1.

IV. VITA S. WINNOCI TERTIA

Ex codice Bruxellensi 8933-34. Cf. supra, Comm. praev., num. 11. Capitulorum seriem numeris praemissis distinximus.

Vita S. Winnoci abbatis, mirae sanctitatis viri, regis Britanniae filii.

Winnocus, filius regis Britanniae,

1. Winnocus de Britanniae finibus ex regali prosapia sumpsit nascendi exordium, filius regis Britonum exsistens, fratrum et sororum pluralitate decoratus (1). Et licet titulo regiae nobilitatis polleret, tamen ab aetate primaeva nil iuvenile sed animum senilem gerens, senex in virtutibus et morum maturitate crescens, nobilior fuit mente quam corpore; quia in mundi sublimitate positus, conversatione sancta extra mundum fuit et sub habitu saeculi semper militem Christi gessit.

duobus fratribus eius fuga elapsis ut monachi fierent,

2. Iuchaele (2) vero rege eius patre viam universae carnis ingrediente, cum regnum honorifice ac morum honestate laudabiliter rexisset, ad Iudichaelem (3) tamquam ad primogenitum regnum Britanniae est destinatum tamquam ad verum patris successorem. Sed Iudichael, primogenitus regis, magis, ut claruit, humili oboedientiae praecepto quam humanae laudis vel favoris titulo regnum Britanniae omni tranquillitate populum terramque tempore Dagoberti regis Francorum rexit virtuose et honeste. Cumque tantum onus, quia gustato spiritu desipit omnis caro, caelestis regni dulcedine accensus ferre non valens, magis eligens regi caelorum in paupertate militare quam terrestri regno caduco triumphare, Iudocum, eius fratrem secundo natum et post eum verum regni successorem, precibus pulsat et minis terret, ut regalia sceptra nullo excusationis clipeo acceptare recuset. Sed vir Dei Iudocus, mundi honores spernens vanitatesque saeculi ut stercora arbitrans, penitus non acquievit fratris imperio. Et cum fratris potentiam ac dignitatem anxie formidaret, occulte fugam iniens, trans mare in pago Morinensi, id est Tarvanensi, in loco dicto Ubalis vitam duxit eremiticam. Quo comperto et rege in mirifico prae rei novitate C stupore converso, sed fratris saluti iocunditate spirituali congaudens, Deum omnipotentem in suis miris operibus benedixit. Ipse vero rex Iudichael fratris sui Iudoci exemplo magis quam prius Dei amore fuerat iam succensus, et toto mentis intuitu aestuare coepit, quonam modo quove studio pompas regales ac saeculum deserere funditus posset. Quid plura? Sano ac salubri comperto consilio, ilico clam fugiens, Guadalensis effectus est monachus probatissimus, ibique exemplar religiositatis omnibus perfecte exsistens, sancto fine quievit in pace.

cum et ipse praefracte recusaret regnum capessere,

3. His visis pariter et auditis, turbati sunt regni proceres et dolore fracti sunt populares ultra id quam credi potest de tam incliti ac virtuosi et gratibundi regis ac eiusdem fratris Iudoci amissione dolorosa. Et prae cordis angustia, quid attentare deberent de regni provisione haesitantes, tale communi concordia iniere consilium. " Timemus enim „, aiunt, quod evenit, „ quod Winnocus, cui regnum iure acceptare „ congruit, more suorum fratrum accipere penitus „ recusabit. Sed proponamus ei sponsam speciosissimam et generosam sceptraque regia ei „ feramus ac in omnibus debitae sibi servitutis „ obsequia promittamus impendere, ut carnis „ illecebris allectus regioque honore, nostris facilius obsecundet consiliis. „ Quod cum ingenti studio egissent, mox Winnocus, Deo plenus, mundi vanitatibus vacuus tale eis fertur dedisse responsum: " Sponsam nolo, mundi regna recuso, „ et caelorum regni (4) quam mundo servire „ desidero. Frustra aerem verberatis et laborem „ ducitis penitus incassum. „ E

ab iratis optimatibus in mare proicitur, et mirabiliter servatur.

4. Cumque inviolabilem et invincibilem ad obtemperandum animum (5), unanimes in iram commoti sunt nobiles et in frenesim. Manibus eius et pedibus ligatis in navim apportarunt, proicientesque virum Dei Winnocum in profundum maris et eo sic relicto, cum navi ad propria sunt reversi. Mira Dei virtus et potentia pavore stupenda. Divisit se mare in duas partes et fit in profundo maris pratum viridi gramine obtectum et floridum, iacetque nemine sciente in profundo maris Christi verus athleta tamquam in viridario, Deum adiutorem ac Christi matrem devote invocans, ut ei in tantae necessitatis articulo misericorditer subvenire dignentur. Sed Deus, qui numquam deserit sperantes in se, statim nutu Dei venit navis per alta maris circa locum illum (6). Cumque a longe audissent vocem hominis vociferantis qui in mari erant, neminemque videntes, in admirationem magnam conversi sunt. Tandem propius accedentes virumque Dei tamquam in viridi prato inter maris undas iacentem videntes, in stuporem et iubilum mentis prae rei novitate conversi, ipsum in navi laetabundi recipientes, usque ad portum incolumem perduxerunt (7). Cumque sic F ad portum remigarent, mirum satis quod accidit. Nempe tanta copia parvorum piscium subsecuta est navim qualis nec aliquando ibidem visa est, ac si eorum consocio ducatum praebere viderentur. Qui pisciculi a multis loci illius in testimonium veritatis manibus capti, in diversis regionis partibus ad laudem viri Dei ostendebantur.

Inde in magna veneratione apud suos habitus,

5. Cum autem de reditu vere insperato tanti viri undique percrepuisset (6), iuvenes et senes, viri et mulieres obviam sancto Dei cum ingenti laetitia occurrerunt, Deum glorificantes et benedicentes, qui in eis talia mirabilia ac tanta operari dignatus est. Nobiles vero et regni proceres, tanti criminis actores simul et fautores, virum Dei incolumem iocundumque, manibus pedibusque solutum cernentes, culpam suam ingenti pudore et pavore confitentes et temerariam

(1) Cf. supra, p. 267, *Genealogia*. — (2) *Prius* Iuchale, *corr.* Iuchaele, *in margine* Iudichaele. — (3) *Prius* Iudichalem, *corr.* Iudichaelem, *in margine* Iuthaelem. — (4) *Suppl.* potius *vel* magis? — (5) *Suppl.* viderent? — (6) *Ita apogr.* — (7) Fabulam hanc, ut hucusque legitur hoc c. 4, rettulit etiam Malbrancquius, *De Morinis*, lib. X, c. 4 extr.; sed portum quo appulit illa navis non Britanniae Maioris, ut manifeste indicatur hic capitulo sequenti, sed regionis Morinorum fuisse significat. Deinde et haec addit: *In vico Warem Bergensis territorii vitrea fenestra est parocc-cialis templi quae hancce exhibet historiam, scriptam quoque a Patre nostro Rosweido in Sanctorum Belgicorum compendio.*

audaciam

VITA III

audaciam publice accusantes, veniam a viro Dei corde humili et devoto postularunt. Quos cum a terra levasset, benigne ab eo sunt suscepti et misericordiam consecuti. Omnes vero manum Domini super eum cernentes, nulli deinceps ausu temerario ipsum de regni susceptione inquietare ullatenus praesumpserunt.

cum tribus sociis ad monasterium Sithivense confugit.

6. Cumque Winnocus vir Dei de regni susceptione immolestatus permaneret, sedulo quonamvis (1) modo penitus saeculum cum omnibus suis pompis abrenuntiare desiderans ac soli polorum regi commodius militare posset mente pertractans, tribus e proceribus ac nobilioribus regni, quorum ista sunt nomina, Madocus, Indevocus (1) et Quadanocus, sciens quod Deo famulandi exemplo sui mentem conceperant, sui pectoris eis pandit arcanum. Annuunt illi sine mora, laetique effecti quod digni sint tanti viri consortio sociari. Sed cum locum ubi opus tam aptum perficere valeant haesitarent, ad orationis refugium uniformes se convertunt, Deum, qui contritos corde et desolatos exaudit, deprecantes ut eos in
B viam pacis dirigere dignetur. Tandem cum longe lateque percreperet (2) fama de quodam sancto Bertino, in pago Morinensi sive Tarvannensi, in loco dicto Sithiu, mirae sanctitatis viro abbateque monachorum ordinis sancti Benedicti, instinctu Spiritus sancti unoque animo parique ratione sanctum Bertinum invisere ardenter desiderant eique sociari. Statimque regna, aedes proprias, parentes omnemque nobilem progeniem, omnem mundi ornatum propter amorem domini nostri Iesu Christi contempserunt, et victu parvo vestituque vili contenti, valles, montes marisque pericula multa perferentes, tandem nutu divino et Spiritus sancti perflante gratia ad beatum Bertinum cum ingenti laetitia pervenerunt. Quos cum vidisset, et secretum cordis sui revelassent et propositum, cum inenarrabili gaudio et Deo gratias eximias referens, amicabiliter et gratiose suscepit; cumque tempore modico ibidem devote conversati fuissent, habitum monachalem ab abbate sancto devote suscipientes, brevi intervallo temporis in omni perfectione virtutum et in omnibus regularibus observantiis relucentes, probatissimi effecti sunt monachi (3).

A S. Bertino Bergas missus ad condendum coenobium,

7. Sanctus vero Bertinus cum hos quatuor viros in omni rigore ordinis, in paupertate extrema, in sui reputatione vilissimos, in patientia vera, oboedientia perfecta et caritate fraterna perfectissimos, sic lucere cum magna animi iocunditate cerneret, iudicabat eos fore quattuor columnas solidas et firmas ad superaedificandum domum Domini. Admonuit eos in Christi visceribus caritate paterna et rogavit, quia iussionis vocem eius tam perfectis superfluum audire sentiebat, ut a loco suae professionis secederent in locum alium ipsis ab abbate eorum deputatum. Annuunt ilico patris precibus tamquam Dei praecepto et iter arripiunt per quinque fere miliaria in loco Bergis vel potius Mons nuncupato; qui locus sive oppidum postea Mons Sancti Winnoci dictus est (4). Pervenientes autem in extrema parte oppidi illius, cellam ad cohabitandum propriis manibus construxerunt et sub disciplina ordinis Sancti Benedicti devotissime vixerunt. Cumque longe lateque tantorum virorum sanctitatis odor diffunderetur, multi devotione eorum et exemplo accensi, habitum humiliter petentes, repente auctus est monachorum numerus D valde.

mox alterum in vico Wormhoudt constituit:

8. Sed cum ibidem angustus propter numerum monachorum esset locus ad habitandum, instinctu Spiritus sancti advenit nobilis quidam et dives, Heremarus de Wormhout nomine. Hic illorum sanctitate et fama vehementer accensus, apud Wormhoudt per miliare magnum a praefato oppido Bergis distans, possessiones suas in praedicto villagio de Wormhoudt possidens, ob Christi amorem eis gratuito et laete contulit; e quibus ecclesiam et alia quae eis deservirent aedificia fabricavit, reliquas possessiones ad vitae usum necessarias assignavit. Aedificiis sic ad semiplenum ac tenuissimis possessiunculis pro tanta multitudine servorum Dei non ad extremam necessitatem perductis, fratres parcitatem donorum non curantes, cum patientia laeta illic ad cohabitandum pervenerunt. Fratribus sic congregatis, fit ibi paradisus non terrestris sed caelestis, omnium virtutum floridus. Vigilant, orant, carnem domant, scientes quod luxuriat raro non bene pasta caro; omnes se honore praevenientes, caritatem fraternam sectantes et E ceteras virtutes sub humilitatis censura coercuerunt (5).

cui, mortuis tribus sociis,

9. Sanctum vero Winnocum, licet aetate iuvenem, tamen tamquam sol (1) inter ceteros fulgentem virtutibus ipso (1) omni studio quo valuit renitentem, in abbatem tamquam tanti officii dignum unanimiter elegerunt. Cum autem in aedificii necessitate penuriam non modicam ac in victu et vestitu paterentur, maxime operibus manuum operam dantes, cellam permaximam propriis manibus fabricaverunt, mutuo illud apostoli recordantes: *Qui non laborat non manducet.* II Thess. 3, 10. Fratribus igitur sic caelibem vitam cum omni hilaritate et quiete mentis ducentibus, heu, pro dolor, divina non sine causa disponente providentia, quae omnia in bonum convertere novit, subito adest pestis, advenit mors, et moriuntur multi e fratribus. Sed quod intolerabilius est, moriuntur illi tres Britones beati Winnoci consortes et consocii, videlicet Madocus, Indenocus et Quadenocus, qui in sanctitate magna diem clauserunt extremum, terrae corpora dantes et eorum animae sceptra polorum pro mundi contemptu et ornatu feliciter captantes (6). F

praeficitur, et in eo virtute humilitatis praesertim eminet.

10. Post haec Winnocus (7), licet adhuc aetate iuvenis, tamen, ut condecet virum pastorem, omnes oviculas suas in sanctitate praeclara et virtutibus superabat et praeibat, praecipue tamen in humilitate perfectissima, non solum reputans se omni pastorali dignitate vilissimum et indignissimum, verum etiam per opera servilia exterius, quamdiu vixit, prae ceteris monachis exemplo demonstrabat. Nam si quid in pistrino vel in quibuslibet officinis aliquid fieri debuit, in quantum sibi tempus adesset opportunum, semper interesse satagebat, ut non solum ovibus suis animae pabulum, verum etiam corporis pro posse praeberet, dicens: *Qui non laborat non manducet* II Thess. 3, 10. et: *Salubrius est dare quam accipere.* Act. 20, 35.

Monachus ob offensum Winnocum divinitus punitus, eius intercessione sanatur.

11. Unum tamen gloriosissimum quod sancto Dei accidit, nullatenus est subticendum. Cumque, ut praefatum est, magno studio, ut gregem suum pasceret, operibus manuum esset intentus, Dominus eius tantam humilitatem ac vitae sanctitatem sub modio abscondi diutius non sinebat. Nam

(1) Nomina haec, in apographo diversis locis varie scripta, secundum illud hic et inferius exscripsimus. — (2) *Ita apogr.* — (3) Cf. Vit. II, cc. 1, 2. — (4) Cf. ibid., c. 2 extr. — (5) Cf. ibid., c. 3. — (6) Cf. ibid., c. 4. — (7) Cf. ibid.

cum

A cum manibus propriis, ut consueverat, solus in cella habitans, molam magno cum labore rotaret et inde farinam ad oves suas pascendas eiceret, Dominus sudorem vultus sui misericorditer respexit et laborem mitigavit. Mola enim sine manuum appositione per seipsam solius Dei adiutorio rotavit ac farinam inopinata quantitate eiecit, ipse vero orationibus Deo debitas gratias persolvit. Mirantur omnes quo fieri potuit modo, quo eventu vir Dei solus in sui secreto habitans cotidie tantam farinae copiam ex mola manuali tam parva et grano tam parvo producere poterat, scientes quod sine solius Dei iuvamine foret impossibile. Quod cum quidam irrideret et non crederet, curiosius explorare decrevit. Ascendit igitur ille sancti patris cellam et stramine extracto per foramen virum Dei orantem vidit et molam sine manibus verti perspiciens, quasi prae negotii novitate mente defecit. Eo igitur sic diutius curiose respiciente et caelica secreta praesumente, amborum lumine oculorum non solum est orbatus, verum quidem et omnium membrorum B privatus est officio. Stat mola. Mox vir Dei turbatus est vehementer, quomodo vel qua de causa mola turbatur et ultra non progreditur. Sed miser ille, caecus effectus et morbidus omnique spe vitae destitutus, ad lectum delatus, mox moriturus. Enarrat ille fratribus quae vidit et quae circa eum gesta erant, et mille lacrimas fundens peccatumque confitens et veniam a pio patre poscens, ipsius viri Dei Winnoci orationibus medicamine gratias agens sanitati pristinae est restitutus (1).

Novum monasterium Bergis conditum;

12. Cumque vir sanctus adeo monachorum numerum ultra id quam locus capere posset cerneret in Wormholt multiplicari, monasterium in honorem sancti Martini in medio oppido Bergensi, quod Mons dicitur, fabricavit (2). Ibidemque sanctum virum et bonum in abbatem fratribus conferens, pari ferventique desiderio Christi vitam caelibem perduxerunt. Si igitur vir Dei Winnocus adhuc in iuvenili aetate ac saeculi dignitate constitutus a tanta talique perfectione incepit, ut prius habitum est, quod mare corpusculo suo cederet floridumque lectulum praepararet, quantis putamus virtutibus in decrepita sui C senectute sancta profecerit quis aestimare valet? Si de cibi parcitate mentio fiat, nullus, nullus parcimonior; humilior et castior nullus, et in crebris suis infirmitatibus patientior nullus.

in quo mortuus et sepultus est Winnocus.

13. Cum autem in annis plurimis processisset et grandaevus effectus, cum Christo esse desiderans, die noctuque sui corporis solutionem deprecans, tandem a Deo exauditus, spiritum reddidit octavo idus novembris, circa annos Domini obiit 716 (3). Tumulatus et in tumba lignea collocatus est honorifice in monasterio Sancti Martini quod aedificaverat in oppido Bergensi sive Monte, quod oppidum Mons sancti Winnoci deinceps est nuncupatum. Ubi crebra fiunt miracula ad honorem domini nostri Iesu Christi.

14. Quantis igitur virtutibus et miraculis beatus Winnocus claruerit, propter incredulorum mentes magna ex parte praeterire disposuimus. Aliqua tamen et perpauca ad ipsius honorem erimus breviter referentes.

VITA III

Sepulcrum eius insigni prodigio ab incendio servatur.

Post aliquantulum vero temporis post eius obitum, culpis hominum exigentibus et Dei disponente providentia, tam ingens et vorax incendium urbem Bergensem quasi media ex parte consumpsit. Cum vero monasterium Sancti Martini ac capellam in qua corpus sanctissimum conditum fuerat ignis devorasset, et cum ignis ad beati viri tumbam ligneam appropiaret, ilico retrorsum vertitur, et ignis totus subito exstinguitur. Fitque clamor mulierum, dolor virorum, quia illud venerandum corpus ut combustum defleverunt. Sed cum ad eius tumbam accederent, cernentesque superiorem tumbam ligneam penitus integram et illaesam corpusque, versus est populorum luctus in gaudium inaestimabile nimis (4).

Frustra conantur monachi Wormholtani eius corpus Bergis transferre ad suum coenobium,

15. Venientes igitur fratres de Wormholt, corpus patris eorum ibi transferre cupientes, ubi cum ipsis pater sanctus habitare consueverat, tumbam penitus movere non poterant. Quod cernentes cives Bergenses, laeti animo fratribus de Wormholt tale dedere responsum: " Non vult „ vir Dei rura decurrere, sed nobiscum perma- „ nere. „ Et cum cives ecclesiam ac monasterium E in ipsius honorem construere vovissent (5) in extrema oppidi parte, ubi in primo sui adventu per modicum temporis habitare consueverat, omni difficultate postposita, corpus sanctum se moveri permisit (6). Qui cum ecclesiam, ut promiserant, honorifice nimis fabricassent, illud sacratissimum corpus magno cum honore, ut decuit, in medio chori est conditum. Cumque illud corpus ad ecclesiam deferretur, multi infirmi, caeci et claudi, daemoniaci ac diversis morbis vexati, omnes meritis sancti sanitatem perceperunt; et usque in hodiernum diem eius beneficia recoluntur ac praestantur ipsius meritis, ad honorem domini nostri Iesu Christi. Hanc vero ecclesiam Beati Martini combustam reaedificavit in posterum comes Flandriae, ut patebit.

et Bergenses illud ex capsa lignea in aliam pretiosiorem transponere:

16. Effluxis autem multis temporibus, abbas tunc temporis monasterii Sancti Winnoci, tumbam videns exteriorem fore ligneam, decrevit corpus sancti in feretro novo auro et gemmis pretiosis decorato reponi, et tumbam ligneam per artificem praecepit aperiri. Quod cum artifex attentasset bis, ter, tandem saepius, omnibus instrumentis ad hoc aptis, ictibusque validis ad F aperiendum feretrum ligneum percussisset, non solum frangi <non> potuit, sed nec signum laesionis in ligno apparuit. Tum artifex abbati respondit dicens quod voluntas viri Dei non esset ut in alio feretro corpus eius ponatur tempore isto. Abbas vero et fratres omnes toto cordis affectu, proni in terram cadentes, oraverunt dicentes: " O pater insignis, tua paterna pietate „ praebe te nobis, sicut te toto corde amamus, „ ut tuum corpus debito, sicut decet, honore in „ cassam (7) ex devotione praeparatam reponere „ valeamus. „ Cumque diu orassent, artifex, ut prius, nihil profecit, sed malleum fortissimum suis ictibus confregit. Abbas vero et fratres his visis a mutando cassam ligneam cessaverunt (8).

ipse sanctus revelat quo loco sepeliri velit.

17. Winnocus vero Dei confessor, infirmitatibus eorum humanis condescendens, tali ut sequitur modo fieri permisit. Revelavitque cuidam incluso sancto viro, ad orientem partem

(1) Cf. ibid., cc. 5, 6. — (2) Haec vel audacter mentitus est huius Vitae scriptor vel admodum prave intellexit Vitam secundam, in qua non dicitur (c. 2 extr.) Winnocus *Bergis* monasterium condidisse *postquam* Wormholti consedisset (cf. c. 3), sed diserte affirmatur (c. 16) coenobium Bergense primum conditum esse anno 900. — (3) Numerus hic videtur ascriptus alia manu, non tamen in rasura. — (4) Cf. ibid., c. 8. — (5) *Apogr.* vovisset. — (6) Cf. Vit. II, c. 9. — (7) *Ita corr. in marg., in textu* casam. — (8) Cf. Lib. mirac., cc. 20, 21.

VITA III

ecclesiae in inclusorio Deo servienti, quod retro magnum altare in choro partim in muro, in loco oratorii sui ubi primitus in primo suo ibidem adventu, quando cum tribus suis primis sociis ad habitandum ibi venerat, in oratorii sui loco suum corpus reponi deberet. Fit ingens laetitia et iubilus cordis de revelatione tanta abbati et fratribus omnibus. Ad rumorem autem hunc accurrunt cives Bergenses cum laetitia magna, ut cum honore debito sanctum corpus reponi deberet. Cumque corpus sanctum in tumba lignea ad locum miraculose ostensum portari deberet, solo tactu manuum omni facilitate tumba lignea se aperiri permisit et in novo sibi praeparato feretro collocari. Tumbam vero illam ligneam in superiori parte chori retro altare in miraculi testimonium pependerunt (1). In tumba vero hac lignea perpendi potest quantum in vita sanctam humilitatem semper amaverit vir Dei.

Daemoniacus apposito fragmento hierothecae S. Winnoci liberatur.

18. In hac translatione corporis aderat praesens Bovo episcopus Saxoniensis, qui cum non sine admiratione magna quod lignea tumba frangi non poterat videns, aliquid divini operis in ea latere non dubitavit. Magna vero devotione et affectu petiit et obtinuit duas particulas de tumba lignea exiguas, ut secum in patriam suam ad honorem beati Winnoci afferret. Cumque maria transisset Bovo episcopus et obsessum quendam et a daemonio nimie vexatum in civitate Hamburgis (2) super Albim cerneret nec ullis coniurationibus vel peregrinationibus curari potuisset, accessit ad eum episcopus, plenus fide, cum particulis beati Winnoci. Et cum appropinquaret, mox divinam sentiens vim particularum tumbae ligneae, spumans et fremens et clamans ait: " Loculus Winnoci Omnipotentis amici me „ vincit et eicit. „ Et cum frusta super caput obsessi episcopus poneret, ait daemon: " Frusta „ haec sunt loculi unius viri Dei de magnis in „ regno Dei, filii regis Britanniae, qui Winnocus „ est appellatus. „ Et mox exiens (3), obsessus surgit incolumis, gratias Deo et famulo eius referens. Post aliqua vero tempora cum miraculum istud Hamburgis ab omnibus sollemne haberetur, contigit quod quidam (4) cives Bergenses Hamburgis devenirent. Quod cum praepositus civitatis Hamburgensis eos audivit peregrinae esse linguae, interrogavit undenam essent (5). Et illis dicentibus quod Bergenses essent, benigne eos recipit hospitio, et sic ad notitiam omnium civium Bergensium hoc divulgatum est miraculum (6).

C

Abbas Sancti Amandi invocato S. Winnoco bona sui monasterii recuperat.

19. Miles quidam a comite Flandriae valde dilectus, eo tempore quo Hannonia Flandriae annexa erat et necdum comitatum tenebat, quaedam bona monasterii Sancti Amandi possidebat. Abbas vero comiti Flandriae saepius de milite querelam faciens, sed propter militis amicitiam semper a comite repulsam est passus. Cumque abbas deinceps omni spe bona recuperandi esset frustratus, audiens tam crebra beati Winnoci miracula, spe firma Bergas pergit, ubi comitem adventare cognovit. Abbas autem tota nocte illa omni devotione et mentis attentione ante tumbam viri Dei orans et loculum creberrime osculans, deprecabatur beati Winnoci suffragium. Quid plura? Ad comitem pergens, omnes ianuas et portas usque ad comitis praesentiam apertas invenit. Comite vero abbatem, quem nec videre poterat, aspiciente et in admirationem et stuporem converso, sine abbatis petitione quacumque reddidit sibi omnia quaecumque miles praefatus iniuste abstulerat. Abbatemque comes adiuravit per Deum vivum ut ei diceret cuius sancti suffragium invocasset. Quo audito, abbas valde admiratus et laetus effectus, respondit: " Sanctum Winnocum, quia omni alia spe destitutus, invocavi, inquit, et ipsi totum negotium „ commisi. „ Tum comes, ea quae acta sunt considerans, sanctum Winnocum in singulari deinceps devotione habuit et ad eius honorem monasterium eius multis divitiis decoravit. Sanctus etiam Winnocus apud monasterium Sancti Amandi ab omnibus est gloriose et mirifice benedictus (7). D

Corpus Winnoci metu hostium ad Bertinianum monasterium delatum et inde paulo post Bergas reportatum.

20. Cumque tempore Caroli gens Danorum totam terram vastasset, delatum est corpus beati Winnoci in Sithiu, scilicet in monasterio Sancti Bertini apud oppidum Sancti Audomari, donec pestis Danorum cessavit (8). Et tunc comes Flandriae Balduinus Calvus corpus illud venerandum de Sithiu in Monte, alias Bergis dicto, cum ingenti honore et comitiva decenti reportavit. Et castrum Bergis comes ille muris et portis firmavit decentibus, nec deinceps a Danis est superatus. Et comes castrum sive oppidum praecepit ut Mons Sancti Winnoci ab omnibus nominaretur. Et ecclesiam Sancti Martini, quam sanctus Winnocus construxerat, et per incendium combustam, ut praehabitum est, reaedificavit et dotavit (9). Haec autem translatio de Sithiu in Montem facta fuit anno Domini millesimo centesimo et tricesimo octavo (10), quartodecimo kalendas octobris, teste claustro quod ibi cernitur honesto.

Vir a nativitate caecus invocatione S. Winnoci sanatus;

21. Altera die Pentecostes corpus sancti viri Winnoci omni anno honorifice apud Wormholt villagium defertur, ubi, dum viveret, longo tempore habitare consueverat. Illud vero monasterium apud Wormholt in posterum in ecclesiam parochialem mutatum est. Vir quidam, dum sic corpus sancti ibidem deferretur, Tandradus nomine, caecus a nativitate, fide magna ad feretrum tangendum se duci praecepit. Et nocte ante feretrum obdormiens, vidit in somnis virum decorum, aetate canum, vestibus albis indutum, F sic eum alloquentem: " Dic mihi, vir miserabilis „ et iners, quid hic dormitas? „ Manu ipsius palpebras satis dure tangens recessit. Et tremefactus de visione, clamore valido exclamavit: " O mi „ Winnoce sancte „. Ad cuius clamorem fratres excitantur qui aderant, et eum pleno lumine restitutum meritis ipsius sancti invenerunt (11).

itemque mulier a nativitate caeca,

22. Mulier quaedam oppidi Furnensis, a nativitate caeca, cum omnes facultates suas frustra in medicos erogasset, ad tumbam sancti pervenit. Cumque tempore longo eius suffragium implorasset, lumen oculorum laeta recepit (12).

et altera,

23. Simili vero modo cum paupercula quaedam a nativitate <caeca> diutius sancti Dei patrocinia implorasset, cum dolore cordis ante tumbam pernoctans et obdormiens, sanguis ab oculis ipsius emanans, sanitati, gratias agens, est restituta (13).

ac tres pueri

24. Duae puellae octo annorum cum parvulo anni

(1) Cf. ibid., c. 22. — (2) *Apogr., hoc loco dumtaxat,* Halburgis. — (3) *Ita apogr.* — (4) *Apogr.* quidem. — (5) *Apogr.* esset. — (6) Cf. Lib. mirac., c. 23. — (7) Cf. Lib. mir., c. 18. — (8) Cf. Vit. II, c. 15. — (9) Cf. ibid., c. 16. — (10) Non advertit insulsus scriptor Balduinum Calvum amplius duobus saeculis ante hunc annum obiisse. — (11) Cf. Vit. II, c. 17. — (12) Cf. ibid., c. 18. — (13) Cf. Lib. mir. c. 1.

A anni unius, caeci a nativitate, ad tumbam viri Dei perducti, post emanationem sanguinis ab oculis eorum in quantitate non modica, visus beneficium integre sunt adepti (1).

atque alia mulier,

25. Paupercula quaedam, caeca a nativitate, in die Ascensionis Domini in missa, semper ex devotione et spe fixa in sanctum virum lacrimis pavimentum rigans ac loculum manu tangens, amborum oculorum lumine est restituta. Ne quis vero hoc vanum esse putet, aderant tunc praesentes in ecclesia episcopus Morinensis, id est Tarvanensis, abbas Sancti Winnoci et abbas Sancti Vedasti Atrebatensis, qui in honore viri Dei longe lateque tamquam veri testes eorum quae viderant testimonium perhibentes erant (2).

et quinque caeci.

26. Sanati sunt adhuc caeci quinque, sed non a nativitate, diversis temporibus; sed propter narrationis prolixitatem, ne lectori taedium generetur, quibus modis sunt sanati praetermitto.

Calix vitreus, qui confractus erat, prodigio reparatus.

27. Tempore quodam, cum monachus cum calice vitreo, ut solitum erat, celebrare debuisset in ecclesia Sancti Winnoci, calicem vitreum (3) fissum cerneret nec aquam tenere valeret, meritis viri Dei vas vitreum (3) consolidatur et redintegratur (4).

Lampas ex alto decidens integra servatur, ne oleo quidem effuso.

28. In quadragesimali tempore, dum monachi ad sextam cantandam chorum intrarent, lampas quae continue ante viri Dei sepulcrum lucebat, rupto fune, sonitum magnum lampas dando super pavimentum cecidit. De sono tanto monachi attoniti, lampas per se stando integra et ardens et plena oleo cernitur et ab omnibus perspicitur (5). Quod utique sine meritis sancti nullatenus fieri potuit.

Vir e summa ecclesia ruens nullam laesionem patitur;

29. Cum etiam ecclesia fabricaretur, de supereminentiori aedificio pinguis quidam, Gerardus nomine, retrorsum cecidit usque ad terram; et nihil laesionis sentiens, viro Dei gratias egit. Quod cum comes Flandriae, qui praesens erat, miraculum cerneret, in sancti Dei devotionem vehementer est accensus. Et fratribus multa conferens, tandem villagium quod Spirliacum dicitur cum omni iure quod in eo comes possederat, ad sancti Dei honorem prompta voluntate eis contulit in possessionem (6).

VITA III sicut nec alter eundem casum expertus.

30. Quidam famulus, dum ecclesia fabricaretur, de superiori trabe super tectum incaute ascendens, desuper cecidit. Et ita exanimis factus et omni membrorum officio destitutus est ut defunctus et mortuus ab omnibus iudicaretur. Qui non post multum temporis oculos aperiens, sanitati integrae est restitutus. Affirmabat enim, cum in casu sanctum Winnocum invocaret, ab eo fuerat sustentatus, et viro Dei gratias egit (7).

Pluvia invocatione sancti mirabiliter impetrata.

31. Cum quodam tempore tanta siccitas ante augustum circa circumvicinas partes oppidi Bergensis esset ut nulla foret spes de segetibus ut fructum aliquem producerent, spem plenam in virum Dei ponentes, feretrum corporis sancti circumferunt et portant, orationibus instantes, ut eis in necessitate tanta subvenire dignaretur. Mira viri Dei pietas : statim fit pluvia et deinceps, ut foret necessarium. Sic sanctus suis meritis caelum aperit, quod homines suis peccatis exigentibus clauserant. In signum miraculi huius in consuetudinem versum est ut omni anno per modicum spatium extra oppidum feretrum sancti deportetur (8).

Monachi a gravi morbo liberati.

32. Alio quodam tempore, repente cum febris levis plures e monachis vexaret, mox morbus gravis subsequitur. Cumque omnes infirmi illi morti appropinquarent et duo mortis debitum reddidissent, feretrum sancti Winnoci in infirmariam asportarunt. Mox in reliquis infirmis sanitas redit, et Deo sanctoque eius benedixerunt (9).

Viri tres de culmine ecclesiae decidentes illaesi.

33. Tres insimul de alto ecclesiae, dum aedificaretur, cadentes et famulum Dei invocantes, nihil laesionis sentientes, Deo et (10) sancto suo gratias referebant.

Miracula alia.

34. Sanati sunt adhuc meritis beati Winnoci viri Dei septem miro modo contracti diversis temporibus; quattuor a captivitate et vinculis liberati, una a surditate; sed propter prolixitatem narrationum modum curationum praetermitto, licet in exemplari habebatur. Et adhuc quinque a caecitate diversis etiam temporibus, licet non essent caeci a nativitate, sanati sunt (11) et lumen receperunt et sancto Winnoco gratias rettulerunt.

C (1) Cf. ibid., cc. 3, 4, 2. — (2) Cf. ibid., c. 19. — (3) *Apogr.* vitrium. — (4) Cf. Vit. II, c. 12 extr. — (5) Cf. ibid., c. 14. — (6) Cf. Vit. II, cc. 11, 12 et Lib. mir., c. 27. Sed omnia misere et erronee permiscet scriptor, dum Gerardum comitem, qui Spirliacam villam Wormholtensibus donavit, confundit cum Balduino comite Flandriae, qui multo post simili miraculo interfuit (Lib. mir., l. c.), et operarium qui ex summo oratorio cecidit Gerardum appellatum fuisse dicit. — (7) Cf Lib. mir., c. 28. — (8) Cf. ibid., c. 24. — (9) Cf. ibid., c. 25. — (10) *Corr. in margine* in. — (11) *Hae voces* (san. sunt) *in apographo nostro bis scriptae sunt.* F

DE

A D

DE S. AEMILIANO EPISCOPO

FAVENTIAE CULTO

TEMPORE INCERTO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

S. Aemilianus cultus antiquus.

1. *Si de S. Aemiliano ea sola proferenda essent quae nihil dubitationis haberent, brevis admodum et ieiuna nostra commentatio foret. Omissis enim iis quae probatione non egent, videlicet quod proximis temporibus eius sollemnitas celebris apud Faventinos habita est, paucissimis neque iis valde antiquis testimoniis constat illam non recens inductam, sed post hominum memoriam ab iisdem observatam esse. Iam anno 1139, in donatione facta Farulfo ecclesiae Faventinae archidiacono, inter* B *testes occurrit* Ugo presbiter Sancti Emiliani (1), *qui, viginti post annis, ann. 1159, nisi alter homonymus sit,* presbiter Ugo ecclesiae Sancti Miliani *nuncupatur* (2). *Anno 1182, in quodam instrumento archivi capitularis nominatur* regio Sancti Aemiliani (3); *anno vero 1191 Petrus Archinola bona legat ecclesiae Sanctae Mariae in Fermellino et* ecclesiae Sancti Aemiliani (4), *et anno sequenti ex alio praedicti tabularii instrumento haec habemus :* Nos quidem in Dei nomine presbyter Guido Sancti Simonis primicerius congregationis Sancti Aemiliani et presbyter Aldebrandus Sancti Aemiliani... (5). *Denique episcopi Ugolini, qui anno 1311 assumptus est, synodus dioecesana commemoranda est qua festa celebrari commendat* beatorum confessorum Aemiliani pontificis et Rentii (*immo* Terentii) levitae in civitate et burgis, ad quorum corpora veneranda in suis propriis ecclesiis residentia Dominus cotidie miranda dignatur ostendere (6). *Et haec quidem sunt quibus vetustiora de S. Aemiliano in monumentis Faventinis nulla repperi neque se nosse testatus est v. cl. Franciscus Lanzoni canonicus, rerum patriarum doctrina eruditissimus, qui etiam nonnulla de sancti patroni cultu benigne nobiscum communicavit.*

Vita auctore Petro Calo:

2. *Quattuor praecipuas S. Aemiliani Vitas seu potius eandem quater variis modis retractatam recensere iuvat. Prima est quae exstat in legendario Petri Calo, Ord. Praed. († 1348). De auctore eiusque opere hagiographico cum unus ex nostris uberius disserere in animo habeat, id unum monendum censeo plerasque Vitas sanctorum quas operose Petrus congessit ab eo non conceptas sed retractatas tantummodo vel contractas esse* (7). *Non primus igitur S. Aemiliani gesta conscripsit, sed Vitam antiquiorem, ex qua tandem aliquando effluxerunt quaecumque de sancto tradita sunt, prae manibus habuisse dicendus est. Quae cum interierit, primo loco dabimus Petri opusculum e codice Veneto S. Marci IX, 20, fol. 282v-283v, qui sextus est tomus legendarii, de quo lege D. M. Berardelli* (8). *Suas habet scribendi leges, quarum haec praecipua est quod plerumque consonantes simplices perperam geminat, e geminatis alteram tollit; scribit v. gr.* Aemillianus, vissere, millitans; turibus, sugestio, percusum, *quae, lectore semel monito, tacite emendavimus.*

Vita auctore anonymo:

3. *Vita secunda anonyma est, nusquam inventa praeter quam in notissimis illis bibliothecae Vallicellanae collectaneis saeculi XVII, codice signato H 3, fol. 230v-231. Est autem pars integri codicilli (fol. 228-234) quo continetur* Summarium Vitae beati Terentii, beati Sabini Vita, sancti Aemi- E liani Vita, beati Petri Damiani Vita, *quae suppresso auctoris nomine proferuntur nulloque addito indicio unde colligas quonam ex libro descripta sint. Valde antiquam esse, cum phrasis licet simplex, incompta tamen non sit, minime crediderim; Flaminio autem, de quo mox, qui anno circiter 1533 Vitam S. Aemiliani retractavit, paulo antiquior videtur, eamque, vel aliam iisdem plerumque verbis conceptam, a Flaminio interpolatam esse magis verisimile est quam ipsam a Vita Flaminiana, hinc inde breviata, ortam esse. Si quis illam dixerit primis saeculi XVI annis, quando Faventini, voto publice edito, cultu praecipuo quattuor patronos, quorum Vitae in uno codice coniunctas habemus, colere coeperunt, sub hac saltem forma exstitisse, non habeo unde id falsum esse demonstrem. Nihil de S. Aemiliano profert anonymus quod apud Petrum Calo non reperias. Hinc inde etiam verbis iisdem easdem res uterque exponunt, quod communis fontis vestigium merito censetur cum ab anonymo Petrum minime lectum fuisse multa suadeant.*

libellus miraculorum ;

4. *Vitae anonymae quam edituri sumus subiungimus brevem libellum miraculorum, ex eodem illo Vallicellano volumine H 3, in quo seorsum a Vita, scilicet fol. 148, leguntur inter miracula sanctorum Faventinorum Aemiliani, Sabini, Nevoloni, Terentii, Petri Damiani, beati Iacobi (fol. 148-149); ad quorum calcem haec scripta leguntur:* Haec omnia transcripta sunt tum ex libris manuscriptis, qui in bibliotheca fratrum Praedicatorum conservantur, tum ex historia rerum fratrum Servorum quae Chronicon ab ipsis appellatur. Horum autem solummodo sanctorum miracula particulatim describuntur, reliquorum vero non habentur. *In codice vero Vallicelliano H. 8[1], fol. 379, eadem manu, qua superiora, ut videtur, scripta, haec habentur :* I miracoli fatti da san Emiliano, san Terentio, san Savino, da san Pier Damiano e da san Nevolono et dagli altri, eccetto dal beato Giacomo, son descritti da una cronica latina

(1) I. B. Mittarelli, *Ad scriptores rerum italicarum cl. Muratorii accessiones historicae Faventinae* (Venetiis, 1771), p. 426. — (2) Mittarelli, t. c. p. 440. — (3) Mittarelli, t. c. p. 453. — (4) Mittarelli, t. c. p. 457 — (5) Mittarelli, t. c. p. 457. De congregatione Sancti Aemiliani pauca habet G. C. Tonduzzi, *Storia di Faenza* (Faenza, 1673), p, 17. — (6) Tonduzzi, t. c. p. 16. — (7) Interim lege *Act. SS.*, Ian. t. I, p. xx; Iul. t. I, p. *60; Aug. t. III, pp. 14, 717-18; Sept. t. VII, p. 640; t. VIII, p. 639; V. Bellemo, in *Archivio Veneto*, t. XXXVI (1888), p. 45-47. — (8) *Codicum omnium latinorum et italicorum qui manuscripti in bibliotheca SS. Ioannis et Pauli Venetiarum ... asservantur catalogus*, in Nuova Raccolta d'opuscoli scientifici, t. XXXIX (Venezia, 1784), p. 84-141. Cf. Valentinelli, *Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum*, t. V, p. 297-99.

A latina senza nome e scritta a penna e posta nella libreria de' frati di san Domenico in Faenza, dove si conserva come cosa degna di fede, e non ci e altra scrittura. *Omnia igitur, praeter miracula beati Iacobi Philippi de Faventia* (1), *qui fuerat ordinis Servorum, codex fratrum Praedicatorum suppeditavit. Librum frustra quaesivimus, nec mirum, cum anno 1797 bibliotheca tota misere disiecta sit. Aetatis igitur tam scripturae quam rerum narratarum ignoratio praestat quam temeraria divinatio. Qui hunce miraculorum manipulum cum iis conferat quibus Petrus Calo S. Aemiliani Vitam concludit, ea ex eadem Vita antiqua, quam desideramus, manare vix dubitabit.*

Vita auct. I. A. Flaminio;

5. *Notissimus inter eos qui Vitas patronorum civitatis Faventinae scripserunt procul dubio censetur iam dictus Iohannes Antonius Flaminius, Forocorneliensis (c. 1464-1536), homo litterarum fama non incelebris* (2). *Qua opportunitate quove tempore tum aliorum sanctorum tum S. Aemiliani Vitam enarrare susceperit, cum ipse tum alii dixerunt* (3). *Postquam in prologo, qui ita exorditur* B Divina providentia quae nihil unquam omisit *cet.* (4) *multa dixerat pietati consona, paucis narrat, cum anonymo, S. Aemilianum, natione Scotum, ignotae sedis in sua patria episcopum, dum Roma rediret, Faventiae in morbum incidisse, e vivis excessisse, ibidemque sepultum esse prope ecclesiam Sancti Clementis. Sequitur historia translationis sacri corporis intra muros civitatis temporibus Bernardini et Theodolindae comitum, et fasciculus miraculorum intercedente S. Aemiliano patratorum.*

6. *Quibusnam ex libris veluti fontibus sua hauserit, Flaminius indicare omisit. Paucos sibi praesto fuisse fatetur :* De quo licet non multa invenerimus quae mandare litteris possimus, illa tamen quae relaturi sumus eiusmodi sunt, ut claritatem viri et sanctitatem testari abunde possint (5). *Nihil eum invenisse praeter libellum anonymum quem edituri sumus vel alium huic valde affinem et uno alterove loco aliquantum prolixiorem; dein, exiguum miraculorum libellum cum eo, de quo dictum est, artissime cognatum, tam certum est ut nulla demonstratione egeat. Si ergo prologum excipias, quem e proprio penu desumpsit, Vitam antiquiorem descripsisse dicendus est Flaminius, quam totis verbis et vix paucis* C *in locis limatam nobis tradidit.*

Vita auct. B. Azzurini;

7. *Vitam quartam S. Aemiliani a Bernardino Azzurini, notario Faventino (1540-1620) conscriptam habemus in centone illo chronicorum et instrumentorum cui nomen* Liber Rubeus, *et qui in bibliotheca capituli Faventini asservatur. Quaecumque de auctore utilia scitu sunt et multa de libri fontibus diligenter collegit A. Messeri* (6) *ita ut brevibus esse nobis liceat, et ad Vitam ipsam, quam a canonico Lanzoni ad nostros usus e Libro Rubeo (fol. 101ᵛ-104) exscriptam edimus, lectorem amandare. Flaminium procul dubio prae manibus habuit, et iam a primis verbis Flaminium loquentem audimus. Plerumque tamen ita ab eo recedit ut aliam, Flaminio certe antiquiorem at eius fonti valde proximam Vitam retractasse dicendus sit; et licet non semper pristinam phrasim mutaverit, tamen, iure quodam haec affirmare potuit de quattuor Vitis sanctorum patronorum quas libro Rubeo inseruit :* manu propria fecit, notavit, composuit et scripsit (*col. 108 b*).

8. *Notandum est duobus in locis libri sui Azzurinium de S. Aemiliano verba fecisse, videlicet fol. 101-104, ubi Vitam praedictam promit, et fol. 59, quo sub hoc lemmate :* In historia sancti Aemiliani in chronica Faventina, *civitatis Faventinae expugnationem enarrat. Porro haec narratio nonnullis in rebus minoris momenti paulo accuratior est historia translationis S. Aemiliani qualis in Azzurrinio legitur; ad rem ipsam quod attinet, non maiorem meretur fidem. De capta a Liutprando Faventia in vigilia Paschae, cum populus sollemni catechumenorum baptismo intenderet, disserere non vacat, nec operae pretium videtur, cum eadem omnino de Grimoaldo Forum Populi invadente a Paulo Diacono memorata* (7) *in suam civitatem* E *transtulerint Faventini. Hunc igitur Azzurinii locum neglegendum, et nonnulla ex eo excerpta in notas reicere satis esse existimo. Alterum proferimus, mutata, in gratiam lectorum, ratione scribendi, quam ad communem formam reducimus.*

varii scriptores

9. *Quicumque, praeter Flaminium et Azzurinium S. Aemilianum scriptis laudarunt, nihil fere proferunt quod apud Petrum Calo non legas. Petrus de Natalibus historiam vitae et inventionis more suo contrahit* (8), *hisque verbis absolvit :* Sublato feno, locum effodi mandavit. Ubi sacrum corpus cum epitaphio, in quo praedicta continebantur, invenit, et de cadavere sancto mira fragrantia erupit. Quod inde levatum ad ecclesiam Sanctae Mariae intra moenia civitatis delatum ibique condigno honore conditum est, ubi miraculis coruscat. *Quibus rebus haec clausula a Vitis mox edendis discrepet, ilico apparet. Quae cum a Petro certo certius conficta non sint, in aliud magis integrum exemplar aliamve Vitae recensionem refundenda sunt* (9).

qui S. Aemilianum laudarunt;

10. *Quae de S. Aemiliano catalogo suo inseruit Ferrarius* (10), *ea se* ex Monumentis ecclesiae Faventinae manuscriptis et Petro in Catalogo F l. x, c. 53 *habere testatur, et ex praedictis iam nota sunt. Libros et codices manuscriptos diligentissime excussit R. M. Magnani, vir pius et eruditione clarus, licet artis criticae parum peritus, ut brevem S. Aemiliani Vitam concinnaret* (11); *Vitam excipit historia inventionis et miraculorum illorum octo de quibus iam diximus. Flaminium, Petrum Equilinum, Azzurinum, Tondutium maxime expilavit; paucissima de sancti veneratione recentiore addidit. Qui Vitam S. Aemiliani deinceps typis ediderunt, vel Magnanum secuti sunt, vel ipsum Flaminium italicum fecerunt. Ab his ergo afferendis merito abstinendum* (12).

(1) *Act. SS.*, Maii t. VI, p. 168. — (2) TIRABOSCHI, *Storia della letteratura italiana*, t. VII, 3 (Modena, 1778), p. 230-231. — (3) *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 408, n. 12; MITTARELLI, t. c. p. 798-800; FR. LANZONI, *San Pier Damiano e Faenza* (Faenza, 1898), p. 130-32. — (4) MITTARELLI, t. c., p. 816-19, Vitam integram edidit. — (5) MITTARELLI, t. c., p. 816. *Libros admodum vetustos ex archivo ecclesiae Faventinae* se habuisse testatur IBID., p. 807. Cf. LANZONI, t. c., p. 131. — (6) *Chronica breviora aliaque monumenta faventina a Bernardino Azzurinio collecta*, t. I, inter Muratorii RERUM ITALICARUM SCRIPTORES, nov. ed., c. XXVIII, p. III (Città di Castello, 1905), p. IX-CLXXII. — (7) *Historia Langobardorum*, l. V, c. 27, *MG.*, Scr. rer. langob., p. 153. — (8) *Catalogus sanctorum*, lib. X, c. 53. — (9) Quod *ex eadem insula* apostolorum limina *mare transfretato* visitaverit, planum est; attamen haec verba in nulla ex nostris recensionibus leguntur. — (10) *Catalogus sanctorum Italiae* (Mediolani, 1613), p. 695-96. — (11) R. M. MAGNANI, *Vite de' santi, beati, venerabili e servi di Dio della città di Faenza* (Faenza, 1741), p. 15-19; cf. pp. 1-4, 72-74. — (12) Nullius momenti sunt quae affert TANNER, *Bibliotheca Britannico-Hibernica* (1748), p. 10, qui a Dempstero didicit S. Aemilianum etiam libros nonnullos scripsisse.

AUCTORE H. D.

Marcellinus Valmigli;

11. *Silentio tamen premenda non est historia Faventina manuscripta, seu* Memorie storiche di Faenza, *quam ingenti labore et studio tomis quattuordecim compilavit sacerdos Marcellinus Valmigli († 1877), bibliothecae civitatis olim custos* (1). *De S. Aemiliani historia vel cultu saeculis labentibus quaecumque servata sunt sedulo congessit, vol. I, p. 62 sqq., p. 115 sqq.; vol. VII, p. 160 sqq.; vol. XI, p. 64 sqq.; vol. XII, p. 148 sqq. Cum autem solis iam allatis testimoniis nitatur, quantum ponderis habeat eius sententia de obitu S. Aemiliani regnante Agilulfo († 615) deque eius corporis occultatione saeculo VIII exeunte, facile intellegitur. De reliquiarum S. Aemiliani fatis e chronicis instrumentisque varia excerpsit, quae partim suo loco afferemus.*

quorum omnium fons unus,

12. *Ex dictis colligitur omnia et singula quae de S. Aemiliani vita, inventione et miraculis scripta sunt ex uno eodemque fonte manare, Vita scilicet a ceteris quas habemus vix diversa, cuius non tantum praecipua lineamenta perspicue apparent sed et verba plerumque immutata habemus.* B *Nunc breviter dicendum num et quatenus illa ad normam historiae concinnata videatur. Longum inter sancti mortem eiusque corporis inventionem, et, quod inde sequitur, gestorum scriptionem, aevi spatium intercessisse ex ipsius hagiographi ore colligimus. Nulla scripta antiqua prae manibus habuit, cum neque de his mentionem iniciat nec quae profert ea sint quae e documento fide digno deprompta esse existimes. Omissis enim quae tritissima sunt et cuivis pio praesuli laudando a rhetoribus parata, haec sola de Aemiliano discimus : quod natu Scotus fuit, quod episcopus, quod Romam petiit, quod Faventiae obiit. Haec omnia ad posteros ore tradita fuisse quando sancti praesulis intermissa erat veneratio et oblivione neglecta nemo non mirabitur. Sanctum Scotia seu Hibernia oriundum esse veluti locum communem habendum probabile est, cum multis exemplis probatum sit hagiographis Aemiliae et vicinarum regionum patronos suos veluti peregrinos traducere sollemne esse* (2). *Nec inepte Scotum esse Aemilianum finxerunt, cum Hibernos peregrinandi studio omni aetate claruisse constet. De S. Aemiliani episcopatu merito addubites quando* C *neque ubi sedem habuerit traditum est, et hagiographorum in more positum esse scimus ut sanctos quoslibet ignotos vel episcopos vel martyres temere asseverent. Nec magni momenti est itineris romani mentio, cum tot sanctos Romam petivisse comminiscantur qui Romam numquam adierint* (3). *Nihil ergo in Vita S. Aemiliani reperire est quod non* D *inter trita et vulgaria merito computandum existimes.*

isque fide carens.

13. *Utinam veriora sint quae de sancti corporis inventione et prima translatione narrantur. At frustra, ni fallor, persequaris quid facti narratiunculae subsit. Ut enim taceam de comite Bernardino et uxore Theodelinda* (4) *nusquam alibi vestigium reperiri, fabella ludicra de alapa homini portentose incussa, in loco ubi corpus sub feno reconditum iacebat, et altera nihil minus ridicula de bobus immotis consistentibus donec princeps sancto magnum praedium veluti dotem constitueret* (5), *totam historiam ab otioso cerebro excogitatam esse suadent. Ex his prudenter efficitur omnia quae ad Vitam S. Aemiliani et eiusdem venerationis initia attinent nos plane latere.*

De reliquiis

14. *Pauca de S. Aemiliani reliquiis et cultu quo eum prosecuti sunt Faventini addenda sunt. Eius corpus anno 1468 in monumentum novum, marmore caelato decorum, translatum fuisse constat ex chronico Antonii Ubertelli* (*apud* VALMIGLI, *vol. XI, p. 64*), *quod didicisse videtur ex ipsius* E *urnae inscriptione :* NOVA TRANSLATIONE IN HOC TUMULO SANCTI EMILIANI EPISCOPI ET CONFESSORIS OSSA QUIESCUNT 1468, 24 APRILIS. *Anno 1782 episcopus Vitalis de' Buoi sacrarum reliquiarum recognitionem instituit, easque repperit duabus in capsis ligneis panno viridi involutas cum inscriptione in lamina plumbea :* CORPUS SANCTI EMILIANI EPISCOPI (6). *Suppressa S. Aemiliani ecclesia* (7), *ab episcopo Stephano Bonsignore sacra ossa die 5 iunii 1809 in sacello privato reposita sunt, indeque, annuente summo pontifice Pio VII, rescripto dato die 21 iunii eiusdem anni, proximo 5 novembris in ecclesiam cathedralem sollemniter translata. Cernitur etiam nunc in sacello a S. Aemiliano nuncupato arca eius marmorea artificiose exsculpta, et in pariete, ad cornu dextrum altaris titulus :* SANCTI AEMILIANI PATRONI COELESTIS OSSA AEDE QVAM HONORI EIVS SAECVLO SVPRA DECIMVM QVINTO MAIORES DEDICAVERVNT ALIOS IN VSVS CONVERSA STEPHANO BONSIGNORE FAVENTINOR. EPISC. RITE TRANSTVLIT ALTARI INTVLIT NON. NOVEMBR. ANNO MDCCCVIIII (8).

ecclesiis,

15. *Ecclesiam S. Aemiliani Faventiae iam saec. XII exstitisse supra diximus* (9); *de eadem rursus* F *sermo est tum alias, ni fallor, tum certe anno 1365, in instrumento monasterii SS. Laurentii et Hippolyti* (10). *Saeculo sequente renovata est sumptibus, ut videtur, gentis Della Valle, cuius stemma in fornicibus insculptum cernitur* (11). *Alteram in*

(1) Additus est index ab Antonio Verna compilatus. G. MAZZATINTI, *Inventari dei manoscritti delle biblioteche d'Italia* (Forlì, 1896), p. 244. — (2) F. LANZONI, in *Rivista storico-critica delle scienze teologiche*, t. I (1905), p. 481-82. — (3) De his lege J. ZETTINGER, *Die Berichte der Rompilger aus dem Frankenreiche bis zum Jahre 800*, RÖMISCHE QUARTALSCHRIFT, elftes Supplementheft, Rom, 1900, 112 pp. — (4) De Bernardinis comitibus de Cunio, lege annotatum ad Petrum Calo, infra, p. 294. — (5) Simile quid narratur in *Translatione S. Mercurii Beneventum, BHL.* 5936. — (6) Huius recognitionis instrumentum periisse, verum eius mentionem haberi in *Cronaca Peroni* scripsit laudatus can. Lanzoni. — (7) Suppressa est decreto Napoleonis I anno 1805; reipsa tamen non ante annum 1809. — (8) A. STROCCHI, *Memorie istoriche del duomo di Faenza* (Faenza, 1838), p. 19-20. Haec ex Valmiglio (vol. XI, p. 64, nota) ad nos scribens, addit iam laudatus canonicus Lanzoni : " Il Valmigli racconta che quando fu abolita la „ chiesa di S. Emiliano il rettore d'allora mutilì l'avello „ vendendo la pietra che ne formava la parte anteriore, e „ però oggi rimangono solo le altre tre sopra descritte che „ si trovano nel duomo, come ho detto. Quella pietra „ venduta trovasi ora presso le suore del Corpus Domini „ di Forlì. E una lastra di marmo bianco, distinta in „ quattro medaglioni. Nel primo sono rappresentati due „ coloni e due mani che escono di mezzo alle nubi e poggiano sul capo dei medesimi (il ritrovamento del „ corpo). Nel secondo il corpo di S. Emiliano sopra un „ carro portato processionalmente alla chiesa di S. Maria. „ Nel terzo una capella e una tomba ai piedi della quale „ pregano varie persone d'ogni ceto. Nel quarto è rappresentato il miracolo che commincia *Pietro Ruffo* (infra, mir. 1). — (9) Supra, n. 1. — (10) MITTARELLI, *Annales Camaldulenses*, t. VI (Venetiis, 1761), app., p. 513. — (11) MAGNANI, *Vite de' santi, beati*, etc., p. 19. Sequentia ex visitationis ab episcopo Faventino de' Buoi, anno 1775 peractae instrumento accepimus a can. Lanzoni. " La chiesa di „ S. Emiliano sembra a tre navate per due colonne che la „ dividono. La porta della medesima è di legno... Esistono „ due altari, maggiore l'uno e laterale l'altro a mano „ sinistra nell' ingresso della chiesa ... La di lui (altar „ maggiore) mensa è di legno miniato da un bravo soggetto di Ferrara, morto. Unita all' altare trovasi scolpita in mezzo l'immagine della S. Vergine e a cornu

territorio

A *territorio Faventino ecclesiam S. Aemiliano dicatam commemorat Magnani,* in Quarada sulla collina sotto l'arcipretado della Pideura e la cura di Pergola (1).

festo et ceteris 16. *De voto quo anno 1512 Faventini S. Aemiliano simul et SS. Savino, Terentio et Petro Damiano sese obstrinxerunt, tum ab aliis* (2), *tum a nostris* (3) *non semel dictum est. Eius festum tamquam de praecepto agere non desierunt, donec ab Urbano VIII die 13 septembris 1643 numerus festorum minutus est, et ex quattuor sanctorum festivitatibus solus S. Savini dies retineri iussus* (4). *Sollemnes supplicationes cleri saecularis, regularis et confraternitatum ad ecclesias in quibus praedictorum sanctorum corpora iacebant quotannis etiam instituebantur, usque ad annum 1767, quo a Clemente XIII concessum est ut harum loco in missa recitaretur oratio* pro gratiarum actione (5); *quod etiamnum observatur die sexto novembris, qui S. Aemiliano sacer est* (6). *Auctore H. D.*

17. *Colitur hodie S. Aemilianus tamquam patronus civitatis Faventiae* minus principalis, *eiusque commemoratio sicut et aliorum trium patronorum fit in* suffragiis sanctorum (7). *Officium eius celebratur in tota dioecesi de communi confessoris pontificis, sine ulla, ne in secundo quidem nocturno, lectione propria. Utique anno 1716 lectiones de S. Aemiliano et aliorum protectorum trium concinnaverat R. M. Magnani, easque a Congregatione Rituum approbandas curaverat Em. Cardinalis Iulius Piazza, episcopus Faventinus. Verum, cum obiisset anno 1726 eminentissimus praesul, numquam in usum venerunt* (8). *Quod minime dolendum existimabunt qui superiora legerint.* *ad sancti cultum pertinentibus.*

„ evangelii l'immagine di san Luca evangelista e in cornu „ epistolae di san Girolamo e sopra vi è l'urna contenente il corpo di S. Emiliano, in cui rappresentasi la di „ lui invenzione ... „ Instrumentum servatur in tabulario episcopatus. — (1) Id., ibid. — (2) Tonduzzi, *Storia di* B *Faenza*, p. 600-601; Magnani, *op. c.*, p. 3; Lanzoni, *San Pier Damiano*, c. vii. — (3) *Act. SS.*, Febr. t. III, p. 415; Iulii t. VII, p. 155. — (4) Lanzoni, *San Pier Damiano*, p. 110. — (5) Lanzoni, t. c. pp. 111, 127. — (6) In *Libro Rubeo*, fol. 187, instrumentum ab Azzurinio allatum his incipit verbis: *Anno 1500 die 6 mensis novembris sancti Emiliani in Christi nomine. Amen.* — (7) Lanzoni, t. c., p. 147. — (8) Magnani, t. c. p. 4. E

I. VITA ET MIRACULA SANCTI AEMILIANI

Ex Legendario Petri Calo (= P). Cf. Comm. praev., num. 2.	*E codice bibliothecae Vallicellanae H 3. Cf. Comm. praev., num. 4.*
De sancto Emiliano [1].	**Sancti Emiliani Vita.**
1. Emilianus fuit de partibus Scocie; qui ab ineunte [2] etate Domino militans, quanti apud eum meriti futurus esset piis operum indiciis ostendebat. Hic igitur cum conversationis sue meritis omnium esset ore laudabilis et in conspectu Creatoris sui ab omnibus acceptabilis putaretur, et esset communi voto et universorum assensu ad [3] sacros ordines promotus, tandem, sancti Spiritus cooperante gratia, pontificatus suscepit officium; in quo per aliquot annos feliciter vivens et bonum initium meliori fine concludens sicut fidelis servus C et prudens semper ad meliora Domini sui servicia instantius anhelabat [4]. Decrevitque sanctorum apostolorum limina visere et longi gravique itineris difficultate carnem propriam macerare. Huius enim mundi labores si pro Christo fideliter tolerentur [5], carnis motus refrenant, spiritum roborant, extinguunt vicia, virtutes corroborant et pluribus modis viam salutis aperiunt. Nam cum spiritus concupiscat adversus carnem et e converso, nequaquam antiqui hostis suggestio prorsus abicitur, nisi eius impetus spiritualium virtutum operibus separetur. Constitutum igitur iter arripiens, divina favente gratia, Romam venit et apostolorum aliorumque sanctorum diu desiderata suffragia postulavit. Post modicum vero ad patriam suam et commissum sibi populum regendum, regredi [6] cupiens, laboribus plurimis et itineris difficultate digressus, Faventiam usque pervenit. Et cum ipsius labori Dominus vellet parcere et pro ante actis obsequiis sibi premium reddere exoptatum, in eadem urbe gravi est languore detentus, ubi post non multas infirmi-	1. Natus est in Scotia beatus Emilianus; qui qualis ab ineunte etate extiterit et quanta fuerit indole preditus, licet ex iis quae sequuta sunt, coniecturam facere. Deus igitur omnipotens ut aliquando esset in ecclesia sua velut clarum sydus, tantam illi gratiam contulit ut morum elegantia et venustate omnibus esset amabilis, et adeo quidem religionis cultor ut omnium iudicio atque consensu censeretur dignus qui ad sanctos ordines promoveretur et Christi minister fieret. In quo quidem ministerio brevi adeo quidem profecit, ut in episcopum cum summo consensu sua sibi F civitas elegerit. Ad eam promotus dignitatem nihil habuit antiquius quam summa vigilantia omnem curam in suum gregem intendere, ut acceptabilem Deo populum redderet verbo et exemplo saluti omnium studens. Carnem vero ipse suam ne rebellem adversus spiritum experiretur, ieiuniis, verberibus, vigiliis et orationibus assidue domabat; sed sancto illum ducente [1] Spiritu, miro cepit <teneri [2]> desiderio Romam proficiscendi, ut sacram principis apostolorum aedem et alia insuper sanctorum loca viseret et adoraret. Romam igitur profectus est; urbi tantum moratus quantum suo posset satis desiderio facere, in patriam ad suum gregem reverti determinavit. Ubi Faventiam pervenit, vel labore fractus itineris vel quia decreverat Deus tanto thesauro praeclaram illam urbem ditare, et magno protectore munire, non ultra progredi potuit. In aegritudinem enim incidit: sentiensque vitae sue finem advenisse, dixit: « Hic requies „ mea in saeculum saeculi, hic habitabo, quoniam

S. Aemilianus natione Scotus — *Romam proficiscitur;* — Ps. 131, 16.

1. — [1] Emilliano *et sic deinceps* P. — [2] eunte P. — [3] a P. — [4] annellabat P. — [5] tollerentur P. — [6] regendi P.

1. — [1] *ita Flaminius; cod.* ducere. — [2] *om. cod.; supplevi ex Flaminio.*

tatis

VITA *Faventiae moritur.* tatis suae molestias Creatori suo et sanctis apostolis se commendans feliciter migravit a seculo, et cum beatis angelis celestem sedem obtinuit. Faventini autem ipsius sanctam vitam et felicem obitum cognoscentes, tanto patri honorem debitum impendere cupientes, corpus eius cum grandi honore apud ecclesiam Sancti Clementis martyris extra eiusdem urbis muros sepelierunt (1); ubi Dominus Iesus Christus ad ipsius laudem et gloriam multa mirabilia operari dignatus est. Corpus autem eius multis temporibus incognitum fuit, nec debito honore celebratum.

Diruta a Langobardis civitate, **2.** Tempore autem quo Luitprandus Langobardorum rex cum copioso exercitu contra Romanos arma sumpsit et omnes civitates sibi resistentes aut occupare aut sibi subiugare decrevit, Faventia civitas potens erat et fortis quam Fabrius Romanorum consul in pulcro et uberrimo situ edificavit [1], eamque a suo nomine denominavit Faventiam (2) et muris et turribus circumdedit et quasi tutum refugium roboravit, bellicosis repletam civibus, qui a Romanorum prosapia ducebant originem et contra omnes homines pro
B viribus romanam defendebant libertatem. Hanc itaque predictus rex sibi omnino resistentem agnoscens, et quia ipsam vi capere non posset, diffidens, quia viribus non poterat, dolo et sagacitate inpetere contendit. Cum igitur in sabbato sancto Pasce (3) apud ecclesiam Sancte Marie foris portam sacrum [2] bapti<sma> ageretur [3] et universus populus ibi secundum consuetudinem pervenisset, prefatus rex cum preparato exercitu civitatem occupavit et quosdam per portam Flamineam, alios per portam Emiliensem intromittens armatos menia et munitiones omnes, nullo resistente, pervasit, civiumque perterritorum [4] et sine armis occursantium maximam stragem dedit victorieque confidentiam habentes hostes muros subeunt, turres civitatis domos et palacia quibus civitas pollebat funditus subruunt, ecclesias et xenodocia divina et humana promiscua habentes letanter [5] deiciunt. Hac itaque potiti victoria et civitate omnino destructa, ad alia se loca exinde contulerunt. Propter hanc civitatis ruinam deficientibus hiis qui rem cognoverant, corpus beati Emiliani diu fuit incognitum nec debite honoratum; non multo post civibus Faven-
S. Aemiliani sepulcrum diu latet;
C tinis qui ab excidio relicti fuerant ad propria redeuntibus et civitate crescente, Bernardinus illustris comes cum Theodolenda nobili uxore sua ipsam urbem regebat benigne (4). Tunc quidam cives penitus de sancto corpore ignorantes cumulum [6] feni in loco ubi corpus sacrum iacebat quasi in absoluto et licito construxerunt. Ubi dum duo sermocinarentur incertus [7] se alter eorum colaphum magnum accepisse persensit, cumque socium contumeliis argueret, et cur se tam graviter percussisset interogaret, socius respondit se nec percussisse nec [8] aliquem percussorum vidisse.

elegi eam „. Ita aegritudine [3] paulatim invalescente paucis diebus ad paratam sibi mercedem anhelans, beatam caelo animam reddidit. Ubi auditus est sancti praesulis obitus, Faventia civitas, quam Deus latere tanti viri dignitatem et merita non est passus, digno funere illum extulit et, quo decuit honore prosecuta est, et apud sancti Clementis ecclesiam, quae tunc extra muros urbis erat, sepelivit; ubi Deus illum miraculis clarescere fecit. D

2. Supervenere deinde calamitosa Langobardorum tempora, in quibus, cum dolo Luitprandus eorum rex cepisset civitatem ac cum ingenti civium strage evertisset, intermissa est ac oblivioni tradita sancti praesulis veneratio, adeo quidem, ut ubi sepultus esset, ignoraretur.

E

F

Sed post longum tempus, instaurata civitate, principatus urbis ad illustrem comitem Bernardinum et praeclaram illius uxorem devenit. Eo regente miro modo Deus sepulchri locum patefecit. Eo in loco cum duo simul viri sermocinarentur, incussum ei esse eorum alteri colaphum aiunt; quod ille indigne ferens, ratus a comite, quia neminem ibi praeter eum cernebat, incussum, contumeliis incessere illum coepit. Is autem negabat factum. Dumque altercarentur, ille qui suspectus erat, vehementiori colapho percussus est. Quare

2. — [1] hedifficavit P. — [2] sacram P. — [3] bapti P. — [4] preteritorum P. — [5] lectanter P. — [6] camulum P. — [7] *ita* P. — [8] *bis scriptum* P.

[3] *Flaminius, cod.* valetudine.

(1) Ecclesia S. Clementis, quam prope vicum Castagnetoli sitam fuisse asserit Azzurinius (Infra, p. 297), anno 1074 a Wiberto archiepiscopo Ravennate monasterio Bifurcensi tradita est. MITTARELLI, l. c. p. 405; cf. pp. 398, 655. — (2) Originem urbis Faventinae, quam Flaviam primo dictam autumat, a Flavio nobili et ditissimo Romanorum deducit Tolosanus in *Chronico*, c. I, quae dein appellata fuerit Faventia *eo quod cives omnibus et maxime Romanis favebant.* MITTARELLI, l. c., pp. 12, 195. — (3) Cf. supra, p. 291, num. 8. — (4) Comitem Faventinum Bernardinum nomine nullum fuisse diximus. Azzurinius (*Lib. Rubeus* fol. 59) nescio quo iure Bernardinum de Cunio scribit. Cunium autem castrum fuit prope Faventiam. Vide *Tolosani Chronicon*, ap. MITTARELLI, l. c., p. 51-52. Bernardini nomen non tantum inde a saec. XIII inter comites de Cunio occurrit (MITTARELLI, pp. 171, 289, 298, 320, 322), sed et inter maiores Alberici comitis de Cunio Bernardinus aliquis reperitur qui vixit ann. 1043-1089, et alter de quo anno 1190 mentio est. G. SOLIERI, *Alberigo da Barbiano* (Iesi, 1908), pp. 17, 19,

Et

A Et illis confabulantibus et de hoc quod acciderat mirantibus, alter maiorem primo colaphum accepisse conqueritur. Cum vero et ille qui primo percussus fuerat quasi ad vindictam percussisse videretur [et se id fecisse videretur [9]], et se id fecisse penitus denegaret, et neminem adesse circumquaque vidisset, stupefacti non sine causa id venisse arbitrati sunt. Prefatum igitur comitem adeuntes cuncta sibi ex ordine retulerunt. Qui magnum miraculum credens cum veneratione maxima locum adiit et fodi fecit. Ministri vero non multum fodientes invenerunt lapidem magnum et sepulcrum inferius conspexerunt. Et levato lapide invenerunt corpus sancti Emiliani mira suavitate fragrans tamquam aromatibus conditum esset. Quod audientes comes et comitissa et tanti miraculi se gratulantes auctoritate [10] superimpositum plaustro bobus explicitis, intra civitatem ad ecclesiam Sancte Marie non longe a pretorio consulis suam [9] deferre iusserunt. Cum autem boves modicum processissent, continuo divinitus exterriti fixerunt gradum et nullis hortaminibus [11] vel punctionibus ulterius procedebant. B Intelligens autem comitissa quod hec sine causa non contingerent [12], ait viro suo quia non sine dote sanctus vult ingredi basilicam constitutam [13]. Et confestim donant ei mansa [14] devotissime. Boves mediocri gradu ire coeperunt [15]. Clerus [16] [eius [9]] et populus concurrentes cum ymnis et laudibus laudes Deo obtulerunt et cum grandi honore corpus [17] sancti in prefata ecclesia in archa marmorea devote deposuerunt; ubi eius meritis virtutes plurimas Dominus operatur usque in presentem diem.

stupore ambo correpti cum percussorem nusquam cernerent, magnum aliquid portenti arbitrati, continuo ad antedictum comitem detulere, qui ratus divinum quid in eo loco latere, statim misit, qui terram foderent, ac saxum ingens inventum est, quo sublato suavis odor omnia vincens aromata exalavit. Quod ubi nunciatum est, catervatim ad spectaculum egressa est civitas, ut sacrum corpus in urbem transferret. Igitur, summa cum reverentia plaustro impositum et in urbem convectum est. Sed ubi ecclesiae sanctae Mariae(1) ad quam vehebatur, propinquaverunt, boves velut exterriti, ut ultra progrederentur nullis impelli stimulis potuerunt. Tunc comitis uxor Theodolinda divinitus admonita, quae religiosa erat et timens Deum ad virum suum conversa dixit: „Non vult sanctus iste templum hoc sine dote ingredi;„ Extemplo igitur dotem illi magnum praedium constituerunt, et statim boves progredi coepere. Et introductum in templum hymnis et canticis, sepulchro est illatum marmoreo, ubi Deus multis miraculis denuo sanctum suum illustrem fecit. E

Vita tandem miro modo reperitur; sancti reliquiae transferuntur.

<**Miracula**>

Iacintus Ruffus Faventinus, qui ecclesiam dicti sancti frequentius visitabat, ad sanctum Iacobum ex devocione perrexit, sicut devoverat. Et ipso transeunte cum sociis et cum nautis fluvium quendam, omnes fuerunt in mortis periculo, naufragii scilicet, sed invocato per ipsum p... [1] beato Emiliano omnes liberati sunt. Et audito de sancto ubi quiesceret, auditis et de ipso diversis miraculis, gratias Deo reddiderunt et sancto suo reverentiam promiserunt.

C Quedam mulier Faventina paupercula totum corpus ex infirmitate perdiderat, preter manus et linguam. Que semel ante hostium suum iacens in lectulo et videns multitudinem populi euntis ad sanctum Emilianum et redeuntis, exclamabat [2] dicens: „O beate Emiliane tot miracula in Christi „nomine operaris cur ad visitandum tuum corpus „non me venire permittis?„ Que sic orans statim liberata est et in die crastina cum vicinis suis et oblatione sua ad sanctum Emilianum perrexit et ei pro sua liberatione gratias egit.

Miracula beati Emiliani post mortem [1].

[2.] Vir quidam Faventinus, nomine Petrus Ruffus, erat sancti Emiliani devotissimus. Evenit ut ipsi eunti versus Galitiam ad sanctum Iacobum Christi apostolum, fluvius occurrerit sic aquis et fluctibus auctus, ut ipsi navigio perutenti [2] nec redeundi nec transeundi spes ulla aut facultas relicta esset. In quo periculo oratione et lacrimis ad sanctum Emilianum conversus, incolumis cum sociis et navigio ad alteram ripam fluminis perductus est.

[7.] Quaedam femina pauper eiusdem civitatis, sic ab infirmitate detinebatur, ut nihil movere posset praeter manus et linguam, quadam die, cum in cubiculo suo permaneret, quod extra ianuam in via posuerat, ut a populo, cui illuc iter erat, eunti ad ecclesiam sancti Emiliani elemosinam postularet, videns civitatis frequentiam, exclamavit dicens: „Beate Emiliane, qui per vir„tutem Christi tot quotidie miracula operaris, cur „ad beatum tuum corpus non me quoque venire „permittis?„ Mira res et ad laudem Dei semper recitanda, illico surrexit, nervis ac ossibus ad consuetam compaginem redeuntibus, et suis pedibus ambulare coepit, et recta, cunctis videntibus, ad ecclesiam sancti perrexit, et auctori suae salutis gratias agens, dona, quae potuit, obtulit humiliter.

Aemilianus peregrinum prodigio fluvium traicit; pauperculam membris captam recreat;

[9] *ita* P. — [10] auctoritate P. — [11] ostaminibus P. — [12] contingeret P. — [13] *ita* P, *melius forsan* constituta. — [14] manse P. — [15] cooperunt P. — [16] celerus P. — [17] cor P.

[1] *vox in ectypo photographico incerta.* — [2] exclamabant P.

[1] *alio ordine, qui numeris appositis notatur, miracula in codice leguntur.* — [2] *vox incerta.*

(1) De ecclesiis S. Mariae infra, p. 297, not. 3.

Quedam

Miracula a muliere, Quedam mulier de ultra montes, Ossma nomine, demoniaca per decem annos cum viro suo per diversa terrarum spacia sanctorum patrocinia diversorum requisierant. Ultimo audientes famam beati Emiliani vix tandem ad sanctum Emilianum venerunt et illa est plene liberata. Ex quo miraculo populi gratias Deo egerunt ac[1] sanctum Emilianum multipliciter extulerunt.

a nobili viro, Vir nobilis[2] de castro Soraloli[3] demoniacus erat et ad corpus sancti Emiliani veniens plene liberatus est. Et quandam possessionem pro dote et beneficio donavit.

ab ancilla, Nobiles quidam de Faventia famulam habebant demoniacam et nolentes talem habere, eam sancto Emiliano dederunt. Qui nolens famulam suam demoniacam esse, liberavit eam.

a tribus aliis Mulier de Castro Soraloli[3] demoniaca cum votis et lacrimis ad beatum Emilianum venit et
B
post diem septimum plene liberata est (1).

mulieribus Mulier de plebe que dicitur Chatena (2) plena demoniis, auditis miraculis beati Emiliani, concito gradu ad eius corpus se contulit. A quo cum fletibus numquam se recessuram dixit, nisi[4] prius eam liberaret. Cuius preces beatus Emilianus exaudiens eam post XX dies liberavit.

daemonem expellit. Quidam Faventinus puellam desponsaverat in uxorem; quam plurimum vexari prospiciens, aliam credens in ea[5] infirmitatem, hortatu tamen vicinarum ad sanctum Emilianum eam duxit; et malignus spiritus se ibi manifestans et clamans ac[6] sanctum Emilianum blasphemans eam reliquit meritis liberatam.

[1] ad P. — [2] nobis P. — [3] *immo* Solaroli. — [4] nixi P. — [5] eam P. — [6] ad P.

(1) *Tolosani Chronicon*, cc. XXXVII, CL, ap. MITTARELLI, l. c., pp. 40, 140. — (2) Plebs S. Stephani in Catena etiam hodie exstat.
C

D
[1.] Mulier quaedam ultramontana, Officia nomine, quae per decennium fuerat a daemone variis molestiis afflicta, cum multa terrarum spatia cum viro suo peragrasset, quaerens suae sanitatis remedium, nec ullo in loco aliquid iuvamenti suscepisset, miraculorum beati Emiliani fama crebescente, venit tandem ad eius venerabile corpus, et ibi a daemone liberata fuit.

[3.] Vir quidam erat nobilis ex Castro Solaroli (1), quod non longe distat a civitate Faventiae, qui maligno spiritu correptus erat. Ductus est ad ecclesiam et ad corpus eiusdem sancti; cumque ibi per triduum moratus esset, multis qui aderant videntibus, liberatus est. Quo beneficio suscepto, ne ingratus videretur, aliquot iugera terrae ecclesiae ipsius dono dedit, et laetus ad propriam remeavit domum.

[4.] Mulier quaedam, Maria nomine, de eodem castro Solaroli daemoniaca vexatione et ipsa agitata, cum ad sancti ecclesiam accessisset, post
E
septimum diem liberata recessit.

[5.] Alia mulier de plebe quae vocatur Catena plena erat daemoniis. Haec, audita fama miraculorum beati Emiliani, ad ipsius corpus perducta est, et ibi, post vigesimum diem ab invasione omnium illorum daemonum libera facta est.

[6.] Vir quidam Faventinus puellam duxerat uxorem. Hanc ut habuit domi suae, prospexit vexari variis accidentibus. Quid autem hoc esset, causam ipsorum ignorabat. Monitu vicinorum eam ad corpus sancti Emiliani perduxit. Ibi manifestavit se malignus spiritus et firmiter cognitum est accidentia illa a daemone, qui prius latebat, proficisci. At vir eam beato Emiliano precibus et lacrimis commendans, domum reduxit incolumem.
F

II. VITA S. AEMILIANI

ex Libro Rubeo Bernardini Azzurini. Cf. Comm. praev., n. 7.

Vita beati Emiliani episcopi protectoris Faventiae Scociensis.

Prologus. 1. Licet non multa invenerim quae de beato Aemiliano civitatis nostrae Faventiae, quae singularis fuit domini nostri Iesu Christi benignitas, protectore, scribere possim, attamen illa quae sum narraturus aperte declarabunt qualis ac quanta fuerit huius sanctissimi episcopi sanctitas et magnitudo.

Sancti patria, 2. Beatus Emilianus in Scotia natus est, qui in adolescentia et iuventute sua vitae et morum integritatem tantam demonstravit ut Deo optimo gratus fieret, ac ministerio sacerdotali decoraretur. Ad quod ministerium promotus, tam sancte et pie se gessit ut in episcopum summo consensu a civitate sua fuerit suffectus, in quo gravi et arduo munere verum se pastorem ac patrem praebuit. Sanctum Christi ministrum, ducente Spiritu sancto, mirum desiderium invasit visitandi limina apostolorum, et alia insuper sanctorum loca et reliquias adorandi. Romam ergo ivit, *iter romanum,* ubi tam diu stetit quam posset hoc suum desiderium exequi. At in patria rediens ubi pervenit Faventiam, in morbum incidit; quem morbum cognoscens sanctissimus praesul esse ad mortem et ad finem vitae suae devenisse, dixit: " Haec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quoniam elegi eam „; *Ps. 131, 16.* atque morbo sensim crudescente, paucis post diebus, Iesu Christo domino *et mors.* nostro animam reddidit. Cum audiverunt Faventini obitum peregrini antistitis, magnificentissime illum

A illum sepelierunt, prout decebat pastoralem dignitatem, prope ecclesiam sancti Clementis (1) ubi dominus noster Iesus Christus miraculis illum clarum sicut usque in hodiernum diem effecit.

Capta Faventia, **3.** Fuit autem translatum in urbem Faventiam sacrum illius corpus hoc modo. Supradicta ecclesia Sancti Clementis illo tempore erat extra muros civitatis praedictae in burgo Castagnetoli nuncupato, et saeviebat Longobardorum crudelitas, qui fere totam Italiam devastarunt, quorum rex (Eliprandus nomen suum erat) ducens secum exercitum magnum Faventiam civitatem munitam, opulentam et bellicosam capere conatus est, et quod viribus non poterat, per dolum facere deliberavit. Cum igitur sabbato sancto resurrectionis domini nostri Iesu Christi (2) in ecclesia beatae Mariae, quae tunc erat extra civitatem (3), universus populus Faventinus secundum consuetudinem ad sancti baptismatis aquae consecrationem venisset ac intentus esset, ecce hostis Eliprandus, duabus portis dictae civitatis captis, Flaminia scilicet et Emiliense, intromisit milites, B qui urbem, non parcendo ecclesiis, monasteriis et conventibus sacris, diripuerunt et everterunt cum magna strage Faventinorum occurrentium sine *reliquiae latent;* armis. Post discessum crudelium et sacrilegorum hostium, qui pauci cives superfuere, urbem restaurare ceperunt, et durantibus calamitatibus praedictorum Langobardorum, beati pontificis Emiliani corpus sine digna celebritate remansit occultum et incognitum. Post multos annos reaedificata civitate Faventina et repleta habitatoribus, dominationem eiusdem urbis habuerunt comes Bernardinus et lectissima ac devotissima uxor eius Theodolinda, quibus administrantibus, voluit dominus noster Iesus Christus ut intermissus honor praesulis sui resurgeret et ipsius sanctum corpus sub feno, ut arbitror ego, ibi nato, non autem, quemadmodum ab aliquibus fertur, secato ac reposito, latens inveniretur. Super locum ipsum, sub quo requiescebant sacra Emiliani ossa, quidam duo milites loquebantur ad invicem, quorum alter colapho percussus est. Hic ratus colaphum iniectum a socio, illum increpare et contumeliis afficere coepit; in quibus contumeliis ecce socius increpatus acerbiori colapho invaditur. Quocirca obstupuerunt et horrore detenti C sunt milites praedicti atque circumspicere coeperunt, neque percussorem neque alium videre potuerunt, ex quo aliquid magni a colaphis acceptis portendi ac significari, ut revera erat, existimaverunt. Tale prodigium subito ad supradictum comitem Bernardinum detulerunt; qui cogitavit aliquam rem divinam in illo loco abscondi. Illico misit homines, qui foderunt illam partem terrae, quam demonstraverunt milites colaphizati. Ubi terram foderunt ingens saxum invenerunt, quo levato odor odorum suavissimus erupit; quod statim dicto comiti Bernardino renunciatum fuit. Et cum res per urbem vulgata esset, ad locum illum universa civitas egressa volavit, ut sacratissimum corpus intra civitatem ducerent, totusque affuit clerus. Super plaustrum maxima cum reverentia positum, in civitatem convectum est; quod, ut fuit prope antiquissimam ecclesiam Sanctae Mariae nuncupatam, quae tum cathedralis Faventina erat, sive in loco vulgo dicto *il trebo de fichi* (4) quae non longe a praetorio consulis posita erat, ad quam vehebatur, boves exterriti, etiamsi stimulis impellerentur, ultra progredi non poterant. Tum supradicta mulier Theodolinda, divinitus admonita, videns hoc, ita dicto comiti, marito suo, dixit: „Comes mi, sanctus „ iste templum hoc sine dote non vult ingredi. „ Annuit comes Bernardinus tam pio consilio; pro dote magnum praedium donaverunt, unde boves progredi coeperunt atque in ecclesiam illam cum hymnis, canticis, orationibus et precibus introductum, in sepulchro marmoreo conditum fuit, anno 1468 vigesima quarta aprilis, prout videri potest in dicto sepulchro ab omnibus.

[Margin: VITA; *sub comite Bernardino*; *inveniuntur.*; E]

Miracula. **4.** Ex quo sacro corpore maxima miracula eaque multa facta fuerunt, quorum aliqua in honorem et gloriam tanti sancti et civitatis nostrae splendorem enarrabo (5).... Non desunt infinita alia miracula maxima, quae non refero, etenim relata superius ostendunt quantus apud Deum sit iste confessor, et quanto patrono et protectore sit custodita Faventina nostra civitas, quae illum semper in suis necessitatibus et calamitatibus propitium habuit, ac propterea publico voto illum solemniter colere et venerari voluit (6), quemadmodum semper faciet, in saecula saeculorum. Amen. F

(1) Supra, p. 294, n. 1. — (2) Supra, p. 291, n. 8. — (3) Melius alio in loco sui libri (fol. 59) Azzurinius de duabus ecclesiis S. Mariae altera *foris portam altera intra civitatem quae non longe a praetorio consulis sita erat.* — (4) Videlicet *il trivio de' fichi* lingua hodierna. — (5) Miracula, eadem prorsus quae habet Flaminius ap. MITTARELLI, t. c. p. 818-19, mutato paululum stilo ab Azzurinio narrata, omittimus. — (6) Supra, p. 293, n. 16.

DE

DE SANCTO DEMETRIANO

EPISCOPO CHYTRAEO IN CYPRO

AN. 910-915

COMMENTARIUS PRAEVIUS

H. D.

Chytri sedes episcopalis.

1. *Chytri seu* Χύτροι *vel etiam* Κύθροι *urbs antiqua est insulae Cypri, haud longe a locis quae nunc Kythraea et Palaekythro nuncupantur sita* (1). *Sedes episcopalis fuit, cuius historia valde obscura. Tres enim Chytrenses antistites tantum noverat Le Quien* (2) : *Pappum, Photinum* (*451*), *Spyridonem* (*787*), *quibus incertum addebat Germanum.* Δημητριανοῦ, Πάππου, Ἀθανασίου, Εὐσταθίου, Νικήτα ἐπισκόπου Κυθηρέων *meminit Leontius Macheras, in Chronico* (3), *ubi legendum est* B ἐπισκόπων Κυθηρέων. *Habemus enim ex Vita mox edenda praeter Demetrianum, qui hodie colitur, Athanasium cognato suo Pappo in cathedra Chytrensi successisse, Demetrianum vero Eustathio. Et his absolvitur series episcoporum Chytrensium quorum nomina ad nos usque pervenerunt.*

S. Demetriani cultus in Cypro.

2. *S. Demetriani memoriam in uno nacti sumus synaxario, in codice videlicet Mediceo-Laurentiano San Marco 787, sed margini ascriptam ad diem 6 novembris manu recenti :* καὶ μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Διμιτριανοῦ τοῦ θαυματουργοῦ ἐπισκόπου Κυθερίας (4). *Sancti cuiusdam Demetriani miracula memorare videtur Leontius Machaeras, ex cuius obscura et paene barbara phrasi minime apparet quis ille sit, nosterne an homonymus quispiam :* Εἰς τὴν Κορφίνουν (*al.* Κοφήνου, *videlicet in loco quodam insulae Cypri*) ὁ ἅγιος Ἡράκλειος ἐπίσκοπος, ὁ ἅγιος Λαυρέντιος, ὁ ἅγιος Ἐλπίδιος, ὁ ἅγιος Χριστόφορος, ὁ ἅγιος Ὀρέστης καὶ ὁ ἅγιος Δημητριανός, ὁποῦ πολομοῦν ἄπειρα θαύματα (5). *Edita est anno 1779 cum aliorum sanctorum Cypriorum tum* τοῦ ἁγίου Δημητριανοῦ Κυθήρης ἀκολουθία, *in qua legitur eius officium cum solita Vita breviore, quae* C *ex longiore, mox proferenda, contracta est* (6). *Non eo solum in loco ubi sepultus iacet eiusque ex corpore balsamum fluit et morbi curantur* (*Vita, c.* 15) *S. Demetrianus colitur; quattuor enim sunt in Cypro vici qui ab ipso nomen sortiti* Ἅγιος Δημητριανός *dicuntur* (7), *ideo, ut patet, quia ecclesiae vel sacella sancto dicata his in locis exstabant. Haec fere sunt quae de veneratione sancto episcopo exhibita colligi potuere.*

Eius Vita, lectu digna.

3. *Quaecumque de eius historia tradita sunt unus nobis testis narravit qui eius Vitam ab H. Grégoire nuper editam conscripsit* (8). *Cyprius procul dubio ille fuit et, ut videtur, Chytrensi clero ascriptus, nisi monachus fuerit in coenobio Sancti Antonii, ubi Demetrianus aliquot annos degit. Vitam et miracula S. Demetriani scribere aggressus est, ut ipse loquitur,* προτραπεὶς παρ' ὑμῶν, ἱερώτατοι, *a sacerdotibus videlicet. Rerum narratarum spectatorem se neutiquam prodit, neque a quibus illas acceperit aperiendum censuit. Non tamen ex illis est qui e laciniis undique conquisitis sanctorum virorum laudationes consarcinant et admirabilia magis quam vera proferre nituntur; fabulatoribus enim satis esse non solet tam tenuia et fere vulgaria de sanctis collegisse. Qui Demetriani gesta legerit, praeter communia illa quae vel rhetoricorum artes sapiunt vel mere hortatoria sunt et maxima verborum copia exponuntur,* E *minime conficta sed a sancti popularibus sincere tradita existimabit. Porro, his paucis quae sequuntur, omni dempta redundantia, tota S. Demetriani historia concluditur.*

Sancti natales,

4. *Postquam in prolixissimo prologo communes quosdam de rebus sacris locos evolvit, incipit auctor, pro more, de patria et parentibus Demetriani dicere. Cyprius erat, e vico ab urbe Chytrensi parum dissito, cui nomen* Συκαῖς, *oriundus. Patrem habuit ipsum loci presbyterum, et matrem piissimam marito prorsus dignam. Natus est regnante Theophilo impiissimo* (*829-841*). *Cum quintum decimum annum attigisset, a parentibus matrimonio destinatur et mox, ipsis morem gerens, pulcherrimam puellam ducit.*

iuventus,

Tribus autem elapsis mensibus, Demetriani coniux virgo moritur, ipseque suam virginitatem Deo consecrat. Hinc rebus omnibus et ipsis parentibus valedicens, montem paene inaccessum petit, ubi monasterium Sancti Antonii in locis inviis situm erat, ibique omnibus vitae asceticae laboribus incumbit, donec monachorum hortatu ipsis adiungitur et sacra veste donatur.

vita monastica;

Hic multis describit biographus quantum Demetrianus in vigiliis, ieiuniis, orationibus et omni genere virtutum profecerit, ita ut hinc inde etiam a sociorum contubernio secedere coactus sit, et in secretioribus montis latebris Deo soli vacare. Morbos curandi, daemones fugandi potestate gaudebat, et hunc in infirmis iuvandis ordinem servabat ut animae prius quam corpori mederetur.

oeconomus Chytrensis,

5. *Fama autem eius audita, episcopus Chytraeus Eustathius sancto viro reluctanti tandem suadet ut secum in episcopio commoretur; presbyterum illum ordinat, et bonorum ecclesiae curatorem constituit. Quo munere dum sedulo fungitur Demetrianus, nihil a consuetis exercitationibus remittit, nec sanitatum gratia destituitur. Postquam autem aliquot annos oeconomi officium summa cum laude executus est, desiderio capitur ad pristinam quietem remeandi et, episcopo annuente, ad monasterium* revertitur.

(1) E. OBERHUMMER s. v. *Chytroi* ap. PAULY-WISSOWA, *Real-Encyclopädie der classischen Altertumswissenschaft*, t. II, p. 2530-32; ID., *Die Insel Cypern* t. I (München, 1903), p. 402 et passim. — (2) *Oriens christianus*, t. II, p. 1067-1070. — (3) E. MILLER-C. SATHAS, *Chronique de Chypre*, t. I (Paris, 1882), p. 18. — (4) *Synax. Eccl. CP.*, pp. xv, 198. — (5) *Chronique de Chypre*, p. 19. — (6) Ἀκολουθίαι τῶν ὁσίων Ἀναστασίου, Χαρίτωνος, Αὐξεντίου καὶ Κενδέα, τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, τοῦ ἁγίου Δημητριανοῦ Κυθήρης καὶ Κωνσταντίνου μάρτυρος, νῦν τὸ πρῶτον ἐκδοθεῖσαι σπουδῇ μὲν καὶ δαπάνῃ τοῦ μακαριωτάτου καὶ σεβασμιωτάτου ἀρχιεπισκόπου πάσης Κύπρου κυρίου κυρίου Χρυσάνθου δι' ἐπιστασίας δὲ τοῦ Κυπριανοῦ ἀρχιμανδρίτου... ͵αψοθ', Ἐνετίῃσιν, 1779. — (7) Cf. *Saints de Chypre*, ANAL. BOLL., t. XXVI, p. 267. — (8) *Byzantinische Zeitschrift*, t. XVI (1907), p. 217-37.

abbas,

revertitur. Interea abbas vita fungitur et, fratribus enixe flagitantibus, coenobium regendum suscipit Demetrianus, novumque munus pie, humiliter, simul et diligentissime exercet.

dein episcopus

6. *Iam, cum e vivis excessisset archiepiscopus Salaminae, in eius locum sufficitur Eustathius Chytraeus, qui de Demetriano sibi in patria substituendo statim cogitat. Divinitus de re monitus Demetrianus secreto monasterium relinquit et in partes remotiores montium secedit. Cum autem frustra latibulum quaesisset, amicum nomine Paulum adit, consilium aperit, rogatque ut locum ubi secure se occultet ostendat. Morem gerit Paulus Demetriano, eumque ad parvam speluncam ducit horridam et imperviam prope mare sitam; quam ille ingreditur postquam adiuravit amicum ne cuiquam locum patefaceret; omnia autem officia ei a Paulo praestantur. Interim Eustathius monasterium et loca vicina perlustrat, sed incassum.*

licet reluctans creatur ;

Tum Paulum, qui cum sancto colloquens visus erat, apprehendunt, et cum suasionibus nihil profecissent, flagris admotis, secretum, posthabita fide data, eum

B *prodere cogunt. Speluncam scrutant, Demetrianum educunt et Eustathio sistunt. Dei voluntatem agnoscit sanctus, episcopus ordinatur, et magna cum populi exsultatione receptus, cathedram Chytrensem ascendit. Omnibus misericordiae operibus semper intentus, optimum ovium pastorem se statim ostendit et pauperibus eleemosynas liberaliter largitur, animabus corporibusque medendi, ut prius agebat, minime finem faciens.*

populum a captivitate liberat.

7. *Cum iam ad extremam senectutem pervenisset, ecce Sarraceni, more praedonum, Cyprum invadunt, loca plurima depopulantur, et ipsam Demetriani urbem diripiunt, civiumque alios trucidant alios captivos abducunt. Hos autem in exsilium sequitur bonus pastor, ut vel aerumnarum eorum particeps fiat, nisi eos liberare et in patriam reducere contingat. Babylonem ergo petit, et tum foedera violata tum militum crudelitatem Sarracenorum principi exprobrat. Qui sancti senis lacrimis commotus, post dies tres spolia et captivos eidem restituit et in patriam remisit. Hisce narratis historiam addit biographus de bove contumaci sancti ope mansuefacto et deinde pauperculae mulieri tradito. Vixit sanctus annos octoginta; inde a*

C *sextodecimo anno quadraginta annos in ascetica palaestra consumpsit, viginti quinque vero in regenda ecclesia Chytrensi. Sepultus est in ecclesia cathedrali, ibique balsamum fundunt eius reliquiae morbosque et daemones fugant.*

Temporum ratio.

γὰρ τοῖς πιστεύσασιν καὶ θαυμάτων χωρὶς ἐκ τοῦ
πρακτικοῦ αὐτοῦ βίου τὴν ὠφέλειαν δρέπεσθαι. Εἰ
δὲ καὶ ταῦτα εἰς προσθήκην μείζονα ὁ μεγαλόδω-
ρος Κύριος τούτῳ παρέσχεν τῷ ἁγίῳ καὶ ζῶντι καὶ
μετὰ θάνατον, τίς ἔτι ἀμφιβολίας ἀφορμὴ λείπεται
τοῖς φιλοσκώπταις εἰς τὸ μὴ ἀνυπερθέτως ἐπιγρά-
φειν τούτῳ[1] τὴν ἁγιότητα; Τοῖς γὰρ πάντα ῥᾳδίως
διαβάλλειν θέλουσιν οὔτε ὁ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου
βίος ἀρέσει οὔτε ὁ τοῦ τῶν ὅλων δεσπότου, ὅτι ὁ
μὲν δαιμονῶν ἤκουσεν διὰ τὸ ἄγαν ἀτρύφητον, ὁ
Matth. 11, 19. δὲ φάγος καὶ οἰνοπότης διὰ τὸ[2] τελωνῶν καὶ
ἁμαρτωλῶν ἐπίμικτον[3] καὶ συνέστιον[4]. Ἀλλ' ἡμεῖς
δεξάμενοι καὶ θαυμάσαντες τὴν τοῦ ἁγίου τούτου
μεγάλην βίου ἀκρίβειαν, κατὰ δύναμιν ταύτην[5] εἰς
ὠφέλειαν τῶν ἐντυγχανόντων γραφῇ παρεδώκα-
μεν, ἡμᾶς γε αὐτοὺς τῇ μνήμῃ ταύτῃ καθαγιάζον-
τες καὶ τῶν ἡμᾶς προτρεψαμένων εἰς τοῦτο τὸν
et obitus. πόθον ἀφοσιούμενοι. Ζήσας δὲ σχεδὸν περὶ τὰ
ὀγδοήκοντα ἔτη ὁ μακάριος Δημητριανὸς καὶ τὸν
δαυιτικὸν ὅρον πληρώσας ἐν γήρει καλῷ καταλύει
Gen. 25, 8. τὸν βίον πρεσβύτης <καὶ[6]> πλήρης ἡμερῶν. Τὸ
δὲ τέλος αὐτοῦ γέγονεν κατὰ τὴν ἕκτην τοῦ νοεμ-
βρίου μηνός, ἑκκαίδεκα μὲν χρόνων ἀποταξάμενος,
τεσσαράκοντα δὲ χρόνους ἐν τῇ ἀσκητικῇ τελέσας
παλαίστρᾳ εἴκοσι δὲ καὶ πέντε τὸν τῆς ἐπισκοπῆς
Χυτρίδων ἰθύνας θρόνον· τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ
λείψανον κατετέθη ἐν τῇ ἐμπιστευθείσῃ αὐτῷ ὑπὸ
τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκκλησίᾳ. Καὶ νῦν ὁρᾶται
καθ' ἑκάστην μύρων ἀναβλύζων πηγάς, ἐξ ὧν
ἅπας[7] νόσος τοῖς πίστει τούτων μετέχουσιν ἀπε-
λαύνεται, δαίμονες δραπετεύουσιν καὶ πάντων τῶν
C παθῶν ἀλεξητήριον φάρμακον πίνονται. Ἡ δὲ ἁγία
αὐτοῦ ψυχὴ ἐν ἀγαλλιάσει τοῦ σκήνους ὑποχωρή-
σασα[8] ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν ἐμφιλοχωρεῖ, τῷ
προσώπῳ Κυρίου ἐμφανιζομένη καὶ τῶν αἰτουμέ-
νων τὰς δωρεὰς ἀκωλύτως λαμβάνουσα. Ἔνθεν
παρρησίαν ἔχων πρὸς ὃν ἐκ ψυχῆς ἐπεπόθησας, ὦ
ἱερώτατε πάτερ, μέμνησο ἡμῶν τῶν ἀναξίων *Pia imploratio.*
ὑμνῳδῶν σου, καὶ τὰς καθ' ἡμῶν ἐπαν<ασ>τάσεις
τῶν ὁρατῶς <καὶ> ἀοράτως ἡμᾶς πολεμούντων
κατ<άλυσον>, καὶ τὸν κόσμον[9] ... αἰωνίως ταῖς
σαῖς <πρεσ>βείαις πρυτάνευσον, <πάτερ>, ἐξαιρέ-
τως δὲ τὴν σοὶ ἀνατεθεῖσαν ποίμνην φυλάττων μὴ
διαλείποις ἐκ παντοίας βλάβης τῶν συνεπιτιθεμέ-
νων κακῶν. Ὁρᾷς γὰρ τὴν ἀγριότητα τῶν ἐπανι-
σταμένων αὐτῇ[10] πολεμίων καὶ τὴν ἐπικειμένην[11]
ἐκ πάντων συντριβὴν τῆς καθ' ἡμέραν ταλαιπωρίας.
Στῆσον τὰ νέφη καὶ τὴν καταιγίδα τῶν πειρασμῶν
καὶ παράσχου εἰρήνην, εἰρηνοβράβευ<τε>

. . . . π ν τε ταῖς ὑ
. . . . . . νε μέ
. . . . αις ὑπὸ
. . . . ριωναιχ
. . . . νο
. . . . . . ἐπαινου
. . . . . . ε παρα
. . . . φόρους ἀέ E
.
. . . . . σίαν καρ
. . . . τῆς γῆς ευ
η νίαν απαντωνα
ων θυμιαν τον
μετὰ σὲ καὶ τοῦ
θρόνου διάδοχον τον . . οσ
τον ἱερώτατον πιτρου
πω ἀνάδειξον . . μιμη-
τὴν πίστεως ὀφθαλμ . .
τῶν σῶν κατορθωμάτων
κατανοήσας τὸ μέγεθος
τοῦτον σου τὸν βίον εἰς ὠ
φέλειαν τῶν ἐντυγχανόν
των, εἰς προτροπὴν ὁ
ἐγραψ . . . .
τὰς . γλ . . . . αὐτὸν
καὶ διδάσκαλον καὶ κυ
βερνήτην τησ . . . .
παντὶ τῷ λαῷ . . . .
. . . . F
ἁγία σου ποίμνη . . .
. . δεομένων ἀντιλή
ψεως καὶ βοηθείας σου
πρὸς σωτηρίαν . . . .
ὡς ἂν ἄλλο . . . . *cetera desiderantur.*

[16] P, ἐπαρκοῦν A.

15. — [1] K, P, τούτων A. — [2] K, <τὸ> τῶν P, τῶν A. — [3] ἐπιμικτὸν A. — [4] συνεσθίον A. — [5] την A. — [6] *om.* A. Cf. Gen. XXV, 8. — [7] *ita* A. — [8] ὑποχωρήσας A. — [9] τὸν κόσμον την A, κόσμον μὲν ὅλον G. — [10] αὐτῇ A. — [11] ἐπικειμένην A.

DE

DE S. STEPHANO EPISCOPO APTENSI

ANNO 1046 — C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De fontibus huius tractationis.

Vita a sancti familiari conscripta

1. *Vitam S. Stephani habemus ab aequali conscriptam, immo a sancti familiari* (1), *quem, ipso scriptore affirmante,* unico amore fovit (2) *et morti proximus apud se convocavit atque ex parte bonorum suorum heredem fecit* (3). *Nec sane ullo indicio suspecta videri potest scriptoris fides. Quaecumque etenim apud eum leguntur, cum iis quae per alia documenta novimus optime concordant. Neque, quod saepe nobis dolendum occurrit in Vitis sanctorum decursu medii aevi conscriptis, generalibus elogiis se continet, sed et disertas notationes chronologicas et non pauca particularia, non solum de rebus gestis a Stephano, sed et de eventibus coaevis aliunde notis, tradit.*

ex apographo exemplaris ante annum 1319 exarati

2. *Ex subscriptione ultimo Vitae capitulo annexa docemur exemplar unde ad nos pervenit eximium monumentum, descriptum esse ab aliquo librario anonymo, auctore Raimundo Boti ecclesiae Aptensis canonico operario* (4), *ante annum 1319, quo videlicet anno idem Raimundus episcopalem sedem obtinuit* (5). *Huius apographi tenorem, non paucis forte intermediis librariis, ipsi novimus ex duplici altero apographo recenti, quod humanissime nobiscum communicarunt vv. viri Ludovicus Bédos et Ulysses Chevalier, utroque desumpto ex exemplari quod descripsit Iosephus Franciscus de Remerville, dominus Sancti Quintini* (*1650-1730*) (6). *Codex autem unde illud descripsit, interiisse videtur dum archivum civitatis Aptensis anno 1793 igni traditum est. Neque ipsum Remervillii apographum reperiri potuit* (7), *sed solum duplex illud quod supra nobis commodatum diximus.*

hic edenda.

3. *Secundum illud itaque Vitam integram hic primum edimus. Facile advertet prudens lector, non uno loco illius textum aliquantum corruptum esse, sive id factum est culpa scribae saeculi XIV sive alicuius ex iis quibus eam exscribendam postea commiserunt. At feliciter contigit ut maculae istae non ita afficerent singularum sententiarum sensum ut ipsa rerum enarratio inde perplexa et obscura redderetur, cum praesertim occurrant praecipue iis locis in quibus oratorio stilo non tam expositae sunt res gestae quam celebratae sancti viri laudes.*

Subsidia recentiora.

4. *Recentiora autem laboris nostri subsidia nobis attulerunt Vita S. Stephani a v. v. Lud. Bédos gallice conscripta* (8) *et quae de sancto episcopo collegit b. m. J. H. Albanès* (9).

§ II. De historia S. Stephani.

Stephanus, Agathae natus anno 975,

5. *Praecipuas notas chronologicas vitae S. Stephani perspicue tradidit biographus, dum:* Anno, *ait* (10), ab incarnationis mysterio millesimo quadragesimo sexto, ordinationis vero ipsius trigesimo sexto plus minus dies triginta quinque, totius autem vitae suae septuagesimo primo, febris typho correptus... suo strato cubavit, *extremum diem brevi obiturus. Ortu Agathensem fuisse aperte etiam refert* (11). *Secundum haec itaque natus est Stephanus Agathae anno 975, episcopus Aptensis ordinatus mense decembri anni 1010* (12), *vita defunctus anno 1046.*

a iuvene sacris disciplinis instructus,

6. *Ex verbis eiusdem anonymi scriptoris, ubi ait*(13) *sanctum* a primaevo vernantis aetatis flore sacris studiis eruditum *fuisse, admodum probabili coniectura eruit Remervillius illum iuvenem addictum esse militiae sacerdotali. Satis veri simile quoque apparet eum in monasterio Agathensi Sancti Severi degisse, saltem inter scholares externos; nam puerum illi monasterio a parentibus fuisse* oblatum *et deinde ibi monasticam vitam amplexum* (14), *gratuito affirmatur. Quin et diserte nos docet Vitae scriptor* (15) *Stephanum, pueritiam egressum,* a suae affinitatis quodam nobili viro a genitali incolatu *in aliam civitatem fuisse abductum; quod certe professioni monasticae nequaquam convenit.*

postea et linguam graecam didicit.

7. *Sola etiam auctoritate Remervillii*(16) *narratur Stephanus, dum adhuc Agathae versaretur, incubuisse studio linguae graecae et hebraicae et ante susceptam sacerdotalem dignitatem semel vel iterum peregrinationem instituisse in Terram Sanctam. Quod certe biographi coaevi testimonio non concordat, sed potius adversari videtur. Secundum hunc enim ante susceptos ordines sacros Agatha migravit*(17) *et primum ad sacra loca accessit, utique* antequam ad summam promoveretur regiminis curam(18), *sed non antequam ad sacros ordines provectus est* (19), *et in illo itinere primum dicitur litteras graecas didicisse* (20), *neque usquam refertur addidicisse et linguam hebraicam* (21).

Iter Palaestinense suscepit primo ante annum 1010.

8. *Quo autem certo anno Palaestinam primum adierit diserte non indicatur, sed tantum id contigisse* antequam ad summam promoveretur regiminis curam et ubi nondum gloriosum nostri

(1) Vitae infra edendae cc. 3 extr., 9 med., 10 extr. — (2) Vit. c. 16 extr. — (3) Vit. c. 18. — (4) Cf. infra, annot. ad Vit. c. 20. — (5) Bulla Iohannis XXII, data Avenione die 6 maii 1319, ap. ALBANÈS, *Gallia christiana novissima. Province d'Aix* (1899), Instr., p. 143. — (6) De quo vid. BARJAVEL (C. F. H.), *Dictionnaire historique... du département de Vaucluse* (1841), t. II, p. 309. — (7) Quod nobis significavit v. v. Lud. Bédos quadam epistula hoc anno 1907 ad nos data. — (8) *Vie de Saint Étienne d'Agde, évêque d'Apt*, par l'abbé Louis BÉDOS. Montpellier, 1898, in-16, VIII-80 pp. — (9) *Gallia christiana novissima*, t. c., p. 216-219. — (10) Vit. c. 18. — (11) Cap 1 extr. — (12) Cf. annot. ad Vit. c. 18. — (13) Cap. 1 init. — (14) BÉDOS, op. c., p. 16-17. — (15) Cap. 1 extr. — (16) BÉDOS, p. 19-21. — (17) Cap. 1 extr., c. 2 init. — (18) Cap. 5 init. — (19) Cf. cap. 2 init. — (20) Cap. 5. — (21) Id certe inde colligi non potest quod *psalmorum melodiam* calluerit; nam hanc inter *ceterorum studiorum graecorum exercitia* commemorat Vitae scriptor (ibid.).

AUCTORE C. D. S.

redemptoris sepulcrum paganorum impulsu subversum nec ecclesiarum aedificia destructa fuerant (1); *quod utrumque factum esse novimus anno 1010, subversionem nimirum ecclesiarum Hierosolymis* (2) *et promotionem Stephani ad episcopalem dignitatem* (3). *Solummodo igitur asseverare possumus ante annum 1010 iter illud fuisse susceptum* (4). *Neque etiam novimus quam diu ibidem* ob peregrinae linguae discendae studium (5) *commoratus sit.*

Alterum iam episcopus aggressus, sed ne perficeret morbo impeditus,

9. *Nec fere certius statuere fas est, quo tempore aggressus sit iter Palaestinense secundum, quod tamen, obstante morbo, perficere non potuit. Non multum quippe iuvat ad intentam temporis notam definiendam mentio Gunfredi episcopi Volaterrensis, qui Stephanum vi morbi iam ad extrema redactum apud se curavit* (6) : *is enim sedit ab anno 1014 ad annum 1037* (7), *iisdem scilicet fere annis quibus Stephanus in ecclesia Aptensi.*

postea denuo loca sacra invisit.

10. *Denique prorsus incertum quoque est quo tempore iter illud secundum, morbo abruptum, statim postquam convaluerit, redintegrare et feliciter perficere ei contigerit* (8). *Quod ad cetera*

B

sancti nostri gesta in Vita eius narrata spectat, haec ita dilucide a scriptore anonymo exposita sunt ut in iis discutiendis iam non videatur immorandum. Restat dumtaxat ut quaedam recenseamus a scriptore illo praetermissa et per alia documenta nobis nota. Videlicet

Praeter ea quae in eius Vita leguntur,

11. a) *Ipso initio episcopatus sui dicitur Stephanus ex mandato Sergii IV S. P.* (*an. 1009-1012*) *consecrasse ecclesiam de Correno, quae in ius monasterii Montis Maioris, in dioecesi Arelatensi, per donationem transierat* (9). *Sed hae litterae Sergii IV, quae in exemplari unde editae sunt anno 1020 datae legebantur, iam apocryphae censentur* (10).

alia quaedam

12. b) *Anno 1019, subscripsit instrumento quo vita communis introducta est inter canonicos ecclesiae cathedralis Gerundensis* (11), *et anno 1022 interfuit consecrationi ecclesiae monasterii Sancti Petri Rodensis in dioecesi Gerundensi* (12).

ab ipso gesta

13. c) *Anno 1032, die 3 octobris, consecravit sacellum Sancti Michaelis in vico Sanione, dioecesis suae, si fides habenda est inscriptionibus in parochiali domo huius vici positis, quas a se lectas testatus est Remerville* (13).

ex diversis

14. d) *Subscripsit synodo Narbonensi celebratae anno 1032 vel anno praecedenti* (14), *subscripsit, inquam, non quidem in ipso hoc coetu, sed postea, ubi Narbonam accessit* (15).

illius aetatis

15. e) *Anno 1038 consecravit ecclesiam Sanctae Mariae Novae, quam ampla donatione ditavit Ava*

D

quaedam nobilis femina (16), *eadem, ut conicere licet, atque eius nominis uxor Geilini comitis Valentini, qui circa idem tempus ecclesiam quandam donavit coenobio Sancti Theofridi seu Calmeliacensi in dioecesi Aniciensi* (17).

documentis

16. f) *Anno 1040 Massiliae interfuit consecrationi ecclesiae monasterii Sancti Victoris, quae facta est die 15 octobris* (18).

novimus.

17. g) *Denique, anno 1044, cum aliis non paucis episcopis et laicis firmavit chartam donationis ecclesiae Sancti Promasii de Folcalcherio factae coenobio Sancti Victoris a Bertrando comite Provinciae* (19).

§ III. De cultu S. Stephani.

In uno martyrologio Tolonensi seu Arelatensi saeculi XII,

18. *S. Stephani Aptensis episcopi nulla est servata memoria in martyrologiis aut kalendariis antiquis, praeterquam in martyrologio Tolonensi seu Arelatensi saeculi XII ineuntis* (20). *In quo legitur ad VIII idus novembris :* Eo etiam die deposicio domni Stephani Aptensis episcopi, qui sedit in episcopatu annis XXXV, menses X, dies XX (21).

E

Attamen, quod admodum mirum apparet, nulla mentio eius fit in statuto capituli Aptensis anno 1372 edito, in quo recensentur festivitates in decursu anni celebrandae, neque ipsius nomen legitur in litaniis sanctorum quae antiquitus in ecclesia Aptensi cantari consueverunt et in quibus recensentur omnes sancti quorum reliquiae ibidem servabantur (22).

nusquam vero in monumentis Aptensibus ante saeculum XVI celebrata reperitur S. Stephani memoria.

19. *Prima itaque mentio S. Stephani in monumentis ecclesiae Aptensis occurrit in breviario edito anno 1532 iussu Iohannis de Nicolaï episcopi Aptensis, in quo ad VIII idus novembris signata est simplex commemoratio* Stephani Apten. epī. q. iacet in epātu (23). *Postea, anno 1664, inter officia propria ecclesiae Aptensis adiecta Breviario romano, cuius usum in dioecesi sua praecepit Modestus de Villanova de Arcubus, huius ecclesiae episcopus, insertum est officium S. Stephani cum lectionibus secundi et tertii nocturni propriis, sub ritu duplici* (24). *Quod inde transiit in officia propria et in breviarium ecclesiae Aptensis edita annis 1769 et 1785* (25).

Eius cultus in Agathensi ecclesia

20. *Inter officia propria dioecesis Agathensis primum insertum fuisse videtur officium S. Stephani nostri anno 1742. Certe non legebatur in Proprio edito anno 1616, quod apud nos habemus, neque in eo quod editum est anno 1734* (26).

et in Montispessulanensi.

21. *Colitur denique S. Stephanus et in dioecesi Montispessulani. Eius officium tamen non reppe-*

(1) Cap. 5 in. et extr. — (2) RODULPHUS GLABER, *Historiarum* lib. III, c. 7 (ap. BOUQUET, *Rec. des hist. de France*, t. X, p. 34); ADEMARUS CABANNENSIS, *Chronicon* (ibid., p. 152). — (3) Cf. supra, num. 5. — (4) Nota tamen, ex initio capitis 6, ruinam ecclesiae Sancti Sepulcri et aliarum Hierosolymitanarum sacrarum aedium a Stephano fama compertam esse *longo annorum spatio* post reditum suum a peregrinatione priore, *iam sumpto episcopatu.* Longum illud annorum spatium forte non improbabili coniectura computaverit aliquis fuisse saltem decennium, unde primum iter inter annos 995 (quo vigesimum aetatis annum attigerat sanctus) et 1010 institutum fuisse colligeretur. — (5) Vit. cap. 5 med. — (6) Vit. cap. 7. — (7) GAMS, *Ser. epp.*, p. 763. — (8) Vit. capp. 9 extr., 10 in. — (9) *Gallia christ.*, t. I (1715), Instr. p. 104 c; *Gall. christ. novissima, Province d'Aix*, ed. ALBANÈS (1899), p. 217. — (10) JAFFÉ-KALT., *Regesta RR. PP.*, n. 3969; *Gall. christ. novissima. Province d'Arles*, ed. U. CHEVALIER (1901), p. 138. — (11) Petrus DE MARCA, *Marca Hispanica*, p. 1019; *España sagrada*, t. XLIII, p. 430. — (12) *Marca hisp.*, p. 1034. — (13) BÉDOS, *Vie de S. Ét.*, p. 46. — (14) MANSI, *Conc.*, t. XIX, p. 553-56; *Chartularium sancti Victoris* (Massiliensis), ed. Guérard, II, 533, n° 1062. — (15) *Iterum alio in tempore, collecti in prephata urbe eodem modo, quam plures episcopi hii, qui necdum subscripserant, libenter annuerunt ac propriis manibus propria nomina conscripserunt : Flotarius episcopus Nemausensis, Stephanus episcopus Attensis...* (Chartul. S. Victoris, l. c.). — (16) *Gall. christ. nov. Province d'Aix*, Instr. p. 131, n. V. — (17) MABILLON, *Annal.*, an. 956, n. 103. — (18) *Chartul. S. Vict.*, ed. Guérard, n. 14 (t. I, pp. 16, 187). — (19) Ibid., n. 659 (t. II, p. 5). — (20) De hoc martyrologio praeclare egerunt D. Germanus MORIN, O. S. B., in *Revue d'histoire et de littérature religieuses*, t. III (1898), p. 10-24, et cl. v. Georgius DE MANTEYER, in *Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'École française de Rome*, t. XVII (1897), p. 467-489. — (21) MORIN, t. c., p. 16; MANTEYER, t. c., p. 480. — (22) REMERVILLE (ap. BÉDOS, *Vie de S. Ét.*, p. 64). Sed cf. infra, num. 22. — (23) BÉDOS, op. c., p. 64. — (24) *Officia propria S^{ae} cathedralis ecclesiae nec non dioecesis Aptensis, iuxta formam Breviarii Romani ex decreto sacrosancti Concilii Tridentini restituti disposita et emendata* (Aquis-Sextiis, 1664), p. 106-111. — (25) BÉDOS, op. c., pp. 64, 65. — (26) Ibid., p. 66-67.

rimus

A *rimus in huius ecclesiae Propriis quae nobis prae manibus sunt, editis anno 1736, anno 1821 et anno 1843, sed dumtaxat in recentioribus, editis anno 1877 et 1880. In hac dioecesi, sicut in Aptensi et Agathensi, signata est illius memoria ad diem 6 novembris. In aliis autem ecclesiis non comparet.*

Reliquiae eius corporis nullae notae sunt.

22. *Sepultus fuit Stephanus, si credimus annuntiationi breviarii Aptensis editi anno 1532,* in episcopatu Aptensi (1), *secundum alia breviaria vel Propria Aptensia posteriora,* in ecclesia quam construxerat (2), *id est Sanctae Mariae Novae. Sed nusquam reperitur ullum alicuius elevationis aut recognitionis reliquiarum indicium, donec mense novembri 1717 Ill. Iosephus Ignatius de Foresta episcopus Aptensis iussit effodi antiquam illius sacri aedificii cryptam, spe incensus reperiendi corpus sancti decessoris sui. Sed haec eum spes fefellit : nulla enim ossium aut vestimentorum vestigia apparuerunt. Neque deinceps quidpiam illius generis tentatum est, et nusquam ostendere licet ullas S. Stephani reliquias* (3).

AUCTORE C. D. S.

(1) Cf. supra, num. 19. — (2) Bédos, op. c., p. 69, not. 1. — (3) Cf. ibid., p. 70-73.

VITA S. STEPHANI EPISCOPI APTENSIS

Ex apographis modernis. Cf. Comm. praev., num. 2.

Vita sancti Stephani episcopi Aptensis.

S. Stephanus, Agathensis ortu, post iuventutem pie transactam,

1. Fuit igitur praefatus pontifex Stephanus natione Gallicus, ex provincia Narbonensis primae et civitate Agathensi indigena, parentum satis stemmate clarus. Hic a primaevo vernantis aetatis flore sacris studiis eruditus (1), omnem divinam legem et commoditatem humanae providentiae doctus, sagacis ingenii honestavit prudentiam. Ob venustatem vero continentis animi et temperati moris dulcedinem carus notis et secum versantibus amabilis reddebatur, nec cuiquam gravis aut onerosus, ut solent esse cor facile sequentes. Astutus sensu, abundantis eloquii et perfectum parientis pignus, mundano experimendo[1] negotio docilis probitate et morum qualitate, promptus ad discendum, solers ad retinendum, agilis ad docendum (2). Cuius corporis incrementum honestavit venustas et gaudescens habitudo lucem praeferebat nitentem. Cum iam ad virile robur illum pubertas transmitteret animatum admodum catholicis documentis, a suae affinitatis quodam nobili viro praecipitur, et a genitali exsul factus incolatu, alibi efficitur accola.

ad sacros ordines provectus et Aptensis episcopus electus,

2. Inde ad sacros invehitur ordinum gradus, et purum servans affectum, ordinata caritate dispensavit sacri dona libaminis; et velut fieri solet in Dei occulta dispensatione, ut, dum aliquem sua praevenit benedictione, nullius praepediatur obice prostitutionis, haud secus suum dignatus est famulum suae[1] dulcedinis benedictione praevenire. Et ad sacrum pontificalis cathedrae invehitur officium ac sacrosanctae sedis Aptensis ecclesiae praeficiendus ipsius civitatis principum et subiciendae plebis collatis in unum votis poscitus, invehitur ad pastoralis dignitatis officium, sacris altaribus serviturus (3). Ubi prioris exercitii studium summa augmentavit diligentia, nec ob attributum sibi gratis a Deo honorem uspiam per insolentiam decidit, nec honor collatus pristinum quivit morem mutare. E

virtutibus boni pastoris, benignitate praecipue

3. Nulli enim inibi nocuit nec ut noceret obfuit, sed potius omnibus profuit. Quos valuit, a pravitate avertit, sua benignitate monens uti castigatis, non quae obsunt, legum institutis, nec fore[1] ullum aiebat reum debere legibus, excepto praevaricatore, cum nonnisi violatori intemperanti[2] sint iura posita legum. Si quis vero mordacium querimoniarum sollicitudinibus angebatur, suorum allevabat solamine verborum, nec tuta[3] quemquam sub mundi huius laborioso certamine posse frui statione[4], apostolo teste quod qui in Christo pie vivere volunt persecutionem patientur[5] : firmam inde se probavisse domesticam iacturam et peculiarem insectationem, cum saepissime in mensa[6] habuerit proprias suorum supplantatorum personas, quorum tamen praesagus infestationum[7], non evadendum quem machinabantur interitum testatus est. Nos vero hunc verum persecutum, ipso superstite, proprio hausimus visu (4).

et patientia eminet.

4. Quorum obstinatam spiritus maligni pertinaciam suam cum effectu carere ut deliberaverant conspicerent et proditam palam cernerent, veluti paeniti[1] veniam precabantur; quam facili remissione pius pastor, sibi altius providens, largitus est. Nec posse quempiam possidere quietem nec precari debere docebat, cum vitam et redemptionem nostram passam fuisse odium inimicorum ad necem usque sciamus testatum; effici etiam[2]

1. — [1] *leg.* experiendo (*i. e.* tractando)?
2. — [1] *apogr.* sua.
3. — [1] *ita apogr.* — [2] (v. i.) *apogr.* violator intemperantiae. — [3] *apogr.* tuto. — [4] *suppl.* aiebat. — [5] *apogr.* patiuntur. — [6] *apogr. corr.* mente. — [7] *apogr.* infestationem.
4. — [1] *apogr.* peniti *vel* periti. — [2] *apogr.* etsi?

(1) Cf. Comm. praev., num. 6. — (2) Ex his ultimis verbis (*agilis ad docendum*) collegerunt quidam (Bédos, *Vie de S. Ét.*, p. 20) Stephanum aliquando docendi officio addictum fuisse. At forte hic significatur dumtaxat existimata eius ad id muneris aptitudo. — (3) Optimo iure ait Albanès (*Gall. christ. nov. Prov. d'Aix*, p. 213, not. 5) perperam a Sammarthanis (*Gall. christ.*, t. I [1715], p. 354) inter Aptenses episcopos computatum esse aliquem Stephanum I, qui sedem hanc tenuerit anno 979; unde noster dicendus esset Stephanus II. Uno nempe documento ad id asserendum nituntur, bulla Benedicti VII pro monasterio Sancti Petri Rodensis, cui cum aliis subscripserit *Stephanus* episcopus *Attensis* (Petrus de Marca, *Marca Hispanica*, p. 922, n. cxxv). At primo aspectu subscriptiones huius bullae consideranti liquet (quod sane mirum est doctissimos Galliae christianae editores non advertisse) eas huc translatas esse ex alio documento longe posteriore, instrumento conscripto anno 1022 (cf. Comm. praev., num. 12), in quo videlicet leguntur nomina episcoporum quae perperam affixa sunt bullae anni 979. — (4) Quod genus persecutionum et molestiarum perpessus sit sanctus episcopus, neque in hac eius Vita neque in alio ullo documento distincte indicatum repperimus.

perfectam

VITA

perfectam in infirmitate virtutem et debere in infirmitatibus gloriari. Non erat illi grave ad perficiendum quod[3] procul dubio confidebat sibi meritum[4] propagandum. Meminerat enim dixisse sapientiam superalendos persecutores, quia hoc agens carbones ignis congerat super eorum caput. (Rom. 12, 20.) Etenim nos, malivolam mentem[5] gerentes, qui quantum a beatorum vita distamus, tantum ab iis disparati<sumus>, proprias cogimur luere poenas, cum in inimicorum ultionem ira exaggeramus et eos prorsus absorbere nequimus, putamus irritas preces apud Deum, cum eius omnipotentiam, ut optabamus, in interitum inimicorum adducere non valeamus, obliti illud memoriale: (Matth. 6, 15.) *Si non dimiseritis aliis, non dimittetur vobis,* optamus eis mortem, precamur interitum. Non ita pia mens iusti nostri opilionis vagari a pietate, si dilatio adest, voluit, nec petitus distulit quod praesens praestare habuit.

Loca sacra Palaestinae, quae nondum episcopus visitaverat,

5. Antequam vero ad summam promoveretur regiminis curam, ad loca Palaestinae[1] dominica nativitate, circumcisione, baptismate, ieiunio, passione, resurrectione, ad caelos ascensione et virtutum glorificatione insignia profectus est (1), et aliquamdiu commoratus est ob peregrinae linguae discendae studium. Quod ita ad purum hausit, ut psalmorum melodiam et evangeliorum volumina et ceterorum studiorum graecorum exercitia nosset ac si a cunabulis, praeceptoribus instigatus, edoctus haberetur (2). Nondum etenim gloriosum nostri redemptoris sepulcrum paganorum impulsu subversum[2], nec ecclesiarum mira arte polita aedificia destructa fuerant.

iterum adire aggressus, sed ne iter perficeret

6. Quod pius pater, longo annorum spatio provectus[1], iam sumpto episcopatu, ut comperit, quia tantae impietatis et tanti sceleris fama per omnem orbem diffusa nullum fidelium latuerat, nec etiam barbarorum efferata malitia[2] latere potuit dominicum servum, parat itaque denuo hoc ipsum ad visendum Christi fractum sepulcrum proficisci. Sed pluribus emersionum[3] obsistentibus causis, hoc interim iter suspendens, Romam profectus est. Ubi, quia ad apostolorum Petri et Pauli sollemnia maturavit occurrere, ita nimii aestus est fervore correptus ut prorsus se crederet non egressurum urbe. Sed et non dissimilis febris coctione famuli attacti[4] febricitare C coeperunt. Et ut[5] citius possibile fuit, ne intra civitatem clade tanta corruant, aufugere tentantes, iter arripiunt. Et vix viam expedientes usque ad Sancti Laurentii ecclesiam, quae in itinere est, fessi defectu roboris, pervenerunt; ibique ruentes, intra hospitium colliguntur, nec quemquam alium posse iuvare fuit.

morbo impeditus,

7. Tandem intra paucorum spatium dierum universalis condicio praesulis militarem manum a mundo distraxit, ipso solummodo, vix vita haerente, superstite relicto. Huius laboris, et immensae iacturae[1] incommoditati condescendens, audita fama[2] episcopus Vulterensis (3), D nomine Gunfredus, meriti magni praesul, accito nobilissimo comitatu, nostrum antistitem adiit laborantem, in defectum iam cognitionis humanae extremum destitutum allevat transferendum et ad suam detulit urbem. Ubi multorum spatio dierum diligentia[3] summa curatur, diffisus[4] vitae pristinae reddi aut posse restitui incolumitati.

mox mirabiliter recreatus

8. Sed pius Dominus, cui proprium est misereri, ne suum videatur sine ope misericordiae servum praeterire, opaco noctis silentio, somno fugato, ablatis[1] prorsus[2] corporis viribus, per genetricem Dei reginam virginum <et> sanctas Agnen et Luciam visitare dignatus est famulum suum, et quod se non desperet victurum et ad patriam rediturum admonere curarunt, ac ne in fabricam suae antiquae sedis, eversae impulsu barbarico, diutius differat mittere manum iubetur ab ipsis. Siquidem hoc olim sibi cordi saepius praedixerat, sed loci penuria differebat. Quid igitur? Revalescit viresque resumit, fovetur spirituali malagmate, provehitur sospitate, reintegratur ad iter semiplena valetudine, reparat comitatum, quaeritat commeatum, donatur ab E episcopo auro fulgente baculo, revertiturque ad propriam sedem. Ubi diu fatiscente stomacho aestibusque[3] defessus turgentibus cubitavit.

et altera beatissimae Virginis admonitione confortatus,

9. At sanctissimam iterum piam adiutricem Mariam, quod olim apud Tusciam per se atque convirginales suas cubanti intimaverat[1], non iterum piguit hoc ipsum per quendam honorabilem senem presbyterum iterare, videlicet de aedificanda prorsus subversa domo faciens mentionem. Quo ille audito, nimia exhilaratus laetitia, nobisque adstantibus, infit: " O si videro meum super „ hoc desiderium! Putas, implebo votum? putas, „ parebo praeceptionibus sacris? putas, com- „ missa vota licebit <implere>? Credo quod qui „ dedit votum, reddet[2] effectum. Et quamquam „ hoc afficiar desiderio, aliud tamen in remotum „ meam subigit mentem, videlicet ardor videndi „ quam audivi dominici destructionem sepulcri „ et ecclesiarum civitatis sanctae. „

postquam iter Hierosolymitanum feliciter absolvit,

10. Ut autem a lecto surrexit, quibus valuit studiis iter illud occulte concinnavit; et paucis prodidit votum quod habebat occultum, ne forte alicuius impediatur alloquio quod implendum putabat obsequium. Tandem perficit iter, non minima auri argentive ponderum congesta copia; in qua, licet quam semper habuit non oblivisceretur munificentiam in pauperum curas, licet cotidiana[1] distractione summa[2] nummorum profligata minueretur[3] in naulis et captivorum redemptione, nos tamen nostro[4] experimento paene duplicatam in redeundo expensionem probavimus, Deo fidem faciente.

instaurandae fabricae ecclesiae suae

11. Inde vero in fabricam domus manus applicuit et, quanta viguit celeritate, ad effectum adduxit. Interim tamen ad extera locorum, causa

[3] *ap.* quae. — [4] *leg.* merito? — [5] *ap.* mentes.
5. — [1] *ap.* peregrinae. — [2] *ap.* submersum.
6. — [1] *ap.* porrectus. — [2] (e. m.) *ap.* efferatam malitiam. — [3] *ita ap.* — [4] *ap.* attracti. — [5] *ap.* ne.
7. — [1] (i. i.) *ap.* immensa iactura. — [2] et *add. ap.* — [3] *ap.* diligentiam. — [4] *ap.* diffusus.
8. — [1] *ap.* oblatis? — [2] *ap.* pristinis? — [3] *ap.* aestisque.
9. — [1] *ap.* intimaverant. — [2] *ap.* redet *vel* cedet.
10. — [1] *ap.* cotidianae? — [2] *ap.* summae? — [3] *ap.* minauraretur. — [4] *ap.* cuius?

(1) Cf. Comm. praev., num. 8. — (2) Cf. ibid., num. 7. — (3) Mirum admodum apparet Remervillium (citatum apud L. Bédos, *Vie de Saint Étienne*, p. 41, annot. 1) cogitare hic potuisse de episcopo aliquo Veliternensi (Velletri), cum nemo Gunfredus nomine occurrat in serie episcoporum huius sedis (quae medio saeculo XII unita est Ostiensi), et certo episcopus Volaterranus (Volterra) esset Gunfredus tempore quo sedem Aptensem tenebat Stephanus, ac praeterea Stephano Roma tendenti in Galliam iter non esset per Veletrias, ad meridiem Urbis sitas, sed utique per Tusciam, in qua regione sita est civitas Volaterrensis.

captandi

cathedralis dat operam. captandi operis sumptum necessarium[1] aedificii, ire saepius procuravit, et ex multis multa in nummis et auro, in ministeriorum et sacrorum actionibus officiorum et variis utilitatibus congruentia adquirebat.

Cereus exstinctus, divinitus in eius manu accensus semel

12. Quadam vice Tolosanam veniens civitatem, in Sancti Saturnini pontificis et martyris domo celebraturus excubias, noctis ordinat stationem. Circum mediam fere noctem, humana compellente necessitudine, foras progredi parat, quibusdam secum comitibus lumen accensi cerei ferentibus. Cumque iam foras progressi parum fuissent, impulsu flaminis venti lumen exstinguitur; statimque figentes gressum, nescii quo ire deberent, conquiruntur in invicem, quia lumine carent. At Stephanus sibi cereum extinctum[1] dari praecepit; moxque ut manu attigit, cereus, plus solito lumine divino succensus, officium debitum[2] ministravit, gratiasque Deo praesul exsolvit.

et iterum.

13. Aliud huic non dissimile Dei famulo fertur contigisse, dum tempore quadragesimae in sua ecclesia per noctem psalmorum melodiam reci-
B taret. Cereus accensus, nocti deputatus, casu cecidit et lumen exstinguitur. Illum vero quo statio[1] ferebatur, cupientem ire ad quaerendum lumen, compescuit et per se ire curavit. Iamque domus spatium legebat et ostium, uti in tenebris, non inveniens, inquit: " Adiuva, Dei genetrix "; atque lucernae suum gaudens admittere lumen promeruit, cunctasque domo mox effugabat umbras. Et Dei servus ad altare reversus, gratias Altissimo obtulit[2].

In loco deserto cum comitibus suis mire pascitur.

14. Ad Sanctae Mariae alio sub tempore limina, quae ad Vellaicum (1) pagum miro veneratur honore, iter admovit, et ad montium nivalium usque radices iter applicuit. Ubi arvo terrae conversoque[1] vepribus unam parvam absque humano solacio conspiciens basilicam valde vetustam[2]. Iamque fluxerat ex maxima parte dies, et horam corporeae refectionis praeterisse causabantur, metuebantque quem[3] habebant prae oculis vastum solitudinis ascensum incenati arripere. Et facta in ecclesia, humana habitatione semota, oratione, paululum sistunt. Aliquid[4] victus veredi sitarcia[5] haberetur, procurator exquirit, nilque inventum praeter paucum malo-
C rum se invenisse fatetur[6]. " Aequanimiter, " ait praesul, " ferte, fratres: quia Deus omnipotens " potest ubique nos[7] pascere servos. " Quod comitatus eius, iam fame cogente, solaminis scilicet verba aure surda transiliens, querimoniam sub murmure dabat. Sed pius inspector, suis inexhaustus, suo fidem dando[8] non defuit servo. Et ecce de remotiori parte eminus quosdam conspicantur homines veluti varia ac diversa onera deferentes, et utrum ad se debeant proficisci incertum tenebant. Cumque iam propius accedere cernerent, cognito quod properarent ad se, confisi consurgere obviam illis, exponentes onera singulorum, fatenturque se missos a quodam nobilissimo viro, cui per quendam de adventu eius regestum fuerat. Tunc exhilarati consederunt, beneficia Dei ad plenum percipientes, cum gratiarum actione suum prosecuti sunt iter. Ecce illud propheticum cernimus impletum, quod inquirentes Dominum non minuentur omni bono. Ps. 33, 11.

VITA

Tertio, ipso orante, lumen exstinctum accenditur.

15. Unum praetextis addendum curamus annecti, quod si elatis pomposo supercilio non magno perrepensandum censeatur, vobis tamen, quibus cordi suppeditat amplecti pauca pro magnis, non flocci pendendum quisquam arbitretur, cum utique plus velimus, contra ipsius nostri patris votum, potiores, sui secreti conscios, relatores[1] quam presso velari corpore silentii.

Quadragesimi sacrati ieiunio dies advenerant, quibus dominus Stephanus rigori parcimoniae membra prae exsecutionali necessitate dicaverat. Et ecce quadam noctium experrectus a somno, ad psalmodiae[2] recitandam promovetur modulationem, duobus e suis comitibus pueris. Dumque basilicae fores patescunt, nullius[3] introrsus luminis splendorem habentes, palpitantes ad altare usque accedunt. Et dum unus praeceptoris iussu abivit lumen petitum, casu enim lumine exstincto
luce carebat, ad preces cadit in vultum. Et ut E
Illumina, Domine, tenebras nostras verberato Ps. 17, 29.
pectore pugno dixit, mox a supernis splendor emicuit et, in lucernam lapsus, oleum lucere coegit. Non illum actor aeternae lucis diu ante se provolutum tenebras profundae noctis pati permisit, quem caelesti odientem tetrum luce illustravit[4].

Multis egregiis virtutibus

16. Praeterea multarum sunt narrationes rerum, multis adstipulantibus certam in signis fidem, quae si compellentibus relaturum personis suscepissem enarranda[1], excederem voluminis metam[2], et rectius decrevi Deo nota silere quam inepta garrulitate sagacem lacessere peritiam auditorum. Quicquid enim sit quod incauti offerimus, Deo auctori commendare studemus, qui nobis occulta[3] discretione servos[4] non desinit honorare. Possumus etenim profiteri quam spopondimus fidem, nullum uspiam nos vidisse tam cotidianum in psalmis, pernoctem in vigiliis, parcum in lasciviis, profluum indigentibus, continuum in meditationibus divinis, cautum in proferendis, alacrem in fratrum conventiculis, amabilem in colloquiis, gratiosum in communibus
verbis, rarum in remissis conviviis, aspernantem[5] F
intemperatorum consortium, amplexantem religiosum conventum. Quid vagari ultra non habilem esse loquacitatem fateor. Me, quem unico amore fovit, quem[6] cum praesentem habebam necessariis affluebam, nec in exhibitis affluentiae copiis absque illo meam putabam compleri posse indigentiam.

clarus,

17. Nunc usque providi pastoris nostri vitam in minimis exsecuti, decernimus imponere metam, cum pro certo non ignoramus, ipso ex parte quibusdam significationibus fidem[1] dante, potiora esse quae solo Deo teste peregit quam sint ea quae nostra inepta relatione patescunt. Sed tamen, quaeque[2] sint, Deo actori, sine quo nihil

11. — [1] (s. n.) *ap.* sumptu necessario.
12. — [1] *ap.* stinctum. — [2] (o. d.) *ap.* officio debito.
13. — [1] (q. s.) *ita ap.*? — [2] *ap.* btulit.
14. — [1] *leg.* contecto *vel* cooperto? — [2] *nonnullae voces videntur hic excidisse.* — [3] *ap.* quam. — [4] *leg.* Num al.? — [5] *ap.* sistartia; (v. s.) *leg.* in v. s.? — [6] *ap.* fateretur. — [7] *leg.* suos. — [8] *leg.* danti?

15. — [1] *add.* esse? — [2] *ap.* psalmodiam? — [3] *ap.* nullus? — [4] *ap.* lustravit.
16. — [1] *ap.* exarandam. — [2] *ap.* meta. — [3] (n. o.) *ap.* nos occulto. — [4] *ap.* servus. — [5] *ap.* aspernentem. — [6] *ap.* quam.
17. — [1] *ap.* fide. — [2] *i. e.* quaequae.

(1) Bellac (dép[t] Haute-Vienne)?

fieri

VITA

pie moritur

fieri valet, committendum fatemur, cui et in ostensis et in secretis est semper reddenda actio gratiarum.

18. Hinc vero qualiter huius miserabilis aevi sit solutus carcere et immensi palatii curialibus inserendus vastitate donatus, memorandum curavimus.

Anno ab incarnationis mysterio millesimo quadragesimo sexto, ordinationis vero ipsius trigesimo sexto plus minus dies triginta quinque (1), totius autem vitae suae septuagesimo primo, febris typho correptus, quam saepissime praeterito <tempore> passus laboraverat, suo strato cubavit, suisque ascitis discipulis et ecclesiae gradibus, in verae fidei confessionem, non absque interno singultu, corruens incubuit et sacri unctione olei, ut moris est, per singula membra perunctus, proximum esse suae migrationis diem nobis adstantibus praesago spiritu denotavit. Rerum vero sumptum ex amussim[1] levi facilitate praeordinans, quia iam ad remedia pauperum cotidiana distractione providus oeconomus profligatum sciebat, vilem suppellectilem contrahens,
B
nobis suis clientulis ex parte et ecclesiae fabricae D
delegavit habendum, et fruiturus perpetua pace, quam semper dilexerat, nobis, qui excubantes adesse potuimus, in summo caritatis amore osculum pacis porrexit et in inenarrabili exhilaratus cordis laetitia, corporis Christi et sanguinis viatico saeptus crucisque vexillo munitus, ultimo integra mente palmisque ad caelum porrectis, " Sancta Maria, succurre miseris „ affatus, pretiosa morte ad Christum migravit. Nos vero, qua valuimus diligentia, post tertium suae migrationis diem honesto obsequio sepulcro condidimus.

die 6 novembris.

19. Migravit namque idem vir Dei Stephanus, vera professione confessor et pontifex, VIII idus novembris, regnante domino Deo nostro Iesu Christo cum Deo Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

Vita exscripta tempore Raimundi Boti canonici operarii Aptensis.

20. Qui librum hunc scripsit, scribat et semper cum Iesu Christo vivat, et nobilem atque honorabilem suum dominum Raymundum Boti, operarium maioris Aptensis ecclesiae, vivere faciat longissimo tempore et in fine suorum dierum cum Christo regnare per in perpetuum.

18. — [1] (ex a.) *leg.* ad a.?

(1) In martyrologio Tolonensi seu Arelatensi saeculi XII (cit. supra, Comm. praev., num. 18) accuratius dicitur Stephanus sedisse *in episcopatu annis XXXV, menses VI, dies XX*. Unde recte collegit cl. Albanès (*Gall. christ. novissima, Province d'Aix* (1899), p. 219) ipsum episcopum consecratum fuisse die 16 (vel 15) decembris anni 1010. Sed non ita recte dicitur (ibid., p. 218) biographus noster errasse ubi Stephanum obiisse ait elapsis diebus circiter triginta quinque ab *ordinationis ipsius trigesimo sexto*, inchoato scilicet, non completo: nam hinc utique deducimur ad medium mensem decembrem anni 1010.

DE S. THEOBALDO CANONICO REGULARI

DORATI IN DIOECESI LEMOVICENSI

ANNO 1070

COMMENTARIUS PRAEVIUS

C. D. S.

§ I. De Vita ab auctore suppari conscripta.

Ex Vita S. Theobaldi

1. *Coenobium canonicorum regularium Doratense* (1) *gloriabatur praecipue duobus viris qui saeculo XI illud sanctis moribus illustrarunt, Israele nimirum et Theobaldo, quorum cultus in dioecesi Lemovicensi et maxime in civitate Doratensi usque ad nostra tempora celebratur, in reliquo vero christiano orbe prorsus fuisse videtur ignotus. Itaque ab omnibus antiquis martyrologiis exsulant eorum nomina et primum occurrunt in Martyrologio universali Claudii Castellani, in quo Israel signatur ad diem 22 decembris, Theobaldus vero ad hunc diem 6 novembris, his verbis :* A Dorat en la Marche, diocèse de Limoges, le bienheureux Théobald (2) chanoine régulier 1070.

ab auctore coaevo vel suppari, ut videtur, conscripta,

2. *Utriusque sancti Vitam misit ad Philippum Labbeum Petrus Robert (1589-1658), apud Doratenses iuri dicundo praefectus, qui multam operam impendit colligendis documentis ad historiam illius regionis in qua munere publico functus est spectantibus* (3). *Utramque autem a canonico quodam* F *Doratensi, et quidem sanctis aequali vel suppari, conscriptam esse iure suspicati sunt, cum vix alius aliquis potuisset gesta illis temporibus in collegio Doratensi tam diserte resciscere. Sed plura de illo scriptore nosse nequivimus, neque ullum antiquum codicem uspiam indicatum repperimus qui eius opellas nobis servaverit. Itaque ex editione Labbeana* (4) *Vitam S. Theobaldi hic proferimus. Ex hac Vita manifeste desumpta sunt, paucis dumtaxat adiectis traditionibus Doratensibus et piis aut oratoriis commentariis, quae de sancto nostro referunt sive Officia propria Doratensia vel Lemovicensia sive scriptores privati* (5). *Quae omnia diligentissime collegit v. v. P.-E. Rougerie sacerdos in novissima amborum sanctorum Doratensium Vita, ante hos fere triginta quinque annos ab ipso in publicam lucem edita* (6).

paucis admodum additis, desumpta sunt

3. *Nulla, praeter Vitam illam, de historia S. Theobaldi monumenta nobis suppetunt antiquiora saeculo XVII. Quo fere ad medium vergente quod-*

(1) De quo videsis *Gall. christ.*, t. II, col. 558. — (2) Vulgo etiam appellatur Thiébaud. — (3) Quae magna ex parte exscripta a viris eruditis Iohanne Fonteneau et Claudio Estiennot, O. S. B., servantur tum in bibliotheca publica Pictavensi, tum in bibliotheca Nationali Parisiensi. — (4) *Bibl. manuscr.*, t. II, p. 683. Vitam autem S. Israelis exhibuit Labbe t. c., 566-67. — (5) Cf. infra, num. 4. — (6) *Vies de Saint Israel et de Saint Théobald, chanoines de l'église collégiale du Dorat. Histoire de leurs reliques et de leur culte.* Le Dorat, 1871, in-8°, 320 pp.

dam

A *dam* Officium sanctorum confessorum non pontificum Israelis et Theobaldi *aliquis* (1) Iosephus... (*alterum hoc loco nomen erasum est*) scripsit et perfecit die vigesima septima mensis decembris anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo nono. *Hoc officium inde mox typis editum est Parisiis anno 1642. Illud forte primum concinnatum esse conicit v. c. P.-E. Rougerie non diu post annum 1130, quo nimirum anno instituta refertur translatio corporum SS. Israelis et Theobaldi* (2). *Certe miracula duo, quae in eo distincte narrantur additis etiam sanatorum nominibus, ipso tempore translationis referuntur impetrata. Verum tota scriptio indicatur, in ipso codice et in editione anni 1642, excerpta* Ex vetustissimis ecclesiae Doratensis tabulis scriptis, *quae verba manifeste indicant auctorem qui eam confecit longe illo tempore posteriorem fuisse* (3).

quae de ipsius historia in eius officio proprio

4. *In hoc officio indicantur lectiones propriae de sanctis nostris recitandae singulis diebus in eorum festivitate et intra eiusdem octavam, seu a die 27 ianuarii ad diem 5 februarii, quibus lectionibus narrantur illorum Vita, translatio anni 1130* B *et miracula sive statim post singulorum mortem sive post translationem subsecuta. Quae eadem plus minus prolixe secundum duplex documentum, Vitas Labbeanas et officium anno 1639 exscriptum, referunt officia S. Israelis et S. Theobaldi quae inde ab anno 1669 inserta sunt inter* Officia propria dioecesis Lemovicensis, *et* Proprium sanctorum ad usum Canonicorum regularium congregationis gallicanae *editum annis 1699 et 1758* (4).

et apud recentiores scriptores leguntur.

5. *Iisdem fontibus usi sunt qui recentioribus temporibus de SS. Israelis et Theobaldi historia gallico sermone egerunt, nempe Petrus Robert* (5), *doctor Sorbonicus Collin* (6), *scriptor libelli qui inscriptus est* Manuel de dévotion pour les confrères des saints confesseurs Israël et Théobald (7), *sacerdos Legros* (8) *et novissime iam saepius citatus v. c. P.-E. Rougerie* (9).

§ II. De gloria postuma SS. Israelis et Theobaldi (10).

SS. Israelis et Theobaldi corpora anno 1130

6. *Utrumque sanctum statim post mortem miraculis claruisse referunt lectiones officii proprii eorum anno 1639 exscripti* (11). *Unde mox adducti sunt canonici et incolae Doratenses ut illos e communi coemeterio, ubi primo sepulti iacuerant, in honoratiorem locum transferrent, in cryptam nimirum ecclesiae principis. Haec translatio facta est die 27 ianuarii anno 1130, magno populi concursu et miraculis ipso die vel brevi post impetratis insignita* (12).

Auctore C. D. S.

translata in cryptam ecclesiae Doratensis,

7. *Haec equidem novimus dumtaxat ex documento saeculi XVII; sed huius auctoritas non parum confirmatur ex testimonio Bernardi Guidonis (1260-1339) episcopi Lodevensis, qui sui* Tractatus de sanctis qui ornant Lemovicensem dioecesim *cap. 39* (13) : Sanctus Isilus, *ait*, et sanctus Theobaldus quiescunt in ecclesia Damacensi (14), qui vita et miraculis pariter claruerunt : quorum primus S. Isilus (15) B. Galterium Stirpensem enutrivit et docuit.

et inde anno 1659 in ecclesiam superiorem,

8. *In crypta illa, in qua anno 1130 deposita fuerunt, sacra corpora quieverunt immota usque ad annum 1659. Quo anno Franciscus de la Fayette episcopus Lemovicensis litteris pastoralibus datis die 20 martii commisit episcopo Sarlatensi Francisco de Saliniaco ut illa transferret in superiorem ecclesiam; quod et factum est post sex menses, die 13 septembris* (16). E

sollemni ostensione singulis septenniis venerationi publicae exhibentur.

9. *Eodem pastorali decreto 20 martii 1659 iussit Ill. Franciscus de la Fayette singulis septenniis fieri sacrorum lipsanorum ostensionem (quod et in usu erat in aliis dioecesis ecclesiis, in quibus servabantur insignes quaedam sanctorum corporum reliquiae)* (17). *Ostensiones istae Dorati magno populi e circumiacentibus vicis concursu fieri solebant usque ad haec ultima tempora* (18).

Pauca reliquiarum fragmenta aliis ecclesiis concessa.

10. *Occasione memoratae translationis anni 1659 traditum est canonicis Sancti Iuniani* (19) *os aliquod e singulis SS. Israelis et Theobaldi corporibus, quae iidem compensarunt missis particulis ossium patronorum suorum Iuniani et Amandi* (20). *Aliquod fragmentum etiam, sive eadem occasione sive alia, concessum esse legitur ecclesiae vici La Bazeuge* (21).

Earundem recognitiones annis 1802 et 1862.

11. *Duplex post hanc translationem instituta est saeculo XIX sacrarum reliquiarum recognitio : altera nimirum die 5 octobris anni 1802* (22), *altera die 12 iunii 1862* (23), *quibus constitit illas adhuc integras servatas esse Dorati.*

Confraternitas SS. Israelis et Theobaldi.

12. *Praeter hactenus recitata, duplex vel triplex monumentum memorandum venit, unde elucet Doratensium erga sanctos patronos suos veneratio*

(1) Ut in ipso codice adhuc Dorati servato notatum est. — (2) Cf. infra, p. 318. — (3) Cf. Rougerie, op. c., pp. 10-11, 254-55. — (4) Cf. ibid., p. 256 et p. 12, n. X. — (5) Idem ille qui Vitas antiquas communicavit cum Ph. Labbeo (cf. supra, num. 2). Collectanea eius de sanctis Doratensibus leguntur inter apographa D. Fonteneau (cf. ibid.), adhuc non edita. — (6) *Histoire sacrée des saints principaux et autres personnes vertueuses qui ont pris naissance, qui ont vécu ou qui sont en vénération particulière en divers lieux du diocèse de Limoges.* A Limoges, chez Martial Barbon, 1672, in-18. — (7) Primum editi anno 1717. Editio decima quarta prodiit anno 1841 (Rougerie, p. 12, n. XII). — (8) Cuius commentarii in Vitas SS. Israelis, Theobaldi et Galterii, adhuc inediti servantur in maiori Seminario clericali Lemovicensi inter Vitas Sanctorum dioecesis Lemovicensis (ibid., n. XI). — (9) Cf. supra, p. 314, annot. 6. Libenter profitemur, omnia quae § II dicturi sumus de gloria postuma SS. Israelis et Theobaldi nos rescivisse ex hoc libro. — (10) Nihil prorsus novimus de historia S. Theobaldi praeter ea quae nos docuit Vitae illius scriptor. Quae autem circa haec a recentioribus aliquatenus dilucidari potuerint, inter annotata indicabimus. Sed operae pretium non duximus singulari paragrapho singula, quae in Vita leguntur, pro more nostro notare ac discutere, ubi nulli disceptationi locus sit et nusquam aliquam novam lucem narratis a scriptore afferre valeamus. Itaque statim accedimus ad recensenda ea quae pertinent ad gloriam postumam. Amborum autem sanctorum hic nomina coniunximus, quoniam monumenta, quibus inde ab ineunte saeculo XII cultu sacro honorati fuisse demonstrantur, aeque ad utrumque spectant. — (11) Cf. supra, numm. 3, 4. Tria miracula quae singillatim S. Theobaldi invocatione impetrata narrantur, edemus infra post Vitam. — (12) Relationem quoque huius translationis et miraculorum quae eam consecuta sunt exhibebimus infra inter Documenta. — (13) Ap. Labbe, *Bibl. mss.*, t. II, p. 633. — (14) Id est Dauracensi seu Doratensi. Cf. infra, p. 317, annot. 3. — (15) Id est Israel. Nam hunc designari constat non inde solum quod cum Theobaldo coniunctus est, sed et quod magister S. Gualterii abbatis Stirpensis fuisse significatur : id enim optime convenire S. Israeli Doratensi colligitur ex huius Vita (ap. Labbe, t. c., p. 567) et ex brevi notitia de S. Gualterio quae apud Bernardum Guidonis statim praemissa est capiti 39 citato. — (16) Rougerie, p. 243-44. — (17) *Manuel de dévotion* (cf. supra, num. 5), cit. apud Rougerie, p. 244, annot. 1. — (18) Ritus harum sollemnitatum fuse descriptos videsis ap. Rougerie, o. c., p. 276-82. — (19) Apud quos aliquamdiu praepositi munere functus esse S. Israel legitur in huius Vita. — (20) *Manuel de dévotion*, cit. ap. Rougerie, p. 245. — (21) Rougerie, p. 273. — (22) Instrumentum authenticum magna ex parte exhibet Rougerie, p. 266-72. — (23) Ibid., p. 272.

AUCTORE C. D. S.

ac pietas. Alterum est confraternitas SS. Israelis et Theobaldi, quam anno 1495 a Lemovicensi episcopo Iohanne Barthon de Montbas institutam ait opusculum gallicum Manuel de dévotion, *etc.* (1) *et certe confirmatam novimus ab episcopo Lemovicensi Francisco de la Fayette* (*1627-1676*) *et anno 1659 ab Alexandro VII R. P., ac denique indulgentiis ditatam a SS. DD. Pio IX, brevi dato 16 februarii 1869* (2).

Sacellum constructum in coemeterio, ubi primo sancta corpora requieverunt,

13. *Alterum venerationis SS. Israelis et Theobaldi apud Doratenses argumentum praebent duo sacella constructa in locis in quibus ante translationes annis 1130 et 1659 institutas quiescebant illorum corpora. Horum locorum prior fuit coemeterium parti orientali ecclesiae et coenobii Doratensis adiacens. Illic post mortem S. Israelis anno 1014* parvulum sacellum ex ligno in honorem sancti construxerunt, quod statim magno infirmorum concursu frequentatum et pluribus illustratum miraculis (3) *est. Postea autem* sub *eodem* illo ligneo tuguriolo *repositum fuerat et corpus S. Theobaldi* (4). *Postquam vero inde* B *utrumque sanctum corpus in cryptam ecclesiae translatum est, sacellum istud desiit frequentari a populo et sensim vetustate corruit; locus tamen signatus erat ingenti cruce lapidea et denuo in illo aedificatum est sacellum anno 1722* (5). *Denique et hoc aediculo collabente, denuo restitutum fuit opera et sumptibus confraternitatis SS. Israelis et Theobaldi anno 1825 et hodieque ibidem visitur* (6).

et alterum, in quo repositi sunt sarcophagi quibus servata sunt post annum 1130.

14. *Anno etiam 1825 in sacellum mox indicatum translati sunt sarcophagi, quibus in crypta ecclesiae principalis servata fuerant corpora SS. Israelis et Theobaldi ab anno 1130 usque ad annum 1659* (7), *et in eodem ex utraque parte altaris parieti affixi. Unde post annos circiter quadraginta quinque, die 28 iunii 1871 remota sunt et collocata in alio sacello quod ecclesiae principalis lateri acclinatum ac pulchrius decoratum, SS. Israelis et Theobaldi cultui singulariter dedicatum est* (8).

Memoria utriusque sancti in breviariis

15. *Non videtur ullo officio ecclesiastico cultus SS. Israelis et Theobaldi celebratus fuisse ante medium circiter saeculum XVII. Certe nullus ecclesiastici anni dies huiusmodi officio assignatus* C *est in breviario Lemovicensi edito duobus tomis* D *apud Antonium Barbou* Raymundi de la Martonie Lemovicensis episcopi auctoritate et consensu capituli *anno 1625 et 1626. Itaque primum fuisse videtur quod anno 1639 exscriptum et paulo post, anno 1642, typis editum est* (9), *in quo festivitas sanctorum nostrorum cum octavis celebranda indicatur a die 27 ianuarii ad diem 3 februarii. Monumenta nonnulla eiusdem generis deinceps edita in bibliotheca nostra bollandiana exstant. In primis nempe pauca folia separata, excerpta, ni fallor, e* Proprio sanctorum ad usum Canonicorum regularium congregationis gallicanae (10), *in quibus officium S. Israelis refertur ad diem 8, et officium S. Theobaldi ad diem 10 eiusdem mensis februarii.*

et kalendariis Lemovicensibus,

16. *Repperi praeterea seriem kalendariorum* (11), *qualia consueverunt iam dudum in singulis dioecesibus edi in annos singulos, pro annis 1805, 1814, 1816, in quibus signata est festivitas S. Israelis ritu simplici, adiecta commemoratione S. Theobaldi, ad diem 28 ianuarii; deinde vero ritu semiduplici, ad eandem diem et cum eadem commemoratione, in kalendariis pro annis 1819, 1820,* E *1825, 1832, 1847, 1848 et 1854. At in kalendario edito pro anno 1872, in cuius titulo dicuntur officia ordinata* iuxta rubricas breviarii ac missalis sanctae Romanae ecclesiae ad usum dioecesis Lemovicensis (12), *non iam ad diem 28 ianuarii, sed ad diem 13 septembris indicatur festum* SS. Israelis et Theobaldi, *ritu semiduplici. Denique, inter* Officia propria dioecesis Lemovicensis a S. Congr. Rituum approbata decretis 8 augusti 1853 et 20 iulii 1876, *typis impressa Tornaci anno 1888, sub die quoque 13 septembris legitur officium* SS. Israelis et Theobaldi; duplex.

non tamen diei illorum natali affixa.

17. *Quamvis autem in illis documentis nusquam festivitas sanctorum illorum assignata sit diei 6 novembris, sed quasi vaga appareat, visum est de S. Theobaldo agere ad hunc diem, qui certo fuit dies eius emortualis seu, ut secundum morem ecclesiasticum loquamur, natalis* (13). *S. Israel obiit die XI kalendas ianuarii seu 22 decembris* (14), *secundum alios vero die 11 kal. ian. seu 31 decembris* (15). F

(1) Cit. ap. ROUGERIE, p. 234. Sacerdos Legros (cit. ibid.) asserit dumtaxat, ex *Mss. episcopatus Lemovicensis*, hunc episcopum eo anno confraternitati aggregari voluisse. — (2) ROUGERIE, p. 235-39. Quaedam de eius confraternitatis statutis videsis ibid., pp. 235, 241. — (3) Off. die 1 febr. lect. IV. Cit. ap. ROUGERIE, p. 162. — (4) Cf. infra, p. 318, annot. 1 ad III. — (5) ROUGERIE, p. 249-250. Ubi et citatur hoc excerptum ex relatione archipresbyteri a Lemovicensi episcopo Antonio Charpin de Genestines ad illud opus curandum delegati: " Nous (archiprêtre de Rancon), nous „ sommes transporté en la ville de Dorat, où étant, hors „ de la dite ville, dans un ancien cimetière le long des „ fossés, sur l'indication à nous faite par MM. les véné„ rables curé, syndic et chanoines de l'église collégiale de „ la dite ville soussignés, d'un lieu et place reconnus par „ tradition immémoriale où les corps glorieux des saints „ Israël et Théobald, leurs patrons, ont été trouvés enter„ rés; vu la dite place, où il y a une grande croix de pierre „ élevée pour marque et monument dudit lieu et tombeau „ des saints... „ — (6) Ibid., p. 250. — (7) Cf. supra, num. 8. — (8) ROUGERIE, p. 303-308. — (9) Cf. supra, num. 3. — (10) Cf. supra, num. 4 extr. — (11) Quibus communis titulus est *Ordo divini officii recitandi iuxta ritum Breviarii Lemovicensis recentioris editionis*. — (12) Instaurata fuit liturgia romana in dioecesi Lemovicensi, rogante episcopo, decreto S. R. C. dato die 7 iulii 1853. — (13) Vit. c. 7. — (14) Vita S. Israelis (ap. LABBE, *Bibl. mss.*, t. II, p. 567). — (15) Cf. ROUGERIE, p. 156-57.

I. VITA

A

I. VITA S. THEOBALDI CANONICI DORATENSIS

Ex editione Philippi Labbei. Cf. Comm. praev., num. 2.

S. Theobaldus, in territorio Lemovicensi natus,

1. Senescentis mundi temporibus vir sanctissimus Theobaldus Lemovicensium provinciae oriundus extitit, eius videlicet regionis, quae Pictavensi pago contigua, propter utriusque terrae confinium Marchia vocatur (1).

Petragoricae litteris addiscendis dat operam;

2. Factus autem adolescens, ad plenioris scientiae gradum (2) anhelans, Petragoricam penetravit ad urbem, ibique aliquamdiu commoratus, artis grammaticae studiis attentissimus invigilavit; animum autem suum circa huiusmodi curam totum applicans, summa illius temporis ingenia, cooperante gratia Spiritus sancti, aequiparavit.

dein canonicorum regularium collegio Dorati ascriptus

3. Elapso autem aliquanti temporis spatio, cum iam in liberalibus exercitiis admodum esset promotus, revisendae patriae suae compunctus amore, ad locum, ubi natus fuerat, reverti decrevit, non ut diuturnas ibi moras innecteret, sed ut salutatis parentibus ab eisdem missionem expetens, aliquibus viris Deo servientibus se consortem exhiberet. Locus autem nativitatis eius ecclesiae Doratensi (3) proximus erat, in qua erat congregatio clericorum socialiter Deo famulantium. Qui cum sanctissimi viri Theobaldi probitatem cognovissent, virum sanctissimum intra consortium suum devotissime susceperunt.

et sacris ordinibus initiatus

4. Ille vero, magnis virtutibus pollens, a fratribus summopere rogatus est ut ad sacerdotii dignitatem, per sacros ordines pro diversitate temporum gradatim ascendendo, provehi consentiret. Quorum piis petitionibus ipse pius ex parte satisfacere non refugiens, ad sacros ordines accessit, nusquam extra ecclesiasticas officinas egressus, nisi cum infirmos visitandi necessitas ingruebat. Habebat enim inde consensum psalmographi dicentis : *Beati qui habitant in domo tua, Domine.* Ps. 83, 5.

atque praefectus sacrarii custodiae,

5. Unde factum est ut omnis ecclesiae conventus obnixis ab illo precibus exposceret, quatenus eiusdem loci sacrarium et omnia ad illud pertinentia in custodiam susciperet et ecclesiastici

C

thesauri curam gereret. Ad quam petitionem ipse animo consternatus, huius ministerii difficultatem eis exposuit; sed tandem, suscepto obedientiae praecepto, quanta illud strenuitate quantave diligentia administraverit, nullius lingua sufficienter expediet.

orationis studio praecipue excellit.

6. Vigiliarum quoque ea sedulitate devotionem exercebat, ut non solum eas, quas paene omnes fratrum congregationes sub gallicinii tempore celebrare solent, frequentaret, verum etiam totas noctes orationibus et lacrimis incumbendo consumebat. Hac de causa lectulum suum, vilibus panniculis et tenuissimis stramentis obsitum, a dormitorio fratrum sequestrem fecerat. Multas praeterea gratiarum donationes vir Dei Theobaldus a Domino obtinebat, quibus vitae suae cursum in neutram partem fortunatum declinans, cum perseverantia direxit, quousque omnipotenti Deo visum est emerito militi suo laborum finem ponere et ab aerumnis huius saeculi miserescendo separare.

E

Pie moritur anno 1070.

7. Accedente tempore, quo Deus omnipotens servo suo caelestium gaudiorum praemia pro mercede bonorum operum rependere decreverat, viri Dei corpus, ieiuniis, vigiliis, orationibus maceratum, debilitari coepit. Tunc servus Dei vi febrium, ac lienteriae morbo correptus, ad lectulum deportatus est a fratribus. Cibum omnibus modis respuens, solo aquae frigidae potu refrigerabatur; et quamvis paene ad extrema deduceretur, mens tamen illius ac lingua a divinis laudibus numquam cessabat. Accepto itaque corporis et sanguinis Christi viatico, ipse in Dei laudibus et oratione perseverans, praesente caterva fratrum, qui eius exitum psalmodia et letaniis tuebantur, sanctam creatori et redemptori suo laetus animam reddidit 8. idus novembris anno Domini MLXX. Cuius corpusculum lotum et, ut moris est, cilicio contextum, eiusdem ecclesiae canonici, magno populi conventu, qui ad eius exitum undique devotus concurrebat, cum digno honore sepelierunt. Ad cuius tumulum iacentibus et viri Dei merita deposcentibus innumerabilia Deus omnipotens contulit, et usque hodie confert beneficia et miracula.

F

(1) Cf. VIVIEN DE SAINT-MARTIN, *Nouv. dict. de géogr.*, t. III, p. 646. Si traditione in quadam nobili domo huius regionis servata fidere fas est, natus est sanctus in viculo *Chaix* prope Doratum in illius familiae dominio (ROUGERIE, p. 170, annot. 1). Re quidem vera *locus nativitatis eius ecclesiae Doratensi proximus erat* (Vit. c. 3). — (2) Voces istae *plenioris scientiae* indicare videntur Theobaldum, antequam Petragoricam accesserit, primis litterarum rudimentis imbutum fuisse. Id in schola monastica coenobii Doratensis factum tradunt vel coniecerunt (*Manuel de dévotion*, cit. ap. ROUGERIE, p. 172). — (3) Haec antiquitus appellata fuisse videtur *Scotorensis.* Ita nempe legitur in Vita S. Gualterii seu Walterii abbatis Stirpensis, qui in coenobio Doratensi S. Israele magistro educatus fuit (Vit. S. Israelis, ap. LABBE, *Bibl. mss.*, t. II, p. 567) : *Gaudebat Scotorensis ecclesia tanto felix alumno, et quem erudiendum susceperat, egregium sibi fore praesumebat doctorem* (*P.L.*, t. CLXXI, p. 1568); et in Vita ipsius S. Israelis : *Igitur hac de causa de longinquis regionibus innumera turba ardentium ad Scotoriensem ecclesiam confluxerat S. Petri apostolorum principis* (sub cuius patrocinio ecclesia Doratensis dedicata erat) *auxilium petens et consilium ; nec frustra ; sanabat revera multos ibidem Dominus suffragantibus almi Petri precibus ad honorem et augmentum Doratensis ecclesiae* (LABBE, l. c.). Postea autem vel simul (inter Collectanea Petri Robert [cf. supra, Comm. praev., num. 5] legitur inscriptio quae saeculo XII posita erat supra unam ex ianuis ecclesiae Doratensis, et in qua dicebatur *Anno Domini 1013 incoata fuisse ecclesia Sancti Petri* [qui erat titulus illius ecclesiae] *scotoriensis quae antea cremata fuerat per magnatenses* [cit. ap. TEXIER, *Manuel d'épigraphie, suivi du Recueil des inscriptions du Limousin*, p. 130]) dicta est *ecclesia Dauracensis* (Epist. Lucii III R. P. ad Guillelmum episcopum Pictavensem data anno 1185, *P.L.*, t. CCI, p. 1342) vel *Dauratensis* (*Chronique de Maleu*, ed. ARBELLOT [Saint-Junien, 1847], p. 39) ac denique *Doratensis.*

II. MIRACULA

II. MIRACULA TRIA INTERCESSIONE S. THEOBALDI

MOX POST EIUS OBITUM IMPETRATA

Ex lectionibus officii proprii SS. Israelis et Theobaldi editi anno 1642 (cf. supra, Comm. praev., num. 3, 4), recitatis apud ROUGERIE, *op. c., pp. 215, 220, 221.*

Miracula statim post obitum S. Theobaldi **1**. Theobaldus Israeli suo magistro per quinquaginta sex annos superstes (1) ... febribus et lienteria correptus decumbit ... cingulum quo praecingebatur, cuidam canonico ardenter id efflagitanti, in veteris amicitiae pignus et mnemosynon dat libenter. Quod cum gaudio acceptum et omni diligentia servatum, edidit postea miracula ... (2).

ipsius invocatione **2**. Puer Doratensis dictionis (3), nec longe distans ad ecclesia, epilepsia seu caduco morbo agitatus, ad sancti sepulcrum a patre deducitur, orat, super humum recens effusam accumbit, tota die dormit, sub vesperum excitatus a parente
B sanus omnino suscipitur et post debitam gratiarum actionem domum reducitur (4).

et praesertim applicato **3**. Duae mulieres praegnantes et partui proximae, quarum una periclitabatur, quoniam fetus in alvo volutabatur, ubi beati Theobaldi zona illa, quam sub exitum datam et diligenti cura custoditam diximus, praecinctae fuerunt, feliciter exinde puerperae fructus suos diversis temporibus effuderunt (5). *eius cingulo*

impetrata. **4**. Hugo, canonicus Doratensis, collega et consanguineus sancti Theobaldi, febribus totus adustus et semiexhaustus, cum de valetudine sua ferme desperaret, rogat per nuntios alios sodales suos ut sibi moribundo et mox morituro assistant et quae possidebat bona disponant. Interim venit ei in mentem cognati et amici sui Theobaldi. Ad eius tumulum, ut potest, procedit; ibi suppliciter Deum precatur, procumbit, somno cor- E
ripitur. Expergefactus, invenitur a fratribus salvus et incolumis, non sine congratulatione et divinae bonitati grati animi debita significatione (5).

(1) S. Israel obiit mense decembri *anno millesimo decimo quarto* (Vit. S. Israelis, ap. LABBE, *Bibl. mss.*, t. II, p. 567). — (2) *Offic.* d. 31 ian., lect. III. — (3) Id est *dicionis*. — (4) Offic. d. 1 febr., lect. VI. — (5) Ibid. — (6) Ibid.

III. TRANSLATIO SS. ISRAELIS ET THEOBALDI

ANNO 1130 ET MIRACULA EAM SUBSECUTA

Ex iisdem lectionibus, recitatis apud ROUGERIE, *p. 226-32.*

SS. Israelis et Theobaldi corpora in communi coemeterio sepulta, prodigiis caelestibus **1**. Iacebant sacra beatorum confessorum Israelis et Theobaldi corpora inter cetera cadaverum monumenta in communi coemeterio sepulta, illius quidem a sexdecim supra centum, istius vero a sexaginta annis, sub illo ligneo tuguriolo (1), coruscante tamen frequentibus signis et virtutibus, cum visum est divinae maiestati non ob-
C scure indicare e beneplacito suo et maiori gloria fore si intra ecclesiam translata decentius et honorificentius collocarentur.

et praesertim cantu angelico celebrata, **2**. Nam a Ramnulpho, ea tempestate abbate, duobusque eius comitibus canonicis, Aimerico de Sancto Hilario et Bosone Asininio, nocte intempesta, ante gallicinium auditae voces suavissimae beatorum spirituum concentu plane caelesti et angelico per coemeterium procedentium et psalmum octuagesimum quartum, cuius initium:
Ps. 84, 2. *Benedixisti, Domine, terram tuam,* ita concinentium, ut ab uno velut praecentore et magistro chori inchoatus, non solum ab angelis sed etiam ab excitatis e coemeterio defunctis ad modulationem sexti toni decantaretur. Agebat scilicet diem festum prius caelum indicabatque magnum gaudium caelestis curiae, si illa pretiosissima pignora sollemni ritu extracta devectaque terrae honorificentius colerentur.

transferuntur in cryptam ecclesiae principis Doratensis **3**. Deportantur igitur primum in divi Iacobi, deinde in beatae Mariae sacellum, ubi licet artius recondita, patentibus prodebant se virtutibus, postremo in sanctae Magdalenae sacram cellulam ad latera arae in crypta seu testitudine subterranea, quam ideo modo Sepulcrum vocant (2), in basilica principis apostolorum, ut hodie conspiciuntur.

die 27 ianuarii anno 1130; **4**. Hunc diem festum translationis, qui fuit vigesimus septimus ianuarii anni Domini millesimi centesimi trigesimi, cohonestavit sua praesentia, suis sacrificiis precibusque sacris praesul Lemovicensis Eustorgius, a clero plebeque Doratensi ad augendam sollemnitatis pietatem et celebritatem evocatus (3).

sepulcrum **5**. Quis igitur neget terram illam, urbem ecclesiamque

(1) Cf. supra, Comm. praev., num. 13. Cum S. Theobaldus obierit anno 1070 (cf. supra, p. 317, Vit. n. 7), S. Israel vero anno 1014 (cf. supra, Doc. II, annot. 1), ex eo quod anno 1130 Israel 116 annos, Theobaldus autem 60 annos eodem loco, *sub illo* nempe *ligneo tuguriolo* iacebant, manifeste colligitur S. Theobaldum statim post mortem suam iuxta S. Israelem sepultum fuisse. — (2) « La crypte de l'eglise [de Saint-Pierre du Dorat] est appelee le Sepulcre parce qu'elle renferme les saints corps des bienheureux Israël et Theobald. Elle renferme quatre chapelles et autant d'autels, savoir : de Sainte-Anne, — de Saint-Blaise, — de Saint-Laurent, — des Saints Israël et Theobald. Cette derniere chapelle porte aussi le titre de Sainte-Marie-Madeleine, probablement parce qu'elle etoit deja dediee à cette sainte avant d'avoir reçu les precieux corps de Saint Israël et de Saint Theobald, qui sont eleves dans deux tombeaux en pierre de grison aux deux côtes de cet autel ». Ita in Collectaneis Petri Robert (cf. Comm. praev., num. 5), cit. ap. ROUGERIE, p. 242, annot. — (3) Quattuor haec capita desumpta sunt ex *Officii* diei 3 febr. lect. IV. Addit Proprium anni 1699 (cit. ap. ROUGERIE, p. 223), utrumque sacrum corpus *postea, procurantibus canonicis et tota urbe Doratensi, in deaurata capsa decentissime depositum* esse.

illorum statim siamque Doratensem benedictam, cui benedixit Dominus, quam angeli et beatae defunctorum animae, vivi et mortui, beatam praedicant canuntque benedictam, quam sanctorum confessorum ortus, vita, mors sacra, reliquiae virtutesque commendant. Nam hunc etiam diem festum sacrumque locum multa exornaverunt miracula.

multis **6.** Mulier, cui nomen Stephana, annos nata septemdecim, pauper et mendica, victum ostiatim quaeritans, infra lumbos adeo contortis membris deformis ut eius tibias inversas femoribus iunctas eamque reptare manibus, non incedere pedibus, monstro quam feminae similiorem vidisses; recta tamen et integra fide in Deum, fiducia firma, et salutaribus praesertim monitis admodum reverendi pontificis auxilium solaciumque a sanctis confessoribus ei promittentis contra quosdam dubitantes et obnitentes obfirmata, ad utriusque sepulcrum prosternit sese, implorat, plorat, orat, exorat. Quae erat incurvata erigitur, recta tantisper progreditur; sed quoniam nondum pedibus firmiter ingredi poterat, dum ibidem noctu Deum deprecatur, apparet angelus gloriosus monetque B ad divi Michaelis archangeli templum proximum (1) ascendat. Paret, superat montem ad aeris campani pulsum, supplicat, et mox ad divi Petri descendit ecclesiam mane pedibus firmis, toto erecto corpore et omnino sana, ad maiorem Dei sanctorumque gloriam (2). TRANSLATIO

7. Nec minus admirandum miraculum quod factum est in gratiam lapicidae, Crassi nomine, viri pii et devoti. Cum enim utriusque sancti sepulcrum, sine ulla spe lucri, solo pietatis motu, affabre mirum quantum expoliisset, accidit ut eius gener in febrim gravissimam inciderit. Quid faciat socer pientissimus? Divos orat obtestaturque, tam ardenter genero suo pristinam impetrans a Deo valetudinem ut statim exaudita eius deprecatione, aeger, ad sinistram soceri sedens, penitus convaluerit, ac si Deus ipse febri comminans imperasset (3). *miraculis*

8. Plures alias virtutes operata sunt beatorum confessorum merita et suffragia, cum illo ipso translationis die, tum aliis temporibus; nec defuerunt nec desunt umquam auxilio suorum clientum Doratensium, qui tam bonos, tam potentes patronos ea qua par est fide pietateque coluere coluntque invocantes (4). E *illustratur.*

(1) De quo videsis TEXIER, *Manuel d'épigraphie*, p. 161. — (2) *Officium*, die 3 febr., lect. V. — (3) Ibid., lect. VI. — (4) Ibid.

ACTA

ACTA SANCTORUM

NOVEMBRIS

DIES SEPTIMUS

SANCTI QUI VII IDUS NOVEMBRES COLUNTUR

S. Amarandus martyr Viancii apud Albigenses.

SS. Hieron et socii martyres Melitinae in Armenia.

S. Achillas episcopus Alexandriae in Aegypto.

S. Castus martyr cultus Beneventi.

S. Restitutus episcopus Tricastinus.

S. Prosdocimus episcopus Patavinus.

S. Romanus confessor cultus Cenomannis.

S. Leopardus episcopus Auximanus.

S. Rufus episcopus Mettensis.

S. Baudinus seu Baldus episcopus Turonensis.

S. Florentius episcopus Argentoratensis.

S. Cungarus seu Docunus abbas in Anglia.

S. Agomarus episcopus Silvanectensis.

S. Gebetrudis abbatissa Habendensis.

S. Willibrordus episcopus Traiectensis.

S. Blevilegnetus episcopus Venetensis.

S. Lazarus monachus in monte Galesio.

S. Ernestus abbas Zwifaltensis.

B. Lucia de Septifonte virgo Ord. Camaldulensis.

S. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis.

B. Petrus Cambiano de Ruffia Ord. Praedicatorum.

B. Bernardinus a Fossa Ord. Fratrum Minorum.

B. Antonius Baldinucci Societatis Iesu.

PRAETERMISSI

PRAETERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

Adrianus, *de quo rursum in codicibus hieronymianis, iam heri cum Donato et ceteris nuntiatus est.*

Alexander *Thessalonicensis gladio animadversus perhibetur in menaeis* (1). *In synaxariis plerisque eius historia breviter narratur die 9 novembris* (2), *ad quem de eo agemus, si modo acta praesto erunt.*

Amandinum *confessorem Arvernum vel certe in Arverna civitate olim cultum ad hunc diem nuntiant martyrologia illius dioecesis etiam antiquissima* (3); *in breviariis autem manu scriptis officium illius celebrandum indicatur, sed absque lectionibus propriis* (4). *De ipsius reliquiis meminit libellus* De ecclesiis et altaribus quae in Claromonte consistunt, *qui saec. X non est recentior* (5): In ecclesia Sancti Saturnini ... ibi sanctus Amandinus et sanctus Sidonius quiescunt (6); *quae ecclesia postea dicta est Sancti Amandini* (7). *Ab ipso etiam nomen traxit vicus Arverniae Saint-Amandin* (*dép. Cantal, arr. Murat, cant. Marcenat*). *De historia sancti nihil memoriae traditum accepimus; quo factum est ut alii Amandinum Sidonii Apollinaris discipulum dicerent, non aliam ob causam nisi quod in eadem cum eo ecclesia sepultus esset* (8); *alii multo antea vixisse atque S. Austremonii discipulum fuisse inani coniectura affirmarent* (9). *Qua scientia meliorem esse ignorantiam nostram censemus.*

Antonii, Melasippi et Cassinae, *martyrum Ancyranorum sub Iuliano, quorum latent acta proliziora, synaxarium iam edidimus* (10), *nec quicquam amplius habemus quod notatu dignum sit.*

S. Arnulfum *sive* Rufum, *Lugdunensem episcopum anno 1074, ad hunc diem recenset Ghinius, in* Sanctorum canonicorum natalibus. *In qua annuntiatione tot sunt errores quot verba, ut videre est apud* Pennotum, Sacri ordinis clericorum canonicorum historia, *lib. II, cap. 2, § IV, et cap. 56, § I (ed. 2ª, Coloniae, 1645, pp. 243 et 495).*

Asclepiadorum, *Perusinae civitatis patricium et deinde episcopum, ad hunc diem solus martyrologorum signavit Flaminius Cornelius in suo* Hagiologio italico, *ob eam solum rationem quod diem illius emortualem nusquam memoratum reppererit et dies praesens consecratus sit recolendo martyrio S. Herculani primi Perusini episcopi. Secundum Ughellium* (11) *"floruit anno 700, cuius vitam „ praeclaraque gesta invidiosa voravit vetustas. „ Illud constat, a Theodorico Metensi episcopo „ anno 971 illius corpus fuisse translatum. „ At Sigebertus Gemblacensis, ex cuius Chronico illa translatio nota est, ait quidem a Deoderico Mettensium episcopo cum multis aliis sanctorum corporibus ex Italia in Galliam allatum esse* a Perusio Asclepiotatum martyrem (12), *sed martyrem illum praedicat neque usquam indicat eum episcopum Perusinum fuisse. Idem alio loco* (13) *memorat* corpus martyris egregii Asclepiotati *apud Perusium fuisse a Theodorico inventum et inde ablatum; sed neque hic illum episcopum fuisse indicat et:* Diem natalis eius, *ait,* ab incolis 9. Kal. Novembris didicimus. Nam gesta eius minime ab episcopo de Sisa (14), ad quem locus pertinebat, quivimus extorquere. *Plura de hoc Asclepiadoro novisse non licuit.*

Athenodorus, *frater S. Gregorii thaumaturgi, fastis Graecorum hodie inscriptus est. De eo iam dixit Iohannes Bollandus ad diem 9 februarii.*

Auctus, Taurion *et* Thessalonica *veluti martyres Amphipoli in Macedonia a Graecis hodie laudantur, eorumque synaxarium edidimus* (15). *Acta vero, unde excerptum est, nondum contigit reperire. Miror hosce martyres inter Thessalonicenses a Tafelio* (16) *haberi.*

Balsama *seu* Balsamus. *Vid.* Donatus.

Cassina. *Vid.* Antonius.

Castor. *Vid.* Sinfronius.

Colmanus. *Vid.* Hiberni.

Donatus, Paulus, Prima *seu* Primus, Balsama *seu* Balsamus, Iulia, Ianuarius, Adrianus, *qui vel Africae vel Nicomediae hodie in hieronymianis codicibus tribuuntur, iam heri turmatim occurrerunt, plerique aliunde etiam illuc translati.*

Eleozimus (*al.* Leontius), Nectarius (*al.* Nestarius, Nestorius) *et* Leopardus (*al.* Leonardus) *ut martyres hodie ab Utriculensibus coluntur* (17). *Eleozimus quidam in Actis S. Medici huius martyris corpus sepelisse traditur* (18); *Nectarium et Leopardum Eleozimi fratres fuisse simulque cum eo sub iudice Terentiano mortem pro Christo subiisse narrat Iacobillus* (19). *Quonam ex fonte haec hauserit ignoro; nam in breviario antiquo Utriculensi, videlicet anni 1515, nihil praeter S. Medici Acta legisse videtur. Mense maio anni 1316 trium sanctorum corpora simul cum SS. Fulgentio et Corona translata sunt in ecclesiam Sancti Victoris* (20); *quae die 3 octobris 1728 e sacello Sancti Fulgentii ad sacellum SS. Rosarii delata sunt* (21). *Haec sunt quae de his sanctis colligere potuimus, nec quicquam quod adderetur a nobis interrogata Curia Narniensis in tabulario suo reperiri respondit.*

Eusebii *Nicomediensis, qui etiam heri in codi-*

(1) *Synax. Eccl. CP.*, p. 203. — (2) Ibid., p. 208. — (3) Vid. S.-M. Mosnier, *Les saints d'Auvergne*, t. II (Paris, s. a. [1900]), p. 589; cf. H. Quentin, *Les martyrologes historiques du moyen âge* (Paris, 1908), p. 230. Alicubi inscriptus est ad d. 7 februarii; cf. *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 4. — (4) Cf. Mosnier, l. c. — (5) Servatus enim est in codice illius aetatis Claromontensi 83. A. 8, al. 147, fol. 149ᵛ-150ʳ. — (6) Labbe, *Nova bibl. mss.*, t. II, p. 720; Savaron, *Les origines de la ville de Clairmont* (Paris, 1662), p. 357. — (7) Cf. Savaron, l. c. — (8) Cf. *Martyrologium Parisiense* (1727), p. 344. — (9) Cf. Mosnier, l. c. — (10) *Synax. Eccl. CP.*, p. 201-202. — (11) *Italia sacra*, t. I, p. 1157. Inde desumptae sunt quae in *Hagiologio italico* de sancto nostro dicta sunt. — (12) Chronic. ad. an. 970 (*MG.*, Scr. t. VI, p. 351). — (13) Vita Deoderici Mettensis episcopi, c. 16 (*MG.*, Scr. t. IV, p. 474). — (14) Assisii ? — (15) *Synax. Eccl. CP.*, p. 202-203. — (16) *De Thessalonica eiusque agro* (Berolini, 1839), p. 154. — (17) Ferrarius, *Catalogus generalis sanctorum* (Venetiis, 1625), p. 435-36. — (18) *Act. SS.*, Iun. t. V, p. 9. — (19) *Vite de santi e beati dell' Umbria*, t. III (Foligno, 1661), p. 17. — (20) Iacobilli, t. c., p. 17, ex processu translationis. — (21) Ita p. 49, in libello de sanctis Utriculensibus ex Iacobillo praecipue excerpto et anno 1825 iterum impresso; cuius nonnisi mutilum et prima pagina carens exemplar invenire contigit.

A *cibus hieronymianis occurrebat, dies natalis est VI idus novembris, teste breviario syriaco.*

Eustasius, Pobisus *et* Marius, *si tamen nomina incorrupte tradita sunt, cum aliis, de quibus sub Donato diximus, Nicomediae passi leguntur in codicibus hieronymianis, sed immerito, ut videtur. Quantum enim ex breviario syriaco colligi potest, solus Eusebius, de quo cras, hisce diebus Nicomediensis habendus est. Quid hodierno Eustasio cum eo de quo Bollandus noster ad diem 22 ianuarii* (1), *non liquet.*

Hiberni *sancti ad hunc diem in martyrologiis Gormani et Dungallensi signati non sunt amplius tres,* Fintánus (2), Colman (peregrinus, de Inis mo Cholmoic) (3) *et* Sodalach (anachoreta). *De quibus, praeter hanc mentionem, nulla documenta reperire potui. Nam Fintenum quemdam legens Iohannes Colgan a S. Columba sanatum* (4), *post relatam sententiam eorum qui putarent hunc eundem esse atque Finanum filium Aidi, qui colitur die 4 octobris : " Verum, ait, quia* Fintenus *seu, „ quod idem est,* Fintanus, *et* Finanus *sunt plane „ diversa nomina, et nulla efficax ratio convincat* B *„ unum loco alterius hic per mendum poni, potius „ inducor ut censeam ipsum esse aliquem ex quat„ tuor SS. Fintanis de quibus ad 19 septemb., „ 1 octob., 7 et 9 novemb. agunt nostri martyro„ logi, locum, genus aut tempus non designan„ tes* (5). *„ Itaque neque Colganus, nec post eum alius quisquam, quem sciam, quidvis repperit unde* Fintani *hi quattuor vel ab aliis homonymis vel inter se distinguerentur. — De Colmano vero illud dumtaxat notandum venit, ipsum iterum signatum esse in martyrologio Dungallensi ad diem 14 novembris; ubi et indicatur locus ex eo* Inis-Mocholmog *appellatus* (6), *qui locus situs est in Hui-Fenechlais (seu Enechlais), in orientali* (7) *parte Lageniae ; qui nunc vocatur* Inch, *in communibus finibus comitatuum Wicklow et Wexford, ad meridiem oppidi Arcklow* (8). — *De* Sodalach anachoreta *nihil uspiam dictum repperi.*

Fibitius *episcopus Treverensis ad hunc diem inscriptus legitur in codice Hagenoyensi Usuardi. De eo actum est supra ad diem 5, p. 62-64.*

Fintanus. *Vid.* Hiberni.

Gaudius, *in nonnullis codicibus hieronymianis, procul dubio mendum est, cuius loco scribendum* C Claudius. *Vid.* Sinfronius.

Guisberto, *priori monasterii Bebenhusani, Ord. Cisterciensis, in regno Wirtembergico, nomen beati tribuunt Bucelinus* (Menologium benedictinum) *et Ch. Henriquez* (Menologium cistertiense) *eiusque virtutes et miracula certatim praeconio efferunt; sed de populari cultu qualicumque prorsus tacent. Exspectandum igitur, donec aliquid huiusmodi probabile emergat.*

Henrici, *Ordinis Praedicatorum, qui probabiliter S. Hyacinthi, Poloniae apostoli († 1257) socius fuit, piissimam in conventu Vratislaviae* D *mortem Gerardus de Fracheto enarrat* (9); *immo beati titulo eum condecorat Frid. Steill O. P.* (10). *Sed qua ratione ad hoc fastigium illum evexerit, nos latet.*

Herculani *episcopi Perusini et martyris festum hodie a martyrologis, velut Floro, Adone, Usuardo aliisque indicitur. Et hunc quidem censent Perusini Herculanum I esse, cum Herculanum II episcopum quoque et martyrem, colant die 8 martii* (11). *Verum, invitis plerisque rerum umbricarum scriptoribus* (12), *unum solum Herculanum agnoscendum esse validis argumentis comprobavit C. Ianningus noster* (13), *nec quae sapienter statuit a nobis iteranda sunt. Lectorem monitum velim post Ianningum nova S. Herculani Acta et miracula edita esse* (14), *in quibus tamen nihil occurrit quo eius sententia oppugnari possit. Prodierunt etiam* Ann. Christ. MDCCCLXXXI in Herculanum et Constantium episcopos martyres hymni Leonis XIII p. m. testes animi obsequiique sui (*Romae, typ. de Propaganda Fide*).

Hilarius *episcopus Patavinus infra cum Leolino recensetur.* E

Hunegundis *abbatissae Hummolariensis elevationem hodie commemorant recentia martyrologia benedictina. Haec est celebrior illa translatio, quae die 7 novembris anni 946 facta est. Cf.* Act. SS. *ad d. 25 aug., t. V, p. 223 sqq.;* Mabillon, Acta, *saec. V, p. 213 sqq. Elevationis sive translationis historiam narratam videsis ibid.,* Act. SS., *p. 232-34;* Mabillon, *p. 214-18.*

Ianuarius. *Vid.* Donatus.

Iordani *" de Italia „, ex ordine FF. Minorum, qui idem est atque Iordanus a Iano (Giano), vico in valle Spoletana sito, quique notissimus franciscanae chronicae auctor* (15) *medio saeculo XIII floruit, memoriam agit* Catalogus sanctorum fratrum minorum, *circa annum 1335 conscriptus* (16); *sed nusquam publicae eius venerationis occurrit vestigium.*

Iulia. *Vid.* Donatus.

Leolini *et* Hilarii *episcoporum Patavinorum memoria diei 7 novembris, qui S. Prosdocimo sacer est, quoniam ignotus est dies migrationis, a nonnullis assignatur ; a nostris vero 29 iunii.*

Leonardus *Utriculensis a Iacobillo dicitur* (17), *qui a ceteris Leopardus, socius S. Eleozimi.* F

Leontius *pro* Eleozimo, *de quo supra, legitur in nonnullis codicibus Narniensibus et Utriculanis, teste Iacobillo* (18).

Lucianus *episcopus apud Leontinos infra cum Rhodippo recensetur.*

Marius *seu* Maris, *nullo iure, cum Eustasio, de quo supra, et aliis martyr Nicomediensis in hieronymianis exhibetur.*

Melasippus. *Vid.* Antonius.

Memmas *martyr manu recentiore ascriptus*

(1) *Act. SS.*, Ian., t. II, p. 350. — (2) Dungall. : *Fionntain.* — (3) Voces uncis inclusae additae sunt a scholiaste Gormani et in textum martyrologii Dungallensis transierunt. — (4) *Trias thaumaturga*, p. 357 (Vit. S. Columbae, c. 31). — (5) Ibid., p. 384, annot. 27, 28. — (6) Notum est *Mocholmog* et *Colman* esse nomina prorsus synonyma, postposito scilicet in priore suffixo *og* seu *oc* et praefixa particula *Mo*, utroque affectum venerationis vel dilectionis significante. Cf. Colgan, *Act. SS. Hiberniae*, p. 155, annot. 3. — (7) Cf. W. Reeves, annot. ad Mart. Dung., l. c. — (8) Cf. J. Shearman, *Loca Patriciana*, pp. 169, 258. — (9) *Vitae FF. Ordinis Praedicatorum*, ed. Reichert (1896), p. 268-69. Cf. L. Alberti, *De viris illustribus Ord. Praed.*, lib. V, f. 223ᵛ-24. — (10) *Ephemerides dominicano-sacrae*, t. II (Dillingen, 1691), *Geistlichen Lustgartens des H. Prediger-Ordens*, Elffter Monath, November, p. 69-70. — (11) *Officia propria sanctorum a clero civitatis et dioecesis Perusinae recitanda* (Romae, 1839), pp. 167, 320 ; *Act. SS.*, Mart. t. I, pp. 47-48. — (12) Argumenta pro duobus Herculanis collecta reperies apud Bracceschi, *Discorsi per dimostrare l'esistenza di due santi Ercolani vescovi di Perugia*, Camerino, 1586; C. Alexius, *Elogia civium Perusinorum*, centuria prima, Fulginiae, 1635 ; F. Ciatti, *Delle memorie di Perugia*, Perugia, 1638 ; cf. Ughelli, *Italia sacra*, t. I, p. 1157; G. Crispolti, *Perugia Augusta*, Perugia, 1648, et alios. — (13) *Act. SS.*, t. I, tractat. praelimin., p. 33-38. — (14) *BHL.* 3824. — (15) Ed. inter *Analecta Franciscana*, t. I, p. 1-19. — (16) Ed. a Leonardo Lemmens, 1903, p. 38. — (17) *Vite de santi e beati dell' Umbria*, t. III, p. 16. — (18) Ibid., p. 18.

A *est in codice Adoniano Vaticano Reg. 511. Nihil de eo in veteribus tabulis reperiri recte notat Georgius, qui addit : " Forte est Mamas martyr aut Mennas martyr, de quo die XI novembris* (1). „ *Quae coniectura penes Georgium esto.*

Nectarius *seu* Nestarius, Nestorius, *martyr Utriculensis dicitur cum Eleozimo passus.*

Nicostratus. *Vid.* Sinfronius.

Optatus *velut martyr Nicomediensis in hieronymianis recensetur, non recte, cum Nicomediensis in hodierno laterculo unus esse videatur Eusebius, de quo supra. Optati igitur solum nomen habemus.*

Paulus. *Vid.* Donatus.

Pobisus (*al.* Probisus) *cum* Eustasio, *de quo supra, inter Nicomedienses habetur; quod nulla ratione comprobari potest.*

Prima *seu* Primus. *Vid.* Donatus.

Rhodippum *et* Lucianum, *episcopos Leontinos in Sicilia, e tabulario et monumentis ecclesiae Leontinae hoc die annuntiat Ferrarius*(2). *Horum acta, quantum fieri potuit, iam illustrarunt nostri diebus 3 ianuarii et 2 februarii.*

B Rogatus *seu* Rogatianus *cum aliis martyribus, de quibus iam diximus, in Africa vel etiam Nicomediae in hieronymianis passus legitur. Nihil praeter nomen de eo traditum est.*

B. Salomeam *regis Halciorum uxorem et post mariti obitum Cracoviense S. Clarae monasterium ingressam solus hodie commemorat Ferrarius in* Catalogo generali, *mendosa fortasse transcriptione in errorem lapsus; nam in toto ordine seraphico festum illius celebratur die 17 novembris, quo ad Dominum migravit.*

Translationem Sanguinis Domini *in monasterium Augiense hoc die, quo ipsa translatio contigerat, quotannis recolebant monachi Augienses. Cf. supra ad d. 6, p. 130* DE.

Sinfronius *seu* Simforianus, Nicostratus, Gaudius (*immo* Claudius) *et* Castor *postridie proprio loco nuntiantur, eorumque Acta dabimus sub nomine Quattuor Coronatorum.* D

Sodolach *anachoreta. Vid.* Hiberni.

Taurion. *Vid.* Auctus.

Thessalonica. *Vid.* Auctus.

B. Veronicam *quandam Ordinis Praedicatorum virginem Bergomo oriundam hoc die celebrat Frid. Steill O. P.* (3), *vestigiis inhaerens P. Iohannis a Sancta Maria O. P., qui docet illam vitam religiosam Mediolani in coenobio Sanctae Marthae egisse eiusque Acta octo libris esse exarata a Petro (lege Isidoro) Isolano O. P.*(4). *Addit insuper Steill ille Veronicam a Leone X propter crebra eius miracula fuisse " selig gesprochen und beatificirt „, id est eius cultum anno 1517 a praedicto summo pontifice permissum. Sed haec omnia, praeter originis locum, apprime conveniunt B. Veronicae de Binasco († 1497), moniali professae sub regula S. Augustini, de qua olim actum est ad diem eius emortualem, 13 ianuarii* (5). *Unde pronum est concludere ab allatis auctoribus, similitudine nominum fortasse deceptis, Bergomensem Veronicam diversam a Binascensi perperam esse excogitatam. Cuinam autem religioso instituto sese aggregaverit, olim dubitatum est; sed moniales Ordinis S. Augustini cum coenobium Sanctae Marthae hac tempestate incolerent, quod documento coaevo constat* (6), *iure eam sibi vindicare videntur eiusque festum die 28 ianuarii celebrant. Porro anno 1749 nomen eius a Benedicto XIV Martyrologio romano inscriptum est.* E

Victor, *qui in hieronymianis codicibus nonnullis inter nomina Sinfronii et sociorum irrepsit, plane ignotus est.*

(1) *Martyrologium Adonis*, p. 567. — (2) *Catalogus generalis sanctorum*, p. 435. — (3) *Ephemerides dominicano-sacrae*, l. c., p. 70-71. — (4) Jan de Sainte Marie, *Les Vies et actions mémorables des saintes et bienheureuses tant du premier que du tiers ordre de S. Dominique*, t. II (Paris, 1635), p. 668. — (5) *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 887-929. — (6) S. Latuada, *Descrizione di Milano*, t. III (Milano, 1737), p. 143-44.

C

DE SANCTO AMARANDO

F

MARTYRE VIANCII APUD ALBIGENSES

TEMPORE INCERTO

H. D.

S. Amarandus apud Albigenses,

1. *Viancium* (1) *locus est sex leucis a civitate Albigensi ad occidentem distans* (2), *ubi celebre quondam erat monasterium SS. Eugenio, Amarando aliisque sanctis dicatum, ut habemus cum ex aliis monumentis, tum ex diplomate anni 924 :* illa casa Dei sancti Eugenii, sancti Amarandi, sanctae Carisimae et centa sanctorum (3); *plerumque tamen solius S. Eugenii* (4) *nomen exprimitur, unde nonnullis visum est a S. Eugenio coenobium conditum fuisse; haud recte, cum traditum sit S. Eugenium in loco ubi S. Amarandus martyr sepultus iacebat, supremum diem obiisse et in eodem loco depositum, ubi deinceps ecclesia et monasterium excitatum est* (5).

2. *De S. Amarando seu, ut aliis placet, Amarantho, nihil memoriae proditum est praeter ea quae ex Gregorii Turonensis libello* In gloria martyrum *cc. LVI, LVII mox afferemus. Historiam passionis se legisse testatur Gregorius, quae nunc latet, et ex qua, praeter pauca de sancti gloria postuma, nihil excerpsit. Porro ita loquitur :* (LVI). Amarandus autem martyr apud Albigensim urbem, exacto agonis fidelis cursu, sepultus vivit in gloria. Cuius, ut historia passionis declarat, sepulchrum diu vepribus sentibusque contectum latuit, sed, Domino iubente, christianis populis revelatum est, et cripta, in qua quiescebat, patefacta resplenduit. Sed cum, hostilitate inpellente, locus ille ab habitatoribus fuisset evacuatus, a longinquo venientes incolae, honorem

teste Gregorio Turonensi,

(1) Vieux, département du Tarn, arrondissement de Gaillac, canton de Castelnau de Montmirail. — (2) E. A. Rossignol, *Monographies communales du département du Tarn*, t. III (Toulouse, 1865), p. 320-35. — (3) Cf. A. Longnon, *Géographie de la Gaule au VI^e siècle* (Paris, 1878), p. 521. — (4) De S. Eugenio lege *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 487-495. — (5) Devic-Vaissete, *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. II (Toulouse, 1875), p. 132-33.

AUCTORE H. D.

beato martyri quasi custodi proprio nitebantur inpendere. Igitur cum cereos frequenter devotio christiana deferret, quadam die contigit, ut quidam prae longinquitate itineris incrementum ignis, quo accenderetur cereus, non exhiberet. Arreptamque silicem ferro verberat, quasi ignem eliciturus. Quod dum ageret, et crebris ictibus lapidem quatiens, nihil foci possit excutere, caelesti lampadae cereus, qui iam beato sepulchro adfixus erat, inluminatur; factumque est, ut, quae humanae non expleverant industriae, peragerentur divini nominis maiestate. Cessante humano studio, caelestia officia ministrantur, luminisque novi fulgore cereus clarificatur accensus. Quod cum populis manifestatum fuisset, incrementum foci ulterius ad accendendum lumen nullus exhibere praesumpsit. Postquam vero locus ille inhabitari ab hominibus assiduae coepit, atque ibi domos, in quibus ignis accenderetur, adessent, hoc miraculum non est ultra praestitum plebi, cum aliis miraculis frequentius inlustretur.

cum S. Eugenio celebratur.

3. (LVII). Huic criptae sociatur et ille Honorificianae persecutionis martyr Eugenius, sacerdotalis infulae maximum decus, quem in hac urbe detrusum exilio, vel ipsius vel sociorum eius passio narrat. Hic, cum magnis in saeculo polleret virtutibus et iam victor de tormentis martyrialibus exsilisset, tempus vocationis suae, quo arcessiretur ad gloriam, Domino revelante cognovit. Illud praecipuae, quod populis occulebatur, manifestum noscens, se martyri Amarando socium esse futurum, ad eius sepulchrum dirigitur, prostratusque solo, diutissime orationem fudit ad Dominum. Dehinc, expansis per pavimentum brachiis, spiritum caelo direxit, qui a christianis collectus, in ipsa qua diximus cripta sepulturae mandatus est (1).

Martyrologiorum testimonia

4. *Gregorius a martyrologo quem Ado ad diem 7 novembris sequitur, exscriptus est* (2), *Ado vero ab Usuardo, neque ex alio fonte scaturit Wandalberti, in septimo novembris, versus*

Septenas, Amarante, pia de morte sacrasti (3).

Martyrologium hieronymianum hodie de Amarando silet; postridie autem annuntiat In africa primi, macchari, iusti, Amaranti et aliorum XXVIII (*al. XVIII*). *Quam incerta sint quae ab hieronymiano, maxime sub rubrica* in Africa, *traduntur,*
C

D
iam saepius diximus et inter eruditos passim convenit; non igitur ex eo solum quod ad turmam africanam pertinere videatur, reapse in Africa passus esse dicendus est Amarantus ille; sed neque ulla ratio suppetit unde colligatur gallicanum illum fuisse, et illum ipsum qui Viancii colebatur. At vero si diversi sunt Amarandus adonianus et hieronymianus, qui fit ut eodem paene loco in calendario concurrant? Rem ita explicandam existimo. E Gregorio Turonensi Amarandum Albigensem inter sanctos et martyres collocandum esse accepit martyrologus, diem vero quo coleretur minime intellexit, neque id ex loci usu liturgico noverat. Quaesivit igitur, qui huiusmodi compilatorum usus est, quonam die Amarandus in kalendariis, puta hieronymianis, inscriptus occurreret, repperitque VI vel potius VII idus novembres Amarantum, cui historiam e Gregorio excerptam appinxit. Diem ergo 7 novembris S. Amarandi Albigensis natalem non esse probabilius est, sed postea, auctoritate martyrologorum inductum (4), *et ab ecclesia Albigensi acceptum* (5).

quomodo intellegenda.

5. *Erunt fortasse qui res aliter component, et Gregorium Turonensem vel e fonte turbato hausisse vel parum accurate locutum esse existiment, cum Amarandus reapse Africanus dicendus sit, non quidem apud Albigenses passus, sed in sua patria, unde eius reliquiae Viancium translatae sint; hinc corpus martyris minime a S. Eugenio prope locum exsilii repertum sit sed ab ipso ex Africa profugo, allatum, quod et alios episcopos afros e sua sede pulsos egisse fama est. Talis rei interpretatio, quae velut obvia menti occurrit, sed coniecturis magis quam factis nititur, donec argumentis comprobetur, reicienda videtur. Interim, nescio quo iure a Ruinartio* (6) *aliisque Amarandus Decii temporibus martyrium consummasse asseveretur* (7).

Recentiora cultus monumenta.

6. *Ecclesia Vianciensis, saec. XIV aedificata, quae S. Amarandi, S. Eugenii et aliorum sanctorum corporibus olim gloriabatur, anno 1494, iubente Albigensi episcopo Ludovico ab Ambasia* (8), *sacris pignoribus orbata est, sanctique Amarandi cum ceterorum reliquiae in ecclesiam cathedralem translatae* (9). *Pars tamen exigua Viancii remansisse videtur, unde postea fama rettulit sanctos in pristino loco adhuc quiescere* (10). *Nunc unum tantum ex ossibus sancti martyris se habere existimant* (11). F
In cathedrali Albigensi sacellum olim erat S. Ama-

(1) *MG.*, Scr. rer. merov., t. I, p. 526-28. — (2) QUENTIN, *Les martyrologes historiques* (Paris, 1908), p. 315. — (3) DÜMMLER, *Poetae latini aevi Carolini*, t. II, p. 598. — (4) Cf. QUENTIN, t. c., p. 380-81. — (5) *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 716. — (6) In notis ad Gregorium Turonensem, *P. L.*, t. LXXI, p. 757. — (7) *Histoire générale de Languedoc*, nouv. éd., t. 1, p. 334. — (8) Sedit an. 1473-1502. Hinc operae pretium non est eos refellere qui an. 1404 vel 1464 reliquiarum translationem reponunt. — (9) ROSSIGNOL, t. c., p, 332. Antiquam translationis narrationem in archivo municipii Albiensis repperit ediditque Cl. COMPAYRÉ, *Études historiques et documents inédits sur l'Albigeois, le Castrais et l'ancien diocèse de Lavaur* (Albi, 1841), p. 89 : TRANSLATIO DE LAS RELIQUIAS DE VIEUX. *L'an de la incarnatio de Nostre Senhor, mial quatre cens nonanta et quatre et lo jorn de la festa de Mossenhor Sanct Miquel, regnant nostre senhor Mossenhor Charles, per la gratia de Dieu, Rey de Fransa, lo reverend payre en Dieu, Mossenhor Loys de Amboysa, per la dicha gratia, evesque d'Alby, fesec translatar et mudar de la gleysa de Vieux en la gleysa cathedrala de Sancta Cecilia d'Alby, las reliquias dels glorioses cors sans : Mossenhor Sant Eugeny, evesque et martyr ; Mossenhor Sant Amaran ; Mossenhor Sant Vyndemial et Mossenhor Sant Longin martyrs et de Madona sancta Caresma, verges, filha que fouec del Castelvieh ; las qualas reliquias lo dich senhor evesque per quatre senhors canorgues de la dicha gleysa fec portar venerablament am sollepna procession generala, ont los senhors cossols de la cieutat d'Alby, am illuminatio de torchas am lo popular honorablement se trobero et assisteyro, et aquela fayta, fec publicar las dichas reliquias en lo sermo general que se fes, aqui meteis per lo religios et famos frayre Olivier Mailhart, observant de l'ordre de Sant Frances ; per la quala translation nos done Mossenhor Iesu Christ salvation. Amen.* — (10) „ Une partie des reliques furent laissées à Vieux, et, comme par le passé, les fidèles accoururent les y vénérer. En 1706, des réparations furent faites au tombeau des saints, „ afin que les reliques ne demeurassent pas toujours „ exposées à la vue, ce qui amène insensiblement le „ manque de respect et de vénération, et afin de prouver „ que les sépulcres des saints Amarand et Eugène étaient „ en cette église, ce que certaines personnes commen„ çaient à nier. „ On ouvrit alors, avec l'autorisation de la dame de Carlencas, le mur de la chapelle seigneuriale qui fermait les tombeaux ; on y construisit un autel et on y déposa les reliques. „ ROSSIGNOL, t. c., p. 332-33. — (11) H. SALABERT, *Les Saints et les martyrs du diocèse d'Albi* (Toulouse, 1892), p. 58. Ab huius scriptoris, a quo etiam habemus opusculum : *Les Saints de Vieux* (Albi, 1892), tractatione de historia S. Amarandi perpendenda abstinemus, cum rhetoricis magis quam criticis artibus concepta sit. Quae vero de sancti cultu apud Albigenses collegit neglegenda non sunt.

rando

A *rando cum quattuor aliis patronis dicatum, et in civitatis regione suburbana, ab eodem nuncupata, Eremitae S. Amarandi, ordinis S. Antonii, degebant. Anno 1660 et postea mentio est in publicis instrumentis confraternitatis lanionum sub tutela S. Amarandi* (1). *Exstabat olim Cadalonii (Cadalen, arrondissement de Gaillac) in loco dicto Faget, sacellum S. Amarandi* (2); *nunc etiam ecclesiae Cadaloniensis patronus secundarius dicitur* (3).

AUCTORE H. D.

(1) SALABERT, t. c., p. 58-59, not. — (2) ROSSIGNOL, *op. cit.*, t. I, p. 74. — (3) SALABERT, t. c., p. 59.

DE SS. HIERONE ET SOCIIS MARTYRIBUS

MELITINAE IN ARMENIA

SUB DIOCLETIANO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

P. P.

§ I. Priscae mentiones martyrum Melitinensium.

Martyres XXXIII a Cyrillo Scythopolitano memoratos

1. *Martyrum triginta trium memoriam saeculo quarto exeunte Melitinae in Armenia viguisse, e Cyrilli Scythopolitani testimonio comperimus. Qui refert S. Euthymium, quem Melitinae anno 377 natum omnes norunt, cum in urbe patria educaretur, persaepe adire solitum esse* εἰς τὸ τοῦ ἁγίου Πολυεύκτου μοναστήριον καὶ εἰς τὸ τῶν ἁγίων τριακοντατριῶν μαρτύρων (1). *Orto iam Euthymio coenobium istud conditum fuisse parum prudenter inde concludatur quod ipse Cyrillus, cum paulo superius narraret quantis supplicationibus S. Euthymii parentes filium a Deo impetrassent, eos in Sancti Polyeucti templo per complures dies orabundos constitisse scribit neque sanctorum Triginta Trium martyrum ecclesiam memorat* (2). *Quaelibet enim causa satis esse potuit cur, istorum posthabito patrocinio, in S. Polyeucto pii coniuges spem suam omnem collocarent; neque si secus egerunt, valde miro casu opus erat ut id Cyrillus notare negle-geret. Quamquam plane reprobanda est licentia Metaphrastae qui sua unius auctoritate, Euthymii matrem in martyrio quoque sanctorum Triginta Trium assiduam fuisse voluit* (3); *quo consilio, ipse noverit. Horum profecto gloria eiusmodi non egebat mendaciunculo.*

forsitan significant martyrologii syriaci

2. *Iam pridem Melitinae muros adeoque angustos minoris Armeniae fines praetergressam esse laudem martyrum Triginta Trium, patet vel eo quod Cyrillus in regione longe dissita scribens non pressius significandum esse duxit quinam isti essent et cuiates. In illa quidem urbe eos pro fide occubuisse communiter ferunt narrationes et elogia quae recentioris aevi libellis tradita habemus: quae in hoc certe fidem merentur, utcumque in ceteris suspecta videtur eorum fides. Iam vero in vetustissimo martyrologio syriaco ubi martyres triginta tres frustra requiras, mense novembri annuntiantur* (4):

ܒܚܕ ܘܥܣܪܝܢ ܒܡܠܝܛܝܢܐ ܦܠܘܛܝܢܘܣ
ܘܐܚܪܢܐ ܡܘܕܝܢܐ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܫܥܐ

Die vicesimo primo, Melitinae, Plotinus aliique confessores quadraginta novem. *Qui utrimque numeros recte et incorrupte scriptos putet, is nostros martyres triginta tres ab istis quinquaginta, iubente mathematica, seiungat. Verum quid est in martyrum historiis ab oscitantia scribarum minus tutum quam numeri, qui sin minus communi consilio mutari postquam in ecclesiarum libris et usu iam invaluerunt, facile tamen possunt in codice quopiam interpolari vel corrumpi? Ut enim exemplo utar maxime perspicuo, quadraginta martyres Sebastenses, quibus numerus celebratissimi nominis instar erat, non semel octo sociis aucti sunt a Gregorio Turonensi, qui tamen illorum historiam se probe doctum volebat, de cultu eorum peregrinos Orientis, si quem fors ei obtulerat, curiose auscultabat* (5), *quin etiam eorum Passionem* „ Syro quodam interpretante „ *latine ipse reddiderat* (6). E

obscurius elogium

3. *Sed quorsum, arcessitis ratiunculis, martyrum nostrorum mentionem arte vel casu corruptam alicubi exstitisse conicimus, quam manifesto intuemur? Nempe, ut alia documenta omittamus, quae illos triginta vel triginta unum fuisse referunt* (7), *synaxarii graeci prostat exemplar perantiquum, in quo, ad diem novembris septimum, sancti de quibus nunc inquirimus, quadraginta quinque numero recensentur* (8). *Nemo igitur rem inauditam accidisse dixerit, si martyres iidem in Breviario syriaco ad quinquaginta suppleti sunt. Multo etiam minus nos movet quod eorum antesignanus Plotinus nominatur: quippe qui nullius momenti putemus historias, in quibus princeps martyrum Melitinensium inducitur nomine Hieron, sicut dedita opera explicabimus. Ex altera autem parte Plotinum hunc eiusque socios praetermittunt omnia, quotquot nobis nota sunt, Occidentalium et Orientalium martyrologia, menologia, synaxaria, calendaria. Quo igitur casu hos martyres Melitinenses omnibus ignoratos, eodem prope loco ubi nominanda erat neque nominatur alia Melitinensis caterva notissima, solus memoret elenchus syriacus, non equidem captu facilius duxerim, quam in libello tot erroribus pleno, hoc etiam laterculum aliquo pacto fuisse vitiatum.* F

(1) In Vita S. Euthymii, ap. MONTFAUCON, *Analecta graeca* (Lutetiae Parisiorum, 1687), p. 12. — (2) Ibid., p. 6-7. — (3) COTELIER, *Ecclesiae graecae monumenta*, t. II (Lutetiae Parisiorum, 1861), p. 208. — (4) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [LXIII]. — (5) *In gloria martyrum*, c. 95; ed. KRUSCH, *MG.*, Scr. rer. merov., t. I, p. 552. — (6) *Historia Francorum*, lib. x, cap. 24; ed. ARNDT, ibid., p. 435. Martyres quoque Lugdunenses numerat Gregorius quadraginta octo (*In gloria martyrum*, c. 48; KRUSCH, p. 521). — (7) Vid. infra, num. 13. — (8) *Synax. Eccl. CP.*, col. 199-200, ex optimo codice Hierosolymitano Sanctae Crucis (cf. ibid., p. XI). Quod autem in eodem elogio subiungitur, martyrum XLV sollemnitatem celebrari solitam ad Sancti Iacobi apostoli, suo loco expendetur (infra, num. 14).

et Procopii testimonium

4. *Eidem coniecturae favet, quod ad nostros martyres valde probabiliter pertinet aliud testimonium in quo tamen rursus alium numerum legimus. Refert enim Procopius Constantinopoli, regnante Iustiniano imperatore, cum aedificando templo Sanctae Irenes locus foderetur, casu repertos esse cineres martyrum* non minus quadraginta, *quos elogium arculae inscriptum significabat esse milites legionis duodecimae, quae Melitinae quondam stativa habuerat. Audiatur ipse Procopius:* Ἀλλ' ἐπεὶ τούτου δὴ τοῦ τῆς Εἰρήνης νεὼ ἐπεμνήσθην, καὶ τὸ ἐκείνῃ ξυνενεχθὲν οὔ μοι ἀπὸ τρόπου τῇδε γεγράψεται. Ἐνταῦθα ἔκειτο λείψανα ἐκ παλαιοῦ ἀνδρῶν ἁγίων οὐχ ἧσσον ἢ τεσσαράκοντα· οἳ στρατιῶται μὲν Ῥωμαῖοι ἐτύγχανον ὄντες, ἐν λεγεῶνι δὲ δυοκαιδεκάτῳ ἐτάττοντο (1), ἣ ἐν πόλει Μελιτηνῇ τῆς Ἀρμενίας τὸ παλαιὸν ἵδρυτο. Ἡνίκα τοίνυν οἱ λιθοδόμοι διώρυσσον οὗπερ ἐπεμνήσθην ἀρτίως, κιβώτιον εὗρον γράμμασι σημαῖνον ὡς λείψανα ἔχοι τούτων δὴ τῶν ἀνδρῶν. Ὅπερ ἐξήνεγκε λεληθὸς τέως ἐξεπίτηδες ὁ Θεός, ἅμα μὲν πιστούμενος ἅπαντας ὡς τὰ βασιλέως ἀσμενέστατα ἐνδέδεκται δῶρα, ἅμα δὲ κτλ... (2).

satis probabile.

5. *Subdit Procopius ex hisce lipsanis velut divinitus recuperatis oleum erupisse, quod aegrotanti Iustiniano imperatori valetudinem restituit. Quod prodigium, si aliquibus e sanctis ascriptum est quorum memoriae vigeant, profecto miratione non vacat illud in eorum elogio non fuisse consignatum. At veri non multo similius est, martyres inclitos quorum ossa sibi urbs regia vindicarat, postquam eorum cultus casu quopiam deletus opinione miraculi renovatus est, mox iterum obsolevisse : quasi oblivio illis invidia praecipua quadam insidiata sit* (3). *Ineptum tamen foret illos idcirco tantum in coetu martyrum, de quo nunc quaeritur, agnoscere velle, quod illorum memoria alibi non reperiatur et quod ipsi eodem in loco atque nostri passi dicantur. Verum martyres quorum sacra pignora Dei numine effossa refert Procopius, milites fuerunt Romanae legionis; atqui pro militibus Romanis etiam habitos esse sanctos Melitinenses tres et triginta modo patebit. Iam vero qui amborum historias distinguendas esse putet, ita ut in eodem praesidio, hostium incursionibus in primis obnoxio, semel atque iterum prope dimidiata centuria militum romanorum a suis praefectis trucidata esse dicatur, is profecto caveat ne utramque narrationem inter fabulas amandare videatur.*

C

§ II. SS. Martyrum triginta trium Acta quae feruntur.

Eorum Acta

6. *Longa saecula emetienda sunt antequam nobis occurrit martyrum Melitinensium historia, cuius formae exstant duae. Harum posteriorem, quae*

D

inter Metaphrastae opera habetur (4), *in hac disquisitione praetermittere licet, cum in priore tota nitatur eamque perpolito stilo, depravata sententia plerumque referat* (5). *Alteram unum, quod sciam, exhibet apographum, codicem dico 349 bibliothecae Divi Marci Venetiarum, in quo, praeter Vitas et Passiones promiscuas, numero 8 legitur* μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἱέρωνος καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ (6). *Codex saeculo XI vel XII exaratus est; libelli aetas incerta, auctoritas incertior. Asseverat quidem scriptor narrandi materiam sibi subministratam fuisse alia oratione vetustiore. Ultro id crederem nisi tot fraudatores idem mentiti essent. Sed candide ac sincere dictum sit. Notare tamen expedit, commentarium illum antiquiorem, sive in Armenia sive alibi prodiit, in Cappadocia interpolatum fuisse : Cappadocem enim scriptor noster se aperte profitetur. Aliquantulam quoque temporis significationem habet, peroratio miserabilis qua eversae patriae casum illacrimatur* (7). Scythicus *enim* vel Cimmericus furor (Σκυθικῆς ... ἢ Κιμμερινῆς ... παροινίας) *a putido rhetore vocari potuerunt Slavorum incursiones, quos saeculo sexto Asiam populatos esse novimus* (8). *Quam calamitatem saevitia et diuturnitate postea superarunt moslemorum grassationes, quae iam dimidiato saeculo septimo Cappadociam lacessere coeperunt* (9). *Nemini profecto videbitur scriptor Arabes prae oculis habuisse qui de Hyperboreis queritur. Itaque satis probabiliter conieceris martyrum triginta trium historiam rescriptam fuisse in temporis intervallo, non perangusto quidem neque certius definito, quod inter utramque malorum seriem intercessit* (10).

ignoto tempore scripta

et in Cappadocia rescripta

E

saeculo circiter VI.

narrant

7. *Iam summatim exponendum est quid haec historia ferat. Nomina locorum quae aliquid habent quaestionis, parumper hoc loco praetermittentur, ne disputationem ingerant importunam, cui congruentior locus in postremo capite patebit. Age vero postquam hagiographus multa questus de pervicacia, qua languescente iam pristina fide, antiquae Passiones rudi stilo conscriptae improbari coeptae sint, novata oratione vetera monumenta genuine se relaturum esse asseveravit (num. 1), narrationem exorditur cuius summa capita eiusmodi sunt. Dum Diocletianus et Maximianus imperatores, cum saevitia plane invisitata christianos persequuntur, ultione caelesti contigit ut eorum copiae a Persarum exercitu bello profligarentur. Imperatores tamen hoc manifesto Dei iudicio nihilo cautiores facti, praefectum quendam Agricolaum nomine in Cappadociam miserunt, qui fideles diligenter conquisitos ad fidem negandam cogeret, et si qui pertinaciter resisterent iidemque militiae idonei forent, eos non supplicio plecteret sed legionibus ascriberet (num. 2). Quae mandata cum exsequerentur praefecti apparitores, pervene-*

F

exortam persecutionem,

(1) Cf. ea quae in libro eodem idem Procopius addit : Ἦν δέ τι χωρίον ἐν τοῖς Ἀρμενίοις τὸ παλαιὸν Μικροῖς καλουμένοις οὐ πολλῷ ἄποθεν ποταμοῦ Εὐφράτου ἐφ' οὗ δὴ λόχος Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἵδρυτο. Μελιτηνὴ μὲν τὸ χωρίον, Λεγεὼν δὲ ὁ λόχος ἐπωνομάζετο ... (*De Aedificiis*, III, 5; ed. DINDORF, p. 254; cf. V. CHAPOT, *La frontière de l'Euphrate, de Pompée à la conquête arabe*, in BIBLIOTHÈQUE DES ÉCOLES FRANÇAISES D'ATHÈNES ET DE ROME, fasc. 99, Paris, 1907, pp. 74, 76, 349). — (2) L. c., p. 195-96. — (3) Reliquiae sanctorum militum Melitinensium non comparent inter eas, quarum mentiones in monumentis aevi medii perdiligenti studio collegit Riant ; fortasse quod labentibus saeculis, haberi coeptae sunt pro cineribus Martyrum Sebastensium (cf. *Exuviae sacrae Constantinopolitanae*, t. II, Genevae, 1878, p. 228). — (4) *P. G.*, t. CXVI, col. 109-120. — (5) Vid. infr., num. 12. — (6) Cf. supra, p. 34 et *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 175-79, ubi volumen hoc ab aliquo e nostris accuratissime descriptum est. — (7) Passio prior, num. 15. — (8) H. GELZER, *Die Genesis der byzantinischen Themenverfassung*, in ABHANDLUNGEN DER PHILOLOG.-HISTOR. CL. DER KÖNIGL. SÄCHSISCHEN GESELLSCHAFT DER WISSENSCHAFTEN, t. XLI (1899), p. 42 seq. — (9) Vid. inter cetera permulta, NÖLDEKE, *Zur Geschichte der Araber im 1. Jahrh. d. H. aus syrischen Quellen*, in ZEITSCHRIFT DER DEUTSCH. MORGENL. GESELLSCHAFT, t. XXIX (1875), p. 86 et seq. — (10) Quae de sacrario martyrum Melitinensi ab auctore nimis oscitanter adumbrantur, divinare non sinunt num scripta sint ante incensam urbem a Chosroe rege, an. D. 575 (EVAGRIUS, Ἐκκλησιαστικὴ ἱστορία, l. V, c. 14; ed. BIDEZ et PARMENTIER, Londini, 1898, p. 211).

runt

A *runt in vicum quendam, unde omnes incolae viribus atque aetate vigentes tempestive aufugerant. Comprehensi seniores minis ac terrore adacti sunt ut eos proderent qui quaerebantur. Nec potuerunt celare, quod fama iam latissime sparserat, esse in pago vinitorem quendam, nomine Hieronem, virum portentosi fere roboris; ad cuius agrum satellitum cohortem inviti perducunt. Ingruentium hostium consilia persensit Hieron. Itaque excusso dolabrae ferro, manubrium arripit cum quo accedentes validis ictibus excipit. Confracto telo, fustem casu inventum, in hostium dorso et lateribus similiter comminuit. Alius baculi idem usus et exitus, donec milites male mulcati aufugerunt (num. 3). Tum Hieron cum sociis octodecim in vicinam speluncam se recipit. Huc milites aucti subsidiis quae procurator rei monitus summiserat, agmine facto redeunt atque irruptionem parant. Verum ab ostio speluncae omnes resiluerunt : adeo terrebat eos homo inermis a quo tam atrociter vapularant. Porro inter oppugnantes aderat Cyriacus Hieronis frater, qui ad militiam nuper et ipse coactus fuerat (num. 4). Hic etsi cum germano suo mente et* B *voluntate consentiebat, vecordi utique consilio, suam operam obtulit, ut tam ridiculae obsidioni finem imponeret. Itaque, amotis militibus, Hieroni suadet ut ex antro egrediatur. Inexspectatae suasionis mirabilior effectus : Hieron libenter e latebra sua prodit, domum devertit, matri, parentibus, civibus valedicit, et una cum nepotibus suis Antonio et Matroniano et Victore quodam cognato, tironum comitatui annumeratus Melitinam proficiscitur (num. 5).*

Hieronis pugnam cum satellitibus et liberam deditionem,

8. *Nocte insequente dum in diversorio una cum sociis requiescit, repente visus est adesse illi senex facie habituque venerandus, qui eum monuit ut se ad fidem confitendam fortiter accingeret : martyrum enim gloriam ei atque commilitonibus eius in breve tempus paratam esse. Hos igitur a somno excitatos Hieron de nuntio certiores facit, captum sibi consilium aperit, et quamvis derelictae suae matris Stratonicae dolori illacrimans, se tamen ex aerumnosa vita gaudentem exire profitetur (num. 6). Tum vehementi oratione illos permovet, ut in sacrificio sollemni quod die crastino a praefecto celebratum iri miro sane casu alicunde iam didicerat, ethnicorum religiones ultro et palam* C *detestentur (num. 7). Omnes ad unum eius auctoritati et exemplis se obsecuturos esse promittunt (num. 8). Res ad Lysiam praesidem defertur, qui seditiosos tirones coram suo tribunali sisti iubet, et ut eos conspicit impavidos, Hieronem praecipue compellat (num. 9) cum quo non inaudito quidem nec breviloquenti diverbio altercatur. Deinde ad supplicia se convertit. Martyres diu et atrociter virgis caesi in carcerem parumper remittuntur. Insuper Hieroni manus dextera praeciditur, a qua globus militum romanorum tam indecoras plagas tulerat. Interea se ad supremum certamen parant iuvenes (num. 10). Ex iis tamen unus — Victor ei nomen erat — concidit animo; qui agellum quem prope Caesaream possidebat, scripta pactione custodi carceris tradidit, a quo incolumitatem mercatus, una cum altero socio, hac ipsa nocte e vinculis se subduxit (num. 11). Profugorum amentiam et spiritale exitium graviter dolens Hieron, nihilo tamen segnius se suosque socios ad mortem naviter obeundam confirmavit. Consanguineos suos Rusticum et Matronianum ad se accitos iussit scripto excipere testamentum, quo matri sororique suae rem familiarem legavit. Iisdem praeterea mandavit ut manum suam, a praeside nuper abscissam, matri deferrent, cuius curae committebat ut certo loco huic pignori sacrarium erigeret (num. 12). Demum quarto post primam confessionem die, martyres ex urbe Melitina educti, flagris per complures horas caeduntur et gladio colla feriuntur (num. 13). Hieronis caput aliorumque sanctorum corpora Chrysaphius senator et reliqui fideles Melitinenses collatis opibus ab avaro praeside redempta honorificentissime sepelierunt (num. 14). Manum vero eiusdem Antonianus et Matronianus noctu ex urbe clam elapsi in patriam suam ad martyris matrem pertulerunt (num. 15).*

nuntium ab eo divinitus acceptum, orationem ad socios habitam, disputationem cum praeside, eius et commilitonum, uno dempto, necem et sepulturam.

AUCTORE P. P.

9. *Haec fere sunt quae multo pluribus grandioribusque verbis exposuit nostri libelli scriptor. Qui dum in prooemio martyrum historias, quae ab indoctis testibus parum eleganter compositae sint, a multis velut adulteratas respui queritur, ipse fidem minuit narrationis quam a se ex vetustis commentariis integre et incorrupte redditam asseverat. Ceterum haec ipsa per se dubitationem inicit : quippe quae non modo ab earundem rerum* E *ac temporum certioribus notitiis, sed etiam a sapienti ratione multis partibus insolenter discrepet. Vitia et rimas huius historiae is sedulo colligat, quem in disputationibus otiosis morari non pigeat. Operae tamen pretium est observare totam orationem ab ipso ingressu eo vergere ut patrocinetur sacello cuidam eiusdem regionis ubi scripta est, in quo servari credebatur manus alicuius e martyribus Melitinensibus. Hoc lipsanum, quantulacumque alibi celebritate fruebatur, nostro certe scriptori universae historiae culmen est atque fastigium. Quam infinitus est in exaggerando facinore propter quod S. Hieron manu multatus fuit! Quod tamen ita perverse narrat ut licentia fingendi se prodere non possit apertius. Cum enim hominem ferat armatis militibus circumdatum, quos vi repellere pararet, sponte comminuisse telum suum, insulso artificio utitur ut illi bellicae virtutis unaque christianae mansuetudinis laudem conciliet. Satellites armatos complures a iuvene inexercitato pecudum more verberibus fugatos; quin immo partem non exiguam romanae legionis conspecto uno fuste contremuisse; tantulo praesidio pervincendo exercitum imparem fuisse, aegre pueruli sibi asseverari* F *tulerint a ludi magistro. Quod autem Hieron, qui primum a militia ut ab impio facinore abhorrebat, repente germani fratris suasu coactoribus se tradit et ab iisdem cum reliquis tironibus libere placideque iter facere sinitur, id male institutam narrationem e salebra quidem expedit, sed ad exitum inflectit etiam absurdiorem. Nec profundissima dissimulatione tegitur mendacium, quo martyr christianus inter extrema supplicia sacrario sibi condendo locum eligens sumptusque providens nobis exhibetur. Aut igitur in litteris hagiographicis nulli sunt explorati mores, nullae artes divulgatae, aut hebetem fabulam ille finxit, cuius intererat ad sacellum istud frequentiam supplicum allicere. Et si domesticam ambitionem non satis rustice ostendit haec fucata pietas, unde tandem in laudationem martyris lites invectas putabimus quae in hoc angulo terrae agitabantur (1)? Sed haec alius sunt loci et modo plenius exponenda.*

Narratiuncula dubiae fidei, quae ad commendandum Hieronis sacellum ficta videtur

10. *Eadem profecto causa fuit cur in tota narratione longe praestantissimae partes uni S. Hieroni deferrentur; quae, si rerum veritati congruerent,*

et fere solum Hieronem laudat,

(1) Vid. num. 15, p. 329.

mirum

AUCTORE P. P.

pro historia martyrum XXXIII accepta fuit.

mirum foret catervam martyrum Melitinensium tam praecellentis antesignani nomine, ut fere contigit, antiquitus non fuisse appellatam (1). *Ceteroqui de illorum gestis nihil certi refert libellus noster; nisi forte quem decipiat perversa ista et futtilis iudicandi ratio, qua vel in stultissimis fabulis historiae vestigium retinere decernitur, quicquid non plane ridiculum est. Unum tamen satis probabiliter apparet : Hieronem eiusque socios in legionibus romanis conscriptos fuisse, et militari iudicio poenas dedisse. Tantum enim abest ut hagiographus ad ornatum narrationis id excogitaverit, ut rem sibi displicentem invitus referre et quasi dissimulare videatur. Cappadoces illos fuisse non tam libenter darem scriptori Cappadoci* (2). *Sed istud etiam dicatur probabile. Demum, qui facilis esse volet, putabit etiam, dubitanter utique, martyres nostros regnante Diocletiano trucidatos fuisse, post cladem Galerio, anno 296, a Persis illatam* (3). *Reliquae narrationis fides penes auctorem esto.*

Passio martyrum Sebastensium cum ista conferenda.

11. *In primis diffidentiam movent loci quidam iusto similiores gestis martyrum Sebastensium. Quis enim non miretur a S. Hierone in vinculis dictatum fuisse testamentum, sicut illi novissima verba scripto consignasse ferebantur* (4); *ex eius sodalibus, non secus atque ex illorum numero aliquem timore victum aufugisse; brevi narrationem studiose assimulatam fuisse exemplo perillustri, quod cuilibet Cappadoci mediocriter litterato ultro se imitandum offerebat? Mitto translaticias ineptias quibus perpaucae martyrum laudationes prorsus immunes sunt. Difficultates vero praecipuae, quae ex mentionibus virorum, locorum nominibus aliisque modi eiusdem exsurgunt, suo loco in annotationibus expendentur. Et de priore quidem forma narrationis hactenus.*

Metaphrastae narratio

12. *Multo etiam leviorem considerationem postulat forma Metaphrastica, quam adiecta veteri interpretatione Gentiani Hervet* (5), *ad fidem codicis Parisiensis 1481, fol. 70-74ᵛ, graece vulgavit I. B. Malou* (6). *Libellum tamen stilo putidum, argumento levidensem, cum ab hoc opere nemo abesse sineret, relecto eodem exemplo* (= **B**), *rursus edere paravimus. Collati sunt etiam bibliothecae eiusdem :*

C *Codex 1487, fol. 90-96ᵛ, in quo manu recentiore, saeculo circiter XIII, suppletum est folium membraneum, signatum 97-97ᵛ* (= **A**).

Codex 1020, fol. 103-109 (= **C**).

Codex 1497, fol. 73ᵛ-79ᵛ, in quo folium 78ʳ inter et 79, vacat duarum pagellarum locus. Ut superiora, hoc etiam exemplum (7), *cuius non exstant nisi membra hiantia, saeculo XI exaratum est et menologium novembre complectebatur* (= **D**).

Qua auctoritate deterriti simus ne plures codices editioni adornandae adhiberemus, intelleges e commentario praevio ad Acta SS. Galactionis et Episteme (8); *ubi etiam de tribus primis codicibus illis exponitur ab eo, qui nostros quattuor ipse per* D *se contulit. Neque certe diligentiore cum cura explorari oportuit varias lectiones adulterati libelli, quem qui perlecto priore inspexerit, contemnendum putabit. Ex iis enim locis in quibus ab antiquiore narratione discrepat, plerosque nullo consilio interpolavit Metaphrastes, quo sua facundia spatiaretur licentius; in paucis imprudens erravit; in nullo quicquam lucis historiae attulit, ut ambas narrationes conferenti patebit* (9).

nullius momenti.

Menaea et synaxaria.

13. *Mentiones et elogia Hieronis ac sociorum eius, quae in menaeis, synaxariisque Graecorum leguntur, e libello nostro certe omnia fluxerunt : scilicet quia prorsus deerant alia monumenta quae sanctorum illorum historiam referrent. Quod ita accidisse perspicue demonstrat series nominum quae in codicibus nonnullis legitur. Iuvenes qui una cum S. Hierone capti sunt, hoc ordine recenset istius laudator* (10) : Nicander, Hesychius, Barachus, Maximianus, Callinicus, Athanasius, Theodorus, Ducitius, Eugenius, Theophilus, Valerius, Theodotus, Callimachus, Xanthicus, Hilarius, Gigantius, Longinus, Themelius, Eutychius, Diodotus, Castricius, Theogenes, Mamas, Nicon, Theo- E dulus, Bostrychius, Victor, Dorotheus, Claudianus, Epiphanius, Anicetus, Hieron. *Integram hanc seriem pauculis nominibus detortis rettulit synaxarista quidam, non advertens ex ista caterva Victorem cum alio profugo a fide defecisse* (11) *et ab ipso narratore martyres omnino ter denos numerari* (12); *atque ut numerum triginta trium suppleret, Hieronem ultro et sponte geminavit* (13). *Maiore diligentia usi Graecorum menaeorum scriptores, dum martyrum Melitinensium elogium e libello nostro contrahunt, Victorem praetermiserunt et cum eo Hilarium* (14). *In menaea quadrat series quam exhibet codex quidam deterior synaxarii Constantinopolitani* (15).

§ III. De cultu martyrum Melitinensium.

Cultus martyrum XXXIII

14. *Cultum martyribus nostris quondam exhibitum hodie non testantur nisi vestigia perpauca eaque subobscura. A coenobio quod eorum nomen ac titulum Melitinae gerebat, huius commentarioli prima initia profecta sunt* (16). *Num istud coeno-* F *bium continuerit hunc* περικαλλῆ τε καὶ ἱερὸν σηκόν, *quem Hieroni et sociis eius a Chrysaphio senatore Melitinensi conditum fuisse, inferius legemus* (17), *ii decernant, qui rem, qualis narratur, veri similem putant. Constantinopoli quoque iam antiquitus, martyribus nostris — si tamen eos reapse significavit Procopius — dicatum fuisse conicimus martyrium, non illud quidem diuturna celebritate commendatum* (18). *Posteriore tempore festum eorum peragi solitum esse dicitur* ἐν τῷ σεπτῷ ἀποστολείῳ τοῦ ἁγίου Ἰακώβου τοῦ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου τῷ

Melitinae et Constantinopoli,

(1) Coenobium eis sacrum solo nomine Martyrum triginta trium vocat Cyrillus Scythopolitanus (cf. supra, num. 1, p. 325). — (2) Diocletiani aetate Cappadocia nec prima nec secunda ad dicionem pertinebat praefecti Melitinensis, qui Armeniam secundam regebat (cf. J. MARQUARDT, *L'organisation de l'empire romain*, trad. P. LOUIS-LUCAS et A. WEISS, t. II, Paris, 1892, p. 301). Idem fortasse peccavit scriptor cum Melitinensis carceris commentariensem, Hieronis civem fecit (cf. infra, num. 15, p. 329). — (3) Herm. SCHILLER, *Geschichte der Römischen Kaiserzeit*, t. II (Gotha, 1887), p. 142. — (4) G. Nath. BONWETSCH, *Das Testament der vierzig Märtyrer*, in STUDIEN ZUR GESCHICHTE DER THEOLOGIE UND KIRCHE, t. I (Leipzig, 1897), p. 73 et seq. — (5) Apud SURIUM, t. V (Venetiis, 1556), fol. 37ʳ-39ʳ. — (6) Cf. supr., p. 326, annot. 4. — (7) *Catal. Gr. Paris.*, p. 185. — (8) Supra, p. 34. — (9) Vide, ex. gr., p. 329, annot. 6. — (10) Passio prior num. 7; ad quem varias lectiones appositas vide. — (11) Cf. supra, num. 7, p. 326, et Acta priora num. 11. — (12) Num. 16; cf. Metaphrastes eodem loco. — (13) *Synax. Eccl. CP.*, col. 201-202. — (14) Μηναῖον τοῦ νοεμβρίου ... κατὰ τὴν νεωστὶ διάταξιν τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας ὑπὸ Βαρθολομαίου Κουτλουμουσιανοῦ τοῦ Ἰμβρίου (Venetiis, 1843), p. 44. — (15) Loc. cit. — (16) Supra, num. 1, p. 325. — (17) Passio prior, num. 14. — (18) Num. 3-4, p. 326.

ὄντι

A ντι ἔνδον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν τοῖς Χαλκοπρατείοις (1). *Id tamen etsi legitur in egregio codice Hierosolymitano synaxarii Maioris Ecclesiae* (2) *et saltem in altero quodam minoris momenti* (3), *nihilo tamen setius aliquantulam dubitationem habet. Nam iisdem prorsus verbis, ad eundem diem, in codice Sirmondiano annuntiatur sollemnitas S. Athenodori fratris S. Gregorii Thaumaturgi.*

Hieronis vero praecipue in sacello Codesano viguit

15. *Plura exploranda forent de sacello S. Hieroni praecipue dicato quem eius Acta, in luce vel potius in umbra quadam sublustri collocarunt. Pagum in quo situm illud erat appellatum ferunt* Κοδεσσανή (4) : *quo vocabulo nihil obscurius. Attamen nimis inepte fingeretur Hieron, quo iubente hoc martyrium conditum esse iactatur, dextram suam matri legasse ad solacium, eandemque loco a materna domo valde dissito assignasse; quacumque demum ex causa scriptori addere libuit, fundum sacello aedificando ab Ancyrae praefecto fuisse donatum* (5). *Atqui Hieroni patria domiciliumque fuit pagus Matiane vel Mantiane* (Ματιανή, Μαντηανή, Ματύανα), *qui locus, si in* B *languida oratione quam scrutamur, narrandi ordinem pressius observare oporteret, itinere unius diei vel summum bidui ab urbe Melitine quaerendus foret* (6). *Verum Matianae adiacebat vicus nomine Corama* (Κόραμα) *in quo fundum aliquem possidebat nescio quod* πτωχεῖον τῆς Βασιλιάδος *in finibus Caesareae situm* (7). *Atqui non admodum procul a Caesarea, ad occidentem solem, Nyssam versus, tunc exsistebat civitatula Matiane, quae olim sedes episcopalis fuit eparchiae Mocisiensi subiecta. Eius loco ferunt hodieque consistere pagum vernaculo sermone dictum* Matchan, *in eoque conspici permultas ecclesias aliaque vetusta monumenta* (8). *Illic et exstitisse Hieronis martyrium, et ab eius aedituo quopiam scriptum vel interpolatum fuisse commentarium qui modo relatus est, indubitanter equidem confirmaverim. Aut quam procul Caesarea inveniri potuit, cedo, homo qui fatuam hanc historiam excogitaret: praefecti huius* πτωχείου τῆς Βασιλιάδος *filium fuisse commentariensem carceris Melitinensis; huic a Victore illo apostata in mercedem datum esse praedium finitimum ei quod ipse Coramis possideret; eumque rursus illud donum eidem* πτωχείῳ *addixisse? Nemo enim haec legens in Actis martyrum Diocletiano regnante interfectorum, non ilico dolum aliquem vel invidiam odoretur, quae in hoc uno Cappadociae angulo consilii aliquid habere umquam visa sint* (9).

AUCTORE P. P.

neque usquam alibi.

16. *Ecclesiae graecae fines non praetergressus est cultus S. Hieronis et commilitonum eius antequam ad Latinos a Baronio traductus est. Armeni, Syri* (10), *ac reliqui Orientales eos penitus ignoravere. Quin immo ex ipsa civitate, quam suo cruore decoraverant, nomen eorum iniuria temporum* E *deletum est una cum aedificiis quae illud ad priora saecula detulerant, neque tandem revixit cum aevo medio, post tot direptiones et excidia, Melitene sive Malatia splendorem pristinum recuperavit. Quorum si qua recordatio viguisset, non opinor Gregorium Barhebraeum hominem Melitinensem et in rebus patriis sicut in ceteris eruditissimum, inclitos cives suos praetermissurum fuisse, cum praecipuos martyres a Diocletiano occisos in suo Chronico recenseret* (11).

(1) ***Synax. Eccl. CP.***, col. 199-200; in quo elogio martyres nostros quadraginta quinque numerari suo loco monuimus (supra, num. 2, p. 325). — (2) Cf. ***Synax. Eccl. CP.***, col. XI et seq. — (3) Ibid., col. 201. — (4) Passio prior, num. 12. Idem locus a Metaphraste Καδεσανή vel Καδεσάνη appellatur. — (5) Passio prior, num. 11. Rem in martyrum historiis inauditam : regnante Diocletiano fuisse Ancyrae praefectum qui christianis ecclesiam conderet. Operae pretium foret colligere nomina praefectorum Ancyrae, qui hac aetate adversus fideles saeviisse feruntur : in S. Platonem Agrippinus vicarius (*Act. SS.*, Iul. t. V, p. 231), in SS. Clementem, Agathangelum et socios eorum, Domitianus vicarius (*Act. SS.*, Ian. t. II, p. 461), in S. Theodotum, Theotecnus dux (P. FRANCHI DE CAVALIERI, C ***I martiri di S. Theodoto et di S. Ariadne***, in STUDI E TESTI, N° 6, Romae, 1901, p. 63 et seq.), ac nescio quot alii. — (6) Ibid., num. 6. Hanc partem orationis interpolavit Metaphrastes, qui, nec mirum, Hieronem neglegenter auscultans Lysiae praefecto respondentem : " Κώμη δέ μοι τοὔνομα Ματύανα ", Tyanensem eum intellexit. Quam prono errore locus hic depravari potuerit, ostendit ipse codex noster, num. 10 (quem vide). — (7) Passio prior, num. 11. — (8) W. M. RAMSAY, ***The historical Geography of Asia Minor*** (London, 1890), p. 295; cf. p. 304. — (9) Eiusdem modi suspicionem inicit vinetum istud in pago Pedesia (Πεδησία) situm, quod Hieron sorori suae legasse fertur, ut haec sui martyrii memoriam celebraret (Acta priora, num. 12). — (10) Unus illos in kalendario suo memorat graecorum menaeorum expilator Salibas Hachensis (***Anal. Boll.***, t. XXVII, p. 141), qui certe apud suos cultum eorum neque invenit neque invexit. — (11) ***Gregorii Barhebraei Chronicon syriacum***, ed. P. BEDJAN (Parisiis, F 1890), p. 58.

PASSIO PRIOR

edita ex codice Sancti Marci Venetiarum 349.

Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἱέρωνος καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ.

Martyrum laudationes

1. Ἡ μὲν τῶν μαρτύρων τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ εὐσεβείας ἔνστασις καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀνδραγαθημάτων τὰ καταρθώματα ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν
f. 75 | ἀριδηλότατα τὴν ἀπόδειξιν παριστάνοντα, τῶν τοῦ Θεοῦ θαυμασιῶν τὰ μεγαλεῖα διὰ πάντων ἀνακηρύττουσιν. Ἡ γὰρ χρονία παράληψις καὶ ἡ ἄνωθεν ἐκ πατέρων κατερχομένη ὡς εἰς ἡμᾶς παράδοσις ἐκ γενεῶν εἰς γενεὰς διήκουσα τῇ βεβαιώσει τῆς παρατάσεως ἰσχυροτέραν τοῦ λόγου ποιεῖται τὴν ἀνάταξιν, καὶ λόγος μὲν οὐδεὶς ἐπάξιος τῶν ἱερῶν αὐτῶν ἄθλων καὶ τῆς περὶ Θεὸν ἀγαπῆς ἐγκωμιάσαι τὸ πρόθυμον. Πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ μετὰ τῆς εἰλικρινοῦς ἡμῶν πίστεως καὶ τὸ τῆς γνώσεως ἀγαθὸν ἐπέλιπεν, ὡς δῆθεν τῆς ἑλληνικῆς διανοίας ἐφεύρημα τοῖς τὰ χριστιανῶν πρεσβεύουσιν ἀποστερούμενον, οἱ κατὰ καιροὺς τοῖς τῶν μαρτύρων παρεδρεύοντες ἀγωνίσμασι, τὰ κατὰ δύναμιν συνεισφέροντες, τέως γε τῶν ὑπομνημάτων τὸ ἀληθὲς διασώζειν ἐσπούδαζον. Διὸ καὶ τῆς ἀφελείας καὶ ἀκεραιότητος, οἷα δὴ εὐηθείας ἢ ἀναπλάσματος καταγνόντες οἱ περὶ τὴν σοφίαν ἀπαίδευτοι

ineleganter scriptae.

Passio I

δευτοι καὶ ὡς ἔδοξαν εὐκαίρως ἐπιλαβόμενοι, οὐκ ὀλίγα τῶν ἀναγεγραμμένων νοθεῦσαι διεγνώκασιν, ὡς ἂν τῇ ὑπερβολῇ τῶν ἐπισπαρέντων ζιζανίων, ἐν τῇ τῆς διηγήσεως ἀνωμαλίᾳ καὶ ἐναντιότητι καὶ αὐτῶν τῶν ἀληθείας ἐχομένων ὡς ψευδῶν κατηγορήσωσιν. *cum respui coeptae sint,* Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν οὕτω καὶ διενοήθησαν καὶ εἰς ἔργον τὸ διαβούλιον ἤγαγον, κἂν ἐπικαλύψαι τὸ διωκόμενον φῶς τῆς περὶ ἡμᾶς ἀμωμήτου λατρείας ἡ ἀντικειμένη δύναμις οὐκ ἐξίσχυσεν. *haec historia* Ἡμεῖς δὲ ἀπαρεγκλήτως τῆς ἀληθείας ἐχόμενοι, καὶ τῶν τοῦ Θεοῦ χαρίτων τὰς ἄνωθεν ἐπιδόσεις, αἳ διὰ τῶν ἁγίων τοῖς ἀξίοις ἐπιχορηγοῦνται, μεγαλύνοντες, τὴν μὲν τῶν μαρτύρων ἀνδρείαν καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας τῷ πρέποντι λόγῳ καὶ ἀγάμεθα καὶ ἀποδοχῆς πλείστης ὅσης ἀξιοῦντες, γνησιώτερον μακαρίζομεν, εἰδότες δὲ ὡς ἐν τούτῳ κοινωνοὶ τῶν τε παθημάτων καὶ τῆς προαιρέσεως ἀραρότως | γινόμεθα, οὐδὲ τῆς διὰ λόγων εἰς αὐτοὺς θεραπείας ἀμοιρεῖν ἐπισπεύδομεν. *f. 75v* *novo stilo fideliter rescripta est.* Διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς συντρόφου καὶ πνευματικῆς φιλίας ἐπιταγὴν ἢ ἐξαίτησιν ἀποπληροῦντες, τὸ περὶ τοὺς ἀηττήτους μάρτυρας διὰ τὴν ἐκείνου ἀνενδοίαστον πίστιν ἐπιδεικνύμενοι φιλότιμον, ἐξ ἀρχαιοτέρων ὑπομνημάτων δηλονότι τὰς ἀφορμὰς εἰληφότες, τὸ μὲν τῆς ἱστορίας ἀκόλουθον ἐν οὐδενὶ διαμεῖψαι συνεωράκαμεν, τῆς δ' ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολῆς εὐπρεπείας ἕνεκεν φροντίσαντες, κἂν πλεῖστον ἀπολιπώμεθα τῆς τοῦ λόγου κομψότητος δι' ἀμαθίαν, ὅμως ὀλίγα τινὰ τῆς αὐτῆς ἐννοίας οὐκ ἐξιστάμεθα, παραφραστικῷ τρόπῳ χρησάμενοι, ὡς ἔνι μάλιστα <κατὰ[1]> δύναμιν ἀνατάξασθαι διήγησιν.

Diocletianus et Maximianus furore perciti, 2. Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τοιγαροῦν τὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἀρχῆς σκῆπτρα διεπόντων, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ χριστιανῶν διωγμὸς ἀνερριπίσθη ὥστε τῶν πώποτε κατὰ Χριστοῦ μανέντων τυράννων ὑπερανωκισθῆναι καὶ βαρυτέραν καὶ φρικωδεστέραν τὴν καθ' ἡμῶν ἐπισύστασιν ἀναφανῆναι. Πανταχοῦ γὰρ ἀνὰ πᾶσαν πόλιν καὶ χώραν διατάγματα καταφοιτῶντα παρεκελεύοντο, ἢ τοῖς τῶν αὐτοκρα- C τόρων ὑποκύπτειν θεσπίσμασι δαίμοσι θύοντας καὶ ἀπαλλαττομένους τῆς ἐνοχῆς, ἤ, εἰ μὴ τοῦτο πεισθῶσι, μυρίαις κολάσεσι καὶ τιμωρίαις ὑποβαλλομένους βιαίῳ παραδίδοσθαι θανάτῳ. Τῶν τοιούτων τοιγαροῦν ἐνταλμάτων κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐξουσίαν ἐκπεμπομένων, καὶ τῆς ἀσεβείας, δίκην τινὸς γαγγραίνης, τὸ τῆς φύσεως ἀσθενὲς ἐπινεμομένης, ἧκε καὶ μέχρι τῆς καθ' ἡμᾶς Καππαδοκῶν ἐπαρχίας τὸ θεοστυγὲς τῶν δεδογμένων, ἐπὶ πλεῖον μάλιστα τὸ ἀπηνὲς προβαλλόμενον, διὰ τὸ καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας, ὡς ἡ φήμη διήγγελτο, μᾶλλον τῶν ἄλλων χωρῶν θερμότητι τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως τὰ τῶν εἰδωλομανούντων σεβάσματα βδελύττεσθαι. *f. 76* Ἐν δὲ τῷ μεταξὺ περσικῆς δυ|ναστείας κατὰ ῥωμαϊκῆς ἀνακινηθείσης ἐξουσίας, καὶ τά τε πρὸς ἀνατολὴν καὶ μέχρι Πόντου παρατείνοντα ληϊζομένης, οὐκ ἀνεκτῶς οἱ τῆς δυσσεβείας κράτορες τὰ τῆς φροντίδος ἐπὶ τοῦτο μεταθέμενοι, στρατοῦ οὐκ εὐαριθμήτου ἐπίλεκτον μοῖραν[1] ἐγκαθοπλίσαντες, σὺν τάχει πολλῷ κατὰ Περσῶν ἀποστέλλουσι. *post cladem a Persis acceptam,* Πολέμου δὲ συρραγέντος ἰσχυροῦ, καὶ τῶν τῆς ἀπάτης θεραπευτῶν νῶτα τοῖς ἐχθροῖς δεδωκότων, οὐκ ὀλίγαι μυριάδες τῶν ἑλληνιστῶν ἀνῃρέθησαν, τῶν ἐναντίων ἀνὰ κράτος καὶ ἐπίμονον τὴν δίωξιν ποιουμένων. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ ἀδέκαστος δικαιοσύνη ἰσόρροπον, μᾶλλον δὲ πλεονάζουσαν ἀντιταλαντεύουσα κρίσιν τῇ ἀδικίᾳ, οὕτω πως ἐπὶ τοὺς βασιλευομένους ὑπὸ τῆς ἀσεβείας, τὸν τρυγίαν τῆς ὀργῆς ἀποκενοῦν, ὡς τὸ εἰκός, οὐκ ἀναβάλλεται. Ἐπὶ δὲ τῷ εἰς αὐτοὺς γεγονότι τοῦ Θεοῦ μηνίματι χαλεπήναντες, τὸ μὲν ἀνταπόδομα τῆς ἄνωθεν δικαιοκρισίας οὐδαμῶς συνῆκαν, τύχης συνάντημα τὸ πραχθὲν ἡγησάμενοι, τῆς δὲ κατὰ χριστιανῶν μανίας οὐδ' ὅλως παυσάμενοι, ἄρχοντας, ὡς ἂν αὐτοὶ ᾤοντο, τὸ εὔχρηστον ἀποφερομένους ἐκλεξάμενοι, ἀνὰ πᾶσαν τὴν ὑπὸ χεῖρα γῆν ἐξαποστέλλουσι, *ubique christianos conquiri iubent.* τοῦτο μὲν τοὺς ῥώμῃ νεότητος διαφέροντας εἰς τοὺς στρατιωτικοὺς ἐντάττειν καταλόγους, E τοῦτο δὲ καὶ δι' ἐρεύνης πυθέσθαι[2], εἴ γέ τις αὐτῶν τῆς τῶν χριστιανῶν θρησκείας προσκυνητὴς τυγχάνων τὰ ἐκείνων τῆς βδελυρίας ἀποστρέφοιτο μιάσματα· καὶ εἰ τοιοῦτόν τινα εὕροιεν, παραυτίκα τοῦτον τῇ τοῦ θανάτου ὑπάγεσθαι ψήφῳ.

Hieronis patriam invadunt satellites: 3. Τῶν οὖν ἐκπεμφθέντων κατὰ τὴν τῶν Καππαδοκῶν ἐνδιατριβόντων χώραν, καὶ τοὺς ἐκεῖσε ἐπ' ἀνδρίᾳ φημιζομένους ἀπογραφομένων, κατέλαβον καὶ αὐτὴν τὴν περιοικίδα, ἐν ᾗ ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερώτατος ἀθλητὴς Ἱέρων τὴν κατοικίαν ἐκέκτητο. Καὶ δὴ πάντων ἐν αὐτῇ φόβῳ τῆς τῶν ἀρχόντων ἐπιθέσεως φυγῇ τῆς οἰκείας σωτηρίας προνοησαμένων, μάλιστα | τῶν ἐν αὐτῷ τῷ ἄνθει τῆς ἡλικίας τὸ καρτερὸν ἐπιδεικνυμένων, *f. 76r* οἳ καὶ πρὸς τὸ στρατολογεῖσθαι περὶ πολλοῦ ἀνεζητοῦντο, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἀβάτων παρεπομένων τοῖς τῆς κακοπιστίας ἄρχουσι τὴν κώμην κύκλῳ περιλαβόντων, συνέβη μόνους τοὺς διὰ γῆρας ἢ ἀσθένειαν ἀποδρᾶσαι μὴ δυναμένους ὑπ' αὐτῶν καταληφθῆναι. Οὓς καὶ κατασχόντες, καὶ ἀπειλαῖς καταπλήξαντες, F ζημίαις καὶ μάστιξιν ὑποβαλεῖν διετείνοντο, εἰ μὴ τοὺς ἀναζητουμένους παρ' αὐτῶν ὑποδείξειαν φυγάδας. Οἱ δὲ οἴκοι φυλάσσοντες γηραιοὶ — οἱ καὶ προύχοντες τυχόν, ἤ, ὡς ἄν τις εἴποι, πράκτορες — βίας αὐτοῖς κατεπειγούσης, οἷα δὴ καὶ τῆς φήμης τοῦ μακαρίου Ἱέρωνος πανταχόσε διαθεούσης ἀκαταγώνιστον ἰσχὺν τοῦτον κεκτῆσθαι — οὐδὲ γὰρ τοῖς τὰ τοιαῦτα ὑπηρετοῦσιν ἀγνοούμενον ἦν, ὡς παρὰ τῶν ἐγχωρίων ᾀδόμενον — <εἰς> τὸν[1] ἀγρόν, ἐν ᾧ τῆς γεωργικῆς ἐπεμελεῖτο τέχνης, *quem in vinea laborantem aggressi,* ὁ τοῦ ἀμπελῶνος κυρίου δοκιμώτατος ἐργάτης, συνεπαγόμενοι καὶ τοὺς ἐπὶ τούτῳ ταχθέντας, καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἅμα καὶ ἑτέρων ὀκτωκαίδεκα συγκοινωνῶν τῆς ἐργασίας ἐχόμενον. Κύκλῳ δὲ περιστάντες καὶ τὴν ἔφοδον καθάπερ τινὰ ληστρικὴν σχηματίσαντες ἐπίθεσιν, πρὸς τὸν ζητούμενον ἐχώρουν. Ὁ δὲ ὡς τούτους ἐθεάσατο ὅπλοις μὲν

1. — [1] *Hic supra lin. signum omissi vocabuli, quod forsitan ascriptum erat in margine postea resecto.*
2. — [1] στρατοῦ-μοῖραν *cod.:* στρατὸν οὐκ εὐαρίθμητον ἐπίλεκτον μοίρας. — [2] *cod.:* διερεύνης τίθεσθαι.
3. — [1] *cod.* ἀδόμενον τόν.

τεθωρακισμένους,

ab eo verberibus fugantur. τεθωρακισμένους, φάλαγγα δὲ στρατιωτικὴν ἀποπληροῦντας, ἐν οὐδενὶ οὐ μὲν οὖν οὔτε τὴν διάνοιαν κατεπλάγη, οὔτε πρὸς τὸ πλῆθος ἀπιδὼν καὶ δειλιάσας, ὑπέπτηξε τὴν κατάληψιν, ἀλλὰ γενναίῳ καὶ ἀκλινεῖ ψυχῆς παραστήματι, ἠρέμα καὶ ἀταράχως τοῦ στελέου τὸ σιδήριον ἀπορρίψας, ὁμόσε κατ' αὐτῶν ἀντιπαρατάττεται, καὶ δὴ τοῦ κατὰ χεῖρα ὅπλου συντριβέντος κατὰ τὴν πρώτην συμβολὴν ἐπὶ τὸν τῶν ἀντιπάλων νῶτον, ἑτέροις χρησάμενος τοῖς παρατυχοῦσι ῥοπάλοις, ἕκαστον αὐτῶν πληγαῖς τε καταξάνας τὰ σώματα καὶ διὰ
f. 77 πάντων | αἵματι περιρρεομένους κατὰ κράτος τρεψάμενος, ἅμα τῶν σὺν αὐτῷ ὀκτωκαίδεκα ἀνδρῶν, φυγῇ τὴν σωτηρίαν εὐκαίρως πορίζεται.

Hieron in speluncam se recipit, **4.** Καὶ δὴ πλησίον που τῆς αὐτῆς περιοικίδος ὀχυρώτατον[1] ἐν ὑπόγεῳ λόφῳ[2] σπήλαιον εὑρηκώς, ὅπερ τέχνη λατομίας εἰς ὑπόκενον γλυφὴν διεσκεύασεν, ἐπί τινα χρόνον, ἐν αὐτῷ κατακρυπτόμενος διεσώζετο. Οἱ δὲ στρατιῶται τοῦτο μὲν
B τῆς ἥττης τὴν αἰσχύνην μὴ φέροντες, τοῦτο δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρχόντων ἀγανάκτησιν ὑφορώμενοι, θυμοῦ τε καὶ μανίας πλησθέντες, πολλῷ πλέον κατὰ τοῦ ἁγίου ἐνηρεθίζοντο. Εἰς ἑαυτοὺς δὲ γενόμενοι, καὶ τὴν ἧτταν ἀναπλάσαι βουλόμενοι, σὺν ἐρεύνῃ οὐκ ὀλίγῃ μετὰ καὶ ἑτέρας πληθύος, τὸ ἄντρον ἐν ᾧ κατεκρύπτετο διαλαβόντες, τινὰς μὲν τῶν στρατιωτῶν παραφυλάττειν εἴασαν, κατ' αὐτὴν τὴν εἴσοδον ἐπιστάντας[3], ὡς ἂν μὴ πάλιν διαδρὰς
unde, post validam οἴχηται, ἑτέρους δὲ πρὸς τὸν τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντα πεπομφότες, περὶ βοηθείας ἐξεκαλοῦντο· οὕτω γὰρ δειλὸν ἡ ἀσέβεια, ὡς καὶ τὰς σκιὰς ὑποτρέμειν τῶν εὐσεβούντων, μή τί γε αὐτοὺς τοὺς ἀνδρίᾳ τῶν πολλῶν διαφέροντας. Ὁ δὲ τῆς περὶ ἡμᾶς ἐνορίας κατάρχων πλῆθος στρατιωτῶν πρὸς τὸ[4] προκείμενον ἱκανούμενον, ὧν τὸ ἐπώνυμον βραχιάται (1), ταξάμενος, εἰς τὴν τοῦ ἁγίου ἐξαποστέλλει κατάσχεσιν. Συμπαρῆν δὲ μετὰ τῶν συνεληλυθότων καὶ ὁ τοῦ ἁγίου αὐτάδελφος, Κυριακὸς τοὔνομα, τῆς αὐτῆς ὑπάρχων τῷ θεόφρονι Ἱέρωνι καὶ δυνάμεως καὶ θεωρίας. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς τοῖς
C ἐν Τυάνοις (2) στρατολογηθεῖσι συνηριθμήθη, τῷ διαφόρῳ τῆς ἀνδρίας παρὰ πολλῶν εὐφημούμενος.

et irritam obsidionem, **5.** Καὶ οἱ μὲν σὺν αὐτῷ παραγενόμενοι ὡς τῷ φόβῳ καὶ τῇ πειρᾷ τῆς τοῦ ἁγίου γενναιότητος προκατισχημένοι, ἔμειναν ἐπὶ χώρας ἐγγίσαι[1] ἢ προσλαλῆσαι τούτῳ οὐδαμῶς τολμήσαντες. Ὁ δὲ μικρόν τι τῆς προσεδρείας ἀποστῆναι βουλευσάμε-
f. 77v νος | καὶ τὴν ἐκβολὴν τούτου καὶ ἐπίδοσιν ὅρκῳ κατεγγυησάμενος, τῷ φυσικῷ θαρρήσας δεσμῷ καὶ τῇ ἀδελφικῇ παρρησίᾳ χρησάμενος, οἷα δὴ καὶ
fratris suasu educitur πρῶτος μητρικὰς ὠδῖνας σπασάμενος, τὰ μὲν κολακείαις, τὰ δὲ παραινέσεσι τὴν πρεσβυτικὴν αἰδεσιμότητα εὐλαβηθῆναι, τὸν ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς ὑπήκοον παρέπεισε καὶ τοῦ σπηλαίου ἐξαγαγών, πρὸς τὴν πάτριον ἑστίαν σὺν αὐτῷ παραγίνεται.

Ἡ δὲ μητὴρ τὴν παρουσίαν τῶν τέκνων αἰσθομένη *Passio I* καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ ἐπιζητουμένου ἐκ τῶν προλαβόντων διαγινώσκουσα, τῷ νεωτέρῳ παιδὶ σὺν δάκρυσι καὶ οἰμωγαῖς περιχυθεῖσα, τήν τε κατάληψιν ἀπωδύρετο, καὶ ὡς τοῦ βίου παραμύθιον ἀνεβαλεῖτο. Ὁ δὲ τοῦ Θεοῦ ἱερώνυμος ἄνθρωπος τήν τε μητέρα στοργικῇ διαθέσει υἱοπρεπῶς ἀσπασάμενος, καὶ τοῖς συνειλεγμένοις ἅπασιν ὁμοθυμαδὸν συνταξάμενος, πᾶσι δὲ τοῖς Ματηανοῖς χαίρειν εἰπών, ἅμα τῷ συγγενεῖ Οὐΐκτορι καὶ δυσὶν ἀδελφιδοῖς, Ἀντωνίῳ καὶ Ματρωνιανῷ, τῆς πρὸς τὰ πρόσω ὁδοῦ σπουδαιότερον εἴχετο. *et tironibus annumeratur.*

6. Ἐν τόπῳ δέ τινι ἐπιξενωθέντες, καὶ διὰ τὸ τὴν ὥραν πρὸς λύχνων[1] ἀφὰς εἶναι ἐκεῖσε καταμείναντες, καὶ βουλόμενοι ἀφ' ἑσπέρας ἕωθεν τὴν πορείαν πρὸ τῆς ἡλιακῆς ἐπιλάμψεως ποιήσασθαι, κατ' αὐτὴν τὴν νύκτα φαίνεται αὐτῷ κατὰ τοὺς ὕπνους ἀνὴρ λαμπρᾷ μὲν καὶ λευχείμονι τῇ στολῇ τὸ ἀξιοπρεπὲς τῆς θέας ἐπιδεικνύμενος, φωνῇ δὲ πραείᾳ πρὸς αὐτὸν ἀποφθεγγόμενος· « Ἰδού, E *In somnio de instante martyrio certior factus,*
» φησίν, εὐαγγελίζομαί σοι σωτήριον εὐφροσύνης Luc. 2, 10.
» εὐαγγέλιον. Ἡ μὲν ὁδός, ἐν ᾗ πορεύῃ, ἀστεία τε
» καὶ εὐθὴς ἐνώπιόν σου. Οὐχ ὑπὲρ βασιλέως δὲ
» γηΐνου καὶ δόξης διαλυομένης, πρὸς δὲ τὴν οὐρά-
» νιον βασιλείαν δι' ἀγώνων ἀθλητικῶν μετατεθείς,
» τῷ αἰωνίῳ βασιλεῖ συνδοξασθησόμενος ἀπε-
» λεύσῃ. » Ταῦτα εἰπὼν ὁ ὀφθεὶς καὶ ἀγαλλίασιν καρδιακὴν ἐπαφείς, τῆς ὁράσεως ἀπέπτη. Ὁ δὲ τῆς ἀγγελίας τὸ κεχαρισμένον ὡς θεῖόν τινα ὄνειρον ἀ|ποδεξάμενος, καὶ τὴν ψυχὴν κατανυγεὶς τοῖς *socios suos admonet,* f. 78
συμπαροῦσιν αὐτῷ φίλοις καὶ συγγενέσι τοιαῦτα προσεφώνησεν· « Ἔγνων, φησίν, ἀδελφοὶ καὶ φίλοι, τὸ περὶ ἐμὲ τῆς τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας εὐαγγέλιον, καὶ ὅτι ὅσα ἄν τις κτήσηται ἐπὶ τῆς γῆς, μὴ ἀποθησαυρίσῃ δὲ τῶν ἐνόντων κτῆσιν ἐν οὐρανῷ, ἐν οὐδενὶ ὄνησιν προξενοῦσαν ἐκ τῶν παρόντων εὑρήσει· « Τί γὰρ ὠφελήσει ἄνθρωπος », Matth. 16, 26.
φησὶν ὁ Κύριος, « ἐὰν τὸν κόσμον ὅλον κερδήσῃ,
» τὴν δὲ ψυχὴν αὐτοῦ ζημιωθῇ; ἢ τί δώσει ἄνθρω-
» πος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; » Ἐγὼ δὲ τῶν προσκαίρων καὶ φθειρομένων οὐδενὸς λόγον ποιοῦμαι, οὐδὲ τίθημι τῆς ψυχῆς μου τιμιώτερον. *vitaeque se taedere profitetur.* Cf. Act. 20, 24.
Ἀρκεῖ γάρ μοι καὶ ὁ παρεληλυθὼς χρόνος τῆς ματαιότητος, ἐν ᾗ διεβίωσα ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν μου κατατριβόμενος. Ἕν ἐστιν ὃ τὰ ἐντός μου κατεσθίει καὶ τὸν τῆς ψυχῆς ὑπεκλύει τόνον, ἡ περὶ τὴν κατὰ σάρκα μητέρα μου Στρατονίκην φροντίς. Ἡ γὰρ μόνωσις καὶ τὸ ἀπροστάτευτον, ἥ τε τῆς χηρείας ἐρημία καὶ ἡ κατ' ὀφθαλμοὺς ἐπισυμβᾶσα νόσος, τέλεον τοῦ φωτὸς ταύτην ἀποστερήσασα. Τὸ γὰρ ἐν ἀσθενείᾳ μικροπρεπὲς τῆς ἡλικίας ἀφίημι, ὃ οὐκ ἄν τις πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον εἶναι νομίσοι. Τοῦτο τοίνυν εἰς ἑαυτὸν ἀνελίσσων, καὶ ὅτι δι' αὐτῆς εἰς τὸν ἐγκόσμιον τοῦτον παρήχθην βίον, δηλονότι βουλήματι τοῦ τὰ πάντα *non tamen sine matris suae*

4. — [1] *cod.* ὀχυρότατος. — [2] *cod.* ὑπὸ γεωλόφω. — [3] *cod.* ἐπιστάντες. — [4] *cod.* πρόστὸ.

5. — [1] *cod.* ἔγγισαι.
6. — [1] *cod.* προσλύχνων.

(1) Inter legionum partes numerantur a Iohanne Lydo βραχιάτοι ἤτοι ἀρμιλλιγέροι, ψελιοφόροι (Περὶ ἀρχῶν τῆς Ῥωμαίων πολιτείας, ed. Bekker, Bonn. 1837, p. 157). — (2) Ita cod., cuius scriptio (ἐντυάνοις) retineri et explicari potest; quippe nihil prohibebat scriptorem inverecundum ne lectionem militum Tyanis in Cappadocia peractam fingeret. Veri tamen similius conicias hic etiam scriptum fuisse Ματηανοῖς, sicut infr. num. 5.

 δημιουργήσαντος

PASSIO I *tristi recordatione.* δημιουργήσαντος Θεοῦ — τὸ μὲν γὰρ τίκτειν μητέρων ἴδιον, ὡς τῇ φύσει δεδωρημένον ἄνωθεν· τὸ δὲ πνοὴν ζωῆς ἐντιθέναι καὶ τῇ εὐτελεῖ ταύτῃ διαρτίᾳ λογικήν τινα χάριν καὶ νοῦν πνευματικὸν ἐγκαταμίξαι, ἔργον ἂν εἴη θεῖον τοῦ πᾶν ἔμβρυον ἐν κοιλίᾳ διαπλάττοντος — ὅτι τε οὐδὲν ἄξιον ἀνταπόδομα τῇ θρεψαμένῃ προσαγήοχα, σφοδρῶς ὑπὸ τῶν τοιούτων λογισμῶν ὀχλούμενος, ἑαυτοῦ καταγινώσκειν ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐκβιάζομαι. Πλὴν ἐπειδὴ πρὸς ἀγῶνα μαρτυρικὸν καὶ Χριστοῦ τοῦ παμβασιλέως ἡμῶν ὁμολογίαν ἐν αὐτῷ μετακέκλημαι, τῷ τῶν ὀρφανῶν πατρὶ καὶ χηρῶν
f. 78v | προασπιστῇ ταύτην ἀνατίθημι, καὶ αὐτὸς παρέξει βοήθειάν καὶ ἰσχύν, ὑπομονήν τε καὶ παράκλησιν εἰς τὸ ῥαδίως ὑπενεγκεῖν τὸ τραχὺ καὶ δυσάντητον, τῆς χηριακῆς μονώσεως. »

Eius oratione, 7. Τοιαῦτα περὶ τῆς οἰκείας μητρὸς ὁ τοῦ Θεοῦ διεξελθὼν ἄνθρωπος, καὶ πικρὸν ἐκ βάθους καρδίας ἐπαφεὶς δάκρυον, πρὸς διέγερσιν τῶν προσ-
B καρτερούντων φίλων τε καὶ συγγενῶν τὴν παραίνεσιν μετηγάγετο· « Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοί,
II Cor. 10, 1. λέγων, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, ἀποστολικῶς εἰπεῖν, κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν καὶ ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου. Εἰ γὰρ ὁμοφρόνως τῆς παρ' ἐμοῦ συμβουλίας ἀκούσατε, ἅτε δὴ θεαρέστου καὶ ψυχοφελοῦς ὑπαρχούσης, ἀναφαίρετον ἀντίδοσιν διὰ ταύτης αἰωνίων ἀγαθῶν παρὰ τοῦ τῆς μεγάλης βουλῆς ἀγγέλου ἀϊδίως ἀπολήψεσθε. Τίς δέ ἐστιν αὕτη; *ad detestandas in crastino sacrificio gentium religiones* Ἤκουσται ἡμῖν διὰ τοῦ κήρυκος, ὡς τῇ αὔριον μέλλει ὁ ἡγεμὼν σπονδὰς τῇ θεᾷ προσάγειν καὶ τῷ τῆς ματαιότητος εἰδώλῳ τελεῖν θυσίαν ἐπιβώμιον κατὰ τὸ πάτριον παρ' αὐτοῖς σέβας. Εἰ οὖν πείθεσθε τοῖς παρ' ἐμοῦ λεγομένοις, τῆς μὲν ἀπατηλῆς ταύτης ἐκκλίνωμεν ἀθεότητος, τῶν βασιλικῶν προσταγμάτων ἀλογήσαντες, ὡς αἰώνιον προξενούσης ἀπώλειαν, καθ' ἑαυτοὺς δὲ
Ps. 49, 14. γενόμενοι, θύσωμεν καὶ ἡμεῖς τῷ ἀληθινῷ Θεῷ ἡμῶν θυσίαν αἰνέσεως, καὶ τῷ ὑψίστῳ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἀποδώσωμεν, ὅπως ἵλεως ἡμῖν γενόμενος, ὁ φιλάνθρωπος δῷ ἡμῖν κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ
(1) ***Historia Ecclesiastica***, lib. I, cap. 6; ed. HUSSEY, t. I (Oxonii, 1853), p. 24. — (2) ***Historia ecclesiastica***, lib. I, cap. 15; ed. HUSSEY, t. I (Oxonii, 1860), p. 72. — (3) Cf. supr. num. 1. Arium ab Achilla nostro, plebis oratu, diaconum fuisse creatum intellexit Severus ibn al-Mokaffa' : تقدم اليه جماعة من الشعب فسألوه في قبول اريوس فقبل سؤالهم وجعله شماسا (*Historia patriarcharum Alexandrinorum*, ed. Chr. Fr. SEYBOLD, Beryti, 1904 : CORPUS SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM, ser. 3, t. IX, p. 63). — (4) Σύνταγμα, lib. II, cap. 1; *P. G.*, l. c., col. 1225-27. — (5) Vid. supr. num. 5. — (6) Cf. num. 4 : δύο τῶν πρεσβυτέρων γέροντας. — (7) Num. 5. — (8) *Annales*, ed. L. CHEÏKHO, p. 117. — (9) *Historia patriarcharum Alexandrinorum*, SEYBOLD, p. 63. — (10) *Chronicon orientale*, CHEÏKHO, l. c., p. 110. — (11) Id iam peropportune notavit TILLEMONT, l. c., p. 316; cf. SOLLERIUS, *Act. SS.*, l. c., p. 36*. — (12) Petrus ibn Rahib, Eutychius, Severus, alii. — (13) Alexandri Alexandrini epistula ad Alexandrum, apud Theodoretum ***Historia Ecclesiastica***, lib. I, cap. 4; ed. GAISFORD (Oxonii, 1854), pp. 9, 30; ad episcopos ecclesiae catholicae, ap. Socratem, lib. I, cap. 6; HUSSEY, p. 14. — (14) L. B. RADFORD, *Three teachers of Alexandria : Theognostus, Pierius and Peter* (Cambridge, 1908), p. 1, annot. — (15) Num. 4. — (16) *Synax. Eccl. CP.*, p. 725-26. — (18) Cf. supra, num. 9. — (18) H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques* (Paris, 1908), pp. 446, 613. Cf. SOLLERIUS, *Patriarch. Alexandr. histor.*, l. c., p. 36, et BARONIUS ad Martyrologium romanum, die 7 novembris. — (19) ***Historia ecclesiastica***, VII, 32, 23, 26-27; 30; ed. SCHWARTZ, pp. 726, 728, 730. De Theodoto, cf. *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 420; de S. Pierio, ibid., t. II, 1, p. 254-64. — (20) *Martyrologium Usuardi*, *Act. SS.*, Iun. t. VII, p. 656-657; cf. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 612-13.

F

A D

DE SANCTO CASTO MARTYRE

TEMPORE INCERTO

CULTO BENEVENTI

H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Casti multiplex memoria.

1. *S. Casti nomen variis diebus plerumque cum socio passim occurrit, maxime in fastis ecclesiarum regni olim Neapolitani. Et de sanctis quidem Casto et Aemilio martyribus africanis in Italiam delatis nonnulla leguntur apud Cyprianum* (1). *De Casto et Secundino qui Sinuessae et Caietae* (2), *de Casto et Cassio qui Capuae coluntur* (3), *de aliis etiam cognominibus nihil traditum est quod vel obscurissimum vel apprime fabulosum non sit, ita ut, omnibus rite perpensis, unum eundemque S. Castum, martyrem afrum, multis in locis et in* B *diversa societate fidelium venerationi oblatum esse, et ab hagiographis, pro locorum varietate novis iisque confictis Actis laudatum, admodum probabile videatur.*

S. Castus Beneventanus

2. *In nonnullis libris beneventanis die 7 novembris, pridie in aliis* Sancti Casti episcopi et martyris *memoria occurrit* (4). *Quam implexae sint et vanae eruditorum coniecturae de episcopo et martyre ceterum ignoto, intelleget qui Ferrarium ad hunc diem legerit* (5). *Huius tricas expedire nec quicquam iuvat, cum de Casto nostro non minus quam de ceteris plerisque historia prorsus sileat.*

episcopus Treventinus

3. *Fide enim digna non est Vita S. Casti, in novem lectiones divisa, quam ex codice Casanatensi 457, saec. XV, fol. 142-144ʳ edituri sumus* (6), *et ideo tantum proferimus ne unicum, quod de S. Casto Beneventano superest, monumentum neglexisse videamur. Narrat quippe hagiographus Castum* de finibus urbis Romae *oriundum a S. Clemente papa ad Treventinam civitatem — est autem Triventum urbs antiqua in Samnio — velut episcopum missum esse, et a Sarracenis ibidem occisum; dein a fidelibus* in basilicam sui episcopatus *sepultum. Post multos annos, regnante* C *Arechi principe Beneventano, a quodam Madio Carioso sacrum corpus Beneventum translatum est in propriam possessionem,* ubi erat oraculum Sancti Andreae iuxta ecclesiam beati Petri apostoli. *Haec fuse, intermistis solitis locis communibus ab auctore evolvuntur, qui se* relatu quorundam fidelium *accepisse mentitur quae de gestis S. Casti profert. Sunt autem tam inepte excogitata ut neque confutatione indigeant.*

fuisse dicitur

Beneventum translatus.

4. *Treventi sanctum Castum cultum fuisse certum videtur. Ineunte saeculo elapso, ecclesia* E *cathedralis Treventina duabus constabat ecclesiis, superiore ita dicta, quae SS. Nazario et Celso sacra erat, et inferiore S. Casto dicata. Erat autem S. Castus " ex antiqua traditione " episcopus civitatis et eodem in loco sepultus* (7). *Huius antiquae traditionis fontem reperire nemini adhuc contigit, neque nimium audax coniectura est Treventinos sanctum quendam ignotum, cuius reliquias servabant, velut suum episcopum temere traduxisse; hac quippe ratione sancti haud pauci in fastos episcoporum passim irrepserunt. Hunc autem Castum, quisquis ille est, Treventinis ereptum et Beneventum translatum esse, quanam nixus auctoritate hagiographus asserat, non patet. Reliquiis sancti cuiusdam Casti sacellum* in possessione Madii Cariosi *Beneventani situm insigne fuisse veri simile est. Translationem ex urbe Treventina ad normam translationum quae iubente Arechi principe peractae sunt confictam esse satis probabile est, ut ne in hoc quidem narratori fides habeatur. De S. Casto nulla amplius in dioecesi Beneventana memoria agitur; Treventinos autem modernos de sua in sanctum veneratione frustra interrogavimus.* F

(1) *Act. SS.*, Maii t. V, p. 129. — (2) *Ibid.*, Iul. t. I, p. 19. — (3) *Ibid.*, p. 20. — (4) Supra, p. 127, inter praetermissos. — (5) *Catalogus sanctorum Italiae* (Mediolani, 1673), p. 698. — (6) *Catal. Lat. Rom.*, p. 223[70]. — (7) G. V. Ciarlanti, *Memorie istoriche del Sannio*, t. I (Campobasso, 1823), p. 72-75.

VITA S. CASTI

Ex codice Casanatensi 457. Cf. Comm. praev., num. 3.

In festo sancti Casti episcopi et martyris.

S. Castus Romanus

<Lectio I>. Beatissimus igitur Castus, castus nomine et opere, proprie et appellative, de finibus urbis Rome originem duxit. Qui ab ipso pueritie sue tempore cor gerens senile nullis animum vanitatibus dedit. Postquam vero litterarum studiis a parentibus traditus fuerat non solum in mundanis disciplinis sed etiam in divinis de die in diem proficiebat. Sed spretis huius mundi scientiis in divinis laudibus sine intermis-
Ps. 83, 8. sione operam dabat, ut videret Deum deorum in Syon. Denique, sicut relatu quorundam fidelium accepi, fuerat boni magistri discipulus, scilicet beati Clementis pape et martyris, qui tempore Traiani imperatoris, quia eius culture deorum suorum sua colla flectere nolebat, suo iussu apud Cersonam insulam exilio destinatus est, postremum vero, ancora ad collum eius ligata in mare precipitatus est; et sic martyrio coronatus migravit ad Deum. Cuius orationibus et meritis beatus Castus roboratus in sancta eius doctrina atque religione adolevit.

propter vitae sanctitatem

Lectio II. Factus igitur adolescens exemplo sancti predicti magistri provocatus, carnem suam ieiuniis macerabat, vigiliis quoque et orationibus

VITA tionibus vacabat. Amictum[1] nudis, viduis et orphanis, esurientibus[2] pauperibus cibum et sicientibus potum tribuebat. Hec omnia beatissimus Castus assidue implebat, ut, cum venerit Dominus in fine seculi iudicaturus humanum Matth. 25, 34. genus, laudando eum dicat sibi: " Veni, benedicte patris[3] mei, percipe regnum quod preparatum est tibi ab initio seculi. Vidisti enim me esurientem[4] et dedisti mihi manducare „ et cetera. Et quia castitatis vigore fulgebat, quia abstinentie angustiis gloriabatur, meruit ad summum provehi[5] sacerdotii gradum.

a S. Clemente episcopus creatur LECTIO III. Per idem tempus erat in Treventina civitate populus indisciplinatus et fortasse sine veri Dei noticia; unde necesse erat ut grex qui dispersus erat per verbum et exemplum sancte vite boni pastoris in unum congregaretur. Hoc audiens beatus Clemens ait discipulo suo beatissimo Casto: " Ecce, fili, eruditus es de omnibus que fecit dominus noster Iesus Christus. Surge, accipe Spiritum sanctum et pontificii dignitatem, et proficiscere ad civitatem quae dicitur Treventus. B Multitudo populi indisciplinati te prestolatur. Predica eis de vero Deo et ne formidaveris. Potens enim est Deus ut augeat tibi gratiam Tob. 5, 21. et prosperum faciat iter tuum, et angelus Domini bonus comitetur tecum. „ Et hec dicens beatus Clemens episcopus benedixit ei et emisit eum a se. Cumque audissent aliquanti fideles adventum beatissimi Casti, exierunt obviam ei; laudabant et benedicebant Deum dicentes: " Benedictus qui venit in nomine Domini. „

et Treventum mittitur; LECTIO IIII. Cum autem appropinquasset pontem civitatis, ecce et alii fideles cum gaudio suscipientes eum cum ymnis et laudibus obviaverunt ei usque ad locum in quo erat mansurus. Hiis ita transactis, beatissimus Castus fecit convenire totam plebem a Domino sibi commissam et loquens eis de regno Dei docebat eos iuste et pie vivere: " Filioli mei, audite me et liberate vos; servite Domino in timore, sicut dicit sanctus Ps. 2, 12. David, et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam a me licet indigno episcopo, ne pereatis de via iusta. „

totam provinciam ad Christum LECTIO V. Hiis et huiusmodi ammonitionibus assidue corroborati redibant ad propria laudantes C et benedicentes Deum atque dicentes: " Benedictus Deus, qui dignatus est nobis dare talem pastorem et episcopum animarum nostrarum. „ Et non solum Treventinam civitatem sua predicatione ad Deum convertit, sed etiam tota provincia catholicam fidem suscepit, unde non tantum episcopus sed etiam eorum apostolus vocitatur.

convertit. LECTIO VI. Iste beatissimus Castus, fratres mei, tocius vite sue cursu cum vigili hoste conflictum habebat. Quantas eius insidias, quanta luctamina pertulerit ab eo, non est nostrum evolvere. Et ipse qui vicit primum hominem ab isto sanctissimo viro est victus. Sed de religione, vita et abstinencia eius ista sufficiant. Nunc autem qualiter publicum tenuerit martyrium, per quod venerit ad palmam victorie effundendo sanguinem suum, in subsequenti declaratur.

A Sarracenis LECTIO VII. Quodam namque tempore quidam Sarraceni perfide mentis, congregato navali exercitu, navigaverunt; navigantes autem venerunt ad castellum quod dicitur Penna de Buci *crudeliter vulneratus,* quod est supra mare, et ibi considerarunt[6] qualiter possent invadere[7] regionem illam que erat prope castellum illud. Exeuntes denique ad terram depopulati sunt totam illam provinciam et venerunt ad locum ubi erat vir Dei beatissimus Castus. Quos ut vidit beatissimus Castus, ut erat pie mentis, cepit monere eos ne tam crudeliter agerent in populo. Hec et alia monente beato viro, que ad edificationem[8] animarum pertinerent, unus ex eis, qui erat crudelior, arrepto gladio brachium eius abscidit; et nondum illi feroces satiati tanto facinore etiam suos socios et discipulos interfecerunt. Quibus interfectis et beatissimo Casto semivivo relicto, abierunt. Quod audientes viri civitatis catervatim venientes cum magno merore et singultu tulerunt eum et reportaverunt usque ad ecclesiam sui episcopatus.

LECTIO VIII. Hiis de vita et actibus beati viri *clero et populo adstante, moritur.* prelibatis, qualiter de hoc seculo obierit narrare properemus. Denique cum videret sacerdotes et clericos ac populum ibi astantes merentes, motus iis fletibus, conversus ad eos dixit: E " Filioli mei, nolite contristari, nec conturbetur cor vestrum de debilitate corporis mei, quia virtus in infirmitate perficitur, spiritus autem II Cor. 12, 9. corrobatur; sed gaudete et exultate Deo adiutori nostro, quoniam propero ad illam beatitudinem quam promisit Deus diligentibus se. In qua intercessor ero pro vobis apud Dominum Iesum Christum. „ Et cum hec dixisset, sanctissima sua anima carne soluta est. Videntes autem hoc qui astabant et qui audierant cum magno fletu emittebant[9] voces suas ad celum. Et post lamenta et animi dolores officiosissime sepellierunt eum cum ymnis et canticis et spiritualibus in basilica sui episcopatus, ubi et alibi meritis et orationibus suis dominus noster Iesus prestat beneficia credentibus in se. Sed qualiter eius sanctissimum corpus, annuente Deo, Beneventum translatum sit, e vestigio promendum est.

LECTIO IX. Cum in Treventina civitate per *Corpus eius Beneventum defertur.* multorum annorum curricula beatissimi Casti lateret corpus, quidam nobilis homo Beneventanus, nomine Madius, cognomento Cariosus, audita fama de virtutibus et mirabilibus beatissimi Casti, tactus[10] divino spiramine anxie cogitare cepit qualiter illud sacratissimum corpus Beneventum transferre posset. F Sed quia in illis diebus Beneventanus princeps, Arichis nomine, prefate civitati dominabatur, non poterat obtinere quod voluit. Tandem, habito concilio optimo, suppliciter rogavit prefatum principem ut sue petitioni ac desiderio faveret. Ut autem cognovit princeps eius desiderium et devotionem quam erga sanctissimum virum Castum habebat, hoc quod postulaverat ab eo facere permisit. Qui mox, collecta multitudine sacerdotum, clericorum et religiosorum virorum, venerunt ad locum ubi sacrum corpus situm erat. Quod inde auferentes cum ymnis et laudibus Beneventum transtulerunt atque in altario recondiderunt ubi erat oraculum sancti Andree iuxta ecclesiam beati Petri apostoli in ipsa possessione predicti Madii Cariosi; ubi a Domino prestantur multa beneficia per merita beati Casti usque in hodiernum diem.

[1] ammictum *cod.* — [2] exurientibus *cod.* — [3] pater *ita corr.* — [4] exurientem *cod.* — [5] provei *cod.* — [6] considerantes *cod.* — [7] evadere *cod.* — [8] hedificationem *cod.* — [9] emictebant *cod.* — [10] tacto *cod.*

DE

A D

DE SANCTO RESTITUTO

EPISCOPO TRICASTINENSI

TEMPORE INCERTO H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Restituti cultus antiquus

1. *Sancti Pauli Tricastinorum, quae Delphinatium provinciae civitas est* (1), *primum episcopum suis placitis consentientes S. Restitutum asseruerunt quicumque hunc sanctum perhibebant illum ipsum fuisse caecum a nativitate cuius oculos Christum aperuisse ex Evangelio accepimus* (2) *et gesta eius, qualia ab hagiographis narrantur, historiae fide comprobata esse censebant. Quae cum nostra aetate ab omnibus sanioris iudicii criticis inter fabellas amandentur, et in catalogis episcoporum e veteribus schedis concinnatis opera* B *virorum doctorum qui haec commenta vel ignorarunt vel spreverunt, quinto loco, videlicet post S. Paulum, Restitutus sedisse affirmetur* (3), *id primum, posthabita traditione quam dicunt apostolicam, quaerendum nobis est rexeritne omnino ecclesiam Tricastinensem, de tempore, si opus fuerit, postea indagaturis.*

in pago cognomine.

2. Villa Sancti Restituti, locus Sancti Restituti *olim dictus est pagus non longe a civitate Tricastina remotus, nunc Saint-Restitut* (4), *a sancto patrono, ut patet, nomen sortitus* (5). *Huius loci ecclesiae, quae saeculo XII exstructa est, adiacet sacellum, saeculo IX aedificatum duasque in partes divisum, videlicet cryptam, ubi erat S. Restituti sepulcrum, et alteram, quae plano pede est, in qua erectum est eiusdem altare* (6). *Antiquae venerationis cultusque haec esse signa indubia exploratum est.*

Varia monumenta scripta;

3. *Porro haec habemus monumenta scripta de S. Restituto. Antiquissima eius mentio exstat in membrana quam se in capsa reliquiarum repperisse testatur anno 1516 episcopus Guillelmus Adhemarii, his verbis expressa :* Memoria quod anno MCCXLIX, mense iulio, magister Giraudus de Claromonte aedificavit sepulchrum beati Restituti C autoritate Domini Laurentii Tricastinensis episcopi, et Giraldus Maunerii capellanus Sancti Restituti proxime abstraxit cum multis aliis de sepulchro ubi quiescit totum corpus beati Restituti brachium dextrum et posuit in locum istum et apposuit signum suum (7). *In martyrologiis antiquioribus S. Restituti nostri nomen non occurrit; in recentioribus nonnullis, ut in Aquensi, qui saec. XIV exaratus est, hac formula laudatur :* Septimo idus novembris ... Eodem die, sancti Restituti Tricastine civitatis episcopi (8) *vel hac, quae est martyrologii Sancti Savini de Levitania, incertae aetatis :* Depositio sancti Restituti, Tricastinae civitatis episcopi (9). *Hisce testimoniis adde instrumentum translationis reliquiarum S. Restituti sub Stephano Genevés episcopo et comite Tricastinensi anno 1465* (10) *et alterum, quod, nova peracta recognitione, edidit anno 1516 episcopus Guillelmus Adhemarii nosque typis iterum vulgamus* (11), *necnon sigillum, cuius aetas in ancipiti relinquitur, in quo cernitur impressum oculorum par cum hac inscriptione :* S. ECC(LESI)E SANCTI RESTITVTI — S. S. RESTITVTI SACERDOTIS (12); E *nec quicquam remanere videtur quo S. Restituti memoria illustretur, praeter historiam, de qua nunc.*

Vita

4. *Vita S. Restituti legitur in duobus codicibus saeculi XV, quibus adhibitis eam proferemus. Hi sunt :*

A = *Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis lat. 916, olim Fouquetianus. Fol. 43-58 :* Incipit Officium beati Restituti confessoris, *cum Vita (fol. 44^{v}-54^{r}) in novem lectiones ad matutinum distributa* (13). *Ex hoc ipso codice a nostris primum edita est* (14), *iterumque, cum integro officio, recusa a v. cl. U. Chevalier* (15), *qui eandem tertio, demptis reliquis officii partibus, nuperrime typis expressit* (16). *Codicis Fouquetiani apographum servatur in codice 8965-66 bibliothecae Regiae Bruxellensis, qui fuit quondam musei Bollandiani. Apographo neglecto, ipsum librum Parisiensem iterum cum edito contulimus.*

B = *Codex bibliothecae Sancti Genovefae Parisiensis 1648, variis tractatibus theologicis, non una manu saec. XV exaratis, refertus* (17), *quibus additae sunt Vitae S. Thomae Cantuariensis, S. Verani, et (fol. 81^{r}-89) S. Restituti, quae, uno* F *deficiente folio, integra non est. Partem superstitem etiam cum edito conferre non omisimus; plurimis tamen variantibus lectionibus, quae solam scribendi rationem attingunt, ut* chaballos, camellos, bacculum *et ita porro, paginas nostras onerare visum non est.*

omnino fabulosa

5. *Artissimam esse huius Vitae cum famosis illis Massiliensibus fabellis tam planum est ut nulla probatione indigeat, neque ulla etiam res ipsa confutatione* (18). *Quandonam historia caeci nati in*

(1) De civitate eiusque episcopis iam dictum est in *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 92-93; *Anal. Boll.*, t. XI, p. 375. Lege quoque L. Duchesne, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, 2ᵉ éd., t. I (Paris, 1907), p. 263-65. — (2) *Ioh.* IX, 1-38. — (3) Sammarthani, *Gallia christiana*, t. III (1656), p. 845-846. — (4) Canton de Saint-Paul-Trois-Châteaux, dép. de la Drôme. — (5) J. Brun-Durand, *Dictionnaire topographique du département de la Drôme* (Paris, 1891), p. 359. — (6) U. Chevalier, *Gallia christiana novissima*, t. IV (1908), p. 300. Cl. auctori, qui plagulas huius operis, quando nondum vulgatum erat, perhumaniter nobis misit, maximas gratias habemus. — (7) Infra, in instrumento recognitionis reliquiarum anni 1516. — (8) Chevalier, t. c., p. 30. Cf. *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques de France*, t. XVI, p. 17. — (9) Sammarthani, *Gallia christiana*, t. III, p. 846. — (10) L. A. Boyer, *Histoire de l'église cathédrale de Saint-Paul Trois-Châteaux* (Avignon, 1710), p. 358-66; Chevalier, t. c., p. 19-25. — (11) Boyer, t. c., p. 391-95; Chevalier, t. c., p. 26-29. — (12) Chevalier, t. c., p. 30. — (13) *Catal. Lat. Paris.*, t. I, p. 40. — (14) *Catal. Lat. Paris.*, t. c., p. 44-50. — (15) *Bulletin d'histoire ecclésiastique des diocèses de Valence, Gap, Grenoble et Viviers*, t. XVI (1896), suppl., p. 20-32. — (16) *Gallia christiana novissima*, t. c., p. 11-18. — (17) Ch. Kohler, *Catalogue des manuscrits de la bibliothèque Sainte-Geneviève*, t. II (Paris, 1896), p. 111-13. — (18) De his L. Duchesne, *Fastes épiscopaux*, t. c., p. 321-59. Cf. *Anal. Boll.*, t. XII, p. 296-97; t. XV, p. 84-85; t. XVI, p. 516-18; t. XVII, p. 360-62; t. XVIII, p. 66-67; t. XXIV, p. 499-501. Nullius prorsus momenti sunt quae profert Nadal, *Réponse à la question suivante : A quel siècle doit-on rapporter les premières prédications évangéliques dans la province du Dauphiné, et en*

cathedram

AUCTORE H. D.

cathedram Tricastinensem provecti venditari coepta sit, non liquet. Primum qui haec asseruerit fuisse episcopum Stephanum Genevès, qui anno 1465 sancti reliquias transtulisse fertur, existimavit L. A. Boyer (1). *Quicquid de huius translationis historia, quam mox obiter expendemus, censendum iudices, res altius repetenda videtur, cum iam a Bernardo Guidonis, qui ineunte saec. XIV floruit,* Restitutus cecus illuminatus a Domino *nuncupetur* (2), *nisi alium atque Tricastinensem intellexisse Restitutum fingatur. Adverte tamen non caecum a nativitate Restitutum appellari a Bernardo, qui alio loco agit de* beato Cedonio, qui fuit caecus natus et a Christo illuminatus (3). *Cedonium illum, quem et Chelidonium alii, alii Sidonium nominant, Aquensium episcopum fuisse nonnulli existimant, et mutato nomine ad sedem Tricastinensem translatum* (4). *Sed talibus ineptiis taedet, immo pudet, diutius immorari.*

Quare caecus natus dictus.

6. *Iam quaerat quispiam quare Restituto nostro caeci nati cognomen dederint consonamque historiam appinxerint. Id ex nominis eius ratione, quasi* B *illius cui Christus visum restituerit, ortum esse vix crediderim; alias plane ob causas easque plerumque etiam magis futtiles sanctos Galliarum antistites in discipulos Domini transmutare solebant fabulatores. Certum quicquam vel firma ratione probatum non habeo quod afferam. Id tamen notabile est S. Restitutum ad morbos oculorum depellendos a piis fidelibus vulgo imploratum fuisse* (5). *Utique, repones, quia caecus a nativitate habebatur. At e contra, si quis contenderit oculorum patrocinium, cuius procul dubio insignia S. Restituti statua gestabat, fabulae concinnandae ansam praebuisse, inanem hanc esse coniecturam minime asseverabo.*

An fuerit episcopus Tricastinus.

7. *Antiquiorem esse et validioribus niti argumentis traditionem Tricastinorum qui Restitutum episcopum vindicant, affirmare non ausim. Certe qui anno 1249 S. Restituti reliquias recognoverunt, in documento, quo antiquius nullum exstat de sancto testimonium scriptis mandatum, episcopum illum nequaquam nuncupant* (6). *Quaenam sint illa monumenta Tricastinensia quibus S. Restitutus post Paulum in episcopum sublimatus asseratur, quaenam veteres illae schedae archivi cathedralis et membranae Pereskianae quae Iacobo* C *Adhemar de Monteil episcopo seriem decessorum suorum subministrarunt* (7), *plane ignotum est. Cetera omnia, quae pro S. Restituti episcopatu afferuntur, ex Vita commenticia aliqua ratione deducta sunt nec digna proinde quae audiantur. Cum autem non raro acciderit ut sancti antiqui, sive martyres sive confessores, in catalogos episcoporum irreperent, iure an iniuria inter antistites Tricastinenses annumeretur S. Restitutus, in medio relinquendum.*

Reliquiarum recognitiones.

8. *Licet de prisca seu, ut aiunt, ab immemorabili S. Restituti cultus celebritate ambigendum non sit, pauca admodum litteris consignata sunt de eius ecclesia, sepulcro, reliquiis. Auctoritate Laurentii* D *episcopi anno 1249 sepulcrum beati Restituti aedificatum esse et partem reliquiarum abstractam iam audivimus* (8). *Anno Domini 1516 a Guillelmo Adhemarii episcopo sacras reliquias rursus recognitas et translatas fuisse constat ex instrumento authentico, quod pridem ab A. Boyer vulgatum* (9), *hic rursus edendum esse putavimus. Ab hoc autem tempore videntur in ecclesia Sancti Restituti quievisse usque ad annum 1561, quo a Calvinistis impie combustae sunt* (10).

Instrumentum anni 1485

9. *Passim legitur episcopum Stephanum Genevès anno 1465 S. Restituti sepulchrum aperuisse ex eoque ossicula nonnulla collegisse* (11). *Totius incoepti habemus prolixam narrationem, in litteris quas ipse Stephanus dedisse fertur, quasque, undenam nescio, protulit Boyer. Commenticias illas esse recte iudicavit v. cl. U. Chevalier* (12), *qui easdem ex officina falsariorum prodiisse censuit qui Montilii Ademarii diplomata finxerunt* (13). *Hinc nullam creat difficultatem quod testatur episcopus se aliosque adstantes in sepulcro vidisse* ossa beati Restituti ... cum peciis sui baculi pastoralis E et totam catenam ossium et brachiorum suorum et costas suo ordine stantes et ossa capitis, prout sepelitur quilibet antistes (14); *quae aperte contradicunt documento anni 1249 de ablatione brachii dextri et aliarum partium commonenti. Quaenam causa falsorum inventorem impulerit ut mendacia mendaciis adderet, plane latet, nisi conicias illum voluisse fabellis Tricastinensibus et Massiliensibus novam auctoritatem conciliare vel dubia de reliquiis S. Restituti fortasse oborta repellere.*

spurium est.

10. *Ex sequentibus, si quid intellegis (immutatam enim phrasim exscribimus), causas recognitionis, velut ex ore episcopi accipe:* Post varias et crebras adversitates, turbationes, impedimenta, inconvenientia, aemulationes, molestias, et vias apud Sanctam Sedem apostolicam et curiam regiam delphinalem ab anno Domini 1450 citra lites et litium dispendia ac expensas, quibus pro iuribus nostrae ecclesiae salvandis affecti sumus, necnon et tentationes, infirmitates et turbationes adversus potestates tenebrarum, carnis et mundi, quibus subditur humana infirmitas, iuxta illud Apostoli : Et sicut tunc persequebantur, ita et nunc, Christi autem gratia liberati. Et nonnullas vigilias, orationes, et alia bona quae misit F Deus in corde nonnullorum confratrum nostrorum nobis cum eis existentibus unius cordis et unius animae in verbo Dei : Dabo vobis cor carneum ut colatis me et faciatis voluntatem meam ; et revelationem vobis faciam a personis fide dignis asserentibus sacrum corpus b. Restituti caeci a nativitate atque praesulis Tricastini evangelica lege et Ecclesia catholica approbati evidentius in Evangelio propalati, Sidonius vel Celidonius prius nominati, Iesu Christi Nazareni discipuli, et per eum illuminati, nonnullis quod Orleanis in quadam cripta, aliis Sancti Maximini

particulier dans les villes de Valence, Die et St.-Paul-Trois-Châteaux, CONGRÈS ARCHÉOLOGIQUE DE FRANCE, Mende etc., 1857 (Paris, 1858), pp. 277-81. — (1) Op. cit., p. 7 ; cf. *Gallia christiana*, t. I (1715), p. 705. — (2) Apud J. H. ALBANÈS, *Gallia christiana novissima*, t. I (Montbéliard, 1899), p. 24, not. 4 — (3) ALBANÈS, ibid. — (4) *Act. SS.*, Aug. t. IV, p.591-93. — (5) Quod vel ex oratione officii proprii S. Restituti constat : *Omnipotens sempiterne Deus, qui per merita beati Restituti confessoris tui atque pontificis a multorum oculis dolorem sanas et visum clarificas, praesta quaesumus, ut per eius suffragia a nostris oculis et mentibus omnem morbum repellas et corruptionem. Per eumdem.* Ap. CHEVALIER, in *Bulletin d'histoire ecclésiastique des diocèses de Valence* etc., t. XVI, suppl. p. 21. — (6) Supra, n. 3. — (7) SAMMARTANI, *Gallia christiana*, t. c., pp. 845, 846. — (8) Supra, n. 3. — (9) BOYER, t. c., p. 391-95. Cf supra, p. 343, n. 3. — (10) BOYER, t. c., pp. 226, 209 ; *Gallia christiana*, t. I, pp. 705, 730. — (11) BOYER, t. c., p. 182-84 ; *Gallia christiana*, t. c., p. 726 ; NADAL, *Histoire hagiologique du diocèse de Valence* (Valence, 1855), p. 50-52. — (12) *Gallia christiana novissima*, t. c., p. 25. — (13) CHEVALIER, *Cartulaire municipal de la ville de Montélimar* (Montélimar, 1871), p. 1-28. — (14) BOYER, t. c., p. 361.

in

A in Provincia, nonnullisque aliis quod in sua Sancti Restituti, Tricastinensis nostrae dioecesis, ut sua testatur legenda, ecclesia tumulatus fuerat et iacebat. *Dein, postquam dixerat se ossa gloriosi praesulis conspexisse, pergit :* et dictae dubitationes quod alibi sit sepultus omnino sublatae sunt. *Haec ea saltem de causa afferenda erant quia alia quaedam commenta, praeter ea quae in Vita S. Restituti leguntur, diserte hoc loco expressa habemus.* *De S. Restituto Aurelianis quiescente.* *Quorum unum notatu dignum est quod Aurelianis sancti corpus iacere a nonnullis asserebatur. Conferenda sunt quae hoc die Molanus enuntiat :* Item depositio sancti Restituti episcopi Tricastrensis, cuius corpus Aurelianis in monasterio S. Euurtii praecipuo colitur honore (1). *Hinc et Ferrarius :* Aurelianis in Gallia S. Restituti episcopi primi Tricastinensis (2). *Cognominem quendam sanctum ab Aurelianensibus olim cultum esse et pro Restituto nostro temporum decursu habitum suspicatus, tum S. Evurtii tum civitatis annales evolvi et doctissimos quosque ipsius loci interrogavi essetne Aurelianis sancti cuiusdam Restituti memoria ; nullam* B *omnino superesse unanimes responderunt* (3). *Quid ergo rei subsit me ignorare fateor, et nodum doctioribus solvendum relinquo. Primus, quod sciam, falsarius narrat Ludovicum XI regem Sancti Restituti ecclesiam orationis gratia visitasse :* nec non a christianissimo rege Francorum Ludovico XI dignissimo beati Restituti potentissimo dignis cum muneribus peregrino (4). *Haec ille ex loci traditione vel e proprio penu deprompta.*

Auctore H. D. *Reliqua cultus monumenta.*

11. *S. Restituti festum celebrari intermissum est quando anno 1801 sedes episcopalis Tricastinensis unita est cum Valentinensi. Sancti patroni cultum instauravit Petrus Chatrousse, episcopus Valentinensis, qui officiis propriis dioecesis suae, anno 1853 editis, officium S. Restituti e priscis Tricastinorum breviariis desumptum inseruit* (5). *Quamvis Vita S. Restituti quam edimus, viris doctis* (6) *et nonnullis episcopis Tricastinensibus* (7) *suspecta videretur, illam tamen decurtatam, non emendatam, legere est in breviariis, non solum antiquo illo in pergamena litteris gothicis exarato, de quo Boyer* (8), *sed et in recentioribus annorum 1627, 1692, 1758, quae Tricastina sunt, et in libris Tricastino-Valentinis annorum 1853 et 1884. Immo episcopus F. X. de Lambert, qui officia propria anno 1758 edidit, ecclesiae suae traditiones, quas vocant, defendere aggressus est* (9). *Antiquitus etiam in dioecesi Valentinensi S. Restituti memoria celebris habebatur, ut testantur missalia manuscripta saec. XV et impressum anni 1504, sanctique nomen in litaniis recitabatur post S. Aegidium, ante S. Georgium* (10). *In ecclesiarum quoque Aptensis et Vivariensis breviariis* E *S. Restitutum officium proprium habuisse, lectionesque partim ex geminae recognitionis Actis desumptas fuisse monet Boyer* (11). *In dioecesi Aquensi sanctus Restitutus etiam colebatur, habemusque ex instrumento consecrationis ecclesiae Sancti Salvatoris anni 1534 altare S. Restituti in ea erectum esse* (12).

(1) Sollerius, *Martyrologium Usuardi*, p. 659. — (2) *Catalogus generalis sanctorum* (Venetiis, 1625), p. 435. — (3) Vv. dd. A. Merlin et Edm. Séjourné, Aurelianensibus, qui libros et tabularia inspexerunt, maximas gratias refero. — (4) Boyer, t. c., p. 358. Nec aliunde haec verba officii S. Restituti, lect. V[a], desumpta videntur : *Quapropter sepulcrum istud fidelium undequaque confluentium et ipsius Ludovici undecimi peregrinatione gloriosum extitit.* Apud Nadal, t. c., p. 49, not. 2. — (5) Nadal, t. c., p. 47-48. — (6) Boyer, t. c., p. 6 : „ Nous ne voulons pas nous rendre garants de cette tradition ni obliger le lecteur à la croire. „ *Gallia christiana*, t. I, p. 705 : „ Certe tam recens opinio nullatenus potest pro traditione venditari. „ — (7) Lege quae de episcopo Antonio Du Cros († 1630) narrat Boyer, t. c., pp. 7, 248-49. — (8) T. c., p. 6-7. — (9) *Mandatum pro officiis propriis sanctorum ecclesiae Tricastinensis*, 1758. — (10) Chevalier, *Gallia christiana novissima*, t. c., p. 30. — (11) Boyer, t. c., p. 8. — (12) Albanès, *Gallia christiana novissima*, t. I, instrum., p. 97.

C

VITA S. RESTITUTI

F

E codicibus Parisinis Bibl. Nat. lat. 916 (= **A**), *Bibl. Sanctae Genovefae 1648 (=* **B**).
Cf. Comm. praev., num. 4.

Incipit officium beati Restituti confessoris.

Restitutus in Galilaea

Lectio prima. — Precipue narranda sunt gesta divinitus celebrata inter cetera atque laudanda, cum documenta nostra a vitis sanctorum patrum procedant, per quorum merita vita nostra in Domino ferveat et lucescat. Dicendum est ergo de quodam adolescente, qui cecus natus in finibus principatus Galilee[1], nobili propagine in oppido[2] Tabarie[3] oriundus, dixit patri suo : „ Pater mi, „ audistis voces clamantium de Iesu Nazareno, „ quanta facit[4] in cunctis populis miracula. „ Claudos ambulare facit, cecos illuminat, surdi „ audiunt, mortuos resuscitare facit triduanos. „ Vadam ad eum, et cum natus sim tibi sine „ oculis, clamabo ut habeat misericordiam in „ servo suo, ut oculos meos aperiat virtute sua. „

caecus natus,

Respondit pater : „ O fili mi, impossibile est te „ umquam videre ; cum oculi tibi non sint nec „ aliqua series oculorum tibi appareat, quomodo „ fiet istud ? „ Respondit filius : „ Numquid „ maius est mortuos suscitare quam oculos ape- „ rire homini viventi ? „ Dixit pater pietate motus : „ Fili mi, fides tua te salvum faciet. Accipe „ de thesauro caballos, camelos, iumenta et „ omnia que[5] habeo universa. „

a Christo

Lectio II. — Respondit filius : „ Pater mi, „ audivi humilem vitam suam. Non equitat, non „ superbus est, sed misericors et pius, plenus „ dulcedine atque humilitate. Ibo ad eum mendicando. „ Et hec dicens, discessit[1] ab eo in habitu paupertatis cum minima comitiva. Accidit autem post dies multos invenit Iesum ; et cum multe turbe[2] sequerentur eum, interrogavit ubi

1. — [1] Gallilee B. — [2] hopido A. — [3] Thabarie B. — [4] *corr., prius* fecit A. — [5] *om.* A.

2. — [1] dicessit A. — [2] turbe multe B.

erat

Vita sanatur. erat transiturus. Dixerunt ei : “ Hic transiet, non „ tardabit. „ Qui cum venisset in quadrivio[3] cum multitudine magna dicentium : “ Hic est vere „ propheta qui salvabit nos, „ adolescens cecus clamavit voce magna, dicens : “ Iesu, fili David, „ fili Dei, pietatem habe in me et miserere mei. „ Iesu, fili David, fili Dei, pietatem habe, habe „ in me et miserere mei. „ Conversus Iesus dixit “ ceco: Quid vis tibi faciam? „ — “ Domine, ut „ videam. „ Continuo Dominus Iesus lutum fecit cum terra et[4] saliva, et linivit locum oculorum eius, dixit ei : “ Vade ad natatoria Siloe et oculos „ tuos lava. „ Adolescens autem fecit sicut praecepit ei Iesus. Venit ad fontem Siloe et[5] lavit; primitus vidit Iesum, impletus Spiritu sancto, in fide Christi confirmatus est. Vocatum est nomen eius Restitutus. Glorificans et laudans Deum, secutus est Dominum. Post hec crevit et[5] factus est clericus omni bonitate, pudicitia, iustitia et veritate plenus, atque fervens fervore divino, nullum respiciens nisi solum Iesum.

Christum nuntiare incipit, Lectio III. — Interrogabant eum qui viderant eum cecum, dicentes : “ Quis[1] fecit tibi oculos? „ Respondit eis : “ Iesus Nazarenus, qui habet „ potestatem et omnium dominus est, rex regum „ et[2] dominus dominantium, quem videbam „ priusquam mihi oculos aperiret. „ Multi interrogabant eum[3]; quibus respondere minime[4] curabat. Sed amore divino inflammatus, semper Deum inspiciens, nullam habens curam[5] de terrenis; sed flexis genibus continue orabat[6] Iesum, dicens intra se quia hic est vere propheta, qui salvabit nos, sic per multos dies manens, non comedens neque bibens. Sed gratia Altissimi fovebat eum tanto favore quod facies eius fulgebat sicut aurum; oculi ejus tanto erant[7] fulgore quod omnes mirabantur, dicentes: “ Hic factus[8] „ salvus est in fide Christi. „ Perseverans divino studio Restitutus cepit scripturas aperire; Spiritu sancto imbutus, cunctis populis Iesum esse filium Dei praedicabat. Tanto divino operi[9] applicatus factusque de numero discipulorum Domini, tantam gratiam consecutus est apud Deum quod populi inclinabant ad beatitudinis suae pedes. Sic manens, omnia terrena deserens[10], non serus acquirendo celestia, largire pauperibus non avarus. *et cum aliis Gallias petit.* Postque Domini ascensionem[11] prefatus beatus Restitutus una cum beato Trophimo, beato Eutropio, beato Maximo[12], beata Martha, beata Magdalena et quorundam aliorum sanctorum societate, ascendit naviculam super mare absque humano regimine, sub Dei spe divinitus transfretantes sine remis atque velamine. Ad portum[13] declinantes Aralate perrexerunt. Venientesque prope urbem Aralate in loco vocato *Quoquo regio,* ibi facta fuit divisio inter eos pro penitentia apud Deum facienda. Beata Martha cum Trophimo atque Eutropio hic remansit. Verum beatus Restitutus cum beata Magdalena atque beato Maximo Aquensem[14] provinciam visitarunt, in deserto valde aspero. Ibi vero beatus Restitutus, Omnipotentis gratia roboratus, per multos annos in habitaculo Saxinatim ieiunando et orando penitentiam agens. Sepe visus chorus angelorum. Aves aeris sibi necessaria ministrabant.

Lectio quarta. — Accidit autem in octuagesimo fere etatis sue, cum ecclesia urbis Tricastine iam pastore careret, conventus prefate urbis congregatus ad eligendum pastorem, cum pauci essent, venit eis in somnis celestis visio : “ Restitutus vocabitur qui datus est nobis in pasto- „ rem. „ *Ecclesiae Tricastinensis episcopus* Surgentes de cellis suis, divino officio matutinarum completo, narravit unus alteri visionem que[1] eis apparuerat, glorificantes, laudantes Dominum, qui tantam gratiam eis impendere dignatus est, electionem et provisionem eis facere de pastore. Et proni in orationem, rogabant diutius Dominum nostrum Iesum Christum ut daret eis notitiam ubi reperiretur pro presule Restitutus. Finita oratione, unus ex eis, Saluber nomine, cepit cantare alta voce *Te Deum.* *mirabiliter designatus,* Mirabantur autem ceteri quia ita subito inceperat. Et ad vocem illius unanimiter concordantes, finito psalmo cum orationibus propriis, interrogabant eum arguendo quid sibi acciderat, ut ita repente cantaret. Respondit eis : “ Domini mei fratres carissimi, non „ miremini, quia scio locum ubi reperietur sanctus „ episcopus noster. Proficiscamur[2] et exeamus „ villam secreto, cum multi sint inter nos contra E „ fidem nostram. Ne forte nos habeant in con- „ temptum deridendo, cum paucis christianis „ vadamus et in adventu nostro iocundo reportabimus amicis nostris consolamen et gau- „ dium, Altissimo inspirante. „

reperitur Lectio quinta. — Accepta sibi christianorum societate congrua, exientes villam, iter suum properantes, interrogabant illum sanctum hominem qui *Te Deum* inceperat : “ Quo vadimus nos? „ At ille respondit : “ Narrabo vobis quae vidi. Dum „ eram in oratione, licet indignus sum Deo, dixit „ michi vox ad aurem : “ Incipe cantare *Te* „ *Deum,* ex quo Deus tibi providet de pastore. „ Nam in Aquensi[1] provincia invenies Resti- „ tum in deserto valde aspero. „ Et dum loque- „ batur vox illa, per manum beatum Restitutum „ tenebam. Vidi eum pulcherrimum[2], magne „ altitudinis in persona. Capilli eius candidi; „ facies angelica apparebat, oculi eius coru- „ scantes. Quid dicam de eo? Mihi totus divinus „ apparuit. „ Gaudentes ceteri dicebant : “ Ergo „ proficiscamur[3] ad partes illas. Dominus illu- „ minabit gressus nostros et diriget nos ad F „ eum qui docebit nos in via eterna. „ Peragentes iter suum, post aliquos dies intrantes urbem Aquensem[4], beato Maximo presidente, narraverunt ei que visa, gesta fuerant et audita, inter cetera notificantes rogantesque ut doceret quid facturi[5] essent ad inveniendum illum sanctum hominem Restitutum. Qui respondens dixit eis : “ Audivi a pluribus quod in quodam deserto „ versus orientem est quidam eremita in grapa „ rupis cellam suam habens, cui fere deserti „ obediunt, aves aeris sibi ministrant : cuius „ nomen penitus[6] ignoro. „ Dicunt ei : “ Rogamus te, serve Dei, ut des nobis conductum, qui „ sciat veritatem itineris. Venientes cum eo, per „ te transeamus. „ Respondit beatus Maximus[7] : “ Est hic senex quidam qui scit omnia in deserto, „ qui ducet vos[8] ad eum. „ Qui senem rogantes, perrexerunt illuc, et post dies aliquos venerunt ad

[3] cadrivio A. — [4] de A. — [5] *om.* A.

3. — [1] qui A. — [2] *om.* A. — [3] *om.* B. — [4] *corr. in margine* B. — [5] curam habens B. — [6] adorabat A. — [7] *om.* A. — [8] *om.* B. — [9] opere A. — [10] deserans B. — [11] acensionem A. — [12] *nunc* Maximum *nunc* Maximinum *scribunt, quae ultima lectio probanda est; cf.* BHL. 5443. — [13] *ablato folio, hic deficit* A. — [14] Aquenssem A.

4. — [1] qua A. — [2] profiscamur A.

5. — [1] Aquenti A. — [2] *hic rursum habemus* B. — [3] profiscamur A. — [4] Aquenssem A. — [5] *supra lin. corr.* B. — [6] penitus nomen B. — [7] Maximus B. — [8] nos B.

in deserto cellam in qua erat beatus Restitutus. Et respicientes viderunt eum in oratione genu flexo. Et procidentes salutaverunt eum, dicentes : “ Ave, „ serve Dei. „ Qui respondens dixit[9] eis : “ Qui „ aperuit meos oculos[10] det vobis vitam eter- „ nam. „ Erat autem ibi famulus qui cum eo venerat a Galilea, et[11] interrogantes eum quo nomine vocaretur iste[12] amicus Dei[13], respondit eis : “ Restitutus est nomen eius. „ At illi gaudentes, glorificantes Deum, cum maxima devotione atque reverentia amplexu timido palpitabant eum, dicentes : “ Serve Dei Restitute, nos „ non te elegimus[14], sed Deus elegit te; providens „ de te nobis in pastorem, et datus es[15] nobis „ urbis Trigastrine[16] episcopus. „ At ille stupefactus cum rubore respondit : “ O amici Dei, quo- „ modo possunt hec fieri ? Insufficientia[17] mihi „ superest, scientia deficit, nulla[18] dignitas[19] in „ me latet, ut pontificatus dignus sim honore. „ At illi clamabant altius[20], dicentes : “ Pater „ bone, Restitute serve[21] Dei, virtus Altissimi „ tibi praestitit dignitatem. „ Tunc cum lacrimis

B respondens cum[22] devotione in celum suspirans, dixit : “ Fiat mihi secundum Domini nostri sue „ celsitudinis voluntatem. „ Et respicientes eum devotione et gaudio pleni, ceperunt cantare unanimes *Te Deum*, et odor suavitatis tabernaculum implevit. Audientes fere deserti voces psallentium[23], venientes in occursum, videntes servum Dei Restitutum, inclinabant ad eum, ita ut omnibus videbatur quod honorem cum reverentia servo Dei impendebant. Cum vidisset beatus Restitutus, dixit eis : “ Nolite nocere alicui „, et[24] continuo ab eis recesserunt.

et ad sedem deducitur. Lectio sexta. — Arripientes iter suum, rogabant ipsum[1] ut iumentum ascenderet. Respondit servus Dei : “ Non. Dominus et magister noster „ sine equo et iumento ibat, dum fecit mihi ocu- „ los. Nolite me, mei domini, fingere meliorem. „ Videntes autem humilitatem eius, ceperunt ei obedire. In Aquensi[2] urbe[3] transitum facientes, ad beatum Maximinum[4] accesserunt. Qui cum magno gaudio suscipiens Restitutum, moribus atque doctrina illustrabat. Modicam moram facientes, a beato Maximino[5] discesserunt[6]. Festinantes iter suum, docebat eos predicando

C fidem Christi. Post multos dies venientes prope urbem Trigastrinam[7], populi multitudo venit obviam[8] eis. Videntes sanctum episcopum, quisque eum tangere et de vestimentis eius habere cupiebat. Induentes eum sacris vestibus[9], mitram, anulum atque baculum pastoralem deferebat; in adventu eius iocundo multi confirmati sunt in fide Christi. Intrantes autem civitatem, languentium caterve sequebantur, ita ut vix transitum per viam facere poterant. Accedens autem[10] mulier, prona coram beato presule rogabat eum[11] dicens : “ Serve Dei piissime, uni- „ cus filius meus per decem annos furiositate „ permansit insensatus[12]. Tange eum baculo, et „ salvus fiet. „ At ille respondens ait : “ O mulier, „ non est meum; sed ille qui oculos meos „ aperuit[13] illuminet eum Spiritu sancto et „ virtute „. Tetigit eum baculo pastorali, et continuo sanatus est, laudans et[14] glorificans[14] Deum; et in fide Christi multi crediderunt. Videntes mirati sunt valde qui furiosum viderant, dicentes intra se quia hic sanctus amicus est Dei altissimi. Vita

Caecos et multos aegrotos Lectio septima. — Dum divina celebraret officia, ductus est quidam nobilis, per xv annos non videns, in faciem eius et[1] dixit : “ O presul egre- „ gie, roga dominum[2] nostrum Iesum[3], quem nos „ credimus adorando. Habe mecum misericor- „ diam, bone pastor, ut oratione tua possim „ recuperare claritatem. „ Continuo sanati sunt oculi eius. Pre nimio gaudio cum tota familia cepit dicere : “ Vere hic est[4] qui habet postesta- „ tem a Deo vero. „ Tunc non minima pars urbis confirmata est in fide Christi. Multi febricitantes rogantes eum sanati sunt, tantam in beato confessore fidem habentes[5] quod vix poterant recedere ab eo. Omni die continuans predicare populo, viam veritatis edocendo, tam in sermone graciosus quam in persona speciosus, Dei altitu- E dinem sapiebat. Dum una die, magna confusione populi adunata, predicaret populo verbum Domini, homo quidam dives valde super equum venit, et procidens coram sancto presule, genu flexo[6], dixit : “ Pastor bone, qui a Deo electus es, „ habe misericordiam in me, quoniam filius „ meus, cupiens ad[7] te venire, cadens[8] de equo, „ bine tibie sibi fracte[9] sunt. Ecce eum coram te *in civitate* „ destinavi. Dic ei benedictionem tuam, et con- „ tinuo ambulabit in Christi nomine, quem „ adoro. „ Servus Dei Restitutus, pietate motus, respiciens in celum, rogavit Dominum Iesum, dicens : “ Iesu bone, salvator mundi, qui de „ nihilo cuncta creasti et mihi oculos dignatus es „ aperire, presta puero huic[10] gratiam benigni- „ tatis tue, ut circumstantes cognoscant[11] glo- „ riam altitudinis tue, qui manes in trinitate[12] „ et unitate[13] in[13] Spiritu sancto per cuncta „ secula seculorum. „ Et[14] omnis chorus respondit “ Amen. „

et in Longavilla sanat, Lectio octava. — Mox surrexit puer sanatus omnino, laudans et gratias agens Deo. Clamans[1] omnis populus quod hic est vere amicus Dei F sanctus, defensor[2] et pax istius patrie. Post dies aliquos audivit prefatus beatus Restitutus quod in quodam monte in loco nomine Longavilla multi erant homines in fide Christi minime credentes. Ubi presul Dei subito abiit[3]; erat autem prope civitatem. Dum venisset prefatus beatus Restitutus, venerunt obviam ei, respicientes eum cum magno gaudio, devotione et[4] honore, aliqui pauci in fide Christi credentes. Et ducentes eum ubi perfidi morabantur, congregata cohorte, predicando docebat eos[5] Iesum esse filium Dei. Qui vero arguebant contra eum, dicentes legem eorum esse meliorem. Dum autem contenderet demonstraretque eis viam veritatis, venit alienigena : percussus gladio, oculum suum erutum deferebat in sua manu. Et procidens ad pedes

[9] *om.* A. — [10] meos oculos aperuit B. — [11] *om.* A. — [12] *om* B. — [13] *add.* B. — [14] *corr., prius* agimus B. — [15] *corr., prius* est B. — [16] Tricastrine B. — [17] insuficientia A. — [18] *corr., prius* in illa A. — [19] *corr., prius* dignitatis B. — [20] alcius A. — [21] *om.* B. — [22] *om.* A, *supra lin.* B. — [23] *corr., prius* sallentium B. — [24] *om.* A.

6. — [1] cum B. — [2] Aquenci A. — [3] urbem B. — [4] Maximum B. — [5] Maximo B. — [6] *corr., prius* discesserunt B. — [7] Tricastrinam B. — [8] oviam A. — [9] *corr., prius* vestimentis B. — [10] *om.* A. — [11] *bis scriptum erat* B. — [12] incensatus A. — [13] qui aperuit oculos meos B. — [14] *om.* B.

7. — [1] *om.* A. — [2] Iesum *add. prius, sed del.* A. — [3] Christum *add.* B. — [4] *supra lin. corr.* B. — [5] habentes fidem B. — [6] g. f. *om.* B. — [7] *corr. supra lin., prius* a B. — [8] *corr., prius* quadens B. — [9] *corr., prius* facte B. — [10] huic puero B. — [11] *supra lin. corr., prius* conoscant B. — [12] cum patre *add.* B. — [13] *om.* B. — [14] *om.* A.

8. — [1] *supra lin., corr.* B. — [2] deffensor A. — [3] habiit A. — [4] *supra lin.* A. — [5] *om.* B.

VITA

beatissimi confessoris Christi, clamabat dicens : " Pater mi, serve Dei[6] Restitute, miserere mei. „ Humiliatus in oratione servus Dei dixit ei : " Credis in Deum ? „ Et[7] dixit[7] " Credo, pater. „ Accipiens oculum quem in manu portabat, dixit ei : " Habe fidem in eo qui me illuminavit, et „ illuminabit te virtute. „ Convertens autem oculum cum sancta manu sua in locum suum unde erutus[8] fuerat, mox omnino sanatus est. Laudes et gratias agens Deo, dicebat quia hic est vere amicus Dei altissimi. Videntes circumstantes confirmati sunt in fide Christi. Et ita confitendo atque confessiones audiendo, predicando fidem Dei, docens omni populo ibi[9] per multos annos permansit sanctus confessor Dei, docens omni populo viam veritatis, ecclesiam Dei ibi edificans in honorem virginis Marie et prope ecclesiam duos fontes, quorum unus est ad similitudinem fontis natatorie Siloe, ubi Iesus aperuit oculos eius; in quo prohibitus est introitus mulierum. Multa miracula facta sunt lavantibus oculos[10] in Christi nomine et beatissimi confessoris, recuperantes visum, atque[11] caterve languencium sanabantur. Hic autem ieiunando et orando per longum tempus permanens, unicuique iusticiam ministrabat. Electis cibariis cotidie in eius oppido[12] preparatis, ipse autem numquam gustans, sed tantum[13] pane ordeaceo Dei gratia fovebatur. Postquam populus ille conversus confirmatusque in fide Christi fuit, precepit ibi aliam edificare ecclesiam, coniunctamque collateratam ecclesie beate Marie quam primitus edificaverat, limitans ipse signansque sancta manu sua.

sacrumque ministerium exercet.

B

LECTIO NONA. — Sequentibus diebus multis, devocione repletus Romam visitare festinans, iter suum arripiens perrexit in partibus Ytalie in urbe nomine Alba, ubi innumerabilis populus adversarius contra fidem Christi existebat. Audiens autem sanctus confessor Dei, tamquam bonus bellator[1], congregata magna multitudine prefati populi, cepit eos docere. Illi autem confundere eum conabantur, dicentes : " Legem nostram, in „ qua nati sumus[2], obtinere cupientes, ponemus te „ in lacu et arena leonum. „ Dum autem contenderent[3], accedens mulier cuius filius infirmabatur, in adventu beatissimi Restituti hospita sua, dicens fletu amarissimo : " Hospes bone, serve Dei[4], „ presul egregie, si fuisses in domo mea, filius „ meus non esset mortuus. „ Dixit ei beatus discipulus Christi Restitutus : " O mulier, hospes mea „ dilecta, per mortem[5] corporis filii tui noli flere, „ sed per mortem[6] anime ipsius. Sed si credis in „ eo qui me illuminavit, forte filius tuus vivet. „ At illa dixit : " Credo, benignissime pater, toto „ corde meo, et in[7] intimis anime mee glorifico „ eum. „ Baptizata atque[8] confirmata in fide Christi, iussit beatus presul Dei discipulus deportari filium mortuum in grabato suo. Videns beatus <Dei[9]> servus, devocione motus, procidens in oratione, diucius orans, tetigit mortuum[10] baculo suo pastorali, et[11] confestim surrexit laudans et glorificans Deum, baptizatusque <et[12]> confirmatus, cum magna cohorte secutus est servum Dei Restitutum, et factus est de familia eius. Videntes ceteri, flamma[13] diabolica inflammati, dicebant unanimes : " Iste vere arte magica frui- „ tur, et contra legem nostram satagit ad des- „ truendum[14]. Omnis qui contra legem facit, „ dignus est morte. Ponamus ergo eum[15] in arena „ leonum. „ Respondit preses : " Precipio ne „ aliqua cibaria dentur leonibus per binos dies, „ ut famescentes[16] subito devorent eum. „ Positus est in carcere Dei discipulus. Completis autem binis diebus, ductus est sanctus presul[17] in lacu leonum more solito[18] homicide. Sequebantur eum[19] turbe multe, ut viderent[20] eius finem. Dum intrasset autem beatus vir Dei Restitutus in spelunca leonum, omnis circuiens[21] populus infinitus. Ipse autem orabat Iesum, dicens : " Domine „ Iesu, si morte hac dignus sum, suscipe spiri- „ tum meum. „ Mox omnes leones, leopardi cetereque fere, ad eum venientes, cum reverentia lingebant osculando manus, pedes atque vestimenta ipsius. Mirabantur innumerabiles circumstantes, dicentes : " Vere cum magna „ reverentia[22] suscipiunt eum. „ Videns preses, recordans sui facinoris, dixit : " Nos filii ini- „ quitatis sumus. Vere homo sanctus atque „ iustus est iste. „ Precepit eum extrahi festinanter, et procidens[23] ad pedes beatissimi confessoris[24], rogabat eum dicens ; " Serve <Dei[25]> „ pie, presul sanctissime, pietatem habe in me et „ miserere mei. „ Respondit beatus confessor Dei dicens : " Non est meum vobis dimittere, sed „ ille qui cuncta potest dimittat vobis. „ Stansque in oratione, rogabat Iesum dicens : " Domine, „ dimitte eis, quia cecati sunt; nesciunt quid „ faciunt. „ Preses autem, illuminatus divino lumine, cum tota turba prefate urbis baptizatus est in nomine domini nostri Iesu Christi. Post multos dies beatus Restitutus Romam visitare appetens[26], infirmitate corporis sui[27] sanctissimi detentus, certaminibus finem imponens, diabolo devicto, disposuit suo corpori sepulturam, iubens famulis suis corpus suum apud Galliam Trigastrinensem[28] destinari prope urbem versus orientem, in loco ubi edificari preceperat ecclesiam per eum limitatam. Omnibus vero completis, celos obdormit[29] aperiens, in Domino exspiravit vij° [30] idus novembris in urbe quae Alba vocatur, ubi chorus angelorum per aera fulgebant, dulces cantus resonantes[31] : " Gloria, laus in altissimis „ Deo „. Ibi multa miracula facta sunt tangentibus locum ubi sanctum corpus erat positum. Ad Galliam Trigastrinam[32] profecti[33] sunt famuli eius cum sancto corpore, sicut preceperat eis beatus Restitutus, et ibidem divinitus sepultus[34] est infra muros ecclesie per eum limitate[35]; quam vivus non potuit, mortuus complevit, fulgentibus miraculis a Deo suis meritis collatis. Amen.

Albae in Italia

populum docet;

C

D

mortuum suscitat;

exponitur feris,

a quibus nihil laeditur;

moritur.

[6] *om.* A. — [7] *om.* A. — [8] exutus B. — [9] *om.* B. — [10] aculis A, B. — [11] que A, B. — [12] opido A. — [13] tantus A.

9. — [1] pastor B. — [2] *corr. supra lin.* B. — [3] contenderet A. — [4] de B. — [5] pro morte B. — [6] pro morte (*supra lin., corr.*) B. — [7] *supra lin.* A. — [8] que A. — [9] *om.* A, B. — [10] *corr. add.*, p. (per ?) *sed del.* B. — [11] *om.* A. — [12] *om.* A, B. — [13] flama A. — [14] destruandum *corr.* B. — [15] *supra lin., corr.* B. — [16] famexentur A. — [17] dei *add.* A. — [18] *corr. supra lin., prius* subito B. — [19] *corr. supra lin., prius* autem B. — [20] *corr., prius* viderant B. — [21] circuens A, B. — [22] *corr., prius* reverancia B. — [23] procidans B. — [24] beatissimi conf. pedes B. — [25] *om.* A, B. — [26] apetens A. — [27] sui corporis B. — [28] Tricastrinensem B. [29] obdormit' A, B. — [30] VI° B. — [31] resonantes cantus B. — [32] Tricastrinam B. — [33] provecti A, B. — [34] *om.* B. — [35] sepultus *add.* B.

INSTRUMENTUM

A D

INSTRUMENTUM RECOGNITIONIS RELIQUIARUM S. RESTITUTI ANNO DOMINI 1516

RECOGNITIO RELIQUIARUM

Ex editione L. A. BOYER DE SAINTE MARTHE, Histoire de l'église cathédrale de Saint-Paul-Trois-Châteaux (*Avignon, 1710*), *p. 391-95.*

In illius nomine qui suo nos proprio redemit sanguine. Amen. Anno a Nativitate inclitissima eiusdem Domini 1516, indictione 4 simul cum eodem anno more Romanae curiae sumpta, et die undecima mensis martii, pontificatus SS. in Christo patris et domini d. Leonis divina providentia papae X, anno eius quarto, christianissimoque principe nostro Francisco, Dei gratia Francorum rege, delphino Viennensi comiteque Valentinensi et Diensi, domino nostro regnante, ac etiam reverendo in Christo patre et domino nostro Guillelmo Adhemarii miseratione divina et sanctae sedis apostolicae gratia Tricastinensi B episcopo et comite praesulante, dominis communibus civitatis Tricastinensis et terrae communis et iurisdictionis eiusdem existentibus. Sagax humanae naturae discretio, hominis labilitate pensata, decrevit antiquitus rerum gestarum seriem in monumenta publica conficere, ne lapsu prolixioris temporis edax praeteritorum consumat oblivio, sed potius fulta scripturarum testimonio, probatio veritatis permaneat immortalis. Proinde noverit modernorum praesentia futurorumque posteritas non ignoret quod, cum reverendus in Christo pater et dominus d. Guillelmus Tricastinensis episcopus et comes, ac etiam abbas commendatarius perpetuus abbatiae B. Petri Belli loci, Lemovicensis dioecesis, in ecclesia parrochiali almi Restituti praesulis et confessoris, praedecessoris sui, dominique nostri Iesu Christi discipuli, a patria Galileae et oppido Thabariae oriundi nobilique propagine procreati, caeci nati et a Deo illuminati, qui post domini nostri Iesu Christi passionem, more perfidorum inimicorum fidei christiane versutia in eis partibus vigente, in comitiva almorum Maximini et Eutropii, sanctarumque Marthae et Magdalenae, sororum B. Lazari, quem Deus susci- C tavit a mortuis, sine remigie veloque transfretavit, portumque Arelativum applicuit, indeque divino spiramine in episcopum Tricastinensem et pastorem ecclesiae ab ipso fundatae fuit sublimatus; cuius corpus hac in alma requiescit ecclesia, in qua multi devote affluentes, eiusdem beati Restituti pia intercessione luminis recipiunt claritatem. Uti ab octo diebus citra applicuit Petrus Grossi de Balons, Gratianopolitanae dioecesis, qui affectu pio lachrimabiliter coram populo ibidem in ecclesia parrochiali eiusdem loci congregato, de seipso attestatus fuit quod quando ibidem applicuit, fere erat visu destitutus et privatus, et quod nihil videbat nisi aliquantulum sole lucente, nunc vero, completa novena, Deo gratias et ipsi beato Restituto reddens, sentit suum visum optime illustratum. In ipsa quidem ecclesia dictus dominus episcopus, pia sinceraque devotione motus, cupiens demum in honorem Dei, Virginis Mariae beatique Restituti officium glisci et augmentari, collegium sex dominorum presbiterorum fundare proposuit, et ad huiusmodi fines apud Urbem et sanctam sedem apostolicam supplicationem et munimenta destinaverit pro horis inibi canonicis diurnis et nocturnis dicendis et celebrandis, uti iam dicuntur; volensque idem dominus Tricastinensis episcopus tumulum ipsius beati Restituti alias per praedecessores suos seu aliquem ipsorum fuisse visitatum et apertum, ipse quoque dominus episcopus tumulum extra terram in altum super quatuor pillones erectum, et supra tumulum subterraneum in quo iacet corpus ipsius B. Restituti, ut asseruit, descendi iussit, tandemque illum visitavit et aperiri fecit in plurium fide dignarum personarum praesentia. Quo aperto, infra ipsum tumulum reperit unum os brachii dextri eiusdem beati Restituti infra quamdam capsam fusteam pannis lineis et sericeis honorifice involutum cum qua- E dam modica cruce argentea deaurata et a parte posteriori nemore munita et quodam scripto in pergameno descripto, quod infra praesentem actum inseri iussit sequentis tenoris: " Memoria quod anno M.CC.XLIX, mense iulio, magister Giraudus de Claromonte aedificavit sepulchrum beati Restituti, autoritate domini Laurentii Tricastinensis episcopi; et Giraldus Maunerii, capellanus Sancti Restituti, proxime abstraxit cum multis aliis de sepulchro ubi quiescit totum corpus beati Restituti, brachium dextrum et posuit in locum istum, et apposuit signum suum. " Quod quidem scriptum fuit lectum in conspectu et praesentia ipsius domini episcopi pluriumque notabilium personarum infra scriptarum, et os devotissime a pluribus personis osculatum. Ipsaque die per eumdem dominum episcopum devotissime, una missa in altari magno submissa voce celebrata, et post ipsam missam alia missa solemnis dicta est per virum venerabilem dominum Desiderium Caroli, presbiterum dicti collegii, alta voce, choro respondente, de translatione B. Restituti praesulis et confessoris, cum introitu *Gaudeamus omnes in Domino* etc. Demumque dictus F dominus episcopus in comitiva nobilium et venerabilium virorum dominorum Alexandri Adhemarii, canonici et archidiaconi, Stephani Audigerii, Petri Audigerii, Crispini Marini, Ioannis Reolay, canonicorum dominorum capituli ecclesiae cathedralis Tricastinensis, ibidem ad fines infra scriptos capitulariter convocatorum, Georgii Berengerii, Antonii de Rua, Stephani de Puteo, hebdomadariorum, Petri Giraudi cantoris, Dionisii Giraudi, Claudii Chavanelli, Ioannis de Lausuno, Antonii Allegroni, Claudii Coffini, Claudii Godoni et Durandi de Mura, chorariorum et habituatorum ecclesiae cathedralis Tricastinensis, venerabiliumque virorum fratrum Ioannis Bressonis, ordinis Minorum de Observantia, Pictaviensis, Francisci Bodonis, eiusdem ordinis, Bitericensis diocesium, conventualium Observantiae Burgi Sancti Andeoli, dioecesis Vivariensis, in civitate Tricastina durante quadragesima commorantium, tumulum in quo iacet corpus dicti B. Restituti iam exhumatum et ante maius altare dictae ecclesiae existens aperiri, et lapidem ad ostium ipsius monumenti repositum revolvi iussit; quo revoluto et monumento aperto, fuere oculatim

visa

RECOGNITIO RELIQUIARUM

* ed. pastoris

visa per assistentes et circumstantes ossa ipsius B. Restituti a capite usque ad pedes, unaque pars baculi pastoralis * illius. Quibus visis et tandem honorifice cum pannis lineis coopertis, fuit cantatum alte et devote canticum *Te Deum laudamus* etc., cum versiculis sequentibus, et aliae piae preces et orationes. Quibus decantatis, fuit ipsum monumentum cum dicto corpore et dicto loco contra ventum partim infra parietem et ancram, locumque iam destinatum et praeparatum, honorifice translatum, et cum lapide, quo per antea erat coopertum, repositum. Statuens et ordinans idem dominus episcopus cum praedictorum dominorum capituli assistentia, consensu et consilio ab inde in antea simili die fieri apud ecclesiam et celebrari officium de Translatione B. Restituti praesulis et confessoris; proponendo ibidem supra dictum tumulum altare erigi et reponi, capellulamque inibi aedificari debite clausam pro custodia fideli dicti corporis, uti iam operarios summa cum diligentia apposuit, et de praedictis acta seu publicum instrumentum fieri.
B De quibus etiam dominus Iacobus Granerie, presbiter procurator generalis et piarum causarum dicti domini episcopi, ad opus ipsius et aliorum quorum intererit, petiit sibi fieri publicum D instrumentum et publica instrumenta per nos notarios infra scriptos. Acta fuerunt haec praedicta omnia in ecclesia praefata. Praesentes fuere nobilis Ludovicus de Gast, loci Thori, Cavallicensis dioecesis, oeconomus dicti domini Tricastinensis episcopi, nobilis Stephanus Pontii senior Abolenaee, domini Desiderius Caroli, Antonius Flandini, Matthaeus Fayeti, Marcus Brioude presbyteri, discreti et providi viri Antonius de Cornu baiulus, Antonius Payani, Ioannes Bovis, scindici, Ioannes Gauterii, Restitutus Bovis, Georgius Donadei, Claudius Ruffi, Vincentius Lamis, Antonius Solerii, Raymundus Gentoni, Nicolaus Bovis, Franciscus de Cornu Sancti Restituti, magister Drivonus Boneyronis, notarius vicebailivus Tricastinus, nobilis Ludovicus Cheyluci, Stephanus Amblardi, Antonius de Ponte, apothecarius, Henricus Marcelli, magister Dionisius Giraudi, notarius, Ioannes Remigii, clericus, Ioannes de Illice, lathomus Tricastinensis, domini Andeolus Bonerii, Petraelatae, Gerentonus Graneti, presbiteri Montisecuri, pluresque alii testes ad haec vocati; et ego Ioannes Remigii, notarius publicus, civis Tricastinus E subsignatus.

DE SANCTO PROSDOCIMO

TEMPORE INCERTO

EPISCOPO PATAVINO

H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Antiquiora de S. Prosdocimo

1. *De Prosdocimo, quem primum urbis Patavii episcopum a S. Petro apostolo huc missum aliarumque dicionis Venetae seu marchiae Trivigianae ecclesiarum conditorem extollunt eiusdem Acta et plerique rerum Patavinarum scriptores, mirum est quam alte sileant tam sacrae quam profanae antiquitatis monumenta. Si enim quaeramus quis omnium primus eius nomen, ne dicam gesta, posteris tradiderit, nullus occurrit qui aetate anonymum*
C *superet a quo habemus celebre diploma Opilionis, quo varia bona tribuuntur monasterio Sanctae Iustinae,* ubi corpus sanctae Iustinae et sancti Prosdocimi et multa corpora aliorum sanctorum requiescunt (1). *Quod quidem testimonium ab iis qui nuper instrumenti sinceritatem tueri conati sunt ad saeculum usque VII ascendere perhibetur* (2). *Nobis cum Muratorio* (3) *aliisque* (4) *inter ficticia amandandum videtur, nec membrana adhuc superstes saeculo XI antiquior, meo saltem iudicio, est* (5). *Alia habemus documenta diplomatica quibus S. Prosdocimi nomen traditum est. In charta Gauslini episcopi, quae mense februario anni 970 data censetur, haec leguntur :* cum venissem ego Gauslinus episcopus in ecclesiam beatae Iustinae martyris et beati Prosdocimi praesulis ... ut ob ipsius <Christi> amorem sanctorumque omnium nec non et beatae Iustinae martyris beatique Prosdocimi confessoris coenobium aedificarem monachis (6) ... donamus et confirmamus ad monasterium sanctae Iustinae virginis et sancti Prosdocimi confessoris Christi... (7). *Ita fere et Urso, 2 februarii 1014 :* Ego Urso ... donamus et confirmamus ad monasterium sancte Iustine virginis et sancti Prosdocimi et sancti Benedicti confessoris Christi... (8). *Etiamsi de harum litterarum integritate nullum moveatur* F *dubium, quod postea expendemus, remotam antiquitatem minime attingunt, illudque prae oculis habendum tanti viri, qualis ab Actorum eius scriptore effingitur Prosdocimus, cultum saeculo VI minime celebrem fuisse; nullo enim patrono, praeter Iustinam, teste Fortunato* (9), *Patavium tunc gloriabatur.*

testimonia.

2. *Testimonia de S. Prosdocimo inde a saeculo IX colligi ex actis capituli Patavini asseruit Fr. Dondi* (10), *quae tamen nec ab ipso neque ab alio quopiam adhuc prolata sunt. Vitam autem S. Prosdocimi in codicibus saeculi X exstare et in libro chorali monialium Sancti Petri, saeculo XI exarato, S. Prosdocimum* protoepiscopum *nuncupari addit laudatus praesul. Demus egregium virum in expendenda librorum aetate non errasse, licet*

(1) A. GLORIA, *Compendio delle lezioni teoreticopratiche di paleografia e diplomatica* (Padova, 1870), tav. XX; ID. *Codice diplomatico Padovano del sesto secolo a tutto l'undecimo* (Venezia, 1877), p. 3, n. 4. — (2) A. GLORIA, *Intorno alla donazione di Opilione al monastero di S. Giustina, esame critico*, s. l. a. (Per le auspicatissime nozze Papafava Antonini dei Carraresi Cittadella Vigodarzere). — (3) *Antiquitates italicae medii aevi*, t. III, p. 38. — (4) V. g. G. BERETTUS apud MURATORI, *Rerum italicarum scriptores*, t. X, p. CLVII. — (5) " Da pergamena del sec. X. " Ita A. GLORIA, *Codice diplomatico Padovano*, p. 5. — (6) GLORIA, t. c., n. 55, p. 80. — (7) IBID., t. c., p. 81. — (8) IBID., t. c., n. 98, p. 132. — (9) *Vita S. Martini*, IV, 672. — (10) F. DONDI DELL' OROLOGIO, *Dissertazioni sopra l'istoria ecclesiastica di Padova*, t. I (Padova, 1802), p. 26.

Brunatius,

A *Brunatius, qui harum rerum peritus habetur, nullum Vitae Prosdocimi saeculo XI exeunte antiquiorem codicem se novisse testetur* (1), *longissimum inter res gestas et commentarios aevi spatium intercessisse e codicum aetate minus quam ex rebus ipsis cuilibet manifestum erit.*

Acta minime antiqua, 3. *Actorum S. Prosdocimi, quae circumferuntur et a Mombritio edita sunt* (2), *codices antiquos nullos reperire contigit. In iis autem quos excussimus, historia eius ita tradita est ut neque de singulorum variantibus lectionibus colligendis cogitatio animum subeat, cum nullius omnino momenti ad indagandam historiae veritatem visae sint; quare ex paucis iisque selectis libris Vitam S. Prosdocimi proferre optimum duximus. Constat autem, ubi integra est, tribus partibus, prologo videlicet, Vita ipsa et additamento, quod editionis nostrae ultimum capitulum est. Prologo destituta est Mombritiana editio. Hi vero sunt codices quos adhibere visum est.*

e codicibus quattuor edenda, **A.** *Codex Patavinus musei civitatis. Membraneus, foliorum 54, 0m,285 × 0,215, binis columnis maximam partem (fol. 1-34, 41-48) saec. XIV* B *exaratus. Fuit olim* cenobii Dive Iustine Patavine. *In foliis quinque non signatis initio libri leguntur carmina* a quodam venerabili abbate Sancte Iustine de Padua in honore beatissime Dei genitricis Marie nec non et sanctorum quorum corpora habentur in dicto monasterio Sancte Iustine *edita, et dein Missa sanctae Iustinae. Folio 1 incipit liber his verbis:* Adsit principio virgo Maria meo. In nomine domini ac salutaris nostri Iesu Christi sueque intemerate et illibate genitricis semper virginis Marie nec non et Matthie, Luce, Prosdocimi, Maximi et sancte Iustine virginis martyris ac regine de Padua aliorumque sanctorum in ecclesia dicte sancte Iustine venerabiliter quiescentium quorum meritis gloriosis liber iste praecipue famulari debet. *Et quidem totus est de sanctis Patavinis et reliquiarum inventionibus. Fol. 7v-13 legitur Vita S. Prosdocimi, integra, qualem eam ex hoc codice edituri sumus. Capitulorum distinctionem nos ipsi induximus, et communem quandam scribendi legem secuti sumus. Fol. 45 incipit a vesperis officium S. Prosdocimi, quod fol. 48 desinit in invitatorio ad matutinum. Antiphonae ad vesperas rhythmicae sunt:*

C
Almi laudes confessoris
Beati Prosdocimi
Resonemus cunctis horis
Mente Deo proximi, *etc.*

Hymnus exorditur :

Lux et decus ecclesie
Servator innocentie, *etc.*

Rhythmicum etiam est invitatorium :

Summo regi iubilemus
Redemptori optimo,
Corde ore decantemus
Beato Prosdocimo. Venite, *etc.*

Illud ipsum officium metricum esse videtur de quo F. Dondi, in dissertatione de ritibus ecclesiae Patavinae, quamvis illud versibus leoninis conceptum esse crediderit : Introdottosi poi il gusto de' versi leonini, fecero i nostri maggiori compor l'officio del detto santo in versi (3).

B. *Codex Venetus bibliothecae S. Marci IX, 65. Chartaceus, foliorum 37, 0m,205 × 0,14, saec. XV exaratus. Fuit olim* Sanctae Mariae de Pratalea, *postea vero Apostoli Zeni. Libellis hagiographicis Patavinis totus constat, ea ratione, ut si ex praecedente A ultima deleveris, hunc fere nostrum codicem habeas. Fol. 1 in margine scriptus est idem ille versiculus qui in codice A :* Adsit principio virgo Maria meo. *Fol. 10-21 legitur Vita S. Prosdocimi, cuius variantes lectiones, quae nullius plane momenti sunt, annotare praetermisimus.*

C. *Codex Vaticanus latinus 3723. Membraneus, foliorum 12, binis columnis saec. XV exaratus. Fol. 2 cernitur stemma gentilicium Eugenii p. IV. Folia 2-9 complet Vita S. Prosdocimi, non tamen integra, cum desint prologus et additamentum. Lectiones huius codicis habes in infimis paginis.*

D. *Codex bibliothecae Ambrosianae O. 173. Membraneus, foliorum 39, 0m,245 × 0,180, lineis plenis saec. XV exaratus* (4). *Fol. 10r-17v legitur* E *Vita S. Prosdocimi integra, e qua primum editus est prologus* (5); *quem nos iterum cum codice contulimus. Ceteras variantes lectiones in corpore Vitae fere negleximus.*

4. *Cetera, quae occurrerunt, Vitae S. Prosdocimi exemplaria seponere visum est. Haec autem sunt:* *ceteris neglectis,*

E. *Codex Patavinus bibliothecae Universitatis 19. Chartaceus, foliorum 51, 0m,198 × 0,140, saec. XVI, videlicet anno 1571 (fol. 46) exaratus. Totus est de sanctis Patavinis. Fol. 15-31r, Vita S. Prosdocimi, tum prologo tum additamento carens.*

F. *Codex Patavinus bibliothecae Universitatis 702. Membraneus, foliorum 102, 0m,120 × 0,085, saec. XV exaratus, ad usum monasterii Sanctae Iustinae. Fol. 49-65v, Vita S. Prosdocimi, non integre exscripta.*

G. *Codex Patavinus bibliothecae Universitatis 1145. Chartaceus, foliorum 72, 0m,160 × 0,114, saec. XV/XVI exaratus. Continet officia, inter quae exscripta sunt documenta (fol. 4-7, 10v-16, Vita S. Prosdocimi) ut plurimum non integra.* F

H. *Codex Patavinus bibliothecae Universitatis 1637. Membraneus, foliorum 267, 0m,400 × 0,284, binis columnis saec. XV accuratissime et eleganter exaratus. Fol. 264v :* Iste liber est monasterii S. Iustine virginis et martyris ac regine de Padua ipsi monasterio eiusdem virginis deputatus et signatus numero 484. *Altera pars est lectionarii de sanctis, cuius principium est codex eiusdem bibliothecae 1636. Fol. 193v-197, Vita S. Prosdocimi integra, videlicet cum prologo et additamento.*

K. *Codex Patavinus bibliothecae Antonianae IV, 74. Membraneus, foliorum 253, binis columnis saec. XIV exaratus, 0m,39 × 0,25. Variae sanctorum Vitae* (6), *quas inter, fol. 210-217r, Vita S. Prosdocimi, absque prologo et additamento.*

(1) " Un codice della biblioteca de' PP. Eremitani qui " di Padova è il piu vecchio che si abbia fino al presente " giorno, di mano che par alla fine del mille, se non al " principio del mille cento... noi a tal codice deputiamo " l'undecimo secolo. Altri manoscritti con questi atti sono " o nella detta biblioteca degli Eremitani o di Santa " Giustina di Padova o nell' archivio della chiesa di Cividale d'Austria anche nelle biblioteche di Venezia o " altrove. " GIO. BRUNACCI, *Storia ecclesiastica di Padova*, t. I, fol. 2 (codex manuscriptus musei civitatis Patavinae, B. P. 1755). — (2) *BHL.* 6960. — (3) *Dissertazione sopra li riti, discipline, costumanze della chiesa di Padova* (Padova, 1816), p. 9. — (4) *Anal. Boll.*, t. XI, p. 353. — (5) *Ibid.*, p. 354. — (6) A. M. IOSA, *I codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova*, p. 124-25.

AUCTORE H. D.

L. *Codex Venetus S. Marci IX. 28. Membraneus, foliorum 284, 0^m,525 × 0,340, paginis bipartitis exaratus saec. XIV. Olim basilicae S. Marci. Inter varias sanctorum Vitas occurrit fol. 221-225^v, Vita S. Prosdocimi, quae in his verbis abrumpitur :* pollui non pateretur (*n. 16*).

M. *Codex Venetus S. Marci IX. 86. Chartaceus saec. XVIII exaratus a Ioanne Brunatio, qui inter alia de sanctis Patavinis documenta Vitam S. Prosdocimi e variis libris exscripsit. Et quidem fol. 1-8^v, e codice membraneo saec. XII qui erat " in bibliotheca Patrum Heremitarum S. Augustini Patavii ", Vitam prologo et clausula carentem; fol. 9-16^v, ex B. Mombritio; fol. 22-29^v, e codice membraneo saec. XIV, descripto a magistro Francisco de Donoctis de Mutina, qui codex apud eosdem patres Heremitas servabatur, Vitam absque clausula; fol. 30-38 : " ex tabulario maioris ecclesiae Civitatis Austriae de codice pergameno saec. XIV ", absque clausula; fol. 39-46^v, ex codice saec. XV. bibliothecae S. Iustinae Patavii, Vitam cum prologo et clausula.*

B **N.** *Codex Vallicellanus H. 9, qui est ex collectaneis Gallonii, inter plurima apographa* (1) *habet etiam fol. 294-304 Vitam S. Prosdocimi, absque prologo.*

O. *Codex Bruxellensis 8935, inter alia collectanea Bollandiana servat Vitam S. Prosdocimi ex Mombritio, cui praemissus est prologus " ex codice ms. bibl. Ambrosianae 4° litt. S, num. 91 ".*

nullius sunt fidei.

5. *Quod Actis S. Prosdocimi veluti bonae notae documento usi sunt nonnulli rerum Patavinarum scriptores, hominibus simplicioribus et artis criticae parum peritis facile condonatur; quod a viris doctis, hisce in rebus exercitatis, eorundem Actorum patrocinium suscipi potuit, vix in patriae laudis cupiditate excusationem habet. Nec cuipiam, qui Actorum vindicias ab A. M. Trevisolo* (2) *et F. Dondi* (3), *ut alios taceam, concinnatas perlegerit, mirum videbitur nos ab eorundem argumentis minutatim refellendis abstinere. Quis enim, nostris diebus, serio legat libellum qui a capite ad calcem cum probata historia, et nonnullis in locis secum ipse pugnat? Marcum et Apollinarem, quorum socius fingitur Prosdocimus, a S. Petro missos fuisse, et in Galliae Cisalpinae civitatibus primis ecclesiae saeculis episcopos sedisse* C *nemo inter peritos serio contendit* (4). *Vitalianum regem Patavii temporibus S. Petri vixisse merito irridetur, et fabulatorem, qui S. Prosdocimum sub Claudio floruisse et ab eodem S. Iustinam sub Maximiano sepultam esse narrat, suis ipse lectoribus irridere voluisse probabile est. Quare, cum res de se satis perspicua sit et I. Bueus noster, quando de S. Iustinae Actis agebat, pseudo-Maximi commentum satis everterit* (5), *actum agere otiosis hominibus relinquo.*

Apostolum marchiae Trivigianae

6. *Unum tantum, quod viros bonos, Actorum S. Prosdocimi vindices, movit, expendere operae pretium videtur, nempe aliarum, praeter Patavium, civitatum traditiones hagiographo aliqua ratione suffragari. In plerisque enim, quas fidei praedicandae causa adiisse fertur, veluti apostolus vel patronus colitur. Et ex Actis quidem habemus Prosdocimum, postquam Sanctam Sophiam Patavii condiderat, civitatem Estensem petiisse, dein Vicentiam, Asylum* (*Asolo*), *Feltrum, Altinum, Tarvisium* et multa alia oppida et castella (*c. 13, 14*). *Quae oppida et loca alii distinctius enumerarunt, v. g. Antonius Monterosso in Vitis manuscriptis antistitum Patavinorum :* Se ne passo poscia ad Este, Vicenza, Asolo, Feltre, Altino, Concordia, Udero [*lege* Oderzo], Treviso e Belluno et ad altre città della provincia Veneta con evangelizarla con sua predicazione e miracoli. In Vicenza, distrutto il tempio di Venere, eresse una capella a Maria Virgine in quel anno che fu assunta in cielo. Cosi fece in monte Summano et a Schio et in altri luoghi (6).

S. Prosdocimum fuisse tradunt

et nominatim Vicentinorum,

7. *Et apud Vicentinos quidem fama est S. Prosdocimum urbem ad fidem Christi perduxisse; eundem etiam primum suum episcopum agnoscunt, adduntque in monte Summano haud longe a Vicentia ecclesiam B. Mariae Virginis ab eo exstructam, ubi olim fanum Summano idolo erectum* E *fuerat*(7); *ecclesiam quoque Sanctae Mariae " della pieve di Schio " et alias non paucas in eadem dioecesi* (8). *In monte Berico autem Apollinis signum evertisse, templum vero in quo simulacrum colebatur, S. Apollinari episcopo et martyri Ravennati consecrasse a nonnullis perhibetur* (9). *Feltrenses etiam non fidem tantum sed et ecclesiam cathedralem S. Prosdocimo se debere fatentur* (10) *et in templi fronte haec inscripserunt :* DIVO PETRO APOSTOLO A SANCTO PROSDOCIMO DICATVM (11). *Quae de S. Prosdocimo narrant Tarvisini, ab Actis non discrepat :*

Tarvisinorum,

" Sciunt praeterea Prosdocimum, cum moraretur " Tarvisii, de S. Petri martyrio divinitus factum " fuisse certiorem, ideoque templum, quod Dei- " parae Virgini destinaverat, consecrasse magi- " stro, Tarvisinosque deinde pro divo tutelari " Petrum veneratos fuisse, cuius titulo Tarvisinam " cathedralem nobilitatam esse voluerunt (12). " *Et hinc quidem non inepte colligunt Tarvisinam ecclesiam primam fuisse quae in orbe christiano sub invocatione S. Petri fuerit sacrata* (13). *His unum adiungo S. Prosdocimi cultum, si ex kalendariis quidpiam colligere licet, apud Tarvisinos vix ante saeculum XIII celebrem fuisse.* F *Etenim, in kalendario antiquo anni circiter 1184 Prosdocimus prima manu scriptus non est* (14).

Bellunensium,

8. *Bellunensis traditio nutare videtur, aliis S. Prosdocimum, aliis SS. Hermagoram et Fortunatum gentem illam ad Christum convertisse contendentibus* (15). *Non ita Opitergii, ubi fertur " D. Prosdocimus, discipulus S. Petri, illius provinciae episcopus ", populum Opiterginum christiana fide imbuisse; quod probant ex " antiquis inscriptionibus parietibus ecclesiae maioris infixis huius tenoris :* SANCTVS PROSDOCIMVS DIVI PETRI DISCIPVLVS PATAVII EPISCOPVS IN HAC VRBE OPITERGII TEMPLVM MARTIS INGRESSVS, AC EIVS

Opiterginorum,

(1) *Catal. Lat. Rom.*, p. 424-29. — (2) *Difesa della missione apostolica di S. Prosdocimo.* (Padova), 1774. — (3) *Dissertazioni sopra l'istoria ecclesiastica di Padova*, t. I, p. 12-34. — (4) F. SAVIO, *Gli antichi vescovi d'Italia. Il Piemonte* (Torino, 1899), p. 80; *L'apostolicità delle chiese d'Italia*, in RIVISTA STORICO-CRITICA DI SCIENZE TEOLOGICHE, t. I (1905), p. 342-7. — (5) *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 795-99. — (6) *Compendio delle vite de' vescovi di Padova di Antonio Monterosso notario Padovano* (codex manuscriptus musei civitatis Patavinae, B. P. 385). — (7) UGHELLI, *Italia sacra*, t. V, p. 1030. — (8) F. BARBARANO DE MIRONI, *Historia ecclesiastica della città, territorio e diocese di Vicenza*, t. I (Vicenza, 1602), p. 23-31. — (9) T. RICCARDI, *Storia de' vescovi Vicentini* (Vicenza, 1786), p. 1. — (10) UGHELLI. t. c., p. 369. — (11) G. BERTONDELLI, *Historia della città di Feltre* (Venetia, 1673), p. 18. — (12) UGHELLI, t. c., p. 485. — (13) SCOTTUS, ap. UGHELLI, t. c., p. 487. — (14) [R. DEGLI AZZONI AVOGARI], *Memorie del beato Enrico*, t. II (Venetiis, 1760), p. 132. — (15) UGHELLI, t. c., p. 143.

IDOLO DESTRVCTO, OPITERGINOS AD CHRISTI FIDEM CONVERTIT, BAPTIZAVIT, TEMPLVMQVE IPSVM D. IOANNI PRAECVRSORI DICAVIT. „ *Inde primus in cathedra Opitergina sedere meruit* (1).

Atestinorum,

9. *Quid ceterarum, de quibus nihil distinctius attulimus, urbium cives hac in re senserint, non ita perspicuum est, nec, ut verum fatear, id resciscere multum refert. Quod enim de Atestinis egregie perspexit Isidorus Alessi* (2), *id de ceteris eodem pacto affirmandum videtur, scilicet traditionibus illis de S. Prosdocimi praedicatione nullum subesse fundamentum praeter ipsa S. Prosdocimi Acta* (3), *quorum asserta pro lubitu quisque ornarit. Mihi quidem, fateor, antequam in rem penitus perspicerem, probabile visum erat S. Prosdocimi biographum per eas civitates sanctum virum circumduxisse a quibus illum coli fama audisset. Et hoc quidem pacto id genus fabulatores suas historias texere solent. Verum, donec de cultu S. Prosdocimo iis in locis, antequam eius Vita legeretur, exhibito constabit, ab illa coniectura abstinere malo.*

Reatinorum.

10. *Aliunde fluxisse existimo, undenam vero nescio, quae apud Reatinos de sancto nostro fama est. Hi quoque enarrant S. Prosdocimum suam in patriam evangelium intulisse, ecclesiam S. Petro dedicasse, templum quoque cathedrale, quod Virgini assumptae sacrum est ab eodem inchoatum postea ab Honorio III consecratum esse. Prosdocimum primum suum episcopum habent, qui postea Patavinam sedem occuparit. Quarum rerum argumentum illud solum occurrit, aliquos huius urbis antiquos nummos S. Prosdocimi effigie percussos repertos fuisse* (4). *Levissimum, ut patet, argumentum, etiamsi verum esset; quod merito ambigitur. Nullum enim talem nummum, ne in libris quidem expressum, videre contigit neque ullus rei nummariae peritus, a nobis interrogatus, se vidisse recordatur.*

De S. Prosdocimi episcopatu

11. *Ex dictis satis efficitur ad historiam ecclesiae Patavinae conscribendam Acta S. Prosdocimi nihil conferre, neque de sancti aetate vel gestis quicquam constare. Utinam id saltem exploratum esset Prosdocimum in serie episcoporum legitimum locum occupare. Verum omnes qui aetatem tulerunt antistitum Patavinorum catalogi, inde ab antiquissimo qui ante saec. XIII exaratus non est* (5), *ipsis S. Prosdocimi Actis nituntur et nullius proinde auctoritatis hac in re censentur* (6). *Utique in charta Gauslini episcopi, anno 970 data,* beati Prosdocimi praesulis *mentio occurrit. At nunc velim diplomatum Patavinorum, quae initio huius commentarii attulimus, testimonium paulo accuratius perpendatur.*

nullum exstat

12. *In chartis Patavinis quarum primigenia scriptura servata est vel quarum tenorem nemo in dubium revocavit, ubi de monasterio Sanctae Iustinae sermo est, nusquam ante annum 1076 S. Prosdocimi nomen sanctae martyris nomini adiungitur. Ita Rorius episcopus, anno 874,* in ecclesia sancte et venerabilis Iustine ... prope ecclesia eiusdem venerabilis virginis Iustinae in qua eius sanctissimum corpus humatum requiescere videtur (7). *Burchardus episcopus, anno 1034 :* de ecclesia sancte Iustine virginis que sita est foras civitatem Pataviensem (8); *Odelricus episcopus anno 1064 :* de ecclesia sancte Iustine que sita est foris civitatem Pataviensem (9). *Aliter in eiusdem episcopi litteris anno 1076, 10 ianuarii datis :* monesterio sancta Iustina et sancti Prosdocimi sita foris urbe Patavensi ubi multa corpora sanctorum requievit (10); *et in litteris 30 martii eiusdem anni :* monasterio sancte Iustine et sancti Prosdocimi Christi confessoris sito extra urbem Patavi ... in eodem monasterio sancte virginis Iustine et sancti Prosdocimi Christi confessoris (11). *In his duo praecipue notanda sunt. Primum, Oldericum non solere episcoporum praedecessorum suorum nomina exprimere omissa dignitatis mentione. V. g.* venerabilis Gausilinus Patave<nsis ecclesiae> episcopus; Ursus venerabilis eiusdem sancte ecclesie episcopus (12). *Si ergo S. Prosdocimum confessorem simpliciter nuncupavit, nec sedis suae conditorem neque etiam episcopum illum fuisse audiverat. Alterum est, post annum 1064, quo primas litteras dedit, ante vero 1076, quo ultimas, in coenobio Sanctae Iustinae reliquias revelatas esse quas in ecclesiam cathedralem transtulit. De invento S. Danielis corpore sacro narratio exstat notissima* (13). *Alium hisce temporibus, quando de inveniendis reliquiis, maxime in ecclesia Patavina, certabatur* (14), *repertum esse thesaurum, Prosdocimum dico, haud veri absimile iudico, cum secus vix rationem reddas cur ab eodem episcopo nunc S. Iustinae solius nunc SS. Iustinae et Prosdocimi coenobium Patavinum nuncupetur. Esto nulla ad nos usque huius inventionis historia pervenerit. Neque enim quis existimet alias quas habemus Patavinas reliquiarum revelationes statim a testibus litteris mandatas fuisse. Serioris enim aetatis sunt et artificiose conscriptae, nativamque et sinceram indolem minime produnt.*

satis sincerum

13. *Hinc nemo nobis opponat libellum* Inventionis SS. Iuliani, Maximi et Innocentium, *in quo narratur SS. Innocentium corpora quievisse inter altare B. M. V. et arcam S. Prosdocimi. Nam etiamsi constaret anno MLIII, ut ferunt, hasce reliquias repertas esse, narratio certe aetate multo inferior est quam res gesta, et multa absurda gratisque conficta continet, fortasse ipsis S. Prosdocimi praelucentibus Actis fabulosis quae* Maximo, secundo post Prosdocimum episcopo, *sicut etiam* sermones duo de S. Iustina (15) *dolo malo supposita sunt.*

documentum.

14. *Neque maior difficultas oritur ex instrumentis initio huius commentarii allatis. Opilionis diploma non ante tempus confectum est quo* multa corpora sanctorum *in ecclesia Sanctae Iustinae quiescere Patavini intellexerunt. Gauslini et Ursonis litterae ex iis sunt quas nonnisi in apographis saeculi XIII exeuntis legimus, quasque a recentioribus documentis attinctas esse vehemens suspicio est. Nec levem confirmationem suspicio inde accipit quod Burchardus episcopus, cum anno 1034 decessorum suorum Gauslini et Ursonis donationes*

(1) UGHELLI, t. X, p. 152. — (2) *Ricerche istorico-critiche delle antichità di Este* (Padova, 1776), p. 296-300. — (3) Lege v. g. J. RICATI, *Prefazione allo stato antico e moderno della città di Asolo* (Pesaro, 1768), p. XXIX. — (4) UGHELLI, t. I, p. 1195-96. — (5) A. BONARDI, *Il Liber regiminum Paduae*, in MISCELLANEA DI STORIA VENETA, ser. II, t. VI (1899), tabella ad p. 21. — (6) Catalogos quos e fontibus variis emanasse existimabat DONDI, *Dissertazioni*, t. 1, doc. p. 3, 12, a catalogo Rolandini reapse diversos non esse statuit F. SAVIO, *Indizio d'un placito lombardo o veneto dell' 845 circa nella lista episcopale di Padova*, in ARCHIVIO STORICO LOMBARDO, 1904, p. 91, nota. — (7) GLORIA, *Codex diplomaticus*, n. 15, p. 29. — (8) GLORIA, t. c., n. 129, p. 165. — (9) GLORIA, t. c., n. 187, p. 217. — (10) GLORIA, t. c., n. 227, p. 254. — (11) GLORIA, t. c., n. 229, p. 256. — (12) GLORIA, t. c., p. 217. — (13) *BHL*. 2090. — (14) *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 790-91. — (15) Cf. *BHL*. 5851.

confirmat,

AUCTORE H. D.

confirmat, nullam nec S. Prosdocimi nec S. Benedicti mentionem inicit, sed Sancte Iustine ecclesiam, Sancte Iustine monasterium, Sancte Iustine coenobium foras civitatem *tantummodo exprimit.*

Vitae S. Prosdocimi

15. *Restat ut Actorum S. Prosdocimi praecipuas propagines breviter recenseamus. Horum epitomen habes tum in nonnullis codicibus, ut in Antoniano V. 85, saec. XIV, fol. 14-15* (1) *et in codice 611 bibliothecae Universitatis Patavinae, saec. XIV, fol. 302-304* (*inc.* Beatus Prosdocimus ex provincia Graeciae nobilissimis parentibus ortus — *des.* qui forte in cronicis non reperiuntur); *tum apud Hilarionem Mediolanensem* (2), *fol. 104ʳ-105* (*inc.* Beatus confessor Christi Prosdocimus nobilissimis natalibus exortus — *des.* cui beatus Maximus successit qui et illius vitam descripsit ... amen.) *et apud Petrum de Natalibus, X, 33* (*inc.* Prosdocimus episcopus apud civitatem Patavinam claruit tempore Neronis — *des.* in oratorio prefato Dei Genitricis clarens miraculis sepultus quievit). *Vitam S. Prosdocimi deinceps enarrarunt Hieronymus Lippi* (3), *Antonius Boatto* (4), *Antonius Monterosso* (5), *Philippus Maria de Lugo* (6), *Iohannes Prosdocimus Zabeo* (7), *Ricardus Perli, b. m., cuius opus ineditum* (*1886*), *benigne annuente auctore, legere potui, et anonymus qui officia propria patronorum Patavinae civitatis concinnavit* (8). *Hieronymi Cathanaei, monachi S. Iustinae Vitam S. Prosdocimi, quam se nondum vidisse conquerebatur B. Scardeonius, neque nobis reperire contigit* (9). *Alios mitto, qui de S. Prosdocimo in suis chronicis vel historiis verba fecerunt et quorum opera pleraque passim allata sunt.*

scriptores recentiores.

Reliqua cultus sacri

16. *Ut ex dictis colligitur, admodum obscura sunt cultus S. Prosdocimi primordia, neque, si recta sunt quae statuimus, saeculum XI antecedunt. Nihilo minus, ut erat hac aetate fervidum in novos sanctos obsequium, maxima veneratione inde ab initio eum prosecuti sunt Patavini, et, quod Olderici episcopi litteris comprobatur, statim cum S. Iustina coenobii Patavini patronus dictus est, eiusque reliquiae in summo honore habitae. Hae autem iacuerunt in sacello prope ecclesiam S. Iustinae usque ad annum MDLXIII, quo de sacris exuviis in novum templum tranferendis cogitatum est. Et tunc quidem sepulcrum apertum est, et ossa e caemento durissimo seu gypso, in quo iacebant, educta et in arca marmorea decentius exornata congesta. Translatio tamen dilata est, et tandem consultius visum sacrum corpus relinquere in antiquo sacello, quod ducto ambulacro cum novo templo coniunctum est anno 1565. Qua ratione res coepta sit et mutatum consilium, lege apud Iacobum Cavacium nec te paenitebit* (10). *Reliqua quae de cultu S. Prosdocimi tradita sunt, minoris sunt momenti. In codice bibliothecae Capituli Patavini sign. A. 49, membraneo saec. XIV exarato, ordinem rogationum continente, initio scriptus est, manu saeculi XV, ordo supplicationis hisce diebus instituti solitae. Primo die, post alias, statio est ad Sanctum Prosdocimum monialium; secundo die ad capellam S. Prosdocimi in praetorio; tertio ad altare S. Prosdocimi in Sancta Iustina. Monacharum Sancti Prosdocimi, quae sub S. Benedicti regula vivebant, coenobium prope muros civitatis constructum erat, ubi nunc sunt ita dicti "forni militari." De eius fundatione, fatis atque illustrioribus incolis, inter quas est beata Eustochium Patavina* (11), *disserere nostrum non est* (12). *De voto a civibus tempore pestis, anno MDLXXV, S. Prosdocimo et ceteris patronis nuncupato alibi dictum est* (13). *Anno MDCCCLXXIV ad eosdem pro exaltatione sanctae ecclesiae a Patavinis pie supplicatum est* (14). *Festum S. Prosdocimi* protoepiscopi Patavini civitatis et dioecesis patroni principalis *agebatur die 7 novembris, sub ritu duplici primae classis cum octava, et fiebat processio ad D. Iustinae ob lucrandam plenariam indulgentiam, quam Gregorius XVI concessit* (15). *Nunc celebratur dominica diem 7 novembris insequente* (16), *ex rescripto Leonis XIII, anno 1884 ad episcopum postea cardinalem Iosephum Callegari.*

monumenta Patavina.

E

(1) IOSA, *I codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova*, p. 237-38. — (2) *Legendarium quoddam nonnullorum sanctorum abbreviatum* (Mediolani, 1494), fol. 104ᵛ-105. — (3) *Hieronymi Lippi Patavini de vita sanctissimi* C *confessoris Christi Prosdocimi archipraesulis Patavini*, codex ms. Bibliothecae civitatis Patavinae, B. P. 555. Fol. 95: " MDXLIIII, XV sept. In cella Viridi Patavii manu mea Hieronymi Lippi Patavini auctoris scriptae historiae. " — (4) *L'angelica del Boatto academico desioso nuovamente composta... La Vita di santo Prosdocimo primo episcopo di Padoa* (Venetiis, 1542). Incipit Vita " Alto principio dal cui sol dipende | Gli altri principii le cause e le forme | Ed ond' esser quel ch' e sol si comprende. " — (5) *Vite dei vescovi di Padova da S. Prosdocimo a Giorgio Cornaro*, supra, p. 352. Monterosso obiit 26 ianuarii 1672. — (6) *Di san Prosdocimo greco, discepolo dell' apostolo S. Pietro, primo vescovo e protettore di Padova. Orazione panegirica del P. Lettor* F. FILIPPO MARIA DA LUGO, M. O. *recitata in S. Francesco Grande della stessa città nella quaresima dell' anno 1789.* Venezia, pp. 32. Sequuntur: *Note istorico-critiche al panegirico di S. Prosdocimo protovescovo di Padova, del Padre* F. FILIPPO MARIA DA LUGO M. O., pp. 31, in quibus Bollandianos, Tillemontium, alios impugnat. — (7) *Panegirico in lode di S. Prosdocimo primo vescovo di Padova letto in Venezia nel gennaio 1801 per l'accademia dei Patrologi*, s. l. a.; rursum editus in libro *Panegerici dei quattro santi protettori principali di Padova Prosdocimo, Antonio, Daniele e Giustina in quali si aggiunge quello del cardinale e già nostro vescovo b. Gregorio Barbarigo scritti dal professore D. Gio. Prosdocimo* ZABEO. Padova, 1828. — (8) *Officia propria sanctorum quatuor Patavinae civitatis patronorum*, etc. Patavii, 1671. — (9) Cf. *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 791. — (10) *Historiarum coenobii D. Iustinae Patavinae libri sex* (Patavii, 1696), p. 283-88. F Historia recognitionis anno 1564 ex eodem Cavacio iterata est in libro *Anno 1877. Settimo centenario dell' invenzione dei SS. corpi di S. Giustina, S. Luca, S. Mattia e di alcuni santi Innocenti. Strenna religiosa ai cattolici Padovani* (Padova, 1876), p. 61-64. — (11) G. M. GIBERTI, *L'invitta guerriera trionfante di Satanasso Eustochio da Padova*, in Venetia, 1672; G. CORDARA, *Vita, virtu' e miracoli della B. Eustochio virgine Padovana*, in Venezia, 1768; G. SALVIO, *La vita della beata Eustochio Padovana*, in Venezia, 1734. — (12) Nonnulla de hoc coenobio apud A. PORTENARI, *Della felicità di Padova* (Padova, 1623), p. 472-73. — (13) *Act. SS.*, Oct. t. III, p. 795. Qua ratione S. Prosdocimus anno 1320 Patavinis opem tulerit narrat Michael Savonarola, *Libellus de magnificis ornamentis regie civitatis Padue*, ed. A. SEGARIZZI (Città di Castello, 1902), p. 18. — (14) *Notizie religiose pubblicate in occasione di privati pellegrinaggi che i devoti cittadini di Padova intrapresero nell' anno 1874 per l'esaltazione di S. Chiesa e per implorare alla loro città le divine misericordie*, Padova, 1875. — (15) *Ordo recitandi divini officii ... iuxta ritum ecclesiae Patavinae pro anno ... MDCCCXLVII* (Patavii, 1846), p. 60. — (16) Cf. *Officia propria sanctorum vetera ac recentia omnia in unum collecta pro dioecesi Patavina* (Patavii, 1888), p. 384.

VITA

A VITA

VITA S. PROSDOCIMI

Ex codd. **A** = *Patavino Musei civitatis,* **C** = *Vaticano latino 3723,* **D** = *Ambrosiano O. 173. Cf. Comm. praev., num. 3.*

Incipit prologus beati[1] Maximi episcopi in Vita sancti Prosdocimi confessoris et primi episcopi Paduae ac[2] discipuli beati Petri apostoli[3].

S. Prosdocimus in Graecia

1. Religiosorum virorum electorumque Christi athletarum merita sacris litterarum institutionibus in toto corde percipientes, fratres carissimi, divina largiente clementia, utcumque possumus, explicamus. Eorum imitemur exempla; hi enim divini amoris igne[1] ferventes, pompamque istius saeculi parvi pendentes, intendentes illud evangelicum, domos, patres, matres, universamque huius mundi[2] substantiam reliquerunt, et centuplum accipientes, vitam aeternam possidere meruerunt. B Qui cum pro aeternis temporalia despexissent et spernentes terrena ad caelestia anhelassent, quidam diversis corporum passionibus, quidam autem animorum macerati, et in testimonio fidei probati, in Christo Iesu sunt coronati. De quorum collegio et societate beatissimi confessoris Christi Prosdocimi vitam venerabilem praedicamus, ut eius laudibus festivo cultu insistamus, qui clarus in virtutibus, probus in moribus inter consimilium videlicet agmina ceu rosa fulsit in Graecia. Quaecumque enim Dei erant, desiderabat, et ut eius erat posse vel nosse, divinae pietatis nutu adimplebat et[3] harum aliarumque innumerabilium virtutum[4] constantia athletis connumeratus, nunc super astra cum angelis est locatus.

Explicit prologus[5].

Incipit Vita sancti Prosdocimi episcopi edita a beato Maximo episcopo successore eius[6].

natus,

2. Igitur[1] beatissimus athleta Dei Prosdocimus, nobilissimis quidem[2] natalibus ortus, cum a parentibus suis litterarum studiis erudiendus C traditus fuisset, probitate morum enitens, quaecumque[3] mundialis sapientiae, quae apud Deum stultitia esse perhibetur, intendebat, christiano vocabulo functus in divinae sapientiae cultum protendere cupiebat. Qui cum non haberet monstrantem sibi declinare a via erroris et ingredi viam veritatis, ecce, ut pro paucis plurima reciperet, terrena[4] pro aeterna hereditate despexit; et in annis puerilibus divini amoris iugo se totum inflexit, collegas vero probatissimos Marcum et Apollinarem[5] sibi associavit, et eisdem comitantibus viam arripuit; et ingressus civitatem Antiochiam[6] sancti Petri tunc temporis patriarchae conspectui se[7] praesentavit et eius dominio se subiugavit, ut suis eruditionibus imbutus mundum et concupiscentiam despiceret tutus. O ammirabilis omnipotentis Dei clementia. O unius et trium innumerabilis laetitia. O et nos, fratres carissimi, unum in tribus personis conlaudemus[8] Deum[9], qui hos ad salutem nostram conglomeravit patronos. Hos praefatos Christi servos, Marcum, Prosdocimum et Apollinarem cum beatus Petrus vidisset, laeto animo eos suscepit, et diurnis nocturnisque horis in divino servitio ardentissimo amore sibi adhaerere fecit, ut per unius instructionem et trium amplificationem per universam ecclesiam reverentia divinae unitatis et fides excitaretur sanctae Trinitatis. Omnes habentes aures audite et intento corde percipite ut beatus agricola Petrus evangelicae doctrinae in cordibus fidelium semina seminavit, et pacis et caritatis praedicamenta monstrando in eis fructificavit. E Docuit enim homines mundum despicere et concupiscentiam carnis parvipendere, Deum amare et omni desiderio ad caelestia anhelare, et sic illustrando populum convertebat ad Dominum[10].

cum Marco et Apollinari — *S. Petrum, Antiochiae commorantem* — *adit,*

3. His ita digestis, sancti eius discipuli Marcus, Prosdocimus et Apollinaris Christum pro humano genere natum, passum, mortuum, sepultum et die tertia[1] resurrexisse cunctosque in se credentes de morte liberasse praedicabant; et non patientes inter sancta magistri eorum semina diabolici inimici supra seminantis oriri zizania, ea videlicet radicitus eradicabant et corda audientium in documentis fidei et virtutum non minus corroborabant. Horum talium eruditionibus et nos, dilectissimi, instructi gratias agamus Deo[2] nostro, qui talium erudivit nos[3] documento. Operis autem incoepti summam[4] dum beatus Petrus[5] trium discipulorum Marci, Prosdocimi et Apollinaris adminiculo complesset et normam catholicae fidei longe lateque prorogasset, ovibus sibi commissis sanctae doctrinae pabula fideliter administravit et eis aeternam dulcedinem praebens fidei spei caritatisque agnitione[6] ad plenum usque satiavit. F

eumque Romam usque comitatur;

4. In tempore igitur Claudii caesaris[1] exiens beatissimus Petrus de civitate Antiochia[2] cum discipulis suis Marco, Prosdocimo et Apollinari ad expugnandum Symonem magum[3] Romam usque pervenit. Cumque introisset beatus Petrus cum discipulis supradictis, a turba fidelium honorifice susceptus est. Quo ordine suscepto, oves sibi commissas ut pius pastor regere coepit; et quod debile et morbidum erat foras[4] eiecit. Audiens autem et alia sua ovilia deserta et oves eius pastorem non habentes[5] a latrunculis dispersas et a rabidis[6] lupis esse discerptas, onus sibi commissum quodammodo lenire placuit et ecclesiae sibi commissae quosdam post se rectores praevidere voluit. Ad haec vero divina gratia admonitus ne tantarum lucernarum radii unius

Tit. — [1] sancti D. — [2] (confessoris - ac) archipraesulis Padue et D. — [3] *prologum om.* C.

1. — [1] igni D. — [2] huiusmodi D. — [3] *om.* D. — [4] virtutum innumerabilium D. — [5] *om.* C, D. — [6] (Incipit - eius) *om.* D; (edita - eius) confessoris C.

2. — [1] *om.* C. — [2] siquidem C. — [3] qui cum C. — [4] terrenum C. — [5] Apollenarem A *et sic deinceps,* Appolinarem C. — [6] Antiochiam civitatem C. — [7] *om.* C. — [8] collaudamus C. — [9] *om.* C. — [10] Deum C.

3. — [1] tertia die C. — [2] domino C. — [3] nos erudivit C. — [4] *om.* C. — [5] summam *add.* C. — [6] agnitionem C.

4. — [1] (Cl..c.) impiissimi et crudelissimi Neronis C. — [2] Antiochia civitate C. — [3] (ad - magum) et insequente Symone mago C. — [4] *om.* C. — [5] non habentes pastorem C. — [6] rapidis C.

VITA

tantum domus spatio detenti remanerent, sed sparsim per latum orbem diffusi ignorantias hominum depellerent, et caligines erroris eorum veri luminis cognitione illustrarent, ecce ordinans episcopos Marcum ad Aquilegiam civitatem direxit evangelizare et praedicare dominum Iesum Christum; Apollinari vero Ravennam commisit.

ab eodem episcopus Patavinus creatur.

5. Et his in viam directis, dixit idem sanctus Petrus ad beatum Prosdocimum: " Non oportet talentum tibi traditum in terra abscondi; sed in lucrum huiuscemodi thesaurum non habentibus tradi; ut, cum Deus[1] tuus redierit, non inter pigros et malos servos te computet, sed inter fideles ad[2] gaudium sempiternum introire te[3] faciat. Iam enim[4] messem maturam te metere mitto et multum populum urbis Patavii vario languore depressum tibi sanandum committo: multa enim gens tui adventum exspectat. „ Respondens autem beatus Prosdocimus sancto Petro dixit: " Pater sancte et magister inclite, nam et ego homo iuvenis[5] sum, et non sum dignus ad hoc opus et quae praecipis inchoare

B

pertimesco. „ Erat enim beatus Prosdocimus annorum viginti. Dixit ei beatus Petrus: " Noli timere, fili mi, quoniam dominus Deus tuus spiritum sapientiae suae daturus est tibi. „ Et ordinans eum episcopum pastorali virga munivit et dixit: " Accipe baculum et habeas potestatem infirmos sanandi, paraliticos curandi, daemones fugandi, caecos illuminandi, etiam mortuos suscitandi. „ Dansque ei osculum dixit: " Vade in pace, et gratia Dei semper tecum sit. „ Beatus autem Prosdocimus magno gaudio repletus abiit et Patavium felix eius adventu iustus et sanctus intravit.

Patavii aegrotos curat

6. Erant autem ante portam civitatis multi infirmi et varia aegritudine[1] depressi; et sanctus Prosdocimus signo crucis muniens se ad expugnandas discordias[2] inimicorum et[3] insidias

Matth. 10, 12.

pacem[4] immisit dicens: " Pax huic domui. „ Nec mora, dictum eius pax assecuta est. Quos cum visitasset infirmos, beatus Prosdocimus in primis genu flexo[5] orabat ad Dominum, dicens: " Domine Deus pater caeli et terrae, qui es vera salus et verus medicus, in cuius adventu varia mundi istius infirmitas sanata et pristinae sani-

C

tati restituta est; ne despicias famuli tui flebiles preces, sed exaudi et immitte ad imaginem tuam conditis Spiritum sanctum de caelis, quo illuminati idola vana respuant, et te solum vivum et verum Deum agnoscant, et tibi fideliter oboediant. „ Qua completa oratione erigens se singulis manus imposuit, et in virtute domini nostri Iesu Christi sanati sunt. Qui cum variis languoribus erepti fuissent, omnes una voce clamabant dicentes: " Magnus est Deus christianorum. „

populumque baptizat.

7. Dixit autem eis[1]: " Si idola vana et surda quae nec sibi nec aliis prodesse possunt, respuatis, et in dominum Iesum Christum toto corde et tota anima credatis, maiori videlicet sanitati restituemini, et omnes insidias diaboli evitabitis. Ipse enim Christus Iesus[2] propter primi hominis Adae debitum solvendum de virgine natus est ut nos secundo regeneraret; passus <et[3]> vulneratus est, ut nos passione animarum et vulneribus peccatorum sanaret; mortuus et sepultus tertia die ressurrexit, ut nos a perpetua morte sepultos resuscitaret. In quem si credatis, in saecula saeculorum cum ipso[4] regnare valeatis[5]. „ Omnis autem multitudo clamabant dicentes: " Credimus in dominum Iesum, quem tu praedicas. Quia, cum variis languoribus multo tempore essemus gravati et quis Deus christianorum esset prorsus ignari, diis inanibus hostias portantes, eos misereri nobis invocavimus et nihil profecimus. Ecce una hora sub invocatione nominis Iesu Christi variis languoribus sanati sumus et in eum fideliter credimus. „ Beatus Prosdocimus levans manus suas ad caelum, Deum benedixit dicens[6]: " Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, qui non derelinquis sperantes in te, sed quicquid servi tui seminis doctrinae tuae seminaverint in cordibus fidelium fructificare[7] iubes immittendo Spiritum sanctum, qui gloriosus vivis et regnas in saecula saeculorum. „ Qui cum respondissent Amen, praedicans eis paenitentiam in[8] remissionem peccatorum, baptizavit eos in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Et veniens Spiritus sanctus de caelo eos illuminavit, et illu- E minatos in fide Christi confirmavit. Eadem vero hora baptizati sunt numero centum sexaginta promiscui sexus et eo amplius. Unde et nos, fratres carissimi, glorificemus Deum, qui tantam multitudinem coadunavit numero fidelium.

Vitalianus rex

8. Cumque in nomine domini nostri Iesu Christi beatus Prosdocimus has et alias virtutes praeclaras ostenderet et populo sibi commisso[1] quid declinandum esset quidve faciendum suggereret, ut turris in cacumine montium aedificata non potuit templum Spiritus sancti abscondi; sed per bona opera et mirabilium virtutum exercitia quae in Spiritu sancto infirmos sanando faciebat viri Dei fama personuit et ad notitiam Vitaliani regis pervenit. Et ipse quidem rex vario languore oppressus erat. Qui cum diu beatum Prosdocimum inquireret et quibus in locis habitaret[2] diligenti animo investigaret[3], ecce quidam vir qui ab eo sanatus christianus factus est, dixit Vitaliano regi: " Homo iste, quem tu requiris, servus Dei est electus et artibus medicinae perfecte instructus et[4] quibuscumque invocando nomen Christi sui manus imponit, eos videlicet pristinae sanitati reddit. Quem si ad te venire F iusseris, abrenuntians diabolo et pompis eius et respuendo idola vana in Deum christianorum credideris, procul dubio ab omni dolore curabit te, et in anima et corpore sanaberis. „ Rex autem dixit ei: " Et tu credis Deum christianorum maiorem esse diis nostris Iove, Marte et[5] Apolline, qui nos et nostra dirigunt et ab omni adversitate defendunt? „ Respondens autem ipse dixit: " Utique in Deum qui fecit omnia quaecumque sunt[6] in caelo et in terra credo, et idola vana respuo; quia, ut dicit psalmista, simulacra gen- Psalm. 113, 4, 5. tium argentum et aurum, opera manuum hominum. Oculos habent et[7] non vident, aures et non audiunt; manus et non palpant, pedes et non ambulant; neque enim est spiritus in ore ipsorum. Et alibi: Similes illis fiant qui faciunt ea, et Psalm. 113, 8. credentes in eis pariter cum illis aeterna vita privantur et perpetuis suppliciis deputantur „.

5. — [1] dominus C. — [2] om. C. — [3] om. C. — [4] om. C. — [5] ego iuvenis homo C.

6. — [1] infirmitate C. — [2] et add. C. — [3] om. C. — [4] post add. C. — [5] genuflexu C.

7. — [1] sanctus Prosdocimus add. C. — [2] Iesus Christus C. — [3] om. A, C. — [4] (cum ipso) om. C. — [5] valebitis C. — [6] om. C. — [7] fructificari C. — [8] et C.

8. — [1] (sibi commisso) om. C. — [2] habitare eum C. — [3] vestigaret C. — [4] om. C. — [5] om. C. — [6] (fecit - sunt) omnia quaecumque voluit fecit C. — [7] cum habeant C.

9.

sanctum ad se adduci iubet;

9. Quod cum talia audisset, Vitalianus rex dicit ei: " Adiuro te per Deum quem tu credis, ut hominem istum ad me inducas, et si me meosque ab instantis infirmitatis periculo sub invocatione nominis Christi sui[1] liberabit, ego et uxor mea cum tota familia in Christum[2] credemus, nam[3] viam veritatis agnoscere desideramus. „ Accurrens autem homo ille festinanter ad beatum Prosdocimum dixit[4] ei: " Quid moraris? noli tardare; ipse enim Vitalianus rex tuae visitationis adventum exspectat, et curationis tuae medela subveniri exoptat. „ Audiens haec Christi confessor, magno gaudio repletus est, et suspiciens in caelum dixit: " Domine mi rex aeternae gloriae, mitte Spiritum sanctum tuum in os meum, qui loquens in me verbum tuae salutis praedicet et corda audientium hoc intellegere et intellegendo implere concedat. „ Et haec dicens, citissimo cursu festinavit, et domum Vitaliani regis intravit. Qui cum ingrederetur[5], signaculum sanctae crucis quattuor in partibus cubiculi regis impressit, et indicens pacem ad lectum[6] eius accessit. Erigens autem[7] se Vitalianus rex dixit
B sacerdoti Christi[8] Prosdocimo: " Cuius nationis es vel cuius culturae deum sectaris? „ Cui[9] respondens ait: „ Christi enim servus sum ego, et colo dominum meum Iesum Christum, qui pro humano genere de caelo descendere et ex Maria virgine nasci dignatus est. Ipse enim pro nobis pati et crucem subire voluit iustus pro iniustis; mortuus et sepultus tertia die resurrexit et
Act. 1, 3. per[10] quadraginta dies apparens discipulis suis locutus est de regno Dei; et videntibus illis elevatus ferebatur in caelum, quo omnes credentes secuturi sunt eum, et cum ipso regnaturi per aevum. In quem tu si perfecto[11] corde credideris, salutem profecto corporis et animae consequeris, et per fontem baptismatis ablutus et ingressus secundae regenerationis viam ipsum procul dubio comitaberis, et aeterni regni particeps eris. „

cum tota familia

10. Audiens vero Vitalianus rex verba huiuscemodi exhortationis levans utrasque manus ad caelum cum lacrimis aiebat: " Domine Deus quem fidelis tuus praedicat, aperi mihi fontem vitae et ad eum dignanter concede me servum
C tuum venire. „ Et conversus ad beatum[1] Prosdocimum dixit: " Serve Dei electe, festina, ne moreris, et baptiza me. „ Et continuo cathetizavit eum et uxorem eius, benedicensque aquam expansis manibus ad Dominum orabat: " Domine Iesu Christe, incomprehensibilis, ad cuius nutum reguntur omnia et subsistunt universa, aperi his viam veritatis et agnitionis tuae, ut te Deum vivum et verum cognoscant et tibi fideliter serviant et digne et laudabiliter benedicant nomen tuum gloriosum in saecula saeculorum. „ Illis autem respondentibus Amen, tunc
Luc. 24, 47. praedicans eis paenitentiam in remissionem peccatorum, in primis dixit Vitaliano: " Credis in Deum patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, maris et omnium quae in eis sunt? „ At ille respondit: " Credo. „ — " Credis et in Iesum Christum filium eius pro nobis natum passum mortuum et sepultum et[3] tertia die resurgentem a mortuis, et te[4] post mortem resuscitaturum, et vitam aeternam tibi daturum? „ Et ille respondit: " Credo. „ Et sic finito sanctae fidei documento, baptizavit eum et uxorem eius cum universa familia sua et sic ab omni languore curati sunt, perfectaeque sanitati restituti sunt.

VITA baptizatur;

Christum ab omnibus coli praecipit;

11. Et dixit Vitalianus rex: " Magnus est Deus „ quem tu praedicas. „ Mittensque per universum populum urbis Patavii vicinarumque villarum undique ad egregium Christi sacerdotem regali praecepto confluere iussit, ut omnes qui[1] sub eius dominio fuissent, nullum[2] alium nisi verum Deum christianorum[3] colerent. Qua conventione facta populi[4], vir Dei in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti baptizavit eos, et in fide sanctae Trinitatis confirmavit. Erat enim innumerabilis multitudo virorum ac[5] mulierum qui baptizati sunt a viro Dei, et benedicens eos ibi refecit. Qui gaudentes et exsultantes in Domino et corde retinentes[6] salutis verba, remeabant ad propria. Quod postquam factum est, divulgabatur E
fama per finitima regni eius loca quod Vitalianus christianus effectus esset, et idola vana respuisset ac in Christum Deum firmiter credidisset.

Sanctam Sophiam Patavii exstruit;

12. Eodem vero tempore cum cresceret multitudo christianorum et divinae legis cultus per universum Patavium mirifice coleretur, ecce Vitaliano regi et omnibus suis complacuit domum Domino aedificare[1], et in ea[2] divinis laudibus diu[3] noctuque immorari; quod constructum beatus Prosdocimus astante plebe fidelium in honore domini nostri Iesu Christi et sanctae Sophiae consecravit, ut postposita huius mundi stultitia vera sapientia hoc in templo celebraretur et sapientibus sapientior Deus digne glorificaretur. Ad haec vero divinae legis cultores quosdam presbiteros, quosdam autem diacones[4] et totius ordinis viros ordinavit et eisdem cum eo conversantibus diurnis nocturnisque horis Domino Deo nostro fideliter ministravit, et sacrificando hostiam laudis vota sua in conspectu populi reddidit.

S. Iustinam procreat.

13. In illis autem diebus Vitalianus rex non habebat filium nec filiam; sed placuit Domino Iesu Christo ut cognosceret uxorem suam. Quae concepit et peperit filiam; quam beatus Prosdo- F
cimus baptizans eam[1] ipse de fonte suscepit et nomen ei Iustinam imposuit, et sanctarum litterarum disciplinis imbuit. Quo facto, dixit Vitalianus rex ad beatum Prosdocimum: " Accipe milites meos, et vade per universas regni mei civitates, et praedica dominum nostrum Iesum Christum, qui me per te servum suum visitavit et ab omni languore[2] curavit. „ Nec mora, Christi sacerdos viam ingressus est, et appropinquans[3] civitati nomine Adeste ab omni populo quamvis paganissimo oberrante honorifice tamen susceptus est. Quibus cum verba salutis praedicaret et viam veritatis monstraret, baptizans omnes Christo credere fecit, et providens[4] eis quosdam rectores animarum eorum, commendatos Christo et salutatos eos dimisit[5]. Exiens autem inde intravit civitatem Vicentiam[6] et ibi praedicavit[7] bapti-

Regni civitates Atestum,

Vicentiam,

9. — [1] eius C. — [2] in Christum *om.* C. — [3] et C. — [4] dicit C. — [5] quo ingresso C. — [6] lectulum C. — [7] *om.* C. — [8] Christi sacerdoti C. — [9] qui C. — [10] post C. — [11] si tu perfecto C.

10. — [1] sanctum C. — [2] *om.* C. — [3] (mortuum - et) *om.* C. — [4] *om.* C.

11. — [1] *om.* C. — [2] qui C. — [3] christianorum Deum C. — [4] populi facta C. — [5] et C. — [6] mittententes *sic* C.

12. — [1] aedificari C. — [2] eo C, — [3] die A, C. — [4] diaconos C.

13. — [1] *om.* C. — [2] langore C. — [3] apropians C. — [4] previdens C. — [5] omisit C. — [6] Vincentiam C *et ante corr.* A. — [7] praedicans C.

VITA

smum paenitentiae in remissionem[8] peccatorum, multum cathetizans populum convertebat ad Dominum. Et recedens inde castellum nomine *Asylum,* Asylum[9] adiit[10]. In[11] quo praedicando innumerabilem populum Christo credere fecit; construxit etiam[12] ibi ecclesiam ad honorem sanctae Mariae virginis et dedicavit eam et in eo loco rectores ecclesiae ordinavit. Inde vero egressus civitatem *Feltrum,* nomine Feltrum[13] intravit, et ibi maximam multitudinem promiscui sexus fonte baptismatis renovavit et ibi construens ecclesiam in honore[14] *Altinam,* sancti Petri[15] consecravit. Post haec vero Altinam civitatem et multa alia oppida et castella peragrans fidelibus monitis imbuit et, relictis idolis, verum Deum colere fecit. Construxit autem[16] in his praetaxatis[17] locis singulas ecclesias et presbiteros et diacones ad regendum populum Domini ordinavit, et benedixit eos ac dimisit.

Tarvisium, **14.** Cumque coepisset[1] ire per villas et loca beatus Prosdocimus praedicando et infirmos sanando et multos baptizando, usque ad Tarvisium[2] civitatem pervenit, ibique mansit apud B quendam militem Euphrosinum[3] nomine; cui cum indicasset unde adveniret[4], aut quid ageret, ait ad eum ille miles: " Hospes, filia mea excaecata est; adhibe medicinam ut videat, et sequar Deum tuum credens in eum. " Quam puellam beatus Prosdocimus alacriter ad se perduci iussit, et[5] videntibus cunctis qui aderant nihil aliud sanctus Prosdocimus quam signum[6] crucis super oculos faciens dixit: " Domine Deus omnipotens, tu intromitte cognitionem filii tui domini nostri Iesu Christi in hanc civitatem, ut non solum istius puellae oculos corporales illumines, sed etiam interiores oculos gentilium commorantium in loco isto aperias, et ut celeriter agnoscentes Iesum Christum filium tuum esse Deum, locum[7] mihi praedicationis tribuant cum magno effectu. " Expletis his sermonibus, vidit caeca et provoluta pedibus beati Prosdocimi una cum parentibus suis credentes in Christo baptizati sunt in fluvio Silo non longe ab urbe Tarvitia[8] diffluente.

ubi comitis uxorem sanat, **15.** Erat autem uxor cuiusdam comitis, nomine Theodora, quae per annos plurimos gravissima tenebatur infirmitate, quam nullus medicorum poterat curare. Factum est autem ut praedictus C miles christianus astaret ante comitem[1] de coniuge infirma sermocinantem. Et[2] ait ad eum miles: " Est apud me quidam peregrinus provectae aetatis[3] qui etiam filiam meam illuminavit. Si permiseris eum illam videre, mox convalescet. " Ait ei comes: " Et hic, unde advenit? " Qui respondit: " Ab urbe Patavio. " Comes dixit: " Ergo romani generis est? " Respondit: " Nescio, plus tamen graecus videtur[4]. " Dicit ei comes: " Secreto[5] perduc eum in domum meam, ut cognoscam vera esse quae dicis. " Et factum est ita. Cumque ingressus fuisset in urbem Tarvisium[6], beatus Prosdocimus[7] circumsignans se dixit: " Deus, qui operaris cum magistro meo Petro, operare et mecum, ut clarificetur nomen tuum, et fiat voluntas tua. " Et ingressus domum comitis cum honore susceptus est. Ait autem ad eum comes: " Bene advenisti, medice. " Cui beatus Prosdocimus respondit: " Requiescat in vobis pax Dei et domini nostri Iesu Christi. " Comes D dixit: " Quis est de quo dicis? " Sanctus Prosdocimus respondit: " Filius Dei vivi. " Comes ait: " Ut video, Galilaeus es tu. " Sanctus Prosdocimus respondit: " Etiam. " Dicit ei comes: " Nosti curationes? " Sanctus Prosdocimus respondit: " Nihil sine nomine Iesu. " Comes ait: " Quae virtus est in Iesu? " Beatus Prosdocimus respondit: " Convoca huc[8] milites tuos et, cunctis videntibus agnosces virtutem domini mei Iesu Christi. " Cumque omnes astarent, ait comes: " Ecce mulier mea lecto tenetur infirma annis plurimis, cui omnis medicina contraria exstitit. Si qua enim medicina est in te, operare. " Cui beatus Prosdocimus respondit: " Aperiat Deus oculos cordis vestri, ut videntes mirabilia eius credatis in Iesum Christum. " Tunc apprehendens manum mulieris ait: " Surge in nomine domini nostri Iesu Christi; esto sana et crede in illum. " Statim surgens mulier descendit sana de lectulo clamans et dicens: " Quia non est alius Deus praeter Iesum, quem tu praedicas. " Hoc *ad Christum convertit S. Prosdocimus.* autem videns comes et milites eius obstupuerunt dicentes: " Quia hic est vere Deus qui talia facit. " Interea ipse comes cum uxore et filiis et familia sua credentes in Iesum baptizati sunt in illo die centum duodecim. Sed et multi alii ex paganis qui interfuerunt perceperunt fidem Iesu Christi. Habitavit vero intra domum comitis in urbe Tervitia beatus Prosdocimus aliquanto tempore; et cotidie ad eum veniebant multi ex populo, et docebat eos secreto dicens: " Credite in Iesum Christum, quoniam ipse est Deus caeli et terrae. " Et credentes baptizabantur. Multi vero nobiles dabant filios suos beato Prosdocimo, ut ab eodem sacris litteris erudirentur. Construxit autem[9] ecclesiam in honore sancti Petri apostoli et consecravit eam, et tres presbiteros ibi ordinavit et diacones[10] duos et[11] clericos quinque ad regendum populum Domini benedixitque[12] eos et reversus est ad sedem suam.

16. Cumque introisset in civitatem Patavium[1], *Mortuo Vitaliano,* ab omni clero et populo cum magno gaudio susceptus est[2]; rex autem laetatus est de adventu eius. Factum est autem post aliquantum tempus ut Vitalianus rex de hoc mundo migraret ad Dominum, et sepeliretur in sepultura patrum F suorum; et post triginta dies uxor eius Prepedigna[3] mortua est et sepulta iuxta virum suum. Post quorum obitum beatissima Iustina orationi et ieiunio vigilanti animo instabat orans et deprecans Dominum, ut eam sibi ancillam et sponsam servaret et edaci stupro et coniugali crimine[4] eam pollui non pateretur. Audiens autem impiissimus et crudelissimus Maximianus mortem *S. Iustina* Vitaliani regis, ardens in concupiscentiam virginis[5] Iustinae,[6] concito cursu Patavium ingressus est et, missis militibus suis, sanctam virginem sibi fecit praesentari, ut relicta christiani nominis cultura, idolis compelleret immolare, et eius thalamis frui. Quae cum aeterni sponsi delicias adamasset et cuncta quae de terreno sponso sibi[7] promittebantur, aurum, argentum, servos et ancillas, pro nihilo duceret, diversis paenis cruciata est, et gladio lateri eius infixo sauciata est,

[8] remissione C. — [9] Asilum C. — [10] adierat C. — [11] *om.* C. — [12] *om.* C. — [13] Feltris C. — [14] honorem C. — [15] apostoli *add.* C. — [16] enim C. — [17] pretextis C.

14. — [1] cepit C. — [2] A *corr., prius* Tarvitiam; Tervitiam C. — [3] Euforsinum C. — [4] veniret C. — [5] *om.* C. — [6] signo C. — [7] locus C. — [8] Tervicia C.

15. — [1] et *add.* C. — [2] *om.* C. — [3] provecta aetate C. — [4] (plus - videtur) *om.* C. — [5] secrete C. — [6] *corr., prius* Tervitium A; Tervitiam C. — [7] (b. P.) *om.* C. — [8] hic C. — [9] enim C. — [10] diaconos C. — [11] *om.* C. — [12] benedixit C.

16. — [1] Patavii C. — [2] fuit C. — [3] Prepidigna C. — [4] (et c. c.) *om.* C. — [5] beatissime C. — [6] ecce *add.* C. — [7] *om.* C.

et

martyrio coronatur

et sic feliciter reddens spiritum migravit ad Christum. Maximianus vero cito reversus est Romam. Beatus autem Prosdocimus accipiens corpus beatissimae Iustinae [8] virginis cum aromatibus condivit et plurimis secum commeantibus in condigno Deo [9] cymiterio sepelivit; ubi per eius interventionem et merita multa a Deo populis [10] praestantur beneficia. Passionem vero eius idem ipse vir sanctus Prosdocimus scripsit, et nostrae memoriae tenendam commisit. Proximo vero tempore impiissimo [11] imperatore mortuo et sepulto in inferno cum diabolo, erat in hac civitate Patavii quidam patricius nomine Opilius, vir christianissimus, qui divina revelatione admonitus ecclesiam construxit in honore sanctae Iustinae, et prope eam [12] de lapidibus pretiosis et opere muselaeo fecit oratorium in honore sanctae Mariae. Quam ecclesiam simul cum oratorio sanctus Prosdocimus consecravit, et ibi plurimas sanctimoniales feminas Deo servientes ordinavit. Quid plura, ne inceptum sermonem [13] prolixior eloquii tarditas interrumpat, et ne audientium intentio vilescat, ecce de multis ad pauca redeamus.

et a Prosdocimo scriptis laudatur.

B

Qui cum sedisset annos nonaginta tres,

17. Cumque sanctus Prosdocimus gemma pontificum per [1] plures annos in [2] pontificali sede presideret, et dominus noster Iesus Christus per merita et intercessionem eius infirmos sanando, paralyticos curando, daemones effugando, surdis auditum et mutis eloquia reddendo magna et [3] et innumerabilia prodigia [4] populo ostenderet, maturus aevo et cursu finito septimo idus novembris ad Christum migravit. Qui ab universo populo civitatis susceptus est et in oratorio Sanctae Mariae honorifice sepultus est. Vixit autem beatus Prosdocimus in episcopatu suo annis nonaginta tribus mense uno et diebus quindecim. In cuius transitu exsultet caelum continens eius spiritum; exsultet tellus, quae tantae dignitatis erat ut [5] susciperet [6] eius sacratissimum corpus; laetetur autem et tota mater Patavii ecclesia cum electis filiis suis, quae fovet pretiosa beatissimi confessoris ossa, cuius merito et obtentu assiduo istic nititur atque consistit. Et nos, fratres carissimi, plus solito laetabundi tantae solemnitatis diem celebrantes, gaudeamus et exsultemus in Domino, qui tanto talique nos glorificavit patrono. Ipse enim pro nobis ad Dominum nostrum exorare dignetur, ut qui devotis laudibus ex animo [7] sua hodie celebramus festa, aeterna cum illo in caelis concelebrare [8] mereamur sollemnia. Post obitum vero [9] eius ego Maximus successor ipsius [10], ab omni clero et populo electus et a romano episcopo consecratus ista omnia quae vidi et audivi de eo scripsi. Multa praeter haec scio, sed parva quidem narro. Vos autem, fratres, qui haec gesta auditis, fideliter tenete, et merita beati Prosdocimi sollicite deprecamini, ut per eius merita vota nostra perficiantur [11], ut descendat super nos pia benedictio Domini, detque nobis Deus ita vitam agere in hoc saeculo ut post transitum nostrum mereamur cum illo vitam aeternam [12] percipere. Amen [13].

VITA in pace quievit.

Pseudo-Maximi testimonium.

E

Temporum computatio.

18. Tempore Telesphori papae et Antonii Pii imperatoris quarto anno vel circa illud tempus obiit beatus Prosdocimus completis nonaginta tribus annis et uno mense et diebus quindecim in episcopatu. Cuius ordinatio in episcopum est septimo die exeunte septembri. Computatio ista de tempore beati Prosdocimi incipit a quarto anno Claudii, in quo beatus Petrus Romam intravit et in eodem anno Prosdocimum Paduam destinavit. Hoc autem dicimus sive credimus ex devotionis intuitu non ex temeritate praesumptionis.

[8] *om.* C. — [9] Deo condigno in C. — [10] *om.* C. — [11] Maximiano *add.* C. — [12] et p. eam *om.* C. — [13] incepti sermonis C.

17. — [1] *om.* C. — [2] *om.* C. — [3] (magna et) aliaque C. — [4] faciendo *add.* C. — [5] *om.* C. — [6] susciperet C. — [7] animis C. — [8] celebrare C. — [9] post vero obitum C. — [10] eius C. — [11] perficiat C. — [12] *om.* C. — [13] *hic des.* C.

C F

DE S. ROMANO CONFESSORE

CENOMANNIS CULTO

TEMPORE INCERTO A. P.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Romanus inde a saec. XII

1. *Qui extra Cenomannensem ecclesiam vix in uno alterove recenti martyrologio nominatus est S. Romanus* (1), *is in illa ecclesia publici cultus honores iam pridem est consecutus. Nuntiatur enim tum in kalendario missalis Cenomannensis saec. XII in.* : VII idus novembris. Natale sancti Romani confessoris, nepotis sancti Iuliani Cenomannis (2), *tum in martyrologio Cenomannensi saec. XIII exarato* (3) : VII idus novembris ... Ipso die sancti Romani confessoris, nepotis sancti patris nostri Iuliani (4), *atque eodem die in recentioribus breviariis et missalibus festum ipsius fere inscriptum est* (5).

et probabiliter iam saec. X

2. *Antiquiora his testimonia de S. Romano etiam habemus, et primo quidem in narratione quae legitur in Gestis Aldrici episcopi* (BHL. *260*),

(1) [Chastelain], *Martyrologe universel* (Paris, 1719), p. 566; *Martyrologium Parisiense* (Parisiis, 1727), p. 344. — (2) *La Province du Maine*, t. IX (1901), p. 61. — (3) Codex bibliothecae publicae Cenomannensis 244. — (4) Cf. G. Busson et A. Ledru, *Actus pontificum Cenomannis in urbe degentium* (Au Mans, 1901), p. 38, annot. 2. — (5) V. gr. in breviario et in missali saec. XV (cod. Parisinis Bibl. Nat. lat. 1302 et 867; cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, pp. 588, 716). De ceteris satis erit testimonium hoc attulisse : " S. Romani ... canoniale legitur officium sub ritu semiduplici in vulgatis omnibus Cenomanensis ecclesiae breviariis et missalibus iam multoties citatis, de annis 1489, 1494, 1507, 1517, 1645, 1663, 1693 etc. et etiam in ordine Cenomanensi manuscripto, de anno 1481 " (*Officia propria insignis ecclesiae Cenomanensis SS. DD. Pii PP. IX iudicio correctioni et sanctioni a RR. PP. Ioanne Baptista Bouvier ep. Cenomanensi proposita.* Cenomani, 1854, annot. ad kalendarium, die 7 novembris).

cap.

AUCTORE A. P.

a Cenomannensibus cultus,

cap. 44 (1): Praescriptus quippe Aldricus... invenit quaedam corpora sanctorum sex, quae in desertis aecclesiis valde divinis officiis et luminaribus atque reliquis divinis cultibus negligebantur, quae una cum consilio consacerdotum suorum in gremio suae sedis aecclesiae et in confessione senioris eiusdem aecclesiae altaris decenter et rationabiliter collocavit, id est corpus sancti Iuliani ... et sancti Turibii ... sanctique Pavatii ... seu (*id est* et) sancti Romani, sacerdotis praecipui et, ut fertur, nepotis sancti Iuliani et Romanae aecclesiae ministri, quem etiam sanctae Iuliae fratrem nonnulli esse testantur ... In memorata eiusdem aecclesia<e> senioris altaris confessione praedicta corpora sanctorum, ut praefixum est, sollempniter decenterque et ordinabiliter collocavit, ea videlicet ratione ut inibi officia et luminaria et cetera ad divinum cultum et ad honorem sanctorum pertinentia pleniter haberent ... *Quem locum legit et partim exscripsit qui translationem illam S. Iuliani litteris mandavit* (BHL. *4547*), *quam inter Actus pontificum Cenomannensium reperire est; ubi de* B *S. Romano haec dicta sunt* (2): Iuxta quem (*Pavatium*) inventum est corpus quarti, Romani videlicet sacerdotis eximii et, ut fertur, nepotis sancti Iuliani et sanctae Romanae ecclesiae ministri; quem etiam sanctae Iuliae fratrem nonnulli esse testantur. *Qui loci si ab ipsis auctoribus tum Gestorum tum Actuum scripti essent, certiores iam fieremus inde saltem a medio saeculo IX, quo tempore et Gesta et Actus primum composita sunt, non solum S. Romanum Cenomannis coli coeptum esse, sed etiam illum tunc velut nepotem S. Iuliani primi episcopi esse habitum. Verum Gestorum caput 44 operi postea, et quidem forsan non ante saec. X, adiunctum esse videtur* (3); *narratio autem de translatione S. Iuliani in Actibus inserta, ipso auctore luculenter monente* (4), longe post mortem Aldrici episcopi (*† 856*) *conscripta est.*

saeculo autem IX iisdem, ut videtur, ignotus,

3. *Cum igitur neque inter sanctos Cenomannenses, quorum reliquias in altaribus maioris ecclesiae anno 835 Aldricus collocavit* (5), *neque alibi sive in Gestis Aldrici, sive in Actibus pontificum, quin etiam neque in ipsis Vitis S. Iuliani* (BHL. *4543-4546*) *nominatus sit Romanus, vix non certum videtur ipso saeculo IX nepotem illum* C *S. Iuliani Cenomannensibus prorsus ignotum fuisse* (6). *Etsi autem veri videtur simile anno 835 vel paulo prius reapse inventa et translata esse corpora S. Iuliani et aliorum sanctorum Cenomannensium, quid tamen tunc in S. Romano actum sit, quo signo reliquiae ipsius sint agnitae, qua de causa factum sit ut nepos S. Iuliani diceretur atque frater S. Iuliae, — quae ceterum prorsus incognita est neque alibi usquam recurrit, — haec et cetera huiusmodi prorsus ignoramus.*

forsan idem est

4. *Nuper aliqui rem totam coniectura quadam probabili explanare visi sunt* (7), *e castro Blavio, prope quod villa sita erat* Blacciagus (8), *quam ecclesiae Cenomannicae Bertichramnus episcopus* (*cca. 586-626*) *testamento suo donaverat* (9), *allata esse aliquando* (10) *cum nomen et cultum, tum forsan reliquias S. Romani presbyteri haud ignobilis, cuius sepulcrum Blaviensi castello erat contiguum* (11). *Porro cum tempore oblitos esse Cenomannenses quisnam reapse esset ille S. Romanus ab ipsis cultus; quo factum esse ut postea, forsan cum inventae essent reliquiae S. Romani, coniectando diceretur nepos primi Cenomannensis episcopi:* ut fertur, nepotis sancti Iuliani. *Neque tamen omittendum est alio die, id est 24 novembris, coli solitum esse sanctum Blaviensem, alio die, 7 novembris, S. Romani festum a Cenomannensibus esse celebratum. Si ergo iidem esse dicendi sunt Romanus Blaviensis et Romanus Cenomannensis, quaerat quispiam cur dies utriusque cultui assignati sint diversi. Cuius rei ratio, quae ceterum multiplex esse potest, ea non videtur, quod die 7 novembris sancti translatio esset facta; etenim aliqua saltem illius translatio alio die recolebatur, ut docet martyrologium Cenomannense saec. XIII* (12): IX kalendas aprilis. Translatio corporis sancti Romani sacerdotis eximii (13). E

S. Romanus confessor Blaviensis,

cuius reliquiae Cenomannos delatae sint.

5. *Quicquid id est, cum Cenomannenses de sancto illo, quem suum existimabant, paucissima docti essent, sacerdotem eum fuisse, probabiliter* (ut fertur) *nepotem notissimi S. Iuliani, forsan* (nonnulli testantur) *fratrem S. Iuliae alias prorsus ignotae, in quadam ex aedibus sacris Cenomannensibus olim sepultum, ubi de Vita conscribenda cogitatum est, quae in officio ecclesiastico pro more legeretur, in angustiis versatum esse hagiographum veri est simile. Qui penuriae suae ita consuluit, ut ex aliis sanctorum Vitis non verba tantum, sed res etiam mutuaretur, quibus historiam S. Romani componeret. Non solum enim, quod iam monuerunt vv. dd. G. Busson* (14) *et W. Levison* (15), *ex Vita et ex Virtutibus S. Fursei* (BHL. *3209, 3213*) *plurima exscripsit* (16), *sed multa etiam e Vita S. Paterni a Fortunato conscripta* (BHL. *6477*) *in S. Romanum transtulit; a qua vel ipsam praefationem excerpsit, quam operi suo praefigeret. Quae furta si dempseris, remanent in Vita Romani paucae dumtaxat sententiae, eaeque nullius momenti; ceterum et illas ex tertio quodam fonte simili modo haustas esse crediderim, etsi, multo* F *conatu adhibito plurimisque Vitis relectis, ea quae iam alibi legisse mihi videbar, reperire non contigit. Locos supra allatos ex Gestis Aldrici et ex Actibus pontificum prae oculis habuisse inopem illum scriptorem non puto, cum Romanum non S. Iuliani nepotem, sed ex eius progenie dumtaxat procreatum dixerit atque de S. Iulia prorsus non meminerit; de genere ergo S. Romani non tam scriptis libris quam vulgata fama certior factus esse dicendus est. Furto suo ut auctoritatem fidemque conciliaret, non dubitavit istud sub ementito magni illius Gregorii Turonensis nomine proferre, quem ineptus falsarius archiepiscopum incaute*

Cui Cenomannenses Vitam ex aliorum sanctorum Vitis confinxerunt

et sub ementito

(1) Ed. WAITZ, in *MG.*, Scr. t. XV, p. 323. — (2) *Actus*, ed. BUSSON et LEDRU, p. 328-29. — (3) Cf. WAITZ, t. c., pp. 322, 323; A. LEDRU, in *La Province du Maine*, t. IV (1896), p. 99-100; t. XIV (1906), p. 89-90. — (4) *Actus*, ed. c., p. 330; cf. A. LEDRU, l. c., t. IV, p. 105. — (5) *Gesta Aldrici*, c. 3 (ed. WAITZ, t. c., p. 312, l. 1 sqq., l. 35 sqq.). — (6) G. BUSSON, in *La Province du Maine*, t. XII (1904), p. 236; A. LEDRU, *ibid.*, t. XIV, p. 85. — (7) BUSSON, *ibid.*, t. XII, p. 237; LEDRU, *ibid.*, t. XIII, p. 74-75; t. XIV, p. 85. Coniecturam illam adumbravit non Castellanus in Martyrologio (ita perperam Busson, l. c.), sed quidam collega noster in *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 716. — (8) Plassac, dép. Gironde, arr. et cant. Blaye. — (9) Cf. *Actus*, ed. c., p. 121-22; LEDRU, in *La Province du Maine*, t. XIV, p. 371; t. XV, p. 100. — (10) Ipso saeculo VI a S. Bertichramno allata esse opinatus est LEDRU, *ibid.*, t. XIII, p. 74. — (11) Ita GREGORIUS TURONENSIS, *In gloria conf.*, c. 45. Vid. Vita S. Romani in *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 52 sqq.; cf. t. XXVII, p. 211. — (12) De quo supra, p. 359, annot. 3. — (13) *Actus*, ed. BUSSON et LEDRU, p. 331, annot. 2. — (14) *La Province du Maine*, t. XII, p. 236. — (15) *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XXX, p. 202. — (16) Vitae habuit codicem quendam classis C Kruschianae; cf. *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 430-31; LEVISON, l. c.

dixit

AUCTORE A. P.

Gregorii Turonensis nomine ediderunt;

dixit. Neque hoc solum fraudes suas patefecit, verum etiam toto sermone, qui tum a rusticiore lingua optimi Turonensis episcopi, tum generatim a saeculi VI usu multis in locis — iis utique exceptis quos e Fortunato transcripsit — longe differt, atque aliis sententiis plurimis, quas ex libellis multo recentioribus hausit. Vita enim Fursei († 641/652) saec. VII, Virtutes autem eiusdem saec. IX conscriptae sunt (1). *Utrum ipso saeculo IX, postquam inventae et translatae dicuntur S. Romani reliquiae, an potius saeculo X, quo S. Romanus, ut videtur, Cenomannensis haberi coeptus est, an etiam post, et quidem multo post, opusculum suum litteris mandaverit falsarius, non est unde definiamus. Codices enim recentis aetatis sunt, res narratae ipsum S. Romani tempus — incertum alioqui illud* (2) — *non superant; sermo autem, utpote ex aliorum scriptorum verbis vix non totus compositus, certo saeculo attribui nequit. Unum extra controversiam positum est, Vitam illam inter documenta historica nequaquam posse computari.*

quam, codicibus inter se

6. *Illam nobis servaverunt codices*

1a) *Bruxellensis Bibliothecae Regiae 11987, olim monasterii Rubeae Valllis prope Bruxellas. Est hic tomus quartus legendarii ab Antonio Ghentio († 1543) canonico Rubeaevallensi* (3) *exarati. Inest Vita foliis signatis pridem* CLXV-CLXVI^v^, *nunc vero 127-128^v^.*

1a*) *Bruxellensis Bibl. Reg. 8935, qui complectitur maiorum nostrorum " collectanea " pro die 7 novembris. Inest (fol. 118-120) Vita exscripta " ex ms. Rubrae Vallis ". Est hoc apographum, neque illud ubique accuratum, codicis 1a.*

1b) *Parisinus Bibliothecae Nationalis, Coll. Duchesne 83. Inest (fol. 186-188^v^) Vita saec. XVII in. ex nescio quo codice exscripta.*

2) *Parisinus Bibl. Nat., lat. 1302. Est hoc breviarium Cenomannense saec. XV exaratum* (4), *in quo (fol. 450^v^-451^r^) exscripta sunt, tamquam lectiones in festo S. Romani recitandae, Vitae prologus et capita 1-3.*

Ex codice iam deperdito, cuius aliquo in loco (cap. 9 sub fin.) apices cum tempore evanuerant vel saltem lectu erant difficiles, exscripta esse exempla nostra 1a, 1b, manifestum est. Hoc enim loco praetermisit librarius in 1a verba quadraginta, relictis in pagella versibus duobus vacuis; C *in 1b autem ex verbis illis alia omissa sunt, alia non integre exarata, indicatis utrobique lacunis. Quas feliciter explere potuimus ex Virtutibus Fursei, quas in toto hoc capite ad verbum expilavit Vitae auctor.*

et ad scriptoris fontes collatis,

7. *Ex his Virtutibus aliisque antiquis libellis, quos idem, ut diximus, exscripsit, ratio suppeditatur ut genuina scriptoris verba restituamus ubi, quod non raro accidit, exempla 1a, 1b vel inter se vel ab exemplo 2 discrepant. Nulli enim ex tribus, neque etiam consentientibus codicibus 1a, 1b, fidem ubique tribuendam esse clare, vel paucis locis collatis, perspici potest.*

Non codici 2 soli:

Prol. iniungere nobis non distulisti] *Fortunatus, 1a;* i. nobis non distulistis *1b;* i. vobis non distuli *2.*

C. 1 sacris quibusdam miraculorum praesagiis] *Vita Fursei, 1a, 1b;* s. quidem m. p. *2.* crescente vero aetate] *Vita Fursei, 1a, 1b;* c. ergo ae. *2.*

C. 2 sacri verbi semina] *Vita Fursei, 1a, 1b;* sicut v. s. *2.*

Non codicibus 1a et 1b solis:

Prol. Magnae caritatis ... testimonium] *Fortunatus, 2;* testimonium *om. 1a, 1b.*

C. 1 miraculorum praesagiis apparentibus] *Vita Fursei;* m. p. a parentibus *Vitae Fursei codices aliquot, 2;* m. p. presentibus *1a, 1b.*

C. 3 ut ab omnibus ... exspectaret] *Fortunatus, 2;* ut ab hominibus ... spectaret *1a, 1b.*

Non codicibus 1b et 2 solis:

C. 2 aliquot vacabat annis] *Vita Fursei, 1a;* aliquibus v. a. *1b, 2.*

C. 3 nox succederet] *Fortunatus, 1a;* mox s. *1b, 2.* E

Non codici 1a soli:

C. 1 gratia providentiae] *Vita Fursei;* gratiae divinae providentia *1a;* gratiae providentia *1b, 2.*

C. 4 se virtutibus honorabat] *Fortunatus, 1b;* se v. ornabat *1a.*

C. 7 nullus ... alio loquebatur] *Virtutes Fursei, 1b;* n. ... alii l. *1a.*

Non codici 1b soli:

C. 1 corpore castus, mente devotus, affabilis conloquio (eloquio *1a*), amabilis aspectu] *Vita Fursei, 1a, 2;* (*om.* castus mente *et* amabilis) *1b.*

C. 2 Hac ex causa] *Vita Fursei, 1a, 2;* Hac de causa *1b.*

C. 13 potentissimo operi] *Virtutes Fursei, 1a;* potentissime o. *1b.*

denuo proferimus,

Atque haec, quae pluribus persequi facile possum, satis fore crediderim. Quin etiam in Vita adeo parvi momenti tam diu immorari noluissem, nisi e re visum esset exemplo luculento ostendere nequaquam ilico vitio dandum esse philologis, ubi libellum ad pauca quaedam exemplaria typis parant, si non hunc vel illum seu illos codices ubique sequuntur, sed selectas e singulis exemplaribus lectiones pro re et pro tempore recipiunt. F

postquam saepe eiusdem epitome,

8. *Vitam in codice nescio quo legit et in brevem epitomen contraxit qui lectiones liturgicas de S. Romano conscripsit in breviario Cenomannensi an. 1693, 1748 et 1823 editas* (5).

semel ipsa integra prodiit.

9. *Ipsam Vitam in* Analectis Bollandianis, *t. XXIII, p. 309-314, edidit v. cl. Renatus Poupardin, codicibus usus 1b, 2. Qui in initio vix non ubique codicem 2 secutus est, neglectis melioribus codicis 1b lectionibus; in tota autem Vita, cum fontes ipsius non agnovisset, parum profecit.*

(1) Cf. Krusch, in *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, pp. 425, 427. — (2) Qui Romanum S. Iuliani nepotem faciunt, ut Iulianum alii saec. I, alii et quidem verius saec. III vixisse existimant, ita in nepotis tempore designando dissentiunt. — (3) Cf. quae de eo scripsimus *Anal. Boll.*, t. VI, p. 31-34. — (4) Cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 601. — (5) Recusae sunt anno 1854 inter *Officia propria* ecclesiae Cenomannensis, p. 130-31. Cf. supra, p. 359, annot. 5.

VITA

VITA S. ROMANI CONFESSORIS

Ex codicibus Bruxellensi 11987 (= **1a**) *atque Parisinis Coll. Duchesne 83* (= **1b**) *et lat. 1302* (= **2**). *Cf. Comm. praev., num. 6.*

Prologus. Vita Paterni (ed. Krusch), prol.

Dilectissimo et meritis venerando totoque sinu pectoris amplectendo in Christo patri[1] et[2] abbati[3] ecclesiae Sanctorum Apostolorum (1) Gregorius sanctae Turonicae ecclesiae[4] etsi[5] indignus archiepiscopus[6]. Magnae caritatis atque dulcedinis testimonium[7] profero, qui voto sollicito beati Romani sacerdotis eximii[8] opinionem tam celebrem iniungere nobis[9] non distulisti[10], ut eum[11] aliqua loquente pagina promulgari[12] insinuares, qui certe nec apud vos oblivione[13] nec apud nos absens est virtute, cum magis sacris actibus agonizando in hoc saeculo certaret, nunc vero[14] possideat vitam[15].

Romanus advena nobilis, B V. Paterni 9. *de genere S. Iuliani,* Vita Fursei (ed. Krusch). 1.

1. Fuit enim praedictus sanctus[1] Romanus, ut a paginola a te directa et a tuis apocrisariis[2] didicimus[3] atque a multis, fama crebrescente, bonis et veris hominibus audivimus, virtute venerabilis et prudentia praeditus, advena quidem, sed nobiliter conversatus, et iuxta saeculi ordinem generosis parentibus exortus, ex progenie sancti[4] Iuliani primi Cenomannicae civitatis episcopi[5] procreatus, nobilis quidem genere, sed nobilior fide, saeculi dignitate inter suos clarus, sed divinorum munerum gratia praecipuus. Huius infantia viri[6] sacris quibusdam[7] miraculorum praesagiis apparentibus[8] fulgebat. Summis etiam sacerdotibus per divinam providentiam commissus, sacris litteris et pontificalibus erudiebatur disciplinis. Crescente vero[9] aetate, gratiae[10] providentia erga illum omnium bonorum affectus cotidie crescebat. Erat enim[11] forma praecipuus, corpore castus[12], mente[12] devotus, affabilis eloquio, amabilis[12] aspectu.

Ibid. 2. *monasteriis apud Cenomannos conditis,* C

2. Bonorum ergo operum plenus gratia[1], patriam parentesque relinquens, sacrae scripturae studiis aliquot[2] vacabat annis. Instructus quidem et sapienter edoctus, iam monasteria per diversa loca, ubicumque locum opportunum reperiebat[3], aedificare cupiebat. Unde factum est ut cives Cenomannici, qui Deum timentes erant, illum admodum diligerent et ad haec peragenda, prout melius poterant, ei solacia praeberent[4] ingentia; et sic factum est ut, Deo donante, loca quae ipse aedificare coeperat[5] valde crementarentur, et agmina Deo servientium ad ea confluebant et in eis Domino totis nisibus militabant atque, multis religiosis undique confluentibus viris, aliquos etiam parentum pia sollicitudine evocare curavit. Hac ex[6] causa dum patriam parentesque visitare properaret, ut inter illos sacri[7] verbi semina spiritualibus seminaret eloquiis, astitit ei[8] angelus Domini[9] et ait ei : " Certa quae coepisti, ut manipulos plurimos Domino praesentare valeas ".

vitam degit V. Paterni 27. *in parsimonia et duritia.* Ibid. 28. E

3. Cuius hortatu confortatus ardentius praedicta[1] negotia adimplere curabat, et adeo[2] sanctam et arduam vitam fertur duxisse, ut praeter panem et aquam vel holera sale condita nulla sumeret cibaria, nisi forte festivi[3] diei amor eum[4] amplius vel sollemnitas praegustare cogeret. Aspectus autem non solum feminarum sed etiam virorum removebat a sua praesentia, ut ab omnibus[5] summotus sollicite exspectaret[6] adventus angelicos et cresceret in divinitate quod deerat in homine; lectulum numquam habens, lectaria[7] nesciens, in pluma numquam caput[8] reclinans, sed veste tantummodo, qua die usus erat[9], nocte contentus est. Pro molli[10] lana hirsuto cilicio induens[11], ut inter horas soporis non esset requies corporis et mutato ordine adhuc post peractum diem nox[12] succederet in labore[13].

Presbyter factus, Ibid. 31. Ibid. 32. *virtutibus* Ibid. 41. Ibid. 42. Ibid. 43.

4. Hinc fama praecurrente[1], vir Dei Romanus diaconus ac presbyter divinis precibus ordinatur. Quantum enim dignitas in se creverat, tantum se virtutibus honorabat[2]. Locus vero, quo habitare solebat, florum odore fragrabat, et omnes qui ad eum veniebant tam doctrinis divinis quam bonis odoribus repleti ab eo exibant[3]. Denique virtutibus crescentibus[4], crescebant et miracula. Mantula (2) quadam in villa nomine quidam puer a serpente percussus est. Sanctus autem vir Dei sacerdos Romanus illuc, cum de quadam oboedientia remearet, nutu Dei accessit. Itaque facto crucis super eum signaculo, et olei sacrati liquore perfuso, penetratum veneno tali curavit antidoto, nec morbus illic praevaluit, ubi talis medicus unguenta produxit.

et miraculis F

5. Denique cum quadam vice ad ecclesiam Apostolorum ultra fluvium Sartae[1] ad orationem pergeret[2] et ad locum cimiterii christianorum, non procul a praedicta Apostolorum ecclesia siti, adveniret, quidam vir obviam ei venit in eodem loco, qui longo tempore mutus erat. Quem sanctus Romanus interrogat, si in ecclesiam intrare potuisset; cui ille nihil respondit, quia officio linguae privatus erat. Iterum interrogat eum, quare ei non responderet[3] aut cur molestus esset; qui faciens signum se mutum esse et loqui non

Lemma in 1a : VII° YDUS EIUSDEM *(id est* novembris). PROLOGUS SANCTI GREGORII THURONENSIS EPISCOPI IN VITAM SANCTI ROMANI PRESBYTERI ET CONFESSORIS; *in* 1b : INCIPIT VITA S. R. P.; *in* 2 : DE SANCTO ROMANO CONFESSORE.

Prologus. — [1] fratri 1b, 2. — [2] *corr. in* E 1b; *om.* 2. — [3] et *add.* 2. — [4] *om.* 1a; (T. e.) e. T. 2. — [5] acsi 1b; *om.* 2. — [6] episcopus 1b *post corr.* — [7] *om.* 1a, 1b. — [8] (s. e.) e. s. 2. — [9] vobis 2. — [10] distulistis 1b; distuli 2. — [11] (ut e.) ut cum 1a; *om.* 2. — [12] pro vulgari 2. — [13] (a. v. o.) o. a. v. 1a, 1b. — [14] aeternam *add.* 2. — [15] VITA EIUSDEM *add.* 1a.

1. — [1] *om.* 1a. — [2] apocrisiariis 1b. — [3] didiscimus 2. — [4] beati 1b, 2. — [5] (Ce. ci. e. p.) Ce. urbis e. p. 1b; p. Ce. urbis e. 2. — [6] (i. v.) v. i. 2. — [7] quidem 2. — [8] aparentibus 2, presentibus 1a, 1b. — [9] ergo 2. — [10] divinae *add.* 1a. — [11] predictus beatus Romanus *add.* 2. — [12] *om.* 1b.

2. — [1] (p. g.) gratie p. 2. — [2] aliquibus 1b, 2. — [3] inveniebat 1b, 2. — [4] prebebant 2. — [5] (i. ae. c.) ae. c. i. 1b; ae. i. c. 2. — [6] de 1b. — [7] sicut 2. — [8] et 2. — [9] in via *add.* 2.

3. — [1] (a. p.) ardentia plurima 1a, 1b. — [2] ad illa tam 2. — [3] festi 1a. — [4] ei 1a. — [5] hominibus 1a, 1b. — [6] spectaret 1a, 1b. — [7] lectuaria 1a. — [8] (n. c.) c. n. 1a. — [9] et *add.* 1a *al. man.* — [10] enim *add.* 1a, 1b. — [11] induebatur 1a, 1b. — [12] mox 1b, 2. — [13] *Hic desinit* 2.

4. — [1] procurante 1b. — [2] ornabat 1a. — [3] exiebant 1b. — [4] clarescentibus 1a.

5. — [1] Sarre 1a. — [2] properaret 1a. — [3] respondit 1a.

(1) Eadem quae dicta est Sancti Victuri, sitaque erat ultra fluvium Sartae. Quae distinguenda est a vicina ecclesia Sancti Iuliani, in qua S. Iulianus sepultus erat et quae postea dicta est Sancti Iuliani a Prato. Utraque saltem saeculo IX coniuncta erat cum monasterio virorum. Cf. A. LEDRU, in *La Province du Maine,* t. IV (1896), p. 65-73; t. XIV (1906), p. 57. — (2) Miraculum quod in vico Mantela (Maule, dép. Seine-et-Oise, arr. Versailles, cant. Meulan) gestum esse narraverat Fortunatus in Vita S. Paterni, in viculum cognominem, quem prope Cenomannos repperit, transtulit falsarius noster. De Mantula Cenomannensi (Maule, dép. Sarthe, arr. et cant. Le Mans, comm. Saint-Saturnin) cf. *Actus pontificum,* ed. c., p. 570.

posse

A posse significavit. Quem statim sanctus Romanus apprehendens manu secum duxit et in ecclesia Apostolorum, oratione peracta, eum sanavit atque pristinum linguae Dei auxilio ei restituit officium. Cui obnixe praecepit ut nemini hoc diceret, sed Deo in omnibus gratias semper ageret.

V. Paterni 49. 6. Huius etiam signi meritum memoriae non fraudatur[1]. Erat namque praedictus sanctus sacerdos Romanus ita[2] in ecclesiarum restauratione (Ibid. 48.) vel[3] novarum aedificatione exercitatus, ut numquam ei in his satis elaborasse sufficeret, dum more sanctorum recuperationem construeret, culturae utilitatem disponeret, pauperum administrationem sine mora mirabiliter procuraret, ut esset in singulis mirabilis et in omnibus singularis. (Ibid. 43.) Cuius adventu Cenomannis immundi spiritus de obsessis corporibus in fugam conversi sunt, pariterque qui frigoribus torquebantur a daemonibus obsessi, mox ut praedictus sanctus Dei illuc[4] advenit, incolumes effici meruerunt.

Virt. Fursei (Krusch), 8. 7. Deinde veniens in pagum Andegavensem, in vico cuius vocabulum est Crovius[1] (1) super fluvium Lith (2), ibi obviavit ei vir malignus, qui irridebat eum et dicebat non eum esse servum Dei, sed (Matth. 6, 24.) mammonae[2], et exuens eum pallio suo, et minans eum fustibus cum discipulis suis, et pergens ad domum suam portavit praedicti viri Dei sancti Romani cappam secum. Quam cum iactasset mulieri suae, insiliens super[3] eum spiritus malignus et super[3] uxorem suam[4] et super[3] unicam filiam suam, contrivit[5] linguas eorum, et filia surda et caeca effecta est nullusque eorum alio[6] loquebatur; secutusque est eum vir Domini usque ad domum eius petens hospitium. Et responso non invento, misericordia motus fecit orationem pro eis, ut indulgentiam acciperent[7]. Meritis vero sancti[8] viri crediderunt, simulque sanitatem recipere meruerunt.

fulget. Vita Fursei (Krusch), 4. 8. Erat autem in iam dicto viro sancto incomparabilis gratia, nihil terrenum competens[1], sed omnipotenti se semper totum tribuens, praelatis subditus et subditis reverendus, magnatibus vero et regibus timendus, humilibus et contemptoribus saeculi imitandus, omnibus bonis amabilis, iniquis et peccatoribus terribilis, divinis virtutibus praeclarus et verbis divinis semper deditus; ab obsessis enim corporibus daemonia fugabat, et pauperes recreabat. (Ibid. 5.) Denique cum quadam nocte molestia corporali correptus, in solo tantum pectusculo vita palpitaret, (*Ab angelo de tempore mortis docetur*) vidit angelum Domini ea quae ad opus praedicationis sunt congrua sibi annuntiantem, eumque septem annos[2] in opere[3] praedicationis completurum praedicentem; quod et ita[4] factum est.

et monita 9. Inter cetera ergo haec ipse ei angelus[1] (Psalm. 36, 27.) Domini agere suadebat: " Declina ", inquit, " a (Vita Fursei (*Act. SS.*), 26.) " malo et age bonum. Vitam tuam creatoris Dei[2] " laude utendo serva. Omne quod malum est abnegando " respue. Esto sicut fidelis dispensator, nihil tibi praeter " victum et vestitum vindicans, sicque in auferendo[3] " lucro sicut in augendo temperatus; qui enim sic " libenter damnum[4] sicut datum susceperit, os mutorum " aperire poterit; nihil mendicans nisi vestitum tan- " tum retinens. Deo odibile est aliena appetere[5] et " propria retinere; pauperi enim et cunctis non " habentibus convenit petere,[6] habentibus autem indi- " gentibus dispensare. Eleemosynae nullo rogante dispen- " sandae sunt pauperibus, bona[7] quo<que in omnes " homines > operanda sunt, maxime in domesticos " fide<i>. Iniquo<rum vero dona> in pauperes et " omni solacio destitutos <impertienda[8]> sunt. Nulla " ergo discordia in ecclesia Dei <sit, sed qui in> " plebe sunt, apostolico ordini[9] et doctrinae sanctae " insistant[10]; qui vero in monasteriis degunt, cum " silentio operantes suum panem manducent. " (*Vita salutaria percipit,*)

10. " Sunt vero nonnulli qui a doctrinae officio se[1] (Ibid. 27.) " excusant[2] et propter curam saeculi in publicum " prosiliunt. Bonum igitur quod agunt in occulto " ponentes, lucem boni exempli proximis abscondunt; " saeculi vero causas sive actiones[3] in publico agentes " mortiferae cupiditatis venenum publice eorum cordibus " infundunt. Te ergo ipsum nec semper remotum nec " semper in publico decernas. Sed quando te remotum " esse volueris, omni custodia serva te ipsum, omnia E " divina observando praecepta. Et quando in publicum " processeris, ad animarum salutem, non ad huius " mundi inhiando lucra, animum intentum adhibeto, sed " et si quis tibi prima hora diei dona contulerit et ante " vesperum paenituerit, sicut libens suscepisti, ita " hilaris ei restitue. "

11. " Nullam quoque ad patrimonii custodiam, (Ibid.) " nullamque ad curam huius saeculi intenti cordis " diligentiam adhibeas, sed omnibus adversantibus vel " contrariis puri pectoris indulgentia, bona pro malis " rependens, pro inimicis summum supplica[1] Deum. " Qui enim cordis pacati lenitatem contrariis et sibi " resistentibus illaesam[2] servaverit, omnium ferarum et " bestiarum ferocitatem in mansuetudinem convertet[3]. " Nullum enim boni operis sacrificium sic Deo[4] acceptabile aut probatum est, quam patientissimi cordis " contra omnes iniurias lenitatis mansuetudo, per quam " omnia adversa ac damna quasi lucra et prospera spe " futurae[5] remunerationis laetus, iuvante Domino[6], " suscipit. Duo enim humanae animae[7] inimici esse " probantur, diabolus et mundus, et unusquisque " vicissim alterius dilectionem insinuat, ut per hoc quod " anima mundi huius illecebris substernitur[8] ab adver- " sario vincta et possessa teneatur. " Haec et reliqua quae ab eo audiebantur, et multa alia quae divinitus ei inspirata didicerat atque in[9] catholicis libris legerat, omnibus praedicabat. (*quae ipse aliis tradit.*)

12. His rite gestis, antedictus sanctus Romanus nobilior ceteris effectus cunctis praedicabat remedium paenitentiae, et multos ac[1] innumerabiles ab (Virt. Fursei (Krusch), 3.) erroribus[2] salvabat. Denique, angelo admonente, petiit (Ibid. 4.) ab episcopo suo sibi[3] licentiam dari in Romaniam transmeare, ubi piis precibus ad limina sanctorum

6. — [1] fraudetur 1a. — [2] *om.* 1a. — [3] in *add.* 1b. — [4] illic 1b.
7. — [1] Cronto 1a. — [2] mammonem 1b. — [3] in 1a. — [4] eius 1a. — [5] conticuit 1b. — [6] alii 1a. — [7] perciperent 1a. — [8] predicti 1b.
8. — [1] appetens 1a. — [2] annis 1a. — [3] opera 1b. — [4] (et i.) i. et 1b.
9. — [1] (ei a.) a. ei 1a. — [2] tui 1a. — [3] afferendo 1a; offerendo 1b. — [4] *ita* 1a *corr.*; dōnum 1a *ante corr.*; donum 1b. — [5] competere 1b. — [6] et *add.* 1b. — [7] (bona - insistant) *om.* 1a, *duobus versibus relictis vacuis; quae uncis* < > *inclusimus desunt etiam in* 1b, *lacunis indicatis: ea supplevimus ex ipso fonte, id est ex Virtutibus S. Fursei.* — [8] accepit| 1b. — [9] *add.* 1b *sup. lin.* — [10] insistunt 1b.
10. — [1] semet 1a. — [2] recusant 1b. — [3] sine ... tiones 1b.
11. — [1] precare 1a. — [2] *om.* 1a. — [3] convertit 1b. — [4] (s. D.) D. s. 1a. — [5] supernae 1a. — [6] Deo 1b *ante corr.* — [7] (h. a.) humani generis 1a. — [8] (i. s.) s. illicebris 1b. — [9] *om.* 1b.
12. — [1] et 1b. — [2] errore 1b *ante corr.* — [3] *om.* 1b.

(1) Vicus est reapse pagi Andegavensis a Gregorio Turonensi non semel nominatus (*Virtutes S. Martini*, IV, 17, 23; *In gloria conf.*, 94), de cuius situ incassum inquisiverunt viri docti. Cf. LONGNON, *Géographie de la Gaule au VIe siècle*, p. 304-6. Sive autem nomen a Gregorio accepit scriptor Vitae S. Romani, sive secus, voluit utique illo designare vicum qui hodie dicitur Cré-sur-Loir (dép. Sarthe, arr. et cant. La Flèche). Id quod aliquatenus saltem contradicit iis qui Cré a Crovio derivari posse negarunt. Cf. LONGNON, p. 305. — (2) Le Loir rivus, alias dictus Lidus, Liddus, Ledus.

VITA *Ab itinere romano* Petri et Pauli et[4] ceterorum sanctorum orationibus[5] vacaret. Qui ad haec respondit, dicens non se dimissurum eum, nisi eo voto vovisset iterum reverti. Quo audito, ut decebat, episcopo suo oboediens Domini athleta vovit dicens[6], auxiliante Domino, reversurum se esse; petensque eius benedictionem directus est ab Ibid. 6. eo cum pace. Nobis autem longum est enarrare quanta tam in eundo quam illic[7] stando seu revertendo per eum Dominus dignatus est operari miracula.

Ibid. *per pagum Vindocinensem rediens* **13.** Sed adhuc potentissimo[1] operi eiusdem divino iungendum est miraculum. Veniens autem revertendo a Roma in pagum Vindocinensem, in villa quae dicitur Mauriacas (1), super fluvium Lith, audivit planctum magnum in domo[2] cuiusdam ducis, eo quod filius eius valde aegrotaret, ita ut ei restitutionis nulla spes esset. Appropinquans autem sanctus Romanus ad domum praedicti ducis, iam die declinante, petiit sibi dari mansionem; sed cum nuntiatum esset iam dicto duci quod peregrinus quidam et Dei servus Roma revertens petierat sibi dari mansionem, divina inspiratione compunctus, quia vir bonus et iustus erat, exivit obviam B ei, et cum magno gaudio suscepit illum atque ad omnia quae imperaret[4] se paratum[5] esse[6] ostendebat. Ut autem ad eum venit, humiliavit se coram illo[7] et, petita benedictione, introduxit eum[8] in domum suam, et ostendit ei unicum filium suum iam semivivum et de reparatione[9] sua iam desperatum. Cui vir sanctus respondens Ioh. 11, 4. ait: " Infirmitas haec non est ad mortem sed pro gloria Dei, ut glorificetur Deus per eum ". Facta vero oratione, sanctus Romanus tangens[10] eum contra animam sanctificati liquore[11] olei[12], auxilio Dei sanavit puerum[13], et quasi mortuum de lecto consurgere[14] fecit, ac pristinae sanitati reddidit. Cui memoratus princeps multa munera obtulit; sed nihil vir sanctus, ut solitus erat, ab eo accepit, sed paenitentiam ei agere et bona opera adimplere diebus vitae suae persuasit. *filium ducis sanat.*

14. Revertens autem ad praedictum pagum Cenomannicum obviantes ei et ad se venientes debiles et claudos, caecos atque leprosos vel etiam qui varias habebant infirmitates, cunctos sanabat et ab infirmitatibus liberabat, et omnibus se petentibus necessaria tribuebat. Completis vero septem annis, quos angelus ei complendos praedixerat, ut superius memoratum est, sanctus quadam infirmitate correptus angelica fruitur visione et, emisso spiritu, caelestibus suscipitur agminibus angelorum, et sic praesentia relinquens ad aeterna commigravit regna. Obiit[1] enim praedictus sanctus Romanus septimo idus novembris et vivit cum Christo in sempiterna saecula. Corpus vero illius a sancto episcopo Cenomannensi[2] et reliquis sacerdotibus et a multis illustribus viris in cimiterio cum magno psallentio sepelitur christianorum, ultra fluvium Sartae[3] ab[4] occidentali parte urbis Cenomannicae, atque <haud[5]> procul a sepultura sancti Iuliani primi eiusdem civitatis[6] episcopi honorifice humatur. Ubi recta fide petentibus merito illius multa fiunt miracula, divinaeque virtutes clarescunt, adiuvante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat in saeculorum saecula. Amen[7].

Demum Cenomannis Virt. Fursei 3. — Vita Fursei (Krusch), 7. — Ibid. 9. *moritur* — Ibid. 10. *et sepelitur.*

[4] ac 1a. — [5] *om.* 1a. — [6] d. 1a. — [7] illuc 1b.
13. — [1] potentissime 1b. — [2] domum 1b. — [3] *om.* 1b. — [4] imperabat 1b. — [5] (se p.) p. se 1b. — [6] *om.* 1b. — [7] eo 1b. — [8] *om.* 1a. — [9] resurrectione 1b. — [10] tetigit 1a. — [11] (s. l.) l. s. 1b. — [12] ungenti et 1a. — [13] eum 1a. — [14] surgere 1a.

(1) Forsan Morée, dép. Loir-et-Cher, arr. Vendôme.

14. — [1] (O. e. p. s. R.) *om.* 1a. — [2] *om.* 1b. — [3] Sarten 1a. — [4] in 1b. — [5] *add.* 1a *man. pr. in marg.*; *om.* 1b. — [6] (e. c.) Cenommanicae urbis 1b. — [7] EXPLICIT VITA SANCTI ROMANI PRESBYTERI *add.* 1b.

POUPARDIN.

DE S. LEOPARDO EPISCOPO

AUXIMI IN PICENO

C F

SAEC. IV? C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. De cultu antiquo S. Leopardi.

Cultum S. Leopardi antiquiorem 1. *S. Leopardi cultum antiquum demonstrant monumenta non pauca, singillatim vero, quae antiquiora sunt saeculo XIV:*

a) *Elenchus possessionum ecclesiae Ravennatis, descriptus in codice bibliothecae Portus Monacensis* (1), *quem antiquitatis peritus vir Caietanus Marini exeunte saeculo X exaratum iudicavit. In quo elencho memoratum in quadam notitia legitur* casale diaconie Sancti Leopardi *et in alia notitia,* coloni Sancti Leopardi (2).

saeculo XIV 2. b) *Charta donationis confecta anno 1061, qua conceditur* Petro presbytero canonico de episcopatu Sancti Leopardi *eiusque* successoribus, qui pro tempore ordinandi sunt, in canonica Sancti Leopardi *fundus quidam in perpetuum possidendus* (3).

3. c) *Instrumenta iuratae fidelitatis vel concordiae aut concessionis, in quibus promittit pars quae se alteri obligat, vel* ecclesiae Sancti Leopardi annuatim in festo sancti Leopardi semper mittere et dare cereum unum decem librarum: *ita per suos consules commune Castri Fidardi* (4) *anno 1196* (5); *vel* ecclesiae Sancti Leopardi dare et deferre annuatim in festo sancti Leopardi *demonstrant*

(1) Monaco. — (2) Pomp. COMPAGNONI, *Memorie istorico-critiche della chiesa e de' vescovi di Osimo*, Opera postuma, continuata da Filippo VECCHIETTI (1782-1783), t. I, p. 3, annot. 8; t. V (Appendice de' documenti), pp. 12, 14. In hoc documento utique, sicut et in aliis quae ad cultum S. Leopardi extra dioecesim Auximanam spectant (cf. infra, num. 42-46), non indicatur perspicue significari S. Leopardum episcopum Auximanum; sed vix de alio cogitari potest. — (3) COMPAGNONI-VECCHIETTI, t. V, p. 18. — (4) Castelfidardo. — (5) L. MARTORELLI, *Memorie historiche dell' antichissima città d'Osimo* (1705), p. 71; Dom. PANNELLI, *Memorie di San Leopardo vescovo d'Osimo* (1755), p. 3; F. A. ZACCARIA, *Auximatium episcoporum series* (1764), p. 23; COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. V, p. 24.

unum

A unum pallium de seta valens ... : *ita, anno 1199, Albertus filius Attonis, comitis Carvoncelli* (1), *et commune castri Montis Urbani* (2), *anno 1203 commune castri Arcioni* (3), *et anno 1205 commune castri Montis Sanctae Mariae* (4).

documenta 4. d) *Instrumentum concordiae initae inter Recanatenses et Auximates die 17 novembris anno 1199, opera Iohannis de Sancto Paulo cardinalis, qui iniurias utrimque illatas invicem condonari et reparari iubet,* salvis rationibus quas ... ecclesia Sancti Leopardi *ad maiorem reparationem exigendam afferre posset* (5). *Et alterum instrumentum concordiae initae inter Auximates et Cingulanos die 20 februarii anno 1204, in quo non minus septies mentio fit* ecclesiae Sancti Leopardi (6).

publica 5. e) *Indulgentiae concessae anno 1291 a Monaldo episcopo Auximano nomine* omnipotentis Dei, Beate Marie ... necnon gloriosorum Leopardi et Vitaliani patronorum nostrorum ... (7).

et liturgica 6. f) *Antiphonarium exaratum pro ecclesia Auximana saeculo XII/XIII, in quo leguntur* B *fragmenta officii S. Leopardi, nimirum antiphona ad* Magnificat *in primis vesperis, his verbis concepta :* Infunde, precamur, Domine, intercedente beato Leopardo confexore tuo ...; *deinde Invitatorium :* Laudemus Dominum in hac sacra solempnitate beatissimi patris nostri Leopardi; *etc. Et in eodem codice ad calcem Laudum pro feria II haec annotatio :* Commemorationes de apostolis, de S. Leopardo et de pace dicuntur sicut supra notatum est in Matutino dominicae (8).

non pauca, 7. g) *Quibus addendus est catalogus sacrae supellectilis qua anno 1267 sacrarium Auximani templi principis instructum erat; quae inter alia continebat* unum candelerium metalli magnum, quod sedet super altare sancti Leopardi (9); *et lamina argentea quae iuxta corpus sancti inventa traditur anno 1296* (10).

nullum tamen vetus martyrologium. 8. *Attamen S. Leopardum nullus veterum martyrologorum, sed primus annuntiavit Philippus Ferrarius in suo* Catalogo sanctorum Italiae (*1613*), *ad diem 7 novembris. Quem secuti sunt Claudius Castellanus in suo Martyrologio Universali et Flaminius Cornelius in Hagiologio Italico.*

C

§ II. De legenda S. Leopardi.

Legenda S. Leopardi 9. *De S. Leopardo Auximano idem fere dicendum est quod supra* (11) *diximus de S. Severo Barcinonensi: quam certus et antiquus est eius cultus, tam incerta et obscura historia. Habemus quidem satis prolixa eius Acta, quae, in novem lectiones distributa, recitabantur die illius festo intra divinum officium in ecclesia cathedrali. Quae Martorelli* (12) *ait descripta esse charactere antiquo in codice pergameno qui servabatur in archivo capituli eiusdem ecclesiae. Sed cum haec edidisset Martorelli anno 1705, quinquaginta post annis scribens Dominicus Pannelli, exemplar istud in eo archivo in cassum quaesivit, et multa dumtaxat repperit apud nobiliores viros Vitae apographa recentiora* (13). *Secundum haec adornavit Pannelli suam illius documenti editionem* (14), *ita tamen ut non, sicut nunc solent viri docti, diversorum apographorum inter se collatorum variantes lectiones recensere curaverit, sed ipse inter eas quae sibi praeferendae viderentur selegerit* (15) *vel etiam subinde, quod sane conicere licet, eas emendarit.* AUCTORE C. D. S.

ex apographis recentioribus edenda, 10. *Habemus eiusdem Vitae apographum manu saeculi XVII nescimus unde descriptum et ad maiores nostros transmissum, quod servatur in codice Bibliothecae regiae Bruxellensis notato 8935. Apographum istud, magis barbaro scribendi genere conspicuum, repraesentare videtur exemplar minus emendatione recentiore adulteratum quam textum a Pannellio editum, sed huiusmodi mendis deturpatum est ut imperitum prorsus amanuensem qui* E *illud transcripserit prodat. Duplici igitur subsidio isto usi, Vitam S. Leopardi lectoribus nostri operis quam accuratissime fieri potuit exhibemus.*

et ipsa, ut videtur, non antiquior saeculo XV, 11. *Vitam illam nulla fide dignam esse iam nemini doctorum virorum dubium, credo, videtur* (16). *Non ante medium saeculum XV fuisse conscriptam satis colligitur ex veteris civitatis Auximanae descriptione quam exhibuit scriptor in exordio suae opellae* (17). *Hanc enim concinnare non potuit nisi postquam exploratae sunt illius civitatis antiquae ruinae : id autem factum non est ante aetatem Cyriaci Anconitani, qui anno 1437 Auximum invisit et quae ibidem antiquitatis vestigia reperire potuit sedulo recensuit* (18). *Accedit quod idem scriptor* (19) *testem citavit Platinam; is autem Vitas Romanorum pontificum post medium saeculum XV composuit obiitque anno 1481. Nomen quidem Platinae non occurrit in editione Pannellii; sed haec editio, ut diximus* (20), *quod ad primaevi textus integritatem spectat, iure suspecta est. Singillatim autem in ipso loco modo indicato, cum in apographo nostro bollandiano sententia expedite fluat et optime sibi cohaereat, apud* F *Pannellium contra, omissis vocibus* apud Platinam in Vita domni Innocentii pontificis, *quasi hiulca et abrupta pendet in voce* habetur : *unde maxime probabile videtur voces a Pannellio suppressas in textu servandas esse. Nec multo post saeculum XV Vitam editam esse inde liquet quod eius compendium iam inseruit Gaspar Zacchius, episcopus Auximanus ab anno 1460 ad annum 1470,*

(1) ZACCARIA, op. c., p. 63 (minus accurate); F. UGHELLI, *Italia sacra*, ed. N. COLETI, t. I (1717), p. 498. — (2) ZACCARIA, op. c., p. 24. — (3) COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. V, p. 28. — (4) MARTORELLI, op. c., p. 143. — (5) MARTORELLI, p. 75. — (6) MARTORELLI, op. c., p. 86-89; UGHELLI, t. c., p. 499; ZACCARIA, op. c., p. 64-67. Adde instrumentum quo Sinibaldus I episcopus Auximanus anno 1237 multos fundos et ecclesiam Sancti Paterniani emphyteotico iure concessit monachis Sanctae Crucis Fontis Avellani Recanatensibus, in quo etiam sexies ecclesia Sancti Leopardi nominatur (COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. V, p. 57-61). — (7) COMPAGNONI-VECCHIETTI, t. V, p. 109. — (8) PANNELLI, op. c., p. 67. — (9) ZACCARIA, *Excursus litterarii per Italiam* (1754), p. 255; COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. V, p. 82. — (10) Cf. infra, num. 25 sqq. Haec lamina, si opinionem quorundam doctorum recentiorum sequamur, illam saeculo VIII vel etiam VI confectam putantium (cf. ibid.), testimonium insigne cultus multo antiquioris saeculo XII praebet. — (11) Pag. 239, num. 14. — (12) Op. c., p. 32. — (13) PANNELLI, op. c., p. 46-47; cf. p. III. — (14) Ibid., p. 47-66. — (15) Ibid., p. 47 med. — (16) Ita pronuntiarunt PANNELLI, op. c., p. III, 10, 42, 100; ZACCARIA, *Auxim. epp. series*, pp. 32, 45, 46; Pomp. COMPAGNONI, op. c., t. I, pp. 2, 35, 55, etc.; tom. V, p. 237 (Ita hoc loco Compagnonus : " Acta illa omnibus „ fere suspectae fidei, immo et ineptarum fabularum notis „ scatere facile mecum consentient eruditi, ut propterea „ mirum non sit habita esse tamquam apocrypha in „ Ecclesia mea, nullis videlicet propriis S. Leopardi lectio- „ nibus hoc saltem tempore inde usurpatis aut impetra- „ tis „). — (17) Vit. c. 2. — (18) Cf. Th. MOMMSEN, *CIL.*, t. IX, pp. XXXVI, 559. — (19) Vit. c. 5 med. — (20) Supra, num. 9 extr.

libello

Auctore C. D. S.

nec antiquiorem Vitam secuta,

libello suo de serie episcoporum qui ante ipsum sedem Auximanam tenuerunt (1).

12. Aliam tamen huius Vitae auctori antiquiorem praeluxisse Vitam inde suadere conatus est Pannelli (2) quod, cum in antiphonario saeculi XII/XIII (3) legantur fragmenta nonnulla, admodum sane pauca, officii alicuius S. Leopardi, in alio codice saeculi XVI officium integrum repertum est, in quo omnia illa leguntur quae legebantur in codice antiquiore; unde sibi colligere posse videtur Pannelli officium istud iam in usu fuisse in ecclesia Auximana ante saeculum XIV. Iam vero in eiusdem officii hymnis (4) tota narratur S. Leopardi historia qualis in Legenda infra edenda legitur. Sed hoc argumentum supponit nulla additamenta ad antiquius illud officium accessisse; quod sane non demonstratur. Ceterum, cum nulla pars Vitae, si excipias narrationem eorum quae diu post mortem S. Leopardi, extremo nempe saeculo XIII et postea, consecuta sunt (5), testimoniis ipsa antiquioribus confirmetur, parvi refert ad eius auctoritatem utrum saeculo XIV, vel etiam XIII aut XII, an potius saeculo XV conscripta esse B credatur.

ex anachronismis

13. Porro ad ostendendum quam parum fidendum sit auctore anonymo Vitae, unum indicium, prorsus ineluctabile, hic afferre satis erit. Nimirum S. Leopardum non solum affirmat coaetaneum fuisse beati Martini illius Turonensis episcopi (6), sed et cum eo convenisse narrat ubi ipse iam episcopali munere fungeretur (7) et eius funeri interfuisse (8). Ex alia vero parte refert eundem Leopardum episcopum Auximanum creatum fuisse ab Innocentio I summo pontifice et ante sub eodem Romae inter presbyteros versatum esse (9). Iam vero Innocentius I pontifex electus est anno 401, quo anno certe Martinus iam e vivis discesserat (10).

et confusione personarum in ea admissis

14. Atque ita demonstrata iam scriptoris nostri levitate, iure merito admodum suspectum vel etiam prorsus ficticium censuerunt viri docti (11) quod idem refert de itinere romano S. Leopardi eiusque apud Innocentium favore. Qua autem ratione ad illud fingendum adductus sit, facilis est coniectura. Legerit nempe in Libro pontificali, Innocentio I summo pontifice inter presbyteros romanos fuisse C Leopardum quendam, qui apud pontificem in praecipua existimatione haberetur (12), atque hunc continuo et gratuito eundem censuit quem Auximates episcopum suum fuisse tradebant. Neque advertit Leopardum iam inter praecipuos presbyteros romanos floruisse tempore Siricii, altero Innocentii decessore, qui sedit anno 384-399 (13).

prorsus fide indigna censetur.

15. S. Leopardi Vitae subiuncta sunt (14) quaedam de veneratione illi exhibita post mortem. Utrum haec eidem anonymo attribuenda sint qui Vitam conscripsit ratio dubitandi praecipue est clausula extremo capitulo 12 affixa. Attamen unum utriusque documenti auctorem fuisse existimat Pannelli (15), tum propter stili similitudinem, tum ratione particulae itaque exordio capituli 13 insertae, tum quod ea ultima capitula pars sunt novem lectionum in quas legenda distributa est. Quae argumenta refellere tam superfluum quam facile apparet, cum certe haec posterior totius libelli pars subiuncta sit post absolutam partem priorem ac proinde huius auctore antiquior censeri nequeat; quod solum scire nostra interest.

§ III. De S. Leopardi historia.

Quo tempore floruerit Leopardus

16. Ex dictis in paragrapho superiore sequitur quaecumque ad res gestas a S. Leopardo pertinent nobis prorsus esse ignota. Neque etiam certo statuere possumus quo tempore vixerit. Nullum enim E de hac re testimonium affertur legenda nostra antiquius; haec autem aetatem sancti definivit ex assimulatione illa Leopardi Auximani cum presbytero romano eiusdem nominis quam commentus est fallax Vitae scriptor (16).

et num primus Auximanus episcopus fuerit

17. Vulgo tradunt, neque est cur negemus, ecclesiam Auximanam fundatam esse a S. Leopardo, quem et primum episcopum habuerit. Nam in antiquissimis documentis insignita indicatur Auximi ecclesia principalis titulo S. Leopardi (17). Iam vero, satis probabile videtur quod ait Ughellius (18), primis temporibus nempe " principi pastorum cuiuscumque civitatis nobilius templum consecrari „ consuevisse; quod utique exemplis non paucis confirmari potest (19).

incertum est.

18. Certum aliquod indicium circa aetatem qua floreret S. Leopardus nobis praesto esset, si verum censere liceret quod a quibusdam affirmatum ait et ipse probabile videtur existimare Iohannes Baldi (20), Leopardum nempe cum Paulino (21) iussu Innocentii I interfuisse synodo Burdigalensi in qua condemnatus est error Priscillianistarum; ubi cum magnam sibi laudem doctrinae et constantiae peperisset Leopardus, statim episcopus ab Innocentio creatus fuisset. Verum id satis F refutatur ex anachronismo in ea assertione admisso. Nam synodus Burdigalensis adversus Priscillianistas, quam Platina quidem Innocentii I tempore coactam dixit, celebrata est anno 385 (22), annis amplius quindecim antequam Innocentius ad pontificalem cathedram evectus

(1) Compendium istud e codice ms. edidit Pannelli, op. c., Dissert. praelim., p. I. — (2) Op. c., p. 67 sqq. — (3) Cf. supra, num. 6. — (4) Qui recitati sunt apud Pannellium, pp. 72, 73, 77. — (5) Vit. cc. 16, 17. — (6) Vit. c. 4. — (7) Ibid., c. 9. — (8) Ibid., c. 10. — (9) Ibid., c. 5. — (10) Cf. A. Lecoy de la Marche, *S. Martin* (2e éd., 1890), p. 620-22. — (11) Inter quos recentiores illi quos citavimus supra, p. 365, annot. 16. — (12) *Lib. pontif.*, ed. Duchesne, t. I, p. 222. — (13) Cf. ibid., annot. 5. — (14) Vit. c. 13 sqq. — (15) Op. c., p. 43. — (16) Cf. supra, num. 14. — (17) Cf. supra, num. 1-5. — (18) Agens de Cyriaco, primo, ut creditur, Anconitanae ecclesiae episcopo, in *Italia sacra* (ed. Coleti), t. I, p. 327. — (19) Possit quidem aliquis argutus contradictor obicere inde non omnino constare Leopardum fuisse primum Auximanum *episcopum*. " Nam, „ ait Alexius Mazochius (*Commentarii in vetus marmoreum Neapolitanae ecclesiae kalendarium*, tom. II, p. 519), " hoc in locis pluribus usu „ venisse deprehenditur, ut non eum primum episcopum „ numerent qui, postquam ibi sedes episcopalis stabilita „ fuit, primus revera sedit, sed eum qui primus ibi evan„ gelium disseminavit, praesertim si idem, magna multi„ tudine ad Christum conversa, regionem illam suo san„ guine irrigaverit. Ita ferme Bollandus ad XVII Ian. in „ S. Genulpho § 2 et Tillemontius in S. Dionysio Parisiensi „ censuerunt. „ Contra quam opinionem, si de S. Leopardo, nullo sane argumento positivo, proferatur, non aliam prorsus efficacem responsionem opponi posse video quam testimonium laminae argenteae quae apud corpus S. Leopardi inventa fuit anno 1296, si vere tam antiqua existimetur quam nonnulli eam iudicarunt. — (20) *Le Vite de gli incliti martiri Vittore e Corona, di S. Leopardo vescovo e de gli altri santi che son sepulti nella chiesa Osimana* (Ancona, 1620), p. 104. — (21) Qui cum ipso tempore Innocentii I S. P. presbyterorum romanorum collegio aggregatus erat (*Lib. pontif.*, loco supra citato annot. 12) et postea Nolanus fuerit episcopus. — (22) Mansi, *Conc.*, t. III, p. 677.

est

Auctore C. D. S.

A *est* (1). *Neque ullum aliud usquam allatum repperi argumentum unde quicquam certum vel aliquatenus vere probabile circa S. Leopardi aetatem statui queat.*

§ IV. De veneratione reliquiarum S. Leopardi ante finem saeculi XIII.

Incertum quoque

19. *Si auctori posterioris partis legendae nostrae anonymae fidem habere fas est, statim post sancti mortem* ciborium aedificatum est super eius venerabile corpus *et ad eius sepulcrum concursus coepit fieri plebium eius opem invocantium* (2), *quod utrumque pro temporibus illis canonizationis, ut nunc loquimur, certum indicium videtur. At nullum huius rei aliud vetus testimonium exstat.*

quo tempore

20. *Asserit Iohannes Baldi decreto pontificio S. Leopardum ab Hilario papa (an. 461-467) sanctorum confessorum albo inscriptum esse* (3) *et hac occasione ossa illius* in sua ecclesia *reposita*
B *esse in novo et egregie ornato sepulcro, admodum amplo et muris circumdato, ut exterius circuiri posset. Adiungit idem scriptor, postea, tempore belli duce Belisario saeculo VI gesti adversus Gothos Italiae tunc dominantes, ab his, licet Arianis, qui multo numero Auximum oppidum servabant* (4), *in magno honore habita et, cum timerent urbem expugnatum iri a Belisarii copiis, arcae marmoreae inclusa in humo defossa fuisse sub eadem ecclesia, ac denique, Gothis expulsis et prioribus incolis Auximatibus in patriam suam reversis, sacrum corpus a canonico quodam repertum fuisse cum lamina argentea cui inscriptae erant hae voces :* SANCTUS LEOPARDUS EPISCOPUS AUXIMANUS; *et hanc inventionem contigisse die 7 novembris circa annum 700, Sergio I romano pontifice* (5).

eius reliquiae honorari coeperint

21. *Haec omnia se legisse ait Baldi in scriptura fide digna* (6). *Sed scripturam istam aut aliquod eius vestigium nemo umquam vidit praeter unum Baldium. Cuius testimonium, per se admodum exigui momenti* (7), *praeterea in re praesenti magis suspectum facit quod narratio eius de inventione facta anno 700 prorsus convenit cum historia*
C *inventionis quam anno 1296 certo contigisse mox referemus* (8). *Merito igitur ista narratio a viris doctis respuitur.*

ante finem saeculi XIII.

22. *In posteriore etiam parte Vitae S. Leopardi* (9) *legitur Vitalianus Auximanus episcopus, qui sedit saeculo VIII* (10), basilicam in nomine et honore sancti Leopardi construxisse. *Testimonio huic quicquam momenti tribuendum esse negat Pannellius* (11), *neque enim scriptori XIV saeculi ea quae saeculo VIII acciderunt narranti fidem habendam esse. Verum adversus argumentum hoc mere negativum reclamant Zaccaria* (12) *et Compagnoni* (13). *Potuit enim, ut aiunt, auctor ille rei huiusce monumentum ob oculos habere, quod nunc intercidit. Aliquid argumenti inde etiam deducunt, quod inventio corporis Leopardi anno 1296, instrumento publico consignata, in eo* reinventio *dicitur* (14). *Licet enim, ut libenter fatetur Zaccaria, multis quae Pannellius* (15) *eruditissime disputat, ostendi possit sequiore aevo inventiones saepe dictas fuisse* reinventiones, *id tamen nominis ad novam inventionem designandam per sese aptius est quam ad primam significandam. " Quid vero „ ita etiam Zaccaria, " si Vitalianus templum aedi- „ ficaturus S. Leopardi corpus invenisset ? ... „ Multum vero ad confirmandam hanc coniecta- „ tionem meam facit argentea lamella, quam anno „ MCCXCVI cum sacro corpore inventam scimus. „ Eius antiquitas, si Pannellium audimus, octavo „ saltem saeculo aequalis est : uno alterove saeculo* E
„ ipse vetustiorem crediderim. Utut est, lamella „ illa medio octavo saeculo a Vitaliano, inventum „ S. Leopardi corpus iterum tumulante, collocari „ in arca potuit. Id multo probabilius est quam „ quod Pannellius coniciebat, Othonum temporibus, „ quibus sacra corpora, ne rapinis obnoxia essent, „ in abditissimis locis celabantur, Auximates quo- „ que S. Leopardi corpus occultasse „ (16). *Ita Zaccaria, cuius sententiae calculum suum adiecit Compagnoni. Fatendum tamen est, illam uno fundamento solido niti, testimonio nempe scriptoris Vitae anonymae; illud autem, quod ad haec remota tempora pertinet, non adeo sane magni ponderis est.*

§ V. De inventione corporis S. Leopardi anno 1296 et de lamina argentea apud illud reperta.

Prima certa inventio corporis S. Leopardi

23. *Celebrior est inventio extremo saeculo XIII facta* (17). *Hanc satis fuse enarravit anonymus noster* (18) *eiusque narrationem confirmat instrumentum insertum codici veterum statutorum civitatis Auximanae, quod primo editum est a Martorellio* (19) *et deinde accuratius ex originali exemplari apud Pannellium* (20). *Illud secundum posteriorem editionem hic lectoribus nostris exhibemus. Sic igitur habet.*

contigit

24. De reinventione (21) corporis SS^{mi} Leopardi

(1) Severum hoc iudicium de Baldio profert eruditus vir Compagnoni Auximanus episcopus (cit. supra, p. 363, annot. 2) : " Poco, a dir vero, siamo tenuti a questo cano- „ nico, il quale, tranne qualche buon gusto di stile, per „ altro più oratorio che istorico, lavorò la sua operetta col „ sol fondamento o di conghietture, non sempre misurate „ e verisimili, o di apocrife memorie, di volgari tradizioni, „ soggette bene spesso ad errore... „ (op. c., t. I, praef., p. II). — (2) Vit. c. 13. — (3) Quin et fuit qui opinaretur (Onofri, *Vetustissimae Auximatis urbis breves notitiae*, p. 92) iam canonizatum esse Leopardum ab Innocentio I ac proinde non serius quam anno 415, quo obiit Innocentius. — (4) Cf. Procopius, *Bell. goth.*, l. II, cc. 11, 13, 16. — (5) Baldi, op. c., p. 133-35. — (6) *In scrittura d'autorità.* — (7) Cf. supra, annot. 1. — (8) Cf. § seq. — (9) Cap. 16 init. — (10) Cf. Zaccaria, *Auxim. epp. series*, p. 46-49, annot. 1 in Vitalianum. — (11) Op. c., t. I, p. 11, annot. 20. — (12) *Auxim. epp.*, p. 33-34. — (13) Op. c., t. I, p. 438-39. — (14) Cf. infra, num. 24. — (15) Cf. infra, annot. 21. — (16) Cf. infra, num. 29. — (17) Refertur quidem integro ante saeculo, anno nempe 1196, Gentilis Auximanus episcopus ecclesiam, quam iam saeculo VIII instauraverat Vitalianus, altius extulisse et amplitudine auxisse atque magnificentius exornasse; sed nulla in notitiis ad id spectantibus de corporis S. Leopardi inventione aut translatione legitur mentio (cf. Compagnoni, t. c., p. 439), praeter testimonium Iohannis Baldii (op. c., p. 138), cuius ratio habenda non est (cf. supra, annot. 1). — (18) Vit. c. 16. — (19) Op. c., p. 136. — (20) Op. c., p. 6-10. — (21) Ex hac voce, quae et in titulo et bis in corpore apographi recurrit, non sequi quod voluerunt quidam, videlicet priorem quandam inventionem ante annum 1296 factam esse, prolixe contendit Pannellius. Etenim, ait (op. c., p. 8-9, annot. 12): *a*) Particula reduplicativa *re*, alicui voci praefixa, praesertim apud scriptores infimae aetatis, saepe nihil addit significationi vocis simplicis : exemplo sit verbum *recommendare*, quod utique saepius non aequivalet verbo *commendare iterum*, sed verbo simplici *commendare*; *b*) in corpore documenti dicitur corpus S. Leopardi fuisse *reinventum et repertum* : ubi vox *repertum* manifeste usurpatur ut synonyma voci *reinventum*;

PARDI

Auctore C. D. S. anno 1296.

PARDI CONFESSORIS IN MAIORI ECCLESIA. — Anno Domini millesimo CC. nonagesimo sexsto tempore Domni Bonifacii PP. VIII. indictione VIIII. die sabbati, quarto exeunte mense Iulii (1), tempore venerabilis patris Domni Iohannis Dei et Apostolice sedis gratia episcopi Auximani et nobilis militis Domni Nycolai Rape de Lucca honorabilis potestatis civitatis Auximi, fuit reinventum et repertum corpus sanctissimi Leopardi in maiori ecclesia civitatis predicte sub altari maiori ecclesie predicte in quadam arca lapidea, super sanctissimum pectus suum habens unam tabulam argenti in qua erat sculta ymago episcopalis et virga pastoralis et in eadem erant hee littere deaurate : SANCTVS LEOPARDVS. Quod corpus sanctissimum tanto tempore iacuerat occultum, quod memoria non extabat. Ad cuius corporis reinvenctionem interfuerunt vocati pro parte dicti Domni episcopi Auximani venerabilis pater frater Girardinus episcopus Humanus (2) et dictus Domnus potestas et Dompnus Stephanus prior canonice Auximi et totum capitulum Auximi
B et quamplures nobiles de terra et plures alie honeste persone et bone et non vocate. *Clausulam instrumenti seu subscriptiones non subiunxit amanuensis qui illud in codicem statutorum transtulit.*

Quae autem simul cum corpore

25. *Locus hic esse videtur breviter disserendi de lamina illa argentea, quam cum S. Leopardi corpore inventam referunt documenta modo allata quamque adhuc exhibere se posse gaudent Auximates. Servatur hodieque in crypta ecclesiae cathedralis Auximanae in hierotheca eleganter exornata. Ipsa lamina 32 centimetra in altitudinem, 19 in latitudinem patet* (3). *Eius aspectum repraesentat imago, satis accurate sculpta* (4), *quam exhibent Pannelli, Compagnoni-Vecchietti* (5) *et Cecconi.*

inventa refertur

26. *Communis, credo, sententia est hanc laminam avulsam esse a libro liturgico quem olim exornabat aut ex arcula seu capsa quibus eiusmodi libri vel alia ad rem liturgicam pertinentia in ecclesiarum gazophylaciis servabantur. Id demonstrare videntur foramina quae in singulis quattuor angulis tabellae conspiciuntur, recipiendis utique paxillis quibus haec operculo ligneo affixa erat, et confirmat quoque vestigium, in altero angulo supe-*
C *riore, retinaculi quo, ut conicere pronum est, revincta erat una ex offendicibus quibus liber vel arcula claudebatur.*

tabella argentea,

27. *Usum antiquum huiusmodi ornamentis pretiosis libros liturgicos cooperiendi comprobant testimonia non pauca. Sic de Childeberto I rege narratur apud Gregorium Turonensem illum post devictum et caesum Amalricum regem Visigothorum ex Hispania detulisse* sexaginta calices, quindecim patenas, viginti evangeliorum capsas, omnia ex auro puro ac gemmis pretiosis ornata (6). *Et in Libro pontificali refertur Vitaliano S. P.* (657-672) *imperator Cpolitanus Romam direxisse* D
beato Petro apostolo evangelia aurea cum gemmis albis mirae magnitudinis in circuitu ornata (7). *Leo quoque III S. P.* (795-816) *obtulit* beato Petro apostolo fautori suo evangelia aurea cum gemmis prasinis atque hyacinthinis et albis mirae magnitudinis (8), *et Paschalis I* (817-824) in ecclesia beati Petri fautoris sui evangelia cum blatthin ex argento (9). *Quaedam huius generis* κειμήλια *fuse descripsit Antonius Franciscus Gorius in suo opere quod inscriptum est* Thesaurus veterum diptychorum consularium et ecclesiasticorum (10).

quam certo

28. *Praecipue inquirendum hic venit quam certum sit illam tabellam vere repertam esse anno 1296 in sepulcro S. Leopardi et quonam tempore illic reposita censeri possit.*

Quod ad primam quaestionem attinet, antiqua sane consuetudine solitos fuisse iuxta sanctorum corpora in arcis quibus haec includebantur schedulas vel laminas argenteas aut plumbeas apponere, ut certiores redderentur qui postea illas arcas aperirent quaenam reliquiae servarentur in E
eis, non paucis testimoniis comprobatur (11). *Sed non minus constat haud raro accidisse ut in relatione inventionis corporis, quod sancti alicuius esse putabant, sed prorsus ignoti, huiusmodi schedulae mentio occurreret, quam merito valde suspectam vel manifeste confictam iam existimant eruditi* (12). *Neque in re praesenti satis certa testimonia aut indicia adsunt ut audeamus fidenter asserere nullum illius generis suspicioni hic locum esse.*

et qua occasione antiquitus

29. *Quo autem tempore, si lamina vere in sepulcro inventa cum corpore fuisse credatur, in eo sit posita, admodum incertum est. In primis sane valde mirum apparet quod in sepultura S. Leopardi ad id adhibitum sit operculum libri liturgici. Unde haud improbabiliter suspicati sunt quidam scriptores id factum esse non in publica aliqua et sollemni translatione aut recognitione, sed, imminente aliquo periculo subreptionis sacrorum lipsanorum, corpus Leopardi citatim esse absconditum et, quod tempus urgeret, quo dignius simul et certius cuiusnam esset testarentur, illam argenteam laminam e libro qui ea operiebatur, esse detractam. Eamque opinionem non parum confirmari inde existimant quod, ubi repertum fuit sacrum corpus anno 1296,* tanto F
tempore iacuerat occultum quod memoria *eius iam non exstabat* (13). *Quod utique facile intellegitur fieri potuisse, si illud diu ante clam absconditum fuerit, non vero ita si, postquam publice fuisset elevatum vel translatum, in loco sepulturae immotum quievisset.*

in sepulcro posita fuerit

30. *Porro inde adducti sunt ad investigandum quo tempore illa occulta translatio facta fuerit. Cumque nullum huius rei testimonium scriptum aut vestigium quodvis reperirent, alii putarunt sacrum corpus ita reconditum fuisse saeculo VI*

c) ex illa voce *reinvenire* derivata est vox italica *rinvenire*, quae certe, quod ad sensum spectat, prorsus idem sonat quod *invenire*. — (1) Id est die 28 iulii. Etenim, ut scripsit Rollandinus quidam notarius Bononiensis, qui vixit anno 1265, in tractatu Notularum seu de Arte Notariae, *Ponitur dies in instrumentis... secundum consuetudinem Bononiensem, in hoc exemplo : primo die intrante Maio, et sic de singulis usque ad 16* (in mensibus nempe qui habent dies 31); *transactis autem 16 ponuntur per Exeunte hoc modo, 15 exeunte Maio* (17 die mensis), *14 exeunte Maio* (16 die mensis), *et sic de singulis usque ad penultimum...* Ap. Du Cange, v. *Mensis intrans, stans, exiens* (ed. Henschel, t. IV, p. 361, col. 3). — (2) Girardinus O. M., episcopus Humanatensis an. 1289-1322 (Ughelli, *Italia sacra*, t. I, p. 745). — (3) Ampliorem laminae et hierothecae cui inclusa est descriptionem tradit Iosue Cecconi in dissertatione cui titulus *Intorno all' antica lamina di S. Leopardo primo vescovo di Osimo* (Osimo, 1872), pp. 5-6, 24-26. — (4) Quod nobis constat ex alia laminae imagine quam arte photographica nuper expressam ad nos transmisit ven. quidam Auximanus sacerdos. — (5) Op. c., t. I, p. 39; Pannelli et Cecconi in capite suorum cuiusque scriptorum de S. Leopardo. — (6) *Hist. Franc.*, l. III, c. 10 extr. — (7) *Lib. pontif.*, ed. Duchesne, t. I, p. 343. — (8) Ibid., t. II, p. 15. — (9) Ibid., p. 59. — (10) Tomo III (1759). — (11) Nonnulla recitat Cecconi, op. c., p. 18. — (12) Exemplum huius rei videsis supra, p. 239-40, num. 17-20. — (13) Cf. supra, num. 24.

sive

A *sive a Gothis Auximi obsessis a Belisarii copiis* (1) *sive ab Auximatibus obsessis a Totila* (2); *alii factum coniectarunt saeculo X Ottonibus I et II imperatoribus, quo tempore ingentem praedam ab horum copiis ex Italia collectam fuisse tradunt, tum pecuniae et rerum materia aut artificio pretiosarum, tum etiam sacrorum lipsanorum* (3), *insigni praecipue in illo genere expilatore Theodorico Mettensi* (4). *Opinione vero F.-A. Zaccariae* " *lamella* „ *illa medio octavo saeculo a Vitaliano, inventum* „ *S. Leopardi corpus iterum tumulante, collocari* „ *in arca potuit* (5) „. *Sed ita rationem non reddit cur ea ab operculo libri ecclesiastici detracta sit et quomodo acciderit ut postea locus ubi repositum fuerit corpus prorsus ignotus esset* (6). *Quovis autem fundamento caret, praeter auctoritatem prorsus contemnendam Iohannis Baldi* (7), *sententia Cecconi, qui aliquatenus probabile censuit laminam confectam esse ubi sanctorum catalogo sive ab Innocentio I sive ab Hilario S. P. ascriptus fuerit Leopardus* (8).

satis probabiliter definiri nequit.

31. *Diversarum istarum opinionum fautores singuli suam tutari conati sunt disserendo de forma casulae seu pallii, de tonsura, de mitra, de aureola, ut ostenderent haec, qualia in imagine visuntur, optime concordare cum aetate quam huic attribuebant* (9). *A quibus disceptationibus, ut prorsus supervacaneis, utique abstinuissent, si ipsis licuisset legere quae nuper erudite scripsit de liturgicis vestibus R. P. Iosephus Braun S. I.* (10) *et praesertim si inspexissent tum imaginem S. Cornelii saeculo VI, iudicio v. v. Iosephi Wilpert, depictam in coemeterio Callisti* (11), *tum alia quaedam vetera monumenta, sive musivo opere confecta* (12), *sive ex ebore exsculpta* (13), *sive minutis picturis expressa* (14). *Perspexissent namque primo intuitu, Leopardi effigiem, qualis in lamina Auximana repraesentatur, prorsus congruere cum archetypo quodam quod ubique artifices christiani, inde iam a saeculo VI et usque ad saeculum XI et forte serius, ad repraesentandum episcopum quemlibet sibi proponebant.*

C

§ VI. De corporis S. Leopardi inventionibus vel recognitionibus factis anno 1479, anno 1513 et anno 1753.

Post finem saeculi XIII

32. *Post inventionem anni 1296, illustriores pietatis Auximatum erga praecipuum patronum suum manifestationes exhibitas esse decursu saeculi XIV et XV demonstrant monumenta publica, quae post medium saeculum XVIII autographa servabantur in archivis Auximanis.*

Auctore C. D. S.

a) *In primis nimirum in compilatione statutorum civitatis Auximanae, quae saepius rescripta est inde ab anno 1308, legitur haec* (15) RUBRICA VII. DE CELEBRATIONE ET CULTU SANCTISSIMORUM DEFENSORUM NOSTRORUM LEOPARDI, VICTORIS, VITALIANI ET BENVENUTI, *et in eo statuto praescribitur* quod potestas, confalonerius, priores, cancellarius et camerarius, una cum hominibus consilii generalis, per requisitionem praecedentibus tubis et instrumentis personaliter accedere teneantur ad episcopalem ecclesiam, ubi festa ipsa coluntur, et ibi per manum potestatis (16) offerre unum pallium de sirico valoris centum solidorum denariorum pro quolibet ipsorum festorum, et nihilominus per ipsa regimina et consilium portentur et offerantur ibidem de candelis cereis quot opportune fuerit secundum providentiam dominorum potestatis, confalonerii et priorum et prout per dominos potestatem, confalonerium et priores extiterit ordinatum. Et dicta festa praecedenti E
die bandiantur ex mandato et parte potestatis, pena centum solidorum de suo salario applicanda communi (17).

celebrior in plebe Auximana

33. b) *Formulae iuramenti quod praescriptum fuit Galterio Brano, qui potestatis munere functurus erat anno 1360, tale praefixum est exordium:* In nomine Domini. Die VII mensis ianuarii 1360... Ad reverentiam omnipotentis Dei, et eius matris semper Virginis Dominae Sanctae Mariae, et beatorum apostolorum Domni S. Petri et Domni S. Pauli, et gloriosorum confessorum Domni S. Leopardi et Domni S. Vitaliani, qui sunt rectores et defensores huius civitatis... (18). *Et simile exordium habet instrumentum concordiae inter Malatestam, qui civitati principabatur, et plebem qui contra eum seditionem moverat, anno 1416 stabilitae* (19).

S. Leopardi cultus,

34. c) *Anno 1432, occasione inventionis corporum SS. Victoris, Coronae et Philippi, impetravit cathedralis ecclesia Auximana ab Eugenio IV S. P. bullam qua conceduntur indulgentiae omnibus* qui in <festis> SS. Victoris, Coronae et Philippi praedictorum, ac in S. Leopardi confessoris, cuius corpus, ut etiam accepimus, in ecclesia predicta honorifice conservatur, dictam ecclesiam F
devote visitaverint annuatim... (20).

miraculorum quoque fama confirmatus.

35. d) *Miracula quaedam, invocationi S. Leopardi ascripta, consignavit ex officio anno 1476 Stephanus sacerdos notarius publicus. Quae ex instrumento autographo edita a Pannellio* (21),

(1) Cf. supra, num. 20. — (2) PROCOP., *Bell. Goth.*, l. III, c. 11. — (3) Cf. PANNELLI, p. 17. — (4) MURATORI, *Antiq. Ital.*, t. V, p. 8. — (5) Cf. supra, num. 22, post med. — (6) Cf. supra, num. 28. — (7) Cf. supra, numm. 20, 21. — (8) " Siamo „ perfino indotti a credere, con una conghiettura forse non „ del tutto improbabile, che non andrebbe molto lungi dal „ vero colui che pensasse questa lamina avere incominciato „ ad adornare un evangeliario della chiesa Osimana, nella „ circostanza della canonizzazione del santo vescovo, avve- „ nuta per opera o di Papa S. Innozenzo I ... o per quella „ di Papa Ilario „ (CECCONI, op. c., p. 25). Addit quidem statim Cecconi : " Per avvalorare questa nostra opinione, „ noi, a voler esser sinceri, confessiamo di non avere con „ noi nè sode ragioni nè storici documenti „. Quod et de aliis omnibus opinionibus hic allatis dicendum est. — (9) PANNELLI, op. c., p. 14-17 ; COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. I, p. 46-53 ; CECCONI, op. c., p. 27-33. — (10) *Die liturgische Gewandung im Occident und Orient* (Freiburg im Br., 1907), passim. — (11) *Le Pitture delle Catacombe Romane* (Roma, 1903), tab. 256 (cf. ibid., p. 461). — (12) BRAUN, op. c., p. 626 (saec. VII), p. 645 (saec. IX). — (13) *Revue de l'art chrétien*, nouv. sér., t. III (1885), p. 24 (saec. X. Vid. G. SCHLUMBERGER, *Mélanges d'archéologie byzantine*, 1re série [1895], p. 85). — (14) BRAUN, op. c., p. 670 (saec. IX. Cf. *Catal. Gr. Paris.*, p. 10), p. 646 (saec. XI), p. 97 (saec. ?). — (15) Introducta in collectionem statuto anni 1371 ; sed iam in statutis anni 1297 et anni 1308 et deinceps in subsequentibus invocari consueverunt *SS. Leopardus, Vitalianus et Benvenutus* (COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. I, p. 60, annot. 2). — (16) In editione codicis statutorum typis excusa anno 1571 pro his verbis (*offerre unum - extiterit ordinatum*) legitur : *per manus proprias omnium et singulorum praedictorum offerre unam candelam cerae albae qualitatis secundum providentiam dominorum confalonerii et priorum, deferendam de palatio nostrae residentiae ad dictam ecclesiam cathedralem in manus sacerdotis humiliter et devote, sumptibus tamen communis nostrae civitatis* (PANNELLI, p. 19, annot. 30). — (17) PANNELLI, op. c., p. 19; COMPAGNONI, t. I, p. 61. — (18) MARTORELLI, op. c. p. 91 ; PANNELLI, op. c., p. 18. — (19) MARTORELLI, p. 231 ; PANNELLI, p. 18. — (20) PANNELLI, p. 21-22 ; COMPAGNONI-VECCHIETTI, t. V, p. 165. — (21) Op. c., p. 26-35.

secundum

AUCTORE C. D. S.

Translationes anno 1479.

secundum hanc editionem paulo inferius (1) *inter documenta de sancto nostro inseremus.*

36. *Inde autem adductus est episcopus Auximanus Lucas Cardutius ut corpus S. Leopardi, quod anno 1296 inventum, ita sedulo reconditum fuit ut iam non appareret locus sepulturae, denuo elevaret et honoratiore ac magis conspicuo loco poneret, quod factum est die 30 octobris anni 1479. Inventionem hanc sedulo descripsit idem Stephanus notarius et narrationem suam narrationi miraculorum modo memoratae subiunxit. Istud quoque documentum ex autographa scriptione edidit Pannelli* (2). *Quam editionem secutus est Compagnoni* (3), *et nos sequemur* (4).

anno 1513,

37. *Tertia sollemnis translatio, facta anno 1513, breviter narratur in codice quodam qui tempore quo scripsit Pannellius servabatur apud nobilem domum dominorum de Aqua. Quae licet nullo instrumento publico asserta sit, cum tamen non uno indicio narratio fide digna ostendatur* (5), *non est cur eam in dubium vocemus. His autem paucis verbis italice concepta in dicto codice legitur translationis relatio :* Sotto il di 13. Giugno
B
1513. nel tempo ch'era vescovo monsig. Antonio Sinibaldi fu fatta la ricognizione del corpo di santo Vitaliano nostro vescovo nel nostro vescovado, e fattane processionalmente la traslazione alli Corpi Santi (6) con buone spese del vescovo, coll' assistenza di tutti i cleri e preti diocesani. Ed in detto anno detto monsig. fece la traslazione de' corpi di S. Leopardo e de' Ss. martiri Fiorenzo e compagni nelli detti Corpi Santi (7).

ac postremo anno 1753.

38. *Quarta denique inventio seu recognitio corporis S. Leopardi instituta est anno 1753, auctore et praeside Pompeio Compagnono episcopo. Cuius authenticum instrumentum, editum a Pannellio* (8) *et deinde in appendice ad illius episcopi ingens opus saepius supra laudatum* (9), *et nos denuo hic edendum censuimus* (10).

§ VII. De hodierno cultu S. Leopardi apud Auximates.

Corpus S. Leopardi adhuc servatum in ecclesia cathedrali Auximana

39. *Ab anno 1753 nulla facta est alia translatio vel recognitio reliquiarum S. Leopardi. Itaque adhuc requiescit eius corpus in altari in quo illo tempore repositum est. Servatur etiam in ecclesia cathedrali eleganti hierothecae inclusa lamina illa argentea quae anno 1296 apud sacrum corpus reperta est* (11). *Sed multum deferbuit et quasi restincta est popularis pietas erga sanctum patronum Auximanae civitatis* (12). *Cuius rei forte praecipua aliqua causa fuisse credi potest decretum quo Pompeius Compagnonus episcopus legendam S. Leopardi apocrypham declaravit et inter officium divinum recitari vetuit. Inde utique factum est ut sacerdotes iam ea quae in hac legenda referebantur plebi e suggestu praedicare desierint. At popula-* D *rem pietatem erga sanctum quendam, ut in suo fervore permaneat, foveri necesse est narratione rerum mirandarum quae ab eo patratae vel impetratae traduntur, et etiam demonstratione locorum ubi haec contigerint; his memoriis autem oblitteratis, mox evanescere solet. Quod et Auximi accidisse existimamus.*

eiusque officium ibidem celebratum.

40. *In cathedrali quidem ecclesia celebratur quotannis ad diem 7 novembris festivitas S. Leopardi sub ritu duplicis secundae classis cum octava, et in hac sollemnitate sacris operatur principalis capituli dignitas, quibus interest pontificali apparatu civitatis antistes. Sed suppresso officio proprio S. Leopardi, quod antiquitus in usu erat* (13), *officium totum fit de communi confessoris pontificis, sine ullis lectionibus propriis* (14).

§ VIII. De cultu S. Leopardi extra dioecesim Auximanam.

Extra dioecesim Auximanam

41. *Admodum pauca de his se resciscere potuisse querebatur Pannellius* (15). *Plura quaedam collegit Vecchietti* (16). *Apud illos non minus octo loca indicantur extra dioecesim Auximanam sita, ubi S. Leopardus singulari quodam cultu honoratus sit. Videlicet*

ecclesiae titulo S. Leopardi consecratae in territorio Reatino,

42. *In territorio Reatino exstructam esse ecclesiam in eo loco ubi Romanus pontifex receperat S. Leopardum cum grege anserum ad se accedentem et in ea depictas fuisse aves, benedictione sancti accepta avolantes, et praeterea ecclesiolam in loco ubi illae primo apparuere, refert scriptor Vitae infra edendae* (17). *Quas ecclesias et picturam suo tempore adhuc conspici (non tamen se vidisse) testatur Iohannes Baldi* (18). *Haec asserta si aliunde confirmata non essent, parvi utique pendenda viderentur. Sed prorsus certum est multis testimoniis Chronici Farfensis, quorum tria ad saeculum decimum, tria ad saeculum undecimum et ultimum ad annum 1118 pertinent* (19), *in territorio Reatino exstitisse iam ante medium saeculum X et deinceps ecclesiam Sancti Leopardi inter possessiones Farfensis monasterii* (20).

in castro Phalleroni,

43. *Ecclesiam* Sancti Leopardi in Castro Phalleroni *recenset Alexander III in bulla qua anno 1180 confirmavit possessiones monasterii Sancti Petri* F *Veteris* (21) *in dioecesi Firmana.*

in castro Pirae

44. *In Castro Pirae* (22), *quod oppidum est in dioecesi Camerinensi, celebris fuisse traditur ecclesia Sancti Leopardi, a qua pars oppidi nomen accepit, ut patet ex quodam capite statuti innovati anno 1380, in quo legitur libri VI* Rub. 42. Quod de Castro Pire fiant quatuor quarteria. Statuimus et ordinamus quod quarterium S. Urbani et S. Leopardi ex nunc auctoritate huius statuti sint et esse debeant et habeantur pro uno quarterio

(1) Infra, p. 377-79. — (2) Op. c., p. 35-41. De codice et auctore cf. ibid., p. 22-25. — (3) Op. c., t. I, p. 67-69. Omissum tamen hic est breve compendium Vitae S. Leopardi, quod loco prooemii praemissum est inventionis descriptioni. — (4) Vid. infra, p. 379-80. — (5) COMPAGNONI, op. c., t. I, p. 143-45. — (6) Ita suo tempore adhuc nuncupari cryptam subterraneam ecclesiae cathedralis Auximanae testatus est Pannellius. — (7) PANNELLI, op. c., p. 91; COMPAGNONI, t. c., p. 144. — (8) Op. c., p. 83-90. — (9) Op. c., t. V, p. 248-254. — (10) Infra, p. 380-83. — (11) Cf. supra, num. 25. — (12) Haec et quae sequuntur de hodierna observantia erga S. Leopardum docuit nos ven. vir Antonius Dennesi canonicus, a secretis capitulo ecclesiae cathedralis Auximanae, litteris datis die 28 ianuarii 1897. — (13) Cf. supra, num. 12. — (14) Profitebatur id et Compagnonus in memoriali quod Benedicto XIV obtulit ad impetrandum ut S. Leopardus denuo titulo patroni tutelaris ecclesiae cathedralis Auximanae S. Theclae adiungeretur, dissimulans tamen antiquas lectiones eius iussu neglegi coepisse (cf. supra, p. 365, annot. 16. Cf. etiam infra, adnot. ad Vit. c. 12). — (15) Op. c., p. 78-82. — (16) COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. I, p. 8-10, annot. — (17) Vit. c. 8. — (18) Op. c., p 120. — (19) *Il Chronicon Farfense di Gregorio di Catino*, ed. Hugo BALZANI (Romae, 1903, inter FONTI PER LA STORIA D'ITALIA pubblicate dall'Istituto italiano), t. I, p, 315, l. 24-26; p. 319, l. 36; p. 339, l. 9; t. II, p. 123, l. 6; p. 169, l. 13-16; p. 176, l. 8; p. 281, l. 13. — (20) Cf. supra, pag. 364, annot. 2. — (21) COMPAGNONI-VECCHIETTI, t. I, p. 9. — (22) Apiro.

tantum,

A tantum, et vocetur et nominetur quarterium S. Leopardi (1).

et in territorio Cerritensi.

45. *In eadem dioecesi Camerinensi alia dicebatur ecclesia antiquitus consecrata in territorio Cerretensi sub titulo Sancti Leopardi* (2), *cui anno 1681 cardinalis Bichi Auximanus episcopus concessit particulam reliquiarum S. Leopardi, quae inclusa est in hierotheca in formam brachii conformata et terminata manu lignea deaurata, certis diebus in illa ecclesia plebis venerationi exponendam; quod testatus est die 29 octobris praedicti anni Iosephus Hilarius eo tempore episcopi Auximani cancellarius* (3).

Eiusdem memoria signata in kalendariis Septempedano, Eugubino, Firmano, Avellitano et Melphitano.

46. *Praeter haec, nota sunt alia quattuor oppida et monasterium, in quibus saeculo XIV et saeculo XV singulari honore colebatur S. Leopardus. Edita nempe sunt quinque kalendaria, quorum duo pertinent ad civitatem Sancti Severini seu Septempedanam, alterum confectum anno circiter 1400, alterum vero inter annos 1447 et 1457; tertium, ad usum ecclesiae Eugubinae, extremo saeculo XIV concinnatum; quartum, quod legitur in capite antiqui missalis in archivo ecclesiae cathedralis Firmanae, quod* scribi fecit ad usum suum reverendus Iohannes de Firmonibus de Firmo ... episcopus et princeps Firmanus (*an. 1412-1421*); *quintum denique, monasterii Sanctae Crucis Fontis Avellani etiam ascribitur anno circiter 1400. Iam vero in omnibus his documentis signata est ad VII idus seu diem 7 novembris festivitas* S. Leopardi, *adiecto titulo, in quattuor quidem prioribus,* episcopi et confessoris, *in quinto autem* confessoris (4). *Quibus addendum est kalendarium quod praefixum est cuidam breviario Melphitano post medium saeculum XV exarato, in quo ad diem VII id. novembres signata legitur memoria* S. Leopardi epi. et mart. (5).

Hactenus de vita et cultu Leopardi. Iam accedimus ad edenda antiqua documenta.

(1) PANNELLI, op. c., p. 81. — (2) De qua in codice quodam ms. qui saeculo XVIII servabatur in domo nobilis viri B Philippi de Aqua : *A dì 22 settembre 1681 io, Flaminio Guarnieri* (is canonicus erat capituli cathedralis Auximanae), *mandai diverse notizie al signor don Bernardo Lorvega, curato di S. Maria della Porta di Cerreto di Fabriano, del nostro glorioso S. Leopardo, primo vescovo nella nostra città di Osimo, perchè in quella cura vi è una chiesa eretta anticamente del 1300 in circa ad onore del nostro S. Leopardo, nel cui quadro di pittura vi si legge :* S. LEOPARDUS EPISCOPUS AUXIMANUS (COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. I, p. 8-9). — (3) COMPAGNONI-VECCHIETTI, ibid., p. 8. — (4) Ibid., p. 9-10. — (5) Apud I.-M. GIOVENE, *Kalendaria vetera mss. ecclesiarum Apuliae et Iapygiae* (Neapoli. 1828), p. XLII ; cf. ibid., p. XII-XIII. E

I. VITA S. LEOPARDI

Ex cod. Brux. 8935 (1) *et editione Dominici Pannellii* (2). *Cf. Comm. praev., num. 9, 10.*

Vita S. Leopardi episcopi Auximani et confessoris ex Ms. codice eiusdem ecclesiae, estque per lectiones distincta, ut in eius festivitate legi solet[1].

Prologus.

1[1]. Ego quidem[2] propter defectum scientiae ac vim regnantium vitiorum, cum nulla virtus[3] in me vigeat[4], non sum dignus tanto operi ponere nomen meum. Sed illi qui[5] dixit: *Aperi os tuum, et ego adimplebo illud,* ipsi cum tremore, eo quod non sum dignus ab eo gratiam impetrare, totaliter me committo, ut sua piissima misericordia C mihi concedat indignissimo peccatori, ut de tanto praesule patre nostro Leopardo, de his quae audivi ab antiquis in antiquissimisque libris perlegi (1), quae sunt veridica et dicenda[6] dicam, quae autem non vel veritatem in aliquo offuscarent[7], non lingua carnis dicere vel manu scribere valeam ullo modo.

Ps. 80, 11.

Auximanae civitatis descriptio et laus.

2. Erat quaedam nobilissima civitas in medullio (2) Marchiae, quae monarchiam totius regionis tenere videbatur, scilicet Auximana (3), in qua propter fertilitatem et pulchritudinem eius Adrianus imperator (4) et multi alii resederunt[1], et multi nobiles Romani, sicut de Roma, ita et de Auximo cives erant (5). Quae[2] est in sublimi posita monte (6), nec est a montibus circumdata. Undique cingitur magnis ripis (7) et muris magnorum lapidum circumcirca (8); et[3] super muros eius sunt pulcherrima atria, quae columnis marmoreis sustentantur; super atria vero sunt homines sculpti ex[4] lapidibus, in tam magna F multitudine ut semper[5] militibus munita[6] ab inforis[7] (9) probaretur. Intrinsecus autem sunt turres, palatia et moenia infinita. Amplissima eam duo balnea confinabant (10), quae aquis per conductos (11) plumbeos et antra (12) artificiosissima[8] replebantur. Habebat insuper quandam

Tit. — [1] In festivitate sancti Leopardi episcopi et confessoris 2.

1. — [1] Lectio prima 2. — [2] qui 1. — [3] (c. n. v.) nec v. aliqua 1. — [4] viget 1. — [5] (i. q.) ille (*ita corr., prius* illi?) qui 1; quia ille 2. — [6] (et d.) dicendo 2. — [7] offuscaret 1.

2. — [1] residerunt 2. — [2] Ea 2. — [3] *om.* 2. — [4] *om.* 1. — [5] urbs ipsa *add.* 2. — [6] (m. m.) munita hominum 1. — [7] in foris 2. — [8] artificiosissime 1.

(1) Haec non falso dicta a scriptore nostro credere licet, modo addatur ea quae in antiquissimis libris legit, ab ipso accommodata esse S. Leopardo episcopo Auximano, cum nequaquam de eo scripta essent, vel, ut descriptionem civitatis Auximanae (cc. 2,3), non proprie ad S. Leopardum spectare. — (2) Id est meditullio seu umbilico regionis. — (3) Auximum urbs iam celebrata legitur ut *civitas magna* apud Plutarchum (in Vita Pompeii, c. 6), et *ut urbium Piceni princeps, quam Romani metropolim nationis vocare solent* apud Procopium (*De bello Gothico,* l. II, cc. 11, 23). — (4) Unam inscriptionem Auximanam reperio in qua legitur Hadriani imperatoris nomen (*CIL.*, t. IX, n. 5883), nullum autem praeterea iudicium quo censeri possit imperator is Auximi commoratus esse. — (5) Auximum scilicet colonia erat civium Romanorum (VELL. PATERC., *Hist.* l. I, c. 15; TH. MOMMSEN, *CIL.*, t. IX, p. 589). — (6) Cf. PROCOP., *De bello Goth.*, l. II, c. 23: *Excelso in colle sita, nullum habet* (civitas Auximana) *in plano aditum ; quo fit ut ab hostibus omnino sit inaccessa.* — (7) Id est rupibus seu collibus petrosis? Cf. DU CANGE, v. *ripa* 1. — (8) Quae hic describuntur antiqua ornamenta civitatis Auximanae colligere potuit scriptor noster aspectu ruderum quae paulo ante revelata fuerant. Cf. Comm. praev., num. 11. — (9) Id est *extra?* Urbs scilicet, prae statuarum multitudine quae in muris positae erant, multis militibus munita apparebat iis qui procul eam conspiciebant. — (10) Id est confines, contermini erant. Cf. DU CANGE, ad h. v. — (11) Id est canales, tubos. Cf. DU CANGE, v. *conductus* 4. — (12) Id est piscinas, aquarum receptacula, gallice *châteaux d'eau?* aut forte legendum *antlia ?*

 pulcherrimam

VITA. pulcherrimam ianuam ab australi, quam auream nominabant, eo quod artifices ante eam auri monetam[9] sedulo fabricabant (1), sicut in Lucano legitur (2):

Auximon urbs prava, nunc depravaris ab hoste
Et prostrata taces[10] verba dolosa tua.
Dic mihi, nunc, quaeso, ubi est iactantia tanta,
Qua praesumebas facere tanta prava?
Fores ante tuas auri cudebas monetam,
Respice cuditum cuius te domat imago.

Platea vero quae iuxta capitolium (3) permanebat, caelo rameo (4) tegebatur. De templis et idolis taceo, quae ex auro et[11] argento et ex politis lapidibus erant sculpta. Civitas[12] tanta excellentia fulciebatur[13] quod de ea scriptum est: *Pentapolitanorum[14] pulchrior Italianorum[15].* Pentapolis dicitur a pente, quod est quinque, et polis, quod est civitas, eo quod erat domina quinque civitatum (5). Quam sit fertilis, bene sentiunt Auximates, qui in quattuor solariis (6) fructificant terras suas. In primo siquidem colligunt[16] oleum; in secundo, vinum[17]; in tertio, ficus optimas; in quarto et ultimo, frumentum infinitum. B

In ea passi traduntur S. Sisinnius et socii eius martyres.

3. Quidam autem Romani, huius urbis[1] famam nimiam[2] audientes, venere in eam verbum Domini praedicare[3], habitantes in praedio cuiusdam nobilissimi Romani (7), qui eos Romae ex[4] vinculis liberavit. In quo[5] loco pacis tempore[6] in eorum nomine exstitit ecclesia[7] fabricata, quia videlicet[8] sancti Diocletianus[9], Sisinnius[10], Florentius atque Maximus fugientes[11] cum audivere tumultum saevientis populi[12], fuerunt unanimiter
Ps. 67, 36. trucidati. De istis siquidem scriptum est: *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Ostenderat Deus mirabilia[13] ibi propter eos. Pervenit insuper usque ad apicem summi pontificis miraculorum fama quae pro eis Dominus ostendebat[14]. Quia[15] legitur: *Nube pari[16]*, ideo creditur tam nobili civitati tamquam sponsae tam nobilissimum sponsum patronumque, egregium scilicet Leopardum, a Deo penitus fuisse[17] reservatum. D

S. Leopardus, Germanus ortu,

4[1]. Leopardus Theutonicus (8) fuit oriundus[2], coaetaneus beati Martini (9). Et sicut beatus Nicolaus fuit electus ab incunabulis, ut semel in die videlicet quarta et sexta feria bibere<t> mammas, ita et isti[3] Dei gratia supervenit, sicut de ipso canitur in antiphona nocturnali: *Antequam sanctus Leopardus te scire posset[4] per aetatem corporis, praevenisti eum, Deus[5], in benedictionibus dulcedinis, ut per te alacri consummato sacerdotio, laetificares eum in gaudio cum vultu tuo.* Et sicut David rex in pueritia fuit unctus, ita et iste a Deo in puerili aetate fuit episcopus ordinatus. Qui a primaevo aetatis suae ieiuniis et[6] orationibus ac piis operibus insistebat, similiter ecclesias multipliciter frequentabat, supra modum ab omni vitio fuit liber; quem iure possumus nominare beatum, sicut scriptum est: *Beatus vir qui* Thren. 3, 27.
portavit iugum ab adolescentia sua; qui non ut puer, sed senex moribus appareret et non ut filius viri nobilissimi ac praeclari, sed ut presbyter (10) incedebat. Evangelii siquidem non surdus auditor, parentes[7], bona omnia ac patriam derelinquendo, semper in se ipso palmam martyrii flagitabat. E

ab Innocentio I R. P. presbyteris romanis aggregatus, et dein episcopus Auximanus renuntiatus,

5. Postquam ad annos discretionis pervenit, magnus fuit statura, sed maximus sanctitate. Tandem adiit Romam apostolorum Petri et Pauli limina visitare (11). Qui a papa totaque curia propter famam eius honorifice est susceptus. De cuius allegorice nomine breviter aliquid dicere studeamus. Cuius[1] nomen compositum est ex[2] nominibus leonis et pardi; et ipse imitatus est

[9] monetas 2. — [10] iaces 1 *corr.*, iacis 2. — [11] *om.* 2. — [12] *om.* 1. — [13] fulciebantur 1. — [14] Pentapolianorum 1, Pentapolianarum 2. — [15] *om.* 2. — [16] *om.* 1. — [17] in neutro genere *add.* 1.

3. — [1] (h. u.) *om.* 1. — [2] *om.* 2. — [3] (v. D. p.) ad v. D. praedicandum 2. — [4] (R. ex) de Roma 1. — [5] (In quo) Eo in 2. — [6] (p. t.) paucissimo temporis spatio 2. — [7] (in eorum - eccl.) exst. eccl. in eorum n. 2. — [8] (q. v.) qui verum 1. — [9] *ita* 1, 2, *leg.* Diocletius. — [10] Siscignus 1. — [11] eo fugerunt 2. — [12] a quo tandem *add.* 2. — [13] innumera *add.* 2. — [14] (q. p. e. D. o.) quibus eorum precibus D. urbem Auximanam condecoravit 2. — [15] vero *add.* 2. — [16] ut *add.* 1. — [17] *om.* 2.

4. — [1] Lectio secunda 2. — [2] origine 2. — [3] in isto 2. — [4] possem 1. — [5] (e. D.) cum Dei 1. — [6] *om.* 2. — [7] parentis 1.

5. — [1] *om.* 2. — [2] (est ex) et 1.

C

(1) Unde huiusmodi traditio orta sit non assequor. Fortasse in explorandis urbis ruinis (cf. Comm. praev., num. 11), inventa sunt hoc loco quaedam aurea numismata vel nummi. — (2) Nulli huius generis versus leguntur apud Lucanum. — (3) Capitolii nomine in municipiis designantur aedes in quibus congregabantur civitatis aediles, servabantur documenta publica, ius dicebatur, etc. — (4) Id est cupreo seu aereo (italice *di rame*). Viderit scilicet scriptor vestigium porticus vel absidis cuius fornix huiusmodi metallo coopertus erat. — (5) Praeter Pentapolim Cyrenaicam seu Libycam et alias quasdam in Oriente, nota est inde a saeculo VII Pentapolis Italica in Piceno, cuius nomen frequenter occurrit in Libro pontificali (ed. L. DUCHESNE; vid. indicem, tom. II, p. 626). Sed cum nusquam in veteribus documentis definiti sint huius Pentapoleos limites neque indicatae quinque civitates insignes unde regionis illud vocabulum ortum est, diversi scriptores recentiores diversas pro suo quisque studio indicarunt. Sic Hieronymus de Rubeis (*Historiarum Ravennatum* lib. IV extr.; apud GRAEVIUM-BURMANNUM, *Thes. antiquit. et hist. Ital.*, t. VII, part. I, p. 212 extr.): " Quam regionem graeca voce " Pentapolim appellant, ea Ravennam, Caesenam, Clas- " sem, Forum Livii et Pompilii continebat earumque civi- " tatum agros. Atque haec Pentapolis altera erat Exar- " chatus pars; alteram Aemiliam vocant. " Alii quinque civitates, unde Pentapolis regio suum nomen traxit, fuisse aiunt Ariminum, Pisaurum, Fanum, Auximum et Anconam (*Act. SS.*, Iul. t. III, p. 296 D; Oct. t. VI, p. 470 B); alii Anconam, Senogalliam, Ariminum, Pisaurum et Fanum (A. AMATI, *Dizionario corografico dell' Italia*, t. V, p. 1073); alii Anconam, Senogalliam, Urbinum, Auximum et Humanum (ibid.; cf. VECCHIETTI, op. c., t. I, p. 173). Perperam autem pro sua civitate ut invictum argumentum attulerunt Auximates subscriptionem quae apposita legitur actis synodi Romanae anno 680 coactae, his verbis conceptam: *Ioannes episcopus sanctae ecclesiae Auximatis provinciae Pentapolis in hanc suggestionem...* (MANSI, *Conc.*, t. XI, p. 311); nam ex hac subscriptione dumtaxat colligitur Auximum oppidum situm fuisse in regione Pentapolitana, non vero fuisse unam e quinque civitatibus unde ea regio suam nuncupationem nacta sit. — (6) Id est *in quattuor temporibus anni?* Aliam quippe locus pati non videtur significationem; quam tamen neque apud Cangium neque in alio quopiam lexico indicatam reperio. — (7) Haec manifeste desumpta sunt ex Actis S. Antimi ad diem 11 maii (*Act. SS.*, Maii t. II, p. 616), n. 5. — (8) Cur scriptor Leopardum e Germania oriundum finxerit, ratio esse potuit quod nomen illius aliquid barbari sonare ipsi videretur. — (9) Cf. supra, Comm. praev., num. 13. — (10) Hac voce aliquando significari hominem humilis condicionis et tali sensu hoc loco eam adhibitam esse ait Pannelli. At certe sensus iste neque indicatur apud Cangium neque eruitur ex verbis Gaufredi Vosiensis de Iohanne presbytero apud Cangium allatis. Potius crediderim hic laudari Leopardum quod exteriori habitu non fastum et superbiam iuvenis nobilissimo loco nati, sed modestiam quae decet clericum aut monachum prae se ferebat. — (11) Cf. supra, Comm. praev., num. 14.

F

utriusque

A utriusque naturam. Quia natura pardi est semper in tribus saltibus[3] capere praedam suam. Qui eandem naturam est totaliter imitatus, eo quod[4] sanctus Innocentius Albanensis, qui tunc Petri cathedram gubernabat, primo commisit eidem Sanctorum Gervasii et Protasii in Urbe ecclesiam constituendam[5] de facultatibus cuiusdam nobilissimae donnae Vescinae, sicut de ipsius donnae[6] processerat voluntate. Secundo commisit eidem[7] Sanctae Agnetis iuxta Urbem ecclesiam gubernandam, sicut V° kalendas augusti in festo sanctorum Nazarii et Celsi, Victoris et Innocentii legitur et habetur apud[8] Platinam in Vita domni Innocentii pontificis (1). Tertio dictus sanctus Innocentius, tamquam expertus de ipsius prudentia, legalitate (2) ac plenissima sanctitate, sicut[9] beatus Petrus[10] misit Marcum Aquileiam et Apollinarem Ravennam, et alii summi pontifices per universum orbem quam plurimos destinarant, ita iste Innocentius, vere innocens, discipulum suum innocentem ad gentem Auximanam, idolorum culturis deditam (3), transmisit perspicuum Leopardum, ut tam perfidam[11] infidelem gentem ab aeterna morte, si posset, et ad B Iesu Christi gratiam traheret suo opere et exemplo[12]. Qui perfectionem sui magistri ac domini habere desiderans, ipsum innocentem est opere et nomine imitatus. Sicut in evangelio ait Christus: *Omnis*[13] *quippe perfectus est, si sit sicut magister eius;* ait etiam ipse Christus: *Non potest arbor bona malos fructus*[14] *facere.* Ideo iste sanctus Leopardus, tamquam doctus a bono magistro, in isto[15] tertio saltu ita ad se viriliter praedam traxit quod nullus Auximanorum remansit[16] praeda humani generis inimici.

Luc. 6, 40.
Matth. 7, 18.

Auximates ad veram fidem convertit.

6[1]. Talis est autem leonis natura cui[2] semper[3] mortui filii oriuntur[4]; qui accedit ad eos et tam diu mugitat super eos donec in eis spiraculum mittit vitae. Quam doctus[5] sanctus Leopardus est per omnia imitatus. Qui[6] suscepto pastorali officio, ut est dictum, ad dictam gentem in anima[7] mortuam properat sine mora[8], non timens mortem, non minas saevientis populi, non vincula neque ferrum, credens palmam martyrii invenire[7]; super[9] filios spirituales mugitavit, scilicet praedicationibus, miraculis et exemplis, ut[10] ne quis in anima mortuus remaneret. Hic est enim speculator Auximanae plebis insignis atque magnificus, qui divinae providentiae[11] nutu ad eiusdem civitatis tutelam, ut superius, factus est praesul praefatus[12]. Erat autem praefata civitas, sicut superius dictum est, tota ferme adhuc gentilitatis erroribus dedita et idolorum squaloribus inquinata. Quam eximius idem confessor Domini christianae fidei[13] religionem docuit et sacri baptismatis unda perfudit. Tantus enim praedicationis eius[14] vigor praevaluit ut ne quis idolorum cultor in eadem civitate penitus remaneret (4). Nam per Christi gratiam caecos illuminabat, daemones ex obsessis corporibus pellebat, auditum surdis, mutis praebebat eloquium, alia quoque plurimarum virtutum insignia[15] praecipua crebrius[16] et multipliciter exhibebat.

Daemonem sub specie monachi latitantem prodit et fugat.
Marc. 9, 28.

7. Inter multimoda autem prodigiorum et virtutum eius insignia, haec nimirum exhibuisse perhibetur praecipua[1]. Quia legerat in Evangelio esse genus daemoniorum quod non eicitur nisi[2] oratione et ieiunio, corpus suum ieiuniis et orationibus totaliter macerabat, ut de obsessis corporibus etiam expelleret illud genus. Contigit autem (5) ut in monasterio[3] Casae Novae intraret[4] malignus spiritus in habitu monachi[5]; qui ita erat serviens et oboediens[6] omnibus ut ab omnibus amaretur. Beatissimus vero Leopardus, qui, ut propheta, futura praesciebat, sensit periculum quod dicto monasterio imminebat. De suo labore non curans, ad locum properat sine mora; qui ab abbate et monachis propter sanctitatem eius cum maximo honore et cordis devotione exstitit hospitatus. Sanctus autem dixit abbati: " Iube omnes monachos ad capitulum conve„ nire[7]. „ Congregatis vero fratribus, dixit ad eos: " Non estis omnes. „ Qui responderunt: " Vere, pater, nisi unus[8], qui in[9] refectorio „ praeparat et est valde necessarius in coquina. „ Et sanctus etiam ad eos[10]: " Illum sine mora „ adducite. „ Cumque[11] duceretur et videret beatissimum Leopardum, coepit trucissime gemere et titubare. Sanctus vero dixit[12]: " In virtute[13]

[3] saltis 1. — [4] (eo quod) eoque 1. — [5] construendam 2. —
C [6] dominae 2. — [7] tibi 1. — [8] (apud-pontificis) *om.* 2. — [9] sic 1. — [10] (b. P.) P. b. 1. — [11] et *add.* 2. — [12] (t. s. o. et ex.) s. o. et ex. t. 2. — [13] (Omnis-Christus) *om.* 1. — [14] *om.* 1. — [15] hoc 2. — [16] remanserit 2.

6. — [1] Lectio tertia 2. — [2] ut sibi 2. — [3] tamquam *add.* 2. — [4] oriantur 2. — [5] (Q. d.) ipsum leonem 2. — [6] quia 2. — [7] (in a.) ut ad animam 2. — [8] *quae sequuntur duae incisae sententiae, inverso ordine leguntur in* 2: credens p. m. invenire, non timens ... ferrum. — [9] tamdiu super 2. — [10] *om.* 2. — [11] prudentiae 2. — [12] *om.* 2. — [13] *om.* 1. — F [14] *om.* 1. — [15] signa 2. — [16] crebius 1.

7. — [1] *om.* 2. — [2] in *add.* 2. — [3] monasterium 2. — [4] intraverit 2. — [5] monachali 2. — [6] (s. et o.) o. et s. 2. — [7] conveniri 1. — [8] (n. u.) solus u. abest 2. — [9] *om.* 1. — [10] (etiam ad eos) ad eos: Etiam 2. — [11] is *add.* 2. — [12] ad eum *add.* 2. — [13] veritate 1.

(1) In lectionibus de sanctis qui coluntur die 28 iulii mentio utique fit S. Innocentii papae, sed nequaquam de S. Leopardo, et apud Platinam legitur quidem administratio ecclesiae Sanctae Agnetis commissa fuisse Leopardo et Paulino presbyteris, sed nullatenus Leopardus ille postea Auximanam ecclesiam rexisse. — (2) Id est probitate, bonitate. Vid. Du Cange, v. *legalitas* 2. — (3) Vehementer huic asserto repugnant scriptores Auximani (Dom. Pannelli, op. c., Dissert. praelim., p. vij-xvj; Compagnoni-Vecchietti, t. I, p. L sqq. Add. Zaccaria, *Auxim. epp.*, p. 11-15). Sed quaecumque congerunt ad demonstrandum christianam fidem Auximi iam floruisse primis saeculis aevi nostri, reducuntur ad generale illud argumentum quod expressit Thomas Mamachi (*Originum et antiquitatum christianarum*, l. ii, p. 245, annot. extr.) his verbis: " Id erat Petro „ eiusque successoribus curae ut coetus christianorum „ ubique in Italia constituerentur. Itaque Innocentius I „ pontifex maximus Epist. 25 ad Decentium Eugubinum: " " Manifestum est, inquit, in omnem Italiam nullum „ „ instituisse ecclesias nisi eos quos venerabilis apostolus „ „ Petrus aut eius successores constituerint sacerdo„ „ tes... „ Distulisse autem eos ad tertium quartumve „ saeculum ut in Italia religioni latissime propagandae „ operam darent, cum in remotissimis regionibus adeo „ propagata secundo saeculo esset, ut ne vicus quidem „ esset in quo Christus minime coleretur, numquam cre„ dam. „ Et quod singulatim ad Auximatem regionem spectat, afferunt Acta S. Antimi, in quibus narratur christianos ibidem versatos esse tempore persecutionum. Sed, etiamsi haec Acta prorsus sincera esse putentur, quod certo tempore christiani in quadam regione martyrium subierunt, inde non sequitur eodem tempore regionem illam fidem Christi recepisse. — (4) Decem vel undecim ecclesias a Leopardo Auximi aedificatas esse ait Baldi (op. c., p. 111-13), sed nullo allato huius rei vetere teste. — (5) Huiusmodi narratiunculas de daemone sub specie humana vel angelica se occultante legere potuit scriptor in Vitis sanctorum non paucis. Meminisse satis erit Vitas S. Gilduini (*Act. SS.*, Ian. t. II, p. 792, n. 8-11), S. Godrici (*Act. SS.*, Maii t. V, p. 73, nn. 14, 15), S. Paterniani (*Act. SS.*, Iul. t. III, p. 298, nn. 6, 9) et S. Blevigneti paulo inferius ad hunc ipsum diem 7 novembris edendam.

„ Iesu

VITA

„ Iesu Christi praecipio tibi, daemon, ut dicas „ istis quis es, et quid fecisti eis, et quid facere „ intendebas. „ Daemon vero [14] ait: " Ego sum „, inquit [15], " humano generi inimicus. Terras, „ vineas, arbores, cum [16] grandine aut cum [17] afa „ et brucis et erucis [18] prohibui fructificare a „ tempore quo inter ipsos veni, credens tam [19] „ eos attenuare victualiter [20] ut omnes vagabundi „ irent circum circa et ne in [21] isto loco me [22] et „ fratres meos non incenderent orationes eorum. „ Et sanctus ad eum: " Praecipio tibi ut nemini „ noceas, et ad deserta loca ire festina [23]. „ Qui cum clamore et foetore exivit, sicut praeceptum ei fuerat per beatissimum Leopardum.

Romanum pontificem adit anserum silvestrium grege prodigiose comitante.

8 [1]. Quadam autem vice [2] volens Papiam visitare, sicut tenebatur de iure, cum pervenit in planitiem civitatis Arieti (1), ubi curia residebat, vidit [3] episcopos cum multitudine militum copiosa, non minima secum encenia [4] deferentes. Tunc incepit in se habere aliquid verecundum [5], eo quod non ibat cum comitiva nec enceniola [4] aliqua summo pontifici deferebat. Tunc in se reversus, sicut [6] Abraham ait: *Dominus* [7] *providebit.* Subito autem stetit acies silvestrium anserum ante eum et, si ambulabat sanctus [8], ambulabant [9] anseres, et si stabat sanctus [10], pariter et anseres stabant. Tunc intellexit vir Dei qualiter pro comitiva et encenio [4] provisae [11] a Domino erant [12] sibi. Suum iter persecutus est et [13] civitatem ingressus [14], a civibus aspicitur, et [15] mirantur qualiter [16] anseres silvestres contra naturam et usum in civitatem hominem sequerentur. Inceperunt eum etiam ipsi sequi, ut viderent quo fine illud miraculum clauderetur. Intrat in palatium papae sanctus, anseres similiter intravere; cives et advenae eum pariter sequebantur, ita quod nullus episcoporum ad papam intraret cum tam magna comitiva. Propter sanctitatem eius fuit sibi obvius papa et ait: " Quid est hoc, episcope „ Auximane? „ — " Ut de ipsis recreemini [17], „ pater sancte. „ Vidit papa quod quicquid de eo audierat, opere [18] compleretur. Ait ei: " Benedic, „ sancte episcope, aves ipsas, ut ad loca sua „ revertantur. „ Cumque benediceret eas, sicut a summo pontifice habuerat in mandatis, tam alte elevatae sunt ut humanis oculis minime viderentur. Tunc in dicta civitate nomini eius C ecclesia exstitit fabricata, et ibi depictae fuerunt aves ad memoriam futurorum (2). Ubi vero ei [19] anseres apparuere, etiam nominis sui ecclesiuncula est fabricata. D

Gen. 22, 8.

Malevolus sancti irrisor divinitus punitus.

9. Sanctus Martinus Turonensium [1] praesul perrexit Auximum (3), visurus beatissimum Leopardum. Quem laetus suscipiens [2] iussit [3] affluenter de optimis dapibus [4] praeparari. Ipsis refectis, familiares, more solito, residua pauperibus erogavere [5]; cuidam pauperi aemulo et iniquo de residuis carnibus ultra modum solitum destinavere. Qui cum carnibus in manibus ivit ad quosdam alios aemulos, dixitque eis: " Iste hypocrita „ episcopus nobis praedicat abstinentiam, et ipse „ conducit [6] tantas carnes quod familiares eius „ eas proiciunt et non valent comedere ullo „ modo. „ Quod dicebat [7] ore voluit operibus comprobare, et ait eis: " Videte quantas [8] mihi „ dedere et multis aliis in maiori et longissima [9] „ quantitate. „ Viderunt [10] aemuli carnes; ita erant cum [11] manibus pauperis unitae [12] quod [13] non duae, sed una caro penitus appareret. Ad quod miraculum stupefacti, plorantes [14] clamabant misericordiam de [15] commissis. Interea sanctus Martinus iverat in viam suam, beatus vero Leopardus perrexerat unanimiter [16] ad E honorandum [17]. Qui cum invenissent [18] lacrimantes exaltatis [19] vocibus acclamantes [20] in tantum quod [21] ad eos convenerunt [22] omnes cives. Sancti vero, seditionem timentes, amplius non processere, sed in contrada Montisflorentini stetere. Venientes ad eos cives [23] et aemulus plorans suum maluit confiteri reatum. Sancti autem in oratione prostrati, eum ab illo monstruoso improperio liberarunt. In loco ubi pauper fuit restitutus ad pristinum statum [24], post migrationem sancti Martini cives Auximani in ipsius nomine ecclesiam construxere.

In ecstasi positus Auximi, apud Turones funeri S. Martini interest.

10 [1]. Denique dum [2] die dominico coram populo Auximano [3] missarum sollemnia [4] celebraret in ecclesia Beatae Eustochiae, quae in vocabulum Sanctae Luciae exstitit [5] translata, mox ut ad dominicam orationem secundum missae ritum ventum est [6], subito mirum in modum ecstasi [6] quasi gravi sopore paululum [7] sopitus obmutuit et per unius horae spatium conquievit. Tunc in se reversus, dominicae orationis verba resumens, ex more complevit et sacrosancti corporis et sanguinis Iesu Christi sacramenta percepit. Cumque sacerdotibus et populo praebere, ut moris est, F communionis sacrae [8] mysteria decrevisset [9], una-

[14] (D. v.) At d. 2. — [15] *om.* 2. — [16] *om.* 2. — [17] (a. c.) et 2. — [18] rucis 1. — [19] adeo 2. — [20] *om.* 2. — [21] (et ne) eni (?) 1. — [22] *om.* 1. — [23] festines 2.

8. — [1] Lectio quarta 2. — [2] is *add.* 2. — [3] alios *add.* 2. — [4] ensenia (*et paulo infra* enseniola) 1, 2. — [5] verecundiae 2. — [6] ut 2. — [7] Deus 2. — [8] (a. s.) s. a. 2. — [9] et *add.* 2. — [10] *om.* 2. — [11] provisum 2. — [12] erat 2. — [13] (p. e. et) persequens 2. — [14] ingreditur 2. — [15] omnes *add.* 2. — [16] quare 2. — [17] recreamini *prius* 1, 2. — [18] opera 2. — [19] *om.* 2.

9. — [1] Turunciorum 1. — [2] (Q. l. s.) a quo laeto admodum susceptus est 2. — [3] is *add.* 2. — [4] (de o. de) optimas dapes 2. — [5] erogare 1. — [6] nobis *add.* 1. — [7] docebat 1. — [8] carnes *add.* 2. — [9] (et l.) *om.* 2. — [10] videntes *corr.* 1. — [11] (c. ita e. c.) ita esse carnes (cum *om.*) 2. — [12] unitas 2. — [13] ut 2. — [14] *om.* 2. — [15] *om.* 1. — [16] simul 2. — [17] proficiscentem hospitem *add.* 2. — [18] pauperes *add.* 2. — [19] et elatis 2. — [20] acclamabant 1. — [21] ut 2. — [22] convenerint 2. — [23] (V. ad e. c.) *om.* 2. — [24] (ad p. s.) *om.* 1.

10. — [1] Lectio quinta 2. — [2] cum 2. — [3] sanctus Leopardus *add.* 2. — [4] (m. s.) missam sollemnem 2. — [5] fuit 2. — [6] *sic* 1, 2. — [7] paulum 2. — [8] sacra 2. — [9] omnes *add.* 2.

(1) Scilicet Reate, italice *Rieti*. Pontifex Romanus in illa civitate aliquamdiu resedit in decursu saeculi XIII (cf. POTTHAST, *Reg. Rom. Pont.*, p. 1852-61. — (2) Hanc fabellam desumere potuit scriptor noster ex Vita S. Cerbonii episcopi Populonii, de quo simile aliquid narratur (UGHELLI, *Italia sacra*, t. III, p. 707; *Act. SS.*, Oct. t. V, p. 99, n. 16). Ecclesiam S. Leopardi Reate exstitisse iam inde saltem a medio saeculo X, ex testimoniis certis constat (cf. supra, Comm. praev., num. 42) et in ea depictum fuisse miraculum anserum a S. Leopardo ad summum pontificem adductorum asseruit Baldi (ibid.). Interrogatus autem de ea re Antonius Geminianus, Ord. Praed, a Dominico Leone, Ord. Servorum B. M. V., respondit litteris die 23 iulii 1757 datis, picturam illam calce coopertam fuisse ante annos circiter quinquaginta iussu parochi qui ecclesiae praeerat. De eadem ecclesia et pictura scribebat idem Dominicus Leoni die 31 ianuarii 1759: " Il P. abate di „ Farfa mi spedisce la stessa relazione che mi mandò il „ P. Geminiani Domenicano. Dice però il P. abate, che la „ chiesa di S. Leopardo vescovo Osimano è di piccola „ mole. Nella struttura è simile all' altre più antiche della „ città [di Rieti]. Essendo stata imbiancata, non più si vede „ il fatto dell' oche, il quale stava dipinto vicino all' altar „ maggiore, di che ci è un testimonio vivente „ (ap. COMPAGNONI-VECCHIETTI, op. c., t. I, p. 128-29, annot. 11). — (3) Cf. supra, Comm. praev., num. 13.

nimiter

Vita

A nimiter coepere pertinaci animositate firmare numquam se ab eius manibus eadem percipere [10] sacramenta, ni [11] eis propter quod paulisper ante altare obticuit indicaret [11]. Tunc benignus Christi pontifex vultu placido eis quod viderat in suo oromate ilico intimavit. Perhibuit enim beati Martini animam se vidisse cum ingentis gaudii pompa decussatim [12] (1) efferri ad caelestia regna. Hoc comperto [13], omnis fere clerus et populus diem horamque diligentissime notavere, fidosque nuntios urbem usque Turonicam citius direxere. Reversi vero qui missi fuerant de hinc legati, ita invenere veraciter beatum Martinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum sicut praesago Domini antistiti fuerat ostensum [14]; recognoscentes manipulum beatissimi Leopardi, quod [15] ibi [16] divina dispositione laxavit (2) suis manibus portavere (3).

Laus virtutum illius.

11. Ex hoc igitur tempore celebre eius nomen magis ac magis innotuit, et apud patricios et exteros venerationi est habitus praesul illustris. Coepere [1] ergo ad eum venire non solum de vicinis urbibus, sed etiam de procul positis catervatim B populi confluere atque ab eo monita sanctae institutionis cum omni aviditate et cordis devotione suscipere et suppliciter se eius sanctis orationibus commendare. Erat enim fide catholicus, caritate plenus, probitate praecipuus, virtutibus fulcitus, hospitalitate benevolus, dapsilitate (4) munificus, spiritualium quoque ciborum distributor egregius, praedicator doctus, pupillorum et viduarum [3] sustentator misericors, ovium [4] custos, infirmorum pius visitator et maerentium consolator. Erat enim eius conversatio et religiositas tam clero quam omni [5] populo imitabilis et devota. Praedicationis suae pio eloquio mirifice audientium corda doctrinae sanae subdebat [6] et ad Christi misericordiam protrahebat [7], se ipsum egregium praebens exemplum; nam quod docebat ore, opere exhibebat. Nemo quidem ipsius praedicationis verba despicere rite valebat, cum illum [8] iuste et pie vivere [9] cum miraculorum etiam exhibitione cernebat. Ex quibus videlicet miraculis pauca [10] praelibavimus; nam cunctas eius virtutes et actus laudabiles [11] nec sermo referre, quamvis disertus, nec tempus sufficere exiguum nec ingeniolum parvum valet [12]. Quocirca, his omissis, ad eius sanctissimum veniamus excessum.

Pie moritur et in ecclesia a se constructa sepelitur.

12 [1]. Igitur, iam senio defessus, sensit per spiritum suum obitum adfuturum (5). Accito clero ac populo firmiter asserit se iam Deum velle de laboribus suis quiescere et in gaudio sempiterno ponere. Corporis et sanguinis Christi perceptione se muniens, flentes fratres hortando consolabatur, eosdem erudiens quomodo [2] deberent contra antiquissimum hostem viriliter pugnare [3], ostendens eis omnes vias, modos et actus quos habet ad miseras animas captivandas; deinde virtutes omnes propter quas anima in E caelestibus sublimatur, de caritate maxime praedicando, asserens sine ea nullam posse animam ad felicia gaudia [4] pervenire. Sed quia Romae rexerat ecclesiam Sanctae Agnetis, sicut exstitit superius praelibatum, iuxta capitolium [5] Auximanae urbis in ipsius nomine et sanctorum Victoris et Theclae [6] ecclesiam (6) ordinarat, apud quam [7] se humari praecepit. Vocaturque locus ille Castrum vetus Coloniae, in quo imperatores et potestates saeculares monarchiam tenere videbantur; sed, sicut legitur, homo sanctificat locum; locus profanus sanctificatus exstitit corpore suo. Ibi ergo, in arca saxea, sicut ipse praeceperat, ad australem plagam sollemniter sepultus est [8]. Prae-

[10] recepturos 2. — [11] (ni eis-indicaret) nisi indicaret quae fuerit causa propter quam aliquanto tempore ante altare obticuerit 2. — [12] de causatim 1. — [13] (H. c.) Hac comperta 1. — [14] ostendit 1. — [15] quem 2. — [16] ubi 1.

11. — [1] coeperunt 2. — [2] basilitate 1, dasilitate 2. — [3] (p. et v.) v. et p. 2. — [4] omnium 1. — [5] *om.* 2. — [6] suddebat 1. — [7] pertrahebat 2. — [8] ille 1. — [9] *om.* 1. — [10] de multis cursim *add.* 2. — [11] eleoncis? 1. — [12] potest *supplevit corr.* 1, *prius om.*

12. — [1] Lectio sexta 2. — [2] (e. q.) verum quod 1. — [3] expugnare 1. — [4] regna 2. — [5] capitulum 1. — [6] Tledae 1. — [7] quem 1. — [8] (s. e.) e. s. 2.

(1) Id est decenter, reverenter. Vid. Du Cange, vv. *decusatim, decussatim.* — (2) Id est dimisit, reliquit, ex italico C *lasciare.* Vid. Du Cange, v. *laxare* 2. — (3) Huiusmodi prodigium legimus in Vita S. Severi Barcinonensis, ex Vita S. Severi Ravennatis excerptum (supra, p. 243, nn. 5, 6). Idem narratur de S. Ambrosio apud Gregorium Turonensem, *De miraculis S. Martini,* l. I, c. 4. — (4) Id est liberalitate. Vid. Du Cange, v. *dapsilis.* — (5) Et in hoc capitulo non pauca satis similia sunt iis quae leguntur de S. Severo Barcinonensi (cf. supra, p. 243-45, cc. 9, 10, 17).— (6) In hunc locum ita commentatur F.-A. Zaccaria (*Auximatium episcoporum series,* p. 32-33): " Atqui Leopardum numquam rexisse Romae ecclesiam S. Agnetis certum est, alius quum fuerit a Leopardo presbytero cuius liber pontificalis meminit. S. Victor praeterea multo serius Auximatibus innotuit. Theclae tamen dicatum a Leopardo templum non omnino forsan abhorret a vero. Licet enim prioribus Ecclesiae saeculis quae exstruebantur sacrae aedes, eas vix sanctorum honoribus dicatas credam, quarto tamen aerae christianae saeculo, quo Leopardus floruit, plura invenimus sanctorum nomini inscriptas ecclesias. Epiphanius h. 69 ecclesiam commemorat *Dionysii* appellatam; Ambrosius l. 8, ep. 60, *basilicam* indicat *quam condidit* (S. Bassianus Laudensis) *Apostolorum nomine;* Apostolorum basilicam excitavit Constantinus, Eusebio teste lib. IV. Quanta autem sanctae virginis celebritas in Occidenti fuerit, norunt eruditi omnes et comprobarunt cardinalis Baronius ac Dominicus Georgius, in notis ille ad Romanum, hic ad Adonianum martyrologium, nuperrime autem Bollandiani in eius Actis ad diem XXII septembris.... Quod si caussas ignoramus, cur id honoris sanctissimae protomartyri tributum a Leopardo fuerit, non inde fit ut nullae ipsi fuerint. Neque ideo dico, ut F praefracte tueri velim S. Theclae a Leopardo dedicatum Auximatium templum, sed ut ostendam nihil esse cur id factum negemus. " Huic Zaccariae conclusioni libenter assentimur. Constat quidem, in monumentis mediae aetatis, inde saltem a saeculo XI, semper designatam fuisse ecclesiam cathedralem Auximanam sub titulo Sancti Leopardi (cf. supra, Comm. praev., num. 1-6), et contendit Pompeius Compagnoni episcopus, in libello supplici quem medio saeculo XVIII obtulit Benedicto XIV, titulo illi primum anno 1593 substitutum esse titulum Sanctae Theclae a cardinali Gallo, tunc Auximate episcopo, non alia ratione quam auctoritate Vitae, quam iam omnes eruditi fabulis scatere fatentur (Compagnoni-Vecchietti, op. c., t. V, p. 237). At certe in hoc asserendo erravit, cum Pannellius protulerit documentum paulo antiquius, statuta nimirum synodalia Bernardini de Cuppis impressa anno 1567, inter quae legitur : *Festa particularia huius civitatis Auximi... Festum sanctae Teclae virginis. Titulus est ecclesiae cathedralis. Die 23 septembris* (Pannelli, op. c., p. 60, annot.). Sed et haec assertio orta censeri potest ex Vita. Aliquam autem rationem testimonia illa conciliandi suggerit relatio inventionis anni 1479, dum narrat (cf. infra, p. 379, n. 1) titulum Sancti Leopardi antiquiori titulo Sanctae Theclae substitutum esse a S. Vitaliano, qui S. Leopardum in sede Auximana exceperit (at non statim post illum, ut videtur existimare relationis auctor, sed saeculo VIII, quibusdam intermediis, quod satis demonstravit Zaccaria op. c., p. 46-49, annot. 1 in Vitalianum). Sed et illud antiquiore testimonio confirmari velimus.

VITA

fuit autem praeclarus Christi confessor episcopus Leopardus praefatae urbis civibus annis circiter XL[9], temporibus Valentiniani et Theodosii minoris[10] imperatorum (1), regnante in perpetuum domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria cum Deo[10] Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen[11].

Auximum a barbaris vastatum,

13[1]. Sepulto itaque beatissimo Leopardo, ciborium aedificatum est super eius venerabile corpus. Ad quod coeperunt[2] aegrotorum nonnulli certatim concurrere et opem Domini per magnifici confessoris merita postulare; qui mirum in modum assequebantur plurimi sanitatis[3] donum. Fiebant[4] insuper innumera mirabilia per eximii praesulis Leopardi merita[5]. Suffragiis[6] denique rite peractis, post multum temporis spatium, civium exigentibus meritis, eadem civitas a gentibus Carpeforum (2) et Vandalorum[7] (3) exstitit obsessa et viriliter expugnata. In tantum enim vigor eorum praevaluit quod homines, necessitate compulsi, per antra[8], cavernas et aquaeductus clam de nocte exientes, civitatem dictam vacuam hominibus dereliquerunt. Quidam autem de exercitu quandam struem[9] deviam requirebant[10]. B Cum venirent[11] ad fores dictae urbis, invenere[12] neminem ni[13] statuas lapidum sculptas. Sed cum non audirent[14] gemitum neque canticum, conduxerunt[15] exercitum circum circa; et sic dicta civitas exstitit miserabiliter capta atque vastata. Nam cum ecclesiarum aedificia, atria, domos, turres[16], et moenia eiusdem urbis fere omnia essent funditus dirupta[17] atque subversa, proseucha (4) vero quae[18] super tumbam sacri corporis habebatur, Deo protegente caelitus, mansit illaesa[19] (5). Quam sacerdotes et populus, qui residui fuerant, ceu quoddam asylum fidenter adibant, atque in orationibus sedulis et divinis sacrificiis cotidie vacabant.

illaesa manente aedicula in qua humatus erat Leopardus.

14. Mansit[1] praefata civitas annis XL[2] deserta. Post haec quidam Ravennae patricius, nomine Syrasus[3], qui Ravennae praesidebat (6), veniens cum satellitibus suis et inquilinis urbem resarcivit diruptam[4]. Sed columnae marmoreae, quae atria sustentabant, non ad primum modum, sed iacent ut[5] homines[6] in sepulcris; imagines lapidum, bases et capitella dirupta[7] et inordinata iuxta murum dictae[8] civitatis, ubi foditur[9], inveniun- C tur[10], ita sane quod indispositio lapidum approbat[11] supradicta. Postquam autem ibi[12] fuit populus abundanter collectus, et aedes et moenia D civitatis angustius resarcita, quadam incuria dicta civitas est igne succensa. Dum autem domorum et ecclesiarum nimis incendium conflagraret, usque ad aediculam sacri corporis edax pervenit ignis. Sed mox ut globi ignium cancellos ligneos, qui ante sacrum corpus fuerant, attigissent, retrorsum, mirabile dictu, divinitus acta est flamma ilicoque exstincta. Quod verum[13] signum a Deo ostensum pariter atque triviatim cunctis innotuit, ut non solum a vicinis, sed etiam a longinquis, omni industria[14] sanctum corpus libuisset venerari libenter.

Dies memoriae Leopardi recolendae prodigio revelatus.

15[1]. Sed propter habitationem non habitam diuturnam[2] annua sollemnitas[3] cunctis mortalibus manebat ignota. Quam Deus non sine miraculi exhibitione decrevit misericorditer demonstrare. Denique moris erat in urbe Auximana, ut verni[4] tempore in scholis pueri degentes magistris suis coronas hordeaceis culmis intextas imponerent causa caumatis arcendi[5] tempore aestatis. Nam cum eadem corona ante sacrosanctum[6] corpus tamdiu arida foret suspensa, mirabile visu, VII idus novembris ita est viridis effecta E ut non solum viriditatem praetenderet, sed etiam florum gratia reniteret[7]. Ex quo mirum divinitus ostenso certificati[8] cives, indubitanter collectum est[9] ut festivitas sanctissimi confessoris Leopardi inclite[10] celebraretur annuatim cum gaudio ea[11] die. Pontificavit autem gloriosus Christi confessor quadringentesimo et decimo anno[12].

Corporis translatio instituta tempore Bonifacii VIII R. P.

16. Temporibus autem Bonifacii papae VIII quidam Iohannes, Auximanorum praeclarus episcopus, sanctitate plenus, et in ecclesiis restaurandis sollicitus et[1] devotus, basilicam quam sanctus Vitalianus[2] in nomine et honore sancti Leopardi construxit, propter ipsius brevitatem studuit ampliare. Ignorabat enim ubi in dicta ecclesia Leopardi corpus incliti permaneret. Laborantibus magistris, quidam canonicus fodere coepit una cum eis. In paucis percussionibus quandam arcam saxeam pulchram invenit; sed quid esset penitus ignorabat. Cum pico ferreo in ipsius arcae extremitatem anguli percutere non sinebant[3], in tantum[4] ut fatigatione compulsus sit[5] socium advocare[6]. Qui percutiens, mirabantur[7] qualiter lapis ille integer et immobilis permaneret. Sed videntes lapidem eundem immo- F bilem, coepere[8] refodere circa illum, donec arca

[9] *Sequitur in* 1 : Exstat adhuc Auximi vetustissima Leoparda familia a Gotobaldo sanctissimi praesulis fratre, viro nobilissimo ac praeclaro edita. Praefuit antistes : *quae non leguntur in* 2. — [10] *om.* 2. — [11] *om.* 1.

13. — [1] Lectio septima 2. — [2] coepere 2. — [3] sanctitatis 1. — [4] ferebant 1. — [5] suffragia 2. — [6] Iis 2. — [7] Vuandalorum 2. — [8] atras 1. — [9] (q. s.) avem 2. — [10] dequirebant 1, requirebat 2. — [11] veniret 2. — [12] invenit 2. — [13] *sic* 1, 2. — [14] (s. c. n. a.) et vocem nullam audivit neque 2. — [15] conduxit itaque 2. — [16] (d. t.) t. domus 2. — [17] diruta 2. — [18] quare 1. — [19] illaesus 1.

14. — [1] prostrata *add.* 2. — [2] ac *add.* 2. — [3] *prius* Syraiusus 1, Syracus 2. — [4] dirutam 2. — [5] et 1. — [6] (i. ut h.) ut h. i. 2. — [7] diruta 2. — [8] *om.* 2. — [9] fodetur 1. — [10] invenientur 1. — [11] approbant 1. — [12] ubi 1. — [13] videlicet 2. — [14] (o. i.) *om.* 2.

15. — [1] Lectio octava 2. — [2] elicitur (?); nam 1. — [3] celebritas 2. — [4] verno 2. — [5] (c. a.) a. c, 2. — [6] sacrum 2. — [7] retineret 1. — [8] certiores facti 2. — [9] (c. e.) collegerunt 2. — [10] *om.* 2. — [11] eadem 2. — [12] (q. et d. a.) quatricentisimmo X ann. 1.

16. — [1] ac 2. — [2] Vitalinus 1. — [3] sinebat 2. — [4] (in t.) intactum 1. — [5] *om.* 2. — [6] advocaret 2. — [7] mirabatur 2. — [8] coeperunt 2.

(1) Hae notae chronologicae profecto excogitatae sunt a nostro anonymo secundum praeiudicium quo putavit Leopardum Auximanum episcopum eundem esse atque presbyterum romanum cognominem qui sub Innocentio I S. P. floruit (cf. supra, Comm. praev., num. 6). Itaque, hoc praeiudicio sublato, iam omni prorsus fundamento carent. — (2) Haud improbabilis videtur opinio Pannellii censentis (op. c., p. 62, annot. 134) isto nomine hic designatos esse *Carpos*, qui in Pannonia sedem gentis suae habebant et, graece Καρποί seu Καρποδάκαι dicti, saepe cum Getis vel Gothis aliisque populis apud veteres confusi sunt. Cf. Vinc. DE-VIT, *Totius latinitatis Onomasticon*, t. II, p. 138. — (3) A Vandalis Piceni fines invasos et vastatos fuisse nusquam memoratum est. Itaque veri simile iterum videtur eos a scriptore nostro nominatos esse pro Gothis ; hi enim re vera ante medium saeculum VI Auximum civitatem occuparunt Vitige rege (cf. PROCOP., *De bello Gothico*, l. II, cc. 10, 11, etc.). — (4) Id est oratorium. Cf. DU CANGE, ad h. v. — (5) Secundum quosdam, ipsi Gothi sollicite procurabant ne Leopardi sepulcrum violaretur. Cf. supra, Comm. praev., num. 20. — (6) Syrasus is aliunde prorsus ignotus est. Nullo etiam vetere documento commemorata reperitur migratio illa Ravennatum Auximum quam narrat scriptor noster anonymus.

apparuit

A apparuit quae[9] sancti Leopardi penitus credebatur, qui ita suam arcam divina dispositione ab illis percussionibus custodivit illaesam quod non solum[10] <non>[11] fractam[12], sed non signum aliquod demonstravit. Episcopus vero gavisus, convocans coepiscopos urbium vicinarum, clerum et populum[13], cum maxima[14] curiositate et cordis devotione tumulum patefecit. In quo invenit magnum et integrum unum corpus, super quod unam scriptam invenit ex auro et argento distinctam, in qua unus episcopus erat sculptus cum grossis litteris de ipso argento, dicentibus: SANCTUS LEOPARDUS EPISCOPUS AUXIMANUS. [15] Transtulitque sanctissimas eius reliquias sub eius altare ex marmore factum; ante quod composuit unam tabulam ex auro et argento nobili schemate factam (1).

Sanatio prodigiosa cuiusdam monachi,

17. In cuius translatione sunt[1] multa corpora de diversis languoribus[2] liberata. Inter quae[3] quidam frater Heremitanorum de comitatu Firmi habebat tibias demolitas, in tantum quod non fratribus aliis solum, sed prae multitudine saniei sibi ipsi[4] plurimum olebat. Qui B audita inventione sancti corporis Leopardi, sibi[5] se cum lacrimis in oratione prostravit[6], ut ipsum deberet suis precibus liberare, eo quod[7] videbat fratres non intrare propter foetorem ubi ipse manebat, et si cum eis aliquando staret, videbat eos pariter[8] turbulentos. Qui se fecit Auximum asportare. Et dum in loco eorum (2) non plane quiesceret nec plenissime vigilaret, apparuit ei quidam episcopus magnus statura, qui dixit ei: " Extende tibiam tuam. " In manibus autem suis tenebat filum argenteum, et incepit ducere a genu et extraxit usque ad pedem; et sic fecit in alia tibia, et abscessit, dixitque ei: " Curatus es. " Frater autem evigilans, tetigit suas tibias, quae erant sanitati pristinae restitutae. Qui plorans gaudendo, laetas habendo lacrimas, aliis fratribus quod sibi acciderat nuntiavit. Qui surgentes, tam magnum miraculum videntes, omnes tota nocte in oratione stetere[9]. Mane autem facto, veniunt omnes ad dictum corpus processionaliter et devote.

et alia miracula Leopardi invocatione impetrata.

18. Post multa miracula et paucos dies reclusere[1] ipsam arcam cum hymnis piis et canticis, in commune gaudentibus clero et populo[2], Christum laudantibus, qui vivit et regnat cum Patre et Spiritu sancto in saecula saeculorum. Amen.

[9] quare 1. — [10] solam 1. — [11] *om.* 1, 2. — [12] fracta 2. — [13] (et p.) cum populo 2. — [14] (c. m.) m. c. 2. — [15] Lectio nona 2.
17. — [1] *om.* 2. — [2] sunt *add.* 2. — [3] (I. q.) intereaque 1. — [4] *om.* 2. — [5] ipsi *add.* 2. — [6] eumque deprecabatur *add.* 2. — [7] (eo quod) eoque 1. — [8] (eos p.) p. eos 2. — [9] (in o. s.) s. in o. 2.
18. — [1] *ita corr., prius* recludere 1, recluderunt 2. — [2] et *add.* 2.

(1) Cf. supra, Comm. praev., num. 23 sqq. — (2) Id est in monasterio sui ordinis?

II. MIRACULA SCRIPTO CONSIGNATA ANNO 1476

Ex editione Pannellii. Cf. Comm. praev., num. 15.

In Dei nomine. Amen. Anno Domini MCCCCLXXVI, indictione nona, tempore sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Sixti divina providentia Pape quarti, presidente vero in cathedrali ecclesia civitatis Auximane Reverendissimus Dominus (1) Pater Lucas Cardutius de Florentia, presens liber factus fuit ad laudem et gloriam omnipotentis C Dei, eiusque gloriose genitricis Virginis Marie, nec non et gloriosissimi confessoris sancti Leopardi patris nostri. In quo quidem libro continentur miracula facta a Deo propter merita supradicti gloriosissimi sancti Leopardi, et per me notarium infrascriptum bene et fideliter scripta diebus et millesimis et mensibus, atque in presentia infrascriptorum, prout sequitur.

(**I.**) Die XIIII mensis decembris 1476. Venerabilis vir dompnus Nicolaus Bartholi de Auximo canonicus et archipresbiter Auximanus constitutus personaliter coram domino Clemente canonico Auximano et reverendissimi domini episcopi Auximani vicario, etc. necnon impresentia mei notarii et testium infrascriptorum, recepto prius iuramento de veritate dicenda, dixit ista, videlicet: qualiter cum ipse dompnus Nicolaus equitaret causa accedendi ad balneos esculanos (2) propter infirmitatem sciatice, quam patiebatur, accidit quod cum ipse transiret super quoddam fluvium vocatum Lazuli (3) in territorio Montis Ulmi (4), habuit transire super quoddam pontem fractum, et <in> illo tunc erant (5) ibi duo ligna que distabant unum ab altero circiter medium pedem, et stans ipse equester in illo periculo, non valens retrocedere, orationem fudit ad Deum, ut propter merita gloriosissimi sancti Leopardi dignaretur eidem auxilium prestare. Facta oratione, equus super quo sedebat transivit super duo F ligna iam dicta absque ulla lesione, et liberatus fuit; et ita testificatus est impresentia mei notarii et testium infrascriptorum. Actum Auximi in domibus ecclesie Sancti Petri Suppi (6)... Presentibus... Et ego donnus Stefanus Iohannis de partibus Frantie, rector parochialis ecclesie Sancti Petri foris portam de Auximo, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius presens interfui, et ea rogatus scribere scripsi et publicavi signumque meum apposui consuetum.

(**II.**) Die XIIII mensis decembris 1476. Supradictus venerabilis vir dompnus Nicolaus Bartoli in presentia supradicti domini Clementis canonici et vicarii, nec non et mei notarii et testium infrascriptorum, mediante suo iuramento, dixit et confessus <est> hoc miraculum, videlicet quod cum ipse dompnus Nicolaus veniret de castro Montisfani (7) versus civitatem Auximanam,

(1) Sic. — (2) Iuxta civitatem Asculanam exstant fontes aquarum sulphurearum celebres. Cf. A. AMATI, *Diz. corografico dell'Italia*, t. I, p. 455. — (3) Asola seu Azula (ital. *L'Asola*) fluviolus in Marchiis. Cf. ibid., p. 464. — (4) Montolmo. Cf. ibid., t. V, p. 411. — (5) Vocem istam in codice cancellatam esse notat Pannellius, op. c., p. 28, annot. 46. — (6) Quae erat ecclesia parochialis, vulgo nuncupata *Sancti Petri Filiorum Suppae* (PANNELLI, op. c., p. 29, annot. 48). — (7) Montefano. Cf. AMATI, op. c., t. V, p. 332.

habuit

habuit transire circa pontem panciette (1), et intervenit quod equus super quo sedebat habuit ponere pedem inter duo ligna, in tantum quod non valebat abstrahere pedem; unde ibi diu stans, orationem fudit, et facta oratione liberatus fuit propter merita sancti Leopardi. Actum Auximi ut supra, presentibus ut supra. Et ego Stefanus, etc.

(III.) Die dominico quintadecima mensis decembris 1476. Dña Piera Thome, et ad presens uxor Antonii de Monticulo (2), constituta personaliter coram domino Clemente canonico Auximano et vicario et aliis quampluribus canonicis, me notario et testium infrascriptorum (3), mediante suo iuramento narravit hunc (3) miraculum, dicens quod tempore quo dominus Astorgius archiepiscopus Beneventanus et Marchie Anconitane gubernatoris (4) suam residentiam cum tota curia generali tenebat in civitate Auximana (5), accidit quod unus de familia dicti domini gubernatoris ducebat unum equum ad fontem, et dum transiret in capite platee dicte B civitatis, videlicet ante portarellam, obviam habuit fratrem carnalem dicte dñe Piere, puerulum etatis trium annorum, cui nomen Matheus, et equus super quo sedebat dictus famulus calcitrando percussit dictum puerum in capite, videlicet in tymporibus, in tali forma quod proiecit eum contra murum, et ibi puer remansit tamquam mortuus. Hoc facto, occurrit ibi Egidius tubicen, qui portavit dictum puerum in domo sui patris. Unde dña Katherina mater dicti pueri, videns eius filium mortuum, [votum fecit Deo quod si propter merita gloriosissimi confessoris sancti Leopardi vitam reassumeret atque sanitatem, quod volebat quod cunctis diebus vite sue esset ad servitia (6)], et quam plurimi viri et mulieres stantes ad videndum dictum eius filium, inter quos erat ibi presens medicus, qui tunc erat in dicta civitate Auximi, et fecit experimenta secundum artem medicine ad videndum utrum dictus puer esset mortuus si vel ne, ponendo sibi unam candelam accensam in ore ad videndum utrum candela extingeretur propter flatum, et videns quod candela non extingebatur nec ullo modo lumen dicte candele movebatur, indicavit C dictum puerum esse mortuum. Et erat ibi presens rector parochialis ecclesie Sancti Archangeli de Auximo, qui vocabatur frater Cesar D., et habuit dicere dñe Katherine, commatri sue: " Commater, noli flere, habeas devotionem erga sanctum Leopardum „. Unde dicta dña Katherina flexis genibus votum fecit Deo et beato Leopardo quod precibus supra dicti sancti Leopardi dignaretur omnipotens Deus vitam et sanitatem restaurare dicto eius filio, et promisit quod dictus eius filius esset sacerdos et ad servitia supradicti sancti Leopardi cunctis diebus vite sue. Hoc facto, dictus puer incepit trahere anelitum et restitutus fuit in sanitate pristina, ad laudem D Dei, etc.

(IV.) Die XV mensis decembris 1476. Tempore ... Domini Sixti divina providentia Pape quarti, indictione nona, constituta personaliter coram venerabili viro dño Clemente ... et me notario infrascripto et in presentia infrascriptorum testium, doña Dyalta olim uxor Laurentii Bernardi de Auximo, eius iuramento mediante, corporaliter tactis scripturis existentibus in manus praefati dñi vicarii, revelando miracula beatissimi Leopardi ..., quod cum ipsa fuit infirma et egrota toto eius corpore ac manibus et pedibus impedita per sex menses vel circa, fecit orationem beatissimo prefato Leopardo, ut eius intuitu et precibus dignaretur rogare omnipotentem Deum ut eius pietate et misericordia dignaretur eam liberare de dicta egritudine et infirmitate vigente in eius corpore et manibus et pedibus, et ipsa intendebat et volebat depingi facere figuram prefati sancti Leopardi in ecclesia episcopatus Auximi ad honorem et laudem Dei et prefati sanctissimi Leopardi, et facta dicta devotione, noctis E tempore apparuit sibi in visione prefatus sanctus Leopardus cum maxima comitiva, que subito ivit retro prefatum sanctum Leopardum. Qui sanctus Leopardus ivit cum dicta comitiva per viam Auximi versus ecclesiam Sancti Martini, et cum esset illac prope dictam ecclesiam, retrocessit et dedit benedictionem omnibus ibidem existentibus et in specie ipsi dñe, quam secum ducebat per manum; et ipsa licentiata et habita prius benedictione, ipsa liberata fuit a dicta infirmitate, in maxima convalentia se et sua persona sensiit, et prefatus sanctus Leopardus ab oculis suis evanuit.

(V.) Item paulo post dicta dña, constituta ut supra, dixit et revelavit quod cum Michael Laurentii de Monte Sancte Marie in Cassiano (7), habitator Auximi et gener dicte dñe, conduxisset eius uxorem una cum Sigismundo eorum filio extra civitatem propter pestem vigentem in ipsius civitate. Que dña habens maximam voluntatem videre dictum Sigismundum eius nepotem, ivit extra dictam civitatem, et invenit dictum puerum nigrum et quasi mortuum, suo videri, continue plorantem et vociferantem tamquam F vox unius caniculi. Que dña subito accepit ipsum puerum in manibus et ipsum devote recomandavit prefato sancto Leopardo, promittendo sibi, casu quo sit exaudita a liberatione dicti pueri et eius resanatione (8), qui puer stetit per duos dies in dicta infirmitate nichil accipiendo, nec lac nec aliam substantiam, quod volebat dici facere unam missam apud altare sancti Leopardi et dictum puerum tenere donec fuerit expleta dicta missa; et facta dicta oratione et devotione, dictus puer Sigismundus liberatus fuit a dicta infirmitate, et incepit lac suggere, et sic resanatus

(1) Iste pons semel et iterum memoratur in antiquis statutis Auximanis. Horum alterum his verbis conceptum legitur: *De ponte faciendo in contrata Flumicelli iuxta viam actando et murando. Ordinamus, quod per utilitatem communis et castri Montisfani, quod pons Flumicelli de* PANCEPTA, *qui est in via nova, reactetur et muretur...* (PANNELLI, op. c., p. 29, annot. 49). — (2) Monticole. Cf. AMATI, t. V, p. 407. — (3) Sic. — (4) Supplenda vox *locum tenens?* Cf. annot. seq. — (5) Creatus est Astorgius gubernator Auximi anno 1430, ut constat ex quadam notitia inserta libro memoriali publico civitatis ita concepta: *Dicto Millesimo* [1430] *Reverendissimus in Christo Pater* (perperam apud Martorelli *Procurante*) *et Dominus Dominus Astorgius episcopus Ancone et Numane, locumtenens generalis Marchie pro S. R. Ecclesia et gubernator Auximi pro dicta S. R. Ecclesia venit in Auximum cum tota sua familia animo habitandi et curiam generalem retinendo in dicta civitate...* (MARTORELLI, op. c., p. 245; PANNELLI, op. c., p. 30, annot. 52). Archiepiscopus autem Beneventanus idem renuntiatus est anno 1436 (UGHELLI, *Ital. sacra*, t. VIII, p. 162). Miraculum igitur hic narratum contigit inter annos 1430 et 1436. — (6) Quae uncinis inclusa sunt verba, in ms. codice cancellata sunt (PANNELLI, op. c., p. 31, annot. 55). — (7) Monte Santa Maria in Sabina. Cf. AMATI, t. V, p. 386. — (8) *Cod.* resatione.

fuit

A fuit et est, ad laudem Dei ... — Acta ... — Presentibus ...

(VI.) Die XXI mensis decembris 1476. Tempore sanctissimi ... Domini Sixti ... Constitutus personaliter coram ... DOño Clemente Diūti ... et me notario infrascripto et testium infrascriptorum venerabilis vir doñus Dominicus Bartholomei canonicus Auximanus, eius iuramento mediante de veritate dicenda, hunc narravit miraculum factum ... Quod cum predictus doñus Dominicus esset puer etatis sex annorum vel circha, patiebatur febrium, et diu stans in dicta infirmitate devenit in tantam debilitatem quod non valebat aliquid sumere pro substantatione sue vite, et stetit per spatium quindecim dierum quod nichil manducavit neque bibit. Unde hec videns doña Bionda mater dicti doñi Dominici, votum fecit Deo omnipotenti quod, si propter merita gloriosissimi sancti Leopardi dictus puer sanitatem recuperare posset, quod vovebat, et ita erat sua intentio, quod dictus puer efficeretur sacerdos. MIRACULA Facta oratione Deus omnipotens propter merita supradicti sancti Leopardi sanitatem restituit dicto puero. Hec testificatus est supradictus doñus Dominicus nunc, qui tunc temporis erat puer; et de omnibus supradictis dixit se recordare preter quam de voto quod fecit mater eius; sed et pluries ac pluries dicta mater eius recitavit sibi hunc miraculum dicendo: « Fili mi, tu „ recuperasti vitam propter merita sancti Leo- „ pardi; quia tu stetisti per XV dies quod non „ potuisti manducare neque bibere; et ego feci „ votum pro te quod tu esses sacerdos, et fui „ exaudita propter merita dicti sancti Leopardi. „ Propterea te deprecor quod debeas Deo servire „ et esse devotus supradicti sancti Leopardi. „ — Actum ... Presentibus ... — Et ego Stefanus etc.

B

III. INVENTIO CORPORIS S. LEOPARDI ANNO 1479

E

Ex editione Pannellii. Cf. Comm. praev., num. 36.

ihūs. Invencio corporis beatissimi patris nostri sancti Leopardi.

1. Gloriosissimus Christi confessor sanctus Leopardus episcopus, prout in eius Legenda habetur et legitur, fuit temporibus Valentiniani et Theodori imperatorum, contemporaneus beati Martini episcopi Turonensis et a beato Innocentio papa missus ad populum Auximanum vano deorum cultui deditum; qui ad verum Christi cultum revocavit, cathedram episcopalem primus ipse accepit et exinde dicta est civitas. Vixit episcopus Auximanus annos XL, postea spiritum Deo reddidit. Sepultus itaque fuit in ecclesia Sanctorum Victoris et Tecle, prout ipse preceperat. Successit et sanctus Vitalianus, qui predictam ecclesiam ampliavit et in titulum Sancti Leopardi transtulit. Post multos annos supervenerunt dicte civitati propter sua demerita multas tribulationes, ita quod fuit devastata funditus et ruinata, ac etiam per annos XL inhabitata, et C nomen huius gloriosissimi sancti Leopardi absconditum propter dictam inhabitationem. Cantat ita- Eccli. 44, 14. que sancta mater Ecclesia: *Corpora sanctorum in pace sepulta sunt et vivent nomina eorum in eternum.* Propterea provisum fuit a Deo ut quidam vir potens, nomine Patricius, de civitate Ravenna deveniret in dicta civitate Auximana, et ibi habitare incepit, ita quod cum suis satellitibus et inquilinis illam resarcivit. Itaque post aliquod tempus rexit ecclesiam Auximanam quidam episcopus, nomine Iohannes, qui beatus dicitur. Legendo in antiquis libris et passionariis quod dictum corpus gloriosissimi sancti Leopardi sepultum esset in dicta ecclesia, desiderans tam sanctum corpus videre, cum omni diligentia et devotione insimul cum suis canonicis fodere inceperunt, in tantum quod devenerunt usque ad quamdam arcam saxeam grandem; aperta qua archa, invenerunt unum corpus magnum integrum, super quo erat una <s>cripta de argento cum uno episcopo sculpto cum licteris in circuitu de auro et argento dicentibus: SANCTUS LEOPARDUS EPISCOPUS AUXIMANUS. Deinde post multa miracula et aliquos dies dictam archam transtulit et sub altare maius ex marmore facto illam abscondit. Hec habentur in Legenda.

2. Sub annis itaque christiane salutis M.CCCCLXXIX, indictione duodecima, tempore sanctissimi in Christo Patris et Dñi nostri Dñi Sixti divina providentia Pape quarti, praesidente vero in ecclesia Auximana Reverendissimus in Christo Pater et Dominus Dominus Lucas Carducius de Florentia, audiens itaque de sancto Leopardo prout supra narrata sunt, maximam erga sanctum habuit devotionem, et perquirens cum suis canonicis si possibile esset dictum corpus videre, responsum fuit a canonicis antiquiores quod multi alii episcopi videre cupierunt et tamen huc usque nullus ausus fuit manus mictere ad perquirendum; dicant quod forsan nondum advenerat hora clarificationis huius gloriosissimi sancti, quia legitur quod folium non cadit de arbore absque licentia Patris qui est in celis.

3. Postea die trigesima mensis octobris supradicti anni, dños canonicos convocavit post horam vespertinam, videlicet Dñum Marium canonicum F et vicarium, D. Anthonium de Leopardis archidiaconum Auximanum, D. Dominicum Bartholomei, D. Clementem, D. Iulianum, D. Karolum, D. Iacobum et D. Stefanum francigenam, omnes canonici dicte cathedralis ecclesie. Et congregati omnes insimul prope altare maius Sancti Leopardi, Reverendissimus Dñs Episcopus supradictus sermonem fecit, exortando omnes ad bene vivendum et devotionem habere erga patrem nostrum sanctissimum Christi confessorem Leopardum, et qualiter ipse cupiebat videre corpus eius quando esset datum desuper, et ideo congregaverat eos insimul ad hoc ut unusquisque diceret votum suum, quia dicitur quod vox populi vox Dei. Quid dicam? Omnes unanimiter uno ore cum gemitibus et lacrimis hoc expostulabant. Hec audiens supradictus Dñus Lucas Episcopus licentiam dedit et benedictionem, ut cum omni devotione et diligentia sanctum corpus perquireretur.

4. Hoc facto, fores ecclesie clause fuerunt et in continenti inceperunt suprascripti dñi canonici fodere retro altare maius dicte ecclesie, prout Legenda testatur. Fodiendo devenerunt ad quoddam

INVENTIO CORPORIS

dam murum ex lapide cocto arena et calcina, factum ita durum quod cum scarpellis frangere oportebat. Et videntes altare maius ex marmore facto fundatum esse super hoc murum, deliberatum fuit ad modum unius fenestrae illum solummodo aperire. Hoc facto, inventum fuit culmen sive summitas unius arche saxee, et in continenti ex<is>timatum fuit illam esse archam ubi iacebat sanctum corpus. Postea concavatum fuit magis subtus, et inventa fuit archa saxea grandis; qua visa, omnes gavisi fuerunt. Deinde deliberatum fuit quod fieret una fenestrula in lapide qui supra hanc archam iacebat, ad hoc ut sanctum corpus videretur. Facta qua fenestrula, inventum fuit, prout Legenda predicat, [et <s>criptam et omnia signa inventa fuerunt (1)] corpus magnum et integrum, prout et nunc stat et videri potest ab omnibus congruis temporibus.

5. Nunc superest ut de exultatione huius sancte inventionis aliquid dicamus. [Revelatum fuit per certos canonicos magnificis Dñis Prioribus, et hoc ex parte Dñi Episcopi; qui Dñi Priores tunc erant, qui tunc erant hoc nomine vocabantur : Pet. Primus siquidem vocabatur (1)]. Supradictus Dñus Episcopus per certos suos canonicos hec Dñis Prioribus mandavit intimare; qui Dñi Priores hec intelligentes nunciaverunt suis concivibus, et assotiati cum maxima comitiva civium venerunt ad locum, videntesque tam mirum, quod et patres eorum videre non potuerunt, cum lacrimis ex summa spirituali alacritate laudes Deo dederunt; et quia in antevigilia huius gloriosissimi sancti (2) hec fuerunt, crevit et devotio et alacritas. Publicatum fuit omnibus per civitatem degentibus; campane <ad> ecclesiam invitabant; populus iubilabat; infirmi congratulabantur et multi surgebant; sacerdotes sacrificia Deo offerebant pro delictis et peccatis populi. Quid plura? In die festivitatis, quae est septima novembris, fuit tam maxima multitudo populi utriusque sexus, tot vota et miracula quod usque in hodiernum diem super eius sepulcrum signa apparent. Accidit etiam quod infra octavam huius gloriosissimi sancti Reverendissimus Dñus Nicolaus episcopus Madrusiensis (3), missus in Ungaria legatus, rediens Romam habuit pernoctare in civitate Auximana. Unde, audiens inventio<nem> tam sancti corporis, discedere noluit nisi prius visitaret. Quod visitato, iudicavit esse tam clero quam populo thesaurum pretiosum.

Hec de inventione; devenimus ad miracula.

MIRACULA

Dña Magdalena ... (4) et ad presens vidua, moram trahens in civitate Auximi in parochia Sancte Lucie in domibus venerabilis viri Dñi Mathei Thome de Auximo, que domus posite sunt in dicta parochia iuxta bona heredum Paterniani Adiuti, res heredum magistri Iohannis de Stampinella muratoris, viam et alia latera, constituta personaliter die dominica, que fuit septima mensis novembris, que est sollempnitas sancti Leopardi, presentavit filium suum unicum Iohannem, coram Reverendo Patri Dño Mario vicario astante in altari infra missarum sollempnia, coram me notario, testium infrascriptorum, etc. et narravit hunc miraculum, videlicet quod diebus elapsis accidit suprascripto filio suo Iohanni quedam infirmitas, que vocatur a quibusdam catarrum, a quibusdam gucta (5), et cecidit sibi in gucture in tali modo quod deglutire non poterat nec aliquid sumere, sed nec etiam anelitum pertrahere, et non videbatur aliud nisi spuma super eius labia. Accidit quod venerabilis vir Doñus Matheus venit causa visitandi, et videndo quod dictus puer laborabat in extremis, videndo iam quod fecerat duos tractus et lacrimam habebat in oculis, que omnia sunt signa mortis, dixit supradicte Magdalene : " Vade, fac votum Deo " (6).

(1) Quae uncinis inclusa sunt, in codice sunt cancellata. — (2) Id est die 5 novembris : nam festivitas S. Leopardi, ut paulo infra indicatur, celebrabatur die 7 huius mensis. — (3) Seu potius Modrussensis, in Illyrico, qui anno 1462 a Pio II S. P. legatus missus est ad Stephanum postremum Bosniae regem. Cf. FARLATI, *Illyricum sacrum*, t. IV, p. 108. — (4) In codice hoc loco relicta est lacuna, in qua, ut haud improbabiliter conicit Pannellius, nomen mariti inscribendum erat. — (5) Vid. DU CANGE, ad h. v. 2. — (6) Abrupta hic pendet narratio in codice. Unde, sicut et ex lacuna quae relicta est initio huius capitis et ex vocibus in relatione inventionis cancellatis (num. 5) colligitur hic non haberi ipsum instrumentum authenticum, sed dumtaxat adversaria unde illud postea accuratius conscribendum erat.

IV. RECOGNITIO RELIQUIARUM S. LEOPARDI ANNO 1753

Ex editione Pannellii et Compagnoni. Cf. Comm. praev., num. 38.

Elapsis iam duobus annis, ex quo inventa fuerunt sacra capita beatorum Christi martyrum Florentii, Sisinii et soc., eorumque corpora, quae in confessione cathedralis huius Auximanae adservantur, fuerunt recognita, statuit Illustrissimus et Reverendissimus D. Pompeius Compagnonus episcopus Auximanus et Cingulanus idem pastoralis sollicitudinis officium in corpus S. Leopardi episcopi Auximani, suique decessoris impendere. Et gravissimae profecto intervenerunt causae, quibus ipse ad huius tam praeclari consilii exequutionem impulsus fuit.

Siquidem rescierat primo sacrum illud thesaurum parum tute in urna sua custodiri. Notum enim erat per quamdam parvam fenestram in interiorem ipsius urnae partem inspici posse. Eadem autem fenestra adeo leviter obstructa erat, ut facillimum cuique esset ipsam detegere. Et revera affirmabant plerique, traditione a maioribus accepta, magnum hinc detrimentum fuisse olim sacro corpori illatum, incendium scilicet, quo casu quodam correptum fuerat.

Accedebat secundo non levis suspicio, ne sacrum idem corpus parum decore a maioribus nostris, ut rudis eius aetatis simplicitas ferebat, tumulatum fuisset, cuius sane rei recens exemplum intervenerat in sacris pignoribus praedictorum martyrum, quae scilicet eodem tempore atque ab episcopo eodem sub alio eiusdem confessionis altari locata fuerant.

Tertio denique relatum fuerat Dominationi suae Ill^{mae} et R^{mae}, Ill^{mos} DD. Furium Camillum canonicum huius cathedralis et Ioannem Franciscum fratres Sinibaldos, ad quos nempe spectat

ius

A ius beneficii cuiusdam erecti in ipso altari S. Leopardi, statuisse novam et decentiorem urnam ad sacrum corpus recondendum elargiri; quorum sane laudabili pietati obsecundandum esse censebatur.

Die itaque 18 mensis aprilis anni 1753, circa secundam noctis horam idem Ill^{mus} et R^{mus} D. episcopus accessit ad confessionem suae ecclesiae cathedralis ante altare, sub quo d. sac. corpus S. Leopardi conditum requiescit. Inde clausis ecclesiae ianuis, cum ante idem altare breviter orasset, una cum R^{mis} D. Ioanne Baptista Talleono archidiacono, D. Roberto Pio ab Aqua archipresbytero, ac D. Furio Camillo Sinibaldo eiusdem cathedralis canonico, necnon admodum R^{dis} D. Dominico Baccarino coerimoniarum magistro episcopali, et D. Dominico Pannelli Dominationis suae Ill^{mae} et R^{mae} a secretis, meque cancellario episcopali, inspexit, et consideravit suprascriptum altare divo Leopardo dicatum; quod in omnibus suis partibus bene clausum atque compactum nec ullibi vitiatum repertum est. Postea pluribus cereis accensis, de man-
B dato, etc., per magistros Petrum Pieruccium et Nicolaum Mazzierum huius civitatis caementarios ad hoc ante vocatos demolita altaris mensa, detectum fuit lapideum operculum formae arcuatae, in cuius medio apparuit parva fenestra ferreis clathris munita, per quam intra urnam pariter lapideam inspiciebatur. Hinc publicata per me fuit excommunicationis poena d. Ill^{mo} et R^{mo} D. episcopo reservata contra quoscumque aliquid de dictis sacris reliquiis surripere audentes, et exinde amoto operculo, extracta fuit primum lamina argentea cum effigie insculpta episcopi pontificalibus indumentis iuxta antiquum morem ornati, et librum manu sinistra tenentis, ad cuius latera sic erat scriptum: + SCS LEOPARDUS.

Extracta inde fuerunt sacra ossa corporis dicti S. Leopardi, per totam urnam, quae altaris longitudinem constituebat, dispersa; quod quidem sacrum corpus inventum fuit omnino dissolutum, ossa vero aliqua partim effracta, partim igne afflata vel consumpta et in pulverem redacta. Inter ossa autem et pulveres dispersa erant frustula holoserici phrygio opere intexti, et ligni
C ustulati. Hic addendum est, in demolitione mensae supradicti altaris inventum fuisse a cornu evangelii lapidem, in quo sequentes literae incisae legebantur: ANT. SIN.

Post haec dicta sacra ossa de mandato ut supra, etc., per praefatos R^{mum} D. archipresbyterum ab Aqua et R. D. Dominicum Baccarinum in capsula lignea, linteo albi coloris subiecto, collocata fuerunt, pulveres vero, atque alia, pariter in altera capsula fuerunt reposita. Et deinde eaedem duae capsulae, prima scilicet sera et clavi clausa ac duobus sigillis dicti Ill^{mi} et R^{mi} D. episcopi in cera hispanica super pellem rubri coloris firmata, secunda vero clavis defixa ac quatuor sigillis praedictis ut supra munita, ad ecclesiam superiorem translatae fuerunt, et in armario depositae quod in muro cavatum est prope altare SS. apostolis Philippo et Iacobo dicatum; idemque armarium duabus clavibus firme clausum est, et in parte superiori munitum quatuor in cera rubra hispanica super pellem rubri coloris impressis sigillis dicti Ill^{mi} et R^{mi} D. episcopi, qui etiam armarii claves una cum altera praedictae capsulae accepit, et penes se retinuit, praesentibus et semper assistentibus actui praedicto Dominatione sua Ill^{ma} et R^{ma} ac superius descriptis testibus.

RECOGNITIO RELIQUIARUM

Die autem 21 eiusdem mensis aprilis, hora 21 coram et praesentibus supradictis R^{mis}. ... Idem Ill^{mus} et R^{mus} D^{nus} episcopus accessit ad ecclesiam cathedralem et ad locum armarii in quo supradicti S. Leopardi ossa deposita fuerant, et inspectis praedictis quatuor sigillis armario impressis, iisdemque repertis intactis nec in aliqua parte vitiatis, prout omnes supradicti viderunt, etc., tradidit mihi cancellario episcopali infrascripto armarii claves; qui de mandato etc. eadem sigilla avellens, dictum armarium aperui. Deinde vero duobus cereis accensis praefati R^{mi} D^{ni} archidiaconus et archipresbyter, ac DD. Baccarinus et Pannellius superpelliceo et stola induti, extraxerunt dictas capsulas, unam scilicet, quae sacra ossa continebat, et alteram, in qua cineres induti fuerant, et iugiter hymnos et laudes sanctorum canentes, dictas capsulas ab ecclesia transtulerunt per sacristiam ad palatium episcopale baiulantes, et super mensa decenter operta collocarunt, duobus hinc inde cereis semper ardentibus; et accersitis de mandato etc. excellmis E DD. Iosepho Moretto physico primario, Iacobo Scipiono medico secundario, Claudio Renaut chirurgo huius civitatis Auximi, ac D. Ioanne Bellisario chirurgo terrae Montis Philoptrani, et iterum publicata per me excommunicationis poena dicto Ill^{mo} et R^{mo} D. episcopo reservata contra quoscumque aliquid de dictis sacris reliquiis surripere audentes, apertisque iisdem capsulis, fuerunt inde extracta dicta sac. ossa, quae sub oculis dictorum DD. in arte medicinae et chirurgiae respective peritorum exposita, mandavit idem Ill^{mus} et R^{mus} D. episcopus, ut accurate et diligenter inspicerent, factaque per ipsos recognitione ac diligenti animadversione super dictis sacris ossibus, infrascriptam fecerunt relationem, videlicet etc.

Avendo noi infrascritti con tutta diligenza ed esattezza, secondo che richiede la nostra arte e perizia, osservate molte ossa umane, estratte da una cassetta aperta alla nostra presenza, che ora è stata portata in questa stanza del palazzo episcopale e collocata sopra bacili a cio destinati, quali ossa ci è stato riferito esser del corpo di S. Leopardo vescovo di questa città d'Osimo, che F stava nell' altare sotterraneo di questa chiesa cattedrale dedicato al medesimo santo, diciamo e riferiamo che le medesime ossa formano una buona parte d'uno scheletro, e che la parte che manca si può credere consunta da qualche incendio, mentre alcune di esse ossa si scorgono fino ad oggi offese dal fuoco; il che infatti può anche confermare la molta polvere nel sepolcro rinvenuta ed ora esistente nell' altra cassetta parimente qui portata ed aperta, in cui perciò le ossa mancanti debbono essersi risolute; che è quanto abbiamo potuto osservare. E ad effetto di sapersi la qualità e quantità di dette sacre ossa, ne abbiamo fatta la seguente descrizione, o sia inventario, del tenore etc.

Pezzi di tibie numero 20.
Ossa de' femori numero 3.
Falangi numero 31.
Ossa nominate processi numero 50.
Ossa dette fucili maggiori numero 6.
Pezzi di clavicole superiori numero 6.
Pezzi di coste numero 24.
Osso del coccige.
Due vertebre intere.

Pezzi

RECOGNITIO RELIQUIARUM

Pezzi d'altre vertebre numero 3.

Due pezzetti di cranio.

Denti numero 21., alcuni de' quali non sono interi.

Pezzi d'ossa innominate numero 166.

Tre pezzi di processi offesi dal fuoco.

Molti altri frammenti d'ossa e polvere assai, fra la quale sono stati ritrovati pezzi d'abito, et alcuni ricamati d'oro, ed altre diverse robe offese dal fuoco.

Io Giuseppe Moretti primo medico confermo quanto sopra mano propria.

Io Giacomo Scipioni medico confermo quanto sopra mano propria.

Io Claudio Renaut chirurgo confermo quanto sopra mano propria.

Io Giovanni Bellisari chirurgo condotto della terra di Monte Filottrano confermo quanto sopra mano propria.

Post haec dictus Ill^{mus} et R^{mus} D. episcopus mandavit tam capsulam, in qua sac. ossa continebantur, quam aliam, in qua cineres inclusi fuerant, sigillis ut supra munitas, deferri ad
B dictum armarium prope altare SS. apostolorum Philippi et Iacobi huius cathedralis ecclesiae, ibique collocari; quibus eodem modo quo supra expletis, et praesentibus supradictis omnibus ut supra nominatis, clauso eodem armario et sigillis Dominationis suae Ill^{mae} et R^{mae} super pellem rubri coloris impressis ut prius obsignato, omnes discesserunt etc.

Interim statuerat Ill^{mus} et R^{mus} D. episcopus translationem sacri corporis usque ad diem VII. novembris, quae est sanctissimi Leopardi memoriae sacra, differre, praesertim ut novum altare sub quo recondendum erat perfici posset. Cum vero compertum fuisset mense maio sequentis anni 1754 celebrandum esse solemne triduum pro beatificatione beati Iosephi a Cupertino, cuius corpus in ecclesia RR. PP. Min. Conventualium huius civitatis adservatur, constituit eamdem translationem etiam ad praedictum mensem maium proferendam, ut scilicet maiore populi concursu, quod erat ferme omnium votum, frequentaretur.

Appetentibus autem dictae translationis diebus, quae die 30 eiusdem mensis celebranda erat, idem
C Ill^{mus} et R^{mus} D. episcopus praecepit, ut per octo dies ante ad futuram solemnitatem populo publicandam campanae ecclesiae cathedralis post vesperas pro more pulsarentur; item ut praedictae et omnium civitatis ecclesiarum pariter pulsarentur tribus diebus translationem praecedentibus circa auroram, meridiem et solis occasum; quae omnia respective observata sunt.

Interim Dominatio sua Ill^{ma} et R^{ma} die 22 dicti mensis maii accessit ad dictam ecclesiam cathedralem, una cum dictis R^{mis} DD. archidiacono Ioanne Baptista Talleono et archipresbytero Roberto Pio ab Aqua, necnon RR. DD. Dominico Baccarino et Dominico Pannellio meque etc., et postquam pervenerunt omnes ad saepe dictum armarium prope altare SS. apostolorum Philippi et Iacobi, recognita fuerunt sigilla, quibus ut supra munitum fuerat, per dictos Dominos testes, illisque integris repertis nec ulla parte vitiatis, prout asseruerunt, apertum per me fuit dictum armarium, et exinde dicti Domini archidiaconus et archipresbyter ac R^{mi} Domini Caietanus Florentius Martorellus, et Carolus Marcellus Dittaiutus, praedicti cathedralis canonici, superpelliceo et stola induti, extraxerunt capsulas, in quarum una sac. ossa, in altera vero D
cineres continebantur, et accensis luminibus, fuerunt translatae ad palatium episcopale, et in domestico sacello depositae, cuius claves Dominatio sua Ill^{ma} et R^{ma} penes se retinuit, donec dictis sacris ossibus per d. Dominum Dominicum Baccarinum intra feretrum seu urnam crystallo a quatuor lateribus obstructam, in qua dictum sacrum corpus transferendum erat, collocatis, et obsignato dicto feretro sigillis eiusdem Ill^{mi} et R^{mi} D^{ni} episcopi Auximani, praesentibus pro more supradictis Dominis testibus etc., die 29 mensis maii dicta sacra ossa in feretro ut supra ad ecclesiam delata sunt, baiulantibus R^{mis} Dominis Caietano Florentio Martorello, Carolo Marcello Dittaiuto, Simone Franciono et Sebastiano Salvino, huius cathedralis ecclesiae canonicis, ceteros vero sacros ritus peragente praedicto Ill^{mo} et R^{mo} Domino episcopo, et exinde super altare maius, qua ecclesiam spectat dilatatum, publicae fidelium venerationi fuerunt exposita; incoeptis circa ea sacris vigiliis, quas RR. sacerdotes alternatim usque ad sacrarum reliquiarum depositionem continenter prosequuti sunt. E

Sacri autem cineres duobus vitreis vasibus inclusi in armario dicti sacelli remanserunt, cuius pariter armarii claves Dominatio sua Ill^{ma} et Rev^{ma} apud se custodivit. In recensione vero dictorum cinerum quinque et triginta monetae diversarum urbium et principum inventae sunt, quae apud eundem Ill^{mum} et R^{mum} D. episcopum una cum lamina argentea, de qua supra etc. fuerunt servatae.

Statuta ergo die 30 dicti mensis pro translatione praedicta facienda, convocatis ad cathedralem ecclesiam capitulo et clero civitatis, Ill^{mus} et R^{mus} D. episcopus accessit ad dictam ecclesiam una cum Ill^{mis} et R^{mis} Dominis Francisco Vivano episcopo Camerinensi et Fabrianensi et Leonardo Cicconio episcopo Montis Alti, qui ad solemnitatem invitati fuerant, et deinde idem Ill^{mus} et R^{mus} Dominus episcopus Montis Alti pontificalibus vestibus indutus solemniter missae sacrificium immolavit, ac etiam homiliam ad populum habuit.

Post meridiem, decantatis vesperis, cum sacra supplicatio habenda esset, superveniens subita magna aquae vis in causa fuit ut ad diem F
sequentem 31 transferretur, in qua, antemeridianis officiis mature peractis, habita fuit solemnis supplicatio, qua per civitatem sacra ossa translata sunt in supradicta urna affabre ornata, baiulantibus subinde Ill^{mis} et R^{mis} DD. episcopis Montis Alti et Auximano, et R^{mis} DD. canonicis ecclesiae cathedralis sibi invicem succedentibus, ac praecedentibus iuxta eorum ordinem clero saeculari et regulari sacris vestibus induto, et confraternitatibus civitatis; qui omnes cereos accensos manu gerebant, ut etiam Ill^{mus} magistratus, qui subsequebatur post Ill^{mum} et R^{mum} Dominum episcopum Camerinensem, qui pone urnam incedebat, agmen claudente populo civitatis universo. Ita cuncti, psalmos et hymnos laudesque ss. pontificum et confessorum canentes processerunt per civitatem, militia urbana incedentium latera protegente, inter tubarum et campanarum sonitus et strepitum bellicorum tormentorum.

Eodem ordine ad ecclesiam cathedralem reditum est; et post vesperas praesentibus ... meque cancellario episcopali infrascripto, et Domino Philippo de Urbinatis notario et secretario priorali

A rali huius Ill^mae communitatis ad praesentem repositionis actum vocato, de mandato ut supra etc., publicata prius per me excommunicationis poena Dominationi suae Ill^mae et R^mae reservata contra quoscunque aliquid de dictis sacris reliquiis surripere audentes, apertum fuit dictum feretrum, praevia signorum recognitione per dictos DD. testes facta de identitate eiusdem, atque inde extracta fuerunt sacra ossa et septem vitreis vasibus inclusa.

Postea comitantibus omnibus supradescriptis, fuerunt delata ad confessionem prope altare recens constructum divo Leopardo dicatum, quod remota mensa iam fuerat patefactum; hinc fuerunt dicta vasa collocata in capsula cupressina et holoserico rubri coloris interius contecta, una cum praedictis duobus vasibus pulvere et ossium fragmentis refertis, nec non plumbea theca probe clausa, in qua inclusa fuit membrana per eosdem Ill^mos et R^mos DD. episcopos subscripta, et per me cancellarium episcopalem infrascriptum et dictum Dominum Urbinatem pro more publicata, quae omnia hucusque narrata B summatim exhibet, cuius exemplum ad calcem huius instrumenti descriptum legitur. Deinde capsula duobus ferreis uncis in operculo firmata, et munita quatuor sigillis Ill^mi et R^mi D^ni episcopi ex cera hispanica in pelle rubri coloris per me cancellarium infrascriptum impressis, inclusa fuit in alia capsula plumbea in recenti marmoreo tumulo parata, quae deinde per magistrum Alexium Pescatori stanno ad os eius quaqua versum illita proque artis peritia obstructa fuit, in cuius operculo ex parte exteriori haec incisa verba leguntur : Corpus S. Leopardi episcopi Auximani hic repositum die 31 maii MDCCLIV.

Denique superpositi fuerunt tres lapides, quibus altaris mensa constituitur et totum sepulchrum contegitur, qui duobus ferreis vinculis ad utrumque latus et gipso circumquaque firmati sunt, atque ita supradicta omnia perfecta sunt etc.

Tenor membranae, de qua supra fit mentio.

Ad perpetuam rei memoriam.

Anno Domini 1754, indictione secunda, tempore SS. patris et Domini Benedicti PP. XIV, anno eius XIV, Ill^mus et R^mus Dominus Pompeius Compagnonus episcopus Auximanus et Cingulanus et pontificio solio assistens, episcopatus sui anno XIV, sacrum corpus SS. confessoris Leopardi, primi, ut creditur, Auximatis episcopi, quod die 18 mensis aprilis superioris anni 1753 ex antiquissimo eius tumulo extraxerat riteque recognoverat, quemadmodum in actis episcopalis audientiae fusius declaratur, die 29 maii in feretro compositum et per ecclesiam delatum, baiulantibus R^mis DD. Caietano Florentio Martorello, Carolo Marcello Dittaiuto, Simone Franciono, et Sebastiano Salvino, huius cathedralis ecclesiae Auximanae canonicis, et sacros ritus peragente praedicto Ill^mo et R^mo Domino Compagnono episcopo Auximano, publicae fidelium venerationi exposuit. Die vero 31 eiusdem mensis maii, divinis officiis rite peractis, supplicatio solemni pompa per civitatem ducta fuit, baiulantibus Ill^mis et R^mis DD. Leopardo Cicconio episcopo Montis Alti, ac Pompeio Compagnono praedicto episcopo Auximano et Cingulano, et sacros E ritus peragente Ill^mo ac R^mo Domino Francisco Vivano episcopo Camerinensi et Fabrianensi. Hora tandem 23 idem sacrum corpus in recens marmoreum tumulum inlatum, ibique nova duplici arca, cupressina scilicet interiori et plumbea exteriori, reconditum, in pace sepultum fuit. Praesentibus... atque rogatis, etc. In fidem, etc.

RECOGNITIO RELIQUIARUM

POMPEIUS episcopus Auximanus et Cingulanus.

FRANCISCUS episcopus Camerinensis et Fabrianensis.

LEOPARDUS episcopus Montis Alti.

Ita est SANCTES AMODEUS Auximanus not. publ. et curiae episcopalis Auximi ad civilia cancellarius rogatus, etc.

Loco † Signi.

Ita est, PHILIPPUS DE URBINATIS ex Murro Vallium Firmanae dioecesis not. publ., et ad praesens illustrissimae civitatis Auximi secretarius prioralis ad huiusmodi actum repositionis interfui et rogatus fui, etc.

Loco † Signi.

C F

DE SANCTO RUFO

EPISCOPO METTENSI

SAEC. V INEUNTE ? — A. P.

Rufum, episcopum — *Mettensem nonum,*

1. *Etsi vix quidpiam de historia S. Rufi memoriae traditum est, in hoc saltem consentiunt et Gesta et catalogi episcoporum Mettensium, ut illum nonum episcopum huius sedis dicant eique assignent decessorem Sambatium, successorem Adelphum. Primum, ut videtur, de illo meminit carmen de episcopis Mettensis civitatis, quod a Paulo Diacono conscriptum alii opinantur* (1), *alii negant* (2), *quodque certe inter annos 769-791, probabiliter circa an. 776 est compositum. In quo uno versu Rufus laudatur, et quidem laude, ut in aliis episcopis fere factum est, ex ipso nomine facetius quam verius accepta :*

Post hos, Ruffe, venis flammis rubicundus amoris (3).

Neque multo plura noverat ipse Paulus Diaconus, qui de vita S. Rufi nihil, de cultu pauca quaedam litteris mandavit in Gestis episcoporum (4)*:* Rufus vero et Adolfus, qui sunt in numero nonus et decimus, magnis absque dubio in vita meritis fulsisse credendi sunt, quandoquidem tali etiam post obitum fulsere miraculo. Horum denique corpora cum in basilica Beati Felicis martyris essent humata, sicut ad nos usque decurrit relatio, vir quidam erat religiosus ac de animae suae cura sollicitus, qui nocturno tempore, ut privatis orationibus se Domino commendaret, universa quae extra muros eiusdem civitatis sita erant oratoria indesinenti studio circumire solebat. Hic itaque dum ad praedictam Beati Felicis martyris perve-

(1) E. DÜMMLER, in *MG.*, Poet. lat. t. I (1880), p. 29. — (2) O. HOLDER-EGGER, in *MG.*, Scr. t. XIII (1881), p. 303. — (3) Ibid., p. 304, l. 24. — (4) *MG.*, Scr. t. II, p. 262, l. 8-20.

nisset

AUCTORE A. P.

nisset basilicam, nec tamen ingrediendi ei esset concessa facultas, accessit iuxta murum forinsecus ad eam partem qua praedictorum sacerdotum corpora requiescebant, atque ibi se in orationem tota mentis intentione prostravit. Qui dum post effusas preces ab oratione surrexisset, et in eorum sanctorum honorem ad quorum e regione sepulcra oraverat psalmi versiculum, id est *Exultabunt sancti in gloria*, pronuntiaret, mox ad intus vocem subiungentis audivit: *laetabuntur in cubilibus suis.*

die 7 novembris vita functum esse,

2. *Haec saeculi VIII scriptores Mettenses. Paulo post, id est ante medium saec. IX, traditum invenimus diem sancti nostri emortualem :* Rufus VII idus novembris (1) *in splendido illo sacramentario Mettensi, in quo praeter Versus de episcopis supra allatos, legitur etiam index dierum quibus singuli episcopi sunt defuncti. Cum quo congruit scriptor aequalis Rabanus, in Martyrologio :* Eodem die (*VII idus nov.*) natale sancti Rufi Mettensis urbis episcopi et confessoris, qui translatus est a praedicta urbe, consentientibus Drogone praesule, in Wormaciensem pagum in villam quae vocatur B Oterenheim (2), temporibus Hlothharii imperatoris et Hludovici regis; ubi etiam sanctitas eius multis virtutibus claruit (3). *Quam translationem inter annos 840-854 factam esse, tempora Hlotarii imperatoris (20 iun. 840-† 29 sept. 855) et Drogonis episcopi († 8 dec. 855) collata cum tempore martyrologii, quod Rabanus Ratleicho abbati Selingenstadensi († 14 iun. 854) conscripsit, luculenter ostendunt.*

non saeculo III

3. *Ante finem autem saeculi IX coniectando vel aliter definierant Mettenses quanto tempore Rufus sedem episcopalem obtinuisset. Ita enim catalogus episcoporum extremo saec. IX confectus :* Rufus episcopus sedit annos XXVIII, obiit VII idus novembris (4). *Reliquum erat ut, quo tempore vixisset, distinctius proponeretur; quod praestitit medio saeculo XII auctor Gestorum episcoporum Mettensium, qui c. 9 affirmavit :* Nonus post Sambatium Rufus Mettensium fuit episcopus, qui XXIX annis sedit in episcopatu, a tempore Severi et Antonini Caracalla, Macrini, Aurelii Antonini, Aurelii Alexandri (= *193-234*), temporibus Calixti, Urbani et Zepherini apostolicorum (= *199-230*); sepultusque in ecclesia Sancti Clementis (5). C *Idem autem scriptor de translatione in Odernheim meminit, sed in hoc lapsus est, quod non Rufum, verum decessorem illius Sambatium huc translatum esse commentus est* (6). *Quem errorem correxit saec. XII/XIII auctor Chronici Sancti Clementis Mettensis, qui tum Gestis tum catalogo episcoporum usus, tempus S. Rufi aliter neque certe melius definivit* (7) : Rufus nonus Mettensium fuit episcopus, qui annis XXIX sedit in episcopatu; obiit VII idus novembris sub papa D Calisto (= *217-222*), imperante Maximino tertio eius imperii anno (= *237*), sepultusque est in ecclesia Sancti Clementis et postea translatus in Otreneym. *Chronicon autem Universale Mettense, quod circiter an. 1250 compositum est, ad annum 203* (*alias 204*) *recenset* (8) *Rufum* (*al. S. Rufum*), *quem docet sedisse annos 28* (*al. 29. et additum est* vel 38).

sed sub initio saeculi V

4. *Mettenses igitur in hoc saltem aliquando consentiebant, quod Rufum sub initio saeculi III vixisse opinabantur. Quos illi soli sequentur, qui Clementem primum episcopum a S. Petro in Gallias missum esse credunt. Qui vero his " apostolicis " legendis fidem non tribuunt et multo recentiore tempore initium condendae ecclesiae Mettensis factum esse compererunt, hac via S. Rufi tempus definire sunt conati : Victorem qui in catalogo episcoporum quintus recensetur, anno 346 concilio Coloniensi subscripsisse* (Victor Mediomatricorum) *atque eundem esse Victorem episcopum gallum, qui anno 344 decretis concilii Sardicensis adhaesit ; Auctorem vero, qui decimus* E *tertius est in catalogo, anno 451, quo tempore Hunni Gallias vastaverunt, vixisse; porro Rufum, nonum episcopum sub initio saeculi V esse collocandum. Hunc tamen computum omni ex parte caducum quidam censuerunt : Acta concilii Coloniensis esse apocrypha ; concilio Sardicensi adhaesisse Victorem episcopum, gallum utique, cuius tamen sedes non sit indicata, ac proinde fieri quidem posse ut ille Mettensis praesul fuerit, nihil tamen certius esse asseverandum ; de Auctore tandem res fabulosas et inter se non bene cohaerentes esse traditas* (9). *Quibus opponi potest, etsi Acta concilii Coloniensis sint apocrypha, subscriptiones tamen episcoporum videri fide dignas* (10); *maiorem inde vim accedere coniecturae quae Victori episcopo gallo Mettensem sedem assignet ; de Auctore ut tradita sint nonnulla fide indigna, minime tamen improbabile esse illum medio saeculo V vixisse* (11). *Quibus perpensis, statuet prudens rerum aestimator computationem illam non certis quidem, probabilibus tamen rationibus effici.*

5. *Parum tamen profecissemus, si verum esset, quod aliqui dixerunt, istam totam infirmo niti fundamento, id est generatim non recte traditam esse* F *Mettensium episcoporum seriem. Catalogos enim qui supersunt quique optime inter se conveniunt, quamvis bonae notae aestimaverit iudex austerus L. Duchesne* (12), *vel ex eo reiciendos censet v. cl. A. Hauckius* (13), *quod Victori quintum locum, Auctori decimum tertium, vigesimum tertium Hesperio illi assignant, qui concilio Arvernensi anno 535 interfuit, quemque Hauckius, duce Cointio* (14), *primum Mettensem episcopum affirmat de*

(1) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 305, l. 18. Cf. L. DELISLE, *Mémoires sur d'anciens sacramentaires* (Paris, 1886), p. 100-101. — (2) Iam Odernheim, haud procul Alceia (Alzey, Rheinhessen). — (3) *P. L.*, t. CX, col. 1178 ; cf. E. DÜMMLER, in *Forschungen zur Deutschen Geschichte*, t. XXV (1885), p. 199. Hic locus in editione interpolata martyrologii Bedae insertus est (cf. *P. L.*, t. XCIV, col. 1097); unde factum est ut tamquam Bedae proferretur a Baronio in annotatione ad Martyrologium Romanum die 7 novembris. — (4) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 305, l. 45. Ceteri catalogi saeculo XII anteriores non sunt et Rufi solum nomen praebent (ibid., p. 306, l. 50). — (5) Haec Paulo Diacono (supra, num. 1), non contradicunt. Monasterium enim quod pridem dictum erat Sancti Felicis, postea Sancti Clementis nominari consuevit. — (6) Gesta c. 8 (*MG.*, Scr. t. X, p. 536, l. 5/6). — (7) *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 493, l. 57-59. — (8) Ibid., p. 502, l. 38. — (9) Cf. v. gr. A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I² (1904), p. 32; [V. CHATELAIN], in *Revue historique de Metz*, t. I (1904), p. 222-24. — (10) Postquam nuper de his Actis plurimi in diversas sententias abierunt, haec tandem fuit sententia v. cl. L. DUCHESNE, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, t. I² (1907), p. 361-65 ; quae optimis argumentis niti videtur. — (11) Legatur ipse HAUCK, l. c. : " doch mag es richtig sein, dass er (Auctor) in die Hünnenzeit fällt. " — (12) T. c., p. 4 — (13) T. c., p. 32, annot. 4 : " Man sieht schon aus diesen Zahlen, dass die Liste unmöglich ist. " Cf. etiam CHATELAIN, t. c., p. 224, qui affirmat hanc esse " la loi naturelle des successions épiscopales ", ut singulis episcopis assignentur 18-20 anni pontificatus. Si ergo decem Auctoris successores ab anno 451 ad annum 535 sederint, singulis annos circiter 8 tribuendos esse ; atqui " ce chiffre inférieur est contraire à toutes les vraisemblances. " — (14) *Annales ecclesiastici Francorum*, t. I (1655), p. 115.

cuius

AUCTORE A. P.

A *cuius tempore certo constet. Iam vero in hac serie :*

5. Victor (anno 344-346 ?)
13. Auctor (anno 451 ?)
23. Hesperius anno 535

illud, si quid intellego, viro docto displicuit quod totum saeculum (344-451) octo dumtaxat episcopi, annos autem circiter octoginta (post 451 - ante 535) decem suo regimine implerent. Verum humanae vitae spatium in ipsis etiam episcopis varium esse atque mutabile, ac proinde allatis rationibus non solum impossibilem sed ne veri absimilem, ne mirabilem quidem ostendi seriem, quae tradita est, episcoporum Mettensium, aliis omissis, vel ex paucis exemplis nullo negotio demonstrari potest. Ut enim ab Mettis non recedamus, haec ex ea parte seriei episcoporum, quae nullo dubio subiacet, excerpimus :

43. Robertus an. 883- † 916
48. Adalbero II an. 985- † 1005

id est : episcopi 6, anni 123 ;

56. Stephanus an. 1120- † 1163
61. Conradus an. 1213- † 1224

B *id est : episcopi 6, anni 105 ;*

63. Philippus an. 1261-1264
72. Ludovicus an. 1325-1327

id est episcopi 9, anni 67.

Ne vero sola tempora posteriora respexisse videamur, adeamus Turonensem illam ecclesiam, de cuius praesulibus optime sumus edocti :

2. Litorius an. 337/338
6. Briccius † circ. an. 444

id est episcopi 5, anni plus 105 ;

9. Volusianus an. 491
21. Euphronius † an. 573

id est episcopi 13, anni 83.

Quae satis fore crediderim, ut constet quam caute in his, quae vel veri dissimilia vel etiam impossibilia dicuntur, sit viro historico agendum. Nihil ergo obstare videtur quominus non ut certum quidem, sed ut probabile saltem habeamus Rufum et nonum episcopum Mettensem fuisse, et vel saeculo IV exeunte, vel V ineunte vixisse.

probabile videtur.

6. *Cetera autem, licet pauca, quae de eo tradita superius attulimus, multo minus probabilia dicenda sunt* (1) *praeter translationem, de qua scriptor prorsus aequalis meminit Rabanus, atque forsan etiam diem obitus. Dierum enim quibus obierunt episcopi, ii praesertim qui ut sancti festo singulari colebantur, fideliter in ipsorum ecclesia maiore servatam esse memoriam, et facile intellegitur, et in non paucis locis est notatum. Vidimus autem iam a medio saeculo IX vel etiam paulo antea testatos esse Mettenses Rufum die 7 novembris vita functum esse*(2); *quibus concordant cum Rabanus* (natale S. Rufi), *tum martyrologia Epternacense, Habendense, Tullense saec. XII et XIV* (3), *et nonnulla exemplaria interpolata Usuardi* (depositio S. Rufi) (4), *ex quibus transiit sancti nomen in Martyrologium Romanum. Ab hac quidem antiquitatis fide nuper recessit ecclesia Mettensis, quae licet hoc die 7 novembris sancti festum recolat, in lectione tamen propria officii liturgici, cum Saussaium* (5) *exscriberet, tradidit Rufum die 27 augusti obiisse, 7 vero novembris in Odernheim esse translatum* (6). *Quod recte dictum esse non crediderim. Die enim 27 augusti Rufum Mettensem nuntiant editiones dumtaxat martyrologii Usuardini Lubecana et Coloniensis anni 1490 atque Greveni anni 1515* (7), *non aliam, ut* E *videtur, ob causam, quam quia eodem die ab ipso Usuardo nominatus est Rufus ille martyr Capuanus ; Mettenses autem sancto suo colendo olim elegisse diem quo corpus illius ab eis ablatum esset et in Odernheim translatum, neque veri est simile, et catalogo episcoporum repugnat, atque vel inde improbabile apparet, quod in ipso vico Odernheim translatio illa olim die 7 octobris recolebatur* (8). *Cur autem in antiquo martyrologio ecclesiae Mettensis, quod Meurissius attulit, die 11 maii nuntiatus sit cum S. Agatumbro episcopo, — cuius est hic festus dies, — etiam Rufus noster* (9), *explicare non valeo* (10).

Epistula ad Nicetium Treverensem ab alio Rufo scripta.

7. *Saussaio etiam duce, erravit iterum qui allatam de S. Rufo lectionem conscripsit, ubi dixit magnos S. Rufi animos " in epistola quam scripsit ad metropolitam suum etiam nunc elucere. „ Est haec epistula a Rufo episcopo Taurinensi ad Nicetium episcopum Treverensem circ. an. 550 data* (11). *Quae postquam olim a quibusdam atque ab ipso Calmeto habita erat ut a Rufo nostro scripta* (12), *iam pridem vero scriptori est restituta* (13).

C

(1) Quae de Rufo nostro tradit Vita S. Adelphi, successoris ipsius (*BHL.* 76), quamvis haec medio saeculo IX scripta esse existimetur, adeo fabulosa sunt ut vix obiter commemoranda sint. Finxit scriptor illius Adelphum, *transcursis studiis, commissum esse avunculo suo Rufo, Metensis ecclesiae praesuli sanctissimo, sed subregulo seu rectori palatii ac regis consiliario, in bonis tam saecularium quam ecclesiasticorum negotiorum actibus exercitandum* (vid. *Act. SS.*, Aug. t. VI, p. 507, num. 2, et cf. annotata, p. 508). Neque diutius immorandum censeo coniecturae Gamsii (*Series episcoporum*, p. 292), qui de Rufo scripsit haec : " forsan idem qui c. 386 in historia Priscillianistarum memoratur. „ Quantum ipse conicio, in mentem Gamsio venerunt Rufus et Magnus episcopi, qui anno 385 Treveris apud Maximum imperatorem egerunt, ut causa Priscilliani Evodio praefecto permitteretur (SULPICIUS SEVERUS, *Chron.*, II, 50, 7). Hos autem solis nominibus notos esse idem Gamsius alibi monuit (*Die Kirchengeschichte von Spanien*, t. II, 1, p. 377). — (2) Cf. supra, num. 2, 3. — (3) Cf. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques* (Paris, 1908), p. 243. — (4) Ed. SOLLERII, p. 658. — (5) *Martyrologium Gallicanum*, p. 273-74, ad d. 11 maii. — (6) *Officia propria dioecesis Metensis* (Metis, 1859), p. 29. — (7) Cf. editionem SOLLERII, p. 404-5. — (8) Cf. *Gallia christiana*, t. XIII (1785), col. 683. — (9) Cf. *Act. SS.*, Maii t. II, p. 632. — (10) Cf. rem similem *Act. SS.*, Oct. t. IV, p. 1009, num. 7. — (11) Cf. *MG.*, Epist. t. III, p. 133-34. — (12) *Histoire de Lorraine*, nouv. éd., t. I (1746), p. XX-XXI; *Bibliothèque Lorraine* (1751), col. 853-54. — (13) Cf. v. gr. BOUQUET, *Recueil des historiens de France*, t. IV, p. 75; [D. Jean FRANÇOIS et D. Nicolas TABOUILLOT], *Histoire de Metz*, t. I (1769), p. 224; *Gallia christiana*, t. XIII, col. 683-84.

F

DE

A D

MEDIO SAEC. VI

DE S. BAUDINO SEU BALDO

EPISCOPO TURONENSI

C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Baudinus episcopus Turonensis

1. *S. Baudini seu Baldi* (1) *curriculum vitae ita breviter descripsit Gregorius Turonensis in catalogo episcoporum Turonensium, quo clausit librum ultimum suae Historiae Francorum* (2): Sextus decimus (3) Baudinus ex referendario (4) Chlotharii regis (5) ordinatur episcopus, habens et filios, multis elemosinis praeditus. Aurum etiam, quod decessor eius reliquerat, amplius quam viginti milia solidorum, pauperibus erogavit. Huius tempore alter vicus Noviliacus (6) B aedificatus est. Hic instituit mensam canonicorum (7). Sedit autem annos quinque, menses decem, obiitque et sepultus est in basilica Sancti Martini (8).

Clotario I rege Francorum.

2. *Elogium istud vel iisdem vel fere iisdem verbis, maiore minoreve compendio, sed nullo additamento, exscripserunt sequentibus temporibus* Chronica *Turonensia Petri filii Bechini* (9), Turonense Magnum (10), Turonense abbreviatum (11), archiepiscoporum Turonensium (12) *et libellus* de commendatione Turonicae provinciae (13); *ac postea* Martyrologium gallicanum Andreae Saussayi (14) *et* Martyrologium Ebroicense (15).

Eius Vita prolixior, non ante finem saeculi XI conscripta.

3. *Non paulo prolixiorem Vitam, prolixiorem, inquam, verbis, at vix copiosiorem rebus narratis, in codice saeculi XVI, quem servat bibliotheca publica Rotomagensis, simul cum historia elevationis corporis S. Baldi seu prioris translationis atque alterius translationis Vernulio Lochas anno 1086 factae et miraculi per intercessionem SS. Hermelandi et Baldi anno 1331 impetrati, repperit quidam collega noster* (16). *Haec Vita, post finem saeculi XI conscripta, quippe quae translationem anni 1086 memoret, satis* C *manifeste eadem est atque illa quam in* vetustissimis Turonensis ecclesiae codicibus *a se inspectam ait Iohannes Maan et ex qua hausit breve compendium quod suo operi de Turonensis ecclesiae historia inseruit* (17). *Apographum autem codicis Vernuliensis, quem a D. Stephano Housseau exscriptum ait Bartholomaeus Hauréau* (18), *sed a se ipso visum non testatur, inter collectanea sub nomine illius compilatoris servata in Bibliotheca nationali Parisiensi* (19), *quamvis diligenter inspecta, repertum non est. Itaque ex uno codice Rotomagensi Vitam illam cum documentis eidem subiunctis, a praedicto collega nostro accurate descripta, ad calcem huius commentarii exhibemus. In qua, praeter ea quae leguntur apud* E *Gregorium Turonensem, paucae quaedam referuntur traditiones locales ad sanctum nostrum spectantes.*

Sedit circa medium saeculum VI.

4. *Ex computatione spatiorum temporis quae apud Gregorium singulorum pontificum Turonensium regimini assignantur* (20) *colligere licet S. Baudinum sedisse circa aut paulo ante medium saeculum VI, sed non ita, quibus certis annis sederit, disertius definire. Maanius quidem exordium pastoralis officii ab illo suscepti illigat anno 539, quem Clotarii I regis vicesimum quartum fuisse ait* (21): *sed nescimus utrum id hauserit ex vetere aliquo documento, cuius iam copia nobis non est, an ex suis ipsius computationibus et coniecturis, et eius opinio multiplici argumento refutatur. Etenim* a) *Iniuriosus, Baudini decessor, legitur in sede Turonensi excepisse Franciliones anno Iustiniani imperatoris secundo* (22), *qui erat Christi 528 vel 529; cumque, secundum Gregorium Turonensem* (23), *sederit annos fere septemdecim, inde ad annum 544 vel 545 vitam protraxisse novimus.* b) *Idem Iniuriosus subscripsit praesens concilio Aurelianensi secundo, anno 533* F *et, anno 541, concilio Aurelianensi quarto, ac per presbyterum suum Campanum concilio Aurelia-*

(1) Vulgo *Bauld, Bault, Baud.* — (2) *Hist. Franc.*, l. X, c. 31. — (3) Sextus decimus scilicet, si cum Gregorio duos episcopos qui paulo superius in hoc catalogo sub numero decimo indicantur simul sedisse, Theodorum et Proculum, ita coniungas ut unum constituant pontificatum. Si vero eosdem ut duos distinctos episcopos computaveris, iam Baudinus in ordine episcoporum Turonensium decimus septimus notandus veniet, qualis re vera notatur in nonnullis aliis veteribus catalogis (ap. L. Duchesne, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, t. II, 1900, pp. 286, 293, 294). Sed certe minus accurate locutus est Gregorius ubi (*H. F.*, l. IV, c. 3) Baudinum ait successisse decimum sextum episcopum *post obitum beati Martini*, cum secundum ipsum eius catalogum (et omnes alios) Martinus tertio loco inter pontifices Turonenses collocandus sit et ita inter eum et Baudinum duodecim (vel ad summum tredecim) alii intermedii computandi. — (4) *Referendarius* " apud Francos primae stirpis reges dictus ille cui commissa erat anuli regis cura, quique regis diplomata subscribebat " (Du Cange, *Gloss. med. et inf. lat.*, ed. Henschel, t. V, p. 651); quo munere ornati, postea *Cancellarii* appellati sunt. — (5) Primi scilicet huius nominis inter reges Francorum. — (6) Iam ab Iniurioso Baudini decessore fundatum esse vicum eiusdem nominis paulo supra rettulerat Gregorius : alter hic a Baudino episcopo aedificatus indicatur. Tres vici in antiqua civitate Turonum hoc nomine insigniti apud Gregorium leguntur (praeter duos nempe iam dictos nominatur et tertius, *In gloria confessorum*, c. 7, qui videtur ab utroque diversus). Hodieque in dioecesi Turonensi et praefectura quae ab Angere et Ligeri fluminibus nuncupatur (dép. d'Indre-et-Loire) exstant adhuc tres eius vocabuli vici, Neuillé-le-Lierre (arr. de Tours, canton de Vouvray), Neuillé-Saint-Pierre (arr. de Tours, chef-lieu de canton) et Neuillé-le-Noble ou le Brignon (arr. de Loches, cant. de la Haye), sed quinam horum singuli singulis apud Gregorium indicatis assimulandi sint satis definiri non potest (A. Longnon, *Géographie de la Gaule au VI^e siècle*, p. 281). — (7) Seu, ut aiunt, vitam communem. — (8) Cf. infra, num. 5. — (9) Apud A. Salmon, *Recueil de chroniques de Touraine* (1854), p. 23. — (10) Ibid., p. 81. — (11) Ibid., p. 174. — (12) Ibid., p. 209. — (13) Ibid., p. 296. — (14) Part. II (Paris. 1637), p. 839. — (15) Ed. Paris. 1752, p. 296. — (16) Cf. *Anal. Boll.*, t. XXIII (1904), p. 229-32, n. 2-4. — (17) I. Maan, *Sancta et metropolitana ecclesia Turonensis* (1667), p. 36. — (18) *Gall. christ.*, t. XIV, p. 20 c. — (19) De his collectaneis videsis *Bibliothèque de l'École des chartes*, t. XXXII (1871), p. 286 sqq. — (20) *Hist. Franc.*, l. X, c. 31. — (21) Loc. cit. supra, annot. 17. — (22) *Chronicon Turonense magnum* (ap. A. Salmon, op. c., p. 80). — (23) *Hist. Franc.*, l. X, c. 31.

nensi

nensi tertio, anno 538 (1). c) *Eius tempore obiit Chrothildis regina* (2); *sed, ut monuit Henschenius, quo anno obierit Chrothildis non satis constat, certe ante annum 548* (3). *Ex his itaque indiciis omnino adducimur ut consentiamus sententiae doctissimi viri Brunonis Krusch, qui episcopatum Baudini concludit his terminis:* Sedit circa a. 546, Dec. — 552, Nov. (4). *Cui sententiae suffragatur v. cl. Ludovicus Duchesne* (5).

Eius corpus in vico Vernulio

5. *Gregorius Turonensis scripsit S. Baudinum Turonibus in ecclesia Sancti Martini sepultum esse* (6). *Huic traditioni contradixit scriptor Vitae sancti, qui testatur* (7) *illum obiisse Vernulii, dum in eo loco visitationem pastoralem institueret, et ibidem primo sepultum esse in humili vici ecclesia, postea vero in basilicam in eius honorem constructam translatum. Id etiam asserit vehementer monachus ille Sancti Iuliani qui saeculo XIV nonnulla supplevit ad* Chronicon Turonense abbreviatum, *ita scribens:* Hunc quem Baudinum Gregorius appellat, ecclesia Turonensis et etiam totum vulgus Baldum sive Baudum vocat. Hic sanctus habetur in Turonia et certo certius non in ecclesia Sancti Martini, sed in vico Noviliaco, qui modo vocatur Vinulium, Verneuil seu Vernolium, fuit sepultus (8). *Sed cum idem statim addat:* Et ista patent per legendam translationis eiusdem sancti, *dicendum est testimonium illud nihil addere auctoritati alterius. Nam haec* legenda translationis *vel ipsi scriptori Vitae attribuenda est vel certe illi nota erat* (9).

elevatum est

6. *Huius translationis narrationem, hactenus ineditam, iam exhibere licet, ex eodem illo codice Rotomagensi descriptam qui nobis Vitam S. Baudini servavit* (10). *Quo tempore illa narratio confecta sit, nullo satis certo indicio constat. Diserte quidem indicat Vitae scriptor eam ipsa Vita antiquiorem esse* (11), *non tamen negat a se esse concinnatam. Sed idem scriptor videtur magis elegantiam sermonis sectari quam scriptor Translationis; quin et in prologo suo quendam rhythmicum affectare numerum, cuius nullum studium in relatione translationis apparet. Itaque diversum Translationis auctorem a Vitae scriptore existimaverim. Canonicum autem Vernuliensis ecclesiae fuisse et per se valde probabile est, et probabilius fit ex eo quod tam libenter immorari videtur* (12) *in describendo prodigio quo adductus fuit Sulpicius ille Ambasiacensis castri dominus ut canonicorum collegium Vernulii institutum amplis possessionibus ditaret et colonos suo dominio subiectos ad huius generis liberalitatem erga eosdem exercendam excitaret.*

ante vel circa medium saeculum XI,

7. *At legendam illam fabulis scatere pronuntiavit Bartholomaeus Hauréau* (13). *Nullum tamen alium errorem in ea notavit nisi quod translationem factam esse narrat a* sancto Arnulpho *Turonicae ecclesiae tunc archiepiscopo* (14), " *cum sive falsus* „ *sive verus Turonensium praesul S. Arnulfus* „ *ante B. Baldum vixerit.* „ *Invictum quidem argumentum, si indicare voluisse existimetur legendae scriptor S. Arnulphum illum qui ut martyr colitur die 18 iulii* (15). *Sed alter exstitit archiepiscopus Turonensis nomine Arnulphus, nemini dubius, qui vixit saeculo XI* (16), post annorum *sane* multorum curricula (17) *a S. Baldi sepultura elapsa. Quod autem hic* sanctus *dicitur, id vel per aliquam confusionem cum Arnulpho illo martyre, qui ferebatur brevissimo tempore Turonensi ecclesiae praefuisse saeculo VI, factum censeri potest, vel potius quod vocem illam* sanctus *adhibuit scriptor eo sensu quo synonyma erat voci* venerandus *aut alii simili, quod non ita raro in usu fuit tempore medii aevi. Arnulphus is sedit ab anno 1023 ad annum 1053* (18); *quae tempora optime concordant cum temporibus Sulpicii* (19) *thesaurarii Sancti Martini et Ambasiacensis castri domini* (20), *qui praecipuus elevationis illius auctor fuit. Non est igitur cur narrationem de qua hic agitur suspectam habeamus. Et hinc ulterius colligitur elevationem Vernulii institutam fuisse paulo ante medium saeculum XI. Quin et dicendum videtur ipsam illius relationem conscriptam esse ante annum 1086* (21). *Nusquam enim quicquam innuit scriptor unde significetur corpus S. Baudini iam Vernulii non servari; contra vero in fine suae lucubrationis vehementer adhortatur cives Vernulienses, ut illum tamquam singularem et apud se praesentem patronum sedulo colant.*

et anno 1086 translatum Lochas.

8. *Primam autem illam translationem mox secuta est altera, qua sanctae reliquiae Vernulio Lochas anno 1086, Radulpho I Turonensi archiepiscopo, deportatae sunt. Huius brevem memoriam repperit Iohannes Maan in chartario Lucacensi et ab eo mutuatus est Barth. Hauréau* (22). *Quam et nos e codice Rotomagensi hic exhibemus* (23), *ad complendam seriem documentorum ad vitam et cultum S. Baudini spectantium.*

Inde ab anno 1331 sollemni pompa quotannis

9. *Eam seriem denique claudit oratio quam pro contione habuit nescio quo tempore canonicus quidam Lucacensis ad celebrandum miraculum anno 1331 SS. Hermelandi et Baudini invocatione impetratum, quod, e voto publico hac occasione emisso, inde singulis annis Lochenses et vicani proxime adiacentis regionis sollemni pompa memorare consueverunt. Documentum illud, in codice Rotomagensi* (24) *Vitae S. Baudini et Translationibus subiunctum, et hactenus ineditum, nos ex eodem codice hic proferendum duximus* (25).

deferebatur per circumiacentem regionem.

10. *Quo tempore sermo iste prolatus sit, nullo indicio constat. Ritus autem processionis annuae perseveravit Lochis usque ad finem saeculi XVIII. Huius quasdam vices ita describit eruditus vir Carré de Busserole* (26): " *Ce vœu fut renouvelé* „ *le 13 juin 1727 et reçut l'approbation de l'arche-* „ *vêque de Tours. — Les curés des trente paroisses* „ *suivantes étaient tenus de prendre part à la pro-*

(1) *MG.*, Conc. t. I, pp. 64, 98, 86. — (2) *Hist. Franc.*, l. c. — (3) Cf. *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 297, annot. *f*. — (4) *MG.*, Scr. rer. merov. t. I, p. 593, annot. 2. — (5) *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, t. II, p. 283. — (6) Cf. supra, num. 1. — (7) Vit. cc. 14-16. — (8) A. Salmon, *Chroniques de Touraine*, p. 209, annot. 4. — (9) Cf. num. seq. — (10) Cf. supra, num. 3. — (11) Vit. c. 13 extr. Sed et posteriorem fuisse translatione anni 1086 (de qua infra, num. 8) aliquis iudicare potuerit ex ipsius titulo, in quo appellatur scriptio *Translationis primae historia:* neque enim prima diceretur nisi successisset altera. Verum titulus ille forsan non ab ipso auctore, sed ab aliquo librario qui serius documentum descripserit, eidem praefixus est. — (12) Cap. 4-6. — (13) *Gall. christ.*, t. XIV, p. 20. — (14) Cap. 3, 4, 5. — (15) De quo *Act. SS.*, Iul. t. IV, p. 396 sqq.; cf. Hauréau, t. c., p. 18. — (16) Cf. Hauréau, t. c., p. 58-61. — (17) Vit. c. 15. — (18) Hauréau, l. c. — (19) Alias Supplicii. — (20) Vit. c. 14; Transl. c. 2. Cf. *Chronicon Turonense magnum* (ap. Andr. Salmon, *Chroniques de Touraine* [1854], pp. 118, 125); *Chronica de gestis consulum Andegavorum* (ap. Paul. Marchegay et Andr. Salmon, *Chroniques d'Anjou* [1856], pp. 88. 89); *Chronicon Vindocinense* (ap. Paul. Marchegay et Aem. Mabille, *Chroniques des églises d'Anjou* [1869], p. 165). — (21) Cf. num. seq. — (22) *Gall. christ.*, t. c., p. 70. — (23) Infra, p. 393 init. — (24) Cf. supra, num. 3. — (25) Infra, p. 393-94. — (26) *Dictionnaire géographique, historique et biographique d'Indre-et-Loire et de l'ancienne province de Touraine*, t. III (= Mém. de la Soc. archéol. de Touraine, t. XXIX), p. 65.

AUCTORE C. D. S.

„ *cession : Azay-sur-Indre, Aubigny, Saint-Bauld „ de Verneuil, ... — Plusieurs curés ayant négligé „ de satisfaire à l'obligation qui leur était imposée, „ le lieutenant du bailli de Touraine, à la date du „ 26 mai 1597, rendit une ordonnance portant „ que tout ecclésiastique qui, sans cause valable, „ s'abstiendrait de venir à la cérémonie, serait „ passible d'une amende. Au jour fixé, les curés „ devaient se trouver réunis pour le départ, à huit „ heures du matin, devant l'église Saint-Ours. — „ Par un mandement du 28 mai 1777, l'archevêque „ de Tours décida que la procession, au lieu „ d'aller jusqu'à l'église de Ferrières, se rendrait „ désormais jusqu'à l'abbaye de Beaulieu. Les „ curés des paroisses autres que celles de Saint- „ Ours de Loches et de Beaulieu cessèrent, à la „ même époque, d'être contraints d'y assister.* „

S. Baudini apud Turones veneratio.

11. *In ipsa autem civitate et in reliqua dioecesi Turonensi non aliud indicium venerationis sancti episcopi nobis innotuit praeter indicationem officii die festivitatis illius celebrandi, in breviariis et ordinibus Turonensibus quae in bibliotheca* B *nostra servantur. Nimirum :* a) *Saeculo XVII,* Breviarium Turonense ... instar Romani digestum, *in parte aestivali, edita anno 1612, signat festum S. Baldi ad diem 7 novembris, sub ritu semiduplici : in cuius officio omnia dicenda indi-* D *cantur* de communi, *praeter lectionem quartam; haec autem desumpta est* ex Greg. Turon. lib. 10 hist. (1), *et* Breviarium insignis ecclesiae S. Martini Turonensis, *in parte aestivali, edita anno 1635, item ad diem 7 novembris :* S. Baldi confessoris episcopi iij. lectionum. Omnia de communi confess. pontif., praeter orationem et tertiam lectionem (*item desumptam ex Gregorio Turonensi, l. c.*).

b) *Saeculo XIX,* Ordo divini officii recitandi iuxta usum sanctae ecclesiae et ritum breviarii Turonensis pro anno Domini 1830 *ad diem 10 novembris annuntiat festum* S. Baldi Turon. episc. semid. *At in appendice ad hunc Ordinem notatur in capitulo cui titulus* Index festorum patronalium (2) *ad diem 7 novembris*: Dom. XXIII post Pent. S. Baldi, anticip. e die 10. *In Ordinibus autem pro anno 1839 et pro anno 1844, ad diem 10 novembris:* Dominica (XXV *pro anno 1839,* XXIV *pro anno 1844*) post Pent. De ea. Lect. IX de S. Balbo et com. eiusdem. *Denique* Ordo divini officii recitandi ... iuxta ritum sanctae Romanae ecclesiae, ad usum cleri Turonensis ... E pro anno 1871, *ad diem 7 novembris :* S. Baldi Turon. E. conf. Duplex.

(1) Loco scilicet citato supra, num. 1. — (2) Ubi significari videtur sollemnitates patronorum particularium in singulis ecclesiis celebrari dominica diem proprium festivitatis eorum sequenti (vel praecedenti).

I. VITA S. BAUDINI

Ex codice Rotomagensi Montbret 189. Cf. Comm. praev., num. 3.

Prologus

Prologus in vitam beatissimi Baldi archiepiscopi Turonensis et confessoris, cuius corpus in ecclesia collegiata Beatae Mariae de Lochis multis miraculis coruscans requiescit.

1. Ad excolendam vineam Domini Sabaoth, ad dilatandas eiusdem vineae propagines, summus ille paterfamilias circa horam praesertim undecimam operarios destinavit, apostolos vide- C licet, quatinus sono praedicationis eorum, abscedente iam hieme, vox turturis audiretur in terra nostra, ficus produceret grossos suos, vineae florentes odorem emitterent et flores fructus utique parturirent. Hi sunt columnae firmissimae basaeque templi Domini, in quibus boves mansuetudinis, leones ferocitatis ac cherubim scientiae plenitudinis opere sculptario sunt depicti, super quas columnas totum stabilimentum huius vineae sustentatur. Rursus et alios misit operarios, martyres videlicet, qui viti verae, id est Christo, tamquam veri palmites adhaeserunt et eandem vineam, id est ecclesiam, ex confessione verae fidei candidatam ac proprii sanguinis effusione purpuratam reddiderunt. Hi sunt vectes imputribiles deaurati intromissi circulis aureis, in quibus devehitur arca Dei. Novissime vero et alios direxit operarios, antistites scilicet venerandos ac confessores eximios, qui in eiusdem vineae cultura labore multiplici desudantes, aeternae retributionis remunerari denario meruerunt. Hi utique voluntarii palmam martyrii occupassent, si ratio temporis et persecutionis acerbitas sibi praestare martyrium potuissent. Iam enim suo tempore rhinoceros ad feriendos christicolas laxatus, iam fidei loris constrictus, iamque praesepi Domini alligatus, cornu suum iugo christianae fidei subiugavit, iamque sponsa in secreta quiete dans ubera sua sponso innixaque[1] super dilectum suum, iam laeva eius sub capite in itinere fovebatur, dextera illius in patria desiderans amplexari.

2. Ex horum igitur antistitum consortio exstans beatissimus Baldus, Turonorum quon- F dam archiepiscopus, quem sanctus Turonensis Gregorius beatum Baldenum appellat, huius vineae a Domino indefessus operarius destinatus, tamdiu infatigabiliter in eadem vinea laboravit, donec finito incolatus sui tempore ad aeternae remunerationis stipendium feliciter perveniret. Sane quia diem nobis anni reduxit volubilitas, in qua idem beatissimus pontifex inter sacra caelicolarum ovans contubernia feliciter assumptus est, felicitati illius nos decet congaudere ipsiusque merita ad laudem Dei, ex cuius munere sunt, magnificare, ac de eius vitae praeconiis aliquid, prout possibilitas suggerit, posteris enarrare. Verae felicitati illius congaudere debemus, si eius suffragia devotis ac sinceris mentibus imploremus. Et licet virtutibus eius aequari minime valeamus, fidem tamen illius et devotionem sectari et vitam, in quantum possumus, imitari debemus. Nostrum enim est sanctos laudare; divini muneris est virtutum charismata, quibus ipse voluerit, condonare. Quia igitur beatissimus Baldus divinorum regulam explevit

Prol. — [1] *cod.* innexaque.

praeceptorum,

A praeceptorum, adeptor praemiorum factus est aeternorum. Nam quem totis visceribus dilexit in terris, nunc oculis spiritalibus amicabilem sibi conspicit in caelis; caelestis vitae donis potitur aeternis, quia divina se praecingens militia contra mundi phantasmata, invisibiles hostiles incursus et carnis illecebras constantissime dimicavit et caput omnis malitiae conculcans, de invisibilium incursibus hostium mirifice triumphavit. In terris se sanctus humiliavit, et ecce Deus hunc in caelis mirabiliter sublimavit. Despexit mundum, et ecce possidet caelum. Quid utilius? quid felicius? sic coronantur, qui sic Domino famulantur.

<Vita>.

Baldus, Ambasiae dominus,

1. Fuit igitur beatissimus Baldus immensi specie decoris ornatus, vultum angelicum praeferens[1] et, sicut de sancto Iob legitur, simplex, rectus ac timens Deum et a malo recedens. Ab ineunte quidem aetate actibus intentus salu-
B bribus ac operibus expositus pietatis, moribus insignis ac genere venustus. Nam alodium a generationibus eius, ut aliquorum habuit relatio, fuit castrum quod ab ambabus aquis dictum olim Iulius Caesar super flumen Ligerim constituens Ambaquium (1) nominavit.

iuvenis sanctitate floret,

2. Aevum itaque adolescentiae cum modestia transiens, iuveniles, ut plerique facere solent, non exercuit vanitates. Nam caelesti praeventus gratia, in iuvenili corpore senilis maturitatem animi praemonstrabat. Hunc igitur fore cunctis virtutibus intrinsecus adornatum multiplicia virtutum indicia exterius demonstrabant. Nam gressu ac voce mensuratus, verba bene ordinata proferebat; parva dicere, plurima autem intellegere satagebat. Non temerarius verbo, non superabundabat sermonibus; non facilis erat ad risum, verecundia ornabatur, insolentium hominum consortia spernebat, deorsum visum, sursum habens animam. Conditiones[1] malas fugiebat, non magistralem[1] dignitatem, nihilque existimabat omnes saeculi honores. Serenitas in eo specialiter praefulgebat, clementia in eo florebat. Laudem devitans humanam, Deo sollerter placere
C studebat. De bonis etiam quae ab opulenti domo paterna iusto quidem medio[1] suscipere poterat, esurientes reficiens, nudos operiens, oppressis a creditoribus subveniens et aegrotos familiariter atque personaliter visitans, tamquam arbor fructifera fructum bonae operationis multiplicatum Domino laudabiliter exsolvebat.

sicut et in statu coniugali;

3. Talibus igitur vir beatus pollens virtutibus, cum adhuc iuvenis esset et in potestate parentum amicorumque existeret, quibus oboediendum est, ut ait apostolus: *Filii, oboedite parentibus,* ab eisdem nexui uxorio, licet multum renuerit, obligatur. Ad uxorem itaque causa procreandae prolis ingrediens, ab eadem sibi filius procreatur. Habens igitur uxorem tamquam non habens, sic ea quae sunt copulae coniugalis exercuit, quod tamen appetere quae Dei sunt vir beatissimus non omisit. Sic placuit coniugi, quod numquam displicuit Creatori, sic moderatae commixtioni servivit, quod articulum propagationis in usum non transtulit voluptatis.

Ephes. 6, 1; Col. 3, 20.

Vita apud Clotarium regem referendarii munere fungitur.

4. Factum est enim ut, fama bonitatis eius audita, Clotharius rex Francorum eum ad se accersiret et eum in palatio suo referendarium (2) promoveret. Sed ob haec vir beatus non in gloriam elatus est humanam; sed quanto plus honoris habuit, tanto inani gloria vacuus humilius se deiecit. Sic referendarii dignitatem exercuit, quod semper regi aut pro ecclesiis aut pro pauperibus intercessit. Sic principis terreni votis paruit, quod caelestis amore principis a tramite rectitudinis praemiis aut precibus non recessit.

Virtutum fama praeclarus,

5. Factumque est ut ex debito naturae uxoris contubernio privaretur. Tunc coepit vir beatus praecipue castitate pollere, eleemosynas multiplicare, corpus abstinentia domare ac diligentia summa pietatis operibus insistere. Tunc quam maxime ostium eius patuit viatori et foris non remansit peregrinus. Buccellam suam non comedit solus, sed comedit pupillus ex ea. Esurienti panem suum fregit egenosque et vagos induxit in domum suam et absque operimento pauperem non reliquit. Sic vir beatissimus per longa tempora ieiuniis, orationibus, eleemosynis ac aliis pietatis operibus se exercens, tamquam hinnulus cervorum montem conscendit aromatum, ut ad montem, qui Christus est, facilius pertransiret. E

Turonensis eligitur episcopus

6. Factum est autem in illis diebus ut Turonensis archiepiscopus, Iniuriosus nomine, carnis ergastulo solveretur. Tunc omnes, tam clerus quam populus, unanimes in Spiritu sancto beatissimum Baldum, cuius vitam irreprehensibilem noverant, in Turonensem archiepiscopum elegerunt. At vir beatissimus, licet diu multumque renuisset, totus tamen divinae dispositioni subditus atque a vitio obstinationis alienus, cum iam donis caelestibus, quibus aliis proficere posset, praeventus esset, et ex corde culmen pontificale fugit et invitus oboediit. Electus est itaque in archiepiscopum Turonensis civitatis ex referendario Clotharii regis ordinatus, ut beatus Gregorius Turonensis in hunc scripsit modum: *Decimus septimus archiepiscopus Turonensis fuit sanctus Bauldenus. Hic ex referendario Clotharii regis ordinatus episcopus, habens et filium, multis eleemosynis praeditus* (3).

et in pontificatu etiam omni virtutum genere

7. Sumpto itaque episcopatu, quantae perfectionis quantaeque humilitatis ac quantae misericordiae opera in populo vir beatissimus exercuerit, exilis facundia sermonis enarrare non sufficit. Nam continuis studiis ad altiora proficiens, sanctitatis perfectionem cotidianis profectibus acquirere nitebatur. Erat enim studio castitatis mundus, abstinentiae robore validus, doctrinae dapibus refertus, patientiae longanimitate humilis, auctoritatis fortitudine erectus, pietatis gratia benignus, iustitiae severitate districtus, cogitatione nitidus, actione praecipuus, singulis compassione proximus, prae cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiae erectus, cunctis vitiis praemortuus, virtutum nectare plenus, tantaque virtus parsimoniae illi succreverat, ut prae nimia alimentorum abstinentia quasi quodam doloris aculeo tabescere videretur. Praecinctus itaque lumbos; lucernas ardentes bonorum operum semper

1. — [1] *cod.* perferens.

2. — [1] *ita cod.*

(1) Similem originem nomini illius castri assignant quidam scriptores recentiores (cf. Hadr. Valesius, *Notitia Galliarum*, p. 14). Cf. A. Holder, *Alt-celtischer Sprachschatz*, col. 113. Distat autem Ambasia (vulgo *Amboise*) a civitate Turonum 23 circiter chiliometris ad orientem. — (2) Cf. supra, p. 386, annot. 4. — (3) Cf. Comm. praev., num. 1.

gestans

VITA

gestans in manibus, abnegavit semetipsum, tollensque crucem suam cotidie, crucifixus mundo illique mundus, stetit viriliter contra versutias diaboli impigreque secutus est Christum.

insignem se exhibet,

8. Ante episcopatum quidem humilis et abiectus, post episcopatum autem humilior et abiectior factus est. Quicquid de fisco suo, quicquid de suae ecclesiae stipendiis habuit, retento victu parcissimo suorumque necessariis [1], quicquid inde supererat totum in usum pauperum dispensabat. Ex affectu quoque mundana quaeque despiciens ac cuncta Christi dilectioni postponens, sola interna caelestia desiderabat. Nulla etiam illicita perpetrans, perpetrata ab aliis quasi propria deflebat. Ex affectu cordis eorum alienorum [1] infirmitati compatiens, in bonis proximorum quasi in suis profectibus laetabatur. Vigiliarum, quantum humanitas capere potest, iugi continuatione fulgens, cuncta Dei praecepta adimplere sollicite satagebat. Sermo otiosus de eius ore non exibat, sed Dei laus in eius ore iugiter resonabat. Corpore tantum saeculo vivens, corde et B animo caelo inhiabat inhabitabatque. Blandimenta mundi, respecto intimo terrore, contemnebat; terrores autem mundanos, considerato internae dulcedinis blandimento, despiciebat. Contra autem adversa ac prospera semper quasi quodam virtutum clipeo muniebatur ac, iuxta vocem apostoli, per arma iustitiae a dextris et a sinistris gradiens, in nullo delectationis infimae latere [1] flectebatur. O beatum pontificem, quem non gloria generis elatum, non rerum temporalium affluentia superbum, non dignitas episcopalis tumidum, non prospera elevatum, non adversa turbatum aliquo modo reddiderant.

et in regimine sollertem

9. Erat autem idem sanctus pontifex internorum curam gerens, in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum providentiam internorum sollicitatione non relinquens. Nec interioribus occupatus exteriora neglegebat, aut exterioribu s deditus ab intimis non corruebat. Nam et plures vicos ipse infra terminum Turonicum construxit et ecclesias erexit, alterum videlicet vicum, qui Noviliacus dicitur (1), et capellam quae ex suo nomine capella Sancti Baldi ab incolis vocitata usque hodie perseverat (2).

atque munificum erga egenos.

10. Praeterea ad omne opus pietatis vir beatissimus manum extendens, quibuscumque petentibus misericordiae opera non denegavit. Nam, ut supradictus scripsit beatus Gregorius (3), aurum quod praedecessor eius reliquerat, viginti milia solidorum [1] scilicet et amplius, pauperibus erogavit. Et ut Deo deservientibus temporalia stipendia non deessent, hic in ecclesia B. Mauricii Turonicae civitatis, quam beatus Martinus aedificaverat (4), mensam canonicorum instituit. Iure ergo sanctus ac beatus merito praedicatur, qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecuniae. Sed quia dispersit ac dedit pauperibus eam, idcirco iustitia eius manet in saeculum saeculi cornuque eius exaltabitur in gloria et elemosynas eius enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Et quoniam radix omnium malorum avaritia apud eum aruit, recessit ambitio, sed potius disciplinam, quae est ordinata morum correctio, et misericordiam apprehendit. Profecto non est D iratus ei Dominus, nec periit de via iusta. Et idcirco credimus quia nec labor eius sine mercede nec certamen sine victoria nec eius exercitium exstitit sine fructu, cum inter alios consolationis filios habitus sit et ipse coronam pro cinere, gaudium pro luctu, pallium laudis pro spiritu maeroris (5).

A naufragio, interveniente S. Martino,

11. Tantam praeterea virtutis efficaciam eius oratio obtinuit, ut oratione sua morbos curaret et immundos spiritus ab obsessis corporibus expelleret, obtinereque ilico meruit quicquid eius orationis instantia postulavit. Nam quodam die, dum idem sanctus Baldus in periculo maris esset et beatum Martinum fusis precibus invocaret, statim beatus Martinus illi affuit; moxque omnis fragor maris et tempestas cessavit; prout sanctus Gregorius in primo libro miraculorum sancti Martini rem gestam prosequitur, in haec verba: "Cum beatus Bauldenus episcopus Turonicae civitatis in villam navigio subvehente transiret, subito adveniente cum violentia venti nimbo teterrimo, mare placidum commovetur impulsu flaminis [1]. E Navis undarum mole turbatur, tollitur caput primum in fluctus, secundum declinatur inter undarum hiatus. Hi in scaena [2], id est in umbraculo montis aquosi, dependent, hi apertis <undis> [3] in ima vadis dehiscunt; sed nec antenna residet, quae beatae crucis signaculum praeferebat. Tunc resolutis timore membris et omnibus sine spe vitae iam mori paratis, prosternitur sanctus senior in oratione cum lacrimis et geminas tendens palmas ad astra, beatissimi Martini auxilium precabatur et ut sibi dignaretur adesse velociter proclamat. Unus autem ex perfidis dixit: " Martinus ille, quem invocas, iam te dereliquit, " nec tibi in hac necessitate succurret. " Vere credo hanc vocem ab insidiatore fuisse prolatam, ut beatum sacerdotem ab oratione turbaret. Sed ille, hoc iaculum fidei lorica repellens, magis magisque sancti viri praesidium flagitabat, simulque cohortans ut omnes orarent. Cumque haec agerentur, subito supervenit odor suavissimus quasi balsamum in navim, et tamquam si cum turibulo aliquis turificaret, odor timiamatis effragravit. Quo odore adveniente, cessit saeva ventorum violentia, elisisque aquarum astantium F molibus, redditur mare tranquillum. Mirantur omnes morti iam dediti fluctuum pacem, et protinus, data serenitate, redduntur in littore. Quod nullus ambigat adventu beatissimi Martini et oratione beatissimi pontificis Bauldeni hanc tempestatem fuisse sedatam. " Haec sanctus Gregorius Turonensis (6).

prodigiose servatur.

12. Rogamus ergo te, beatissime Balde, Christi confessor egregie, ut ad auxilium nostrum Martinum sanctissimum advoces, nosque indignos famulos tuos, vitiorum iam summersos iacentesque in gurgite ac huius maris fluctibus involutos, tuis sacris precibus misericorditer erigas, potenter abstrahas atque ad portum tranquillitatis aeternae feliciter nos perducas. Amen.

Pie moritur Vernulii;

13. Postquam autem sanctissimus Baldus per multos annos ecclesiae Turonensi praefuit et omnia tam spiritualiter quam temporaliter in

8. — [1] *ita cod.*
10. — [1] *cod.* solidoq.
11. — [1] *cod.* fluminis. — [2] *cod.* cena. — [3] *om. cod.*

(1) Cf. supra, p. 386, annot. 6. — (2) Hodieque vicus est 19 circiter chiliometris ab oppido Lochis distans. Cf. J.-X. CARRÉ DE BUSSEROLE, *Dict. géogr., hist. et archéol. d'Indre-et-Loire*, t. I (1878), p. 158. — (3) Cf. supra, Comm. praev., num. 1. — (4) Cf. *Act. SS.*, Sept. t. VI, p. 384, n. 179-181; LECOY DE LA MARCHE, *Saint Martin*, 2e éd. (1890), p. 219-22. — (5) Adde *consecutus sit?* — (6) *De virtutibus S. Martini*, l. I, c. 9 (*MG.*, Scr. rer. merov. t. I, p. 593).

rebus

A rebus ecclesiasticis sancte et viriliter utiliterque ordinavit, volens eum Dominus redimire praeliorum diademate, dum diocesim suam visitaret, contigit ut ad vicum cui Vernullium (1) nomen habetur, qui vicus de feodo Ambaquiensis castri fore dignoscitur, deveniret, ibique, levi tactus incommodo, intra regna caelestia evocatus, feliciter migravit ad Dominum, felicitatis aeternae dulcoribus potiturus.

ibi corpus eius postea cum honore elevatum est.

14. Ne autem sanctum corpus eius aliquo haberetur tempore reverentiae, iussit se in parvula eiusdem vici basilica sepeliri. Ad cuius tumbam postea magna et multimoda miraculorum signa a Domino patrata sunt et virtutum charismata populo diversis temporibus demonstrata. Nam ibidem caeci visum, claudi gressum ac febricitantes pluries sanitatis gaudia receperunt, multaque alia ibidem morborum genera curata sunt. Sed et puer in balneo incaute a matre relictus summersusque idem et mortuus, meritis beati Baldi fuit pristinae vitae restitutus. In quo vico postea Sulpicius, Ambaquiensis castri dominus, honorabiliorem construxit basilicam; in qua sanctum corpus beatissimi Baldi transferri fecit (2); in qua translatione maxima ibidem miracula a Domino patrata sunt, prout lector in historia eiusdem translationis legere potuerit et videre. VITA

ac deinde Lochas translatum.

15. Post annorum vero multorum curricula corpus sanctum beati praesulis de vico illo Vernullii ad ecclesiam Beatae Mariae castri, quod Lochas dicitur, quod quidem castrum a praedicto vico per quattuor fere distat milia, translatum est ac iuxta corpus beatissimi Hermellandi confessoris abbatis venerabiliter est sepultum (3). Ubi etiam, quotiens fides petentium exigit, se multis miraculis coruscum manifestat, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

(1) Verneuil-sur-Indre (dép. d'Indre-et-Loire, canton de Loches), vicus 49 fere chiliometris ad meridiem et orientem
B Turonibus distans et 9 chiliometris ab oppido Locharum, ad quod oppidum, ut mox indicabitur (num. 15), corpus S. Baudini postea translatum est. Cf. CARRÉ DE BUSSEROLE, op. c., t. VI, p. 387). — (2) Cf. infra, p. 391-92. — (3) Cf. infra, p. 393 init. E

II. ELEVATIO CORPORIS S. BAUDINI IN VICO VERNULIO

Ex eodem codice Rotomagensi. Cf. Comm. praev., num. 6, 7.

Translationis primae beatissimi Baldi archiepiscopi Turonensis et confessoris apud Vernullium factae incipit historia.

S. Baldi corpus ex humili ecclesia in qua sepultum erat,

1. Quanta fidelium devotione colenda quantoque digna consistat honore diei praesentis haec nostra celebritas, quam beatissimi deicolae Baldi, Turonorum quondam archiepiscopi, venerabile corpus de loco, ubi primo sepultum iacebat, in locum in quo nunc a fidelibus reverentissime veneratur, translatum primo fuisse recolimus, cum etiam festivitate duplicata ipsius basilicae dedicatio cum gaudiis et laudibus apud Vernullium celebretur, et eiusdem patris nostri C virtutum miraculorumque valde praecelsa declarat auctoritas. Qua de re licet indignus et tantae materiae impar viribus, digna tamen auditu relatuque dicturus, praefati patris virtutum miraculorumque valde praecelsum, de multis pauca referens, humili stilo sermonis subintrare tentabo palatium. Sed Dei iudicium metuens illudque Sap. 1, 11. Salomonicum : *Os quod mentitur occidit animam* retractans, de beati Baldi miraculis, omnino servata veritate, si potuero, quaedam quae a legitimis et fidelibus viris didici, quaedamque quae meis oculis aspexi, ignorantibus recitabo.

procurante Sulpicio Ambasiacensi domino, in ampliorem

2. Igitur post obitum beati Baldi fuit in pago Turonico generosissimus Sulpicius nuncupatus Sancti Martini thesaurarius et Ambasiaci castri dominus (1), Deum timens mandatisque eius deditus. Qui beati Bauldi[1] virtutibus cognitis, quia ad huius Sulpicii feodum pertinebat locus et ecclesiola in qua sancti viri reliquiae servabantur, divina inspirante gratia, in corde suo disposuit in honore divinae Trinitatis et sanctae Dei genitricis semperque virginis Mariae Sancti Baldi novam et honorabiliorem priore construere basilicam, qua beatissimi corpus transferretur honorificeque servaretur. Cuius votis effectum divina gratia ministravit, ut probat ecclesia in vico praedicto constituta.

ab Arnulpho archiepiscopo,

3. Quid plura? Dies aderat opportunus quo Deus omnipotens ad laudem sui nominis et utilitatem populi sui famuli corpus transferri providerat. Ad quod efficiendum convenerant ex locis confinibus multi viri religiosi et utriusque sexus populi. Affuit et sanctus Arnulphus ibidem, Turonicae sedis tunc archiepiscopus (2), in cuius consilio praefatum consistebat opus, cum cleri multitudine, qui ad ecclesiam novam illam praedictam dedicandam consecrandamque convenerant. F

non sine insigni prodigio,

4. Cuius peracto consecrationis officio, ipse sanctus Arnulphus eiusdemque coadiutores, sancti corpus accipientes frustraque deferre nitentes, sed Dei iudicio nihil efficere valentes, in plateae medio beata membra deponunt. Quibus prodigiis omnes qui aderant stupefactos sanctus Arnulphus taliter alloquitur : " Dilectissimi fratres, Adae filii peccatoris et ipsi peccatores, „ videte et intellegite cuiusmodi retributio subsequatur peccatum. Mementote quod hominis „ primi superbia et inoboedientia a paradiso „ deiecti sumus, et nobis cotidie peccantibus „ bona sua multotiens aut differt Deus aut „ omnino surripit. Nunc quoque videmus quatinus peccatis nostris exigentibus sancti corpus „ nec saltem movere valemus. Quapropter ex „ intimo cordis affectu ad Deum clamemus, ut „ nostra delicta nobis dimittat. „

translatum.

5. His et aliis quam pluribus verbis ad populum expletis, omnes inibi consistentes pro suis reati-

2. — [1] *ita cod. hoc loco.*

(1) Cf. supra, Comm. praev., num. 7 extr. — (2) Cf. ibid.

bus

ELEVATIO

bus id accidisse timentes, lacrimis et orationibus aures Tonantis pulsavere, dicentes: " Exsurge, „ Domine, adiuva nos, salvifica nos propter nomen „ sanctum tuum, et quid de hoc opere peragen- „ dum sit, nobis tua ineffabili bonitate demon- „ stra. „ Hac oratione completa, praefatus Sulpicius coram omni populo omnipotenti Deo et beatissimo Baldo praedictam villam cum toto ipsius procinctu et appendiciis pro sui totiusque populi delictorum venia consequenda perpetuo iure donavit. Quo dono cartulae litteris confirmato, sanctus Arnulphus et eiusdem coadiutores iterum sancti corpus accipiunt, miroque modo velut hac oblatione lenitus caelorum rex, absolutos abire corpusque, quod antea immobile remanserat, deferre permittit. Quod sanctus Arnulphus in suis deferens humeris, hymnis et canticis in praefata illa nova basilica iuxta altare honorifice collocavit, eodemque die statuit hanc dedicationis translationisque sollemnitatem observari et a populo devotissime celebrari.

Canonicorum collegium in hac ecclesia constitutum.

6. Quibus peractis, praefatus Sulpicius, visis virtutibus quas eo die ad laudem famuli sui divina bonitas effecerat, in eadem ecclesia quam composuerat ad omnipotenti Deo et beato Baldo rite debiteque famulandum servitores constituit, qui ad Dei laudes die noctuque peragendas inibi persisterent, septem videlicet canonicos. Ad quorum procurationem redditus necessarios attribuit, videlicet animalium frugumque decimas omnes ad eiusdem villae dominium pertinentes, terrasque carrucis decem sufficientes et colibertorum suorum familias sex cum heredibus suis, suorumque censuum propriorum medietatem atque nemorum quae ab eo in illa curia possidebantur, ad opus canonicorum, nulla causa impediente, concessit. Omnes etiam Vernulienses hac libertate donavit, ut absque dominorum favore, ipsorum tamen redditibus salvis, unusquisque de terris suis atque pecuniis quantum vellet ecclesiae iam dictae praestare posset.

Violatores festi S. Baldi divinitus puniti.

7. Quia tempus est, quo lucerna, quae diu sub modio latitaverat, supra candelabrum debet ostendi, beatissimi Baldi miraculorum lumen propalare curabo. Nempe fuere quidam de parrochianis Vernuliensis ecclesiae qui spiritu superbiae decepti, hodiernam sollemnitatem contem-
C nentes, famulos suos in huius die festivitate operari iusserunt; quorum alii prata secare, alii segetes metere perrexerunt. Sed ut ostenderet Deus hunc diem sollemni veneratione dignum, qui in ipso operati sunt die, nihil omnino de suo labore perceperunt. Qui enim messuerant, a fulgure et tempestate manipulos suos combustos longeque dispersos invenerunt; qui autem prata falcaverant consimilia passi sunt. Nam eodem vesperascente die, quaedam terribilis exorta tempestas fulgurum coruscatione aerem vicinum perturbavit, ut hi qui prata secuerant, tunc cenantes, terrore prae nimio fere de vita desperarent. Sed ad Deum conversi, relicta mensa, ad ecclesiam cucurrerunt. Ubi veniam postulantes, ex tunc et deinceps hunc diem singulis annis se libentissime sollemnizaturos voverunt.

Alia miracula per invocationem S. Baldi impetrata,

8. Oculis nostris quam plures aspeximus aegrotos Dei misericordiam et beati Baldi adiutorium deposcentes, qui aquam, de qua sancti sepulcrum ablutum fuerat, ebibendo confestim sanitatem receperunt. Vidimus et agricolam, Rainauldum nomine, Bonellum cognominatum, ab aegritudine, quam medici emigraneam nuncupant, tam graviter astrictum, ut nec somno nec requie perfrui potuisset. Cuius matertera D
ipsum ad ecclesiam Sancti Baldi deduxit, ipsius ecclesiae diaconum, nomine Rainaldum, suppliciter postulans, ut sancti Baldi venerandas reliquias, quas in pixide servabat, extraheret et cum ipsis oculum tam graviter debilitatum tangeret. Quo facto, mox aeger sanus effectus, qui triduo requie somnoque caruerat, dormiendo requiescere coepit.

inter quae pueri mortui resuscitatio.

9. Eodem fere tempore mulier quaedam Vernuliensis, necessitate compulsa, quendam parvulum, quem habebat, filium, in balneo linquens, ad domum cuiusdam vicini sui quam cito reditura perrexit. Sed, peccatis impedientibus, magis quam deberet redire tardavit. Quae tandem, peracto negotio, propter quod ierat, ad domum suam rediens, infantulum, quem vivum reliquerat, mortuum repperit, capite submerso deorsum. Quae vehementi constricta dolore, cum magno eiulatu se miserrimam et filicidii ream clamitare coepit. Ad cuius mirabilem vocem convenientes vicini maestamque solari cupientes, eius tristitiam nequaquam mitigare valebant.
E Magna denique diei parte in lamentationibus expensa, confines iterum deflentem his verbis aggrediuntur: " Noli, mulier, noli duplicare „ homicidium, ne et te dolendo interimas. Vade „ potius ad ecclesiam et de mortui sepultura „ provide. „ Quibus illa: " Vere defunctum ad „ ecclesiam deferam, non ad sepeliendum, sed „ ut ipsum ab illo repetam cui de domo mea „ prodiens servandum commendavi. „ Tunc ipsa defuncti corpus ad ecclesiam delatum ante beati Baldi altare deposuit. Quem illa taliter invocans ait: " O carissime Dei amice, beatissime Balde, „ iustum esse videtur ut filium meum, quem tibi „ sicut tua familiaris custodiendum tradideram, „ quia hoc potes efficere, sine dilatione mihi „ reddas. Credo enim quod si pro filio meo vel „ solummodo Creatorem respicias, tuis sanctis „ precibus donabit illum Deus. „ Hac oratione terminata, mulier a terra filii sui corpus elevavit; qui, divina largiente gratia, paulatim reviviscente eius spiritu, suspirare more solito coepit. Quo Vernulienses prodigio vehementer admirati, — ab hora enim diei secunda usque ad vesperum frigidus et absque suspirio iacuerat immobilis et exanimatus, — ad ecclesiam gratulabundi concurrunt, et ad notificationem tanti miraculi tin- F
tinnabula et campanas sonare fecerunt, atque omnipotenti Deo, qui taliter sanctum suum mirificavit, et quotannis mirificare non desinit, multifarias Deo gratias tulerunt. Tunc puerili mater ad laudem et memoriam huius divini beneficii in eadem ecclesia filii sui camisiam obtulit, quae ante altare trabecula quadam dependens, indigenis et alienis fidelibus in testimonium demonstratur.

Exhortatio ad S. Baldum colendum.

10. Haec et alia quam plurima beneficia crebro largitur omnipotens Deus ad honorem famuli sui; quem nobis, fratres, patronum constituamus et intimo cordis affectu diligamus, et dilectum honoremus, ut honoratum fiducialius in necessitatibus advocemus et advocatum fidenter exoremus, ut nos sua festa colentes caelestium bonorum faciat esse consortes, largiente Domino, cui laus, gloria, virtus honorque per infinita saeculorum saecula. Amen.

Anno

Corpus S. Baldi anno 1086 Vernulio Lochas translatum. Anno autem Domini millesimo [centesimo] (1) octuagesimo sexto translata fuerunt caput et ossa beatissimi Baldi, quondam Turonensis archiepiscopi, de Vernulio ad ecclesiam Beatae Mariae de Lochis (2) ab Hermenario priore eiusdem ecclesiae collegiatae de Lochis, tunc domino Vernulii, consentiente ad hoc Fulcone Richin comite Andegavensi ac Turoniae duce (3), atque Raodulpho, Inimico-Dei cognominato, Turonensi archiepiscopo (4). TRANSLATIO

(1) Haec vox (*centesimo*) per oscitantiam quandam librarii huc intrusa est. Annus enim 1086, non 1186, cum temporibus Fulconis Richin comitis Andegavensis et Turonensis concordat. — (2) *Loches* (dép. Indre-et-Loire), 40 circiter chiliometris ad meridiem et orientem distans a civitate Turonum. Cf. CARRÉ DE BUSSEROLE, t. IV, p. 79. — (3) Fulco Richin anno 1060, annos natus septemdecim, comes Andegavensis factus, dein anno 1067 dicione Turonum potitus est (*Chronica de gestis consulum Andegavensium*, ap. Paul. MARCHEGAY et Andr. SALMON, *Chroniques d'Anjou*, t. I, pp. 131, 139). Obiit circa annum 1110 (t. c., p. 195). — (4) Radulphus I, archiepiscopus Turonensis ab anno circiter 1070, multas simultates habuit cum canonicis suae ecclesiae cathedralis; unde ex odio eius hi probroso illo cognomine ipsum dehonestarunt (cf. *Gall. christ.*, t. XIV, p. 63).

III. SERMO DE SICCITATE ANNO 1331 INVOCATIONE S. BAUDINI DEPULSA ET DE VOTO PUBLICO EA OCCASIONE EMISSO

Ex eodem codice Rotomagensi. Cf. Comm. praev., num. 9.

B **Sequitur historia praecipui miraculi gloriosissimorum confessorum Hermellandi et Baldi intercessione a Domino Deo facti, cuius sollemnitas in Lochensi collegiata ecclesia singulis annis in crastino sollemnis festivitatis sacrosanctae Eucharistiae celebratur et nonnullis vicinis parrochiis sollemni voto observatur.**

Prologus **1.** Catholicorum patrum orthodoxae fidei professorum praeclara merita studiis honoranda sollicitis ac sonoris efferenda praeconiis merito censuit alma mater Ecclesia, quatinus laudes omnipotentis Dei, qui in sanctis suis merito collaudatur, accrescant, et inde sancti patres ab eadem Ecclesia tanto propensius honorari se sentiant, quanto eam eximiis actibus ac doctrinis sanctissimis sublimius erexerunt. Horum siquidem beatissimorum patrum vita admirabilis, conversatio laudabilis praelucidaque ac salutaria documenta praedictam illustrarunt Ecclesiam, decoraverunt virtutibus ac moribus multipliciter informarunt. Per ipsos praeterea quasi per luminosas faces ardentesque lucernas super cande- C labrum in domo Domini positas effugatis errorum tenebris totius corpus Ecclesiae tamquam sidus irradiat matutinum. Ii nempe sunt viri beatissimi qui carnis adhuc trabea circumdati non solum meritorum lampade radiantes, verum etiam miraculorum magnitudine coruscantes mundum radio suae praedicationis ac suae praeconio sanctitatis splendidum reddiderunt. E quorum numero beatissimi confessores Hermellandus et Baldus, quorum venerabilium corporum praesentia haec Lochensis nobilitatur collegiata ecclesia, quasi duo micantia caeli sidera suis temporibus saeculo splenduerunt ac dulcifluis virtutum odoribus referti, signis et prodigiis multiplicibus effulserunt. Sane licet uniuscuiusque praedictorum sanctorum festa annis singulis singulariter congruis laudibus haec attollat ecclesia, verumtamen hodie amborum simul sollemnitatem recolit. Cuius sollemnitatis institutio non sine causa dignoscitur procul dubio fore talis.

Anno 1331, immani siccitate **2.** Anno igitur Domini millesimo tricentesimo tricesimo primo tanta siccitas a calendis mensis februarii usque ad calendas mensis iunii ita universaliter totam istam patriam coartavit, ut terra, prae nimio solis ardore ac aestus fervore dehiscens, hiatibus scissa quam plurimis atque rimis iam patefacta creberrimis, ariditatem suae sitis patenter ostenderet et seges solo adhaerens, humore deficiente, minime pullularet. Nam et aestivale semen, quod manu ruricolae ipsa tellus exceperat, nondum mortificatum, adhuc infructuose in sinu suo ac inutiliter retinebat. Marcescebant rosae et hominum esu penitus olera negabantur. Arescebant vineae et arbusta, ipsaeque vineae viticolarum fossorio minime colebantur. Prata et paludes prae temporis ariditate totaliter aruerant et iumentis pabula parcissime ministrabant. *Lochensem regionem affligente,*

3. Unde metuens populus ob hoc alimentorum penuriam advenire, coepit sanctorum suffragia per diversas ecclesias implorare ac humiliter deprecari, quatinus eorum meritis et precibus ille qui quondam de silice lymphas abundanter sitienti populo ministravit, ad irrigandam aridae terrae superficiem pluviam largiri de caelo misericorditer dignaretur. Quod cum diutius, peccatis exigentibus, praestare divina dignatio distulisset, tandem istius incolae villae, divina inspiratione, F ut pie credimus, animati, huius Lochensis ecclesiae canonicos instantissime rogaverunt ut beatissimorum confessorum Hermellandi et Baldi corpora processionaliter deveherent, quatinus eorum meritis et precibus a Domino plurima [1] de caelo consequi mererentur. Nam eorum quam plures a maioribus suis, ut ipsi fatebantur, acceperant quod, cum siccitas esset et praedictorum sanctorum deveherentur corpora, statim copiosa pluviae abundantia arenti terrae caelitus praestabatur. *corpora sanctorum Hermelandi et Baldi*

4. Ne igitur levis assensus forsan ingratas redderet supplicantium mentes et inde sanctorum vilesceret auctoritas, favere petentibus aliquamdiu distulerunt canonici. Cernentes tandem praedicti canonici fidem populi in sua petitione perdurantis, considerantesque illud dictum Salvatoris : *Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti " Transi hinc ", et transibit,* et *Nihil impossibile erit vobis,* necessitatemque temporis intuentes, spoponderunt sese sanctorum corpora in crastino festi Eucharistiae ad *sollemni supplicatione per eam delata sunt,* Matth. 17, 19.

3. — [1] *ita cod., forsan leg.* pluviam?

capellam

Miraculum eaque occasione votum publicum emissum,

capellam Beatae Mariae, quam Ferrarias (1) supra Bellilocum (2) vulgus nominat, processionaliter delaturos.

5. Deferentibus igitur sacerdotibus nudis pedibus statuta die ad praedictam capellam sanctorum pignora cum clericorum ac religiosorum choris, affuit tunc ibidem maxima circumadiacentium parrochiarum populi multitudo, sanctorum patrocinia venerantes et Dei adventum misericordiae praestolantes. Dictis vero missis, cum ad praedicationem audiendam populus assedisset, canonicus, cui tunc praedicandi commissum erat officium, nutu ac iussu canonicorum inter cetera plebi dixit: " Scitote, carissimi, „ nos voto ac promissione irrefragabili Deo et „ sanctis confessoribus promisisse, ut Deus omni- „ potens, praecipue beatorum confessorum inter- „ venientibus meritis, nostrorum nobis culpas „ remittat facinorum et ut nobis de caelo pluviam „ celerius elargiri dignetur, quod diem istam in „ honore Dei et sanctorum confessorum Hermel- „ landi et Baldi annis singulis perpetuo sollemnem „ celebrabimus et capsam beatissimi Baldi, quae B „ lignea est, ad laudem et gloriam Dei argenteam „ fabricari faciemus. „ Hac igitur promissione exhilaratus populus quam plurimum et laetatus, coepit Deo multiplices gratias reddere et sanctorum suffragia ferventius ac devotius implorare.

ac re quae postulabatur impetrata,

6. Quid plura? Relatis ad locum suum sanctorum corporibus et eorundem capsis a populo devotissime deosculatis, subito operuit nubes caelum et aestus fervor ac aeris intemperies in auram dulcifluam subito commutatur. Nam ipsa die quam plures populi, qui ad petenda sanctorum suffragia convenerant, pluviae copiam habere meruerunt, illi videlicet qui firmiores in fide, longanimiores in spe et in caritate solidiores existebant. Crastina vero die in istis partibus coeperunt nubes mugire tonitrua, coruscationes micare et aerem variis spissitudinibus obumbrare. Tunc ruunt imbres e caelo, unde telluris madescit ariditas, fluunt rivi et in lutum pulveres convertuntur. Gaudet ruricola et aestivalia semina iterum humo iacit. Virescunt prata, ut fenum et herba servituti hominum amministrent. Pullulat ampla seges, ut apto matura in tempore ad fomentum hominum in horrea recondatur; gros- C sescunt uvae et in racemos aptissime convertuntur. Miratur populus et laetatur, et gratias agens Deo, sanctorum merita rite veneratur. Nam omnium exstitit firma fides quod precibus et meritis beatorum praedictorum huiusmodi pluviae largitio divini muneris potius exstiterit quam naturae. Censent praeterea canonici diem istam in laude sanctorum sollemniter perpetuis temporibus excolendam. Ecce Helias precibus iterum caelum reserat et arenti terrae ut germinet fructum suum pluviam elargitur. O iusta comparatio. Nam iusti iusto in hoc iustissime comparantur, si iustorum opera operibus iusti fore similia dignoscuntur. In hoc praeterea beatus Hermellandus Heliae merito comparatur, quoniam, ut in eius historia legitur, sicut Helias oleum, ita beatissimus Hermellandus vinum augmentasse multotiens perhibetur (3). Haec sunt opera tua, Christe, qui sanctos tuos in caelis gloriose coronas et in terris mirabiliter honorum culminibus D amplificas.

secundum votum hierotheca argentea fabricata est et in illa repositum S. Baldi corpus.

7. Fabricatur itaque iuxta votum argentea capsa ad beati pontificis Baldi pignora recondenda. Qua peracta, accersitur antistes ad translationem beatissimi pontificis Baldi celebrandam. Qui veniens cum abbatibus nobiliumque ac ignobilium multitudine, fractis seris capsae ligneae ipsamque aperiens ac intro prospiciens, invenit beatissimi pontificis membra membro [1] serico involuta ac scedulam haec verba continentem: *Hic sunt caput et ossa beati Baldi Turonensis quondam archiepiscopi.* Tunc laetus effectus praedictus pontifex, venerabile pignus inter manus accipiens et versus populum se convertens, substentantibus militibus eius ulnas, *Te Deum laudamus* inchoavit et chorus ad finem usque devotissime decantavit. Dictis igitur missis ac deosculatis a populo beatissimi pontificis reliquiis, reassumens eas antistes in illa argentea capsa recondidit et translationis huiusmodi festum hoc die celebrari perpetuo constituit, ut dies ista, nobis ob memoriam sanctorum iam sancta ac celebris, nobis quoque celebrior haberetur, quae E procul dubio ob beati pontificis translationem, annuente Domino, fit sanctior.

Quod ut debito honore deinceps servetur,

8. Celebremus igitur, carissimi, sollemniter hanc diem et sanctorum laudibus humiliter insistamus. Honoremus eos piis mentium affectibus et colamus, ne tamquam ingrati tantorum merito privemur patrocinio beatorum. Nam multos legimus ob ingratitudinem sive incuriam sanctorum pignoribus a Domino fuisse privatos. Legimus enim in historia Undecim milium virginum (4) quod quidam abbas impetravit ab abbatissa Coloniae donari sibi corpus unius virginis, promittens quod illud in capsa argentea in sua collocaret ecclesia. Sed cum hoc per annum integrum facere distulisset, quadam nocte, dum idem abbas cum suo conventu matutinas decantaret, virgo illa corporaliter desuper altare descendit; post haec altari reverenter inclinans per medium chori, videntibus monachis ac stupentibus, a monasterio recessit. Abbas igitur ad capsam currens et eam vacuam inveniens, Coloniam, unde corpus virginis deportaverat, properavit, cumque abbatissae cuncta per ordinem intimasset, perrexerunt simul ad locum unde corpus sumpse- F rant et illud ibidem invenerunt. Ecce quomodo abbas ingratus iuste corpus virginis amisit, cui reverentiae debitum, quod exhibere debuit et promisit, non impendit.

hortatur sermonis auctor.

9. Impendamus ergo, fratres, sanctis nobis creditis reverentiam, ne ob incuriam nostram ipsorum debeamus iuste amittere praesentiam. Imitemur quoque eorum vitam, quantum possumus, et eorum suffragia iugiter recolamus, ut eos in necessitatibus nostris fiducialius advocemus. Rogemus insuper eos, ut continui pro nobis oratores existant, quatinus nos, qui caelestis areae messoribus meritis coaequari non possumus, saltem, eorum suffragiis adiuti, in illa caelesti area post terga metentium spicas legamus, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

7. — [1] *ita cod.*

(1) *Ferrières-Larçon*, 19 chiliometris Lochis distans. Cf. Carré de Busserole, t. III, p. 56. — (2) *Beaulieu*, 2 chiliometris Lochis distans. Cf. ibid., t. I, p. 165. — (3) Cf. *Act. SS.*, Mart. t. III, p. 580-82, numm. 19, 24, 27. — (4) Cf. *Legenda aurea*, c. 158, § 2 (ed. Graesse, p. 704-705).

DE

A D

DE S. FLORENTIO

EPISCOPO ARGENTINENSI

SAEC. VII IN. A. P.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Videtur S. Florentius

1. *De hoc sancto, quem saeculo VII Argentinensem ecclesiam rexisse ferunt, primus meminit auctor catalogi metrici episcoporum Argentinensium, qui in codice saeculi X nobis est servatus, medio autem saeculo IX compositus videtur* (1). *Meminit autem septimo loco, post S. Arbogastum et ante Ansoaldum, hoc usus versu utique florido, minime tamen luculento :*

Florens florigeram coepit Florentius haram (2).

Iam vero in primis quaeritur quaenam fides catalogo metrico sit adhibenda. Recesserunt ab illo cum antiqui scriptores aliquot (3), *tum recentiores bene multi* (4), *ea utique ratione permoti quod Arbogastum et Florentium, ut in ipsorum Vitis legitur, tempore Dagoberti regis sive I huius nominis (an. 623-639) sive II († 678) vixisse credebant. Ex quo factum est ut alii aliter viginti primorum episcoporum ordinem componerent seu potius perverterent, v. gr.*

B E

A (Catalogus metricus)	*B* (Catalogus II, Grandidier)	*C* (Henschenius)
1. Amandus.	*1. Amandus.*	*1. Amandus.*
6. Arbogastus.	*17. Ruotharius.*	*17. Ansoaldus.*
7. Florentius.	*18. Arbogastus.*	*18. Rodtharius.*
8. Ansoaldus.	*19. Florentius.*	*19. Arbogastus.*
14. Rotharius.	*20. Ansaldus.*	*20. Florentius.*

ante annum 614

Atque haec parum feliciter. Series enim B rectae temporum rationi prorsus contradicit, cum certo constet Rotharium circa annos 660-665 vixisse (5), *Ansoaldum vero concilio Parisiensi anni 614 subscripsisse* (6). *A quo vitio etsi immunis est series C, id tamen habet incommodi quod antiquissimum omnium testium, catalogum dico metricum, neglegit, ut documentorum multo recentiorum et fidei sublestae, Vitarum dico SS. Arbogasti et Florentii, rationem habeat. Arbitratus est utique Rettberg illum qui catalogum composuit nomina quidem primorum episcoporum, qualia in ecclesia Argentinensi a maioribus tradita servabantur, collegisse; quoniam vero de tempore, quo quisque vixisset, nihil certi comperisset, ea, prout ipsi liberet, recensuisse* (7). *Verum arbitror aliter eum opinaturum fuisse, si de aetate episcopi Ansoaldi certior factus esset atque firmius tempora Arbogasti et Florentii a tempore Dagoberti regis separasset* (8). *Quod ubi fit, — et optimo iure fieri potest* (9), *— etsi in hoc catalogo quaedam dubia remanent et obscura* (10), *nulla tamen videtur adesse ratio cur non credamus viros illos ac maxime Arbogastum, Florentium, Ansoaldum revera episcopos Argentinenses fuisse* (11) *atque eo ordine sese in sede excepisse, quo in catalogo recensentur.*

Argentinensis episcopus fuisse

et saltem inde a saeculo X

2. *Confirmantur haec altero documento antiquissimo in quo Florentius noster laudatur, Vita S. Deicoli abbatis Lutrensis* (BHL. *2120*), *saeculo X post annum 973 conscripta. In qua extollitur* civitas Argentina... quae, exceptis reliquiis principalibus, proprios se gaudet possidere patronos, quos a Domino suscepit verae fidei fundatores et divini verbi prodigos seminatores, id est Amandum, Iustinum, Arbogastum, Florentium et alios nonnullos, quorum nomina in beati ordinis albo superna illa regia sine fine tenet caraxata (12). *Quod enim proprio vocabulo* episcopi *non dicuntur quattuor illi sancti* (13), *id nihil est, quandoquidem simili prorsus modo, dum eodem loco episcopos aliquot Mettenses et Treverenses laudat Vitae scriptor, illos non episcopos, sed oratorio modo* patres, sanae doctrinae magistros, doctores *nominat. Ex quo etiam loco colligere licet quattuor illos beatos episcopos saeculo X inter sanctos recensitos fuisse eorumque corpora in dioecesi Argentinensi praeter alias reliquias principales esse servata* (14). *Atque reapse in kalendario quodam nescio cuius ecclesiae vel monasterii Argentinensis, quod extremo saeculo X vel ineunte XI exaratum videtur* (15), *die*

F

(1) Cf. O. Holder-Egger in *MG.*, Scr. t. XIII, p. 321. — (2) Ibid., p. 322. Ceteros catalogos neglegere possumus, cum duo ex eis (ibid., p. 322, I et III) ex metrico illo celeberrimo excerpti sint et cum eodem hic prorsus consonent; tertius vero quidam, saec. XIII exaratus, in quo Arbogastus, Florentius, Ansoaldus tamquam 18^{us}, 19^{us} et 20^{us} episcopi recensentur (ibid., p. 323, II), viginti primorum episcoporum seriem a sciolo nescio quo prorsus perturbatam exhibeat; inepte autem atque mendose perturbatam esse mox ostendemus. — (3) Vid. supra, annot. 2. — (4) V. gr. Henschenius noster in *Act. SS.*, Febr. t. I, p. 829, num. 69; Grandidier, *Histoire de l'église... de Strasbourg*, t. I (1777), p. 126 sqq. — (5) Comparet siquidem in diplomatibus Childerici II hoc tempore datis (*MG.*, Dipl. imp. t. I, pp. 26, 27, num. 26, 28). — (6) *MG.*, Concilia t. I, p. 192, l. 30. — (7) *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II (1848), p. 63. — (8) Cf. quae habet pp. 61 et 65. — (9) Monuit ipse Rettberg (p. 65) Dagobertum solitum esse nominari, ubicumque nominandus erat rex aevi merovingici qui rebus ecclesiasticis faveret. Atque certe ut in Neustria Childebertus, ita in Austrasia Dagobertus ab hagiographis sequioris aevi induci solet, tamquam qui ecclesiis monasteriisve opem auxiliumque tulerit. — (10) V. gr. quisnam fuerit quove tempore vixerit Amandus ille, a quo series episcoporum initium ducit; item quo tempore vixerint ceteri episcopi ab Amando ad Ansoaldum atque utrum integra tradita sit series an, quod haud improbabile est, aliquot nomina scriptori ignota manserint ac proinde ab eo sint praetermissa. — (11) Id de Arbogasto atque de Ansoaldo certis constat monumentis, de Arbogasto inscriptione Argentinae olim inventa (cf. F.-X. Kraus, *Die christlichen Inschriften der Rheinlande*, t. I, p. 11), de Ansoaldo autem actis concilii Parisiensis anni 614. — (12) *MG.*, Scr. t. XV, p. 676, lin. 32-36. — (13) Cf. Rettberg, t. c., p. 61. — (14) Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 828, num. 1. — (15) M. F. Beckius, *Martyrologium ecclesiae germanicae pervetustum* (Augustae Vindel., 1687), p. 27-28, § 10; cf. p. 23 sqq.

AUCTORE A. P.

inter sanctos honoratus.

7 novembris inscriptus est Florentius episcopus et confessor (1); *quo etiam die in aliquot martyrologiis recentioribus laudatur, v. gr. in codice Usuardino ecclesiae Beatae Mariae Traiectensis, saeculi XII* (2): sancti Florentis Strazburgensis episcopi et confessoris (3), *et in aliis quibusdam inde a saeculo XVI, atque in ipso martyrologio Romano.*

Forsan iam saeculo IX corpus eius in monasterium Haselacense translatum erat,

3. *Neque tamen affirmare licet hoc die sanctum vita functum esse* (4), *cum videatur potius festo ipsius celebrando assignatum esse diem translationis, quam sub initio saeculi IX, Rachione ecclesiam Argentinensem regente, VII idus novembres factam esse homines saeculi XII hac inscriptione, de qua sermo infra recurret, confirmabant :* Ego Rachio Dei gratia Argentinensis episcopus Florentium confessorem et episcopum VII iduum novembris in Avellanum transtuli, et hunc diem solemnem banno constitui. Amen (5). *Avellanum autem illud latinum nomen aliquod est monasterii quod pridem* Hasala *vel* Hasela *dictum (Halslach, in circulo Molshemii in Alsatia), primo fratres sub regimine abbatis* (6), *postea vero canonicos sub praeposito habuit incolas. Atque ipsum S. Florentium non solum aliquando huc translatum esse, verum etiam, dum adviveret, ibidem degisse et monasterium Hasale condidisse ferunt; cuius rei primum testem habemus illum qui Vitam S. Deodati* (BHL. *2131*) *paulo ante medium saeculum XI conscripsit* (7). *Refert is tamquam id quod fama vulgata compererat (num. 4) :* Igitur terque quaterque beato Deodato ... prae ceteris comites tantae mercedis cohaesisse feruntur isti, Arbogastus et Florentius; quorum prior in sacro nemore, quod theutonico idiomate Heiligenforst vocitatur, eremitica vita est functus indeque ad episcopatum Argentinae civitatis raptus; cui decedenti alter a solitudine Hasale abstractus successor est datus. Hi postquam plurima terris monstravere suorum insignia meritorum, vocati a Domino requiescunt spiritu in caeli aula, corpore autem in locis quae instituisse eos diximus supra. *Sed non est haec Vita S. Deodati cui ultro confidamus. Ut enim erravit scriptor ubi S. Deodatum eodem tempore, quo S. Hildulphus, vixisse et cum eo conversatum esse*

quod ab ipso conditum esse postea commenti sunt.

C *rettulit* (8), *ita potuit, falsa fama deceptus, Arbogastum et Florentium comites S. Deodato adiungere, licet multo ante tempore floruisse videantur. Deodatus enim post medium saeculum VII in Alsatiam se contulit* (9), *Arbogastus autem et Florentius anno 614 iam vita functi erant, si quidem testem audimus catalogum metricum, qui, utpote medio saeculo IX compositus, certe multo maiorem fidem meretur quam Vita S. Deodati ducentos*

D *post annos conscripta. Sed neque alterum illud, quod in ista non antiqua Vita legitur, a S. Florentio conditum esse monasterium Hasale, certo nobis constare potest, cum non sit definire utrum inde haec fama orta sit, quod reapse in loco Hasala vixerit S. Florentius, an eo dumtaxat quod aliquando illuc corpus sancti viri fuerit translatum* (10).

Vita eius saeculo XII conscripta,

4. *Atque haec sunt, pauca quidem et valde ieiuna, quae de S. Florentio, etsi non certo, probabiliter tamen affirmari possunt. Cetera multo plura, quae de eo tradita sunt, nullam fidem merentur. Narrata sunt enim in Vita sancti episcopi, quae saeculo XII primum conscripta est atque fabulis est plena. Habemus utique Vitas seu Legendas S. Florentii saltem quattuor* (BHL. *3043-3046*); *verum ex una ceterae pendent omnes, quam nobis servavit*

quam ex exemplari integro

Codex Bernensis bibliothecae publicae 114, fol. 152-154, quae exarata sunt extremo saec. XII vel ineunte XIII (= **1**). *Huius priorem partem ex apographo saec. XIV, quod in archivo capituli Sancti Thomae Argentinensis reppererat* (= **1 a**), E *edidit anno 1860 Carolus Schmidt* (*cf.* BHL. *3045*). *Eiusdem prioris partis ipsum initium in tres lectiones divisum repperimus in Lectionario quodam ad usum ecclesiae Wormatiensis saec. XV composito, qui nunc est codex bibliothecae Vaticanae Palatinus lat. 477* (= **1 b**), *fol. 198ᵛ-199ᵛ. Conscripta est Vita a quodam, ut videtur, clerico sive Argentinensi sive Haselacensi ante finem saec. XII, cum apographum supersit hoc circiter tempore exaratum; non tamen ante annum 1143, quandoquidem inventionem reliquiarum S. Florentii, quae illo anno contigit, disertis verbis enarrat* (11).

et epitomu

Ab hac nihil differt Vita BHL. *3044* (= **2**) *praeterquam quod et initio, et aliis locis resectis, brevior facta est. Hanc igitur epitomen, cuius particulae solummodo editae sunt* (12), *integram contulimus cum Vita primigenia. Repperimus autem illam tum in apographo quod olim maiores nostri ex „ ms. Passionali Bodecensi mensis novembris „ desumptum acceperant* (13), *tum maxime in minore legendario Bodecensi, saeculi XV, qui iam in bibliotheca Universitatis Monasteriensis servatur sub numero 353* (14).

nonnullis

Eiusdem Vitae BHL *3045 epitomen multo breviorem, non tam resectis quam contractis locis plerisque, praetermissa etiam altera narrationis parte, ex breviario Argentinensi anno 1399 manu exarato* (15) *edidit Grandidier* (BHL. *3046*); *in qua epitome* (= **3**) *Vitae prioris verba, quantum fieri potuit, fere servata sunt, ideoque varias quasdam lectiones suis locis ex editione Grandidier attulimus.*

(1) Ibid., fol. sign. *c.* — (2) Cf. ***Martyrologium Usuardi*** ed. SOLLERIUS, p. LVII, n. 219 sqq. — (3) Ibid., p. 658. — (4) Alii alios dies designant (cf. GRANDIDIER, ***Hist. de l'église de Strasbourg***, t. I, p. 236, annot. *l*), nemo autem documenta antiqua profert quibus dicta sua fulciat. — (5) Inserta est in diplomate Burchardi Argentinensis episcopi anno 1143 (St. A. WÜRDTWEIN, *Nova subsidia diplomatica*, t. VII, p. 127; Ch. SCHMIDT, ***Histoire du chapitre de Saint-Thomas de Strasbourg***, Strasbourg 1860, p. 288). Vid. infra num. 10. — (6) Cf. ***MG.***, Libri confraternitatum, p. 221. — (7) Cf. J.-B. E. L'HÔTE, in ***Anal. Boll.***, t. VI, p. 153-55; Chr. PFISTER, in ***Annales de l'Est***, t. III (1889), p. 551-54. — (8) Cf. L. JÉRÔME, ***L'abbaye de Moyenmoutier***, t. I (Paris, 1902), p. 90-98 (= BULLETIN DE LA SOCIÉTÉ PHILOMATIQUE VOSGIENNE, t. XXIII, p. 202-10). — (9) Cf. PFISTER, t. c., p. 587. — (10) Prorsus neglegendum est atque vix commemorandum diploma Dagoberti I regis (***MG.***, Dipl. imp. t. I, p. 147-49), quo monasterium, quod in loco Hasela ipse construxerit, atque honorabilem Florentium Dei amicum ibidem in solitudine commorantem donis quibusdam auget. Illud enim tam spurium est quam quod maxime. — (11) Omissam esse in apographo capituli Sancti Thomae ultimam partem Vitae, in qua parte de translatione reliquiarum S. Florentii in Haselam sermo est (cf. Ch. SCHMIDT, op. c., pp. 133, 261), nemo mirabitur qui noverit contentiones saeculo XII obortas de possessione corporis sancti praesulis (vid. infra, num. 9 sqq.). — (12) Apud LE COINTE (cf. ***BHL.*** 3044), sed et antea in Godefridi Henschenii ***De tribus Francorum regibus... diatriba*** (Antverpiae, 1655), pp. 77-78, 87. — (13) Servatur nunc cum aliis huiusmodi apographis in codice 8935 bibliothecae regiae Bruxellensis; cf. ***Anal. Boll.***, t. XXVII, p. 338ᵀ. — (14) Cf. J. STAENDER, ***Chirographorum in regia bibliotheca Paulina Monasteriensi catalogus*** (1889), p. 55, nº 219 (353); ***Anal. Boll.***, t. XXVII, p. 276[88]. — (15) Eadem epitome legitur in breviario Argentinensi typis excuso an. 1489, fol. 490ᵛ-492.

Alteram

inter se *Alteram epitomen ab epitome 3 prorsus diversam atque ea etiam breviorem in breviario cuiusdam capituli helvetici canonicorum ordinis S. Augustini (= cod. 5 bibliothecae Seminarii clericorum Argentinensis, saec. XIV/XV, fol. 376) repperit v. cl. Lucianus Pfleger; quam edidit in* Strassburger Diözesanblatt, *t. XXI (1902), p. 71 (=* 4*). Quae cum verbis, non rebus, a Vita 1 iam multum recedat, vix paucas eius lectiones variantes annotare visum est.*

diversis edimus, 5. *Contra aliis verbis conscripta est pars prior et longior alterius epitomae* (BHL. *3043*), *quam " ex quodam ms. codice „, sed " mutato stilo „, ut saepe nimis solebat, edidit Laurentius Surius; huius verba genuina ex codice Coloniensi, collato cum codice Carthusiae Coloniensis, ad Bollandum olim misit P. Iohannes Gamans S. I.* (1); *a quo apographo paucas quasdam sententias protulerunt pridem tum Henschenius noster* (2), *tum Carolus Le Cointe (cf.* BHL. *3043*). *Vitam illam antiquam esse et ante saeculum undecimum conscriptam inde collegit Grandidier* (3) *" quod auctor loquens*
B *„ de praediis Florentio concessis dicat :* quae usque „ in praesens monasterium Hassle sibi vendicat; *quae verba saltem innuunt Haselacensem „ ecclesiam tunc nondum saeculari toga fuisse „ donatam „; iam vero saltem ante annum 1096 abbatia Haselacensis facta erat ecclesia collegiata atque monachorum locum obtinebant canonici saeculares* (4). *Verum allata verba Surii sunt, non scriptoris antiqui, apud quem legitur :* quae usque hodie ad claustrum Hasaelahe pertinent; *" claustrum „ vero aeque canonicorum dicitur atque monachorum* (5). *Postquam autem paucioribus verbis ea ipsa quae de vita moribusque S. Florentii in legenda antiquissima traduntur, complexus est epitomes scriptor, quaedam de ortu eiusdem, de obitu atque de translatione sub Rachione episcopo facta subiunxit, quae vix non ad verbum vel ex legenda antiquissima vel ex illius epitome* BHL. *3044 exscripsit.*

epitome quadam metrica 6. *Recensenda tandem est Vita quaedam, si Vitam appellare fas est, metrica, quam ex breviario Argentinensi anno 1489 excuso* (6) *collegit Henschenius noster* (7) *et cuius versus paucos ipse protulit* (8). *Constat haec antiphonis et responso-*
C *riis, quae simul composita epitomen efficiunt vix non totius Vitae antiquissimae, non omissis miraculis quibus illa clauditur, nulla autem prorsus re addita.*

iure neglecta, 7. *Ex his quae monuimus liquet satis futurum fuisse ut Vitam illam ex codice Bernensi ederemus, collatam cum epitomis* BHL. *3044 et 3046. Ut tamen de epitome* BHL. *3043, cuius verba genuina nondum prodierunt, possit lector ipse iudicare, illam etiam ex apographo Gamansii subiungemus; Vitam autem metricam, utpote recentem et nullius momenti, neglegendam censuimus.*

AUCTORE A. P.

de rebus a Florentio gestis nihil fide dignum perhibet; 7. *Iam vero omissa in praesentiarum illa parte tum Vitae antiquissimae tum quarundam epitomarum, in qua de translatione corporis S. Florentii saeculo IX et de inventione eiusdem saeculo XII factis sermo est, cetera vix non omnia, ea dico quibus res a S. Florentio gestae narrantur, eiusmodi sunt ut sapientibus quibusque fidem nullam fecerint. Quod Florentius post Arbogastum episcopus Argentinensis fuit, quod forsan in Hasala vixit atque ibidem monasterium condidit, haec nosse poterat scriptor sive ex documentis, quae et nos habemus, sive ex vulgata opinione. Ea autem quae his superaddidit, ut sancto suo iustam legendam pararet, non solum nullo antiquo monumento confirmantur, sed fabulam prorsus olent* (9). *Sunt hae narratiunculae mirae, quales in bene multis sanctorum Vitis recentiore tempore conscriptis vel eaedem vel similes occurrunt. Compaginatas esse illus narrationes in quoddam Vitae* E
schema, quod ad similitudinem Vitae S. Arbogasti (BHL. *656*), *cui sucessisse fertur Florentius, scriptor constituerit, opinati sunt viri docti* (10); *quibus assentiri dubito. Summum id e Vita Arbogasti colligere potuit alter biographus, Florentium tempore Dagoberti regis vixisse; atque ut legerat Arbogastum, postquam filium regis misero casu mortuum ad vitam revocasset, a Dagoberto oppidum Rubiacham et aliquot praedia dono accepisse, ita narravit Florentio, quod filiae eiusdem regis caecae et mutae visum et loquelam restituisset, villam regiam Kircheim esse traditam* (11). *Cetera in utraque Vita vel diversa sunt vel etiam inter se contraria. Sic v. g. Arbogastus in Vita ipsius de Aquitania Argentinam venisse dicitur, dum in Vita Florentii legimus tum Arbogastum tum Florentium atque Theodatum et Hildulfum de Scottia, hoc est Hibernia, in Alsatiae fines se contulisse* (12).

neque ex aliis monumentis 8. *Si qui autem pauci praeter hos, quos recensuimus, de S. Florentio meminerunt scriptores antiqui, hi ex notis documentis totum id quod proferunt desumpsisse videntur. Richerus certe Senoniensis* (13) *Vita S. Florentii atque forsan etiam Vita S. Deodati usus est. Quod autem Anna-* F
les Argentinenses (14) *saec. XIII in. compositi tradunt, quodque inde in Annales Marbacenses* (15) *transiit, quorum testimonium olim saepe allatum est tamquam ex auctoris incerti fragmento historico* (16) *desumptum, id est :* Anno Domini 673 floruit beatus Arbogastus, qui filium Dagoberti a morte suscitavit. Eodem tempore extitit

Florentius,

(1) Apographum illud in codice Bruxellensi bibliothecae regiae 8935 invenire est. Cf. supra, p. 396, annot. 13. — (2) Op. c., pp. 78, 87-88. — (3) *Histoire de l'église de Strasbourg*, t. I, preuves, p. xxxix, annot. *f*. — (4) Cf. GRANDIDIER, *Alsatia sacra*, ed. A. M. P. INGOLD, t. I. (*Nouvelles œuvres inédites de Grandidier*, III, Colmar, 1899), p. 87. — (5) Cf. DUCANGE, s. v. — (6) Fol. 490r-492r. — (7) Superest Henschenii apographum in laudato codice Bruxellensi 8935. De breviario illo cf. HENSCHENIUS *De tribus Dagobertis*, p. 77. Subiunctus est in apographo hymnus *Exultet vallis Hasela* (= CHEVALIER, *Repert. hymnol.* 5913) ex eodem breviario exscriptus. — (8) Ibid., pp. 88, 90. — (9) Id censuerunt non solum severiores viri historici, sed et alii mitiores. Vid. v. gr. GRANDIDIER, *Histoire de l'église de Strasbourg*, t. I, p. 280-30. et cum eo HUNCKLER, *Histoire des saints d'Alsace* (Strasbourg, 1837). p. 516-17. — (10) Cf. RETTBERG, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, pp. 65, 66. — (11) Vita S. Florentii, cap. 7 : *domicilium, quod ipse inhabitabat, Kircheim scilicet, cum omnibus suis appendiciis libere contradidit;* distinctius idem explicatum est in diplomate spurio Dagoberti : *regalem nostram habitationem bene ordinatam seu procuratam Kirckhaim cum suburbiis Marley, villam Corone, Virdenheim, villam Vege ... tradidimus.* Haec autem dubiae fidei esse inde colligitur quod saeculis IX et X non desierat Kircheim esse villa publica atque regia (cf. I. D. SCHOEPFLINUS, *Alsatia illustrata*, t. I, p. 705), ut censendum duxerit Schoepflinus, qui Acta S. Florentii et diploma Dagoberti fide digna habebat, " Dagoberti successores Kircheimense palatium alio dono vel concambio, uti vocant, redemisse „. — (12) Quod equidem merito mireris, cum haec minime scottica sint nomina, sed partim germanica, partim latina. Cf. WATTENBACH, *Deutschlands Geschichtsquellem*, t. I[7], p. 135, not 1. — (13) *Chron.*, l. I, c. 5 (*MG.*, Scr. t. XXV, p. 260, l. 35-39). — (14) *MG.*, Scr. t. XVII, p. 87, l. 19-20. — (15) Ibid., p. 146, l. 12-13. — (16) Hunc titulum Annalibus praefixerat primus editor Urstisius.

AUCTORE A. P.

meliora de eo docemur.

Florentius, qui filiam eiusdem regis a demonio vexatam liberavit. Ambo Argentine vicissim succedentes episcopi claruerunt, *id denique tandem ex Vitis Arbogasti et Florentii profluxit, quamquam nescio quomodo factum est ut pro puella caeca et muta huc daemoniaca induceretur; atque notabile est annalistam utrumque sanctum in tempora Dagoberti II transtulisse. Cui sententiae album calculum apposuerunt scriptores recentiores, quotquot Vitae S. Florentii vel integram, ut Henschenius noster* (1), *Berain* (2), *Gatrio* (3), *Rumpler* (4), *vel saltem aliquam fidem tribuerunt, ut Grandidier* (5) *et Hunckler* (6), *dum alii sapientiores* (7) *ab his documentis prorsus recesserunt atque ignorare quam incerta tradere maluerunt; quibus prorsus assentiendum censemus.*

Orta saeculo XII contentione de sancti corpore,

9. *Superest ut de S. Florentii reliquiis quae memoriae tradita sunt, paucis examinemus. De quibus reliquiis magna diuturnaque contentione decertarunt inde a saeculo XII adversus Haselacenses canonicos canonici ecclesiae collegiatae Sancti Thomae Argentinensis. Hi quidem in ecclesia sua, quam a S. Florentio conditam iactabant,* B *sanctum episcopum olim humatum esse atque ipsius reliquias servari dicebant; illi vero, ut non negabant Florentium prius in urbe Argentina tumulo conditum esse* (8), *volebant tamen sacrum ipsius corpus ineunte saeculo IX ad Haselam esse translatum atque ibidem deinceps permansisse. Utris autem fides adhibenda sit, equidem non liquet. Ecclesiam Sancti Thomae a Florentio esse conditam non solum nullo antiquo documento confirmatur* (9), *sed ideo in dubium plurimum venit quod, cum saeculo X recenserentur possessiones monasterii Sancti Thomae, haec erat incolarum illius sententia ecclesiam suam ab Adaloh Argentinensi episcopo* (*817-825*) *esse constructam* (10). *Neque vero dixeris ecclesiam illam ab Adaloh non conditam, sed, postquam collapsa esset, instauratam esse, ac proinde ipsius originem in tempus multo antiquius atque forsan ad aetatem S. Florentii esse reponendam. Quae enim in huius rei testimonium profertur inscriptio sarcophago Adaloh episcopi insculpta* (11), *haec nequaquam saeculo IX sed multo post tempore atque vix ante saec. XI/XII confecta est* (12).

cum canonici S. Thomae Argentinensis

10. *Quo autem loco sepultus sit S. Florentius, nusquam ante saeculum XII traditum esse videtur. Tunc vero, Burchardo Argentinensem cathedram obtinente* (*1141-1162*), quidam praesumentes contra unitatem ecclesiae, speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes, cum plumbea tabula emerserunt, qua videbatur id testificari et asserere praefatas reliquias (*beati Florentii*) in ecclesia Sancti Thomae fuisse inventas. *Haec ipse Burchardus in litteris quibus contra canonicos Sancti Thomae atque pro Haselacensibus sententiam tulit* (13); *qui ea quae a fautoribus Sancti Thomae proferebantur incredibilia censet,* commentum inventicium, rem novam, errorem. *Cum igitur, convocato consilio canonicorum suorum, abbatum, praepositorum aliorumque religiosorum, hac de re episcopus deliberare coepisset atque canonici Sancti Thomae cum tabula surrexissent eiusque scripturam publice recitassent,* processerunt etiam Haselacenses canonici, rationabiles causas opponentes, testimonium fidei et auctoritatem, translationis sollemnitatem, temporis antiquitatem, ipsius loci titulos aliasque probabiles obiectiones. *Quae verba si cum iis conferas quae sub initio earundem litterarum scripserat episcopus:* Protestatur ecclesiae auctoritas, quae translationem ipsius sollemniter celebrat; tradit etiam temporis antiquitas eas (*reliquias*) VII° idus E novembris Haselahe esse translatas, sicut modo per experientiam comprobatum est, *colliges forsan iam ante celebratum esse in Hasela festum translationis S. Florentii; ceteras vero rationabiles causas et probabiles obiectiones, quia nusquam distincte et singillatim expositae sunt, aestimare non poteris. Porro* audita hac controversia et utriusque partis quaestione dicentis : " Ecce hic „ " Ecce illic „, *iussit episcopus rem integram esse, donec cum religiosis personis Haselam venisset et rei veritatem expertus esset. Dum autem morae impatientes canonici Sancti Thomae contra consilium omnium, contra episcopi decretum reliquias a se inventas per urbem cum laudibus portabant,* magis, *ut ait episcopus,* confisi multitudine populari quam veritate rei, *ipse Haselam se contulit atque, aperta theca, invenit viditque gloriosas beatissimi Florentii reliquias; invenit praeterea* maximum, *ut existimavit,* veritatis argumentum, ipsius videlicet sandalia vetustate temporis paene consumpta situque annorum demolita. *Ratus igitur amplius non esse exspectandum neque ulterius dubitandum, episcopus cum suis laeti pro voto festinantes* F *prae gaudio in hymnos et laudes proruperunt, gloriam Deo dederunt, sonitu campanarum concrepante, populoque concurrenti thesaurum inventum*

tabulam plumbeam suis postulatis faventem protulissent

(1) ***De tribus Dagobertis***, p. 87-91. Etiam antequam hanc diatribam de tribus Dagobertis componeret, parare coeperat Henschenius commentarium praevium ad Vitam S. Florentii, qui aliquando in ***Actis Sanctorum*** ederetur. Servatur ille, ipsius Henschenii manu scriptus, in codice Bruxellensi bibliothecae regiae 8935 impletque paginas septemdecim formae non exiguae. Ex quo tamen nihil in usus nostros desumere potuimus. — (2) [P. BERAIN], ***Mémoires historiques sur le règne des trois Dagoberts au sujet des fondations de plusieurs églises d'Alsace faites par le saint roy Dagobert second et faussement attribuées à Dagobert premier, et particulièrement de la fondation de l'église collégiale d'Haslach, avec un abrégé de la vie de S. Florent son patron, évêque de Strasbourg, et une dissertation critique sur sa chartre.*** Strasbourg, 1717. — (3) A. GATRIO, ***Das Breuschthal oder urkundliche Nachweisung des entscheidenden Einflusses des Haslacher Einsiedlers und Strassburger Bischofes Florentius auf die christliche Umgestaltung des Breuschthales und des Elsasses.*** Rixheim, 1883. In explicanda vita sancti illius, de quo tam pauca memoriae tradita sunt, plus centum paginas (p. 1-135) impendit scriptor mirum in modum disertus. — (4) In opere anonymo : ***Die Wallfahrt zu dem wunderthätigen und grossen Heiligen Florentius Bischofe und Bekenner in Haslach, im Breuschthale. Nebst Gebeten und Andachtsübungen*** (Strassburg, 1886), p. 7-59. — (5) ***Histoire de l'église de Strasbourg***, t. I, p. 227 sqq. — (6) ***Histoire des saints d'Alsace***, p. 514 sqq. — (7) RETTBERG, ***Kirchengeschichte Deutschlands***, t. II, p. 65-66; FRIEDRICH, ***Kirchengeschichte Deutschlands***, t. II, p. 508-10. — (8) Vita, c. 8 : ***ecclesia, quam vivus rexit, corporis humatione decoratur.*** — (9) Neque ita antiquus videtur fuisse « antiquus liber salicus ecclesiae S. Thomae litt. a. », in quo legebatur fol. 376 : ***Florentius nos*** (lege ***suos***?) ***compatriotas fratres ecclesiae S. Thomae multum dilexit et cum ipsis versabatur, et in spiritualibus atque temporalibus fideliter procuravit*** (GRANDIDIER, ***Hist. de l'église de Strasbourg***, t. I, p. 386, annot. *c*). — (10) ***Narratur ut in antiquis vero temporibus quidam Argentinensis civitatis antistes, Adaluohc nomine, inibi pro remedio suae animae in honorem sancti Thomae apostoli aeclesiam construxerat ...*** (WÜRDTWEIN, ***Nova subsidia diplomatica***, t. V, p. 327; L. SCHNEEGANS, ***L'église de Saint-Thomas à Strasbourg et ses monuments***, Strasbourg, 1842, p. 283; Ch. SCHMIDT, ***Hist. du chapitre de Saint-Thomas***, p. 285). — (11) ***Adelochus praesul ad Dei laudes amplificandas hanc edem collapsam instauravit DCCCXXX.*** — (12) Cf. F.-X. KRAUS, ***Die christlichen Inschriften der Rheinlande***, t. II, p. 156, n° 121. — (13) Vid. supra, p. 396, annot. 5.

ostenderunt.

atque canonici Haselacenses alteram tabulam plumbeam

ostenderunt. Ossa tamen, quae in theca reppererant, hoc die intrectata reliquit episcopus, et quidem, ut docet, tum propter ipsorum reverentiam, tum propter nostram indignitatem; *rem miram sane, cum his duobus minime prohibitus sit episcopus quominus sequenti die ossa revolveret. Suspicio autem inde augetur quod ipse episcopus timuisse videtur ne in suspicionem venirent canonici Haselacenses ; primo enim die, antequam abiit, reliquias repositas sigillo suo se obsignavisse testatur* ob maiorem cautelam et ad cavendam calumniatorum versutiam. *Et quidem postridie, cum iterum aperta esset theca, ecce* ex improviso apparuit plumbea tabella dimidiae palmae occulta inter ossa, imaginem beati Florentii cum his litteris continens : EGO RACHIO DEI GRATIA ARGENTINENSIS EPISCOPUS FLORENTIUM CONFESSOREM ET EPISCOPUM VII° IDUUM NOVEMBRIS IN AVELLANUM TRANSTULI ET HUNC DIEM SOLEMPNEM BANNO CONSTITUI. AMEN.

sui iuris testem opposuissent,

B

11. *Quam inscriptionem non possumus quin suppositiciam habeamus, tum quod eo tempore eoque modo reperta est ut non iniuria suspicari liceat voluisse Haselacenses tabulae plumbeae canonicorum Sancti Thomae et suam tabellam opponere, tum quod non videtur antiqua haec vox* Avellanum, *qua Haselacensis ecclesia designatur ; testibus enim Grandidier* (1) *et Schoepflino* (2), *ita nuncupari solebat Hasela saeculo XII* (3) *et sequentibus, non autem, ut videtur, antea; atque reapse veri simile est non nisi post aliquod tempus factum esse, ut nomen Haselam, quod monasterium a flumine vicino tulerat, etymon secuti in latinam linguam transferrent :* hasel *enim germanice idem est quod latine corylus, cuius arboris fructus sunt nuces avellanae. Quamquam igitur nos suppositam ab Haselacensibus tabellam illam plumbeam non minore iure suspicamur* (4) *quam quo iure ipsi suppositiciam esse tabulam plumbeam canonicorum Sancti Thomae non obscure significabant, aliter tamen visum est Burchardo episcopo, qui,* amputata omni occasione dubitationis obstructoque omni commento quaestionis, *reliquias Haselacenses pro veris habuit, sigillo obsignavit confirmavitque.*

sententiam pro Haselacensibus dixit episcopus,

AUCTORE A. P.

Neque vero hac sententia litibus finis est impositus, cum postea a saeculo XIV° ad XVI^um saltem se caput S. Florentii possidere iactarent canonici Sancti Thomae, contradicentibus Haselacensibus, episcopis vero Argentinensibus modo conniventibus, modo et quidem saepius contradicentibus (5).

quamquam nec sic lites sunt finitae.

12. *Ex utraque porro ecclesia, in qua corpus vel partem corporis beati praesulis conservari affirmabant vel etiam credebant, aliquot reliquiarum partes aut particulae variis in locis sunt distributae. Ita Carolus IV imperator anno 1353 tum a canonicis Sancti Thomae, tum ab Haselacensibus accepit reliquias, quas secum Pragam detulit, in qua urbe altare S. Florentio condidit* (6); *ita Rudolphus archidux, Alsatiae landgravius, anno 1358 a canonicis Sanctae Thomae partem brachii impetravit* (7) ; *ita anno 1650 a canonicis Haselacensibus tradita est P. Florentio de Montmorency S. I.* „ *costa una S. Florentii* „ (8); *quam cum collegio Insulensi Societatis Iesu donasset, in illud sollemni pompa translata est diebus 6 et 7 novembris anni 1651* (9).

Ab utraque ecclesia reliquiae alius in locis distributae.

E

13. *Imaginem sancti cuiusdam in lapide caelatam, quae in ecclesia Sancti Thomae Argentinensi conspicitur, quamque saeculo IX factam esse quidam censuerunt, etsi multo posterior videtur, alii S. Florentii* (10), *alii S. Patricii* (11) *esse sunt opinati. Reapse autem S. Florentii est imago altera lapidea, quae in muro quodam inaedificata est, quo cingitur domus olim praepositi Haselacensis; cui etsi appositi sunt hi annorum numeri :* Anno 1315. Renov. 1790, *videtur tamen ipsa statua saeculo XII non posterior* (12).

De imagine S. Florentii lapidea.

C

(1) *Alsatia illustrata*, t. II (1761), p. 149. — (2) *Hist. de l'église de Strasbourg*, t. I, p. 382. — (3) Quod scripsit HUNCKLER (*Hist. des saints d'Alsace*, p. 521, annot. 1) : „ Haslach porte dans la plupart des diplômes des dixième et onzième siècles le nom d'*Avellana* ou *Avellanum* „, id veritati consentire minime video. — (4) Suspicatus est et Carolus SCHMIDT, *Hist. du chapitre de Saint-Thomas de Strasbourg*, p. 133-34, rationibus adductis, ut opinor, non idoneis, id est 1° quod in inscriptione dicatur Rachio *gratia Dei Argentinensis episcopus*, quamvis haec formula „ gratia Dei episcopus „ vix ante finem saeculi X sit usitata ; qua in re erravit vir doctus, cum haec iam a saeculo VII usu recepta sit (cf. GIRY, *Manuel de diplomatique*, p. 337); 2° quod incertum sit num translatio reliquiarum facta fuerit VII idus novembris, cum hoc die, quo S. Florentii festum celebrare consueverunt, videatur potius vita functus esse beatus episcopus; atqui de die mortis minime constat, potuitque episcopus eodem die et mori et post annos paucos multosve transferri ; quin etiam, ut alias non raro factum est, forsan praecipuo festo dies translationis est assignatus. Quod autem ex *Libro vitae* ecclesiae Sancti Thomae die 3 aprilis festum translationis agi indicatur, id nihil est, cum hoc procul dubio sit festum translationis in Sancti Thomae, non in Haselam. — (5) Singula facta, quae hic recensere operae pretium non videtur, vid. relata apud GRANDIDIER, *Hist. de l'église de Strasbourg*, t. I, p. 238-40 ; Ch. SCHMIDT, op. c., pp. 134-37, 360, 451-53. — (6) Cf. GRANDIDIER, t. c., p. 238-39 ; SCHMIDT, op. c., p. 137. — (7) Cf. GRANDIDIER, t. c., p, 239 ; SCHMIDT, l. c. — (8) Vid. hac de re annotationem P. Iohannis Bollandi manu scriptam in codice Bruxellensi bibliothecae regiae 8935. Ex his corrige quae habet GRANDIDIER, t. c., p. 238. — (9) Insunt in eodem codice tum narratio manu scripta, cui titulus *Acta in translatione reliquiarum S. Florentii episcopi Argentinensis celebrata anno 1651 in templo collegii Societatis Iesu Insulis*, tum typis excusa in folio singulari formae magnae *Ode* sapphica dicata *Divo Florentio anachoretae primum, deinde Argentinensium episcopo ...* Incipit haec : *Dive, cui vires opis esse largas*, prodiitque Insulis ex officina Ignatii et Nicolai de Rache, sub bibliis aureis, anno 1651. — (10) L. SCHNEEGANS, op. c., p. 158-60 ; SCHMIDT, op. c., p. 196-97 et planche 2. — (11) A. MARTIN in Ch. CAHIER et A. MARTIN, *Mélanges d'archéologie*, t. IV (1856), p. 266-68 et planche XXVIII. — (12) Vid. F.-X. KRAUS, *Kunst und Alterthum in Elsass-Lothringen*, t. I (Strassburg, 1876), p. 201 cum figura 109; cf. GATRIO, op. c., p. 70 cum tabula II.

F

VITA I D

I. VITA S. FLORENTII EPISCOPI

Est haec Vita BHL. *3045, quam edimus ex codice Bernensi 114, saec. XII/XIII* (= **1**), *collato cum exemplaribus non integris capituli Sancti Thomae Argentinensis saec. XIV* (= **1a**) *et Bibl. Vaticanae Palat. lat. 477, saec. XV* (= **1b**), *cum epitome* BHL. *3044 desumpta ex codice Monasteriensi Bibl. Universitatis 353, saec. XV* (= **2**) *et cum duabus brevioribus epitomis, altera* BHL. *3046, reperta in breviario Argentinensi an. 1399* (= **3**), *altera in codice 5 seminarii clericorum Argentinensis saec. XIV/XV* (= **4**). *Cf. Comm. praev., num. 4.*

Vita beati Florentii episcopi [1].

Prologus. **1.** Gloriosi [1] ac beatissimi confessoris atque pontificis Florentii [2] virtutes et miracula summatim perstringere necnon ad posteritatis memoriam transmittere, et tanti patris auctoritas et christianae religionis deposcit utilitas.

Florentius ex Scottia **2.** Temporibus namque [1] illustris [2] Francorum regis Dagoberti [3] praeclarus pater Florentius ineffabili tam odore quam decore virtutum II Cor. 2, 15. floruit. Nam Christi bonus odor factus ecclesiam Matth. 24, 15. Dei longe lateque opere ac sermone fidelis ac prudens Domini [4] servus aeternae vitae refecit pabulo. Nobilibus siquidem [5] secundum saeculum ortus parentibus, Scotorum indigena, memorans Gen. 12, 1. quod scriptum est: *Egredere de terra et de cognatione tua,* in flore vernantis adhuc adulescentiae, quod apud maturos etiam perrarum est, iam carnis calcans illecebras [6], patriam parentesque deseruit ac paupertati voluntarie se [7] subiciens, ascitis sibi eiusdem sancti propositi sociis, Arbogasto (1) videlicet, Theodato (2) atque Hildulfo [8] (3), peregrinationis laborem aggressus, *in Alsatiam veniens Haselae consistit,* longo terrarum transacto spatio, Domino duce, fines attigit [9] Alsatiae, et eo locorum ubi rivulus, qui ab incolis Haselahe [10] nuncupatur (4), Vosago [11] terminum ponens, fluvio cui nomen Brusca est (5) illabitur, manendi sibi requiem elegit. Praedictis [12] itaque sociis eius ab ipso recedentibus, novus advena non longe a rivulo praefato, mediocri reperta planitie, consedit [13] ibique super vepres et spinas serere nolens, exstirpatis fruticibus [14], parvum novale modico conspersit semine; quod usque in praesens Praticulum sancti Florentii ex [15] eius censetur nomine.

terram excolit, **3.** Tellus igitur nova nuper proscissa [1] sarculo uberius germinans in culmum ac [1] segetem pullulare [2] coeperat, cum bestiae feraeque silvestres et innumerae novo delectatae pabulo [3] irruunt, vastant ac paene totam proculcant [4] areolam, et dentibus avidis, ventre famelico, iam emergentia depascunt germina. Beatus vero [5] Florentius Ps. 127, 2. revolvens illud psalmistae: *Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es,* alienae stipis subsidium mendicare subterfugiens, tantilli novalis aegre tulit dispendia suosque labores humanis *messem a feris miraculo defendit* usibus aptos ad [6] beluarum ingluviem deputari. Ad ea igitur, quae saepius expertus fuerat, conversus suffragia, confidenter egit in Domino potentique usus [7] imperio brutis mandat animalibus ut segetem suis excultam laboribus ulterius attingere non praesumant; terminos quoque [8] in quattuor angulis, quattuor affixis virgulis, in nomine Domini Iesu Christi consignavit [9]. Obstupescit bestialis feritas, terminos non attingit, pabulum longe quaesitum aviditas beluina [10] licet E famelica respuit; dictu [11] mirabile, innumerabilis bestiarum multitudo velut compedita verborum constricta tenetur imperio, et quae prius paene satiata parcere non norat [12], iam parcit fame cruciata [13].

4. Eo quoque tempore praeclarae [1] famae rex *et Dagoberti regis venatores sibi insultantes compescit.* Dagobertus [2] apud municipium tunc Troniam, quasi Troiam novam, nunc Kircheim [3] dictum (6), tam commoditate quam venustate loci tractus domicilium sibi fixerat; quod quale vel quantum fuerat, superstites adhuc ruinae testantur. Fuit huic regi filia a nativitate tam visus quam loquelae officio privata. Voluit enim, ut credimus, Dominus per servum suum Florentium suae virtutis insignia in hac declarari [4] puella. Venatores [5] itaque regis dum uno dierum, canum coniunctis copulis, per abrupta montium iuga seu vallium concava semitarum compendiis notos silvarum lustrassent anfractus, nullam de consueta ferarum multitudine poterant indagare. Ammiratione igitur permoti canumque discursibus intenti, ad agellum beati viri eorum ductu perveniunt ibique ferarum multitudinem velut in unum conglobatam reperiunt et, dum venari cupiunt, sua spe F frustrantur. Conclamant igitur idque arte magica factum protestantes, in servum Dei [6] suum furorem exacuunt, pugnis et fustibus caedunt, clamidem auferunt ac bipennim; quam vir sanctus, postquam ea pro libito usi essent, sibi reddi postulavit. Patrato scelere, cum spoliis reditum parant, paludem obviam sed modicam de vicino incurrunt [7]; infixi sunt in limo profundi, nutant, Ps 68, 3. conantur ac multo defatigati conamine, cum egredi vel progredi nequeunt, divinae ultionis

[1] De sancto Florencio episcopo 1b; Vita sancti Florencii ep. quae est VII° idus novembris 2; *nullum lemma in* 1a.

1. — [1] *Totum caput om.* 2. — [2] Florencii 1a, 1b *et ita deinceps.*

2. — [1] *om.* 2. — [2] illustrissimi 1b. — [3] Dagaberti 1b, 2, 4; *om.* 1a. — [4] *om.* 1a. — [5] *om.* 1b. — [6] (c. i.) calcatis illecebris 1b. — [7] *om.* 2. — [8] Hildolfo 1b; Hildolpho 2. — [9] attegit 1a; attingit 3. — [10] Vasago 3. — [11] Haselache 1b; Hasalahe 2; Hasela 3; Haselech 4. — [12] (Praedictis ... fame cruciata, *c. 3 extr.*) *om.* 2. — [13] resedit 1a. — [14] fructibus 1a. — [15] *om.* 1a.

3. — [1] procisa 1a; precisa 1b. — [2] pululare 1. — [3] papulo 1a. — [4] perculcant 1b; conculcant 1a. — [5] ergo 1b. — [6] et 1 *ante corr.* — [7] *om.* 1a. — [8] quos 1a. — [9] *om.* 1a. — [10] (a. b.) *om.* 1b. — [11] *om.* 1b. — [12] vetat 1b. — [13] ***Hic desinit*** 1b.

4. — [1] perclare 2. — [2] Dagbertus 1a; Dagabertus 2, 4. — [3] Kirchen 4. — [4] declarare 2. — [5] (Venatores ... adiit, *c. 5 sub init.*) *om.* 2. — [6] Domini 1a. — [7] *om.* 1a.

(1) Episcopus Argentinensis, de quo *Act. SS.*, Iul. t. V, p. 168-79. — (2) Is est Deodatus episcopus, ut ferunt, Nivernensis, de quo *Act. SS.*, Iun. t. III, p. 869-84; nuper vero Chr. PFISTER, *Les légendes de S. Dié et de S. Hidulphe,* in ANNALES DE L'EST, t. III (1889), pp. 377-408, 536-88. — (3) Hildulfus abbas Mediani Monasterii, de quo *Act. SS.*, Iul. t. III, p. 205-38, et PFISTER, l. c. — (4) Iam Hassel, Haslach. — (5) Germ. Breusch, gall. Bruche. — (6) Cf. I. D. SCHOEPFLINUS, *Alsatia illustrata*, t. I (1751), p. 704-6.

indicium

Vita I

A indicium esse[8] intellegunt. Tandem maerentes et facti paenitentes ad cor redeunt, ad virum Dei festinare ac veniam impetrare consilium ineunt, dataque redeundi facultate properant, pedibus sancti prosternuntur, satisfactionem offerunt; cito ac leviter veniam, quam petunt, consequuntur.

Isai. 48, 8.

A rege ad palatium accitus,

5. Accepta igitur venia, laeti regem festini[1] adeunt, rei eventum ex ordine non sine ammiratione exponunt. Rex itaque equum auratis instructum faleris ad ipsum transmittit et ut ad se veniat, deputatis honestis nuntiis, interpellat. Beatus vero Florentius mundi pompam respuens dorso aselli, agni superstrato vellere, humilis insedit et regis palatium, legatis sociatis[2], adiit. Dignatus est autem[3] Dominus virtutum servum suum humilitatis habitu praeditum misericorditer praevenire. Nam regis filia ab aetate primaeva caeca et muta, viro Dei cominus exsistente, videndi pariter et loquendi dona percepit, praesentibus omnibus suae salutis annuntians auctorem[4]. In haec ergo[5] verba puella curata primam vocem aperuit: " Ecce ", inquit, " ecce venit sanctus " Dei Florentius, cuius meritis divina gratia me B " illuminavit et usum loquendi[6] concessit. " Ad tanti novitatem miraculi contremiscit mater, obstupescit et pater; discurrit rumor, regalis concurrit familia, exoritur laetitia, prae gaudio manant lacrimae, laus et gloria Christi in sublime attollitur, cunctus populus in occursum sancti[7] viri cum desiderio properat[8]. Interea Dei famulus honorifice susceptus interiora regiae domus ingreditur; rex et regina Deo gratiarum actiones agentes pedibus eius licet renitentis provolvuntur; quos ipse sublevat suisque meritis actum negans, divinam gratiam in Dei laudem et gloriam monet esse convertendam[9]. O[10] admirandam Dei potentiam, qui sancti sui fidelis cooperator exsistens per adhuc absentem miracula exercuit, caecam a nativitate illuminavit, mutam loqui fecit, insuper ipsam spiritu prophetiae donavit. Nam puella hospitem ignoti sibi[11] nominis praesago[12] spiritu et advenire praedixit, et ex nomine quis esset indicavit.

filiam ipsius caecam et mutam sanat

et vestem in solis radio suspendit.

6. Sed ne quis hoc beati Florentii meritis factum esse ambigeret, novo et inaudito signo[1] subsequenter est confirmatum. Famulo quippe Dei palatium ingresso, tota regalis familia ammi- C rationis stupore seu[2] aliis occupationibus detenta clamidem tanti viri, cum ea exueretur[3], non excepit. Beatus autem Florentius se circumspiciens a fenestra solarem radium contra se dirigi attendit et, ut assolet, eundem radium atomis[4] conspersum perticae similitudinem praetendere. Sciens ergo quia[5] omnia possibilia[6] credenti, clamidem exutam eidem lineae sustinendam commisit. Res mira, pulvillus tenuis, aer impalpabilis solidae substantiae officium adimplevit (1).

Marc. 19, 22.

Sap. 8, 1.

Haselam aliasque terras a rege dono accipit.

7. Claret in his, quae omnia disponit, Dei virtus et sapientia; quae sic obliviosas mortalium mentes in suae divinitatis notitiam excitat, ut et se timentium[1] regum ac potentium donationibus sublevet[2] indigentiam. Dum enim horum novitate insignium praedicatur Deus magnus et mirabilis, regis etiam animo accepta occurrunt beneficia. Ipse quoque, ne ingratus iudicetur, quid honoris quid beneficentiae[3] Dei famulo valeat impendere, diligenter attendit. Deinde, quod gratius sancto Dei noverat, locum quem inhabitandum elegerat perpetuo possidendum donavit. Ad haec, ne quid humanis deesset necessitudinibus[4], his scilicet qui ibidem Deo forent servituri, domicilium quod ipse inhabitabat, Kircheim[5] scilicet, cum omnibus suis appendiciis libere contradidit, donationemque factam auctoritate regia roboravit. Adicit[6] his fama diutina quod sanctus Dei possessionem sibi traditam certis petiit distingui limitibus. Cuius petitioni rex, ut creditur, divinitus illustratus in hunc modum assensit, ut illos suae possessioni E sciret attinere terminos, quos asello[7] vectus posset ambire[8], donec rex balneis sua membra fovisset (2). Nec mora, festinus abit sanctus, quem nec[9] ardua montium, nec profunda vallium, nec retardabant[10] invia, quin tanta terrarum pervolaverit spatia quae vix aliquis duplicato tempore velocissimo etiam vectus equo posset permeare. Quantocius[11] itaque regressus regem apparatu regali invenit indutum; sed necdum cyrotecas nudis manibus aptaverat; quas vir sanctus, ne tempus statutum praeterisse argueretur, suis manibus regi consignavit.

Episcopus factus,

8. Circa id temporis praeclarae famae ac meriti nobilis ille Argentinensium[1] antistes Arbogastus, huius vitae liberatus ergastulo, caelesti[2] curiae[2] consignandus[3] evocatur[2], votisque communibus eidem beatus Florentius substituitur. Quantis autem virtutibus illuxerit quantave diligentia[3] in opere et sermone plebem commissam rexerit,[4] nostrae non est opis[5] explicare. Peracto[6] tandem praesentis vitae cursu, felici fine migravit ad Dominum[7]. Confluentibus quam plurimis[8] religionis officio ad eius exsequias, ecclesia, quam F vivus rexit, corporis humatione decoratur[9].

Argentinae sepelitur,

unde postea Haselam transfertur;

ubi ipsius reliquias

9. Elapso vero tempore, Rachio Argentinensis episcopus (3), divino per visum commonitus oraculo sanctissimi viri corpus[1] ad ecclesiam in loco nemoris, quem primitus sibi delegerat, transtulit ipseque sibi sepulturam ibidem[2] elegit. Suborta est postmodum de reliquiis sancti Florentii pia contentio. Burkardus[3] igitur episcopus (4) ac

[8] (i. e.) *add. in marg.* 1.

5. — [1] festivi 1a. — [2] sociatus 1a. — [3] (D. e. a.) Quia cum quadam vice a rege accersitus esset, dignatus est 2. — [4] (an. au.) au. an. 1a. — [5] *om.* 2. — [6] atque videndi *add.* 3. — [7] *om.* 2. — [8] preparatur 1. — [9] committendam 2. — [10] (O ... adimplevit, *c. 6 extr.*) *om.* 2. — [11] *add. sup. lin.* 1. — [12] presagio 1a.

6. — [1] miraculo 1a. — [2] vel 1a. — [3] exuetur 1a. — [4] athomis 1 *corr.*, 1a. — [5] quod 1a. — [6] forent *add.* 3.

7. — [1] necessitatibus *add.* 2 *in marg.* — [2] sublivet 2 *ante corr.* — [3] beneficiencie 2. — [4] necessitatibus 1a. — [5] Kyrchen 4. — [6] (Adicit ... consignavit) *om.* 2. — [7] assello 1a. — [8] ambulare 1a. — [9] *add. in marg.* 1. — [10] retardabat 1a. — [11] Quamcius 1a.

8. — [1] Argentinencium 2. — [2] *om.* 2. — [3] (q. d.) *add. in marg.* 1. — [4] eloquentie *add.* 2. — [5] operis 1a; opus 2, 3; (n. n. e. o.) non possum 4. — [6] Pacto 3. — [7] 7° idus novembris *add.* 2 *sup. lin.* *Hic desinunt* 3, 4. — [8] ex *add.* 1a. — [9] *Hic desinit* 1a.

9. — [1] (s. v. c.) *add. in marg.* 1. — [2] *om.* 2. — [3] Burgardus 2.

(1) Similia non de solo S. Goare (cf. *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 416, c. 6), sed de multis aliis sanctis ore vulgi ferebantur. Cf. Ch. Cahier, *Caractéristiques des saints dans l'art populaire* (Paris, 1867), p. 99. — (2) Huiusmodi fabulas in Vitis sanctorum non raro occurrere monuimus supra in S. Leonardo, p. 153, annot. 1. Similior narrationi huic de S. Florentio est fabula vulgaris de B. Andrea presbytero Slaulosiensi in Dania, de qua cf. Iac. Grimm, *Deutsche Rechtsalterthümer* (Göttingen, 1828), p. 88; Hans Olrik, *Danske Helgeners Levned i oversættelse* (Havniae, 1893-1894), p. 320; quamvis neutra ab altera pendere videatur. — (3) Alias Reccho, qui sedem Argentinensem ab anno 783 obtinuit usque ad annum circiter 810. — (4) Argentinensis an. 1141-1162.

VITA I *Burkardus episcopus, suborta contentione, recognoscit.*

Bertoldus[4] custos Argentinensis tunc in Haselahe[5] praepositus, ascitis[6] abbatibus Meginhardo Maurimonasterii[7] (1), Ottone de Altorf (2) religiosisque quam pluribus, thecam[8] reserant corpusque sanctissimum, ut antiquitas tradiderat, reconditum cum subscriptione laminae plumbeae inveniunt, Deoque cum hymnis et canticis gratias iterato thecam[9] consignant. Adest testis divinae gratiae, agitur processio; defertur puer toto corpore debilis meritisque sancti viri, omni populo coram posito, sanitati restituitur.

Clientes suos a siccitatibus,

10. Isdem temporibus caelo clauso, ne plueret super terram, siccitate diutina tellus ardore[1] solis exusta, fructu vacua, famem minabatur. Episcopo clero populoque petente, sancti Florentii reliquiae Argentinam deferuntur et e vestigio terram salubris[2] imber[3] infudit.

pluvia,

11. Alio quoque tempore dum iam[1] messis instat, nimia vis imbrium segetem prosternit, populus spe colligendae frugis destituitur. Reliquiae sancti tolluntur ad Kircheim[2], processio agitur, serenitas optata terris redditur.

bellis,

12. Tempore alio insurgunt praelia, terror hostilis ubique personat, clerus in Haselahe metu perculsus sanctum suum in praedium[1] Mûzziche[2] dictum[3] deportat[4]; qui suum aegre[5] ferens exsilium una nocte pacem, ut creditur[6], toti terrae impetravit, sicque crastino suae quietis loco cum gaudio restituitur.

incendio,

13. Non multo post domus in atrio sita[1] D monasterio fere contigua ex incuria subito igne accensa; flamma foris erumpente, iam in aedem sanctam grassabatur, cum mox, oppositis eiusdem sancti reliquiis, quasi vento valido in se retorta quievit.

praedonibus

14. Castri etiam in Ringelstein[1] dominus, Anshelmus[2] nomine (3), persaepe rettulit quod clientela sua, sicut illud hominum genus assolet, incolas vallis multimode molestabant; quorum querela clamor et lacrimae ad aures sancti Dei perstrepebant. Nec mora, sequitur ultio divina; unius anni spatio quam plures e familia morbo correpti peste perierunt, commilitones et socii mutuis se vulneribus consciderunt. Demum dominus febre corripitur, mors sola praestolatur, somnus subrepit visumque est sibi[3] se[4] iuxta curtim, quae dicitur Sancti Martini, in condensis veprium secus viam iacere, ac penes se reverendae personae virum in equo transire suique doloris causas inquirere. Quo viso, dolens auxilium postulat et quis sit praeteriens demandat. Cui sanctus : " Ego sum ", inquit[5], " Florentius. " Tu per me sanitati restitutus equo, quem me E " sequi vides, inside ac me quantocius imitare. " A molestia quoque populi, quem hactenus turbasti, summa cautela desiste. " Obtemperat aeger sicque somno excitus[6] surgit sanus et redit ad propria, gratias agens Deo Patri et Filio et Spiritui sancto, qui est benedictus in saecula[7]. Amen.

defendit sanctus.

[4] Bertholdus 2. — [5] Hasalache 2. — [6] accitis 2. — [7] Maurimonasterio 2. — [8] tecam 1 *ante corr.*; techam 1 *corr.* — [9] techam 1.

10. — [1] ardoris 2. — [2] salubribus 2 *corr. al. man.* — [3] ymbribus 2.

11. — [1] *om.* 2. — [2] Kercheim 2.

12. — [1] presidium 1. — [2] Muzziche 2. — [3] *om.* 2. — [4] deportant 2. — [5] *add. sup. lin.* 1. — [6] (p. ut c.) ut c. p. 2.

13. — [1] scita 2.

14. — [1] Ringhelensten 2. — [2] Ancelmus 2. — [3] ei 2. — [4] *om.* 2. — [5] *add. sup. lin.* 1. — [6] excitatus 2. — [7] seculorum *add.* 2.

(1) Cca. 1133-1143. — (2) Cca. 1133. — (3) Fertur Anselmus quidam de Ringelstein subscripsisse diplomati confirmationis a Friderico imperatore monasterio Neoburgensi concesso (STUMPF-BRENTANO, *Die Reichskanzler*, t. II, n° 3738; ubi diploma dubiae fidei censetur).

II. VITA BREVIOR S. FLORENTII EPISCOPI

C *Est haec epitome* BHL. *3043, quam edimus ex apographo codicis olim Coloniensis* (= **1**), *cum variis lectionibus codicis olim Carthusiae Coloniensis* (= **2**). *Cf. Comm. praev., num. 5 et 7.* F

De sancto Florentio episcopo Argentinensi VII° idus novembris.

Vita I. c. 2. **1.** Temporibus Dagoberti regis sanctus Florentius, comitantibus secum sancto Arbogasto[1], Theodato atque Hildolpho, de Scotia venit in Alsatiam. Et sancto Arbogasto socio[2] episcopo in Argentinensi ecclesia, Florentius contulit se in silvam Hasaelahe, ubi Bruscha[3] fluvius de uno Vosago[4] effluit, ibique coepit manibus suis laborare novalia, de quorum fructibus viveret. c. 3. Et cum modicam sibi domunculam ibidem aedificasset, cervae et aliae bestiae de silva egredientes quicquid[5] ipse laborasset[6], devastabant. Quas cum comprehendere non posset, quod instrumenta venatoria non habebat, omnes ante domum suam in nomine Domini praecepit adesse et ibi eas fixas stare.

c. 4. **2.** Illis diebus Dagobertus rex in palatio suo Kircheim[1] manens servos suos venatum ire praecepit; qui cum omnes montes et silvas perlustrassent et nullam feram invenire possent, tandem venientes ad domum viri Dei invenerunt multitudinem ferarum ante ianuam eius congregatam et quasi ligatam stantem. Indignati igitur et eum non cognoscentes[2], tunicam eius violenter tulerunt, et abierunt. Quos ille sequens etiam bipennem, quam habebat, eis dedit secum deportandam. Qui recedentes venerunt ad quandam paludem, et equi eorum procedere noluerunt. Quos cum fortiter urgerent calcaribus, nihil profecerunt, donec reddiderunt sancto viro quae ei abstulerant. Venientes igitur ad dominum suum haec omnia ei narraverunt.

3. Statim ille equum suum optime stratum ei misit et quam primum ad se venire rogavit. c. 5. Qui nolens equo regio sedere, stravit asellum suum et sic ad palatium regis profectus est. Cumque

1. — [1] Arbagasto 1. — [2] facto? — [3] *ita* 2; Benstha 1. — [4] *ita* 2; p||sago 1; legendum puto " pago " *annotavit Gamans.* — [5] quamquam 1 *ante corr.* — [6] laborassent 1 *ante corr.*

2. — [1] Kirchim 1 *ante corr.* — [2] *corr. man. pr. ex* agnoscentes 1.

limen

A limen portae attigisset, filia regis a nativitate caeca et muta visum et loquelam recepit, et Florentium clamavit, cum tamen nomen eius prius c. 6. incognitum omnibus esset. Et cum in palatium ascendisset et ad regem introire debuisset, cum non haberet ministrum sibi servientem, in radium solis, qui per fenestram splendebat, chlamidem suam suspendit, donec loqueretur regi; et ita vestitus eius in radio solis tanc. 7. quam in solido ligno pependit. Quem cum rex et omnes mirarentur, tradidit eidem sancto viro magnam partem eiusdem silvae ad cellam ibidem aedificandam, villasque adiacentes et praedia multa dedit, quae usque hodie ad claustrum Hasaelahe pertinent.

c. 8. **4**. Deinde sancto Arbogasto mortuo, sanctus Florentius ei in episcopatu successit, et in magna vitae sanctitate conversatus populum sibi commissum sicut bonus pastor gubernavit. In ecclesia quoque sua Hasaelahe religiosas personas ad serviendum Deo instituit, et in bonis operibus consummatus in aeternum cum Christo regnaturus B in pace quievit.

5. Fuit autem beatus Florentius nobilibus secundum saeculum ortus parentibus, sed ineffabiliter virtutum exstitit ornatus moribus. In flore namque vernantis adhuc adolescentiae, quod apud maturos etiam perrarum est, iam carnis calcans illecebras, patriam parentesque deseruit et paupertati voluntariae ac peregrinationi pro Christi nomine se subiecit. Nam Christi [1] bonus odor factus [2] ecclesiam Dei longe lateque opere et sermone fidelis ac prudens Domini servus aeternae vitae pabulo refecit. Peracto tandem praesentis vitae cursu felici fine septimo idus novembris migravit ad Dominum et ecclesia [3] quam vivus rexit [3] corporis humatione decoratur [3]. VITA II c. 2. c. 8.

6. Elapso vero tempore, Rachio Argentinensis episcopus, divino per visum admonitus oraculo, sanctissimi viri corpus ad ecclesiam in loco nemoris, quem primitus sibi delegerat, transtulit ipseque sibi sepulturam ibidem elegit; multisque miraculis Dominus virtutum postmodum beatum Florentium fidelem suum famulum mirificavit. Amen. E c. 9. Cf. c. 10-14.

5. — [1] episcopi 1 (*utique in exemplari legit* ep̄i *pro* Xp̄i). — [2] sanctus 1. — [3] *ita* 2; ecclesiam quam ... erexit ... decorarat (*corr.* decoravit) 1. *Cf. Vitam I, l. c.*

DE S. CUNGARO

SAEC. VII

CONFESSORE IN WALLIA

C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Cungarus, cuius Vita primum saeculo XVI conscripta est,

1. *Quicquid recentiores de S. Cungari huius* (1) *historia referunt haustum est ex uno eoque admodum caenoso fonte, Vita nimirum eius quae exhibetur in* Nova Legenda Angliae *edita Londini anno 1516 sumptibus Winandi de Worde, quae vulgo citatur sub nomine Iohannis Capgravii et recens, anno 1901, iterum accuratissime typis excusa est opera v. cl. Caroli Horstman. Vita haec non reperitur in* Sanctilogio *a Iohanne Tinmuthensi collecto* C *quod exhibet codex Musei Britannici Cotton. Tiberius E. I., sed primum in editione anni 1516 supra indicata, Sanctilogio sive a Capgravio sive ab alio aliquo adiuncta; quam cl. Horstman ex genere scribendi confectam esse saeculo XIV existimat* (2). *Certe illam fide dignam non esse, ex iis quae in ipsa narrata habemus discutienda mox liquido patebit.*

sive quo tempore vixerit,

2. *In primis nimirum neque qua aetate vixerit Cungarus, de quo hic sermo est, ex hoc documento probabiliter definire licet, adeo inter se pugnant quae de ea re in illo traduntur. Nam ex una parte legitur Cungarus aequalis fuisse Dubricio episcopo Landavensi* (3), *qui supremum diem obiit decurrente anno 612* (4); *ex alia vero eidem Cungaro* totum territorium circa Cungresbiriam largitus *esse* Ina rex Anglorum (5), *quo nomine sane intellegendus est designari praeclarus ille Ina rex Westsaxonum, qui leges Anglosaxonum collegit; is autem mortuus est anno 726 vel 728* (6), *amplius centum annis post Dubricium.*

sive ex qua regione oriundus sit, non constat.

3. *Nec minus incertum est unde oriundus sit Cungarus noster. Duos quidem viros genere et sanctitate insignes, hoc nomine appellatos, saeculo VI in Wallia floruisse docent genealogiae huius regionis, alterum ex stirpe Cunedda Wledig, ex stirpe Cystennen Gorneu alterum* (7). *Hic posterior ex stemmate eius genealogico dubium non est* F *quin idem sit atque consobrinus S. Kebii qui in huius Vita memoratur* (8) *et forte atque ille qui recensetur inter eiusdem Kebii discipulos* (9). *Ab utroque supra memorato certe diversus dicendus esset Cungarus de quo nunc sermo, si ratio haberetur traditionis illius quae ipsum filium facit imperatoris cuiusdam Constantinopolitani et Luciriae imperatricis* (10). *Hanc autem traditionem inter fabulas amandandam esse nemo iam, credo, non consentit; inde tamen non temerarie conicere sibi posse videtur cl. v. W. Hunt* (11) *Cungarum hunc ex transmarinis partibus, forte ex Britannia armoricana, in Maiorem Britanniam commigrasse ac proinde non fuisse wallicum ortu. Sed id, ut patet, vim coniecturae utcumque probabilis non excedit.*

Monasterium

4. *Duplex monasterium a Cungaro constitutum*

(1) Vulgo *Cyngar* seu *Kyngar*. — (2) Cf. *Nova Legenda Anglie*, ed. C. Horstman, t. I, pp. IX, XI, XVII. — (3) Vit., c. 15 med. — (4) *Annal. Cambr.*, ad h. a., ed. J. Williams (London, 1860), p. 6. Opera hic passim citata, distinctius fere indicata sunt in commentario de S. Iltuto, supra p. 219 sqq. — (5) Vit., c. 9 init. — (6) *Anglo-saxon Chronicle*, ed. Benj. Thorpe (1861), t. II, p. 39. — (7) *Myvyrian Archaeology*, p. 421; W. J. Rees, *Lives of the Cambro British Saints*, p. 593, nn. 9, 10, et p. 598, n. 13 (cf. n. 33); Rice Rees, *An Essay on the Welsh Saints*, pp. 111, 113. — (8) W. J. Rees, *Cambro Brit. SS.*, p. 498. — (9) Ibid., p. 496. — (10) Vit., c. 1. — (11) *The Somerset Diocese, Bath and Wells* (London, 1885), pp. 5, 6.

AUCTORE C. D. S.

condidisse refertur Cungresberiae,

esse refert Vita, alterum inter Anglosaxones in loco ab Ina rege ipsi donato, qui eius nomine Cungresberia est nuncupatus, alterum in Wallia (1). *Quod autem ad prius spectat, Vitae narratio non concordat cum libello* De primordiis episcopatus Somersetensis *extremo saeculo XII conscripto* (2) *neque cum Chronico Glastoniensi, in quibus refertur Cungresberiam tempore Inae regis dudum fuisse sedem episcopalem, non proinde locum desertum, quem Cungarus iudicare potuerit maxime aptum vitae heremiticae ducendae et liberalitate regis accipere ad coenobium constituendum. En verba Chronici :* Anno Domini CLXVII episcopatus Somersetiae per SS. Faganum et Deruvianum sumpsit exordium et in Kungresberia per multum tempus sedes episcopalis fuit. Sederunt itaque in eadem sede plurimi pontifices successive usque ad tempus Inae regis Westsaxonum, quorum numerum, gesta et tempora nusquam repperimus descripta. In tempore autem praedicti regis, Daniel, qui in cathedra de Kungresberia sedebat ultimus, sedem illam, quae illic per DC annos vel amplius remanserat, ad villam quae tunc Tethiscine, nunc vero Welles nominatur, Ina donante et ei consentiente, transtulit (3). *Equidem ultro profitemur fontes illos ambos parum sinceros iure reputari posse; sed inde saltem demonstratur relationem Vitae Cungari neutiquam confirmari sed potius enervari traditionibus quae saeculo XII et XIII in regione Somersetensi vigebant.*

B

et alterum in Wallia,

5. *Monasterium in Wallia a Cungaro conditum sunt qui putarint* (4) *idem esse atque monasterium Docguinni sen Docunni, quod unum erat e tribus quorum abbates in rebus ecclesiasticis dioecesis Landavensis et in primis in eligendo et constituendo episcopo praecipuam quandam partem habuisse indicantur* (5). *Nec sane improbabiliter. Nam et Cungarus* apud Britannigenas *seu Wallenses* Doccuinus *vocabatur et* abbas Docguinni *seu* Doccuni *saepissime legitur subscripsisse chartis Landavensibus simul cum utroque alio abbate, cuius et ipsius monasterium nomine fundatoris designatur,* Iltuti *nempe et* Catoci *seu* Caitonili (6). *Sed et in* Achau y Saint *refertur Cungarus quidam condidisse coenobium in regione Glamorganensi in loco qui dicebatur Llangenys; verum num haec de Cungaro nostro intellegenda sint fortasse non satis certum* (7). *Nihil autem cum eo commune habere videtur Docuinus ille (wallice Dochdwy) S. Cadfani seu Catoci socius, qui episcopus huius opera ordinatus, aliquamdiu dioecesis Landavensis regendae curam suscepit* (8).

D

cultus illius monumenta.

6. *Ex his omnibus apparet quam incerta sint quae spectant ad historiam S. Cungari. Constat autem sub eius nomine antiquitus et hodieque dedicatas esse ecclesias vel oratoria de Badgeworth in comitatu Somerset, de Hope in comitatu Flint et de Llangefui in comitatu Anglesey* (9). *Ad diem 7 novembris indicta est eius memoria in martyrologio quodam latino confecto inter annos 1220 et 1224, in martyrologii Usuardini codice Altempsensi exarato post medium saeculum XIII, in martyrologio Norvicensi saeculi XV et in kalendario wallico transcripto extr. saeculo XVI* (10); *ad diem vero 5, in martyrologio Richardi Challoner* (11).

E

(1) Vit., c. 15; cf. c. 9-13. — (2) *Ecclesiastical Documents* now first published by the Rev. Joseph HUNTER (London, printed for the Camden Society, 1840), pp. 10, 14. — (3) Cit. ap. H. WHARTON, *Anglia sacra*, t. I, p. 553, annot. Cf. DUGDALE, *Monasticon angl.*, t. VI, part. III, p. 1465; Th. DUFFUS HARDY, *Descriptive Catalogue...*, t. III, p. 150, n. 256; HADDAN et STUBBS, *Councils*, t. I, p. 150. — (4) RICE REES, *Welsh SS.*, p. 183. — (5) Cf. Vit. S. Oudocei in *Libro Landavensi*, ed. EVANS et RHYS, pp. 131, 132. — (6) *Lib. Landav.*, pp. 140, 143, 144, 147, etc., etc. (cf. ibid., Ind. ad v. *Docunni*); W. J. REES, *Cambro Brit. SS.*, p. 390. — (7) Cf. RICE REES, *Welsh SS.*, pp. 183, 211, 232. — (8) Ibid., p. 219-20. Cf. W. J. REES, *Cambro Brit. SS.*, pp. 340, 342. — (9) RICE REES, op. c., p. 232; Sam. LEWIS, *Topogr. Dict. of England*, v. *Badgeworth*, et *Topogr. Dict. of Wales*, vv. *Hope* et *Llangefui*. — (10) Rich. STANTON, *A Menology of England and Wales* (London, 1887), p. 531 et [E. BISHOP], *Supplement* (1892), p. 783. — (11) *A Memorial of ancient British Piety*, p. 153.

C F

VITA S. CUNGARI

Ex Iohannis Capgravii Nova Legenda Angliae. *Cf. Comm. praev., num. 1. Variantes lectiones editionis prioris seu anni 1516* (**1**) *et posterioris, cl. C. Horstman* (**2**), *notavimus.*

De sancto Cungaro heremita et confessore.

Cungarus, imperatoris Constantinopolitani filius,

1. Dum quidam Constantinopolitanus imperator ab imperatrice, Luciria nominata, speraret generare prolem, nullam generabat. Unde ambo tristes condolebant de infecunditate communi, et inceperunt assidue ieiunare, eleemosynas erogare, omnipotentem Deum fidenter et incessabiliter invocare, quatinus omnium donorum donator donaret eis filium adoptivum, qui genitori posset succedere et post imperatoris obitum retinere imperium. Itaque adiuvante maiestate exauditae sunt preces amborum, acceptabilia et accepta dona eleemosynarum. Post haec vero imperatrix religiosissima divino nutu feliciter concepit et post conceptionem felicius generavit. Audita igitur nativitate pueri, parentibus et compatriotis exsultantibus, venerunt potentes duces, nobiles et divites ad imperialem curiam, collaudantes unanimiter et benedicentes summi datoris benivolentiam, quae exaudierat petitionem postulatam et insuper perduxerat ad perfectionem et impletam et implendam.

ne ad coniugium contrahendum cogeretur,

2. Infans nutritus crevit ad pueritiam et gradatim puer bonae indolis florebat, tendens ad iuvenilem formam. Forma eius erat decora et inenarrabilis; propter quod multi reges et reginae desiderabant copulare talem filiabus suis. Audiebant enim illum esse amatorem largitatis et adornatum moribus legitimis. Interea consensu parentum et compatriotarum cuiusdam regis nobilissimi filia pacta est illi cum honore utriusque regni. Ille autem caducam potestatem despiciens et quod est perpetuum animo eligens, virginitatem inviolatam servans, sub vili amictu discessit ab imperiali curia, nulli revelans quae cogitabat,

A cogitabat, ac[1] nulli consentiens, divinitus inspiratus pervenit ad Tyrrheni maris (1) litora. Unicus itineri insistebat, sed comitabatur illi societas divina. Quando debuerat venari per nemora, latenter adibat divinum oratorium, repetita saepissime oratione dominica. Quando etiam cogebatur a curialibus ludere aleis, discedebat illis invitis, festinando ad ecclesiastica oracula; ibi remanens et genuflectens cum eximio affectu orabat. Et non ad curiale prandium, sed ad caenam constitutam venire solebat. Ieiunia frequentabat, ita ut omnes videntes et audientes de iuvenis religione admirarentur.

e patria aufugit

3. His peractis, post discessionem unici filii lugebant parentes, et cives, dediti maestitiae, iussu imperatorio secuti sunt iuvenem Cungarum fugientem ut[1], si possent inventum occupare, caperent et reducerent invitum ad imperatorem. Illis autem venientibus cum magna festinatione ad aequoreum litus, ecce navis prompta erat ad transfretandum. Iuvenis autem videns illos sequentes, et ventorum prosperitatem et paratum navigium, intravit navem velatam (2); et B sic veniens prospere ad aequoream marginem, devitavit odiosam persecutionem. Indigenae itaque investigantes proposuerant, ab imperatore admoniti, cogere fugitivum ad reversionem; sed Deus praescius et praevisor futurorum noluit ut a proposito impediretur, sed potius adimpleret primitus conceptam intentionem suam. Inchoaverat enim a pueritia castissime vivere et indesinenter orare et nullum offendere. Ac dum invitaretur ad equestre certamen, nolebat militare; suum certamen erat primi adversarii insidias superare et contemplari caelestia et spernere transitoria. Elegerant parentes sui et cives ipsum futurum imperatorem, sed maluit ipse tendere ad caelestem electionem. Electus itaque Dei famulus Cungarus elegit nativam terram deserere, incipiens peregrinari, desiderans complere evangelicum praeceptum quod audistis, scilicet: *Qui non reliquerit patrem et matrem et fratres et sorores et uxorem et filios et agros propter me, non est me dignus.* Illud audiens nec obliviscens, sed firmiter recondens in pectore, non cessavit donec fideliter adimpleret. Noluit autem sanctissimus Cungarus et iuvenis mansuetissimus C remanere in vicinia parentum, timens, si vicinum audirent commorantem filium, sine dilatione advocarent sibi unicum et carissimum.

in Britanniam, ubi in regione Somersetana,

4. Hac occasione et angelica exhortatione recessit a ripa Tyrrheni maris et pervenit ad Italiam, et de Italia trans Alpes ad Galliam, de Gallia navigando ad Britanniam. Toto enim conamine nitebatur[1] solitariam vitam ducere; propterea inquirebat et interrogabat diligenter in itinere loca congrua heremitae. Dum itaque conaretur implere intentionem a Deo sibi inspiratam, direxit iter suum ad partem quandam Britanniarum quae vocatur Somersete, quam sic incolae nominant regionem. Deinde ammonitus iterum angelica revelatione, pervenit ad amoenissimum locum aquis et arundineto circumdatum, postea suo vocabulo Cungresbiria nominatum (3). Cungarus enim apud Angligenas vocabatur, Doccuinus, quasi doctor, apud Britannigenas vocabatur; nec immerito, qui doctrinae suae fluenta seminabat per patriam, et quocumque ibat non cessabat praedicare verbum Dei secundum traditionem apostolicam. Omnia quae dabantur ei a regibus et divitibus, continuo erogabat pauperibus.

VITA

in loco sibi angelica visione designato,

5. Sanctissimo et reverentissimo Cungaro adveniente in patriam quae Somerseta nuncupatur ab incolis, proposuit ibidem perseverare. Qui dum nocte membra quieti dedisset et iam[1] somnus a consueta contemplatione spiritum suspendisset, revelatum fuit illi ab angelo ut ubicumque videret aprum in die crastino, ibi construeret habitaculum et postea fundaret oratorium. Qui expergefactus, ad angelicam revelationem gavisus est valde et festinanter processit; E ac ex improviso vidit aprum iacentem in arundineto ac visum praeterivit; territus autem aper cursu solito fugitivus abscessit. Ille autem, viso apro, secundum angelicam promissionem, insuper intuens loci illius aquosi et silvestris amoenitatem, laetabatur, proferens huiusmodi sermonem: „ Hic est locus quem quaesivi; hic manebo, ut „ serviam sanctae Trinitati. „ Nec mora, habitaculum construxit, dehinc mensus est cimiterium; quo emenso, fundavit in honore sanctae et individuae Trinitatis oratorium.

anachoreticam vitam duxit.

6. Perseveravit igitur in hoc loco Deo dilectus Cungarus, indutus cilicio, vitam ducens irreprehensibilem in ieiuniis et crebris orationibus sine impedimento. Omni hora matutina intrabat in frigidam aquam, ibi permanens donec orationem dominicam ter repetisset (4). Sic itaque frigescens de amne consurgens revertebatur ad ecclesiam, vigilans et exorans summi Creatoris omnipotentiam. Nona autem hora utebatur ordeaceo pane, numquam fungens ferculis vel saturitate. Macies tenuerat corpus eius pertenue, ita ut qui eum viderant dicerent illum languidum esse aut febricitantem. F Vita heremitica erat ei dulcissima, aestimanti imitanda Pauli primi heremitae et Antonii vestigia.

Locus ille, antea sterilis, in fertilem campum prodigiose conversus.

7. Istud primum miraculum peractum est per divinam clementiam a iustissimo Cungaro. Loca aquatica et arundinea, quae essent circa culturam suam, tunc nullam utilitatem praebentia, conversa sunt in campos cultui aptissimos ac in florida prata. Hoc audito miraculo, undique per Angliam et etiam per universam Britanniam cum eximia reverentia magnificabant electum Dei famulum,

2. — [1] at 1.
3. — [1] et 1.
4. — [1] nitabatur 1.
5. — [1] (et iam) etiam 1, 2.

(1) Rei geographicae parum peritus scriptor mare Tyrrhenicum (quod Corsicam et Sardiniam insulas atque Italiam alluit) videtur existimare Constantinopoli proximum. — (2) Id est *velis instructam*. Quae significatio notata non est apud Cangium. — (3) Quod hic asserit scriptor, locum a Cungaro nomen suum accepisse, nulla auctoritate aliunde firmatur, nec ullum vestigium cultus S. Cungari ibidem umquam notatum repperi. Ait quidem Rice Rees (*Welsh SS.*, p. 232) illum patronum esse vici Cungresberiae. At Sam. Lewis (*Topogr. Dict. of England*, t. I, p. 474) et qui edidit *The Calendar of the Anglican Church* (Oxford-London, ap. J.-H. Parker, 1851, p. 209) tradunt ecclesiam Cungresberiensem dicatam esse sub titulo S. Andreae apostoli neque ullum huiusmodi titulum assignant Cungaro. — (4) Huiusmodi paenitentiae exercitium satis consuetum fuisse sanctis gentium celticarum aut saltem de multis eorum narrari, colligitur ex Vitis SS. Patricii (*Act. SS.*, Mart. t. II, p. 577, n. 160 med.), Brigidae (*Act. SS.*, Febr. t. I, p. 159, n. 55), Gildae Albani (COLGAN, *Act. SS. Hib.*, p. 177. c. II), Cuannathei (ibid., p. 250, c. IX), Conalli (ibid., p. 278, c. VI), Farannani (ibid., p. 337, c. X), Kierani (ibid., p. 462, c. XXXII), Cadroes (ibid., p. 497, c. XV), etc.

VITA

famulum, talia dicendo in laudem eius et honorem :

Laudant indigenae dicendo : " Videmus aperte
" Campos cum pratis ubi crevit arundo palustris. "

Aridus baculus, ab illo terrae infixus, intra unius diei spatium in frondosam arborem crescit.

8. Transacto tali ac tanto miraculo, dum quadam die staret reverentissimus Cungarus in cimiterio clericis (1) suis circumstantibus, optavit ibi cresceret taxus, ut fieret umbraculum propter calorem aestivum ac ramorum dilatatione decoraretur cimiterium. Dum igitur talia optaret, baculum de arbore taxo factum tenens in manibus, affixit in terram, nec retrahere potuit. Qui die sequenti, cunctis ibi astantibus et videntibus, fronduit, postea latissimam in arborem crevit et, secundum petitionem et desiderium beatissimi Cungari, umbraculum clericis ac populo pro fervore aestivali fuit. Unde dictum est :

" Taxus adest viridis, non arida nec manualis;
" Quod fuerat siccum [1], frondet mirabile lignum. "

Loci possessio Inae regis liberalitate Cungaro concessa.

9. Revelatis undique et promulgatis talibus miraculis, Ina [1] rex Anglorum largissimus largitus est venerabili Cungaro totum territorium libere circa Cungresbiriam situm, promisitque quod ipsemet ei refugium esset inviolatum [2], ne orationibus suis impediretur, quamdiu ipse regnaret, a regali tumultu militum. Idem autem Ina [1] rex post donationem supradicti territorii noluit deinceps locum iam sancto datum et concessum visitare, ne venerabili Cungaro molestiam ex accessu ipsius generaret. His quidem peractis, ceteri reges successores eiusdem non ausi sunt visitare nec etiam videre locum ex praesentia Cungari venerabilem. Si enim contingeret casu ut reges aut viderent aut visitarent a beato Cungaro incultum, aut graviter et continuo inciperent infirmari aut viso loco non haberent longius spatium vivendi.

Edgarus rex, quia eundem locum aspexit, divinitus multatus.

10. Multi itaque reges, eundem locum improbe videntes, ad citam mortem pervenientes de sua improbitate poenam dederunt. Rex Anglorum Edgarus (2) die quodam, dum venaretur in nemore, ignoranter accessit ad locum beati viri, quemque regibus videre non erat licitum locum incaute intuitus est. Quem posteaquam [1] vidisset, paenitentia ductus ex intimo corde condoluit, dicens : *In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum; redemisti me, Deus veritatis.* Inde autem valde contristatus, paenitentiam egit, quod locum sanctum intuitus est, quem nullatenus videre ei permissum erat. Magnam vero partem terrae largitus est Deo et sancto Cungaro. Omnem etiam clerum eiusdem territorii devotissime oravit, quatinus pro eo preces funderent Domino, ne pro temeritate, qua locum videre aggressus est, ipsum de hac luce citius et nimis improvidum ultio divina propellat. Regressus autem formidolosus de venatu, in palatio regis se recepit ac, valido languore oppressus, nono die diem clausit extremum. Multi itaque reges prius huius loci reverentiam et privilegium violare timuerant et praecedentium successores amplius, audito hoc miraculo, timuerunt.

Ps. 30, 6.

C

Multa miracula ibidem a Cungaro patrata.

11. Cum itaque huiusmodi studiis et virtutibus tam Deo quam hominibus placeret Deo dilectus Cungarus, constituit in eodem oratorio suo duodecim canonicos qui regulariter viverent et in honore sanctae et individuae Trinitatis in eodem templo Deo officiosissime deservirent. Construxerat enim idem templum lapidibus, quod primitus fuerat ex virgis et tabulis contextum. Confluebat autem undique multitudo languentium ad sanctum Dei famulum Cungarum, quatinus per merita ipsius et orationes curarentur ab infirmitatibus et diversis languoribus; quos per Dei gratiam, invocato sancto nomine Trinitatis, curabat omnes a quacumque detinebantur infirmitate. D

Alterum oratorium, iterum monente angelo, in Wallia condit.

12. Cernens autem vir Dei tali occasione a dilecta sibi solitudine et ab orationis instantia se nimium praepediri, de recessu ab eo loco secum saepius pertractavit; quod et tandem opere complevit. Audierat enim ultra Sabrinum fretum loca aptissima et secretissima esse, quae videre non modice cupiebat; quae si sibi animo sederent, statuit in eisdem locis quanto secretius tanto devotius Deo famulari. Igitur iter aggressus, litus marinum petiit, prosequentibus eum et deducentibus clericis suis cum aliis diversi sexus et lacrimantibus ac eiulantibus de tanti patris sui et fidelissimi [1] defensoris decessu. Transfretavit autem beatus Cungarus cum quibusdam clericis secum retentis in regionem Glatmorcantiae, in portu Camensi prospere appulit. Deinde venit ad arduum montem non minus uno stadio ab aequore distantem. Quem cum ascenderet [2], invenit ibi liquidissimum fontem; iuxta quem construxit habitaculum et coepit signare cimiterium. Nocte igitur insequenti dum quieti membra concessisset, angelica visione admonitus est quatinus locum quem sibi elegerat [3] habitandum cito desereret et ad alium locum sibi a Deo destinatum ulterius requirendum cito praepararet. Qui statim expergefactus a somno, quae visione nocturna audierat sollicita mente pertractans, locum quem inhabitare coeperat deseruit ac, non longius ab eodem loco digressus, pervenit ad arduum montem omnibus modis tanto habitatore dignissimum. Qui statim comperiens angelicam promissionem ad se esse completam, in hunc modum loqui exorsus est : E

" Hic fons, hic lapides, hic templi materiales;
" Hic fluviale bonum nutritur ubique per amnes.
" Hic mea sit sedes, locus iste parabit honores. F
" Vult Deus hic habitem, monstrans in monte [laborem. "

His dictis, construxit aedificium, et postea metitus est cimiterium. Quod dum emensus fuisset, in honore sanctae et individuae Trinitatis fundavit oratorium (3).

Inde exturbare illum aggressus Poulentus rex, deinde duplici miraculo ad locum ipsi concedendum adductus est.

13. Cum itaque inibi perseverare proposuisset, quodam die bubulcus Poulenti regis Glatmorcantiae (4) venit ad locum. Qui cum beatum Cungarum vidisset absque licentia regali ibi heremiticam mansionem construxisse, indignatus ita secum tacite pertractavit, dicens : " Indignum " quippe valde est hominem advenam et ignotum " domino meo rege Poulento inconsulto regiis " territoriis inhabitare. Quapropter quantocius " huius rei causa indicandae regem Poulentum " adibo ". Qui statim quod in voto habuit opere complens, regi Poulento indicavit Cungarum

8. — [1] sutum 1, 2.
9. — [1] Iva 1. — [2] immolatum 1.

10. — [1] postea cum 1, 2.
12. — [1] et *add.* 1, 2. — [2] et vidit *add.* 1. — [3] eligerat 1.

(1) Non semel memoravimus (singillatim *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 463-464, n. 40 sqq.), ex Mabillonio, monachos frequenter *clericorum* nomine designatos fuisse. — (2) Obiit anno 975. — (3) Cf. Comm. praev., num. 5. — (4) Huius regis mentio occurrit et in Vita S. Iltuti (cf. supra, pp. 225, 226).

heremitam

A heremitam advenam non licentiatum in agellis regiis habitare. Quo audito, rex Poulentus in iram excanduit, et ad locum eundem visendum statim cum festinatione properavit. Quo cum pervenisset et de beato viro prout audierat certum comperuisset, in beatum virum iniurias et cetera inhonesta furiose intulit effrenatus in eum. Qui cum diversis modis iniuriarum beatum virum Cungarum concitasset et ut abiret gradu concito praecepisset, sanctus Cungarus, ut erat mansuetus, mansuete respondit, dicens :

" Tu rex, sed servus mihi mox servilis habendus.
„ Hic remanere volo, pro te discedere nolo.
„ Me male compellis; rogo sis correctus ab alto.
„ Audiat ipse Deus, te vertat recta loquendo. „

Qui cum regem huiusmodi verbis de imperitia corripuisset, statim idem rex amissione visus multatus est. Quo sine dilatione compuncto ob tantam iniuriam sancto viro illatam, quem prius violenter corripuerat, mox ad genua provolutus eiusdem, veniam sibi de illata iniuria postulavit, et ut de sui obcaecatione, quam iuste meruerat, apud misericordem Deum veniam postularet. B Sanctus autem Cungarus, innata sibi pietate, regi truculento, sed iam per Dei gratiam et visitationem humili et mansueto, plene compassus, gratiam, quam ipse rex sibi non meruerat, a Deo postulavit et oculos regis pristinae luci restituit, ita ut multo limpidius iam illuminatus videret quam antequam caecatus esset. Rex autem Poulentus, viso tanto miraculo in se per Dei gratiam perpetrato, dedit beato Cungaro totum territorium circa locum quem elegerat; et mansionem construxit in qua cum omni securitate et pace devotissime Deo deservivit. Construxit autem in eodem loco oratorium in honore sanctae et individuae Trinitatis, in quo, sicut et apud Cungresbiriam, duodecim canonicos <constituit [1]>, qui regulariter viventes Deo servirent. Ipse autem tamquam sollicitus et pater sanctissimus utriusque monasterii curam gerebat et propria praesentia frequentius recreabat.

Princeps quidam, Cungari possessiones sibi iniuste vindicare nitens, divinitus morte punitus.

14. Princeps quidam, nomine Pebiau [1] (1), voluit auferre sancto Cungaro, qui etiam Doccuinus apud Wallenses vocabatur, ex eo quod eos viam Domini docebat; volebat, inquam, auferre magnam partem terrae quae et ex dono regis et attestatione vicinorum ad ecclesiam suam pertinebat. Beatus autem Cungarus, testimonium sibi perhibente conscientia sua, tam iniustae exactioni penitus non cessit, sed diem certum omnimodo statui procuravit, quo sub certis et fidelibus iudicibus hinc inde constitutis super terrae portione praedicta redderetur unicuique quod suum esset. Die autem constituto, quo super hoc iusta inquisitio fieret, convenit multitudo vicinorum, ut de mandato Poulenti regis, cuius potestati et iuri praedicta terrae portio pertineret, summopere discerneret. Praefatus autem princeps nomine Pebiau [1], magna stipatus testium copia, cum vi et fraude niteretur in causa praefata beato Cungaro inferre iniuriam, ad modum cerae ad ignis ardorem liquescentis in conspectu omnium qui aderant liquescendo annihilatus est (2). Quod videntes, omnes timore turbati sunt et glorificaverunt Deum, qui iustum iudicium iudicans, innocentem liberavit de manu potentis iniqui, reddens in caput suum quod meruerat. Ex hoc autem et deinceps erat [2] beatus Cungarus honori et venerationi omnibus hominibus qui eius famam et sanctitatem audierant, et colebatur et venerabatur ab omnibus quasi angelus Dei.

Cungarus, suscepto ex pietate itinere Romano et Palaestinensi, Hierosolymis moritur.

15. Cum igitur beatus Cungarus omnibus virtutibus esset adornatus simulque iam dictis atque aliis innumeris miraculis clarus esset [1], cumque videret utrumque monasterium, scilicet in Cungresbiria et quod in Vallia fundaverat, ambulare et fructificare in timore Dei, incidit ei in mentem propositum divinitus, scilicet adeundi limina beatissimorum Petri et Pauli et eorum suffragia ad divinam misericordiam obtinendam implorare. Deinde etiam hoc in votis habuit ut, visitatis sacris pignoribus apostolorum, etiam Hierosolymitanam visitaret terram [2] et sancta loca deoscularetur in quibus steterunt pedes Domini. Accepta itaque licentia ac benedictione Dubricii Landaviensis episcopi, simulque et monasteriorum quibus pater praeerat, necnon et parochianorum vicinarum ecclesiarum, iter quod in voto habuit aggressus est. Quod etiam pie et devotissime adimplens, posteaquam Romae sacratissima sanctorum apostolorum limina visitavit ac aliorum sanctorum innumerabilium suffragia inibi dormientium imploravit, Hierosolymam profectus est. Qui peragratis ac visitatis locis sanctis, in eadem urbe pro vitae suae meritis transitoriae ad regna translatus est caelestia. Unde, sicut a maioribus accepimus, F a sociis et fidelibus, qui ei individui comites adhaeserunt, translatus est usque Congresbiriam, praestante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria per infinita saecula saeculorum.

13. — [1] *om.* 1, *uncinis inclusum add.* 2.
14. — [1] Pebian 1, 2. — [2] etiam 1.
15. — [1] divinus *add.* 1, 2. — [2] *om.* 1, *uncinis inclusum add.* 2.

(1) Pebiau seu Pepiau ille *princeps* certe diversus est a Pepiau rege, avo S. Dubricii (*Lib. Landav.*, ed. EVANS, p. 78-79), cuius nomen et filiorum eius saepe apparet inter auctores vel testes chartarum Landavensium (*Lib. Land.*, pp. 72, 73, 75, 76, 162, 163, 235). — (2) Similem fabulam legimus in Vita S. Iltuti (supra, p. 230, c. 17).

DE

A D

DE SANCTO AGOMARO

EPISCOPO SILVANECTENSI

ANTE MED. SAEC. VII — C. D. S.

S. Agomarus, episcopus Silvanectensis

1. *S. Agomarum* (1) *episcopum Silvanectensem statim post Malulfum illi ecclesiae praefuisse discimus ex antiquissimo catalogo episcoporum Silvanectensium qui descriptus legitur manu saeculi X in sacramentario eiusdem ecclesiae confecto circa finem saeculi IX* (2). *Iam vero novimus ex Gregorio Turonensi* (3) *Malulfum curasse exsequias Chilperici I regis Francorum occisi anno 584* (4). *Itaque non ante finem saeculi VI floruit Agomarus.*

exeunte saeculo VI

2. *Alterum quendam terminum vitae Agomari praebent concilium Clippiacense anni 626 aut 627 et alterum concilium, quod praeside Sonnatio episcopo Remensi celebratum est circa annum 630. Quibus nimirum interfuit Agomarus* (5).

B

et ineunte VII,

3. *Nihil aliud certi de Agomari historia novimus. Subscripsisse quidem fertur chartae fundationis monasterii Fossatensis apud Parisios anno 640* (6). *Sed charta ista multiplici capite suspecta est* (7).

quam diu sederit incertum est.

4. *Exordium episcopatus Agomari anno 598 illigavit Carolus Cointius* (8). *Sed postea sibi contradixit, ubi ad annum 644* (9) *Agomarum obiisse notavit,* cum sedisset annos sex et triginta (10).

Illius mentio non occurrit in martyrologiis antiquis,

5. *S. Agomarum cultu ecclesiastico nondum honoratum fuisse non recte inde colligatur quod neque eius nomen comparet sive in litaniis quae leguntur in capite sacramentarii Silvanectensis saeculi IX* (11) *sive in kalendario eidem codici praefixo* (12), *neque titulo* sancti *ornatur in catalogo episcoporum Silvanectensium illi inserto* (13). *Nam in litaniis illis nullius alius episcopi Silvanectensis nomen occurrit praeter nomen S. Reguli omnium primi, qui etiam unus signatus est in kalendario* (14), *et in catalogo nullus omnino, neque ipse Regulus titulo sancti decoratus legitur.*

sed in kalendariis saeculi XIV et XV.

6. *Neque S. Agomarum memorat ullum martyrologium generale antiquius saeculo XVIII. Secundum auctores* Galliae christianae (15), " *martyrologium ecclesiae Silvanectensis* (16) *de eo sic habet:* VII idus novembris Silvanectis, sancti Almari episcopi et confessoris. *Ita quoque martyrologium Sancti Frambaldi et Sancti Reguli kalendarium. Necrologium vero Beatae Mariae Silvanectensis meminit eiusdem Almari VIII idus novembris.* „ *Sed cuius aetatis sint haec tria documenta posterius allata non indicatur. — Saeculo deinde XVIII, ad diem 7 novembris Agomarum signarunt martyrologia Claudii Castellani* (*1707*), *Parisiense iussu Cardinalis de Noailles editum* (*1727*), *Autisiodorense* (1751) *et Ebroicense* (*1752*). *Sed et festivitas S. Almari seu Agomari ad d. 7 novembris celebranda indicatur in kalendariis praefixis antiphonario Silvanectensi saeculi XIV ac breviario item Silvanectensi saeculi XV et alteri saeculi XIII-XIV* (17).

E

Ipsius reliquiae servatae in ecclesia cathedrali Silvanectensi.

7. *Corpus S. Agomari quiescere aiebant auctores* Galliae christianae (18) *in capsa inter pilas maioris arae ecclesiae cathedralis Sancti Reguli. Eius reliquias extremo saeculo XVIII subduci potuisse manibus impiorum, una cum reliquiis sanctorum ipsius decessorum Levangii, Sanctini, Malulphi, Candidi, Liethardi et Amandi, et permixte cum iisdem terrae mandatas fuisse in civitatis coemeterio, ac post sexaginta annos inde erutas esse ab Ill*[mo] *Iosepho Armando Grignoux episcopo Bellovacensi, Noviomensi et Silvanectensi* (*an. 1842-1878*) *et honorifice denuo in ecclesia cathedrali Silvanectensi collocatas testatus est v. v. Ag. Sabatier* (19).

C F

(1) Alias *Aigomarem*, *Agmarum* vel *Almarum*. — (2) Cf. L. Delisle, *Mémoire sur d'anciens sacramentaires*, in Mémoires de l'Académie des Inscriptions et Belles-Lettres, t. XXXII. i, pp, 143, 145. Catalogus laudatus exhibetur ibid., p. 371. — (3) *H. F.*, l. vi, c. 46 (*MG.*, Scr. rer. merov., t. I, p. 287). — (4) G. Richter, *Annalen... der Merovinger*, p. 81. — (5) Ed. F. Maassen, *MG.*, Conc. t. I, pp. 201, 203. — (6) Pardessus, *Diplomata*, t. II, p. 68, n. 293, — (7) Cf. K. Voigt, *Die Vita S. Baboleni und die Urkunden für St.-Maur-des-Fossés*, in Neues Archiv, t. XXXI (1906), p. 314 sqq. — (8) *Ann. eccl. Fr.*, t. II, p. 456, n. IV (ubi citat Annales Silvanectenses Caroli Jaulnay, nn. 14, 15, cuius auctoritas minimi facienda. Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XII, p. 912, n. 14). — (9) Non 649, ut perperam aiunt auctores *Galliae christianae* (t. X, p. 1383).— (10) *Ann. eccl. Fr.*, t. III, p. 183, n. LXIX, ubi nullum indicat fontem unde id hauserit. — (11) Vid. Delisle, t. c., p. 365. — (12) Cf. ibid., p. 313 sqq. — (13) Cf. ibid., p. 371. — (14) Ad. d. ix kl. maias. Sanctini vero nomen (ad vii id. ianuarias) recentiore manu eidem kalendario intrusum est. — (15) Tom. X, p. 1383. — (16) Descriptum ante annum 1318 (*Catalogue des mss. des bibliothèques publiques de France*, t. III, p. 271 [Bibliothèque de Provins, n. 41]). — (17) *Catal. Paris.*, t. III, p. 716 (cf. p. 586). — (18) Tom. X, p. 1383. — (19) *Vie des saints du diocèse de Beauvais* (1866), p. 79.

DE

DE SANCTA GEBETRUDE

ABBATISSA HABENDENSI

POST MED. SAEC. VII — C. D. S.

§ I. De notitiis circa S. Gebetrudem antiquioribus medio saeculo XI.

S. Gebetrudis, secundum antiquiora documenta,

1. *Duplicem dumtaxat mentionem S. Gebetrudis repperimus certo antiquiorem saeculo XI. Alteram videlicet in Vita primigenia* (1) *S. Adelphii, quam si non antea, certe aetate carolingica conscripsit anonymus, idem, ut videtur, cui debemus et Vitas S. Amati et S. Romarici* (2). *Is narrat Gebetrudem abbatissam cum suis virginibus occurrisse corpus S. Adelphii e Luxoviensi coenobio ad* B *Habendense deferentibus* (3), *et in clausula opellae suae profitetur eam scriptionem a se susceptam esse eiusdem abbatissae iussu* (4). *At nusquam alias in Vitis primigeniis SS. Amati, Romarici et Adelphii* (5) *quicquam de S. Gebetrude profertur.*

parthenoni Habendensi praeerat

2. *Alteram antiquam Gebetrudis memoriam praebet* Liber Vitae *exaratus in monasterio Habendensi saeculo IX-XI, qui nunc servatur Romae in Bibliotheca Angelica, ibidem signatus nota A. 2. 12* (6). *In ea scilicet parte codicis quae exscripta est saeculo IX legitur sequens elenchus Romaricensium abbatissarum :* Mactafledis abbatissa. Erkhendrudis abbatissa. Sigoberga abbatissa. Gebedrudis abbatissa. Sevilla abbatissa (7).

tempore obitus S. Adelphi, qui obitus non contigit ante annum 673.

3. *Ex iis itaque documentis id unum de S. Gebetrude ut certo notum ante medium saeculum XI statuere licet, nimirum illam unam fuisse ex primis abbatissis Habendensis parthenonis* (8), *et quidem eo tempore quo S. Adelphius in coenobio Luxoviensi vita defunctus est eiusque corpus statim post ipsius obitum delatum ad suos Habendenses* (9). *Adelphius autem minus triennio ante obitum suum honorabiliter susceptus est Luxovii* C *ab Ingofredo loci abbate* (10), *qui, ut meminit v. cl. Krusch* (11), *Waldeberto abbati Luxoviensi successit defuncto anno 670; unde colligitur Adelphium non ante annum 673 ex hoc mundo decessisse atque adeo Gebetrudem adhuc in vivis degisse hoc anno. Aliae vero notae chronologicae aut eventus vitae illius, praeter receptionem corporis S. Adelphii, nulla in iisdem documentis consignata sunt, sed neque ullum indicium cultus ipsi exhibiti.*

§ II. De traditionibus circa historiam S. Gebetrudis medio saeculo XI posterioribus. E

Secundum Vitam recentiorem S. Adelphi,

4. *Ast medio saeculo XI vel brevi post in lucem prodiit altera Vita S. Adelphii, priore illa non paulo prolixior, in qua Adelphius frater fuisse S. Gebetrudis et nepos S. Romarici et uterque ex huius ordinatione ipsi in regendo Habendensi monasterio proxime successisse narrantur. Auctiorem illam Vitam ex uno codice Romaricensi a Petro Francisco Chifflet exscriptam acceperunt maiores nostri* (12), *neque alius codex illam continens usquam innotuit. In ipso autem eo codice nomen aut aetas auctoris sive in prologo sive in clausula non manifestatur; clericum tamen illum vel monachum Habendensis ecclesiae ministerio addictum fuisse inde satis colligitur quod Adelphium* patrem nostrum *appellat et se ex oboedientia erga coenobii matrem opus suscepisse profitetur* (13). *Scriptor quidam recentior, multum quidem in monumentis Habendensibus compilandis versatus, sed iudicio critico non ita insignis* (14), *Sebastianus Valdenarius, ait* (15) matrem *illam, cui Vita dedicata est, fuisse Odam, quae medio saeculo XI coenobio praefuit* (16), *idque per se satis probabile videtur* (17); *aliis praeplacet hanc Vitam secun-* F *dam, quae manifeste eo tendit ut nobilitatem generis ac sanctitatem conditorum coenobii et huius ab exordio opulentiam extollat, fabricatam esse ultimis annis saeculi XI vel ineunte saeculo XII, quo tempore non pauca falsa diplomata in eundem finem*

(1) Seu potius relatione de extremis diebus vitae. — (2) Vid. B. Krusch, in *MG.*, Scr. rer. merov. t. IV, p. 210-12. — (3) " Nam cum alveum Mosellae iam gestantes transmeassent, ecce veniens sancta Tetta, quae et Cebetrudis, abbatissa occurrit obviam cum sanctis sororibus, gestantibus sanctorum reliquias cum cereis et crucibus... ", *Vit. S. Adelphii* c. 6 (*MG.*, t. c., p. 227). — (4) " Haec quippe pauca sunt narrata de multis, quae sancta atque almifica Tetta abbatissa ob memoriam beati viri Adelphii seu propter exemplum fidelium in processu temporis recolenda commentariolo indita stilo sulcari praecepit... ", Ibid., c. 12 (t. c., p. 228). — (5) Quas, post Philippum Labbeum (qui praetermisit Vitam S. Amati) et Iohannem Mabillonium, nuper accurate edidit cl. v. Bruno Krusch, *MG.*, t. c., p. 215 sqq. — (6) Codicem accurate descripsit cl. v. Adalbertus Ebner in *Neues Archiv für ältere deutsche Geschichte*, t. XIX (1894), p. 49-83. — (7) *Neues Archiv*, t. c., p. 71. Harum quinque abbatissarum tres nominatae leguntur in Vitis sanctorum Habendensium supra indicatis (num. 1), Mactefledis nempe in Vita S. Amati, c. 8 (*MG.*, t. c., p. 218), Caecilia, quam eandem esse censent quae in elencho Sevilla appellatur, in Vita S. Romarici, c. 1 (ibid., p. 221) et Gebetrudis in Vita S. Adelphii (cf. supra, num. 1). Advertit cl. Krusch (*MG.*, t. c., p. 213) tria quoque horum nominum, aliquantum adulterata, legi in Vita S. Columbani a Iona Bobiensi conscripta inter nomina sanctimonialium (non abbatissarum) Evoracensium, Gibitrudis scilicet, Ercomtrudis et Augnofledis. Qua observatione et aliis eidem adiunctis (ibid., p. 211-13) fidem seu auctoritatem anonymi Vitarum Habendensium aliquatenus in suspicionem vocare videtur. Kruschii argumenta refutare nuper conatus est cl. v. Marius Besson in *Zeitschrift für Schweizerische Kirchengeschichte*, t. I (1907), p. 25-30. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI (1907), p. 342. — (8) Quem anno circiter 620 conditum fuisse iam dudum inter eruditos convenit. — (9) *Vit. S. Adelphii*, c. 5 (*MG.*, t. c., p. 227). — (10) Ibid., cc. 2, 3. — (11) *MG.*, t. c., p. 226 not. 3. — (12) Cf. *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 812, n. 7. — (13) Cap. 1 (t. c., p. 818). — (14) Cf. infra, num. 12. — (15) *Act. SS.*, l. c. — (16) Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 810, n. 5; Krusch, *MG.*, t. c., p. 214. — (17) Cf. infra, num. 12.

ibidem

AUCTORE C. D. S.

ibidem conficta sunt (1). *Ceterum nullum testem aut vadem profert eorum quae tam multa et mira Vitae primigeniae adiunxit, neque in ullo documento antiquo quicquam occurrit unde haec confirmentur.*

is S. Romarici,

5. *His verbis itaque initia Habendensis parthenonis exponit anonymus noster:* Gloriosissimus namque ac Deo dilectissimus Romaricus cum inter primates polleret in palatio, regia fultus familiaritate, cumque regem et regnum, r e g a l i u t p o t e o r t u s p r o s a p i a, strenuo procuraret moderamine, cepit consilium, felici usus commercio, peritura postponere, soli inhaerere Deo. Habebat vero eodem tempore tres filias pudice ac liberaliter, prout tanti viri expetebat reverentia, educatas; quarum conubia diu multumque secum volvens in pectore, licet affatim suppeterent opulentia in rebus, nobilitas in genere, maluit eas Christo cum flore virginitatis destinare. Quippe in cuius corde iam mundus aruerat, cui profecto palatinae dignitatis pompa sordere coeperat, nemini nisi Christo funiculum hereditatis adscri- B bendam deliberabat. Verum quaedam e filiabus ipsius, nomine Aselberga, paternae non acquiescens devotioni, expers hereditariae sortis et absque patris consilio, nupsit cuidam in partibus Sicambriae, cui vocabulum Berthilinus, summae nobilitatis multaeque potentiae viro (2).

monasterii Habendensis conditoris,

6. *Deinde, post narratum secessum Romarici ex aula regia, hortatore et magistro S. Amato* (3), *sic pergit anonymus scriptor* (4): Pari ergo affectu (*Amatus et Romaricus*) infra vastum Vosagi profundum, locum heremiticae solitudini competentem reperiunt, quod ab antiquis appellatum didicimus Habendi castrum, in quo regi regum iugi famulantes exercitio monasterium puellarum aedificant (5), atque curae pastoralis functi officio ad custodiendum gregem industria sollerti invigilant.

nepos erat et frater S. Gebetrudis,

7. Audiens vero Asselberga (6) patrem renuntiasse saeculo, direxit ei filiam nomine Tectam, quam iam susceperat ex coniuge Bethilino, sperans hoc modo elicere quatenus hereditatis pignus, quod sibi iure competebat hereditario, restitueret puellae. Beatus vero Romaricus, procreationis suae primitias alacri vultu contem- C platus, cum ceteris, quas ibidem aggregaverat, Domino perenniter famulaturam dedicavit: quae postmodum eiusdem monasterii mater, vocata est Gebetrudis. Mater vero, cum comperisset quid ageretur de filia, felix secundo partu, rursus animum aggreditur flectere, sed, ut reor, non sine divina suggestione: nam puerulun, quem paulo post pepererat, transmisit avo baptizandum atque ad relictae possessionis heredem constituendum. Quem serenissimus pater Romaricus gaudio magno suscipiens, benedixit Dominum, cuius praesidio, quod filia neglexerat, geminae prolis officio gratulabatur duplicatum.

ac simul cum ea regendo monasterio a S. Romarico deputatus;

8. Huius itaque (7) tam illustris ephebi pater excellentissimus, cum se relatu frequenti in domo Dei comperisset plurimum fructificasse, ob eiusdem carissimi filii dilectionem hereditatem in partibus Provinciae monasterio Habendo contradidit opulentam, licet ab Agarenis postmodum vehementer vastatam. Post discessum vero beatissimi Amati, devotissimus pater Romaricus, cum iam sui dissolutio corporis immineret, dilecto sibi Adelphio ... sanctarum curam puellarum commisit, quas ipse cum germana sua, prudentissima videlicet Gebetrude, viriliter cuncta regens ac paterno affectu disponens ... pie ac strenue gubernavit.

sed haec Vita auctior

9. *Haec si vere ita contigisse credi possent, admodum mirum appareret ab auctore Vitarum primigeniarum SS. Amati, Romarici et Adelphii, qui et in Habendensi monasterio vixit* (8) *et cum Gebetrude familiariter conversatum se dicit* (9), *sive ignorata fuisse sive, si non ignorasset, alto silentio involuta, cum nihil magis curae esse consuesceret hagiographis illius aetatis quam ut condicionem secundum saeculum nobilem illorum quorum describerent gesta vel eorundem cum aliis sanctitate* E *praeclaris viris cognationem praedicarent; ac singulatim, cum iussu Gebetrudis Adelphium celebraret* (10), *ne verbulo quidem indicasse ipsum Gebetrudis fuisse fratrem.*

ex multiplici capite

10. *Sed et alia et per se incredibilia et vel inter se vel cum assertis in Vitis sanctorum Habendensium prioribus nequaquam cohaerentia congessit scriptor ille recentior. Etenim, cum Romaricus statim post conversionem suam bonis omnibus se spoliasset* (11) *praeter villam quam* ad bonum opus profuturum unam tantummodo reservasset, *quamque mox* ad monasterium puellarum *in ea* aedificandum *a se alienavit* (12), *non intellegitur qua ratione, post conditum iam coenobium Habendense adducta fuerit Aselberga ut filiam suam Tettam ad eum dirigeret,* sperans hoc modo elicere quatenus hereditatis pignus, quod sibi iure competebat hereditario, restitueret puellae (13), *ac postea etiam, quamvis utique spes illa ipsam fefellisset, nihilo minus* rursus *patris* animum *aggressa sit* flectere, *Tettae fratrem* puerulum *transmittendo* avo baptizandum atque ad relictae possessionis heredem constituendum (14). *Et cum ex hac parte* F *quoque decepta esset, statim narratur Adelphii pater, quo sane conivente Habendum missi fuissent pueri,* cum *filium* in domo Dei comperisset plurimum fructificasse, *profectu in virtutibus scilicet, non divitiis, grati animi demonstrandi causa* ob eiusdem carissimi filii dilectionem hereditatem monasterio *Habendensi contradidisse* opulentam (15).

fide digna non videtur:

11. *Itaque auctioris Vitae scriptori asserenti S. Romaricum ante conversionem coniugatum fuisse diserte refragatus est Iohannes Mabillonius* (16) *et nuper magna vi argumentorum illius*

(1) Cf. A. DIDIER-LAURENT (cit. p. 411, annot. 1), p. 204-214. Confirmationis alicuius loco pro ea opinione afferunt verba scriptoris Vitae, qui in suo prologo ad abbatissam: *Itaque tuis iussis,* ait, *obtemperare statui, non alia occasione quam ut, quemadmodum ecclesiae tuae curandis emolumentis te intentam video, ita quoque causa sis cur ego beati Adelphii gloriae amplificandae allaborem...* (*Act. SS.*, t. c, p. 818, n 1).— (2) *Act. SS.*, t. c., p. 818, n. 3. — (3) Ibid, n 4. — (4) Ibid., n. 5. — (5) Ita emendatum pro *aedificavit,* quod legebatur in codice. — (6) Ibid., n. 6. — (7) Ibid., n. 8. Capite superiore (n. 7) rettulit anonymus scriptor Adelphium, cum instituendus S. Arnulpho (Mettensi episcopo) traditus fuisset, eo doctore ad eximiam vitae sanctitatem pervenisse. — (8) Cf. KRUSCH, *MG.*, t. c., p. 211 med. — (9) Cf. supra, num. 1. — (10) Cf. supra. p. 409, annot. 4. — (11) Quod, ut innuit Mabillonius (loco citato num. seq.) imprudenter satis fecisset, cum praeter duas filias, quas quidem, secundum interpolatorem nostrum, Domino consecrare deliberaverat ac proinde divitiis non indigere iudicare potuerit, tertiam haberet filiam, legitimis et honestis nuptiis coniugatam, quas invito utique patre, non tamen, ut videtur, rationabiliter invito, contraxerat. — (12) Vit. S. Romarici, cc. 4, 5 (*MG.*, t. c., pp. 222, 223). — (13) Cf. supra, num. 7 init. — (14) Cf. ibid., extr. — (15) Cf. supra, num. 8. — (16) *Ouvrages posthumes de D. Jean Mabillon et de D. Thierri Ruinart,* par D. Vincent THUILLIER, t. II (1724), p. 77.

narrationem

A *narrationem nulla fide dignam esse demonstravit v. v. Didier-Laurent* (1). *Unde et ex hoc documento nihil nobis de S. Gebetrude certum vel probabile innotuit praeter ea quae colligere licuit ex antiquioribus supra laudatis* (2).

sicut nec Acta Romaricensia a Sebastiano Valdenario collecta

12. *Ex traditionibus autem Romaricensibus, quae certo magnam partem ex figmentis illis saeculo XI et XII concinnatis ortae sunt, fere prodiit quicquid postea de celebri parthenone narratum est. Eas sedulo collegit ac suis coniecturis vel commentis auxit post medium saeculum XVI Sebastianus Valdenarius, prior Herivallensis* (3), *sed laudatoris ac patroni partes agens, non scriptoris historici critici, in collectaneis gallice scriptis et adhuc ineditis, quibus titulum fecit* Registre des choses mémorables de l'église Saint-Pierre de Remiremont. *De quibus Iohannes Perierus noster: " Praesumere licet, ait, dictum auctorem opus suum sub „ hoc titulo :* Acta rerum memorabilium ecclesiae „ S. Petri Romaricensis *concinnasse iuxta monu- „ menta latina apud Romaricenses reperta* (4). „ *At quam parum probabilis sit haec Perieri praesumptio, saltem quod ad monasterii origines spectat, ex ipsius Valdenarii confessione satis liquet*(5). B *Itaque et ex hoc opere nihil subsidii afferri illarum originum historiae perspicue demonstravit v. v. Didier-Laurent* (6).

et Vita S. Romarici edita a Nicolao Serario

13. *Denique Vitam S. Romarici, in qua non pauca de eius liberis narrantur, edidit Nicolaus Serarius in libro quem inscripsit* Comitum par inclytum B. Godefridus, S. Romaricus, *edito primum Moguntiae anno 1605 atque iterum, inter scriptoris* Opuscula theologica, *anno 1611. At ipso Serario teste, praecipuus ipsi in hac Vita conscribenda fons prae manibus fuerunt* Acta a Valdenario collecta (7). *Unde neque huius auctoritati praestat illius auctoritas.*

ac legendae officiis liturgicis Romaricensibus insertae.

14. *Quae vero interea vel postea editae sunt* legendae *sanctorum Habendensium in documentis liturgicis Romaricensibus, quorum antiquissima sunt breviarium anno 1425 exaratum* (8) *et* Officia propria insignis ecclesiae sancti Petri Romarici Montis *typis edita Divione anno 1657* (9), *eas ex Vita S. Amati unica et Romarici atque Adelphii Vitis auctioribus haustas esse ex comparatione textuum in utrisque documentis facile constat. Ex Vitis autem auctioribus et aliis corruptis fontibus modo indicatis* (10) *desumpta sunt quae de exordiis Romaricensibus rettulerunt Iohannes Ruyr* (11) *Augustinus Calmet* (12), *maiores nostri* (13), *alii, novissime autem Guinot* (14). *Haec igitur fusius recensere, quod ad historiam vitae S. Gebetrudis spectat, supervacaneum est. Restat ut de sanctae nostrae gloria postuma ac singulatim de corporis translationibus dicamus.*

AUCTORE C. D. S.

§ III. De S. Gebetrudis gloria postuma.

Nullum exstat vestigium cultus S. Gebetrudis

15. *Nullum indicium cultus S. Gebetrudis antiquius saeculo XI hactenus prolatum esse supra indicavimus* (15). *Vetustissimum itaque monumentum unde vere is exstitisse demonstretur, martyrologium est Romaricense saeculo XII exaratum, cuius excerpta quaedam a Petro Francisco Chiffletio ad maiores nostros transmissa editioni suae martyrologii Usuardini inter auctaria passim inseruit Sollerius* (16), *quodque nunc servatur in bibliotheca* E *nationali Parisiensi inter codices latinos recens acquisitos* (17). *In quo legitur ad diem VII id. nov.:* Adest etiam venerabilis transitus nobilissime virginis Gebetrudis abbatisse sanctissime, sororis beati Adelfii, que suis meritis multa beneficia sibi summa devotione querentibus prestat (18). *Et ad diem XIII kal. sept.:* Eodem die translatio sancte Gebetrudis (19).

antiquius saeculo XI.

16. *Alterum illius cultus testimonium fere eiusdem aetatis praebet* Processionale *Romaricense, nunc Bibliothecae regiae Bruxellensis codex signatus II. 265* (20). *In litaniis nempe huic codici insertis, in quibus nullus sanctus occurrit qui sit aetate posterior S. Gerardo episcopo Tullensi in fine saeculi X defuncto et a S. Leone IX S. P. medio saeculo XI inter sanctos relato* (21), *leguntur* (22) *nomina sanctorum Habendensium Amati, Romarici et Adelphii, necnon et* Gebetrudis *et Clarae* (23). *In martyrologio etiam Hagenoyensi in Alsatia, ineunte saeculo XV exarato, signata est ad diem 7 novembris memoria* In monasterio Habetensi in Burgundia, sanctae Gebedrudis virginis et abbatissae (24).

C F

(1) *Le mariage et la donation de S. Romary*, in BULLETIN DE LA SOCIÉTÉ PHILOMATIQUE VOSGIENNE, 27e année (1901-1902), p. 159-266. — (2) Cf. supra, num. 3. — (3) Coenobii scilicet a monasterio Romaricensi dependentis, a quo uno tantum miliario distabat. — (4) *Act. SS.*, t. c., p. 822 c. — (5) Nempe in prologo suo profitetur antiquorum documentorum Romaricensium vix quicquam remanere, " ains quelque petit discours d'icelle ramassé depuis six cents ans en ça: „ quibus ultimis verbis satis perspicue significare videtur Vitam auctiorem de qua dictum est supra. Et alio loco : " Or de peindre à vif quelle „ estoit la prime face et antique figure de ce monastère „ d'Habeburg [id est Habendensis], il n'est possible, tant à „ cause de la ruyne d'icelluy faicte par les Huns, *alias* „ Hongres, gens barbares, sarrasins, mescréans, en l'an de „ grâce neufz cens ou environ... que pour avoir esté bruslez „ à mesme instant les libvres, légendes, registres et char- „ tulaires de ladicte église, desquelles, s'ilz nous restoient, „ nous en pourrions encore tirer plus certaine et assurée „ cognoissance, non seulement de ce que nous remar- „ quons sur ce lieu, mais aussy de toutes les choses que „ nous voulons déduyre en nos commentaires et registres, „ ce néantmoins si ne voulons-nous produyre en iceulx „ aucune chose qui ne soit vraisemblable, salutaire „ et conforme à ce que les anciens nous en ont délaissez „ et escript „ (cit. ap. DIDIER-LAURENT, *Bulletin de la Soc. phil. Vosgienne*, t. c., p. 221). — (6) *Bulletin de la Soc. phil. Vosg.*, t. c., p. 219-37. — (7) Ibid., p. 243-45. — (8) E quo legendam S. Amati secundum primigeniam editionem concinnatam, S. Adelphii secundum Vitam auctiorem, et S. Romarici secundum huius formam prolixiorem, eodem tempore quo Vita auctior S. Adelphii conscripta est, confectam (cf. KRUSCH, *MG.*, t. c., p. 214), in qua tamen nulla mentio fit coniugii vel liberorum sancti, edidit v. v. M.-A. GUINOT, *Étude historique sur l'abbaye de Remiremont* (Paris, 1859), p. 369-74, p. 374-77 et p. 377-88. — (9) Huius editionis exemplar in bibliotheca nostra Bollandiana hodie quoque servatur. — (10) Num. 12, 13. — (11) *Recherche des sainctes antiquitez de la Vosge* (1633), 1re partie, liv. III et IV (p. 25-52). — (12) *Histoire de Lorraine*, liv. IX, c. 16-28 (ed. II, tom. I, p 384-94). — (13) *Act. SS.*, Sept. t. III, p. 809 sqq. — (14) Op. cit. supra, annot. 8. — (15) Num. 1-3. — (16) Cf. *Martyrologium Usuardi*, p. LXIII, n. 264. — (17) Nouvelles acquisitions latines, n. 349. Cf. Dom H. QUENTIN, *Les Martyrologes historiques du moyen âge* (1908), p. 239. — (18) QUENTIN, op. c., p. 240. — (19) Ibid. — (20) Cf. J. VAN DEN GHEYN, *Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque royale de Belgique*, t. I, p. 404. — (21) *BHL.* 3432. — (22) Fol. 84. — (23) Quam eandem esse existimant atque Caeciliam abbatissam (cf. *Proprium* an. 1657, p. 59 : *In festo S. Caeciliae seu Clarae virginis. Caecilia, quae et Clara et Segoberga... beati Romarici dupliciter filia*). Certe hic cogitare non licet de S. Clara Assisiensi, cum in iis litaniis neque S. Franciscus neque S. Dominicus (sed unus inter fundatores Ordinum S. Benedictus) neque S. Ludovicus invocati sint. — (24) SOLLERIUS, *Martyrol. Usuardi*, p. 658; cf. p. LX.

AUCTORE C. D. S.

Corpus S. Gebetrudis

17. *Sequuntur antiquitatis ordine memoriae translationum corporis S. Gebetrudis. Has quidem novimus dumtaxat ex Sebastiani Valdenarii* Actis (1) *et ex* Proprio *Romaricensi anni 1657* (2), *cuius legendae ex iis Actis manifeste deprompta sunt. Quae documenta utique in omnibus certae fidei non esse diximus; sed profecto traditiones referunt quae in coenobio Romaricensi vigebant saeculo XVI, et licet nonnullae eorum partes validis argumentis refutentur* (3), *non ideo statim censendum omnia quae continent falsa esse, ac proinde, ubi nulla ratio suspicionis apparet, sua probabilitate non carent quae in iis narrantur, quamvis haec probabilitas ad indubiae auctoritatis gradum pertingere temerario iudicaretur. Quibus praenotatis, testimonia circa priores reliquiarum S. Gebetrudis translationes ex iis excerpta hic exhibere non pigebit.*

in monte Habendensi inventum circa initium saeculi X,

18. *Tres omnino translationes, seu potius inventionem et duas translationes corporis S. Gebetrudis, in coenobio Romaricensi celebrari indicat* Proprium *anni 1657. In quo ad diem 7 novembris haec leguntur:* Ceterum quattuor omnino diebus B per annos singulos Romaricensis ecclesia beatae Gebetrudis memoriam colit. Felicem enim eius obitum celebrat septimo idus novembris; Inventionem in Sancto Monte (4) quinto decimo kalendas octobris; Translationem in Romaricum Montem tertio decimo kalendas septembris; Elevationem denique per sancti Leonis papae noni legatos idibus novembris (5). *Quae sane festivitates omnes ad praedictos dies notatae sunt in kalendario quod* Proprio *praefixum est et inter officia propria.*

et paulo post in Romarici montem

19. *De prima autem illa inventione, cuius memoria celebrabatur die 17 septembris, quo tempore et qua ratione facta fuerit, neque excerpta ex* Actis *Valdenarianis a Chiffletio transmissa ad maiores nostros et ab his ad diem 11 septembris de S. Adelphio agentibus edita quicquam habent, neque officium illius diei in Proprio, in quo scilicet nulla proponitur* lectio, *sed solummodo* Pro commemoratione de inventione sanctae Gebetrudis, in vesperis et in laudibus *antiphona, versiculus cum responso et oratio. Si autem verum est inventionem contigisse in Sancto Monte, translationem* C sacrarum virginum familiae *in Romaricum Montem ante illam contigisse iudicandum est. At eodem illo tempore simul cum ea* familia *huc* translata sunt pariter beatorum Amati, Romarici et Adelphii abbatum corpora (6) *et admodum mirum esset nullam mentionem hic fieri corporis S. Gebetrudis. Nulla etiam huiusmodi mentio legitur in relatione secundae translationis eorundem sanctorum, quae facta est* anno Arnulfi imperatoris duodecimo et ultimo, secundum vulgarem aeram octingentesimo nonagesimo nono (7).

translatum,

20. *Sed disertum testimonium de translatione corporis S. Gebetrudis praebent* Acta *et* Proprium, D *ubi narrant tertiam translationem, ineunte saeculo X factam, trium primorum sanctorum abbatum Habendensium. Nimirum* irruentibus Hungaris (8) ... ac Lotharingiam saeva populatione pervagantibus, necesse habuerunt sacrae virgines in suum castellum confugere (9), ut se ac suorum sanctorum reliquias in tuto collocarent... Cum ea procella pervasisset (10), sacrae virgines de reditu coeperunt cogitare. Inventum fuerat in Sancto Monte pretiosum corpus beatae Gebetrudis virginis. Eam gemmam thesauro suo adicere decreverunt. Itaque una eademque die mensis augusti vigesima, et trium sanctorum abbatum in pristinas sedes (11) revecta sunt corpora et sanctae Gebetrudis corpus eandem in basilicam primum illatum est (12). *Advertendum autem nullum in illis narrationibus indicium praeberi alicuius veri cultus ecclesiastici, qualis sanctis canonizatis exhiberi solet. Nam corpora virorum aut mulierum, qui fama virtutum christianarum claruerunt, honoratiore loco in ecclesia sepelire certe huiusmodi cultui aequiparari iure nequit, neque alius honos sanctis Habendensibus tributus hic refertur.* E

ibidem cum corporibus sanctorum Romarici, Amati et Adelphii

21. *Medio deinde saeculo XI facta est translatio quarta SS. Amati, Romarici et Adelphii ac secunda S. Gebetrudis, cuius relationem ex monumentis Romaricensibus descriptam ad maiores nostros transmisit laudatus iam Petrus Chiffletius, his verbis conceptam:* Cum sanctus Leo papa nonus (13), Tullensis adhuc tum episcopi nomen ac dignitatem retinens, ad Tullensem suam ecclesiam accessisset, ibique S. Gerardi Tullensis episcopi, quem paulo ante divino admonitu Romae in sanctorum canonem retulerat, sacros artus, e veteri tumulo excerptos, in pretiosam lipsanothecam magno cum splendore et apparatu transtulisset, venerabilis Oda, Romaricensis abbatissa, similes honores suis quoque patronis pio studio procuravit. Itaque eius rogatu sanctus Leo Hugonem Bisonticensem archiepiscopum et Udonem Tullensis ecclesiae primicerium Tullo in Montem Romaricum destinavit. Qui de sanctorum Romarici, Amati, Adelphii et Gebetrudis virtutibus ac miraculis iudiciaria inquisitione instituta (14), primum eorum corpora ex humili loco, in quo hactenus quieverant, in sublimiorem sollemni pompa extulerunt. F

sollemniter elevatum est

22. Deinde eorum, ut vere Dei sanctorum, historias ac miracula, Romani, a quo missi erant, pontificis auctoritate, et conscribenda et divinis officiis inserenda sanxerunt. Celebrata est haec translatio idibus novembris anno Verbi incarnati millesimo quinquagesimo primo, Leonis noni papae tertio, praesente inter alios quam plurimos Gerardo Luxoviensi abbate. Et in extollendis reliquiis hic ordo de industria servatus est, ut a sancto Romarico, tamquam fundatore, initium fieret; tum ad sanctum Amatum; ab hoc, ad

(1) Cf. supra, num. 12. — (2) Cf. supra, num. 14. — (3) Cf. supra, num. 9-11. — (4) Ita scilicet nuncupatus est locus ubi primo conditus est parthenon et in quo etiam constitutum est coenobium fratrum qui spirituali regimini et temporalium rerum curae ministerium suum praebebant. Sed *imperante filio magni Caroli Ludovico Pio, qui monachorum pater ac monasteriorum restitutor fuit, sacrarum virginum familia e coenobio Habendensi* (seu Monte Sancto) *in Romaricum Montem* (e conspectu montis Habendi in altera ripa Mosellae fluminis situm) *deducta est* (*Proprium*, p. 51, ad d. 17 Maii; *Act. SS.*, t. c., p. 223, n. 14), fratrum coenobio remanente in Monte Sancto. — (5) *Proprium*, p. 117. — (6) *Proprium*, p. 51; *Act. SS.*, t. c., p. 223, n. 14. — (7) *Proprium*, p. 34 extr., ad d. 15 februarii; *Act. SS.*, t. c., p. 824, n. 20 extr. — (8) Anno scilicet 910 vel 916. Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 825, nn. 29, 30. — (9) Habendense nempe, unde ante medium saeculum IX ad vicinum Romaricum Montem se transtulerant (cf. supra, num. 16 extr.). — (10) Intra annos 910 et 920 (cf. *Act. SS.*, t. c., p. 826, n. 34). — (11) Scilicet ad ecclesiam parthenonis Montis Romarici. — (12) *Act. SS.*, t. c., p. 835, nn. 39, 41. Cf. (ex *Proprio*, p. 72-73, ad d. 20 augusti) ibid., p. 825, nn. 25, 27. — (13) S. P. an. 1049-54. — (14) Hac occasione iussu Odae Vitas auctiores S. Romarici et S. Adelphii conscriptas fuisse haud improbabiliter censent; cui opinioni assentiri videtur v. c. Br. Krusch (*MG.*, t. c., p. 214).

beatum

A beatum Adelphium; ultimo, ad sanctam Gebetrudem procederetur (1).

per delegatos a S. Leone IX R. P.

23. *Hanc narrationem non antiquitus, sed diu post rem gestam fuisse conscriptam, ex ipso genere scribendi facile videtur constare. Attamen credibile est eam vere ex antiquis monumentis Romaricensibus fide dignis translatam fuisse, adeo nomina et cetera quae in illa memorantur cum documentis certis concordant. Notandum praecipue illam ab aliis recentioribus eiusdem rei relationibus discrepare quod elevationem et sanctitatis declarationem non ab ipso Leone IX S. P., sed per eius legatos institutam esse testatur, dum* Proprium *Romaricense* (2), *Iohannes Ruyr* (3) *et auctor legendae quam exhibet Iohannes Mabillonius* (4) *id per ipsum pontificem in propria persona factum asserant, non advertentes Leonem IX mense novembri 1051 iam dudum Romae reducem fuisse* (5).

Inde in eodem monasterio celebratus est cultus S. Gebetrudis.

24. *Ex eo tempore itaque praecipuo cultu honorata est in monasterio Romaricensi S. Gebetrudis. Eius memoriae recolendae in coenobii martyrologio iam duplicem diem assignatum vidimus* (6), B *eiusque nomen ibidem insertum fuisse litaniis processionalibus* (7), *sed et quattuor festivitates de eadem post medium saeculum XVII annuatim celebrari consuevisse* (8).

Eiusdem reliquiae, extremo saeculo XVIII furori impiorum subtractae,

25. *A medio autem saeculo XI e sua hierotheca motae non fuisse videntur reliquiae S. Gebetrudis usque ad finem saeculi XVIII* (9). *Quo tempore, saeviente in Gallia atroci persecutione et sacrarum rerum abolitione, quinque capsae, eius et aliorum sanctorum Romaricensium exuvias continentes, confractae sunt a viris impiis qui ecclesiam Romaricensem sacrilego furore invaserunt et diripuerunt die 20 ianuarii anni 1794, et quae in eis servabantur ossa, simul permixta, in sacristiam et alia loca proiecta. Ea tamen maximam partem sanctimoniales et pii quidam fideles colligere potuerunt et servaverunt usque ad tempus quo pax restituta est* (10).

annis 1803 et 1805 in ecclesiam Romaricensem relatae, et anno 1851 recognitae,

26. *Inde itaque, rursus quinque capsis inclusa, sollemni pompa in ecclesiam, iam parochialem, Romaricensem illata sunt annis 1803 et 1805 et in maiore illic altari collocata. Quae et periti medici auctoritate episcopali ad id deputati anno 1851 recognoverunt et quae singula ossa singulis sanctis attribuenda essent, quantum fieri potuit, definierunt* (11).

post incendium eius ecclesiae, denuo anno 1887 in ea repositae fuerunt;

27. *At die 7-8 iulii anno 1886, fulminis ictu incendium excitatum est in ecclesia Romaricensi, quod et hierothecas ac partem etiam sacrorum ossium consumpsit. Quae ex his remanserunt, novis thecis, quas piorum quorundam virorum ac mulierum suppeditavit liberalitas, inclusa sunt et sollemniter ab Ill^mo episcopo Sancti Deodati in altari reposita die 28 augusti anni sequentis* (12). E *Inter haec videntur integra servata esse ea quae S. Gebetrudis agnita fuerant anno 1851* (13).

earum particula in vico Bayecourt. Duae ecclesiae in dioecesi Sancti Deodati S. Gebetrudem patronam agnoscunt.

28. *Aliqua particula reliquiarum S. Gebetrudis servatur etiam in vico Bayecourt* (14).

29. *In dioecesi Sancti Deodati duae ecclesiae vicanae S. Gebetrudem patronam propriam colunt, altera ut primariam* (15), *altera ut secundariam* (16). *Sed nullam illius memoriam signatam repperimus, sive in Breviario Tullensi* (17), *sive in San-Deodatensi* (18).

(1) *Act. SS.*, t. c., p. 827, nn. 38, 39. — (2) Pag. 119 (ad diem 13 novembris). Ubi tamen paulo ante (cf. supra, num. 17 extr.) recte dicitur sancta fuisse elevata per Leonis legatos. — (3) *Recherche des sainctes Antiquitez de la Vosge* (1633), p. 49 (part. I, liv. IV, ch. 12). — (4) *Act. SS. O. S. B.*, saec. II, p. 135, annot. *b*. — (5) Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 827, n. 40-42; JAFFÉ-LOEWENFELD, *Reg. Rom. Pont.*, n. 4255 (t I, p. 540). — (6) Cf. supra, num. 15. Satis mirum quidem apparet quod in martyrologio Romaricensi signata est ad *Id. Nov... elevatio sanctorum Romarici, Amati et Adelphii* (QUENTIN, *Les Martyrologes historiques du moyen âge*, p. 241), nomine Gebetrudis praetermisso, cum in eodem documento celebranda indicetur translatio die 20 augusti instituta (cf. supra, numm. 15, 20, 22). Cum tamen C in annuntiatione diei 7 novembris Gebetrudis dicatur soror Adelphii, liquet martyrologium confectum esse post conscriptam Vitam S. Adelphii auctiorem. — (7) Cf. supra, num. 16. — (8) Cf. supra, num. 18. — (9) Memorantur quidem, praeter supra narratas aliae translationes sanctorum Romaricensium factae annis 1567 et 1634 (*Act. SS.*, t. c., p. 828, n. 44; J.-B.-E. L'HOTE, *Vie des saints... du diocèse de Saint-Dié*, 1897, t. I, p. 351); sed in harum relationibus mentio non fit corporis S. Gebetrudis. — (10) DIDELOT, *Remiremont. Les saints*, etc. (Nancy, 1887), p. 440-41; L'HOTE, t. c., p. 351-53. — (11) DIDELOT, op. c., p. 509-15. Altera vero recognitio, instituta die 11 februarii 1852, solum spectabat ad ossa S. Romarici. — (12) L'HOTE, op. c., t. I, p. 355. — (13) Ibid., t. II, p. 624. Cf. DIDELOT, p. 513. — (14) L'HOTE, t. II, p. 639. — (15) Chamois-le-Roulier, c^on de Bruyères. L'HOTE, t. c., p. 329. — (16) Jussarupt, c^on de Corcieux. Ibid. — (17) Cuius exemplar in nostra bibliotheca servatur, editum an. 1748-49. — (18) *Officia quorumdam festorum quae ritu Romano in ecclesia S. Deodati specialiter celebrantur* (1733). Cf. *Ordo divini officii celebrandi* pro annis 1830, 1865, 1871. F

A D

DE SANCTO WILLIBRORDO

ANNO 739

EPISCOPO TRAIECTENSI ET FRESONUM APOSTOLO

A. P.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

De Fresonicae ecclesiae

1. *Cum, Dagoberto I regnante, Fresonicae gentis partem quandam sub dicionem suam redegissent Franci eandemque iteratis conatibus ad christianam religionem adducere aggressi essent Francorum antistites, praesertim S. Amandus, S. Eligius atque, ut videtur, S. Cunibertus Coloniensis episcopus* (1), *etsi initium aliquod fidei in hoc populo spargendae factum erat atque Traiecti ad Rhenum ecclesiola erat exstructa* (2), *parum tamen*
B *per haec profectum est nihilque certe actum stabile, cum, tabescente post Dagoberti mortem Francorum imperio, Fresones et ereptas sibi olim terras recuperarint, et relicta fide christiana ad avitas superstitiones ultro redierint. Quod Franci haud ita prospere tentaverant, id paulo post Anglosaxones, apud quos tunc temporis ecclesia vegetior atque ad opus Dei alacrior adolescebat, feliciore exitu rursum sunt adorsi. Ex quibus primo S. Wilfridus Eboracensis archiepiscopus, dum anno 678 episcopatu suo ab Ecgfrido rege pulsus,* Romam iturus ... navem conscendit, flante Favonio pulsus est Fresiam et honorifice susceptus a barbaris ac rege illorum Aldgilso, praedicabat eis Christum, et multa eorum milia verbo veritatis instituens, a peccatorum suorum sordibus fonte Salvatoris abluit (3); *non videtur tamen vir egregius recentes illos a baptismate christianos in corpus quoddam constituisse, quod mole sua staret et viribus omnium unitis pericula morbosque repelleret. Unde factum est ut postquam, transacto hieme, Wilfridus coeptum iter perrexerat Romamque contenderat, greges pastore orbatae paulatim perirent. Neque tamen Fresones omnino dereliquit, utpote*
C *qui illorum apostolum S. Willibrordum et instituerit et forsan illuc miserit, primum Fresonum episcopum S. Suidberctum consecraverit atque, dum anno 703 ultimum iter Romam facit, in Fresiam diverterit et apud S. Willibrordum sit commoratus.*

conditore Willibrordo

2. *Interea enim semel atque iterum alii de Anglosaxonum gente Wilfridi vestigia secuti erant, ut Fresonibus evangelium annuntiarent, anno 686 vel 687 Wictberctus monachus, qui postquam magister ipsius S. Ecgberctus ad praedicandum in Germaniam venire voluerat, nec valuerat, ipse Fresiam adiit, ubi* duobus annis continuis genti illi ac regi eius Rathbedo verbum salutis praedicabat, neque aliquem tanti laboris fructum apud barbaros invenit auditores (4), *ideo utique quod, Francis iterum Fresonum libertati imminentibus, Radbodus ille rex non iam, uti decessor ipsius Aldgilsus, christianae fidei praedicatoribus favebat, utpote quos suspicaretur cum Francis christianis communia habere consilia. Wictbercto igitur ad suos reverso, tenax propositi Ecgberctus anno 690 duodecim alios fidei praecones in Fresiam misit, quibus alter ex discipulis eius praeerat, Willibrordus noster, qui vix non quinquaginta annis illi operi erat allaboraturus et parva quaedam initia fidei stabiliendae, quae a decessoribus facta erant, ita restituturus et auctu-rus, ut Fresonicam demum ecclesiam fundaret atque formaret et iure merito Fresonum apostolus* E
appellaretur.

§ I. De fontibus historiae S. Willibrordi.

meminerunt scriptores aequales

3. *De quo viro eximio, quamvis plura optaverimus, habemus tamen documenta nonnulla et antiqua et fide digna, quibus de ipsius gestis, indole, sanctitate, etsi non plene, quadamtenus tamen fimus certiores. Quorum agmen ducit Eddius Stephanus,*

Eddius Stephanus,

qui in Vita S. Wilfridi (BHL. *8889*), *quam paulo post an. 710 conscripsit* (5), *haec de Wilfridi apud Fresones praedicatione tradit* (6): Deinde eo anno, accepta praedicatione, omnes principes, exceptis paucis, et multa milia vulgi in nomine Domini baptizabat; et primum ibi secundum apostolum fundamentum fidei posuit, quod adhuc superaedificat filius eius in Hripis nutritus, gratia Dei Wilbrordus episcopus, multo labore desudans, cuius merces manet in aeternum. *Inde, ut chartas omittamus bene multas, de quibus postea sermo recurret, veniunt Bedae Chro-*

Beda Venerabilis,

nica maiora seu Liber de sex huius saeculi aetatibus anno 725 compositus, quattuordecim ante F
annis quam vita functus est Willibrordus; ibi ad an. mundi 4649 (7): Idem papa Sergius ordinavit venerabilem virum Vilbrordum, cognomine Clementem, Fresonum genti episcopum, in qua usque hodie pro aeterna patria peregrinus (est enim de Brittania gentis Anglorum) innumera cottidie diabolo detrimenta et christianae fidei facit augmenta; *idem vero Beda in* Historia ecclesiastica, *quam vivente etiam Willibrordo conscripsit et anno 731 perfecit, ter de sancto viro meminit; non solum enim his locis, in quibus utrumque iter S. Wilfridi in Fresiam memorat, S. Willibrordum nominat: siquidem ubi de primo itinere et de baptizatis multis barbarorum milibus rettulit* (8), *haec subdit* (*V, 19*): et quod postmodum Vilbrord, reverentissimus Christi pontifex, in magna devotione complevit, ipse (*Vilfrid*) primus ibi opus evangelium coepit; *de altero autem itinere haec*

(1) Cf. A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I³, pp. 321 sqq., 328. — (2) Vid. epistula S. Bonifatii, quae mox (infra, num. 5) afferetur : *propter fundamenta cuiusdam destructae a paganis ecclesiolae, quam Wilbrordus derutam usque ad solum in castello Traiecto repperit.* — (3) BEDA, *Hist. eccl.*, V, 19; cf. IV, 12, 13. Vid. Vitam S. Wilfridi auct. Eddio Stephano, c. 24-26, ex qua haec accepit Beda, — (4) BEDA, *Hist. eccl.*, V, 9. — (5) Cf. ed. RAINE, p. XXXII. — (6) Cap. 26 (ed. RAINE, p. 37). — (7) *MG.*, Auct. ant. t. XIII, p. 316; cf. *P. L.*, t. XC, col. 569, ad an. 698. — (8) Quem locum attulimus supra, num. 1.

habet

AUCTORE A. P.

A *habet (III, 13)*: Denique reverentissimus antistes Acca solet referre quia, cum Romam vadens apud sanctissimum Fresonum gentis archiepiscopum Vilbrordum cum suo antistite Vilfrido moraretur, crebro eum audierit de mirandis, quae ad reliquias eiusdem reverentissimi regis (*Oswaldi*) in illa provincia gesta fuerint, narrare; *sed et propriis capitibus (V, 10 et 11) de rebus a Willibrordo gestis non pauca enarravit, quae, ut ad historiam ipsius illustrandam praecipui sunt momenti, ita hic in primis proferri oportet.*

V. 10. UT VILBRORD IN FRESIA PRAEDICANS MULTOS AD CHRISTUM CONVERTERIT; ET UT SOCII EIUS HEUUALDI SINT MARTYRIUM PASSI.

Ut autem vidit vir Domini Ecgberct, quia nec ipse ad praedicandum gentibus venire permittebatur, retentus ob aliam sanctae ecclesiae utilitatem, de qua oraculo fuerat praemonitus; nec Victberct illas deveniens in partes quicquam proficiebat, temtavit adhuc in opus verbi mittere viros sanctos et industrios, in quibus eximius Vilbrord presbyteri gradu et merito praefulgebat. B Qui cum illo advenissent, erant autem numero XII, divertentes ad Pippinum ducem Francorum, gratanter ab illo suscepti sunt; et quia nuper citeriorem Fresiam expulso inde Rathbedo rege ceperat, illo eos ad praedicandum misit, ipse quoque imperiali auctoritate iuvans, ne qui praedicantibus quicquam molestiae inferret, multisque eos, qui fidem suscipere vellent, beneficiis adtollens; unde factum est, opitulante gratia divina, ut multos in brevi ab idolatria ad fidem converterent Christi.

Horum secuti exempla duo quidam presbyteri de natione Anglorum... venerunt ad provinciam Antiquorum Saxonum... Nam uterque eorum appellabatur Heuuald (1)...

V. 11. UT VIRI VENERABILES SUIDBERCT IN BRITANIIS, VILBRORD ROMAE SINT IN FRESIAM ORDINATI EPISCOPI.

Primis sane temporibus adventus eorum in Fresiam, mox ut conperiit Vilbrord datam sibi a principe licentiam ibidem praedicandi, acceleravit venire Romam, cuius sedi apostolicae tunc Sergius papa praeerat, ut cum eius licentia et C benedictione desideratum evangelizandi gentibus opus iniret; simul et reliquias beatorum apostolorum ac martyrum Christi ab eo se sperans accipere, ut dum in gente, cui praedicaret, destructis idolis ecclesias institueret, haberet in promtu reliquias sanctorum, quas ibi introduceret; quibusque ibidem depositis, consequenter in eorum honorem, quorum essent illae, singula quaeque loca dedicaret. Sed et alia perplura, quae tanti operis negotium quaerebat, vel ibi discere vel inde accipere cupiebat. In quibus omnibus cum sui voti compos esset effectus, ad praedicandum rediit.

Quo tempore fratres, qui erant in Fresia verbi ministerio mancipati, elegerunt ex suo numero virum modestum moribus et mansuetum corde Suidberctum, qui eis ordinaretur antistes, quem Brittaniam destinatum ad petitionem eorum ordinavit reverentissimus Vilfrid episcopus, qui tum forte patria pulsus in Merciorum regionibus exulabat. Non enim eo tempore habebat episcopum Cantia, defuncto quidem Theodoro, sed necdum Berctualdo successore eius, qui trans mare ordinandus ierat, ad sedem episcopatus sui reverso.

Qui videlicet Suidberct, accepto episcopatu, de Brittania regressus, non multo post ad gentem Boructuarorum secessit, ac multos eorum praedicando ad viam veritatis perduxit; sed expugnatis non longo post tempore Boructuaris a gente Antiquorum Saxonum, dispersi sunt quolibet hi, qui verbum receperant; ipse antistes cum quibusdam Pippinum petiit, qui interpellante Bliththrydae coniuge sua, dedit ei locum mansionis in insula quadam Hreni, quae lingua eorum vocatur In litore; in qua ipse, constructo monasterio, quod hactenus heredes possident eius, aliquandiu continentissimam gessit vitam, ibique diem clausit ultimum.

Postquam vero per annos aliquot in Fresia, qui advenerant, docuerunt, misit Pippin, favente E omnium consensu, virum venerabilem Vilbrordum Romam, cuius adhuc pontificatum Sergius habebat, postulans ut eidem Fresonum genti archiepiscopus ordinaretur. Quod ita, ut petierat, inpletum est, anno ab incarnatione Domini DCXCVI. Ordinatus est autem in ecclesia sanctae martyris Ceciliae, die natalis eius, imposito sibi a papa memorato nomine Clementis; ac mox remissus ad sedem episcopatus sui, id est post dies XIIII, ex quo in urbem venerat.

Donavit autem ei Pippin locum cathedrae episcopalis in castello suo illustri, quod antiquo gentium illarum verbo Viltaburg, id est Oppidum Viltorum, lingua autem gallica Traiectum vocatur; in quo aedificata ecclesia, reverentissimus pontifex longe lateque verbum fidei praedicans, multosque ab errore revocans, plures per illas regiones ecclesias, sed et monasteria nonnulla construxit. Nam non multo post alios quoque illis in regionibus ipse constituit antistites ex eorum numero fratrum, qui vel secum vel post se illo ad praedicandum venerant; ex quibus aliquanti iam dormierunt in Domino. Ipse autem Vilbrord, cognomento Clemens, adhuc superest, F longa iam venerabilis aetate, utpote tricesimum et sextum in episcopatu habens annum, et post multiplices militiae caelestis agones ad praemia remunerationis supernae tota mente suspirans.

ipse Willibrordus,

4. *His multo quidem ieiunior, ast tum propter manum scriptoris veneranda, tum ob notas temporis, quas exhibet, valde pretiosa est brevis sententia, quam apposuit Willibrordus ipse anno 728 ad marginem kalendarii manu anglosaxonica an. 702-706 exarati* (2), *quo Willibrordus uti consuevisse videtur et quod pridem Epternaci servatum ante medium saec. VIII cum noto illo Epternacensi apographo martyrologii hieronymiani in unum librum conglutinatum est* (3). *In hoc igitur libro, fol. 39ro, in margine ad mensem novembrem (a die V idus novembres ad diem IIII kal. decembres) haec scripta sunt* (4): In nomine Domini

(1) Quos in lemmate huius capitis socios S. Willibrordi nominavit Beda, hos idem cum S. Willibrordo in Germaniam venisse in Martyrologio suo dixit: *V non. oct. Apud Antiquos Saxones natale duorum Hewaldorum presbyterorum, qui cum Willibrordo episcopo venientes in Germaniam, transierunt ad Saxones...* Cf. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques du moyen âge* (Paris, 1908), p. 105-6. — (2) Habes illud in codice iam Parisiensi Bibl. Nat. lat. 10837, fol. 34-41. — (3) Cf. L. DUCHESNE in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [VIII]. — (4) Annotationem illam, quam primus, nisi fallor, edidit Bollandus noster, *Act. SS.*, Ian. t. I, p. XLVI, non semel postea recusa est, v. gr. in *Voyage littéraire de deux religieux bénédictins*, t. II (1724), p. 298 (ex autographo); a I. B. Pitra, *La Hollande catholique* (Paris, 1850),

Clemens

AUCTORE A. P.

Clemens Uuillibrordus anno sexcentessimo (1) nonagessimo (1) ab incarnatione Christi veniebat ultra mare in Francia, et in Dei nomine anno sexcentessimo (1) nonagessimo (1) quinto ab incarnatione Domini, quamvis indignus, fuit ordinatus in Romae episcopus ab apostolico viro domno Sergio papa; nunc vero in Dei nomine agens annum septengentessimum (1) vigessimum (1) octavum ab incarnatione domini nostri Iesu Christi in Dei nomine feliciter. *Quae verba non alia manu, quam Willibrordi, exarata esse ex illis* quamvis indignus *manifestum est* (2), *si modo genuina sunt* (3); *genuina autem esse litterarum ductus ostendunt, qui etsi evanidi facti erant et atramento superinducto sunt renovati, manum tamen anglosaxonicam saeculi VIII non ita provecti produnt.*

S. Bonifatius episcopus Moguntinus,

5. *Mortuo autem iam Willibrordo, egregium de vita et meritis ipsius testimonium protulerunt viri quidam non ignobiles, inter quos et tempore et auctoritate facile princeps venit S. Bonifatius Moguntinus episcopus, quem per tres annos laborum et vitae socium Willibrordus habuerat. Is,*
B *cum de episcopatu Traiectensi lis ipsum inter et Coloniensem episcopum orta esset, litteras hac de re ad Stephanum III papam anno 753* (4) *misit, quae huc transcribendae videntur. Ita Bonifatius* (5):

Nam tempore Sergii (*I. 687-701*) apostolicae sedis pontificis venit ad limina sanctorum apostolorum presbiter quidam mirae abstinentiae et sanctitatis, generis Saxonum, nomine Wilbrord et alio nomine Clemens vocatus; quem praefatus papa episcopum ordinavit et ad praedicandam paganam gentem Fresorum transmisit in littoribus oceani occidui. Qui per quinquaginta annos praedicans, praefatam gentem Fresorum maxima ex parte convertit ad fidem Christi, fana et dilubra destruxit et aecclesias construxit, et sedem episcopalem et aecclesiam in honore Sancti Salvatoris constituens in loco et castello quod dicitur Traiectum. Et in illa sede et ecclesia Sancti Salvatoris, quam construxit, praedicans usque ad debilem senectutem permansit. Et sibi corepiscopum ad ministerium implendum substituit; et finitis longevae vitae diebus, in pace migravit ad Dominum. Princeps autem Franco-
C rum Carlmannus commendavit mihi sedem illam ad constituendum et ordinandum episcopum (6). Quod et feci. Nunc autem Colonensis episcopus illam sedem praefati episcopi Clementis a Sergio papa ordinati sibi usurpat et ad se pertinere dicit propter fundamenta cuiusdam destructae a paganis ecclesiolae, quam Wilbrordus derutam usque ad solum in castello Traiecto repperit, et eam proprio labore a fundamento construxit et in honore sancti Martini consecravit (7). Et refert quod ab antiquo rege Francorum Dagobercto castellum Traiectum cum destructa ecclesia ad Colonensem parrochiam donatum in ea condi- D tione fuisset, ut episcopus Colonensis gentem Fresorum ad fidem Christi converteret et eorum praedicator esset. Quod et ipse non fecit. Non praedicavit, non convertit Fresos ad fidem Christi, sed pagana permansit gens Fresorum usque quod venerandus pontifex Romanae sedis Sergius supra dictum servum Dei Wilbrordum episcopum ad praedicandum supra dictae genti transmisit; qui illam gentem, ut praefatus sum, ad fidem Christi convertit. Et modo vult Colonensis episcopus sedem supra dicti praedicatoris Wilbrordi sibi contrahere, ut non sit episcopalis sedes, subiecta Romano pontifici, praedicans gentem Fresorum. Cui respondebam, ut credidi: quod maius et fortius fieri debeat praeceptum apostolicae sedis et ordinatio Sergii papae et legatio venerandi praedicatoris Wilbrordi, ut et fiat sedis episcopalis, subiecta Romano pontifici, praedicans gentem Fresorum, — quia magna pars illorum adhuc pagana est, — quam destructae ecclesiolae fundamenta deruta et a paganis conculcata et per neglegentiam episcoporum derelicta. Sed ipse non consentit. Sed modo paternitatis vestrae iudicio mihi intimare digne- E
mini. Et si hoc iustum sit responsum et vobis placeat, quod illi Colonensi episcopo reddidi, vestra auctoritate roborate, ut praeceptum Sergii papae et sedis illa stabilis permaneat. Sic enim potestis nos, si vobis placet, adiuvare, si de scrinio aecclesiae vestrae exemplare iubetis et mihi transmittere quicquid praefato episcopo Wilbrordo ordinato sanctus Sergius praeciperet et conscriberet; ut ex auctoritate sanctitatis vestrae contradicentes convincere et superare valeam. Si autem aliter iustius sanctitati vestrae videatur, consilium paternitatis vestrae insinuare mihi dignemini, ut sequar.

Willibaldus

6. *Quod diximus, Willibrordo Fresonibus suis fidem praedicanti adiutorem per triennium astitisse S. Bonifatium, id a locuplete teste docemur, a Willibaldo illo, qui intra annos 754-768 Vitam S. Bonifatii litteris mandavit. In qua postquam Bonifatium ostendit anno 719 in Thuringia, sicuti a Romano pontifice in mandatis acceperat, apostolicis laboribus operam navantem, tum paulo post inde in Francorum regnum proficiscentem — non quod Thuringos iam desereret et opus vix coeptum relinqueret, verum eo utique consilio ut* F
sibi in hoc opere opportunum, quin etiam necessarium Caroli Martelli favorem conciliaret (8), — *iam narrat, audita Radbodi Fresonum regis morte, consilium iniisse sanctum virum ut in Fresiam, quam ante tres annos incassum adierat sterilemque reppererat* (9), *maturas iam nunc, ut videbatur, messes, dum occasio se dabat, collecturus properaret.*

in Vita

7. Et Franciam, *ita Willibaldus* (10), fratribus secum comeantibus, ingressus est statimque, audito Raedbodi Fresonum regis morte, albeum quidem fluminis (*Rheni*), magno gavisus gaudio,

p. 101; W. WATTENBACH, in Iaffei *Bibliotheca rerum germanicarum*, t. VI (1873), p. 46, annot. 1; W. ARNDT, in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. II (1877), p. 293; L. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I (1886), p. 382, annot. 49; A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I³ (1904), p. 447, annot. Primorum verborum speciem expressit L. DELISLE, *Le Cabinet des manuscrits de la bibliothèque nationale*, Planches (Paris, 1881), XIX⁴. — (1) His omnibus in locis litteram *s* manifeste iteraverat manus prima; qui vero pallidis apicibus atramentum superinduxit, ubique legi voluit *-esimo*, *-esimum*. — (2) Cf. BOLLANDUS, l. c. — (3) Ita WATTENBACH, l. c. — (4) Cf. HAUCK, op. c., t. I³, p. 589, annot. 1. — (5) *MG.*, Epist. t. III, p. 395-96. — (6) Id ante annum 741 fieri non potuit, quo anno in partem regni vocatus est Carlomannus. Unde colligere est mortuo Willibrordo (an. 739) non statim suffectum esse alium episcopum in sede Traiectensi. Cf. A. HAUCK, t. c., p. 447. — (7) Quae de sacris aedibus a Willibrordo suscitatis et consecratis coniciendo scripsit v. d. S. MULLER, *Die S. Salvatorskirche in Utrecht. Eine merowingische Kathedrale*, in WESTDEUTSCHE ZEITSCHRIFT, t. XVI (1897), p. 256 sqq., etsi acute sunt excogitata, cum his tamen quae tradit Bonifatius non apte cohaerent, ut iure monuit v. cl. A. HAUCK, t. c., p. 439, annot. 1. — (8) Cf. HAUCK, t. c., p. 460. — (9) Cf. Vitam Bonifatii auct. Willibaldo, c. 4. — (10) Ibid., c. 5 (ed. W. LEVISON, Hannoverae, 1905, p. 23-26).

navigio

eiusdem Bonifatii. navigio ascendit, optans quod etiam Fresia recipisset verbum Dei; et ad incultas caelesti praedicatione terras pervenit. Iamque atrocis cessante regis Raedbodi persecutione, doctrinae caelestis semina ministravit et, verbi Dei fame expulsa, familicam paganicae superstitionis multitudinem aeternae praedicationis reficit pabulo. Cumque desiderantis repente mentem spontaneus operis sequeretur effectus et votiva praedistinatae doctrinae lux, Domino Deo dispensante, claresceret, Carlique ducis gloriosi super Fresones roboratum esset imperium, iam bucina caelestis verbi increpuit et praedicatorum, adveniente superni roris fertilitate, vox intonuit, Dei etiam per Willibrordum virum venerabilem ac cooperatores eius propagatus est sermo. Sed quia messe quidem multa operarios inesse paucos cerneret, sanctus hic Dei famulus cooperator etiam factus est per tres instanter annos Willibrordi archiepiscopi, multumque in Christo laborans, non parvum Domino populum, destructis delubrorum fanis et exstructis aecclesiarum oratoriis, praefato pontifici opitulante, adquisivit. B Cum vero summus hic senuerat pontifex et aetatis plurimis gravabatur annis, decrevit, etiam suggerente discipulorum coetu, ut solacium tanti ministerii suae decrepitae senectuti praevideret et fidelem de parva congregatione virum elegeret, qui tanto praeesse potuisset populo, accitoque huic Dei famulo, salutari eum instructione admonuit, ut episcopalis quippe regiminis susciperet gradum et ad regendum Dei populum sibi subveniret. Qui etiam, humiliter repente respuens, minime se dignum esse episcopatus gradu referebat et, ne sibi tantae dignitatis fastigium adolescentiae adhuc in annis constituto inponeret, deprecatus est; et, quoniam quinquagesimi anni iuxta canonicae rectitudinis normam necdum plene reciperet aetatem, testatus est, ut omni se penitus excusationis tergiversatione ab huius gradus celsitudine declinaret. Praedictus itaque tam sancti praeconi pontifex placidis illum verbis increpavit et diligenti eum cura ad huius propositi gradum instigavit populique subiecti maximam magnopere paupertatem praediceret. Sed cum neque sic correptus ad suscipiendum huius celsitudinis gradum consentiret, iamque per longas C tricationum moras spiritalis inter eos orta est contentio et consona pulchrae discretionis facta dissensio. Hic vero, grandi praeventus humilitate, tanti gradum contradixit honoris; ille autem, piissimi appetitu lucri inretitus, salutem concupivit animarum. Cumque sic diversa iam sermocinationum verba invicem protulissent, et sanctus hic Dei servus, velud in spiritale quodam stadio positus, placitae prorsus excusationis exerens sermonem, ait: " O summe sanctitatis pontifex, o „ spiritalis proreta agonis. Ego enim a beato „ sanctae recordationis Gregorio pape Germa- „ nicis mandatum gentibus detuli; ego, aposto- „ licae sedis legatione fungens ad occidentales „ barbarorum regiones, sponte tuae me guber- „ nationis dominio iniuncxi et propriae volun- „ tatis arbitrio, ignorante dominorum sublimatu, „ copulavi; quorum usque in hodiernum diem „ sponsionis voto constrictus sum servituti ac „ subiectus. Quapropter sine apostolicae sedis „ consultu et authenticae iussionis mandato tam „ praeclarae sublimitatis ordinem suscipere non „ audeo. „ Sed et alia quoque rationabile petitionis supplicatione verba proferebat, dicens: " Obsecro igitur, ut me, propriae sponsionis „ vinctum catenis ad has quas primitus a sede „ apostolica missus sum terras distinando dire- „ gas. „ Cui protinus vir Dei, audita tantae professionis causa, data ei benedictione, licentiam dedit abeundi. Qui etiam, statim proficiscens, pervenit ad locum cui nomen inscribitur Amanaburch, iuxta apostolum enutritus verbis fidei et bonae doctrinae, quam adsecutus est. AUCTORE A. P.

8. *Intra quinquaginta ergo circiter annos, qui ab obitu Willibrordi effluxerant, haec de S. Willibrordi gestis memoriae erant tradita, neque tamen ullus ad Vitam ipsius scribendam se accinxerat. Quod enim saeculo XII affirmavit Thiofridus abbas Epternacensis, " primo quendam linguae „ ac gentis scotticae aggressum esse tanti viri gesta „ describere, rustico autem stilo detrivisse dignita- „ tem historiae „, cuius scriptoris opus ab Alcvino emendatum et adornatum esset* (1), *id cur aegre credam, ubi de Alcvino sermo erit, mox explicabo.* E *Certe periit iam, si umquam exstitit, Vita a Scotto isto composita, nullaque superest antiquior illa quam Alcvinus illustrissimus vir et doctissimus conscripsit. Qui cum fere in aliarum rerum studiis versaretur, rogantibus tamen amicis Vitas quasdam sanctorum enarravit, id quidem, ut recte monuit Wattenbachius* (2), *" ecclesiasticae utilitati „ potius quam rerum gestarum cognitioni consultu- „ rus. „ Ut igitur, iubentibus Angilberto abbate Centulensi atque Radone abbate Sancti Vedastis, Vitas sanctorum alterutrius monasterii patronorum Richarii* (BHL. *7223-24*) *et Vedastis* (BHL. *8506*) *dictavit, sic etiam satis facturus petitioni Beornradi archiepiscopi Senonensis simulque abbatis Epternacensis* (*circ. an. 782-797*), vitam, mores vel gesta *S. Willibrordi, a quo Epternacensis abbatia condita erat et qui tum Beornradi, tum etiam Alcvini genere propinquus erat, suscepit enarranda. Ubinam id exsecutus sit, non liquet. Opineris in Anglia, cum in praefatione de monasteriolo quodam ad ostia Humbri fluminis constructo haec proferat:* viro venerabili Wilgilso, patri scilicet sanctissimi pontificis Willibrordi, cuius corpus requiescit in cellula quadam maritima (3), cui ego, indignus F licet, legitima Deo donante successione praesideo; *verum ut non uni monasterio praeerat, Ferrariensi, Sancti Lupi Trecensi, Sancti Martini Turonensi, aliis, ita poterat et monasteriolum anglicum absens gubernare. Opineris Epternaci, utpote qui legas cap. 30:* Idcirco obsecro ut castam in hac domo habeatis conversationem... *et ibid.:* intercedente pro nobis sancto suo (*Willibrordo*), qui hic corporaliter requiescit et spiritaliter praesentem esse credimus; *quod tamen perperam colligeretur, cum illa* hac, nobis *et* hic *potius ex persona eorum scripta sint, qui Vitam audituri atque praesertim recitaturi essent* (4); *siquidem, ut monuit Wattenbachius, rationem hanc scribendi in praefatione Alcvinus explicavit, librum de Vita soluta oratione conscriptum ita se digessisse, ut publice fratribus in ecclesia legi potuisset; additam etiam esse in fine homiliam abbatis ore proferendam. Quae si vere exposita sunt, — et vere exposita videntur, — dubito num his verbis cap. 23:* vel quantum terminos nostri dilatavit imperii *liceat Wattenbachio uti* *Postea vero Alcvinus*

(1) THIOFRIDI *Vita S. Willibrordi*, c. 24. — (2) In Iaffei *Bibliotheca rerum germanicarum*, t. VI, p. 35. — (3) Cuius situm definit Alcvinus Vitae cap. 1. — (4) Cf. MABILLON, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, 1, p. 616, annot. *a*; WATTENBACH, in *Bibl. rer. germ.*, t. VI, p. 35; DÜMMLER, in *MG.*, Poet. lat. t. I, p. 163.

ad

AUCTORE A. P.

ad probandum Alcvinum in regno Francorum positum esse, cum Vitam scriberet, scripsisse porro vel intra annos 782-789 vel post annum 793, quo ex Anglia reversus est. Praeterquam enim quod haec etiam ex persona monachorum Epternacensium forsan dicta sunt, cur ab ipso Alcvino in Anglia pro tempore quidem commorante, at librum illum Epternacensibus scribente, proferri non potuerunt? Igitur neque de loco, neque porro de certo tempore intra annos 782-797, quo Vita scripta sit, quicquam definire audemus.

primus Willibrordi Vitam

9. *Haud multo certiora de fontibus, e quibus narrandi materiam hausit Alcvinus, dicere habemus. Si fides quidem sit Thiofrido abbati, non tam scripsit Vitam S. Willibrordi Alcvinus, quam antiquiorem libellum a nescio quo Scotto — immo, opinor, Anglosaxone, quod saltem veri similius esset, — rustico stilo exaratum correxit et lepidis dictis adornavit vir urbanae elegantiae* (1). *Quae ut vera esse utique possunt, nequaquam tamen certa videntur. Cum enim in scribendis gestis tum S. Richarii, tum S. Vedastis, haberet Alcvinus antiquiorem Vitam, quam emendaret et expoliret,* B *exemplar illud vetustius commemorare non neglexit, in praefatione quidem ad alteram Vitam his verbis :* vitam sancti Vedasti e m e n d a r e studui, *multo autem uberius et luculentius in praefatione ad Vitam S. Richarii :* oraverat meam parvitatem ... abbas Angilbertus, quo ... quendam libellum stilo simpliciori digestum de vita sanctissimi ... confessoris Richarii cultius adnotarem, *et q. s. Iam vero nihil simile occurrit in praefatione ad Vitam S. Willibrordi, in qua ita Beornradum alloquitur Alcvinus :* Willibrordo ... cuius me vitam, mores et miracula scribere pio studio rogasti; *quid autem ipse fecerit, his verbis aperit :* duos digessi libellos, unum prosaico sermone gradientem ... alterum piereo pede currentem; *quos eo magis a Beornrado defendendos esse addit,* quo minus ab auctore proprio expoliti sunt. *Tacente igitur Alcvino, quin etiam quadamtenus contradicente, quis Thiofrido aures praebeat, qui trecentos circiter post annos vivebat, et non credat potius eum, quae de rustico scriptore scotticae gentis protulit, mera quadam coniectura protulisse? Fuerunt quidem qui in Vita a Thiofrido conscripta sibi viderentur vestigia nescio quae reppe-* C *risse libelli istius antiquioris, quem simul cum Alcvini opere et habuisset et exscripsisset Thiofridus. Verum re attentius perpensa, pauca ea quae Alcvini narrationibus superaddidit Thiofridus, aliunde, non vero ex opere illius Scotti deprompta esse nobis probavimus atque mox, cum Thiofridi opus examinabitur, lectoribus etiam persuasum iri confidimus.*

rerum narratarum copia non locupletem

10. *Verum etiamsi caruit Alcvinus, ut caruisse opinamur, praecipuo illo scribendae historiae subsidio, quod in antiquiore Vita invenisset, habuit tamen unde multa de Willibrordo comperiret, non solum ab amicis sive Anglis, sive Epternacensibus ore tradita* (2), *sed in primis ex operibus Bedae, quae certo certius legerat. Mirum tamen valde est, dum Alcvinus non nulla scripto consignavit, quae alibi tradita non sunt, quaedam atque ea non parvi momenti ab eo neglecta esse, quae tum alibi, tum praesertim in Bedae* Historia ecclesiastica *narrata ad usum praesto ipsi erant* (3) : *Ecgberctum et Wictberctum cum commemoret, nihil tamen eum addere de laboribus quos illi Fresonibus convertendis navaverant, nihil de imposito Willibrordo per Ecgberctum Fresones convertendi munere; Willibrordi primum iter Romanum prorsus tacere solumque alterum narrare ; de fundatione episcopatus Traiectensis et coenobii Epternacensis, de studiis, quibus fidem christianam Willibrordus propagavit, paucissima rettulisse ; de Bonifatio omnino non meminisse. Nihilo minus quando, his recensitis, ita pergebat Wattenbachius : " Id enim „ unice Alcvino cordi fuit, ut virtutes sancti viri „ tamquam exemplar proponeret; miracula prae- „ cipuo studio enarravit* (4), *magis etiam, quam ab „ aliis referri solent, puerilia. Modicae igitur „ utilitatis liber et proposito suo prorsus indignus, „ habet tamen quae in tanta rerum caligine utilia „ sint et scitu digna „, non omnino vere ac iuste de libello isto iudicasse videtur vir doctissimus. Quamvis enim is esset Alcvinus qui librum viris rei historicae studiosis longe utiliorem posset compo-nere, atque dignus in primis esset Willibrordus,* E *cuius res gestae plene et accurate narrarentur, recordari tamen oportet, quod ad excusandum quadamtenus Alcvinum certe conferet, non ipsi propositum esse ut librum historicum conscriberet, sed, ut ita dixerim, ecclesiasticum,* qui publice fratribus in ecclesia, *id est intra ipsa officia liturgica,* legi potuisset. *Inde est quod cum Alcvinus, tum tot alii sanctorum laudatores sanctorum virorum extollendis virtutibus et congerendis miraculis ita dant operam, ut non raro res ab eisdem praeclare gestas vel obiter tantum adumbrent, vel omnino non attingant. Quod ut iure dolemus, qui rerum historicarum sumus curiosi, ita antiquis illis scriptoribus immitius exprobrare aequum non videtur.*

et soluta et ligata oratione conscripsit,

11. *Certe nihil neglexerat Alcvinus ut eo modo, qui sibi videbatur optimus, Beornrado abunde satis faceret. Neque solum Willibrordi vitam* prosa gradiente *narravit, quae intra divina sollemnia recitaretur, sed eandem altero libro* versu currente *dictavit, qui alumnis scholae Epternacensis tamquam exemplar dicendi proponeretur; insuper priori libro homiliam de B. Wilgilso, patre Willibrordi, alteri autem carmen elegiacum de eodem Wilgilso addidit. Quod autem dicit Alcvinus,* F *utrumque librum, utpote furtivis noctium lucubratiunculis dictatum, minus expolitum esse, id etsi non tam ex animi sententia dictum est, quam ex sollemni more scriptorum de se demisse loquentium, vere tamen dictum esse intellegimus. Sermone, ait Wattenbachius, Alcvinus usus est inculto et minime puro; in consecutione temporum mendosus est,* ut *particulam cum indicativo non raro coniungit; participiis utitur, ubi verbo finito opus erat, tempore plusquam perfecto, ubi simplici praeterito locus erat; in fine vocabulorum, ablativorum praesertim,* e *et* i *vocales saepe confunduntur. Quae omnia in recentioris aetatis codicibus manu scriptis correcta sunt et mutata, vestigiis tamen prisci sermonis hic illic manentibus; antiquissimi autem codices non solum ipsam auctoris manum produnt, verum etiam, dum in eis correctoris manus deprehenditur quae pluri-*

sermone usus aliquantum inculto:

(1) THIOFRIDI *Vita S. Willibrordi*, c. 24. — (2) Huiusmodi testimonia ore prolata designare videtur c. 14, ubi de miraculis a sancto in vita patratis scribit: ***tamen quod gesta narrantur, ad gloriam donantis Dei non tacenda esse censeo, sed magis stilo alliganda, ne pereant posteris saeculis.*** — (3) Cf. WATTENBACH, ***Bibl. rer. germ.***, t. VI, p. 36.— (4) Reapse triginta capitum quibus narratio de S. Willibrordi gestis constat, dimidia pars (c. 14-22 et 25-30) miraculis completur. Neque sine admiratione animadvertimus tot ex illis (c. 16, 17, 18, 19, 20; cf. c. 31) in explenda siti versari.

mis

AUCTORE A. P.

A mis locis verba ad grammaticae regulas revocare nisa est, vulgatae lectionis originem ostendunt.

Quod opus cum non semel iam editum sit,

12. *Vulgatam illam lectionem ab editis primus removit W. Wattenbachius, qui in locum Philippi Iaffei vita functi succedens et codicibus ab eo collatis usus, utriusque libri formam genuinam expressit, qui antea iam aliquotiens typis editus erat (vid.* BHL. *8935-8939). Primus ediderat Surius ad d. 7 novembris solam Vitam prosam, cuius verba etsi non tantum, quantum saepe alias, stilo suo mutaverat vir bonus, multum tamen abest ut talia protulerit, qualia ab Alcvino conscripta erant.*

Quae in duobus prioribus Surii editionibus deerant, homiliam dico et librum II seu Vitam metricam, ex codice Sangallensi (iam bibliothecae Sangallensis 565) supplevit Henricus Canisius, ex quo in tertiam Surii editionem anno 1618 transierunt.

Ex Surio et Canisio, nullis codicibus adhibitis (1), *totum opus inter Alcvini opera recepit Andreas Duchesne.*

B *Mabillonius autem, cum eadem in* Actis SS. O. S. B. " *ex editis* " *recuderet, ita codicibus tum Compendiensi, tum Uticensi (iam Alentionensi, Bibl. publicae 14) usus est, ut multa emendaret et genuina Alcvini verba saepe restitueret.*

Oldoinus vero, etsi paucis post Mabillonium annis Vitam prosam, praetermissis prologo, appendice (c. 31), homilia (c. 32), protulit, solo Surio usus est, quem ne fideliter quidem exscripsit.

Neque satis ex Mabillonii studiis profecit alter operum Alcvini editor Frobenius, utpote qui pro fundamento editionem Andreae Duchesne posuerit, additis intra uncos lectionibus Mabillonii.

Migne in Patrologia latina Frobenium recudit.

Denique Wattenbachius apparatum nactus, quem Iaffeus ex paucis sed iis bonis codicibus collegerat, Stuttgartensi H. XIV. Vitae SS. No. 1, Parisiensi Bibl. Nat. lat. 10865, Monacensi lat. 4605, Sangallensi 565, optime de Alcvino meritus est.

Post quem Dümmlerus librum II seu Vitam metricam cum subiuncta elegia ex tribus, quae sola reppererat, exemplaribus laudabili cura protulit, Stuttgartensi, Sangallensi atque Alentionensi supra allatis.

C *Ipsi, quibus ex operis nostri lege Vita denuo edenda erat* (2), *codices vel iterum adivimus, vel primum contulimus. Quamvis autem mox constitisset in recentioribus exemplaribus, rebus nihil admodum immutatis, verba multis in locis mutata esse atque correcta, quia tamen non minus manifestum erat etiam in antiquissimis, quae supersunt, librarios ab his quae Alcvinus scripserat non semel recessisse, codices quos nobis aut adire aut Bruxellas arcessere contigit, examinandos duximus.*

ipsi, collatis codicibus,

13. *Hi sunt porro codices quos excussimus; in quibus omnibus — excepto fragmento 1d — Vita prosa seu liber I legitur cum subiuncta fere homilia, dum liber II seu Vita metrica in solis exemplaribus 1a¹a²bc 6a reperta est.*

1a¹ = *Stuttgartensis Bibliothecae publicae regiae H. XIV. Vitae SS. N° 1, prius privatae regiae G. 38, olim vero monasterii Weingartensis, saeculo IX exaratus, ita tamen ut cum paulo post, tum sequiore etiam tempore nonnulla correcta sint, non solum menda librarii manifesta, sed et quae Alcvinus ipse peccaverat. Continet (fol. 1ᵛ-28ᵛ et 28ᵛ-41) utrumque libellum, qui totum codicem implet. Eo usi sunt Jaffeus (Wattenbachius) et Dümmlerus. Liberalissime Bruxellas missum rursus contuli.*

1a² = *Wirziburgensis Mp. th. f. 34, olim monasterii Sancti Petri in Wissemburg, exaratus variis manibus saec. IX-XIV. Inest (fol. 104-115, 126, 116-125, 129, 128, 127, 130-130ᵛ) uterque libellus exaratus manu saec. X-XI. Quamvis ab ipso codice 1a¹ non pendeat, cum non solum ab eo non raro recedat, sed quaedam etiam verba certo genuina servaverit, quae in illo desunt, tamen ex simili exemplari codicem 1a² exscriptum esse suadet cap. 5 libri I, in quo verba* quo et ipse navem conscendit *in 1a¹ prius praetermissa et in margine inferiore suppleta, in 1a² loco non suo posita sunt (cf. var. lect.* 23.29*). Aliquot lectiones huius exemplaris ab O. Holder-Egger collati attulit Ludovicus Traube,* Karolingische Dichtungen *(Berlin, 1888),* E *p. 48-49. Bruxellas missum totum contuli.*

1b = *Sangallensis 565, saec. XI in., continet utrumque librum (pag. 284-354). Aliqua vitia metrica notavit et locos plurimos emendavit (=* **1b*** *) Ekkehardus IV abbas Sangallensis († post 1057), ita tamen ut prima lectio ubique sit perspicua; quaedam insuper aliae manus, etiam recentiores, mutaverunt (=* **1b**** *). Hoc codice usi sunt in edenda praefatione libri 1 Wattenbachius, in toto libro II Canisius et Dümmlerus. Bruxellas missum contuli.*

1c = *Treverensis Bibl. Seminarii episcopalis 75, olim Sancti Matthiae Treverensis, saec XII. Inest (fol. 2-29) uterque libellus, non omissis capitum indicibus. Ipse contuli.*

1d = *Vindobonensis 808, quondam Salisburgensis 234, saec. IX, continet inter alia carmina fol. 233 frusta quaedam libri II. Quae cum primo non agnovisset ad illum librum pertinere, seorsum ex hoc codice edidit Frobenius inter Alcvini poemata, num.* CCLXX *(p. 236; cf. p. 620;* P. L., *t. CI, col. 801-2); ex eodem varias lectiones, quae parvi valde momenti pro codicis aetate videntur, suo loco protulit Dümmlerus; a quo illas accepi.* F

1e = *Treverensis Bibl. Cathedralis 93 (prius 102), olim abbatiae Abdinghofensis N. 88, saec. XI/XII. Inest (fol. 10ᵛ-17ᵛ) liber I absque homilia; abscisis pridem duobus foliis inter fol. 16 et 17, periit pars quaedam a med. c. 24 ad med. c. 30. Bruxellas missum contuli.*

1f = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 10837, olim Epternacensis. Venerabili illi exemplari Martyrologii hieronymiani praefixum est folium 1, e libro chorali avulsum, in quo manu saec. XI descriptae sunt lectiones* (3) *ex cap. 3-6 libri I ad verbum excerptae. Infima parte folii abscisa, quaedam verba perierunt. Ipse contuli.*

1g = *Engelbergensis abbatiae O. S. B. codex 2, saec. XII. Inest (fol. 194-201ᵛ) liber I. Capitis 1 lectiones varias speciminis ergo nobiscum communicavit R. P. Gregorius Jakober bibliothecarius.*

1h = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 9740, olim*

(1) Cf. quae ipse editor monuit, p. 1395. — (2) Vitae Alcvinianae versionem gallicam edidit Ch. BARTHÉLEMY, *Les Vies de tous les saints de France*, t. IX (Versailles, 1868), col. 380-404 (omissis cap. 28 sqq); germanicam A. DEDERICH, *Beiträge zur römisch-deutschen Geschichte am Niederrhein* (Emmerich, 1850), p. 59-73 (haec est potius epitome quaedam Vitae, omissis etiam prologo, appendice, homilia), et W. WATTENBACH, in *Die Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit*, 2ᵗᵉ Gesammtausgabe, Achtes Jahrhundert, III. Bd. (Leipzig, 1888), p. 5-26 (omissis cap. 25 sqq.). — (3) Cf. L. DUCHESNE, in *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [VIII], annot. 2.

AUCTORE A. P.

Epternacensis. Inest (fol. 146ʳ, 151-164) liber 1 absque homilia manu saec. XIII exaratus; prologus, qui deerat vel perierat, anno 1583 in folio 148 chartaceo suppletus est. Ultimis Vitae verbis (fructus ventris tui) *continuo subiuncta est brevis quaedam narratio miraculorum* (BHL. *8943*), *quam in nullo alio codice repperimus quamque a Thiofrido abbate Epternacensi multo ante tempore quam opus magnum de S. Willibrordo conscriberet* (BHL. *8940-8942*) *compositam esse conieci* (1). *Ipse contuli.*

1i = *Virdunensis Bibl. publicae 74, olim Sancti Vitoni 100. Inest (fol. 67-82ʳ) liber 1 absque homilia saec. XI neglegenter exaratus. Contulit Franciscus Bonnardot bibliothecarius, vir humanissimus.*

2a¹ = *Monacensis Bibl. Reg. lat. 4065, olim Benedictoburanus, saec. XI, continet (fol. 1-17) librum 1 Vitae alcvinianae, quae in utraque editione catalogi codicum typis editi Thiofrido Epternacensi perperam est attributa. Codice usus est Wattenbachius in edenda Vita. Rursus illum contuli.*

B **2a²** = *Monacensis Bibl. Reg. lat. 18956, olim Tegernseensis, saec. XI, praeter folia 63-67ʳ quae saec. XV suppleta sunt. Inest (fol. 49ᵛ-69) liber I. Ipse contuli.*

2b = *Monacensis Bibl. Reg. lat. 21551, olim Weihenstephanensis, saec. XII. Inest (fol. 65ʳ-74ʳ) liber I absque prologo et absque homilia. Ipse contuli.*

2c = *Monacensis Bibl. Reg. lat. 23846, chartaceus saec. XV. Inest (fol. 135-141) non Vita a Thiofrido conscripta, — quod in catalogo codicum affirmatur, — sed Vitae alcvinianae liber 1 absque prologo. Omissis cap. 19-32 atque ultimis verbis cap. 18, miro hoc modo Vitam clausit librarius :* resurrectionis sue dicerent (*c. 18 extr.*), et quantis miraculis fulserat vel fulserit, quem divina gratia concessa est ei ita (2) ut nostris temporibus quasi novus Samuel putaretur, de quo dictum est : " Puer Samuel proficiebat atque crescebat et placebat Deo magis quam hominibus. " Ipse fuit Deo amabilis, populo placabilis et omni perfectione plenus, ita quod omnibus praebuit bonum exemplum. Ipse fuit quasi odor omnibus hominibus suavissimus, cunctorum perfudit nares C et pectora. Ipse cum multis virtutibus rexit ecclesiam Traiectensem et multis annis, et die noctuque seminavit verbum Dei per bonos mores, et baptizavit Karolum Magnum, et in multis bonis operibus tandem in Domino quievit et obdormivit anno Domini septingentesimo XX° vel cytra etc. *Locos selectos contuli.*

2d¹ = *Monacensis Bibl. Reg. lat. 22244, olim Windbergensis* (3), *saec. XII post med. Inest (fol. 121ᵛ-129) liber I. Locos selectos contuli.*

2d² = *Monacensis Bibl. Reg. 9506, olim Altahensis, saec. XII. Inest (fol. 69-73) liber 1 absque homilia. Locos selectos contuli.*

2e = *Monacensis Bibl. Reg. lat. 12642, olim Ranshofensis, saec. XIV. Inest (fol. 119-127) liber 1 et quidem cum indice capitum. Indicem et locos Vitae selectos contuli.*

2f = *Rheno-Traiectensis Bibl. Universitatis 122 (al. Eccl. 26, antea vero 285 x), saec. XII. Inest (fol. 79ᵛ-97ᵛ) liber I, praetermisso prologo, addito autem post homiliam* EPILOGO IN VITAM SANCTI WILLIBRORDI, *qui inc.* Beatus igitur Willibrordus in Britannia insula provincia Norterumbrana..., *constatque sex lectionibus ad verbum, nulla re addita, ex ipso Alcvini libro excerptis. Ex hoc codice lectiones varias aliquot protulit* ALBERDINGK-THIJM, H. Willibrordus (*1861*), *p. 292-94;* Der heilige Willibrord (*1863*), *p. 206-8. Integram varietatem saec. XIX a nescio quo collectam et in codice 167 Bibl. Bollandianae, fol. 116-118ᵛ, servatam inspexi.* D

Huc etiam pertinere videntur exemplaria magni legendarii austriaci (4), *id est codices*

2g¹ = *Zwettlensis 14, saec. XIII. Inest (fol. 128-132ʳ) liber 1;*

2g² = *Mellicensis M. 8, saec. XV. Inest (fol. 45-52ʳ) liber I.*

3a = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 10865, olim Sancti Maximini Treverensis 48, saec. X/XI* (5). *Continet (f. 1-22ʳ) Vitam prosam cum initio homiliae, quae, foliis perditis, desinit mutila :* sanctissimi patris hodie concurrit. *Non pauca emendavit, non tamen feliciter, manus paulo recentior. Codice usus est Iaffeus, qui illum saec. IX exaratum perperam existimavit. Iterum contuli.* E

3b = *Berolinensis Bibl. Reg. theol. lat. fol. 267 (catal. n° 790), olim Springirsbacensis, saec. XII. Inest (fol. 161-166ᵛ) liber 1, praetermissis tum prologo, tum homilia. Bruxellas missum contuli.*

3c = *Treverensis, Bibl. publicae 1372 (prius 783, catal. n° 788), olim monasterii Clusae Eberhardinae, saec. XV. Inest (fol. 146-173) liber I. Locos selectos contuli. Ex hoc exscriptus est codex*

3c* = *Treverensis Bibl. publ. 512 (prius 558, catal. n° 1216), olim monasterii eiusdem, saec. XV. Inest (fol. 223-233) liber 1.*

4a = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 5294, olim Sancti Symphoriani Mettensis, dein capituli ecclesiae cathedralis Mettensis, saec. XI/XII. Inest (fol. 144-158) liber 1 absque prologo et absque homilia. Ipse contuli.*

4b = *Berolinensis Bibl. Reg. Phillippicus 1874 (catal. n° 121), olim Sancti Vincentii Mettensis, saec. XI. Inest (fol. 30-39) liber 1, praetermissis tum prologo, tum aliquot sententiarum particulis, tum ultimis capitibus inde a cap. 22; siquidem post cap. 21 sequitur sola prima sententia cap. 23 :* Idem quoque ... vera probavit. *Bruxellas missum contuli.* F

4c¹ = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 5308, olim Andreae Duchesne, saec. XII. Inest (fol. 226ᵛ-230ᵛ) liber 1 absque prologo et absque homilia. Cap. 1-4 et locos selectos contuli.*

4c¹* = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 11774, fol. 301-318ᵛ. Est hoc apographum libri I saeculo XVII " ex ms. Duchesnii " monachis O. S. B. Congregationis Sancti Mauri paratum. Desunt prologus et homilia. Cap. 1-4 et locos selectos contuli.*

4c² = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 5278, saec. XIII. Inest (fol. 325-330ᵛ) liber 1 absque prologo et homilia. Cap. 1-4 et locos selectos contuli.*

4d¹ = *Londinensis Musei Britannici Harleianus 2800-2802, olim Sancti Mariae et Sancti Nicolai in Arnstein, saec. XIII. Inest (fol. 95ᵛ-99)*

(1) Vid. quae scripsi *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 73-77. Cf. W. LEVISON, in *Neues Archiv* ..., t. XXXII, p. 761-62. — (2) *ita ... hominibus :* haec iam leguntur superius (fol. 136ᵛ), in cap. 3 Vitae. — (3) Est hoc unum ex voluminibus sex magni legendarii Windbergensis, de quo vid. quae scripsimus *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 97-122. — (4) De quo plura vid. *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 24 sqq. — (5) Cf. Br. KRUSCH, in *Neues Archiv* ..., t. XVIII, p. 594-95.

liber

AUCTORE A. P.

atque exemplaribus quibusdam, quae liberius emendata

A *liber I absque prologo et homilia. Contulit Carolus De Smedt collega.*

$4d^2$ = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 10873, saec. XV. Inest (fol. 54-68^v) liber I absque prologo, appendice (seu c. 31) et homilia (seu c. 32). Contuli.*

5a = *Treverensis Bibl. publicae 54 (prius CXVI, catal. n° 1384), olim Sancti Martini Treverensis, exaratus variis manibus saec. XI-XIII. Inest liber I manu saec. XI (fol. 59^r-62^v) et saec. XII (fol. 63-67^v) descriptus, praetermissis prologo, homilia et ultima parte Vitae inde a cap. 27 extr. Desinit enim :* eorum vincula resoluta sunt, praestante Domino... Amen. *In primis Vitae capitibus multa pro libitu suo emendare sategit librarius. Ipse contuli.*

Vita quae dicitur ab Echeberto presbytero conscripta,

5b = *Codex Parisiensis Bibl. Nat. lat. nouv. acq. 1836, olim sanctae Mariae Himmenrodensis, saec. XII/XIII. Exhibet (fol. 117-125^v) Vitam S. Willibrordi ab Echeberto quodam presbytero iussu Gerardi abbatis Epternacensis, huius nominis sive I (1100-1122), sive II (1155-1173), conscriptam.* B *Cum enim existimaret Gerardus Vitam S. Willibrordi, id est Alcvini libellum, " non satis honorabiliter esse dictatam " atque ab Echeberto postulasset ut is eandem " aliqua dictaminis immutatione renovaret ", consensit quidem Echebertus; postea autem, ubi Alcvini opus perlegerat atque in eo " simplicitatem stili satis tolerabilem esse " compererat, a proposito recessit. Ut tamen promissis quadamtenus staret, primo " sermonem novum ex integro scripsit "; in quo quamvis ipse sibi visus sit vitam et gesta sancti summatim perstrinxisse, ne verbum quidem ibi de Willibrordo fecit, sed solos locos communes est persecutus. Insuper prima capita veteris sermonis, Vitae dico alcvinianae, " quodammodo innovavit ", id est paucis sententiis contraxit, auctorque fuit Gerardo abbati ut, si ipsi placeret, reliqua capita Vitae antiquae " ut fuerunt, permanerent, ab eo " loco ubi scriptum est :* Quem divina mox gra- " tia... ", *id est ab altera sententia capitis 9 Alcvini. Quae omnia Echebertus in epistula quadam praevia apertis atque luculentis verbis exposuit, ut prorsus mirum videatur viro bono nuper furti crimen impactum esse* (1). *Echeberti consilium probavit* C *Gerardus abbas vel certe alius quispiam iussitque ut his quae ille conscripserat, id est prologo, sermoni novo et principio isti narrationis, quod in locum cap. 1-3 init. Vitae alcvinianae Echebertus substituerat, reliqua Alcvini narratio subnecteretur. Id aliquando factum esse ex hoc codice manifestum est. Alcvini autem textum a librario ex ipso codice 5a exscriptum esse luculenter ostendit Willelmus Levison* (2). *Vitam integram ex uno codice 5b edidit H. Omont v. cl.* (3); *cuius solum initium et praeterea pauca quaedam, quae conexionem codicis 5b cum codice 5a patefaciant, inter varias lectiones annotasse satis superque erit. Sermonem novum, utpote nullius momenti, vel ipse Omont neglexit satisque habuit primas et ultimas eiusdem sententias attulisse* (4). *Una forsan a nobis exscribenda esset Echeberti epistula ad Gerardum abbatem, nisi iam quater edita esset iis locis, ubi in omnium manus commode veniret* (5).

Multo liberius atque etiam licentius Alcvini verba emendarunt vel mutarunt librarii qui reliquos codices hic afferendos descripsere. Inter quos praecipui momenti est

6a = *Alentionensis Bibl. publicae 14, olim Sancti Ebrulfi Uticensis, saec. XI. Inest (fol. 12-23) uterque libellus, praetermissis tamen in Vita metrica capitibus XXVII-XXX et capitis XXXIV versibus 2-48. Etsi in libro I nonnumquam exemplar hoc ad codicem 1e accedit, saepe tamen suas exhibet emendationes seu lectiones varias. Eo usi sunt in libro II Mabillonius et Dümmlerus. Parisios missum in Bibliotheca Nationali contuli.*

Quantum ex traditis paucis lectionibus variis (cf. lib. I, c. $3^{16.17}$, c. 5^{58}) perspicere possumus, huic non absimilis erat codex saec. XIV

6a* = *cuius supersunt Dusseldorpiensia fragmenta duo a Ferdinando Deyckx in* Indice lectionum ... in Academia ... Monasteriensi a. 1856 habendarum (*cf.* BHL. *8935*) *allata et enarrata. Qui quidem, ut recte monuit Wattenbachius* (6), *cum textum ab editoribus traditum emendare niteretur, ipsius Alcvini censorem egit.* E

Cum codice 6a multo saepius conveniunt gemini codices

$6b^1$ = *Bruxellensis Bibl. Reg. 7641, olim Sanctae Mariae de Valcellis in dioecesi Cameracensi, saec. XIII. Inest (pag. 29-39) liber I absque homilia. Etsi librarius multa nitidissime correxit, prior scriptura, quae saepe ipsa genuina Alcvini verba referebat, ab attente inspiciente agnosci potest.*

$6b^2$ = *Duacensis Bibl. publicae 838, olim abbatiae Marchianensis, saec. XIII. Inest (fol. 40^r-43^v) liber I absque homilia.*

Quae exemplaria nonnullis in locis tum ab aliis, tum etiam a codice 6a plurimum recedunt, exhibentque quasi recensionem novam; inest in eisdem locus interpolatus de S. Vulframno (vid. cap. 9, var. lect. [17]*). Utrumque contuli.*

et mutata fuere,

Multo magis mutatum et singulari prorsus modo retractatum librum I exhibent duo codices qui recensendi supersunt :

7 = *Codex Londinensis Musei Britannici Arundelianus 91, saec. XII, fol. 213-216^r. Contulit Carolus De Smedt collega. Desunt prologus et homilia, atque cetera fere contracta sunt. Speciminis gratia totum cap. 4 exscribo :* Vicesimo F autem etatis sue anno, artioris vite succensus ardore, audiens in Hybernia scolasticam eruditionem vigere, audita etiam fama beatissimi Hecberti episcopi, cognomento sancti, necnon et venerabilis Wicberti, qui utrique ob celestis patrie amorem domo patria cognatione derelicta Hyberniam secesserunt, petita licentia ab abbate et fratribus, in Hyberniam veniens predictis se sociavit patribus. Cum quibus in magna religione et sacre lectionis studio multorum doctor futurus populorum duodecim conversatus est annis.

8 = *Codex Bruxellensis Bibl. Reg. 8059, olim Sancti Pauli in Traiecto, saec. XV, fol. 199^r-207^r. Desunt prologus, appendix (c. 31), homilia (c. 32). In ceteris Alcvini textus modo ad verbum exscriptus,*

(1) H. OMONT, *Un plagiat littéraire au XII^e siècle. La Vie de S. Willibrord, évêque d'Utrecht, par le prêtre Egbert*, in COMPTES RENDUS DE L'ACADÉMIE DES INSCRIPTIONS, 1903, p. 98-100. Statim contra diximus ipse (*Anal. Boll.*, t. XXII, p. 419-22) et Willelmus LEVISON v. cl. (*Neues Archiv* ..., t. XXIX, p. 255-61). — (2) L. c., p. 256-57. — (3) In *Notices et extraits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothèques*, t. XXXVIII, 1 (1903), p. 387-96. — (4) Ibid., p. 387. — (5) H. OMONT, in COMPTES-RENDUS ..., t. c., p. 98-99; ID., in *Notices et extraits*, t. c., p. 386-87; W. LEVISON, l. c., p. 260-61; Alb. PONCELET, *in Anal. Boll.*, t. c., p. 420. — (6) *Bibl. rer. germ.*, t. VI, p. 37-38.

modo

AUCTORE A. P.

modo aliis verbis iisque saepe pluribus est explicatus. Exemplo sint altera et tertia sententiae c. 1 : Nam huius seculi abrenuntians illecebris, habitu mutato, monachicam elegit conversationem ac non multo post, crescente in eo fervore vitae spiritalis, arciori studio solitarie se ipsum mancipavit vite in promunctoriis que mari oceano et Humbro flumine cinguntur. Ubi etiam tempore in quodam parvo oratorio in honore sancti Andree apostoli Christi nomini dedicato in ieiuniis et orationibus vigiliisque sed et omnibus quibus celeste regnum adipiscitur laboribus ita solertissime Deo serviebat, ut et miraculorum insigniis, cuius meriti apud eum locum teneret, ipse Dominus non pateretur hominibus celari. Unde cum nomen eius celebre divulgaretur ... *Totum perlegi, locos selectos contuli* (1).

conati sumus ut Alcvini verba

14. *Quibus exemplaribus diligenter collatis, ilico elucet in nullo Alcvini textum intactum nobis esse servatum, sed in omnibus librarios alios aliter et pro suo veluti quemque ingenio non solum, ut fieri solet, verba primi scriptoris oscitantia quadam depravassse, sed nimia etiam diligentia ea quae*
B *Alcvinus parum emendate scripserat, corrigere studuisse. A quibus vitiis minime immunis est pretiosus ille et antiquissimus codex* $1a^1$, *qui solus omnium ad Alcvini aetatem quadamtenus accedit; immo non pauca menda non Alcvini, sed librarii in eo reperiuntur, quae a ceteris codicibus absunt. Exemplo sint in libro I:*

prol. ^{55} *:* lucubratiunculas $1a^1$*;* lucubratiunculis *reliqui;*

ibid. ^{60} *:* percipientis... auctoritatem $1a^1$*;* precipientis a. *reliqui;*

c. 6^{36} *:* Dux vero contra relegionem suasit $1a^1$*;* D. v. c. religiose s. *reliqui;*

c. 9^{24} *:* omni ferae crudelior $1a^1$*;* o. fera c. *reliqui;*

c. 12^{19}*:* vel aliquibus ... munera accepisset $1a^1$*;* vel a quibus... m. a. *reliqui;*

c. 15^{26} *:* Sed die postera id est infelix $1a^1$*;* s. d. p. idem i. *reliqui.*

Aliis autem locis in codicibus melioris notae, (cuiusmodi sunt $1a^1a^2b$, $2a^1$, $3a$*) vel omnibus vel vix non omnibus, modo verba quaedam prorsus necessaria desunt, v. gr.*

in lib. c. 5^{49} *:* ripa *om.* $1a^1a^2$, $3a$ *(forsan ex*
C *haplographia :* ipsa [ipa] ripa);

c. 8^{12} *:* iussione *om.* $1a^1b$, $2a^1$, *dum reliqui codices lectiones quinque varias exhibent* (iussione, auctoritate, vigore, amminiculo, privilegio);

in lib. II, ind. capitum ^{14}*:* ostendebatur *ita 1b solus; om.* $1a^1a^2$, $6a$*;* ostensum est *1c;*

modo leguntur verba quae ab Alcvino scripta esse vel negaveris vel certe in dubium non immerito vocaveris; sic, ut locos difficiliores afferam,

lib. I, prol. $^{81-34}$ *:* Tamen vestris orationibus D
divina donante gratia (adiutus *add. 1b*) et sanctissimo patri (patre $2a^1$) Willibrordo servienti $1a^1a^2bch$, $3a$, $6a$*; in quo ablativo absoluto (id enim est illud* Willibrordo patri) *haeserunt librarii, ut corrigerent :* serviente $2a^1$*;* servientium *1b al. m.*, intercedente *1e et editores plerique,* suffragantibus $2d^1d^2e$*; Wattenbachius autem annotavit : " fortasse* serviendo, *sed ab antiquissimorum codicum lectione recedere nolui ". Nec male quidem; nam etsi mirum valde videri potest Alcvinum hoc loco verbum* servire *pro illo quod est* adiuvare *usurpasse, cavendum tamen in primis est ne nostras vel librariorum emendationes praepropere intrudamus. Ideoque*

lib. I, c. 32 (homilia) ^{95} *:* populos adhibuit feroces *malim cum* $1a^1a^2$, *1b m. pr.*, $2a^1a^2$, *2e Alcvino tribuere quam* adiit *(1c) vel* adivit *(reliqui) recipere a testibus multo minoribus traditum, cum facillime intellegatur quomodo hi* adivit *emendando scripserint, non ita cur illi, si* adivit *ab Alcvino scriptum esset,* adhibuit *pro eo posuissent. Contra*

eodem c. 32^{69} *:* Nec de meae petitionis fluctu et E
effectu, *quod habent* $1a^1$ *m. pr.*, $1a^2$, *1b m. pr.*, $2a^1$, *intolerabile est atque Alcvino ascribi non potest; ideoque cum 3a et recentioribus exemplaribus probabiliter legendum :* N. de m. p. fructu et e. *Item*

lib. II, c. 7^8 *:* scelestos *a recentioribus exemplaribus 1c, 6a accipiendum est, ubi antiquiores inepte proferunt* $1a^1$ *:* caelestes, $1a^2$ *:* celestes, *1b iam paulo melius :* scelestes.

Atque vel ex his, quae speciminis causa attulimus, iam intellegitur ad restituenda genuina Alcvini verba optimam rationem non eam esse, ut ubique aut etiam praecipue codicem $1a^1$ *sequamur, neque ut consentientibus codicibus antiquioribus semper confidamus, sed ut alios etiam testes pro re et pro tempore adire non neglegamus. Codicum tamen* $1a^1a^2b$ *magnum esse momentum vel notabili illo lemmate docemur, quod libro II seu Vitae metricae praefixum est :* Incipit liber secundus... opus egregium domni (sancti $1a^2$) Albini magistri nostri (*om. 1b*) optimi Caliopi; *quo ostenditur tres illos codices ex antiquissimo quodam exemplari pendere, quod ab Alcvini discipulis erat exaratum.*

et formulam scribendi

15. *In formula scribendi seu orthographia etsi codicis* $1a^1$, *utpote multo magis quam ceteri ad Alcvini aetatem attingentis, praecipua habenda est ratio, minime tamen hoc exemplar singulis in locis imitandum esse ostendunt plurima quae ab Alcvini ratione, prout eam ex epistularum ipsius codicibus multis saeculo IX et etiam VIII exaratis novimus* (2), *prorsus recedunt. Exemplo sint pauca ista :* cotidiae, praesbiter, quoquae, saedarent,

(1) Quosdam codices alios ultro, alios inviti negleximus, id est Admuntensem 225, saec. XII, de quo cf. *Archivum* Pertzii, t. VI, p. 173, et t. X, p. 635; Hagensem Bibl. Reg. L. 29, olim Sanctae Catharinae Mudensis, anni 1461, de quo *Anal. Boll.*, t. VI, p. 184 [137]; Namurcensem 15, saec. XIII, de quo *Anal. Boll.*, t. I, p. 499 [31] (inest liber I, non paucis omissis et contractis); Sancti Audomari 716, olim Sanctae Mariae de Claromarisco, saec. XIII, tomo VIII, fol. 66v-71v (inest liber I); atque varias epitomas, quas invenire est in codicibus Bernensi 598, saec. XII, fol. 88-88v; Bruxellensibus Bibl. Reg. 197, olim Rubeae Vallis, anni 1465, fol. 173v-174 (al. 171v-172), 3391-3399, olim monasterii Bethleem prope Lovanium, anni 1480, fol. 206v-208, et 11987, olim Rubeae Vallis, saec. XVI (cf. supra, p. 361, num. 6), fol. sign. olim cxxxvi-cxxxviiiv, nunc 98-100v (adest prologus integer); Leodiensi Bibl. Univ. 58, olim Sancti Trudonis, saec. XV, fol. 73-75v (cf. *Anal. Boll.*, t. V, p. 337 [24]); Vindobonensibus Bibl. Caesaris Austriaci 9363, olim Rubeae Vallis (est hoc Hagiologium Brabantinorum Iohannis Gielemans), anni circiter 1480, tomo II, fol. 19-23 (cf. ibid., t. XIV, p. 55 [7]), 9375a, olim Corsendoncano, saec. XV, fol. 157-159v (cf. ibid., p. 253 [47]) et 9397a, olim Rubeae Vallis (est hoc Sanctilogium Iohannis Gielemans), anni 1471, fol. 344-346 (cf. ibid., p. 41). Commemorandi sunt praeterea codices aliquot quod deperditos vel saltem nondum repertos dolemus, Compendiensis ille quo usus est Mabillonius et in quo idem locus interpolatus de S. Vulframno legebatur, quem in exemplaribus $6b^1b^2$ repperimus, atque quattuor alii quorum mentionem ex antiquis bibliothecarum catalogis eruit v. cl. M. MANITIUS (*Neues Archiv...*, t. XXXII, p. 661), Bambergensis, Constantiensis, Stabulensis et praesertim Laureacensis quidam in catalogo saeculi IX recensitus. — (2) Cf. *MG.*, Epist. t. IV, p. 1-481.

contullerunt,

A contullerunt, retullit, inclussione, missericordia, suassit, *alia huiusmodi.*

fideliter proponeremus.

16. *Porro ne imas pagellas inutili singularium lectionum recensione impleremus neve apparatum multitudine verborum inepte obscuraremus, hanc viam ineundam esse duximus, ut integram quidem varietatem in indicibus capitum et in libro II ex omnibus codicibus — paucis utique illis — traderemus; in ipso autem libro I varias lectiones omnes ex codicibus dumtaxat 1a¹ a² b c e, 2a¹, 3a, 4a, 5a, 6a (orthographica tamen fere ex solis 1a¹a²b, 2a¹, 3a), ex ceteris vero selectas lectiones, quantum satis utique esset sive ad textum constituendum, sive ad codicum indolem conexionemve luculenter manifestandam.*

Inter recentiores scriptores

17. *Post Alcvinum etsi quidam scriptores de S. Willibrordo obiter meminerunt* (1), *ut saec. VIII extr. S. Liudgerus in Vita S. Gregorii abbatis Traiectensis* (BHL. *3680*), *c. 10; anno 839-849 Altfridus episcopus in Vita eiusdem Liudgeri* (BHL. *4937*), *lib. I, c. 4, 5, 13, 22; saec. IX extremo auctor Vitae SS. Harlindis et Renulae, nemo* B *tamen data opera res a sancto episcopo gestas iterum narrare aggressus est* (2), *donec sub initio saeculi XII, cum refloruissent in Epternacensi abbatia studia litterarum, Thiofridus abbas* (*† 1100*), *vir suis temporibus egregie doctus* (3), *eruditionis et facundiae periculum in Vita S. Willibrordi fecit. Cum enim eam dicendi affectatam elegantiam et maxime probaret, et plene assecutus esset, quae tunc temporis apud Lotharingiae scriptores in laude et in usu erat, hominibus autem intellegentibus dudum nauseam fecit* (4), *Alcvini non tam mendis quam simpliciore stilo offensus est, et qui in sua praefatione* Alcwinum seu Albinum virum sui temporis eruditissimum et omnis doctrinae capacissimum *laudaverat, quod Vitam S. Willibrordi* expolivisset lepore urbanae eligantiae et condivisset sale augustioris scientiae, *postea* (*cap. 24*) *has laudes ita attenuavit ut iam diceret* virum urbanae elegantiae ... conatum esse inurbanum lepido seponere dicto et incompta comere, *quin et adderet* (*ibid.*): Sed, cum quandoque bonus dormitet Homerus, visus est (*Alcvinus*) codicellum suum, offensus longo labore

Thiofridus abbas Epternacensis, etsi Alcvini narrationem

et mora, perfectum decies non castigasse ad unguem et plurima praeterisse dignissimȧ tradi memoriae. *Quae sibi corrigenda assumpsit Thiofridus, dum Alcvini codicellum ea ratione castigavit ut ambitiosorum ornamentorum mole et inanium verborum pompa obrueret; res vero, quas plurimas addendas fuisse censuerat, reapse paucas addidit. Cum enim Alcvinum imitatus Vitas S. Willibrordi duas conscriberet* (5), *soluta alteram oratione anno, ut videtur, 1103 vel 1104, alteram ligata anno 1105* (6), *decessoris sui vestigiis in primis capitibus 1-28 fere inhaesit* (7), *utpote qui easdem res eodem ordine narraret, sed et ipsa verba Alcviniana non raro servaret, etsi ea fluctibus garrulitatis suae quasi immersa occultaret.*

Auctore A. P.

prosa et carmine plurimis verbis explicavit,

18. *Nihilo minus aliquot in locis quaedam inseruit quae apud Alcvinum non legerat; quae undenam Thiofridus acceperit, iam inquirendum est. Age vero, nemo mirabitur virum doctissimum ex aliis libris, quos plurimos legerat, non solum verba, sed et res quasdam in Vitam S. Willibrordi concinnandam transtulisse. Legerat, opinor, annotationem illam quam a Willibrordo in kalendario suo exaratam diximus; ex qua cap. 5 et 7 illas duas notas temporis, annos dico 690 et 695, desumpsisse videtur, quarum altera nusquam alibi, altera nonnisi aliter et quidem mendose tradita est. Legerat Bedam, quem bis laudat* (8) *et vadem affert* (*cap. 8 et 10*). *Antiquiorem Vitam S. Vulframni* (BHL. *8738*) *si ipse non legit, ex aliquo certe qui illam legerat, puta ex Sigeberto Gemblacensi* (9), *accepit quae cap. 11 extr. de Radbodi Fresonum ducis baptismate incepto, nec perfecto, refert. Chartas et diplomata, quibus donationes Epternacensi abbatiae factae consignatae erant, cum Vitae caput 12 conscriberet, vel ipse excussit, vel potius in illo antiquo codice traditionum collectas perlegit* (10), *quem Beornradus olim primo composuisse fertur* (11). *In extremo hoc capite 12 videtur tum ex Reginone, tum ex Pseudo-Fredegarii chronico continuato ea desumpsisse quae de Caroli Martelli bellis contra Fresones rettulit. Reginonem certe legerat, quem capite 22 in succincte percurrendis gestis Pippini et Caroli Magni ducem manifeste secutus est; cetera quae in eodem capite et alibi non*

adhibitis etiam aliis documentis, iisque superstitibus, E

C (1) Alcvini libro usi vel etiam abusi sunt, cum ex ipso quaedam in sua scripta alii iure, alii fraudulenter transferrent, scriptores aliqui, puta Altfridus in Vita S. Liudgeri (*BHL.* 4937), ubi *libellus de vita ipsius Willibrordi* (c. 4) nominatim allatus et non uno loco ad verbum exscriptus est; item, ut videtur, ille qui saec. IX ineunte Vitam S. Vulframni priorem (*BHL.* 8738) composuit (cf. W. LEVISON, in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* t. XXV, p. 605); Ruopertus monachus Mediolacensis in Vita S. Adalberti Egmondani (*BHL.* 33), c. 3, ubi *liber gestorum eius* (*Willibrordi*) etiam laudatus est; anonymus scriptor Vitae S. Condedi (*BHL.* 1907), qui in Fontanellensem illum monachum multa audacter transtulit quae de Willibrordo dixerat Alcvinus (cf. W. LEVISON, l. c., p. 599), tum etiam Adamus Bremensis (cf. *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde,* t. VI, 1831, p. 791) atque alii recentiores, quos recensere non vacat. — (2) Historiam S. Willibrordi se litteris mandasse testatur Marcellinus presbyter, in Vita S. Swiberti quam S. Gregorio Traiectensi († cca. 775) inscripsit (SURIUS, ed. 1618, t. III, p. 6, c. VI); verum personatum illum Marcellinum saeculo XV vixisse et spurium istud opus finxisse nemo nescit. Vitam S. Willibrordi et ligata et soluta oratione a Marcwardo Epternacensi scholastico saec. X conscriptam esse testis unus est Trithemius (cf. *Histoire littéraire de la France,* t. VI, p. 272-73), id est testis nullus. — (3) De vita et scriptis Thiofridi vid. quae collegerunt L. WEILAND, in *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 12 sqq.; K. ROSSBERG, in praefatione ad Vitam Willibrordi metricam (Lipsiae, 1883), p. IV sqq.; N. VAN WERVEKE, in praefatione ad duos Thiofridi sermones (cf. *BHL.* 8897, 8942). — (4) Cf. Iohannes ROBERTI, *D. Thiofridi... Flores epitaphii sanctorum* (1619), fol. sign. ****3ʳᵒ; MABILLON, *Annales O. S. B.*, lib. 71, § 23 (t. V, p. 498); I. PERIERUS, in *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 161, num. 11 sqq.; L. WEILAND, l. c., p. 15. — (5) Ut vero Alcvinus homiliam de S. Willibrordo scripserat (*BHL.* 8937), ita Thiofridus sermones duos, de S. Willibrordo et de patre eius S. Wilgislo, edidit (*BHL.* 8942, 8897); quos recensuisse satis erit. — (6) Recte monuit ROSSBERG, l. c., p. VIII, *Flores epitaphii sanctorum* a Thiofrido post annum 1102 Brunoni archiepiscopo Treverensi esse dedicatos; post hoc opus scriptam esse Vitam S. Willibrordi prosam; post illam Vitam metricam, quam se anno 1105 condidisse ipse Thiofridus testatur, lib. II, v. 675. — (7) Capite 28 narrata sunt ea quae in Alcvini appendice seu capite ultimo (id est 31) leguntur. Post quae pergit Thiofridus cap. 29-36 multa referre, quae apud Alcvinum prorsus desunt; ex quibus alia, quae vivente S. Willibrordo gesta feruntur, partim (cap. 29) ex Vita S. Willehadi (*BHL.* 8898), partim (cap. 30) ex Vita S. Amelbergae virginis paulo ante tempore edita (*BHL.* 323) hausta sunt; cetera vero, quae post mortem S. Willibrordi et quidem vix non omnia (cap. 32-36) saec. XI acciderant, aut ipse praesens vidit et egit Thiofridus, aut in monasterio scriptis vel ore tradita accepit. — (8) Vid. etiam Thiofridi sermo in natali S. Willibrordi, c. 10 extr. — (9) Vitae Vulframni caput IX exscripsit Sigebertus in Chronica ad an. 718 (*MG.*, Scr. t. VI, p. 330); Sigebertum vero is qui priorem partem *Annalium Xantensium* composuit (*MG.*, Scr. t. II, p. 221, ad an. 718). — (10) Ita WEILAND, *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 13. — (11) Cf. WEILAND, l. c., p. 11. F

malus

AUCTORE A. P.

malus historicus proposuit noster, partim ex annalibus seu chronicis quibusdam, partim — in rebus quae recentiore tempore acciderant — ex his quae ab aequalibus audiverat vel quae ipse viderat, sunt enarrata. Legerat Vitam S. Bonifatii a Willibaldo conscriptam, qua feliciter usus est cap. 23, ut de societate laborum quae Bonifatium inter et Willibrordum exstiterat, ea suppleret quae ab Alcvino erant praetermissa.

nihil de ipso Willibrordo praeter fabulas populares tradidit,

19. *Restant loci quattuor, quibus cum res referantur quas neque Alcvinus tradidit, neque apud alios scriptores narratas invenire contigit, coniciat aliquis in his Thiofridum Vitam illam secutum esse a Scotto nescio quo ante Alcvini tempora conscriptam, de qua et ipse meminit (cap. 24), et nos supra sermonem fecimus. Atque reapse opinatus est L. Weiland* (1), *id quod tradit Thiofridus, Willibrordum, cum ex Anglia in terram continentem vela faceret, ad portum Gravalingae primum applicuisse, illud ex Scotti iam dicti scriptis esse desumptum. Iam vero hoc ut credam, adduci minime possum. Congruit siquidem Thiofridus cum* B *Alcvino, ut narret Willibrordum navi conscensa Angliam reliquisse, navi ad ostia Rheni fluminis applicuisse* (2); *verum in media narratione, inter profectionem dico ex Anglia et adventum in Fresiam, inseruit Thiofridus locum quendam, in quo non solum Gravalingam nominavit, sed et de adventu Willibrordi in hunc portum fabulam protulit, quam unde acceperit, ipse scriptor satis manifeste prodidit:* Delatus vero est, *inquit* (3), primum in portum Gravalingae, villae maritimae, ubi usque in praesens tempus ingenti veneratione iuxta altaris crepidinem honoratur saxum formae quadrangulae, quo potius quam navi, ut nati natorum et qui nascuntur ab illis solent astruere, ob nauli penuriam a nauclero non admissus in hybernensi littore novo et inaudito creditur subvectus esse navigii genere... *Non ergo haec a Scotto illo suo didicit, verum, ipso teste, fama populari referente accepit, cuius proprium est reliquias seu monumenta prioris aevi, qualis erat lapis ille quadrangulus* (4), *ubi rite explicari nequeunt, miris commentis et inanibus fabulis illustrare.*

neque Vita antiquiore usus est

20. *Idem omnino animadvertere est in altero loco, in quo novum quoddam enarravit Thiofridus. Illas enim arenae moles, quae prope litus maris ad formam collium ventorum vi congeri solent, a Willibrordo in Walichro insula miraculo congestas esse comminiscitur* (5) : Vir enim, virtutum omnium speculum, per itineris sui baculum iuxta commune tocius provinciae testimonium in continenti traxit sulcum, ut sibi visum est, sufficientem et congruum, ac illum in Iesu nomine ... posuit mari metam et terminum. Excrevit e vestigio congesta moles harenae instar muri firmissimi; quam congestionem lingua sua dunon appellant indigenae maritimi, et illic usque in presens eliduntur et confringuntur fluctus periculosissimi ... *Iterum ergo ea quae Alcvini dictis superaddit Thiofridus, non ex documento scripto, sed ex vulgari fama hausta sunt, et quidem ut explicaretur res quae illius tempore mole sua in oculis incolarum versabatur.*

quam ab aliquo Scotto conscriptam esse,

21. *Neque aliter acceperim tertium locum, in quo etsi de populari fama non iam sermo est, non secus tamen atque in duobus prioribus hoc agitur, ut reddatur ratio cuiusdam rei quae mira videbatur. Postquam enim rettulit* (6), *id quod ceteroqui habet etiam Alcvinus* (7), *Willibrordum, cum in insula Walichro — villam Walichrum vocat Alcvinus — idolum quoddam confregisset, ab idololatra fani custode gladio esse percussum et in capite letali ictu vulneratum, sic iam pergit:* Testis est usque hodie sanguis eiusdem in basilica, quae Westcapella appellatur, fusus et conspersus in altaris crepidine... *et paulo post de punita, ut putabant, eiusdem custodis progenie :* universam posteritatem suam sceleris sui cauterio notabilem reddidit. Nam quaecumque ex viciata radice usque in hodiernum diem stirps est edita, sive masculus sive femina, aliquo semper membro aut breviori aut longiori vel morbo turpi deturpata, divinae ultionis in se ostendit vestigia. *Quas res — maculas dico altari inspersas, incolarum infirmitates atque arenae moles, de quibus supra, — etsi popularem famam secutus non sapienter interpretatus est Thiofridus, ipsas tamen* E *suis oculis inspicere ac de iis verum testimonium dicere potuit, utpote quem sciamus aliquando Walichrum insulam adiisse* (8).

ipso Thiofrido duce, quidam sunt commenti.

22. *Restat porro unus locus seu potius particula quaedam minima, quam e documento scripto — puta ex Vita a Scotto composita — a Thiofrido haustam esse coniecerunt* (9). *Narraverat siquidem Alcvinus* (10) *Willibrordum cum sociis in insulam Fositesland (= Helgoland) pervenisse,* qui locus a paganis in tanta veneratione habebatur, ut nihil in ea vel animalium ibi pascentium vel aliarum quarumlibet rerum quisquam gentilium tangere audebat, nec etiam a fonte, qui ibi ebulliebat, aquam haurire nisi tacens praesumebat; *Willibrordum porro et hanc silentii legem praetergressum esse, et animalia ibi pascentia in cibaria sibi suisque mactasse; iratum regem Radbodum sortes in sanctum eiusque socios misisse, neminem vero perisse, nisi* unus tantum ex sociis sorte monstratus et martyrio coronatus est. *Atque haec quidem omnia habet Thiofridus* (11); *superaddidit autem duo, quae inter se cohaerent: vetitum etiam esse lege huius populi ne quis* de argento et aere in urceolum hauriendae aquae deputatum sacrilego F ritu iniecto auderet quicquam temerario ausu subripere; *illum autem socium Willibrordi, de quo Alcvinus,* eo quod inconsulcius de hauritorio sacrilegae lymphae presumpsit aes immolaticium, sortilego ritu proditum esse et diiudicatum. *Quae duo si quis a Scotto tradita esse sibi probaverit, mirabor nihilo minus ob leve facinus poenas luisse illum miserum, ceteros multo gravioribus admissis nihil passos esse. Equidem potius crediderim quae superaddidit Thiofridus, ideo addidisse, quia cum apud Alcvinum legisset unum ex sociis sorte* monstratum, *id est designatum esse, explicare voluerit non* quem, *sed* quid *in illo sortes monstravissent. Omnibus igitur examinatis et perpensis* (12), *vix probabile videtur, eam, quam cap. 24 affert Thiofridus, Vitam S. Willibrordi a Scotto quodam compositam, reapse umquam exstitisse.*

(1) Ibid., p. 13, annot. 25. — (2) ALCVINUS, c. 5 : *navem conscendit ... Igitur viro Dei cum sociis, sicut praediximus, naviganti, donec prospero cursu ostia Hreni fluminis vela deposuit ...;* THIOFRIDUS, c. 5 : *navim conscendit ... et tranquilla navigatione applicuit in ostiis Reni fluminis...* — (3) THIOFRIDUS, c. 5 med. — (4) Minime insolitum est in Vitis sanctorum, praesertim britannorum vel hibernorum, ut narretur sive sanctos ipsos sive res ab eis missas lapidibus pro navibus maria vel flumina traiecisse. — (5) C. 13 extr. — (6) C. 13 med. — (7) Vita prosa, c. 14. — (8) THIOFRIDUS, Vita, c. 36. — (9) I. SCHMITZ, *Vita S. Willibrordi a Thiofrido ... conscripta*, p. 77, annot. 84. — (10) C. 10, 11. — (11) Cap. 11. — (12) Vix huc pertinent atque facilius etiam explicantur quae Thiofridus c. 28 extr. rettulit.

Thiofridi libros duos

Auctore A. P.

23. *Thiofridi opus, etsi longum satis atque non multum utile, in his* Actis *vix omittere poteramus; ideo illud infra proferemus, collatis qui supersunt codicibus antiquis*

G — *Gothano bibliothecae ducalis I. 70, olim Epternacensi, qui est membraneus, foliorum 149 (0m,280 × 188), exaratus una manu saec. XII in., non quidem, ut Weilando visum est* (1), *ab ipso Thiofrido inter annos 1102-1106, sed Thiofrido iubente a quodam ex ipsius monachis intra annos 1105 et 1110* (2). *Sollicita cura et scriptum et ornatum est volumen : ubique rubricarum loco aurum adhibitum est, initium singulorum librorum nitide eleganterque auro argento coloribus depictum; praeterea insunt imagines: 1° (fol. 1v) Thiofridi abbatis veste nigra induti ingentemque librum in manibus gerentis, cui inscripta sunt :*

Thifrid verna tuus, Wilb(rord), hoc addico munus.
Pauperis ingeni tibi prome volumen honori.
Si quid desipui, veniam da; te, tua scripsi.
In libro vitae me, laus mea, spes mea, scribe.

2° (fol. 2) imago S. Willibrordi, qui sedet in sella
B *aurea tapete rubro contecta, capite nudo, indutus alba, tunica flava, stola argentea, planeta viridi, pallio pontificali; dexteram ad benedicendum elevat, sinistra librum tenet; 3° (fol. 98v) imago altera Thiofridi; 4° et 5° (fol. 99, 100) aliae.*

Alteram voluminis partem (fol. 99v-149) implet Thiofridi Liber florum epitaphii sanctorum; *priorem vero Vita S. Willibrordi ab eodem prosa oratione (fol. 2v-45v) et ligato sermone (fol. 57-94v) conscripta, subiunctis utrique sermonibus, altero* in natali S. Willibrordi *(fol. 45v-56v), altero* in natali S. Wilgisli *(fol. 94v-98).*

T — *Treverensi bibliothecae publicae nunc nullo numero distincto atque intra scrinium vitreum ante oculos omnium proposito, olim signato LXXXIV (catal. n° 1378). Constat volumen duobus codicibus, quorum prior (fol. 1-130) saeculo XII exaratus eadem continet quae codex Gothanus, eosdem dico libellos etsi non ita splendide exaratos (f. 1v-39v Vitam prosam, fol. 49-82v Vitam metricam, fol. 40-49 et 82v-86 ambos sermones, et fol. 86v-130* Flores epitaphii sanctorum), *easdem etiam imagines, illas tamen manu rudiore depictas, ut minime dubium esse possit quin hic ex illo sit exscriptus.*

iterum edemus.

Vitam prosam (3), *cuius fragmenta quaedam alii pridem protulerant, integram ex codice Gothano, cuius apographum v. cl. N. Van Werveke confecerat, anno 1898 typis mandavit I. Schmitz (cf.* BHL. *8940); qui in perquirendis et indicandis antiquorum scriptorum locis, quos abunde compilavit vir eruditissimus Thiofridus, operam utilem posuit; in commentario autem, quem editioni subiunxit, nimius fuisse videtur ac multa protulisse solis tironibus utilia. Vitam metricam ex solo codice Treverensi anno 1881 edidit R. Decker; ex Gothano autem anno 1883 Konradus Rossberg (cf.* BHL. *8941), annotatis variis lectionibus exemplaris Treverensis, quas non ex ipso codice, sed ex editione Deckeri desumpsit. Suspicatus tamen erat* (4) *in editione Deckeriana non pauca typothetarum vel ipsius editoris errore perperam esse exhibita; neque immerito erat suspicatus, nam pleraeque lectiones variantes, quas ascripsit, istius editionis, non codicis esse, iterum collato codice Treverensi, perspeximus. Aliquando etiam, etsi multo rarius, peccavit qui codicem Gothanum Rossbergio exscripsit — ipsi enim editori illum manibus versare non contigit. — Quae postquam, inspecto codice Bruxellas perhumaniter misso, animadvertimus, e re visum est ut ad tollendum postea omne dubium in imis pagellis sedulo annotaremus (hoc fere modo :* Ita etiam G, Ita etiam T) *verba utriusque codicis quae antea male lecta vel certe male exhibita fuerant. Ceterum* E *optime de Thiofrido meritus est Rossberg, cum non solum carmina nonnullis in locis emendavit, — librarius siquidem, quamvis mandato et auspiciis Thiofridi scriberet, non semel lapsus est, — totam Vitam optimo commentario illustravit, locos antiquorum scriptorum, quos Thiofridus imitatus est, sedulo collegit et annotavit, sed etiam in prolegomenis* (5) *de fontibus ex quibus Thiofridus hausit, de eiusdem genere dicendi, antiquitatis studiis, re metrica, docte et luculenter verba fecit. In uno neque laudandus, neque imitandus videtur, quod consulto* (6) *non eam scribendi rationem iniit, quam in codice invenerat, neque etiam usitatam illam medio aevo orthographiam adhibuit, sed eam ad illas normas revocavit quae apud veteres valuerunt. Quod, ut philologo condonandum est, historico facere non licet, atque eo magis in Vita tum prosa, tum metrica, codicem Gothanum vix non ubique fideliter nobis exprimendum duximus, quo propius ad Thiofridi aetatem accedit atque sub ipsius veluti oculis est exaratus.*

In intellegendis documentis,

24. *Atque haec sunt quae de S. Willibrordi gestis habemus monumenta, pauciora quidem et in referendis rebus memoria dignis parciora, quam quod optamus, ea tamen ex quibus de vita et indole sancti viri quadamtenus fiamus certiores* (7). *Si enim Thiofridum neglegimus, qui de ipso Willibrordo nihil fide dignum tradidit quod apud antiquiores non legatur, ceteris fidem generatim*

(1) L. c., p. 19. — (2) Ita optime Rossberg, l. c., p. viii. — (3) Versionem germanicam Vitae prosae nuper confecit anonymus, quam in lucem dedit in *Ons Hémecht*, t. V (Luxemburg, 1899), pp. 93-112, 148-54, 196-203, 244-52, 292-96, 341-48, 443-51, 482-93; t. VI (1900), pp. 6-16, 50-62. — (4) P. xii-xiii. — (5) P. xv-xxiii. Deckerianam editionem idem acri atque aequa censura castigavit, tum ibi, p. xiii-xiv, tum antea in *Philologische Rundschau*, 1882, p. 1112-19. — (6) Vid. quae multis disseruit l. c., p. xxv-xxvi. — (7) Omitto utique breves Vitas *BHL.* 8944 et 8945, quae sunt merae epitomae libri ab Alcvino conscripti. Et Vitae quidem *BHL.* 8944 scriptor exemplar Alcvini habebat interpolatum, in quo, sicuti in codicibus 6b1b2 et in Compendiensi, sermo erat de S. Vulframno; addidit vero in fine narrationes desumptas ex Vincentio Bellovacensi, *Spec. hist.*, XXIII, 145, 154, 149. Qui autem alteram epitomen confecit, unum protulit quod apud Alcvinum non legerat, id est nomen, alias cunctis ignotum, matris S. Willibrordi. Incipit enim: *In Britannia quedam mulier, nomine Oronia, peperit filium.* Immo vero id apud Alcvinum legerat, sed perperam intellexerat. Alcvinus enim somnium narraturus quod mulier illa viderat, haec profert: *Igitur uxor eius, mater scilicet beati Willibrordi patris,... caeleste in somnis vidit oroma!* Omittimus etiam Iohannem de Beka et Wilhelmum Hedam, illum non antiquum, hunc modernum, qui vix quicquam proferunt quod in monumentis, quae adhuc supersunt, a nobis non legatur, nisi quod nomina eorum, qui cum S. Willibrordo ex Anglia in Fresiam anno 690 venerunt, coniecturis nescio quibus assecuti sunt, pauca vera vel saltem veri similia (cf. annot. ad c. 5 Vitae I), alia incerta, alia prorsus falsa. Beka siquidem novem nominat (*Ioannes de Beka ... et Wilhelmus Heda ... de episcopis Ultraiectinis*, ed. Arn. Buchelius, Ultraiecti, 1643, I, p. 8) : S. Adelbertum Egmundanum, SS. Ewaldos duos, S. Livinum, S. Marcellinum, S. Swibertum, S. Werenfridum, S. Willibaldum episcopum Eichstetensem et eius fratrem S. Wynnebaldum; Heda autem (ibid., II, p. 25) undecim, eosdem quos Pseudo-Marcellinus in Vita S. Swiberti recensuerat (Surius, ed. an. 1618, t. III, p. 6, c. vi) novem dico illos qui apud Beka leguntur (ita tamen ut pro Livino positus sit Lebuinus) et praeterea Accam episcopum Hagustaldensem et Wigbertum quendam.

tribuendam

AUCTORE A. P.

quae supersunt non multa, sed fide digna,

tribuendam esse inter omnes iam constat. Consentiunt siquidem nunc viri docti simpliciter accipienda esse quae tum Beda, tum Alcvinus narrant, neque excogitanda esse seu suspicanda in scriptoribus quidem illis subdola consilia et assentationes minime laudandas, in Willibrordo autem et iis qui cum ipso egerunt nescio quae abstrusa et recondita molimina, seu insidias et mutuas pugnas. Fuit quidem tempus, ut viri legum artis criticae prorsus obliti, dum phantasiae frena laxarent, de his quae saeculo VIII in ecclesia francica acta sunt non tam id quod documenta scripta docerent, quam quae ipsi, etiam aperte contradicentibus documentis, licenter excogitassent, nescio an magis audacter quam imprudenter venditarent. Verumtamen ne horum somniis excutiendis oleum operamque perdamus, eo magis movemur, quod a sapientioribus quibusque dudum impugnata (1), *hodie vero iure ac merito prorsus negleguntur. Satis quippe erit unum annotare, ex quo iam luculenter apparebit quantum a recto tramite aberraverint huiusmodi scriptores. De Willibrordo enim*
B *ea demum sibi finxerunt, quae non solum cum veterum scriptorum testimonio, sed inter se quam maxime fieri potest repugnant, dum unus Willibrordum facit Romanae ecclesiae addictissimum, Pippinum vero monachis Scottis et clericis illis impense faventem, qui eidem ecclesiae Romanae infesti erant* (2), *alterum vero si audias* (3), *Willibrordus non solum de Scottorum istorum societate, sed et ipse unus ex Culdeis seu presbyteris dictis Celi-de fuerit, Pippinus contra cum suis Scottorum et doctrinae et consiliis adversatus sit. Porro ut haec sua commenta cum factis historicis, de quibus dubitare vel ipsi nequeunt, quadamtenus concilient, coguntur scriptores illi sive Pippinum, sive Willibrordum turpis simulationis nomine notare, utrumque iniuria.*

vitandae leves suspiciones et vanae argutiae.

25. *Missis igitur vanis argutiis, rerum gestarum series aperta et simplex est, ut nullo negotio intellegatur* (4). *Cum enim Willibrordus, ut a puero erat Romanae ecclesiae perquam addictus, nisi probante et potestatem faciente Romano pontifice Fresonibus ad fidem christianam adducendis operam navare nollet, ita etiam facile perspexit vir sapiens se tunc dumtaxat rem feliciter gesturum,*
C *si principum Francorum ope et protectione muniretur. Postquam enim partem Fresiae bello occupaverant Franci, nulla iam spes supererat ut Fresones liberi religionis christianae nuntios benigne exciperent eisque aures praeberent, utpote quos suspicarentur habere cum Francis non religionis solum, sed et consiliorum communionem; apud ceteros autem Fresones, eos dico qui iam Francis subditi erant, plurimum iuvatura erat Willibrordi conatus principum auctoritas et commendatio. Sed et Francorum principum intererat ut recens subacti barbari christianis institutis excolerentur, sicque fiebat ut, quo artius cohaerebant et ecclesiae et rei publicae utilitates, eo facilius inter se convenirent Pippinus et Willibrordus.*

26. *Quoniam vero qui post hunc commentarium edendi sunt libelli, etsi non diffidenter legendi sunt, multa tamen aut tacent aut non satis luculenter* D
exponunt, ad illos tum explicandos, tum supplendos e re videtur seriem vitae et gestorum S. Willibrordi paucis enucleare atque notas temporis, quas Alcvinus fere neglexit, definire.

§ II. Summa rerum a S. Willibrordo gestarum.

Willibrordus anno 658 natus,

27. *Anno 657 vel 658 natus videtur Willibrordus, utpote qui anno 690 in Franciam venerit* (5), *cum ageret annum aetatis tricesimum tertium* (6); *et quidem probabilius anno 658. Obiit enim die 6 vel 7 novembris, compleveratque, si Alcvino fides est, annos 80 et menses 12 seu annos omnino 81* (7): *ex quo habemus ipsum circa initium mensis novembris natum esse. Ne ergo statuamus extremo dumtaxat anno 690, hiemali tempore, Willibrordum cum suis mare transisse, oportet id verno vel aestivo tempore eiusdem anni factum esse coniciamus. Unde infertur annum 658, non vero 657, Willibrordo fuisse natalem.*

exactis in Hripensi monasterio primis annis,

28. *Mox traditus est infantulus fratribus monasterii Hripensis* (8) *religiosis studiis et sacris litteris erudiendus; quod monasterium, dimissis iis,* qui Scottos sequebantur, *haud ita pridem, — id est paulo ante annum 664 — S. Wilfrido tradiderat rex Alchfridus* (9). *Cum insuper circa haec tempora non in solo monasterio Hripensi, sed et in reliqua Northumbria a Scottorum traditionibus et societate recessissent viri ecclesiastici et Romanae ecclesiae artius semper adhaererent, nullo negotio intellegitur Willibrordum a Wilfrido illo Romanae ecclesiae propugnatore et ceteris eiusdem sententiae viris a puero edoctum, quae postmodum aggressus est opera nisi* cum licentia et benedictione *episcopi Romani aggredi noluisse.*

anno 678 in Hiberniam migrat,

29. *Anno 678, cum ageret annum aetatis suae vicesimum* (10), *e Hripensi monasterio, cuius non iam solum alumnus, sed et monachus factus erat, in Hiberniam ad S. Ecgbertum se contulit Willibrordus,* quia, *ait Alcvinus,* in Hibernia scolasticam eruditionem viguisse audivit, etiam et quorundam sanctorum virorum, fama narrante, conversatione incitatus(11). *Sed neque improbabile videtur*(12) *ideo tunc Willibrordum a Northumbria recessisse, quod ipso anno 678 S. Wilfridus Eboraco* F
sui episcopatus sede pulsus erat (13).

inde anno 690 in Fresiam:

30. *Postquam igitur annos duodecim in Hibernia degerat*(14) *et Ecgberti familiari conversatione erat usus,*

anno 690 (15) *in Fresiam, ad quam Ecgbertus adire olim voluerat nec potuerat, ab ipso Ecgberto cum sociis undecim missus est Willibrordus. Quo postquam per ostia Rheni pervenit et Traiectum appulit, ibi non constitit, cum castellum illud in potestate Radbodi regis tunc esset, qui eo tempore graves cum Francis et ideo cum christianis agebat inimicitias. Relicta porro ea parte Fresiae quae Radbodo parebat, ad Pippinum maiorem domus se contulit vir sanctus ut, eo favente, eos Fresones qui iam Francis erant subditi ad Christi fidem*

in qua, favente Pippino

(1) V. gr. a J. FRIEDRICH, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II (1869), p. 144-45. — (2) Vid. v. gr. P. P. M. ALBERDINGK THIJM, *H. Willibrordus* (Amsterdam, 1861), pp. 40-46, 117 etc., et idem in eodem opere germanice verso, *Der heilige Willibrord* (Münster, 1863), pp. 27-29, 82 etc. — (3) V. gr. J. H. A. EBRARD, *Die iroschottische Missionskirche des 6., 7. und 8. Jahrhunderts* (Gütersloh, 1873), p. 378 sqq. — (4) Tantum non omnia nuper adeo luculenter et sapienter exposuit v. cl. Albertus HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I², p. 431-47, ut vix aliquid addendum vel mutandum videatur. — (5) Ipso teste, cf. supra, num. 4. — (6) ALCVINUS, Vita prosa, c. 5. — (7) ID., Vita metrica, c. 24. — (8) ID., Vita prosa, c. 3. — (9) BEDA, *Hist. eccl.*, III, 25. — (10) ALCVINUS, Vita prosa, c. 4. — (11) Ibid. — (12) Cf. HAUCK, op. c., t. I², p. 435. — (13) BEDA, *Hist. eccl.*, IV, 12. — (14) ALCVINUS, c. 4. — (15) Cf. annotationem Willibrordi, supra, num. 4.

converteret.

et permittente Sergio papa, quem etiam adierat,

converteret. Mox *autem* ut conperiit datam sibi a principe licentiam praedicandi, acceleravit venire Romam, cuius sedi apostolicae tunc Sergius papa praeerat, ut cum eius licentia et benedictione desideratum evangelizandi gentibus opus iniret (1). *Quod iter etsi* primis temporibus adventus eorum in Fresiam *factum esse docet Beda, definiri nequit num ipso anno 690 illud instituerit Willibrordus. Certe longam moram non interposuit, utpote cui in animo esset Romani pontificis non solum benedictionem, sed et licentiam postulare* (2), *antequam opus evangelicum aggrederetur. Quibus impetratis, acceptis etiam reliquiis sanctorum, quibus ecclesias in Fresia mox condendas et dedicandas ditaret,* ad praedicandum rediit.

ad praedicandum se accingit.

S. Suidbercto,

31. *Anno 692 exeunte vel ineunte 693* (3), *petentibus fratribus qui erant in Fresia verbi ministerio mancipati, Suidberctum virum sanctum ab ipsis electum antistitem ordinavit S. Wilfridus, qui tunc sede pulsus in Merciorum regionibus exsulabat. Suidberctus autem, accepto episcopatu, de Britannia regressus, non multo post ad gentem Boructuariorum secessit. Iam vero in his, quae Beda narrante* B *didicimus, interpretandis in partes diversissimas iverunt viri docti.*

qui anno 692/693

32. *Et primo quidem absente Willibrordo, dum iter Romanum ageret, electum esse Suidberctum multi censuerunt. Verum electionem post reditum Willibrordi atque ipso praesente peractam esse satis aperte innuit Beda. Res autem tota haud difficilis intellectu est. Postquam enim, reverso Willibrordo, ad opus se naviter accinxerant fidei praecones, brevi tempore apud Fresones ita profecisse videntur, ut necesse haberent eos in corpus quoddam, prout in Ecclesia fieri solebat, constituere. Ut autem hanc fidelium teneram florentemque societatem alicui dioecesi vicinae aggregarent, vix eis in mentem venire poterat, quippe qui res ecclesiasticas in regno Francorum aegrotas ac prope desperatas viderent, quas tandem post aliquot decennia restituturus atque instauraturus erat S. Bonifatius episcopus Moguntinus. Mirandum porro nemini est Anglosaxones illos et aliquem de sua societate episcopum elegisse et eundem in Angliam misisse, ut ab episcopo anglo sacrum ordinem reciperet.*

Fresonum episcopus ordinatus erat,

33. *Mirari autem subit Suidberctum electum esse, non Willibrordum, cui tamen non solum scriptor Vitae Willibrordi Alcvinus, — quod per se intellegitur, — sed et ipse Beda primas partes in opere praedicationis manifeste tribuit. Cur nihilo minus Suidberctus electus sit, alii alias causas excogitarunt. Fuerunt qui censerent absentem tum fuisse Willibrordum; verum illum ex itinere Romano iam reducem fuisse monuimus. Alii id a Pippino, qui Willibrordo infensus esset, occultis artibus procuratum esse commenti sunt; quod nullo prorsus documento probari potest, refellitur vero vel hoc solo quod Willibrordo et antea et post favit Pippinus. Alii suspicati sunt nescio quas discordias Willibrordum inter et socios esse exortas; quod ut fieri sane potuit, tacentibus tamen hac de re monumentis antiquis, tum demum ex hac electione colligendum erit, si nulla aptiore via res explicari potest. Atqui praesto est ratio et simplicior et veri similior, ut statuamus ideo praelatum esse Suidberctum, virum utique sanctum et strenuum, quod aetate longe maior esset; certe viginti sex annis ante Willibrordum († 739) vita functus est Suidberctus († 713).*

AUCTORE A. P.

a Fresia atque a regno Francorum recedente,

34. *Multo autem magis mirandum est quod Suidberctus non multo post quam episcopus ordinatus erat, non solum Fresiam, sed et ipsum regnum Francorum deseruit et ad gentem Boructuariorum secessit. Verum si quis animadverterit paulo post in ordinandis rebus ecclesiae Fresonum partes quasdam praecipuas egisse Pippinum, coniciet forsan cum Hauckio v. cl. electionem factam esse inconsulto principe atque ob causam nescio quam Pippino non placuisse quod Suidberctus electus esset. Certe intellexisse videtur Willibrordus cum sociis, ut ecclesiastica negotia in regno Francorum apte utiliterque componerentur, oportere ea cum consilio et adiutorio principum componi; a qua agendi norma numquam postea recessisse videntur.* E

Romam iterum anno 695 a Pippino mittitur Willibrordus,

35. *Mox autem ostendit Pippinus quantum Willibrordo coeptisque ipsius faveret. Postquam enim, bello iterum exorto* (4), *iterum devictus erat Radbodus et cum Francis pacem pepigerat, nihil iam obstabat, quominus etiam inter Fresones a potestate Francorum liberos evangelium annuntiaretur, tempusque videbatur adesse ut ordinando stabiliendoque in Fresia regimini ecclesiastico provideretur.* Misit *ergo* Pippin, favente omnium consensu, virum venerabilem Vilbrordum Romam, cuius adhuc pontificatum Sergius habebat, postulans ut eidem Fresonum genti archiepiscopus ordinaretur (5). *Qua petitione manifeste intendebat princeps non solum novam dioecesim, sed novam provinciam ecclesiasticam constituere, quae a Francorum ecclesia distincta esset et sub archiepiscopo totam Fresiam complecteretur* (6). Quod ita, ut *Pippinus* petierat, impletum est (7), *non quidem die 22 novembris anni 696, quem tradit Beda, sed die 21 novembris anni 695* (8). *Annum docet testis omni exceptione maior ipse Willibrordus in annotatione superius allata; in die autem assignando potius credendum censemus monacho Epternacensi qui saec. VIII in margine kalendarii Epternacensis ad d. XI kal. decembris ascripsit (cod. Parisiensi lat. 10837, fol. 39v) :* Ordinatio domni nostri Clementis (9), *idque vel eo magis quod dies 21 novembris 695 in dominicam incidebat, minime vero dies 22 novembris sive anni 695 sive 696* (10). *Die igitur 21 novembris 695 in ecclesia Sanctae Caeciliae martyris* (11) *ordinatus est episcopus et pro barbaro nomine Willibrordi* (12)

ut ipse Fresonum archiepiscopus ordinetur.

(1) BEDA, *Hist. eccl.*, V, 11. — (2) Cf. HAUCK, t. c., p. 436. — (3) Tempus innuit Beda (*Hist. eccl.*, V, 11), ubi id tunc factum esse docet, quando Berctualdus in episcopum quidem Cantuariensem electus (die 1 iulii 692), nondum tamen ex Gallia, quo ordinandus ierat, ad sedem episcopatus sui erat reversus (mense augusto 693). — (4) Cf. HAUCK, t. c., p. 435, annot. 5; p. 436. — (5) BEDA, *Hist. eccl.*, V, 11. — (6) De titulo archiepiscopi, qui S. Willibrordo collatus est, multis disseruit, quamvis non cum praecipuo fructu, A. T. B(INTERIM), in *Der Katholik*, t. XXXVI (Speyer, 1830), p. 9-18; cuius lucubrationem gallice reddidit P. F. X. DE RAM, in *Vies des pères, martyrs et autres principaux saints*, t. VI (Bruxelles, 1849), p. 88-92. Paucis at recte rem interpretati sunt RETTBERG, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, p. 519, et HAUCK, t. c., p. 438. — (7) Ipso hoc tempore in Libro pontificali annotabatur de Sergio papa : *Hic ordinavit ... Clementem in gentem Frisonum* (ed. DUCHESNE, t. I, p. 376). — (8) Cf. BINTERIM, *Kritische Untersuchung über das Ordinations- und Sterbejahr des hl. Willibrord*, in DER KATHOLIK, t. XXXVII (Speyer, 1830), p. 1-15 [gallice versum apud DE RAM, t. c., p. 92-97]; ubi multa congesta sunt, et quidem paulo abundantius. — (9) Reapse die XI kal. decembris Epternaci celebrabatur saltem inde a saec. XI festum ordinationis S. Willibrordi. Cf. infra, p. 432, annot. 6. — (10) Cf. L. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 382, annot. 49. — (11) Id in ecclesia beatissimi Petri actum esse tradit Alcvinus (c. 7); non recte, ut videtur. — (12) Barbaris vocibus, etiam in hominum nominibus, latinas aures offensas esse notum est. Cf. E. NORDEN, *Die antike Kunstprosa*, t. I (1898), p. 62, annot.

AUCTORE A. P.

impositum est ei a Sergio papa nomen Clementis(1). Mox *autem*, id est post dies XIIII ex quo in urbem venerat, ad sedem episcopatus sui remissus *est; quam sedem seu locum cathedrae episcopalis donavit illi Pippinus* in castello suo quod antiquo gentium illarum verbo Viltaburg, id est oppidum Viltorum, lingua autem gallica Traiectum vocatur.

In Fresiam redux evangelium praedicat,

36. *Roma redux alacriore etiam animo coepto operi instituit Willibrordus,* longe lateque verbum fidei praedicans multosque ab errore revocans, plures per illas regiones ecclesias sed et monasteria nonnulla construens; *de quibus quaedam postea exponenda erunt. Etsi autem* non multo post alios quoque illis in regionibus ipse constituit antistites ex eorum numero fratrum qui vel secum vel post se illo ad praedicandum venerant (2), *non tamen eo deventum est ut ii episcopi certis dioecesibus praeponerentur, ex quibus constaret nova provincia ecclesiastica Traiectensi sedi subdita; sed sola perstitit in Fresia haec sedes episcopalis veri nominis, quae quidem, providentibus Pippino et successoribus eius, firmiter est constituta* (3). *Porro sapienti consilio usus est Willibrordus ut praeter cives suos, qui de Anglia venerant vel veniebant* (4), *etiam Fresones indigenas in partem operis sui vocaret; cuiusmodi fuerunt duo adulescentes illi germani fratres Willibraht et Thiadbraht, quos sanctus episcopus Willibrordus* Domino nutriendos *accepit,* qui etiam primi omnium gentis Fresonum clericatus acceperunt officium (5). *Inter monasteria autem, quae a Willibrordo constructa sunt, duo praecipue sunt nominanda : Epternacense, de quo mox plura, et Traiectense, quod sociis suis, qui cum ipso ex Anglia venerant, condiderat, in quo sub regula*

anglosaxones chorepiscopos constituit,

Fresones in clerum recipit,

atque monasteria condit, praesertim Traiectense

D *S. Benedicti Deo servire pergerent :* ad monasterium quod est infra muros Traiecto castro situm constructum, ubi apostolicus vir et in Christo pater noster Willibrordus archiepiscopus sub sanctae conversationis coenobitali ordine praeesse videtur. *Ita Carolus Martellus in diplomate anno 722 dato* (Böhmer-Mühlbacher[2], *n° 34*), *quamquam summopere probabile est non hoc demum tempore, sed sub ipso primo adventu Willibrordi Traiecti constitutum esse hoc monasterium* (6).

et Epternacense,

37. *Anno 698 vel certe 706 factum est initium condendae nobilis illius abbatiae Epternacensis, quae Sancti Willibrordi dicta est atque praecipuo quodam studio a sancto praesule est curata, utpote quae sibi suisque esset veluti quaedam statio et tutissimum diverticulum, cum a turbulentorum Fresonum finibus satis longe abesset. Age vero, si genuinae sunt chartae quinque Irminae abbatissae an. 698-704 in gratiam Willibrordi conscriptae* (7), *ex his colligendum est ab ipsa Irmina monasterium Epternacense monachis peregrinis, id est Anglis, aedificatum esse et S. Willibrordo dono traditum. Si vero sunt spuriae, ex litteris Pippini II* E *anno 706 datis* (8) *habemus Willibrordum Epternaci monasterium aedificasse et quidem* in re proprietatis *Pippini, cuius erat media pars illius loci, dum alia pars media ab Irmina tenebatur.*

opem ipsi conferentibus

38. *Willibrordi coeptis alios etiam favisse videmus, dono datis terris, ecclesiis, monasteriis, nonnullis quidem ipsi Willibrordo, quibusdam abbatiae Epternacensi, ita ut aliquot etiam darentur aliis ecclesiis seu locis piis quae sub Willibrordi potestate erant* (9). *Huiusmodi donationes, quarum quidem memoria servata est, quaedam obi-*

(1) Forsan iam antea Willibrordo nomen etiam Clementis fuisse coniecit A. N. Nürnberger, *Die Namen Vynfreth-Bonifatius* (Breslau, 1896), p. 89, annot. 2; rationem affert quod de Willibrordo nondum episcopo dictum est tum ab ipso Willibrordo : *Clemens Willibrordus anno 690 ... veniebat ultra mare* (vid. supra, num. 4), tum a S. Bonifatio : *presbiter quidam ... nomine Wilbrord et alio nomine Clemens vocatus* (vid. num. 5). Sed cum priora verba anno 720, altera anno 754 scripta sint, nullo negotio intellegitur in utroque loco nomen Clementis προληπτικῶς usurpari. Cur autem ipsum Clementis nomen elegerit Sergius, quod Willibrordo tribueret, rationem probabiliter repetendam esse C opinatus est v. cl. Willelmus Levison (*Willibrordiana*, in Neues Archiv der Gesellschaft für aeltere deutsche Geschichtskunde, t. XXXIII, 1908, p. 528-29) tum ex nominis significatione, tum quod, ut ferebatur S. Clemens I papa in paganis et Iudaeis ad fidem convertendis naviter et sapienter operam navasse, ita aptissime videbatur convenire illius nomen ei qui gentilium apostolus futurus esset, tum maxime quod proxime aderat dies festus eiusdem S. Clementis, qui die 23 novembris colitur quique in Martyrologio hieronymiano non solum hoc die 23, sed ipso die 21 novembris est inscriptus. Ceterum in Willibrordo non factum esse quod in Bonifatio accidit, ut nomen novum alteri fere praevaleret, omnes norunt. Nomen tamen Clementis aliquotiens comparet, raro solum (ut in memorabili loco kalendarii Epternacensis supra allato), alias simul cum nomine Willibrordi (puta, praeter ea quae iam protulimus, in „ testamento „ sancti praesulis : *Ego Clemens Willibrordus* et apud Liudgerum in Vita S. Gregorii, abbatis Traiectensis, c. 5 : *sanctus Willibrordus cognomento Clemens*). — (2) In horum numero forsan computandum esse Theutbertum episcopum de Dorostat (Wijk bij Duurstede, haud procul a Traiecto inter orientem et meridiem), cuius erat olim praeclarus ille codex Livianus, iam Vindobonensis lat. 15, argute coniecit v. cl. Willelmus Levison, *Willibrordiana*, in Neues Archiv ..., t. c., p. 517-525. — (3) Vid. diploma Pippini regis datum an. 753 (Böhmer-Mühlbacher[2], 70 [68]), quo confirmantur donationes factae a Pippino II, a Carolo Martello et a Carlomanno ; de altero diplomate (Böhmer-Mühlbacher[2], 71 [69]) dubitari potest, num sit genuinum (cf. Hauck, t. c., p. 439, annot. 2. Vid. etiam diplomata Caroli Martelli an. 724 et 726, Böhmer-Mühlbacher[2], 34, 38). — (4) Inter quos nominandus nobis est saltem Marchelmus ille, sub cuius ementito nomine [Marcellini] edita est Vita S. Swiberti *BHL.* 7941 recens et nulla fide digna. Marchelmum porro *servum Dei de genere ortum Anglorum et a sancto episcopo Willibrordo a pueritia sanctis instructum moribus, ut eum praeponeret populo*, narrat Altfridus in Vita S. Liudgeri (*BHL.* 4937), lib. I, c. 13 ; ab ipso autem Liudgero in Vita S. Gregorii Traiectensis, c. 8, docemur Marchelmum illius Gregorii etiam discipulum fuisse. — (5) Vita Liudgeri auct. Altfrido, lib. I, c. 5. — (6) Cf. A. Hauck, t. c., p. 438, annot. 5. — F (7) Editae sunt tum alibi, tum apud Pardessus, *Diplomata*, t. II, pp. 250-53, 264 (deest quinta); in *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 50-53 ; in *MG.*, Dipl. imp. t. I, p. 173-77. Spurias esse inanibus argumentis usus censuit Karolus Pertz (*MG.*, Dipl. t. c., p. 173, annot. 1); authenticas esse vindicavit Th. Sickel, *Diplomatum imperii tomus I besprochen* (Berlin, 1873), p. 64-66 ; cf. eiusdem *Beiträge zur Diplomatik*, III, p. 34 (= Sitzungsberichte der kaiserl. Akademie der Wissenschaften, phil.-hist. Classe, t. XLVII, Wien, 1864, p. 208) ; cui consenserunt viri docti (vid. v. gr. Böhmer-Mühlbacher[2], p. 7). Remanere tamen aliquid dubii recte monuit v. cl. A. Hauck, t. c., p. 301, annot. 2 ; quamquam rationes dubitandi multo minus validae videntur rationibus acquiescendi. — (8) Böhmer-Mülhbacher[2], 14, 15. — (9) V. gr. : *ad basilicam sanctorum apostolorum Petri et Pauli et sancti Landoberti episcopi et martyris, quam nuper construximus in loco Baclaos* [Bakle in provincia Hollandiae Noord-Brabant], *ubi nunc domnus pater et pontifex Willebrordus praeesse videtur* (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 62, l. 20); *ad basilicam beati Petri apostolorum principis seu Iohannis Baptistae vel ceterorum sanctorum, quae constructa est in loco Rinharum* [Rindern, praefecturae Cleve] *in pago Dublensi super fluvio Rheno, ubi nunc domnus pater et pontifex Willibrordus episcopus custos esse videtur* (ibid., l. 35) ; *ad sacrosanctam ecclesiam sancti Petri et Pauli apostolorum, quam domnus Amandus pontifex in Antwerpo construxit, ubi Willibrordus episcopus praeesse videtur* (ibid., p. 64, l. 22), quae ecclesia primum, ut videtur, anno 694 Willibrordo tradita erat et iterum anno 726 eidem confirmata (ibid., p. 55, l. 15 ; p. 63, l. 46).

ter

viris et feminis, laicis et ecclesiasticis.

ter(1), *non paucae allato integro donationis instrumento* (2), *a scriptoribus antiquis relatae sunt. Quamquam autem illas singillatim recensere operae pretium non videtur, iuverit tamen paucis summam earum comprehendisse : factae sunt donationes tum a clericis et a monachis vel sanctimonialibus* (3), *tum a viris laicis sive de vulgo, sive illustribus* (4); *inter quos non praetereundus est Hedenus dux Thuringiae, qui cum iam an. 704 atque iterum an. 716 bona quaedam Willibrordo tradiderit, testis nobis est sub initio saeculi VIII episcopi famam etiam in interiorem Germaniam pervenisse* (5). *Donata sunt autem Willibrordo loca sita praecipue quidem in Texandria, sed quaedam etiam in Fresia, in territoriis quae nunc sunt Luxemburgense, Coloniense, Clivense et cetera cis Rhenum, quin in ipsa Thuringia.*

His simul, ut res poscere videbatur, expositis, ad ordinem temporis, quem interim neglexímus, redeundum est.

Corpus S. Cunerae num elevaverit.

39. *Anno 698 S. Willibrordum commenti sunt, cum per oppidum Rhenen transiret, corpus elevasse S. Cunerae, quam de agmine undecim milium virginum fuisse ferunt. Ast haec nullo alio monumento tradita sunt praeterquam in libello* (BHL. 2011) *aetatis recentis et fidei perexiguae* (6).

Radbodum regem cum Fresonibus ipsius

40. *Dum igitur inter Fresones Francis subditos opus praedicationis prospere agitur, non dubitavit vir evangelii annuntiandi studiosissimus alteram etiam Fresiae partem, quin et ipsum Radbodum regem adire, ut eum Christo lucraretur. Quem postquam in se quidem benignum et humanum, sed obstinato animo avitae idololatriae adhaerentem expertus est Willibrordus* (7), *ardore animi actus est ut, quod inter Fresones exsequi nequiverat, adductis ad fidem Christi remotioribus etiam septemtrionem versus populis, compensaret. Danos igitur adiit, a quibus comiter exceptus, re tamen infecta recedere coactus est. Nec sic tamen proposito destitit vir tenax et infractus; quam enim rem pulcherrimam conceperat, hanc saltem impetravit, ut sibi abscedenti comites darentur triginta eiusdem patriae pueri, quos secum in patriam Francorum adductos religione christiana imbueret atque aliquando in convertendis Danis aptissimos haberet administros. Ipse vero in Fresiam suam redux gregem Christi colere, visitare, augere non destitit* (8).

AUCTORE A. P.

atque Danos frustra ad fidem adducere conatur.

Mortuo Pippino,

41. *Verum adversis rebus disturbata est eius opera. Cum enim, mortuo sub finem anni 714 Pippino duce, belloque mox Neustrios inter et Austrasios exorto, a Radbodo rege, qui sese Neustriis coniunxerat, devictus esset Carolus Martellus* (9),

anno 716 e Fresia expellitur;

anno 716, ut videtur, tota Fresia iam potitus Radbodus, Willibrordum eiusque socios exsulare coegit vel etiam expulit, maximam ecclesiarum partem vastavit ac destruxit, idolorum fana renovavit (10). *Quo etiam anno S. Bonifatius primum ex Anglia in continentem terram appulit, et ipse* E *Fresonum conversioni allaboraturus. Qui tum quidem Willibrordum ibi non iam repperit, Radbodum autem intrepidus adiit; apud quem tantum utique valuit egregius advena, ut permitteretur in Fresia et residere et operi suo insistere. Ut vero perspexit Bonifatius spem felicis laboris vix tunc esse, in Angliam rediit, mox tamen inde reversurus.*

in quam, Radbodo mortuo, regressus

42. *Instabant utique tempora feliciora; devictus est enim, ut veri quidem simile videtur* (11), *anno 718 Radbodus a Carolo Martello, atque certe anno 719 obiit. Quo vita functo, et pax*

(1) Ut a Willibrordo ipso in suo " testamento ", si genuinum est (vid. infra, num. 45); item a Thiofrido in Vita Willibrordi, c. 12; a Theoderico in Chronico Epternacensi (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 55, l. 15-28; p. 58, l. 4; p. 63, l. 10-15). — (2) Theodericus in Chronico (ibid., p. 55-64). — (3) Puta an. 704 ab Ymena Deo sacrata; an. 710 a Bertilinde Deo consecrata virgine; an. 712 et 717 ab Ansbaldo monacho; an. 720 a Berta Deo sacrata; praeterea ab Heribaldo clerico. — (4) Ut sunt an. 694 et 726 Rohingus vir illustris; an. 696 Gerbertus comes; an. 704 Aengilbaldus vir illustris; an. 709 et 712 Aengelbertus vir illustris; ante an. 710 C illustris femina Irmentrudis; an. 715 vel 716 Arnulfus dux, filius Drogonis quondam ducis; an. 720 Ebroinus comes; ut omittam praecipuos Willibrordi fautores Pippinum et Carolum Martellum. — (5) Willibrordum ipsum Thuringiam adiisse nusquam traditum est. Ubinam vero, quando, quo modo in notitiam Hedeni ducis sanctus vir venerit, an illum umquam viderit et allocutus sit, prorsus nescimus, etsi multa his de rebus a modernis scriptoribus, eaque inter se valde diversa sunt proposita; quae pleraque vanas coniecturas non superant. — (6) Cf. *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 559. — (7) ALCVINUS, Vita, c. 5, 11. Quae in antiquiore Vita S. Vulframni (*BHL.* 8738) narrata sunt de Radbodo baptismum recusante, quem iam a S. Vulframno recepturus erat, deque accersito incassum S. Willibrordo *ut ad eius consultum*... (Radbodus) *efficeretur christianus* (cap. 9, 10), ea prorsus fabulosa esse ostendit W. LEVISON, in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XXV (1900), p. 601-5. Ex hac autem Vita, quae neque antiqua est, neque fide digna, vix illud tuto desumi potest, Vulframnum forsan aliquanto tempore in Fresia praedicandae fidei christianae allaborasse. — (8) Quibus in locis tum Fresiae, tum Texandriae sed et aliarum regionum Willibrordus ipse versatus sit et christianam doctrinam annuntiaverit, singillatim definire non possumus. Quaedam obiter nominat Alcvinus, cui quominus fidem faciamus, nulla obstat ratio. Alia perhibent scriptores et aetate a rebus gestis nimis remoti et auctoritatis non tantae ut confidenter iis aures praebeamus; cuiusmodi est ille qui post medium saec. IX Vitam conscripsit SS. Harlindis et Renulae (*BHL.* 3755), in qua tradit sanctas illas in suo monasterio Eikensi a beatis episcopis Willibrordo et Bonifatio abbatissas esse ordinatas atque consecratas (c. 10), sed et Willibrordum cum Bonifatio solitos esse moniales in eodem monasterio degentes vicissim visitare (c. 13). Multo recentior etiam est Nicolaus canonicus Leodiensis, qui in Vita S. Lamberti (*BHL.* 4688), quam saec. XII composuit, primus tradit (num. 39-41) Willibrordum a Lamberto conventum esse ambosque, collatis consiliis, apostolico muneri in pago Testerbanto saepe vacasse (cf. *Act. SS.*, Sept. t. V, p. 534-35, num. 97-100). Non pauca denique loca quae Willibrordus adierit vel in documentis multo posterioribus F prolata sunt, vel vulgari, quam dicunt, traditione seu fama designata, vel doctorum atque piorum virorum coniecturis nuper proposita, ita quidem ut nonnumquam perspicere possimus levissimis, ne dicam inanibus indiciis huiusmodi famam seu coniecturas exortas esse, v. gr. quod loca illa, etsi a Traiecto longe abessent, olim tamen ad Traiectensem dioecesim pertinuissent, aut quod in eis ecclesia haberetur S. Willibrordo dicata. Cf. F. W. RETTBERG, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II, p. 543, 3°; W. MOLL, *Kerkgeschiedenis van Nederland vóór de Hervorming*, t. I (Utrecht, 1864), p. 109-11; P. ZUPPKE, *Die vorreformatorische Kirchengeschichte der Nederlande nach W. Moll* (Leipzig, 1895), t. I, p. 152-53; J. ENGLING, *Die ältesten christlichen Begräbnisse des Grossherzogthums Luxemburg*, in PUBLICATIONS DE LA SOCIÉTÉ POUR LA RECHERCHE ET LA CONSERVATION DES MONUMENTS HISTORIQUES DU GRAND-DUCHÉ DE LUXEMBOURG, t. XVII (1861), p. 186-88; J. ENGLING, *Apostolat des heiligen Willibrord im Lande der Luxemburger, durch Geschichte und Tradition aufgefasst*, Luxemburg, 1863, in-12, 99 pp.; VAN TERM, in *Revue de l'art chrétien*, 4e série, t. IX (1898), p. 142; H. SCHUERMANS, *Quelle fut la part de S. Willibrord dans la christianisation de l'Ardenne Luxembourgeoise*, in ANNALES DE LA FÉDÉRATION ARCHÉOLOGIQUE ET HISTORIQUE DE BELGIQUE, t. XIV, 1 (1900), p. 131-41; sed cf. N. VAN WERVEKE, ibid, t. XIV, 2 (1900), p. 181-85; A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I², p. 440, annot. 6. — (9) Cf. *Liber historiae Francorum*, c. 51, 52; *Chronica Fredegarii* cont. c. 7-9 (al. 104-106); Annales imperii ad an. 716. — (10) Cf. Willibaldi Vita S. Bonifatii, c. 4. — (11) Cf. HAUCK, t. c., p. 443.

Francos

AUCTORE A. P.

Francos inter et Fresones restituta est, et Willibrordus in suam urbem Traiectum rediit, ut opus interruptum resumeret, restauraret, extenderet. Quo in labore optatissimum et utilissimum habuit socium Bonifatium, qui cum anno 718 ex Anglia Romam se contulisset indeque in Thuringiam a Romano pontifice esset missus, audita Radbodi morte, in Fresiam ilico iter fecit. Ubi

an. 719-721 cum S. Bonifatio opus Dei feliciter urget.

annis 719-721 Bonifatius cooperator factus est per tres instanter annos Willibrordi archiepiscopi (1). *Quibus tribus annis, si quo umquam tempore, alacri animo inter Fresones suos opus evangelicum ursit cum Bonifatio Willibrordus* (2), *et eo quidem felici exitu ut optaret iuniorem amicum et socium Bonifatium apud se retinere et in episcopatu successorem ordinare. Renuente Bonifatio, utpote qui a Romano pontifice ad Germaniae populos missus esset neque posset alibi firmam perpetuamque sedem constituere* (3), *licentiam abeundi dedit ei Willibrordus et solus usque ad obitum gregem sibi commissum rexit.*

43. *De his ultimis annis vix quidpiam memoriae* B *traditum est. Vir quidem venerabilis, cum annos natus esset sexaginta octo,*

Anno 726 testamento, quod dicunt, condito,

anno 726 testamentum condidisse a nonnullis viris doctis censetur. Certe hoc anno, Theodorici [*IV*] *regis sexto, datum profertur testamentum, quod cum alii apocryphum alii genuinum habeant, infra videbimus esse probatae, etsi non omnino certae fidei. Ceterum etiamsi hoc anno testamentum fecit Willibrordus, tredecim annis supervixit* (4), *quippe qui*

die 7 novembris 739

anno 739 (5), *die 6 vel potius 7 novembris in ipso, ut videtur, Epternacensi coenobio vita sit functus. De die mortis alii aliter sunt locuti. Diem 6 perhibet Alcvinus* (6), *quem secuti sunt Hrabanus Maurus in martyrologio, tum forsan interpolator breviarii Augiensis martyrologii Hieronymiani* (7), *tum quaedam martyrologia et kalendaria recentiora* (8); *contra pro die 7 stat testis certe praecipuus, is qui saec. VIII, ut videtur, in exemplari Epternacensi martyrologii hieronymiani ad marginem adscripsit :* † hic domnus † apostolicus vir Willibrordus episcopus migravit ad Christum (9). *Quocum consentiunt Usuardus et Wandalbertus in martyrologiis, martyrologium Viennense saec. X* (10), *tum alia bene multa martyrologia et kalendaria recentiora, inter quae et martyrologium Romanum. De loco in quo vita functus est Willibrordus, tacet cum Alcvinus, tum S. Bonifatius, tum cetera documenta antiqua* (11). *Consulto tacuisse Alcvinum, mira prorsus coniectura est Alberdingk-Thijm* (12); *qui, ut alias multa leviter suspicabatur, hic etiam opinatus est ideo siluisse Alcvinum, ut Carolo Magno gratum faceret, ne illi principi vitio daretur quod permisisset sanctum episcopum, postquam in sua urbe Traiecto obiisset, inde Epternacum transferri. Ex silentio Alcvini atque Bonifatii colligi posse autumarunt alii* (13) *Willibrordum probabiliter Traiecti mortuum esse. Verum vel eo solo quod Alcvinus scripsit :* Die sexta novembri mensis ... ad perpetuam migrabat patriam, et sepultus est in monasterio Aefternaco, *neque de ulla sacri corporis translatione meminit, quae Traiecto Epternacum facta esset, multo satius est ut statuamus ibi Willibrordum vita functum esse ubi et sepultus est* (14). E

Epternaci vita fungitur.

§ III. De scriptis S. Willibrordi.

E scriptis S. Willibrordi

44. *Qui multum in agro Domini verbo et opere laboravit Willibrordus, non tantumdem scriptis operam navasse videtur. Etsi enim fieri potuit, quin etiam probabile videtur, ut sanctus archiepiscopus quaedam scripto mandarit, puta non solum epistulas et chartas, sed et monita seu alia documenta plebi christianae utilia* (15), *nullum tamen est quod tuto illi ascribamus praeter annotationem illam in margine ad kalendarium Epternacense additam* (16). *Nullo enim vel levissimo*

supersunt brevis annotatio

(1) Willibaldi Vita S. Bonifatii, c. 5. — (2) Anno 719 aut paulo post habitam esse Traiecti synodum, cui praefuissent S. Willibrordus et S. Swibertus, interfuisset autem cum aliis S. Bonifatius, narravit falsarius qui sub ementito nomine Marcellini saec. XV Vitam S. Swiberti conscripsit (*BHL.* 7941, c. 13 et 14). Unde in collectiones conciliorum C transiit synodus illa (cf. v. gr. MANSI, t. XII, col. 259-62); quam commenticiam esse liquet. — (3) Hanc esse summam eorum quae l. l. tradit Willibaldus, recte monuit HAUCK (*Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I³, p. 461, annot. 2); sermones autem qui ibi Bonifatium inter et Willibrordum habiti referuntur, a Willibaldo, ut mos est notissimus historicorum, esseconfictos; et confictos quidem esse iam his verbis : *a beato sanctae recordationis Gregorio papa* [† 731] satis innuitur; cf. MOLL, *Kerkgeschiedenis*, t. I, p. 139, annot. 1. Hic autem rursus, tum his sermonibus tum praeiudicatis suis sententiis adducti finxerunt recentiores quidam scriptores Bonifatii erga Willibrordum insidias et subdola consilia; quae alii quidem modeste (v. gr. RETTBERG, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I, p. 339), alii multo magis asseveranter atque licenter proposuerunt (v. gr. Ph. HEBER, *Die vorkarolingischen christlichen Glaubenshelden am Rhein*, Göttingen, 1867, pp. 203-5, 209; J. H. A. EBRARD, *Die iroscottische Missionskirche*, 1873, p. 396-98). — (4) Anno 728 Willibrordum in Alsatiam iter egisse atque *Stratburgo civitate* constitisse collegerunt quidam ex litteris Widegerni Stradburgensis episcopi in gratiam Murbacensis monasterii hoc anno datis (PARDESSUS, *Diplomata*, t. II, p. 352-55; cf. etiam *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. 16-17, num. 65-68), quibus litteris subscripsit post multos alios, ipse paenultimus : *Ego in Dei nomine Willibrordus subscripsi*. Censeat quis hunc nostrum esse Willibrordum, per me licet. Verum ita perturbato vel potius nullo ordine permixtae sunt testium subscriptiones, ut id saltem conici necesse sit, plerosque testes non statim neque in ipso loco, in quo conficiebatur instrumentum, sed postmodum, delato forsan ad illos instrumento, signa adiecisse. — (5) Cf. supra, num. 27 (658 + 81 = 739). Eundem annum perhibet Theodericus monachus Epternacensis in litteris an. 1192 ad Henricum VI imperatorem datis (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 68). — (6) Vita prosa, c. 24; Vita metrica, c. 24. — (7) Cf. *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [140]. Vid. tamen quae annotavimus supra, p. 131. — (8) V. gr. exemplar Bedanum quod F exhibet in bibliotheca Vaticana codex Palatinus lat. 833, inter annos 844-855 descriptus. Cf. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques* (Paris, 1908), p. 22. — (9) *Act. SS.*, Nov. t. II, 1, p. [140]. — (10) *Anal. Boll.*, t. I, p. 46; cf. *Act. SS.*, t. c., p. [XXIX] — (11) Diploma Pippini regis (BÖHMER-MÜHLBACHER², 67 [65]), in quo dicitur Willibrordus in monasterio Epternacensi *et in pace quievisse et sepultum esse*, spurium est neque ante saec. XI vel XII fabricatum. — (12) *H. Willibrordus*, p. 251-57; *Der heilige Willibrord*, p. 176-81. — (13) W. MOLL, *Kerkgeschiedenis van Nederland*, t. I, p. 116; cf. P. ZUPPKE, *Die vorreformatorische Kirchengeschichte der Nederlande*, t. I, p. 154. — (14) Contra hanc sententiam ex eo etiam argumentum desumpsit Alberdingk-Thijm, quod Alcvinus c. 25 narrat sarcophagum quod Willibrordo paraverant Epternacenses primo quidem *quasi dimidium pedis brevius inventum esse*, postea vero tanto longius, quanto brevius ante apparuisset; absenti porro paratum esse sarcophagum. Sed haec narratiuncula, quae paene inter hagiographorum locos communes computanda est, vel ficta, vel certe ornamentis aucta videtur. — (15) Homilias, epistulas ac praeterea librum de peregrinatione sua, quin etiam historiam rerum gestarum sui saeculi vitaeque suae a Willibrordo scripta esse non ostenderunt, sed affirmaverunt olim qui de scriptoribus ecclesiasticis, anglis, fresonicis libros ediderunt. Quod commemorasse satis superque erit. Cf. Io. MOLLERUS, *Cimbria literata* (Havniae, 1744), t. II, p. 985. — (16) Vid. supra, num. 4.

argumento

AUCTORE A. P.

A *argumento nisus dixit v. rev. Ad. Reiners* (1) *kalendarium illud, quin et ipsum martyrologium hieronymianum, quod cum kalendario in codice Parisiensi lat. 10837 servatur, a S. Willibrordo esse vel compositum vel saltem exscriptum* (2). *Canones autem paenitentiales qui sub lemmate:* Incipit iudicium Clementis *in codice olim Augustano, iam Monacensi lat. 5853, saec. X, leguntur* (3), *a nostro Willibrordo Clemente collectos ideo censuerunt quod similitudinem quandam perhibent cum canonibus alterius praelati angli, Theodori archiepiscopi Cantuariensis* (4); *qua ratione vereor ut multum efficiatur.*

et donatio seu testamentum,

45. *Melior est condicio* testamenti, *quod dicitur, S. Willibrordi; quod etsi laudatum est tamquam unicum S. Willibrordi scriptum, quod ad nos pervenerit* (5), *non miramur non defuisse viros doctos qui testamentum illud suppositicium esse pronuntiarent. Quamvis enim vix alicuius momenti sint ea tantum non omnia quae contra authentiam testamenti prolata sunt* (6), *visa sunt tamen quaedam in ipso offendi insolita et quae* B *suspicionem moverent; cuiusmodi sunt non nominatum esse illum, cui Willibrordus testamentum conscribendum commisit; deesse notas temporis, quo confectum est instrumentum, ita ut indicetur dumtaxat annus VI Theodorici regis; deesse testes a iure requisitos; denique, ut alia omittam, tempus a Willibrordi aetate remotum his verbis proditum esse quidam censuerunt*: quas res ipsas dominus Carolus et genitor Pipinus, tam me vivente quam de ista vita migrante, pro eorum mercede condonaverunt (7). *Quibus opponi possunt tria momenta non neglegenda : primum, ex his et similibus tum demum aliquid certo confici posse, quando allatis aliis huiusmodi testamentis, quae a viris anglis circa haec tempora facta sint, constiterit Willibrordum a receptis formulis et usu solito recessisse; alterum, omnes testamenti editores, ubi non satis habuerunt antiquiorem editionem exscribere, ex solo apographo saec. XIII, quod in illo, qui dicitur,* Libro aureo Epternacensi *continetur, monumentum illud accepisse* (8); *in quo apographo quaedam, ut sunt notae temporis testamento subiungi solitae, praetermitti forsan contigerat; tertium idque praecipuum, non hoc haberi debere velut veri nominis testamentum, sed ut sollemniorem quandam donationem, qua minime de omnibus rebus suis disponeret Willibrordus, sed de his tantum quas Epternacensi abbatiae a die praesenti donaret donatasque esse perennibus temporibus vellet. Etsi enim in scripto illo, quod ipse " hoc testamentum vel donationem meam " nominat* (9), *dicere videatur* omnem rem vel villas seu mancipia quae mihi ingenui Franci... tradiderunt *Epternacensi monasterio se donare atque tradere, haud scio an haec intellegenda sint non de omnibus locis seu villis sibi olim traditis, sed potius de omnibus rebus, mancipiis, casatis quae pertinerent ad singula loca, quae ipse Epternacensibus assignabat. Iam vero si quis horum locorum seriem attente perviderit, eam talem esse agnoscet, qualis in scripto genuino exspectetur* (10). *Etenim 1° de locis vel bonis quae ibi nominatim afferuntur* (11), *aliunde docemur* (12) E *illa ipsi Willibrordo ita fuisse tradita, ut posset arbitrio suo de his disponere; minime vero comparent in testamento ea quae Willibrordo quidem donata erant, a donatoribus tamen simul assignata erant certo cuidam loco, puta vel ipsi Epternacensi abbatiae* (13), *vel monasterio alibi condito seu condendo* (14); *2° omnia illa bona, uno dumtaxat excepto* (15), *reapse prius tradita fuisse Willibrordo, comperimus ex chartis donationum quae vel a Theoderico monacho in Chronicon suum receptae sunt* (16), *vel certe ab eodem* (17) *aut a Thiofrido abbate* (18) *excussae sunt et lectae; 3° superesse* (19) *vel saltem a Thiofrido* (20) *et Theoderico* (21) *lectas esse chartas donationum de aliis bonis Willibrordo collatis, quae in testamento non sunt recensita ac porro non Epternacensibus sed aliis nescio quibus a sancto praesule relicta. Quibus perpensis* (22), *etsi nolim testamentum seu donationem illam certo genuinam vindicare, multo*

quod probabiliter haberi potest ut genuinum.

(1) *Die Klosterschule der Benedictiner zu Echternach*, in STUDIEN UND MITTHEILUNGEN AUS DEM BENEDICTINER- UND DEM CISTERCIENSER-ORDEN, VI, 1 (1885), p. 164-69; ID., *Beiträge zur Geschichte des hl. Willibrord*, in ORGAN DES VEREINS FÜR C CHRISTLICHE KUNST IN DER DIÖCESE LUXEMBURG, t. XV (1885), p. 25-43; ID. *Die St. Willibrordi-Stiftung Echternach*, I (Luxemburg, 1896), p. 18. — (2) *Studien*, p. 164; *Organ*, pp. 30, 35 — (3) Ex illo codice ed. Fr. KUNSTMANN, *Die lateinischen Pönitentialbücher der Angelsachsen*(Mainz, 1844), p. 176-77; F. W. H. WASSERSCHLEBEN, *Die Bussordnungen der abendländlichen Kirche* (Halle, 1851), p. 433-35 ; A. W. HADDAN and W. STUBBS, *Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain*, t. III (Oxford, 1871), p. 226-27; Ad. REINERS, *Studien*, t. c., p. 170-71 ; *Organ*, t. c., p. 40-41. — (4) KUNSTMANN, p. 42; REINERS, *Studien*, p. 170; *Organ*, p. 39. — (5) HAUCK, t. c., p. 446. — (6) Chanoine DAVID, *Recherche sur le cours primitif de l'Escaut*, in BULLETIN DE L'ACADÉMIE ROYALE ... DE BELGIQUE, t. XVI, 1 (1849), p. 281-283, annot.; ALBERDINGK-THIJM, *H. Willibrordus*, p. 255-57; ID., *Der heilige Willibrord*, p. 179-81. — (7) His etsi non concinne, clare tamen id enuntiatur, res illas a Carolo et Pippino ita Willibrordo donatas esse, ut non solum iis, dum viveret, frueretur, sed ut eas etiam post mortem suam possidendas heredibus tradere posset. — (8) Primus testamentum edidisse videtur C. SCRIBANIUS, *Origines Antverpiensium* (Antverpiae, 1610), p. 59-62; cf. DAVID, t. c., p. 283; PARDESSUS, *Diplomata*, t. II, p. 349, annot. 2; *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 21-22. — (9) Norunt omnes longo tempore vocem *testamenti* latiore quadam significatione communiter esse usurpatam. — (10) Quae hisce contraria protulit Alberdingk-Thijm, l. c., veritati non satis consentire agnovisset, si legere potuisset Monumenta Epternacensia a L. Weiland aliquot post annis collecta et edita in *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 11 sqq. Quam excusationem non habet v. d. L. VAN DER ESSEN, qui, cum nuper testamentum spurium esse atque a Theoderico monacho confictum contenderet (*De H. Willibrordus en zijne levensbeschrijvingen*, in GESCHIEDKUNDIGE BLADEN, anno I, t. II, 1905, p. 378-82), ea quae Alberdingk-Thijm asseverantius quam verius protu- F lerat, incaute sua fecit (p. 378). Quod autem idem recte perspexit (p. 380), quosdam locos esse testamento illi communes cum diplomate Pippini anno 706 in gratiam Willibrordi edito (BÖHMER-MÜHLBACHER², 15), id rem minime conficit, cum haec similitudo in solis formulis deprehendatur atque optime fieri potuerit ut qui anno 726 testamentum conscriberet, diploma illud prae oculis habere curaret. — (11) Meminit quidem Willibrordus rerum *quas dominus Pipinus mihi condonavit vel delegavit, seu matrona sua Plictrudis sive filius suus dominus noster Carolus maior domus*; chartis autem, quae supersunt (*MG.*, t. c., pp. 53, 54, 61; BÖHMER-MÜHLBACHER², Pippinus II, 14, 15; Carolus Martellus, 31) bona traduntur non tam Willibrordo quam Epternacensi monasterio. Verum nulla loca nominatim hic recenset Willibrordus, unde non ausim affirmare testamentum chartis illis contradicere. — (12) *MG.*, t. c., p. 55 (Hedenus), p. 56 (Aengilbaldus), pp. 57 et 58 (Aengilbertus), p. 57 (Bertilindis), pp. 58 et 61 (Ansbaldus), p. 63-64 (Rauchingus). — (13) *MG.*, t. c., p. 50-53 (Irmina seu Ermina), p. 60 (Arnulfus), p. 62 (Herelaef, Ebroinus), p. 63 (Berta). De chartis Pippini et Caroli Martelli, vid. supra, annot. 11. — (14) *MG.*, t. c., p. 59 (Pippinus-Suestra); p. 60 (Hedenus-Hamulus). — (15) Pieplo, quod ab Henrico quodam donatum est. — (16) Vid. supra, annot. 12. — (17) *MG.*, t. c., p. 55, l. 15 (Rohingus). — (18) Vita Willibrordi, c. 12 (Heribaldus, Thietbaldus). — (19) Vid. supra, annot. 14. — (20) L. c. (Wachardus-Erle). — (21) *MG.*, t. c., p. 55, l. 20-28. — (22) Distinctius eadem persecuti sumus in *Analectis Bollandianis*, t. XXV (1906), p. 163-76; cf. etiam

tamen

AUCTORE A. P.

tamen minus ausim eam apocryphis et suppositiciis accensere (1).

§ IV. De cultu S. Willibrordi.

De cultu liturgico.

46. *Restat ut de cultu S. Willibrordi tum ecclesiastico tum populari pauca pro instituto nostro colligamus. In ipso quidem monasterio Epternacensi mox ab obitu delatos esse Willibrordo honores qui sanctis tribui solent, et prorsus veri est simile, et ex his quae Alcvinus tradit* (*Vita c. 26 sqq.*) *non immerito colligi videtur. Consonat exemplar Epternacense martyrologii hieronymiani* (*cod. Parisiensis lat. 10837*); *postquam enim in hoc ad diem 7 novembris annotaverat manus saeculi, ut videtur, VIII :* † hic domnus apostolicus vir Willibrordus migravit ad Christum (2), *subiunxit ad diem 10 novembris manus eadem vel certe altera vix recentior :* Hic translatio eiusdem sancti Willibrordi; *etsi definire non valemus de quanam translatione sermo fiat. Brevi autem factum esse ut non a solis suis Epternacensibus* B *coleretur sanctus episcopus, prodit vir alter egregius S. Liudgerus ; qui in Vita S. Gregorii abbatis Traiectensis, quam circa finem saeculi VIII conscripsit, de SS. Willibrordo et Bonifatio iis verbis meminit quae non solum cultum, sed etiam cultum liturgicum sapiant :* Eademque caritate, sicut et fidei firmitate, qua praedecessores sui, sanctus videlicet Willibrordus archiepiscopus et confessor et Bonifatius martyr atque archiepiscopus (3)... *Inde vero ab extremo saeculo IX, id est ab Usuardi tempore († 875), usque hodie comparet S. Willibrordi nomen in multis tum martyrologiis, tum kalendariis sive editis sive manu scriptis in Anglia* (*Scottia, Hibernia*), *Gallia, Germania, Hollandia. Festus autem sancti pontificis dies 7 novembris, celebratus est* (4) *atque adhuc celebratur ritu quidem magis sollemni non solum Epternaci, sed et in dioecesibus Traiectensi et Harlemensi, minus autem sollemni in dioecesi Luxemburgensi, tum in aliis dioecesibus et Hollandiae* (*puta Bredana, Silvaeducensi, Ruraemundensi*), *et Belgii, et Germaniae* (*puta Coloniensi, Treverensi et, quae olim fuit, Aquisgranensi*). *Et in his quidem dioecesibus assumptum esse Willibrordum in patronum non paucarum ecclesiarum, vix opus est monere* (5). C *Praeterea in abbatia Epternacensi sancto nostro sacri erant dies 10 novembris, quem nescio cuius translationis anniversarium fuisse diximus, 21 novembris in memoriam ordinationis sancti pontificis* (6), *et 5 augusti, postquam anno 1192 monachi ob conservatam libertatem Epternacensis monasterii, quod episcopus Treverensis sibi tradi voluerat,* ut (*hic dies*) celebris in perpetuum ob venerationem ipsius sancti... apud se et posteros suos quotannis perageretur, devote instituerunt (7). D

De sollemni supplicatione saltatoria Epternacensi.

47. *His et vulgari fama clarior et conventu populi celebrior fuit olim estque etiam hodie feria III post pentecosten, qua singulis annis Epternacum se conferunt e vicinis locis peregrini plurimi atque supplicationem illam saltatoriam instituunt, quam etiam " sanctorum saltantium pompam " nominant. Non tamen, ut est haec sollemnis supplicatio cunctis notissima, ita clare definiri potest quando vel unde orta sit quidve sibi velit saltatio istiusmodi inter christianorum ritus. Porro ut ea sola quae certo constant spectemus, ineunte saeculo XII primus occurrit testis, qui de supplicatione Epternacensi meminerit, ita tamen ut eam iam a multo tempore in usu fuisse clare significet :* Indicio quoque, *ait Thiofridus in Vita prosa S. Willibrordi, c. 24* (8), E usque in presens est adventu paraclyti Spiritus celeberrima pentecostes ebdomada, in qua non modo ex tota circumquaque vicinia (9), sed ab universa Galliae et Germaniae provincia ritu perpetuo et quasi lege insolubili et inviolabili a progenie in progeniem transmissa et ceu iuramento Domini confirmata et tradita, innumerabilis cleri et populi conventus et frequentia cum oblationibus et letaniis summa cum devotione sancti eius (*Willibrordi*) terit limina ob divulgata et enarrata profecto a patribus filiis mirabilia, quae ibi in tantae sollemnitatis laeticia, omni revoluta vertentis anni orbita, ostensa sunt ante altare consecratum in septemplicis pneumatis honore et gloria. *Verum sive in his sive in plurimis documentis in quibus de peregrinatione ad Epternacensem ecclesiam sermo fit* (10), *ne verbo quidem indicatur saltatio, de qua nemo adhuc loqui repertus est ante Christophorum Browerum S. I.* (*† 1617*), *e cuius verbis* (11) *id tamen colligi posse videtur ante finem saeculi XV peregrinos Epternacenses illi saltationi operam dedisse. Cetera, quae afferuntur, vix coniecturam superant suntque non solum inter se opposita, sed parum firmis rationibus nisa, dubia, obscura. Fuerunt enim qui* F

W. LEVISON, in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XXXI, p. 777-78. — (1) Suspecta autem est altera charta, eaque inedita, qua Willibrordus monasterio Epternacensi septem mansos et unum molendinum *in loco qui dicitur Erle* donat (Codex Gothanus 71 [= cod. aureus Epternacensis], fol. 81; cf. Fr. X. WÜRTH-PAQUET, in *Publications de la Société pour la recherche et la conservation des monuments historiques dans le Grand-Duché de Luxembourg*, t. XVI, p. 8, 36°. Incipit : *Lucrum maximum credimus animarum*...). Certe id chartam non commendat, quod data fingitur *regnante Pippino gloriosissimo principe*, id est plus decem annis postquam vita functus erat Willibrordus. — (2) Eodem modo in kalendario quod huic martyrologio subiunctum est, ipso saec. VIII annotatum est ad d. 21 novembris : *Ordinatio domni nostri Clementis*. Vid. supra, num. 35. — (3) C. 10 (*MG.*, Scr. t. XV, p. 75). In eodem capite paulo antea legitur : *in Fresonia, in qua primus sanctus Willibrordus cognomento Clemens archiepiscopus in conversione gentis illius initiavit rudimenta christianae fidei cum discipulis suis.* — (4) Officium S. Willibrordi ex codice Traiectensi, olim ecclesiae Sanctae Mariae, nunc Universitatis, exarato saec. XII ed. W. Moll, *Kerkgeschiedenis*, t. I, p. 522-25 ; ZÖPPKE, *Kirchengeschichte*, t. I, p. 155-59; missam de S. Willibrordo ex codice saec. X olim Epternacensi, nunc bibliothecae ducalis Darmstadtensis ed. F. W. E. ROTH, in *Romanische Forschungen*, t. VI, 2 (1889), p. 282-83. — (5) A. KÖNIG, *Der hl. Willibrord als Kirchenpatron*, in ONS HÉMECHT, t. VI (1900), p. 42-44. — (6) Cf. supra, annot. 2. Orationes legendas in missa huius festi e sacramentario Epternacensi saec. XI (cod. Parisiensi, Bibl. Nat. lat. 9433) protulit Ad. REINERS, in *Organ des Vereins für christlichen Kunst in der Diöcese Luxemburg*, t. XV (1885), p. 55. Inscripta est eodem die commemoratio ordinationis S. Willibrordi in martyrologio Epternacensi saec. XII (cod. Parisiensi, Bibl. Nat. lat. 10158; cf. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, Paris, 1908, p. 236). — (7) Vid. Theodorici *Libellus de libertate Epternacensi propugnata*, ed. tum alibi, tum in *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 64-72 (cf. ibid., p. 72, l. 20). — (8) Cf. etiam c. 34 : *Inaestimabilis exorta est*... — (9) Confectus erat indiculus parochiarum quae Epternacum in festo pentecostes convenire debebant. Descriptus erat is saec. XII in codice Parisiensi, Bibl. Nat. lat. 8912, fol. 1 ; verum, folio usu detrito, is locus magnam partem vix legi potest. Cf. REINERS, *Der wahre Ursprung* [vid. p. 433, annot. 2], p. 11, annot. Alium indiculum multo ampliorem, eumque saec. XVI confectum edidit A. NEYEN, *De l'origine*..., in BULLETIN DE L'INSTITUT ARCHÉOLOGIQUE LIÉGEOIS, t. XV (1880), p. 249-53. — (10) Cf. REINERS, l. c., p. 11. — (11) *Antiquitatum et annalium Trevirensium libri XXV*, l. XVI, c. 95 (t. II, p. 162). Proferunt etiam imaginem anno 1605 pictam, quae in parochiali ecclesia Epternacensi appensa est, in qua saltatio illa exprimitur.

saltatoriae

A *saltatoriae supplicationis initium a tempore S. Willibrordi, quin etiam ab ipso Willibrordo repeterent; alii multo recentiora putant eius exordia: natam esse occasione singularis morbi illius, quem choream S. Viti dixerunt* (1), *quo morbo multi anno 1374 in Belgio et in Germania laborare coeperint. Neque haec una causa est seu occasio, ob quam saltationem Epternacensem institutam esse coniecerunt. Non solum enim moris illius originem alii religiosam, alii civilem et mere profanam censuerunt, sed et utrique in plurimas diversasque sententias abierunt ubi res enucleatius erat explicanda* (2). *Priores maxime inter se dissentiunt, cum alii opinentur orta esse ista tripudia ex spirituali gaudio, vel quo celebraretur in pentecoste anniversarius dies descensus Spiritus sancti vel quo S. Willibrordus, dum in vivis esset, ab Epternacensibus sive monachis sive incolis exciperetur, quotiens in monasterium rediret, vel etiam quo eidem sancto iam demortuo alacris atque grati animi sensus exhiberentur ab incolis, quos a diaboli servitute liberasset; alii facta esse cum spirituali* B *tristitia seu paenitentia, ut lues, quae homines pecudesve invasisset, vel alia quaepiam calamitas abigeretur; alii tandem ita coniecturas istas componunt, ut velint spirituali gaudio, quod primitus his saltationibus ortum dedisset, accessisse postea spiritum paenitentiae. Sed illi qui morem illum e profano ritu manasse contendunt, in isto ritu assignando non omnino consentiunt, quem volunt esse aut saltationes choreasve a gentilibus et quidem in falsorum deorum cultu pridem frequentari solitas, aut tripudia nescio quae iis similia quae oppidi Verviensis accolae olim edidisse feruntur, cum Leodium quotannis se conferebant, ut vectigal aliquod S. Lamberto, id est Leodiensi ecclesiae, solverent* (3). *Haec et cetera eiusmodi quae, tacentibus monumentis Epternacensibus, argute vel leviter pro suo quisque ingenio multi excogitarunt, incerta Willibrordianae saltationis primordia non illustrasse videntur, sed crassioribus tenebris et veluti nebulis quibusdam abscondisse.*

AUCTORE A. P.

In basilica monasterii Epternacensis

48. *Devoti in caelestem patronum animi insigne etiam testimonium non ita pridem dederunt Epternacenses, cum anno 1862 societatem constituerunt resarciendae et adornandae ecclesiae monasterii, quod olim fuit, Epternacensis seu basilicae Willibrordianae* (*Willibrordus-Bauverein*). *Quae basilica cum mirum in modum renovato atque aucto pristino splendore iam refulgeret, tandem die 4 iunii 1906 celebri pompa in eandem translatae sunt S. Willibrordi reliquiae* (4), *quae interdum in parochiali ecclesia erant servatae. De hisce reliquiis quid a morte S. Willibrordi ad nostra usque tempora sit factum, quantum monumenta docent, paucis tandem explicare iuverit. Mortuo S. Willibrordo,* conditum est, *teste Alcvino* (*Vita prosa, c. 25*), venerabile corpus in sarcofago marmoreo, *quem adhuc se possidere Epternacenses gaudent* (5); et in eo viri Dei corpus ... condentes sepelierunt illud in ecclesia monasterii (*ibid.*), *et quidem in crypta eiusdem* (6). *Etenim cum anno 1031, reaedificata ecclesia, quae anno 1016 incendio erat vastata, nova fabrica a Poppone Treverensi archiepiscopo dedicaretur, visum est monachis ut sancti praesulis corpus in locum honestiorem transferrent* (7). *Delectis ergo coenobitis qui tam pretiosum thesaurum inquirerent et effoderent, postquam et pavimentum templi infractum est et, egesta humo,*

inde ab obitu servatum sancti corpus;

quod anno 1031 e crypta translatum,

(1) Saltus morbidi quos huiusmodi aegroti edunt causa exstitisse creditur cur saltatu cieretur auxilium et S. Viti prope Augustam Vindelicorum, et S. Iohannis prope Kilburgam, et S. Willibrordi in oppido Epternaco, et alibi aliorum sanctorum. Cf. BINTERIM, op. cit. infra, p. 34. — (2) E plurimis libellis, qui de hac supplicatione conscripti sunt, satis erit aliquot adduxisse praecipuos, cum in reliquis non solum nihil aliud explicetur, sed eadem ut plurimum multo peius exponantur. Vid. ergo praesertim *De saltatoria, quae Epternaci quotannis celebratur, supplicatione cum praeviis in choreas sacras animadversionibus. Tractatum historicum edidit* Anton. Ios. BINTERIM, Düsseldorf, 1848, in-8°, VIII-45 pp. (Ferunt hunc tractatum editum quidem reapse esse C ab A. I. Binterim viro venerabili, scriptum autem a socio olim nostro I. Van der Moere; cf. ALBERDINGK-THIJM, *H. Willibrordus*, p. 297-98; *Der heilige Willibrord*, p. 211). Vid. etiam M. F. I. MÜLLER, *Dissertatio de origine peregrinationis saltatoriae, vulgo der Springenden Heiligen, quondam in urbe Epternacensi prope Suram annuatim feria tertia pentecostes usitatae, per archiepiscopum Trevirensem 1777 abrogatae, annis X et XI (1802 et 1803) denuo repetitae,* s. l. a. (1803), in 4°, 12 pp.; quae dissertatio, nonnullis praetermissis, ab Eligio Johanneau gallice versa est atque edita in MÉMOIRES DE L'ACADÉMIE CELTIQUE, t. III (Paris, 1809), p. 454-66; eadem ab auctore emendata iterum germanice postea prodiit: M. F. J. MÜLLER, *Abhandlung über die jährlich am Pfingstdinstage in dem Städtchen Echternach Herzogthum Luxemburg gewöhnliche Prozession der sogenannten Springenden Heiligen*, Trier, s. a. (1816), in-12° 20 pp.; J. MARX, *Geschichte des Erzstifts Trier*, II Abth., I Bd. (1860), p. 377-88; J. Bern. KRIER, *Die Springprozession und die Wallfahrt zum Grabe des heiligen Willibrord in Echternach*, Luxemburg, 1871, in-12, 200 pp.; G. KURTH, *La procession dansante d'Echternach*, in REVUE GÉNÉRALE, t. XXIV (1876), p. 240-65; A. NEYEN, *De l'origine et du but véritable de la procession dansante d'Echternach*, in BULLETIN DE L'INSTITUT ARCHÉOLOGIQUE LIÉGEOIS, t. XV (1880), p. 223-97 (adsunt p. 249-91 documenta bene multa neque neglegenda); Ad. REINERS, *Die Springprozession zu Echternach*, in FRANKFURTER ZEITGEMAESSE BROSCHÜREN, N. F., Band V (1884), p. 240-67; ID. *De optocht of processie van Echternach en andere dergelijke dansfeesten*, in DIETSCHE WARANDE, t. X (1893), p. 284-301; F. W. KORTÜM, *Die Echternacher Springprozession*, in GLOBUS, t. LXXVII (1900), p. 297-301; L. MENAGER, *Ueber die bei der Echternacher Springprozession ausgeführte Melodie*, in ONS HÉMECHT, t. VII (1901), p. 240-43; A. REINERS, *Der wahre Ursprung und Geist der Spring-Prozession zu Ehren des heiligen Glaubensboten Willibrord † 739 im Abteistädtchen Echternach*, Echternach, s. a. (1903), in-8°, 20 pp. — (3) Cf. NEYEN, l. c. — (4) Quae tunc gesta sunt singillatim enarravit A. REINERS, in *Studien und Mitteilungen aus dem Benediktiner- und dem Cistercienser-Orden*, t. XXVII (1906), p. 548-551. Cf. etiam anonymi scriptoris *Geschichte des hl. Willibrord und seiner Reliquien dem frommen Pilgern gewidmet* (Luxemburg, 1906), p. 47-48. — (5) Lapidei illius sarcofagi imago non semel est edita, v. gr. ab J. ENGLING, *Die ältesten christlichen Begräbnisse des Grossherzogthums Luxemburg*, F in PUBLICATIONS DE LA SOCIÉTÉ POUR LA RECHERCHE ET LA CONSERVATION DES MONUMENTS HISTORIQUES DU GRAND-DUCHÉ DE LUXEMBOURG, t. XVII (1861), planche IV; cf. p. 179-84, ubi de huius sarcophagi natura et historia multa docentur; Fr. BOCK, *Rheinlands Baudenkmale des Mittelalters*, I, Epternach, p. 4; A. NAMUR, *La Basilique de S.-Willibrord à Echternach*, in ANNALES DE L'ACADÉMIE D'ARCHÉOLOGIE DE BELGIQUE, 2e série, t. II (1886), p. 151. Iam inclusus servatur sarcofagus intra capsam marmoream, egregio opere nuper fabricatam, cuius imaginem vid in *Geschichte des hl. Willibrord* ... (Luxemburg, 1906), p. 47. — (6) Cum die 7 novembris obierit Willibrordus, coniciat forsan quispiam die 10 eiusdem mensis in cryptam delatum esse sanctum corpus atque hanc esse translationem quae in catalogo antiquissimo Epternacensi ad hunc diem est annotata (vid. supra, num. 46). Verum haec non *translatio*, sed *depositio* dici solet. — (7) Translationem hanc narravit Thiofridus in Vita c. 34; vix non iisdem verbis relata legitur inter miracula quae in codice Parisino lat. 9740 Vitae alcvinianae subiuncta sunt (*BHL.* 8943), c. 5, quaeque ab ipso Thiofrido pridem conscripta crediderim (cf. *Anal. Boll.*, t. XXVI, p. 73-77); paucissimis verbis commemorata est eadem tum in martyrologio Epternacensi saec. XII (cod. Parisiensi Bibl. Nat. lat. 10158; cf. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, Paris, 1908, p. 236), in quo die 19 octobris facta esse docetur; tum in Catalogo II abbatum (*MG.*, Scr. t. XIII, p. 741, l. 54), et in brevi Chronico Epternacensi (ibid., t. XV, p. 1307, l. 11).

duae

AUCTORE A. P.

duae cryptae sunt effractae, in tertia sacratissimum repererunt sarcophagum; ... elevato paulisper operculo, videre meruerunt dilectissimum dominum suum iacentem illaesa cuculla et cilicio et paene toto corpore integro ... *Ex quo cum particulas aliquas — praesertim* de costis eius unam — *sibi reservasset abbas, quas postea aliis ecclesiis distribueret* (1), *sarcophagum obseraverunt et summa cum reverentia elevaverunt, id est e crypta in ipsam ecclesiam deportaverunt, sicque tandem* corpus sancti patris Clementis Willibrordi a loco sepulturae sub principale altare transtulerunt (2).

anno 1498 elevatum,

49. *Mansit ibi usque ad annum 1498; quo tempore, cum viderentur quidam dubitare utrum corpus sancti praesulis reapse Epternaci servaretur, elevatae sunt reliquiae, prouti docet haec annotatio quae tunc temporis inscripta est chartulario seu codici aureo Epternacensi* (3).

Anno Domini 1498. Sanctus Willibrordus primus Traiectensis archiepiscopus, cognomento Clemens, elevatur de loculo suo in Epternaco propter garrulorum oblocuciones dissentionesque nonnullorum dicentium quia iam non est in monasterio
B
Epternacensi, sed fuit inde translatus ante multos annos iam peractos, aut in Traiecto, ubi olim pontifex extitit, conditus iacet, aut certe alibi, quo ignoramus; caput insuper sacri pontificis in Aquisgrano apud Praedicatores esse dicitur. Quibus respondendum quod mentita sit iniquitas
Ps. 26. 12.
sibi, et cum talia loquuntur, ex proprio fabulantur, moti ab illo et permoti promotique qui ab
Ioh. 8. 44.
inicio in via veritatis non stetit, quia mendax est et pater omnium mendacium; sequuntur autem illum qui ex parte eius sunt. Nos autem scimus
III Ioh. 12.
quia in Epternaco est et testimonium nostrum verum est, quia vidimus omnia membra ipsius integraliter, caput videlicet cum toto reliquo
Apoc. 14. 5.
corpore. Et non invenietur in ore nostro mendacium.

Tunc igitur e re visum est ut in loco certe magis conspicuo, etsi forsan non magis honorifico, id est in monumento excelsiore, quod in choro coram altari aedificatum erat, sanctum corpus reponeretur.

anno 1794 ab impiis dissipatum est,

50. *Verum cum monumenti illius moles obstaret ne sacerdotem ad altare sacris operantem fideles conspicerent, rursum sub altare, in locum vere suum, relatae sunt reliquiae sanctae anno 1624. Ubi postquam per 170 annos quieverant, in ipsa vigilia natalis S. Willibordi, in nocte diei 6-7 novembris anni 1794, a nebulonibus quibusdam Gallis impie petulanterque rebus novis operam dantibus abreptae sunt, violatae, ad contumeliam coniectae. Feliciter autem contigit ut eas sequenti die, 8 novembris, pius presbyter Willibrordus Meyers summa cura colligeret; a quo cum anno 1826 decano Epternacensi, Mathiae Coner, essent traditae, ipse eas sub maiore altari parochialis ecclesiae collocavit* (4), *ubi usque ad annum 1906 quieverunt.*

parte tamen servata.

Partes aliae pridem in varia loca distributae.

B *Editus ex codicibus Stuttgartensi Vitae SS. 1* (= **1a**^{1}), *Wirziburgensi Mp. th. f. 34* (= **1a**^{2}), E *Sangallensi 565* (= **1b**), *Treverensi Bibl. seminarii 75* (= **1c**), *Alentionensi 14* (= **6a**), *et ex fragmento quod servat codex Vindobonensis 808* (= **1d**). *Cf. supra, p. 419, 421.*

Incipiunt[1] capituli[2] libri secundi[3].

I[1]. Quod[2] beatus Willibrordus[3] de Brittania[4] vel Hibernia Franciam venisset.
II. Qualiter idem vir Dei in opere[5] praedicandi[6] proficisset[7].
III. Quomodo[8] Pippinus[9] dux Francorum[10] eundem famulum Christi Romam direxisset, ut archiepiscopus ordinaretur.
IV. Quod beatissimo apostolico[11] Sergio[12] papae[13] in visione <ostendebatur[14]> beatum Willibrordum[15] Romam venisse, et[16] ut[17] cum omni honore illum debuisset accipere[18].
V. Quomodo illum idem beatus papa[19] honorifice[20] tractavit[21], et[22] ordinato nomen inposuit[23] Clemens, et donis ditasset[24].
VI. Quod vir Dei remeavit[25] in Franciam[26] et instanter cunctis evangelium Christi[27] praedicavit.
VII[28]. Quod Fresonibus et Danais[29] praedicare[30] temptabat. C
VIII[31]. Quod aliquos baptizavit[32] ex[33] illis[34] in via et aliquid[35] signorum[36] faciens reversus est[37] Franciam[38].
IX[39]. Quod Carlus[40] Francorum dux gentem Fresonum[41] sibi subiecit.
X. Quod Willibrordus Fresonibus praedicare reversus est eosque ad fidem Christi[42] convertit.
XI. Quod ei sedis[43] episcopalis[44] in Traiecto castello data est et quod per loca presbiteros[45] disposuit.
XII. Quod devotissime verbum Dei[46] per omnia loca praedicare festinabat[47].
XIII. Quod non omnia quae idem pontifex fecit versu[48] enarranda[49] essent[50].
XIV. Quod confringenti famulo[51] Dei fanum[52] quoddam, gladio a quodam in caput[53] percussus[54], sed, Deo defendente[55], nil laesurae[56] ex[57] ictu ferientis sensit.
XV. Quod quidam, qui[58] servo Dei maledixerat, die postera periit.
XVI. Qualiter fontem orando de arida tellure[59] produxerat[60].
XVII. Quomodo ex eius benedictione una[61] flascona[62] vini in XII pauperes[63] sufficeret[64].
XVIII. Item[65] qualiter ex eius benedictione vinum in cupa cresceret[66]. F
XIX. Item[65] qualiter ex benedictione eiusdem viri[65] Dei[65] XL viri ex quatuor flasconis[67] modicis bibissent[68] usque ad satietatem[69].
XX. De quodam protervo divite, qui cum famulo Dei bibere rennuit[70] et post volens non potuit, donec ab eo absolutus esset.

Liber II. — [1] (I. c. l. s.) *om.* 1c. — [2] caepituli 1a^1 *m. pr.*, caepitula 1a^1 *corr.*; capitul 1b; capitula 6a. — [3] de eodem servo Dei *add.* 6a.
Index capitum. — [1] *Nullos numeros habet* 6a. — [2] (Quod ... venisset) Q. b. W. de Britannia et (*post corr.*) H. venit in F.; a Pippino Francorum rege suscipitur 1c. — [3] Willibrord 1a^1; Willebrordus 6a *et sic deinceps.* — [4] Brictania 1a^1; Brittannia 1a^{2}b, 6a *corr.* — [5] opem 1b. — [6] praedicanti 1b. — [7] profecisset 6a; proficiscebatur 1c; rem *add.* 1b. — [8] (Quomodo ... ordinaretur) Q. P. viro Dei in opere predicandi proficiente e. Ch. f. R. misit 1c. — [9] Pipinus 6a *et sic deinceps.* — [10] Franchorum 1b *et sic deinceps.* — [11] *om.* 6a. — [12] (a. S.) S. a. 1c. — [13] *om.* 1c. — [14] *ita* 1b; *om.* 1a^{1}a^2, 6a; ostensum est 1c. — [15] Willibrord 1a^1. — [16] (et ... accipere) ab eo c. o. h. suscipiendus 1c. — [17] *eras. in* 1a^2. — [18] suscipere 1b; revelatum est *add.* 6a. — [19] (il. id. b. p.) id. b. p. il. 6a; (b. p.) p. b. 1c. — [20] honorificę 1b. — [21] tractasset 6a. — [22] *om.* 1a^1. — [23] imposuit 1a^2; imposuisset 6a. — [24] ditavit 1c. — [25] *add. sup. lin.* 6a. — [26] Frantiam 1a^{1}a^2. — [27] (e. Ch.) ęuuangelii lucem 6a. — [28] *om.* 1a^1. — [29] Danis 1a^2 *corr. al. m.*, 6a. — [30] praedicari 1a^1. — [31] VII. 1a^1. — [32] babtizavit 1a^2. — [33] et 1b. — [34] (b. ex i.) ex i. b. 6a. — [35] aliquod 6a. — [36] signorom 1a^1 *ante corr.*; signonorum 1a^2 *ante corr.*; (a. s.) signum aliquod 1c. — [37] in *add.* 1c. — [38] Frantiam 1a^2. — [39] VIII. 1a^1 *et sic porro.* — [40] Karolus 1a^2, 6a; Carolus 1b**, 1c. — [41] Fris- 1c *et sic deinceps.* — [42] christianam 1c. — [43] sedes 1bc, 6a. — [44] episcolis 1a^2. — [45] prespiteros 1a^2. — [46] Domini 6a. — [47] (p. f.) predicavit 1c. — [48] carmine 1c. — [49] inenarranda 1a^1; enumeranda 1c. — [50] snnt 1c, sint 1c *corr.* — [51] (c. f.) confrigens famulus 6a. — [52] (fanum ... laesurae) quoddam fa. gl. petitur, sed Deo def. nullam lesuram 1c. — [53] (in c.) edili 6a. — [54] est *add.* 6a. — [55] deffendente 1a^1 *ante corr.*, 1a^2; (D. d.) *om.* 6a. — [56] laessurae 1a^{1}a^2; lesurae 1b, 6a. — [57] *om.* 1b. — [58] *om.* 1a^2. — [59] tellurę 1b. — [60] produxerit 1c, 6a. — [61] unum 6a; *om.* 1b. — [62] flascuna 1a^{1}a^2; flasco// 1c *corr.*; vasculum 6a. — [63] paupepres 1a^1. — [64] sufficerent 1a^{1}a^2. — [65] *om.* 1c. — [66] crescebat 1c. — [67] flasconibus 1b, 6a. — [68] biberunt 1c. — [69] sacietatem 1b, 6a. — [70] noluit 6a.

AUCTORE ALCVINO lib. II.

Expliciunt [107] capituli [108].

Incipit [1] praefatio [2] libri secundi [3].

Ecce tuis parui votis, venerande sacerdos,
Cor quia de vestro [1] fervet amore mihi,
Pontificis magni Wilbrordi [2] et [3] praesulis almi
Precurrens [4] titulis inclyta gesta citis [5].
Sit licet inferior, strepitans cum murmure rauco, D
Illius egregiis [6] sermo meus meritis,
Protulit ad templum, Christi [7] Wilbrorde [8] sacerdos,
Nostra fides vestrum parva minuta tamen;
Quae rogo suscipias clementer mente benigna,
Criminibusque meis posce, precor [9], veniam.
Non sunt digna tuis meritis mea munera, praesul,
Qui regnas summi dives in arce poli,
Ni pius in templo Deus aera minuta ferentem [10]
Laudasset viduam, quae [11] sua tota dedit.
Aera minuta duo diversi ponderis ista,
Sancte [12] pater, supplex in tua templa [13] fero.
Sed prius [14] aes [15] retinet [16] planis nummisma [17] figuris,
Posterius sed iam pierium rutilat.
Sunt qui in [18] lege sacra pilos pellesque caprarum
Ad pia tecta Dei ferre iubentur honus [19];
Non tamen hos [20] sperni [21] iussit lex sancta Tonantis,
Sed grate [22] accipere mens pia quae [23] tulerit;
Sic non magniloquas quaeris, pater optime, gazas,
Sed vestro [24] calidum pectus amore meum.

Explicit praefacio [1] libri secundi [2].

Incipit liber [3] secundus [4] de [5] vita sancti Willibrordi archiepiscopi, opus egregium domni [6] Albini magistri nostri [7] optimi Caliopi [8]. E

1. Venerat occiduis [1] quidam de finibus orbis Lib. I. c. 3.
Vir virtute potens, divino plenus amore,
Ore [2] sagax et mente vigil, et [3] fervidus actu,
Ad te temporibus Pippini, Francia [4] felix;
Quem tibi iam genuit fecunda Brittania [5] mater c. 1.
Doctaque nutrivit studiis sed Hibernia sacris, c. 4.
Nomine Wilbrordus [6], meritis vivacibus almus.
Qui peregrina petens Domini deductus amore, c. 5.
Semina perpetuae cupiens caelestia vitae
Spargere, qua rarus fuerat [7] prius [8] accola verbi.
Quem [9] Pippinus ovans [10], Francorum rector honestus,
Suscipit [11] atque [12] illum sitientia rura [13] rigare
Per loca mandavit iam singula rore superno,
Auxiliisque Dei famulum firmavit honestis.
2. Ille Deo plenus, lumen de lumine Christo, c. 6.
Iam quascumque piis peragravit gressibus urbes
Vel castella, casas, vel conpeta [1], semper ubique
Sparsit evangelicae radios per pectora lucis

[71] imminentem $1a^2$. — [72] totam *etiam* $1a^1$. — [73] liberaverit C 1c, 6a. — [74] *om.* 6a. — [75] Karoli 6a; Caroli 1b**c. — [75*] *om.* 1c. — [76] (m. et de o.) o. et m. 1c. — [77] in 1b; viderunt 6a. — [78] (b. f. c. e.) c. e. f. b. 1c. — [79] protelatura 6a. — [80] fraglantia $1a^2$b**. — [81] asperserit $1a^2$bc 6a. — [82] (D. o. s.) s. D. o. 1c. — [83] (s. v.) v. s. 1c; in *add.* 6a. — [84] sepe 1b. — [85] *om.* 1b. — [86] (i. q.) ibidem 1c. — [87] flagratia $1a^2$ *m. pr.*; fraglantia 1b**. — [88] paralytica 1b. — [89] est *add.* 1b*. — [90] (s. ad e. c.) ad e. c. s. est 1c, 6a. — [91] ecclaesia $1a^1$; ęcclesia $1a^2$. — [92] (v D.) sancti v. 6a. — [93] Wlsigo 6a. — [94] patre 1bc, 6a. — [95] *om.* 1b. — [96] *om.* 1c. — [97] saeculiri $1a^1$ *ante corr.* — [98] XXXIV. *add.* 1bc. — [99] uxore 1b *m. pr.* — [100] vividisset $1a^2$; viderit 1c; XXXIV. *add.* $1a^1$. — [101] quomodo 6a. — [102] illę $1a^2$. — [103] dimiserit $1c^1$. — [104] *om.* 1c. — [105] consenuerit 1c. — [106] (et u.) & bi $1a^1$ *m. pr.* — [107] (E. c.) *om.* $1a^1$ c. [108] capitula 1b, 6a.

[1] *Lemma om.* $1a^1$. — [1] prefatio $1a^2$; prafatio 1b. — [3] (I. p. l. s.) I. prologus l. s. in vitam s. Willibrordi episcopi 1c; I. liber secundus de vita sancti Willibrordi confessoris, quem Alcuinus metro studens composuit 6a.

Praefatio. — [1] *ita cod. omnes*; vero *Canisius et celeri editores. Cf. praefationem libri I:* Tamen vestris orationibus ... tuis parui pater sancte praeceptis. — [2] *ita et* $1a^1$; Willibrordi $1a^2$b. — [3] *om.* 6a. — [4] *ita* $1a^2$c, 6a; p̄currens $1a^1$; *totum versum om.* 1b. — [5] eius 1c *corr.* — [6] egreius $1a^1$; egregius $1a^2$, 1b *m. pr.* — [7] Christe 1b *m. pr.* — [8] Willibrorde $1a^2$b. — [9] praecor $1a^1$. — [10] ferentes $1a^2$. — [11] (v. q.) viduamque $1a^2$, 1b *m. pr.* — [12] sanctę $1a^1$ *corr. al. m.*; sanctae 1b. — [13] templo $1a^1$ *m. pr.* — [14] pius $1a^2$. — [15] *emendavit Frobenius*; haec $1a^1a^2$b, 6a; hec 1c. — [16] retinens 6a. — [17] nomisma $1a^1$ *corr. al. m.*; nummissa 1b *m. pr.*, 1c; nommisma 6a. — [18] *om.* $1a^1a^2$c, 6a. — [19] onus 1c. — [20] hoc 6a. — [21] (h. s.) hosperni $1a^1$ *m. pr.* — [22] grates 6a. — [23] (p. q.) piaque $1a^2$. — [24] *ita cod. omnes*; vero *editores*; *cf. supra* [1].

[1] praefatio $1a^2$b. — [2] (l. s.) *om.* 6a; (E. p. l. s.) Finit prologus 1c. — [3] (liber ... Caliopi) narratio 6a. — [4] secundius $1a^2$. — [5] (de ... Caliopi) *om.* 1c. — [6] sancti $1a^2$. — [7] *om.* 1b. — [8] Caliopiae 1b; Calliopici *coniecit Casp. Barthius* Advers. *p. 292, „ubi hoc loco fretus Alcvinum Calliopium illum grammaticum fuisse contendit, qui Terentii Plautique comoedias recensuit.„* WATTENBACH.

1. — [1] occiduus $1a^2$. — [2] utque 6a. — [3] sic 6a. — [4] Frantia $1a^2$. — [5] Brictania $1a^1$; Bri/tannia $1a^2$ *corr.*; Brittannia 1b; Britania 1c. — [6] Willibrordus $1a^1$, $1a^2$ *ante corr.* — [7] fieret $1a^1a^2$, 1b *m. pr.*, 1c. — [8] *ita etiam* 6a. — [9] mox *add.* 1b*. — [10] cunctis *add.* 1b, *delet. a corr.* — [11] suscepit $1a^1$ *m. pr.* — [12] ad 1b; adque 1b*. — [13] rugra $1a^1$ *m. pr.*

2. — [1] competa $1a^2$b, 6a. F

Praefatio. — 1. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* III, 3, 3: *venerande sacerdos* (MANITIUS). — 13-14. Cf. *Luc.* 21, 2. — 19-20. Cf. *Exod.* 25, 3, 4; 35, 6, 7.

C. 1. — 7. Cf. SEDULIUS, *Carm. pasch.* I, 103: *meritis vivacibus Enoch* (HUEMER).

C. 2. — 2-3. Cf. SEDULIUS, *Carm. pasch.* III, 23-24: *salutiferis incedens gressibus urbes Oppida, rura, casas, vicos, castella peragrans* (HUEMER).

Multorum

A Multorum, donec fidei pia flamma[2] reluxit[3]
Et nox[4] caeca procul illo[5] decessit[6] ab orbe[7],
Cotidieque[8] ruunt idolorum fana profana,
Et populi Christus resonabat in ore fidelis.
c. 6. **3.** Crescere Pippinus dum viderat inclytus[1] auctor
Ecclesiam Christi, fidei et venerabile donum,
Congaudens nimium tali doctore[2] salutis,
Ac melius ratus cicius[3] se mittere Romam
Praecipuum fidei preconem, quatenus illum
Pastor apostolicus firmaret in ordine primo,
Esset ut ecclesiae[4] presul summusque sacerdos.
c. 6. **4.** Pontificalis apex, Petri dignissimus heres,
Sanctus apostolicam tenuit tunc Sergius aulam,
Vir bonus et prudens, nulli pietate secundus.
c. 7. Ante diem quartam[1] facta est cui visio nocte,
Quam vir venisset Romam praeclarus ad illum.
Angelus e caelo veniens praedixerat illi:
« Ecce Deo carus properat hanc hospes ad urbem,
„ A duce Francorum missus sub[2] munere largo.
„ Hunc tu[3] mente pia saltim[4] tractare memento
„ Et mox pontificem summo sacrabis[5] honore;
„ A te quae cupiet capiat quoque dona sacerdos.
„ Iste Deo[6] sociat populorum milia multa. „
B Angelus, his dictis, caeli remeavit ad aulam.
c. 7. **5.** Annuit angelicis monitis[1] mox papa[2] beatus
Atque Dei[3] famulum tractavit mente benigna;
Ut fuerat iussus, conpleverat omnia promptus[4],
Pontificemque illum[5] magno sacravit honore,
Nomine Clementem patrio[6] iussitque vocari,
Et quaecumque petit[7] sanctus sibi, tradidit illi,
Plurima sanctorum praestans[8] ei[9] dona piorum.
c. 8. **6.** His actis, Domini famulus remeavit ad orbem[1]
Francorum, veniens firmatus munere summo;
Et totus gaudens populus[2] tunc accipit[3] illum,
Flumina mellifluae[4] cupiens haurire[5] salutis;
Quae pater[6] egregius[7] cunctis inpenderat ultro,
Rore rigans supero cunctorum pectora Christi;
Et quocumque pius veniebat forte sacerdos,
Auxiliante Deo, fructus carpebat[8] amoenos
Catholicae[9] fidei, donec impleverat urbes
Agnitione Dei, villas, atque oppida, rura.
c. 9. **7.** Nec[1] his contentus Francorum finibus, ultra
Spargere[2] sed temptans divini semina verbi,
Gentibus antiquo captis errore Fresonum
Vel Danais[3], multum populo per saecla[4] feroci;
Quas[5] tum[6] haud[7] potuit, reges quia forte scelestos[8]
Ille[9] habuere quidem, ad fidei convertere donum.
c. 9. **8.** Sed Deus[1] omnipotens animas donaverat illi
c. 10. Gentibus ex ipsis aliquas, et[2] mira peregit
Perque suum[3] servum quaedam[4]; qui in pace reversus[5],
Ad populum Domini spectans regionibus istis, AUCTORE ALCVINO lib. II. c. 12.
Ianua[6] perpetuae, Christo pandente, salutis
Dum[7] esset aperta; piis monitis sed semper ubique
Firmabat cunctos. Pippinus tempora vitae c. 13.
Praesentis conplens, Carolo[8] sua regna relinquens[9].
9. Qui mox nobiliter regales[1] rexit habenas, c. 13.
Amplificans fines, gentes superando triumphis
Externas, etiam bello vicitque Fresones,
Et ferrata[2] super illos carpenta[3] subegit,
De manibus tulerat horum quoque frena tributi.
10. Tunc vir evangelicus remeans Wilbrordus[1] et illis c. 13.
Verba ferens vitae, sacro et baptismate tinxit[2],
Quos fidei donis primo sacer inbuit almis;
Et lux orta fuit residenti mortis in umbra
Iamque diu populo; verus sol Christus ubique
Eluxit, subito tenebris cedentibus atris.
11. Tunc data pontifici est Traiecto sedis[1] in urbe, c. 13.
Et gens tota simul Fresonum subditur[2] illi,
Disceret[3] ut[4] magno fidei documenta magistro.
Mox constructa Deo viguerunt templa perenni, c. 12.
Per loca sunt positi et[5] doctores multa fideles,
Qui regerent populum, vitae qui verba docerent,
Qui baptisma darent, caeli qui pane cibarent,
Ne plebs esuriens a se ieiuna rediret, E
Sed cunctis Christus potus, cibus esset[6] habundans.
12. Hoc opus, hoc[1] fuerat praeclaro praesule semper,
Plurima quod ferret animarum lucra Tonanti[2]
Et[3] domino ad servos remeanti occurreret[4] ultro,
Multiplicata[5] ferens manibus utrisque talenta.
Circuit idcirco vigili tutamine[6] mandros[7],
Nominibus meritis ut Christi augeret ovile;
Et quocumque pius perrexit praeco salutis,
Gratia Celsithroni semper praevenit euntem,
Effectum tribuens factis verbisque docentis.
13[1]. Plurima perque suum fecit miracula servum, c. 14.
Quae nunc non libuit versu percurrere cuncta,
Sed strictim quaedam properanti tangere plectro,
Et gestis titulos[2] paucis praefigere musis,
Ad prosamque meum lectorem mittere primam;
Illic inveniet iam plenius omnia gesta
Pontificis magni, studium, documenta magistri,
Progeniem[3], vitam, mores mentemque benignam[4],
Devotumque Deo semper cor omnibus horis,
Legibus in sacris meditans noctesque diesque.
14[1]. Ecce Deo carus praesul iam tempore quodam c. 14.
Temptabat per se quoddam[2] confringere fanum.
Hoc cernens idoli custos[3], succensus in ira,
Pontificisque caput[4] gladio percussit acuto; F
Sed[5] nil[6] ex ictu sensit vir vulneris[7] almus.
Quem voluere sui comites occidere statim;

[2] flumina 6a. — [3] relaxit 1a[2]; duxit 6a. — [4] mox 1b. — [5] illa 1b*. — [6] descessit 1a[1] *m. pr.*, discessit 1a[1] *corr. al. m.* — [7] urbe 1b. — [8] cottidieque 1b.

3. — [1] inclitus 6a *et sic deinceps*. — [2] doctori 1b *m. pr.* — [3] citius 1a[2]bc. — [4] ęcclesiae 1a[2].

4. — [1] quartum 1a[2]. — [2] cum 1c. — [3] te 1a[2], 6a. — [4] saltem 1c. — [5] *ita etiam* 1b. — [6] *add. al. m.* 1a[2].

5. — [1] montis 1a[2] *ante corr.* — [2] papę 1b *m. pr.* — [3] *om.* 1b *m. pr.* — [4] prumptus 1a[1] *m. pr.* — [5] pium 6a. — [6] patria 1b. — [7] petivit 1b; p&tit 1b*. — [8] prestans 1a[2]; prestat 6a. — [9] gratanter *add.* 6a.

6. — [1] urbem 1c. — [2] (t. g. p.) p. t. g. 1c. — [3] accepit 1a[1] *m. pr.*, 1a[2]. — [4] melliflua 1b. — [5] aurire 1a[1] *m. pr.* — [6] prius 6a. — [7] egreius 1a[2]. — [8] capiebat 6a. — [9] katholicae 6a; (catholicae ... rura) *om.* 1b.

7. — [1] hec 1b *m. pr.* — [2] spergere 1b. — [3] dantis 1b. — [4] secla 1a[1]. — [5] quos 1bc — [6] cum 1c; tunc *ed.* — [7] haut 1a[2]; non 1c, 6a. — [8] caelestes 1a[1]; cęlestes 1a[2]; scelestes 1b. — [9] *ita* (*id e.* illae) 1a[1]a[2]b, 6a; illi *ed.*

8. — [1] Dominus 1b *m. pr.* — [2] aet 1a[2]. — [3] proprium *add.* 1b* *sup. lin.* — [4] quedam 1a[2]. — [5] reversi 6a. — [6] iannas 1b*. — [7] cum 6a. — [8] Karolo 1c, 6a. — [9] reliuquit 1b*.

9. — [1] regalis 1a[2] *ante corr.* — [2] ferata 1a[2] *m. pr.* — [3] carpentia 1b *m. pr.*

10. — [1] Willibrordus 1a[2]b. — [2] tincxit 1a[1].

11. — [1] sedes 1b*; sed̄ 6a. — [2] *ita et* 6a. — [3] miscēr& 6a. — [4] in 1b. — [5] *om.* 6a. — [6] (p. c. e.) c. e. p. 1c.

12. — [1] *om.* 1a[1]; hic 6a. — [2] sanctis multa ferens manibus utrisque talenta *add.* 1c. — [3] ut 6a. — [4] occurret 1a[1] *m. pr.* — [5] (Multiplicata ... talenta) *om.* 1c. — [6] (v. t.) vigilat utamine 1b; vigil hoc tutamine 1b*. — [7] mandras 1b.

13. — [1] XXIII. 1a[1] *et ita porro*. — [2] tituł 6a. — [3] progeniam 1b *m. pr.* — [4] mentesque benignas 1b.

14. — [1] XV. 1b *et ita porro*. — [2] *ita et* 6a. — [3] custus 1a[1] *m. pr.* — [4] capud 1a[1] *m. pr.* — [5] (Sed ... almus) Sed vir precipuus nec sensit vel leve vulnus 1b. — [6] nih 1a[1] *m. pr.*, nihil 1a[1] *corr. al. m.* — [7] (vir vu.) vu. vir. 1a[1] *m. pr.*

C. 4. — 3. *Anthologia lat.* I[2], ed. RIESE, p. 8 (I, 2): *Vir magnus bello, nulli pietate secundus* (DÜMMLER).

C. 7. — 2. PAULINUS NOLANUS, XV, 20: *divini semine verbi* (MANITIUS). — 6. Reges Fresonum Rabbodum, Danorum Ongendum nominat Alcvinus, lib. I, c. 9.

C. 9. — 1. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* IV, 4, 19: *ita rexit habenas* (MANITIUS). — 4. Cf. II *Reg.* 12, 31; I *Paral.* 20, 3.

C. 10. — 4. Cf. *Matth.* 4, 16; *Luc.* 1, 79.

C. 11. — 8. Cf. *Matth.* 15, 32; *Marc.* 8, 2.

C. 12. — 3. Cf. *Matth.* 25, 14 sqq.

Hunc

AUCTORE ALCVINO lib. II.

Hunc tamen eripuit mitis de morte sacerdos.
Qui[8] luit arreptus miseras[9] mox denique[10] poenas,
Postque dies ternas vitam finivit amaram.
Sicque suos sanctos Christus ulciscitur ultro.

c. 15.

15. Egit iter[1] quondam venerandus forte viator,
Qua se per segetes propior[2] iam semita duxit,
Cum sociis etiam, tenuit quas dives avarus.
Cui segetum[3] custos[4] callem prohibere[5] volebat,
Plurima conclamans sancto convicia[6] verbis,
Nec non augebat factis obprobria diris.
Qui divertit[7] iter, qua se via puplica[8] monstrat.
Mox perit[9] infelix delusor luce secunda,
Iam[10] quia non timuit servo maledicere Christi.

c. 16.

16. Dum divina pius caelestis semina vitae
Spargere per multas properaverat accola[1] terras,
Pervenit qua nil steriles[2] nisi gignit harenas[3]
Infecunda[4] soli species prope litora[5] ponti;
Qua nec dulcis aquae inventa est sitientibus unda.
Vir cupiens sanctus[6] sociis succurrere fessis,
Iusserat ut facerent intra tentoria[7] fossam.
Quo facto, praesul solum se clauserat intus,
Et genibus fixis lacrimas fundebat amaras

B

Ante Deum; dulcem quae[8] mox meruere sed undam[9].
Produxit subito fontem prius arida tellus;
De quo potabant socii secumque ferebant,
Indiguit quantum steriles[10] via cepta[11] per agros.

c. 17.

17[1]. Occurrere[2] Dei famulo ter[3] forte[4] quaterni
Iam miseri pannis[5] vestiti et panis[6] egeni;
Quos pius ut vidit, motus pietate sacerdos:
" Ferte meam „, dixit, " flasconem[7] ferte, ministri,
„ Et miscete[8] viris illam[9]; benedictio Christi
„ Sufficere in totos faciat[10] largissima[11], credo „.
Turba bibebat ovans, quantum sibi quisque volebat[12];
Flasco tamen fuerat meliori plena falerno.

c. 18.

18[1]. Venerat ad quandam cellam venerabilis hospes.
Omnibus ecclesiae rebus iam rite peractis,
Fratribus et solito mandatum[2] more salutem[3],
Omnia perspiciens[4] sacrae sedilia cellae;
Ingrediens etiam sociis cellaria paucis,
In qua[5] sola parum[6] vini vix tunna[7] tenebat,
Quam Christi famulus baculo benedixit honesto,
Quem manibus semper sanctus portare solebat.
Nocte[8] sequente[9] merum sed mox, mirabile dictu,
Solus in aede manens servator crescere vidit,
Donec mellifluo completa est nectare tunna[7].
Hoc[10] laetus retulit venerando patre[11] silenter;

C

Cui[12] pius antistes dederat praecepta[13] tacendi[14]

D

Usque diem mortis, nolens sibi quaerere[15] laudem.

c. 19.

19[1]. Vir fuit in populo largus pergentibus[2] hospes[3],
Saepius[4] hospitium cuius intrare solebat
Egregius praesul[5], partes dum venit in illas.
Ecce die quadam veniens[6], nil praescius[7] ante[8]
Vir fuit adventus[9]; quapropter pocula vini
Non habuit, caro veniente repente magistro.
Hoc pater agnoscens, iussit sibi ferre quaternas,
Per loca quas pueri secum portare solebant,
Flascones[10] pariter modicas; benedixit et inquit:
" Nunc miscete[11] citi[12]. Nobis benedictio Christi
„ Augebit[13] vinum, credo, pietate benigna. „
Sic fuit et factum[14]. Forsan[15] bis[16] ecce viceni
Namque[17] fuere viri convivae, vina bibentes;
Sufficit[18] his Christi per donum potio cunctis.

c. 20.

20[1]. Lassus[2] iter Domini famulus faciebat amatum,
Imbribus aetheriis[3] cupiens sata lata rigare.
Prata pius[4] praesul[5] cuiusdam divitis intrat,
Cum sociis modicum[6] lassis[7] requiescere[8] tempus.
Cedere[9] coepit equos viridis[10] et abigere[11] pratis.
Quem pius alloquitur blando sermone sacerdos:
" Desine, queso, tuis nos nunc depellere pratis,

E

„ Sed magis ad nostras epulas conviva venito
„ Et bibe nobiscum; simus quoque semper amici. „
Respondit dives furiosa[12] mente superbus:
" Nolo tuas epulas, tecum potare recuso[13]. „
Mox rapuit praesul verbum de voce loquentis:
" Si potare negas mecum, modo non bibe, queso[14]. „
His dictis, Dominis famulus perrexerat ultro[15]
Atque domum dives propriam[16] repedavit[17] iniquus.
Quem sitis inflammat nimio fervore repente.
Qui miscere furens famulos[18] sibi vina rogabat,
Accipiens calicem sed nil sorbere valebat.
Ardebat sitiens stomachus[19], sed pocula Bachi
Respuit, et[20] totus flammis ardebat anhelis[21].
Nec valuit quisquam medicus relevare laborem,
Donec ipse miser[22] culpam cognovit iniquam
Atque Dei famuli ex dictu[23] tormenta luisse[24].
Optabat[25] reditum quapropter[26] praesulis almi.
Venerat ipse senex, alter dum venerat annus.
Cui miser occurrit, poenam confessus amaram;
Cui pius indulsit quicquid commiserat in se
Atque manu propria potum porrexerat[27] ipsi[28].
Qui mox sanatus, fastidia longe relinquens[29],
Accipiens calicem pleno se et[30] proluit[31] ore.

F

[8] Qu 1a^2. — [9] miseros 1a^2. — [10] denuo 1a^{2}bc, 6a.

15. — [1] (E. i.) Pergebat 6a. — [2] proprior 1a^1, 6a; prop//ior 1a^2 *corr.* — [3] segitum 1a^1 *m. pr.*, 1a^2. — [4] custus 1a^1 *m. pr.* — [5] prohibire 1a^1. — [6] convitia 1a^{2}bc. — [7] devertit 1a^1 *m. pr.* — [8] pupplica 1a^2; publica 1bc, 6a. — [9] periit 1a^1 *m. pr.*, 1b *m. pr.* — [10] nam 1c.

16. — [1] occola 6a. — [2] stereles 1a^1 *m. pr.*; sterilis 1b *m. pr.* — [3] arrenas 1c; arenas 6a. — [4] infęcundas 1b. — [5] litore 1b *m. pr.* — [6] sanctis 1b. — [7] tectoria 1b. — [8] (d. q.) dulcemque 1b; dulcem quo 1b*. — [9] (s. u.) secunda 6a. — [10] stereles 1a^1 *m. pr.*; sterilis 6a. — [11] cępta 1b.

17. — [1] XXVI. 1a^1 *iterum*. — [2] < >courrere 1a^2. — [3] *ita etiam* 6a. — [4] fonte 1a^1. — [5] (I. m. p.) Nam m. p. 1b *m. pr.*, 1c; panniculis m. 1b*. — [6] pannis 1a^2 *ante corr.* — [7] (d. f.) f. d. 1a^1. — [8] miscête 1b. — [9] illum 1a^1. — [10] faciet 1a^1 *corr. al. m.*, 1c *m. pr.* — [11] largissime 1b. — [12] volebant 1b.

18. — [1] XXVIII. 1a^1. — [2] *ita* 1a^1 *m. pr.*, 1a^2, 1b *m. pr.* (*ut videtur*); mandatam 1a^1 *corr. al. m.*; mandat tum 1c *corr.*; mandata 1b*, 6a. — [3] salute 1b*, 6a. — [4] perspexit 6a. — [5] quae 1c *corr.* — [6] paruum 1b *m. pr.* — [7] tonna 6a. — [8] noctem 1a^1 *corr. al. m.* — [9] sequentem 1a^1. — [10] (Hoc ... silenter) Retulit hoc furtim letus patri venerando 6a. — [11] patri 1a^1 *corr. al. m.*, 6a. — [12] cu 1a^2. — [13] precepta 1a^2. — [14] tacenti 1b *m. pr.* — [15] querere 1b.

19. — [1] XXVIII. 1a^1. — [2] *ita etiam* 6a. — [3] hostes 1a^1 *m. pr.* — [4] sepius 1b. — [5] presul 1a^2. — [6] venit 6a. — [7] prescius 1b. — [8] eius 1b*. — [9] adventans 1c. — [10] flasconas 1a^1 *m. pr.*, 1c *m. pr.*, 6a; floscones 1b *m. pr.* — [11] miscite 1a^2; miscéte 1b, 6a. — [12] sit 1b *m. pr.*; quidem 1b*; (m. c.) cito m. 1c. — [13] augebat 1a^2 *ante corr.* — [14] factu 1a^{2}b. — [15] fosan 1a^1 *m. pr.*; iam *add.* 1a^{1}a^{2}b; ///// bis 1c; (f. b. e. v.) viginti bis satiati 6a; iam bis simul e. v. *Mabillon*, *Wattenbach*, *Dümmler*. — [16] simul 1b*. — [17] (namque ... libentes) sunt ibi convivae de vino presulis almi 6a. — [18] Fufficit 1a^2.

20. — [1] XVIIII. 1a^1. — [2] passus 6a. — [3] aetheris 1a^1 *ante corr.*; atheriis 1b. — [4] prius 1a^1, 1a^2 *ante corr.* — [5] presul 1a^2; *om.* 6a, *sed add.* nequam *sup. lin.* — [6] modicam 1a^1 *m. pr.* — [7] lassam 1a^1. — [8] reguiescere 1a^2 *ante corr.* — [9] caedere 1a^2. — [10] *ita* 1a^{1}a^2, 1b *ante corr.*, 1c; vir//dis 1b *corr.*; (v. et a. p.) abigitque virentibus herbis 6a. *Pro barbaro utique* viridis *scripserunt* virgis *editores inde a Canisio;* vir dis, " *id est dives* „, *coniecit Wattenbach, recepit Dümmler.* — [11] pellere 1b*. — [12] furiosi 1a^2; furiose 1b *m. pr.* — [13] recusso 1a^2 *m. pr.*, 1b; -o *al. m. s. ras in* 1a^2. — [14] quesso 1a^1 *m. pr.* — [15] ultra 1a^1 *corr. al. m.* — [16] proprium 1a^2. — [17] repadavit 1a^2. — [18] famulo 6a. — [19] (si. st.) stomachum si. 1a^2. — [20] semper *add.* 1a^{1}a^{2}c. — [21] anchelis 1a^1 *m. pr.*; anhelus 1a^2 *ante corr.* — [22] (miser ... almi) suum facinus cognovit aperte sedulo compulsus nimiae sitis anxietate pontificis sancti reditum persaepe rogavit 6a. — [23] dicto 1b*. — [24] luisset 1a^{2}b. — [25] obtabat 1b. — [26] quo propter 1a^2. — [27] perrexerat 1a^1 *m. pr.* — [28] *ita* 1a^{2}b*c; sibi 1a^1; ipse 1b *m. pr.*; (p. i.) porrexit eidem 6a. — [29] relinquit 6a. — [30] *expunctum in* 1b, *add. sup. lin. in* 1c, *om.* 6a; ex 1a^2. — [31] protulit 1a^1, 1a^2 *ante corr.*

21.

21 [1]. Est antiqua, potens muris et turribus [2] ampla
Urbs Treveris, nec non [3] sacris circumdata cellis;
In quibus unatim populorum turba piorum
Laudibus invigilant Domini [4] nocteque [5] dieque [6].
Has inter fuerat sacrarum cella sororum,
Quas subito nimium quassavit [7] pestis acerba [8];
Ex vita hac rapuit per quam [9] mors ultima multos [10],
Semineces quaedam longo iacuere [11] dolore [12].
Terror mortis erat nimius sed et [13] omnibus idem.
Spes fuit in famulo Christi; vocatus et ille
Cum lacrimis citius fessis [14] succurrere [15] rebus.
At pius [16] ille pater conplevit vota sororum
Adveniens; illas iam nec spes alma fefellit [17],
Sed precibus [18] sancti mox pestis acerba [19] recessit,
Et Domino laudem reddunt pro sospite vita.

22 [1]. Tota [2] domus patris cuiusdam tempore [3] multo [4]
Saepius incursu vexatur [5] daemonis [6] atri;
Spiritus et variis dirus terroribus illam,
Torquebat, vano nec iam phantasmate [7] tantum,
Sed [8] nocuit multum manifestis puplice [9] gestis [10],
Multoties [11] manibus rapto [12] vestesque cibosque [13]
Iniciens [14] flammis; infantem nocte iacentem [15]
Amplexus [16] inter tulerat vis dira parentum,
B Nisus in ardentem plorantem mittere [17] pyram [18];
Sed vix ereptus [19] manibus de morte suorum.
Hanc pestem nullus potuit sanare sacerdos,
Donec ipse Dei [20] famulus a patre rogatus
Hanc precibus pestem sanctis [21] purgavit, et illis [22]
Nomine sub Christi benedictam [23] miserat [24] undam.
Praescius et rerum praesul [25] praedixerat atque [26]
Quod domus illa vetus flammis ab hoste fuisset
Consummenda [27] prius : " Ne te, rogo, terreat ignis;
„ Construis optatae melius tibi tecta salutis;
„ Quae [28] munire cito benedicto fonte memento.
„ Post [29], donante Deo, serpentis [30] peste carebis
„ Et tua tota domus tecum gaudebit [31] amata. „
Omnia mox patris conplentur in ordine dicta;
Ex [32] hinc nulla domum tetigit temptatio talis,
Sed bene securus mansit habitator in illa.

23 [1]. Iste [2] Dei sanctus praedixerat ante futura,
Quae post eventus [3] rerum modo vera probabit [4].
Iamque [5] ducis [6] Carli [7] Pippinum [8] nomine natum,
Ut pater optavit, sacro [9] baptismate tinxit [10];
De quo discipulis praedixit talia vatis [11] :
" Omnibus iste aliis fuerit sublimior infans
„ Francorum ducibus, quos saecula [12] longa tulerunt.
„ Hic reget [13] imperium felix feliciter istud,
„ Dilatans fines magnis hinc inde triumphis. „
Non opus est nostris illud monstrare camenis,
Quod toto veris celebratur [14] in orbe loquelis.

AUCTORE ALCVINO lib. II.

24 [1]. Vir [2] fuit [3] iste Dei patiens, moderatus [4], honestus, c. 24.
Moribus egregius et in omni strenuus [5] actu,
Corde pius, humili [6] mitis rigidusque superbo,
Solator miseris, <et [7]> inops [8] sibi, dives egenis.
Qui postquam vitae meritis perfectus in annis,
Bis octena [9] pius [10] conplevit lustra sacerdos,
Ter [11] quater et menses, mensis iam iamque [12] novembri [13]
Idibus octenis [14], caeli migravit ad aulam,
Caetibus [15] angelicis iunctus, caelestibus ymnis [16]
Conlaudans Christum, semper sine fine beatus.

25. Quem fratres studio curarunt condere sancto c. 25.
Psalmodiis, ymnis [1], magno cum laudis honore.
Sarcofagum brevius fuerat sed corpore patris,
In quo tunc fratres voluerunt condere corpus.
Effecti [2] nimium tristes; mirabile dictu,
Ecce repente lapis se protelare locelli
Caepit [3] et ad formam se aptavit corporis almi.

26 [1]. Inter et exsequias miri flagrantia odoris c. 25.
Ambrosio [2] ecclesiam perfundit [3] nectare totam,
Perspicue [4] angelicam monstrans venisse catervam
Ad patris officium laetis concentibus [5] almi.

27 [1]. Iste pater sanctus, pastor, patriarcha, sacerdos, c. 24.
In propria pausat felix Aefternaco [2] cella,
In laudem Domini quam iam construxerat ipse;
In qua signa Deus faciet nunc usque salutis.
Ex olei tactu multi sanantur egroti, c. 27.
Quod [3] solet ad corpus magni lucere patroni.
Vincula rumpuntur per se properantibus illuc [4],
Qui sua cum lacrimis veniunt mala crimina flere
Et laeti redeunt, Christo donante, soluti.

28 [1]. Inque [2] loco sancti quo stant sacra lectula patris, c. 26.
Saepius [3] aetherium [4] lumen venisse videtur,
Hic quia pontificis linquens ergastula carnis
Spiritus astra petit meritis vivacibus [5] alta,
Cum Christo et sanctis fruiturus luce perenni;
Quod [6] lux demonstrat, crebro quae [7] cernitur istic.

29 [1]. In [2] quo multoties caelesti nectare dulcis c. 26.
Flagrat odor, vere pigmento [3] dulcior omni;
Testibus a multis fieri quae vera probantur,
Quorum vita fidem certam dat [4] casta relatu.

C

21. — [1] XX. $1a^2$. — [2] turibus 1b *m. pr.* — [3] et *add.* $1a^1$. — [4] divinis 6a. — [5] -que *om.* 6a. — [6] (n. d.) d. n. $1a^2$. — [7] quas fuit $1a^2$. — [8] acerva $1a^2$, 1b *m. pr.* — [9] (p. q.) *om.* 6a. — [10] multas 1c, 6a *aptius.* — [11] iacere $1a^2$. — [12] torquere $1a^2$ *prius, sed delet. et add. m. pr. in marg.* : dolore. — [13] *om.* 6a. — [14] confessis 1b *m. pr.* — [15] succurre 1b *m. pr.* — [16] (At p.) ocius 6a *post corr.* — [17] refellit 6a. — [18] praecibus $1a^1$. — [19] acerva $1a^2$, 1b *m. pr.*; (m. p. a.) p. m. dira 6a.

22. — [1] XXI. $1a^1$. — [2] tecta 1b; nota 6a. — [3] temporis $1a^1$. — [4] ulto 1b́ *m. pr.* — [5] vexantur 1b*. — [6] doemonis $1a^2$. — [7] fantasmate $1a^2$. — [8] st 6a *ante corr.*; at 6a *corr.* — [9] publice $1a^1$ *corr. al. m.*, 1bc. — [10] (p. g.) cladibus illi 6a. — [11] multotius 1b *m. pr.*; multociens 1c. — [12] *ita* $1a^1$ *m. pr.*, $1a^2$b, 1c *m. pr.*; raptas $1a^1$ *corr.*; raptos 1c *corr.*; rapiens 6a. — [13] (v. c.) vesteque cibosque $1a^2$. — [14] incipiens 1b; incutiens 1b*; iniecit 6a. — [15] lucentem $1a^1$ *m. pr.* — [16] (amplexus ... parentum) *om.* 1c. — [17] mitere 6a. — [18] piram 1b *m. pr.*, 6a. — [19] ē raptus 1b*. — [20] *om.* $1a^1$. — [21] scis $1a^2$. — [22] illi// 1b. — [23] benedicta 1b *m. pr.* — [24] miserant $1a^2$ *ante corr.* — [25] presul $1a^2$. — [26] ipsi 1b*; (p. a.) predixit aperte 6a. — [27] consumenda $1a^1$ *corr. al. m.*, 1 c. — [28] que $1a^2$. — [29] hic 6a. — [30] seruientis 1b *m. pr.* — [31] lętetur 6a. — [32] *ita etiam* 1b.

23. — [1] XXII. $1a^1$. — [2] < >ste $1a^2$. — [3] eventu $1a^1a^2$b; eventum 1c. — [4] probavit 1c. — [5] namque 1b, 6a. — [6] du//cis 1b. — [7] Karoli 6a. — [8] Pipinum 1c, 6a. — [9] sacre 1b *m. pr.* — [10] tincxit $1a^1$. — [11] vates 1b*, 6a. — [12] saecla $1a^1$ *corr. al. m.*; secla 1b *m. pr.* — [13] regit $1a^1a^2$b. — [14] cęlebratur 1b. F

24. — [1] *Hoc caput habet* 1d. — [2] < >ir $1a^2$. — [3] *om.* 1d. — [4] modoratus $1a^1$. — [5] strennuus 1c. — [6] humilis 1d. — [7] *om.* $1a^1a^2$d, 6a; *add. al. m. in* 1b*c. — [8] pauper 6a. — [9] octona 1b*. — [10] scius 1d. — [11] per 6a. — [12] *alterum* iam *eras. in* $1a^1$. — [13] novembris 1b*. — [14] octonis $1a^2$cd, 6a. — [15] coetibus $1a^2$. — [16] hymnis 1d.

25. — [1] hymnis $1a^1a^2$. — [2] affecti 6a. — [3] coepit $1a^2$.

26. — [1] XXV. $1a^1$. — [2] -sio *add. sup. lin. in* $1a^2$; ambrosii 1b *m. pr.* — [3] perfudit 1b*. — [4] perspicuae $1a^1$ *m. pr.*, 6a. — [5] concedentibus 1b *m. pr.*

27. — [1] *Cap. 27-30 om.* 6a; XXVI. $1a^1$. — [2] Afternaco $1a^2$b*; Asternaco 1b *m. pr.*, Epternaco 1c. — [3] Qui $1a^1$ *m. pr.*, 1b. — [4] unda $1a^2$.

28. — [1] XXVII. $1a^1$. — [2] in quo $1a^1$, 1b *m. pr.* — [3] sepius 1b. — [4] etherium 1b; ethereum 1c. — [5] vivatibus 1b *m. pr.* — [6] Quo 1c. — [7] (c. q.) crebroque $1a^2$, 1b *m. pr.*

29. — [1] XXVIII. $1a^1$. — [2] < >n $1a^2$. — [3] pigmenti 1b *m. pr.* — [4] certa dat $1a^1$; certa /// dat 1c; certabat 1b; multo dat $1a^2$.

C. 21. — 1. Cf. VERG., *Aen.* I, 531 : *Terra antiqua, potens armis* (DÜMMLER). — 11. Cf. OVIDIUS, *Met.* XV, 632 : *miseris succurrere rebus* (DÜMMLER).

C. 23. — 2. Cf. lib. I, c. 23 : *quae post rerum eventus vera probavit*, et SULP. SEV., Vita S. Martini, c. 5, 3.

C. 24. — 9. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* VIII, 3, 5 : *Coetibus angelicis ... sociata* (MANITIUS).

C. 28. — 4. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* IV, 5, 6 : *Spiritus astra colit* (MANITIUS); vid. etiam supra ad c. 1, v. 7. — 5. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* IV, 21, 13 : *luce perenne fruens* (MANITIUS).

Quam

AUCTORE ALCVINO lib. II.

Quam requiem speras animam habuisse beatam,
Talia dum terris per sanctas signa geruntur
Reliquias [5], tanti meritis dignissima [6] patris?
Qui nostros [7] poterit precibus relevare dolores,
Si [8] iam corde pio lacrimas effundimus illic,
Quo pater egregius sacrato [9] corpore pausat.

c. 28. **30** [1]. Interea [2] mulier totis paralitica [3] menbris [4]
Continuis semper septenis languit [5] annis,
Tabida [6] nec valuit quicquid [7] sibi menbra [8] movere;
Ultima vix moriens suspiria corde trahebat.
Ante Dei sancti corpus portata iacebat,
Effundens lacrimas fessa cum voce tepentes.
Sola fides viguit, posse sperare salutem
Per famulum Christi; nec se spes ipsa fefellit [9].
Ecce repente salus leviter per membra cucurrit,
Igneus atque calor [10] venas afflavit apertas,
Ossibus et nervis virtus redit inclyta cunctis.
Surrexit mulier toto mox corpore sospes
Atque domum propriis gaudens se currere [11] plantis,
Quae prius alterius languens portatur ab [12] ulnis.

c. 29. **31** [1]. Ecce [2] quidam iuvenis valido languore [3] per annos
Heu! multos doluit; nervi vix ossibus haerent [4];
Intremuere simul vexati corporis artus;
B Ceu caput [5] avulsum [6] vidisses vertice summo,
Sic huc, sic illuc dextra [7] levaque rotatum;
Saepe [8] etiam [9] iacuit multam [10] moriturus in [11] horam.
Iste miser talis fidei cum pectore firmo
Venerat [12] ecclesiam, manibus deductus amicis,
In qua pontificis magni pia membra quiescunt,
Proque [13] salute sua lacrimas fundebat amaras.
Quem mox audivit miserantis gratia Christi,
Et rediviva [14] salus per menbra [15] cucurrit ubique,
Convaluitque viro nervorum flexilis [16] ordo;
Inrepit [17] ossa vigor totis virtusque medullis.
Adstanti [18] populo cunctis cernentibus ille est [19]
Incolomis [20] subito factus, ac robore fortis
Perrexit sanus, quo se sua vota ferebant;
Omnipotenti [21] Deo grates ob dona salutis
Semper agens Christo [22]. Christo laus, gloria semper.

c. 30. **32** [1]. Altaris iuvenis corrupta mente minister,
Clam rapuit quidam [2] sancti donaria [3] templi;
Tollitur ac saevo [4] quaedam crux aurea furtu [5],
Quam Christi famulus secum portare solebat [6],
Dum [7] pius [8] egit iter, Christo comitante, viator [9],
Reliquias [10] propter multas quas condit [11] in illa [12]. D
Mox tormenta luit [13] sceleris [14] praesumptor iniquus;
Ultio consequitur peccatum iusta [15] nefandum,
Et perit [16] infelix crudeli peste peremptus [17].
Mortis in articulo pandit tamen [18] impia furta [19],
Et quo, quae tulerat, latuissent omnia monstrat.
Quo pereunte, timor [20] crevit cum laudibus ingens
Fratribus et populo, cernentes omnia Christo [21]
Quaeque sui servi [22] fierent [23] servante tueri.

<CARMEN ELEGIACUM>

33 [1]. Nobilis iste fuit magna de gente sacerdos, Lib. I. c. 1.
Sed magnis [2] multo nobilior meritis.
Ut dudum cecini [3], fecunda [4] Brittannia [5] mater,
Patria Scottorum, clara magistra [6] fuit.
Francia [7] sed felix rapuit, veneratur, habebat,
Illius atque hodie [8] membra [9] sepulta tenet.
Hunc Wilgils [10] genuit proprio pater inclitus aevo, c. 2.
Vir sanctus, sapiens, ac pietate probus,
De quo versifico liceat me ludere plectro,
Lector, ut agnoscas qualis et [11] ipse fuit
Et de quam [12] sancta generis radice parentum
Iste Dei famulus progenitus fieret [13]. E
[14] Vir fuit in populo dictus [15] cognomine [16] Wilgils [17],
In Transhumbrana [18] nobili [19] gente degens [20]. c. 1.
Moribus egregius, populo peramabilis [21] omni;
Vita fuit cui cum coniuge casta satis. c. 2.
Quae iam mente pia fuerat [22] subiecta marito,
Ut quondam proprio Sarra [23] viro fuerat.
Haec [24], revelante [25] Deo, cernebat mente futura
In [26] stratis [27] recubans [28], somnia vera videns.
Namque [29] novam [30] sese lunam vidisse putabat,
Cornibus erectis, ut solet esse nova.
Crescere paulatim [31] implere et cornua caepit,
Donec ei pleno lumen in orbe micat.
Illius haec subito sorbentis in ore ruebat,
Viscera perradians luce micante sibi.
Evigilans somno mulier haec mente retractat,
Quid sibi [32] quod cernit significare queat [33];
Atque [34] sacerdoti [35] cuidam haec omnia pandit,
Cuius in aecclesia [36] vita probata fuit.
Haec ubi pensabat praedictus [37] corde sacerdos,
Coniecit [38] et [39] rebus visa superna novis [40];

C [5] relliquias $1a^1$ *corr. al. m.* — [6] dignissimi 1c. — [7] nostris 1b. — [8] sed $1a^2$. — [9] sacrata $1a^2$.

30. — [1] XXVIIII. $1a^1$. — [2] < >nterea $1a^2$. — [3] paralytica 1b. — [4] membris $1a^2$b. — [5] larguit $1a^2$ *m. pr.* — [6] tapida $1a^1$ *corr. al. m.*; talia 1b; tabitha 1c. — [7] quicquam $1a^2$bc. — [8] membra $1a^2$c. — [9] fellit 1b. — [10] color 1b. — [11] curre $1a^1$ *m. pr.* — [12] in $1a^1$c.

31. — [1] XXX. $1a^1$; XXI. $1a^2$. — [2] et 1b*; en 6a. — [3] languere $1a^1a^2$. — [4] herent *add.* 1b*. — [5] capud $1a^1$ *m. pr.* — [6] uulsum $1a^2$. — [7] dextera 1b *m. pr.* — [8] sepe 1b. — [9] a&iam $1a^1$. — [10] multum $1a^1$, 1b *m. pr.*, 1c. — [11] *om.* 1b *m. pr.* — [12] venit in 1b*; venit ad 6a. — [13] pro 1b *m. pr.* — [14] redivina $1a^1$ *m. pr.* — [15] membra $1a^2$. — [16] flexibilis $1a^1$ *m. pr.* — [17] uitium *annotavit* 1b* *sup. lin.*; repit in 6a. — [18] asstanti 1b; astanti 6a. — [19] (i. e.) illa $1a^2$. — [20] incolumis $1a^2$. — [21] uitium *annotavit* 1b* *sup. lin.*; omnipotente $1a^2$ *m. pr.*; (omnipotenti ... semper) semper agens Christo grates ob dona salutis 6a. — [22] *eras. in* $1a^1$.

32. — [1] XXXI. $1a^1$. — [2] quedam 1b*c. — [3] donarie 1b *m. pr.* — [4] (ac s.) vesano $1a^2$. — [5] furto 1b*, 6a. — [6] sedebat 1b *m. pr.* — [7] cum 6a. — [8] prius 1b*. — [9] (Ch. co. v.) Ch. co. superno $1a^2$ *al. m. sup. ras.* — [10] relliquias $1a^1$; *cf. c. 29*[5]. — [11] condet $1a^2$. — [12] illas $1a^2$. — [13] luis 1b *m. pr.* — [14] scelere 1b *m. pr.* — [15] iuxta 1b *m. pr.*; ista 6a *m. pr.* — [16] periit 1b. *m. pr.* — [17] peremtus $1a^1$ *m. pr.* — [18] tunc 1c, 6a. — [19] furtu 1b *m. pr.* — [20] tremor 1b. — [21] Christe $1a^2$. — [22] parvi $1a^1$c, 6a. — [23] *ita codd. omnes; cf. 33*[13]; fuerint 1b*; fuerant *ed.* F

33. — [1] *Versus 1, 2, 13, 15 habet* 1d. XXXIII *etiam* $1a^1$. — [2] magna 1b *m. pr.* — [3] ciceni $1a^1$; ecini 1b *m. pr.* — [4] fęcunda 1b. — [5] Brictannia $1a^1$; Brittania 1b. — [6] -ra *al. m. sup. ras. in* $1a^2$. — [7] Frantia $1a^1$. — [8] (a. h.) in sese 6a. — [9] menbra $1a^2$. — [10] Wilgis $1a^1$ *corr.* — [11] *add. al. m. in* $1a^1$. — [12] *ita et* 6a; qua $1a^1$ *corr.*, 1b. — [13] fụerit 1b*, 6a. — [14] XVIIII. *add.* $1a^2$. — [15] dignus 1b. — [16] gognomine $1a^1$ *ante corr.* — [17] *om.* 1d; Wilgis $1a^1$ *corr.* — [18] transumbrana $1a^1$ *corr.* — [19] nobis de 1b. — [20] (n. g. d.) g. manens valida 6a. — [21] peramalis 1d. — [22] (i. m. p. f) f. i. m. p. 6a. — [23] Sara $1a^2$ *corr.*, 1b*, 6a; sa//ra 1c *corr.*; sacra 1b *m. pr.* — [24] se *add.* 1b *m. pr.*, *delet.* 1b*. — [25] revaelante $1a^1$; uitium: ue longum *annotavit* 1b*; reselante *corr.* 1b*; reserante 6a. — [26] *vers. 20-66 om.* 6a. — [27] statis 1b *m. pr.* — [28] recubens $1a^1$ *ante corr.* — [29] nam quae $1a^1$. — [30] novum 1b *m. pr.* — [31] -que *add.* 1b. — [32] *om.* $1a^1$. — [33] quaeat $1a^1$; quęat 1b. — [34] adque $1a^2$; at 1b *m. pr.* — [35] sacerdocii $1a^1$. — [36] ecclaesia $1a^2$. — [37] predictus $1a^1$. — [38] uitium *annotavit* 1b*. — [39] ex 1b*. — [40] nobis $1a^2$ *ante corr.*

C. 30. — 7. Cf. VERG., *Aen.* II, 354: ***nullam sperare salutem*** (DÜMMLER).

C. 31. — 2. Cf. VERG., *Ecl.* III, 102: ***vix ossibus haerent*** (DÜMMLER). — 9. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* IV, 7, 9: ***pietatis membra quiescunt*** (MANITIUS). — 12. Cf. DRACONTIUS, *De Deo*, I, 650: ***Et rediviva salus reduci per membra vapore*** (ID.).

C. 33. — 3. ***Dudum***, id est supra, c. 1, vers. 5, 6. Hoc verbo atque illo *olim* quod legitur infra, v. 50, adductus est A. EBERT (***Allgemeine Geschichte der Literatur des Mittelalters***, t. II, p. 25, annot. 1) ut opinaretur totum hoc caput 33 multo post tempore (viel später) Vitae metricae esse additum, atque in prologo Vitae prosae paenultimam senten-

Respondit

AUCTORE ALCVINO lib. II.

A Respondit tandem mulieri talia vatis [41],
Inspirante Deo, flamine [42] veridico :
" Tu, mulier, lunam cernisti [43] crescere parvam
" Et tota impleri [44] cornua luce nova [45].
" Illa nocte viro forsan commixta fuisti,
" Quae generas toto lumen in orbe novum.
" Parvulus ex utero, mulier, tibi nascitur infans,
" Qui [46] meritis magnus crescit honorificis [47].
" Iste erit [48] eximius doctor praesulque futurus [49],
" Splendescit [50] nostro lucifer orbe novus,
" Et quos caeca prius populos caligo tenebat,
" Inradiat [51] summi luce [52] poli supera. "
Omnia vatidici conplentur in ordine dicta
Et rerum eventus somnia vera probat [53].
Nascitur atque puer matre [54], et baptismate loto
Inposuit [55] Wilbrord [56] nomen habere [57] pater :
Cuius vita, fides, mores, doctrina, camenis
Olim quippe fuit praetitulata meis [58].
Mox pater egregius linquens mala gaudia mundi
Et servire Deo, mente, manu, cupiens,
Caelestem rapiens tota [59] dulcedine vitam,
Et se caenobio [60] tradidit ipse sacro.
B Fratribus adiunctus vixit sine crimine frater,
Iam paciens [61], humilis, promptus [62] in omne bonum.
Post haec mente sacer famulus maiora secutus,
Theoricam [63] cupiens solus adire viam
Incipit undisoni inter promontoria [64] ponti,
Qua [65] loca repperiens congrua corde pio [66],
In quibus aetherios [67] possit decerpere flores
Et mundi curis [68] liber abesse malis.
Totius hic solus transegit tempora vitae,
Nocte dieque [69] magis [70] proficiens meritis;
Plurima perpessus serpentis bella nefandi,
Qui solet in sanctos arma movere sua.
Sed Deus omnipotens, sanctos qui iure triumphat,
Trophea [71] concessit clara suo famulo,
Efficit et quaedam miserantis [72] gratia Christi
Per famulum vere [73] signa stupenda suum.
Nec decuit modio abscondi tam clara lucerna,
Lectula [74] nec supter [75] subicienda fuit,
Sed ponenda [76] magis [77] supra fastigia [78] tecti,
Spargeret ut lucem altius illa piam.
Quae tamen haut [79] libuit currenti tangere plectro [80],
Inclyta vel musis signa aperire [81] meis.
Sufficit hoc tantum [82] vitam [83] cognoscere patris,
Quae [84] placet altithrono [85] semper ubique magis.
Vita Dei famuli multis exempla salutis
Praebuit [86] et testis [87] pectoris omnis erat.
Huic famulo Christi reges famulantur, et illum
Per patriam populus [88] totus amore [89] colit.
Vir [90] fuit iste Dei paciens [91], moderatus, honestus,
Moribus egregius, mitis et ore pius.
Plurima qui postquam perfecto [92] dona labore [93]
Commeruit, Christo perficiente [94], sibi,
Mox meritis, annis, tota et pietate repletus,
Tranquilla tandem [95] in [96] pace quievit ovans.
Spiritus aetheriam [97] laetus migravit ad aulam,
Gaudia cum sanctis iam sine fine tenens.
Corpus in ecclesia curarunt condere fratres, E
Quae constructa [98] maris stat prope litoribus,
Atque [99] sacrata, Dei genetrix [100] clarissima Christi,
Nomine fulgescit, virgo Maria, tuo [101].
In qua [102] te nostris bene credimus esse futuram
In Christo [103] precibus [104], semper honore potens.
Tu mundi vitam, totis tu gaudia saeclis [105],
Tu Regem caeli, tu Dominum atque Deum
Ventris in hospicio genuisti, virgo perennis [106].
Tu nobis precibus auxiliare tuis.
Carmiger [107] indoctus cecinit hos Alcvine [108] versus ;
Cui, rogo, quisque legas, dic : " Miserere Deus [109]. "

C [41] *ita* 1a^{1}, 1b *m. pr.*; vates 1b*c; nates 1a^{2}. — [42] famine 1b*. — [43] ceernisti 1a^{1} *ante corr.*; vidisti 1b*. — [44] inpleri 1a^{2}. — [45] nouua 1a^{1} *ante corr.*; uiua 1b *m. pr.* — [46] *Versus 40-44 habentur in* 1d. — [47] honoficis 1b *m. pr.*; honorificus 1d. — [48] erat 1d. — [49] praeclarus 1d. — [50] -scet 1b*c; -scens 1d. — [51] irradiat 1bc; inradiabat 1d. — [52] lucae 1a^{2}. — [53] probauit 1a^{1} *m. pr.*, probant 1a^{1} *corr. al. m.* — [54] matri 1b*. — [55] imposuit 1a^{2}. — [56] Willibrord 1a^{2}b; Vylibrord 1c. — [57] *om.* 1a^{2}. — [58] praetitulatam eis 1b. — [59] totam 1a^{1}. — [60] caenubio 1a^{1} *m. pr.*, 1a^{2}. — [61] patiens 1a^{2}b. — [62] promptus 1a^{1} *corr. al. m.*, 1b. — [63] theorixam 1a^{2}. — [64] promuntorio 1b*. — [65] qui 1c. — [66] *ita* 1a^{2}c; pia 1a^{1}; suo 1b. — [67] aetherias 1b; aethereos 1c. — [68] cures 1a^{1} *m. pr.* — [69] -que *delet. a* 1b*. — [70] magnis 1b. — [71] tropea 1a^{1} *corr.*; (trophea... famulo) concessit famulo clara trophaea suo 6a. — [72] misserantis 1a^{1}. — [73] verum 1a^{1}, 6a. — [74] nectula 1b; < >ec tua 6a; < >ec tula 6a *corr.* — [75] super 1b *m. pr.* — [76] ponda 1a^{1} *m. pr.* — [77] magnis 1b. — [78] vestigia 1b *m. pr.* — [79] haud 1bc, 6a. — [80] lectro 1b *m. pr.* — [81] apperire 1a^{1} — [82] (h. t.) hoc tamen 1a^{2}; hocque tamen 1b. — [83] *om.* 1b. — [84] quod 1b*. — [85] -trhono 6a. — [86] prebuit 1a^{2}. — [87] testes 1a^{1}a^{2}, 1b *m. pr.*, 6a. — [88] populos 1a^{2}. — [89] amare 1b *m. pr.* — [90] *Versus 83-90 habet* 1d. — [91] patiens 1a^{2}bcd, 6a. — [92] perfecit 6a. — [93] laborem 6a. — [94] perficieute 1a^{2} *ante corr.* — [95] multum 1d. — [96] *om.* 6a. — [97] aethereaam 1c, 6a. — [98] constructā 1b. — [99] atquae 1a^{1}. — [100] genitrix 1a^{2}b, 6a. — [101] tua 1b *m. pr.* — [102] quo 1a^{2}b. — [103] (In Ch.) auxilio 1b*. — [104] pręcibus 1b. — [105] saeculis 1a^{1} *ante corr.* — [106] perhennis 1c, 6a. — [107] armiger 6a; cantor ut 1b*. — [108] Alchuine 1b; Alcone 1c, 6a. — [109] Explicit vita beati sancti Williborordi archiepiscopi *add.* 1a^{2}; Explicit liber secundus Alcuini sophystę de vita beati Willebrordi episcopi *add.* 6a. F

tiam, qua caput hoc 33 annuntiatur, postea etiam esse insertam. Cui respondere piget *dudum* saepe, *olim* non raro breve tempus indicare. — 56. Cf. FORTUNATUS, *Carm.* II, 11, 20: *promptus ad omne bonum* (MANITIUS). — 71. Cf. *Matth.* 5, 15.

MIRACULA AUCT. THIOFRIDO

II. MIRACULA S. WILLIBRORDI, AUCTORE, UT VIDETUR, THIOFRIDO ABBATE EPTERNACENSI

Edita e codice Parisiensi 9740 (cf. supra, p. 419-20, cod. 1h), ex quo pridem prodierunt in Catal. Lat. Paris., *t. II, p. 581-83, quemque iterum contulimus.*

Ex Alcvino c. 27.

1. In lychnis[1] dependentibus ante viri Dei Willibrordi sepulcrum oleum lucere solebat, quod nulle tenebre obfuscare, nulla nox interpolare valebat. In die quoque ipsius inter missarum sollemnia usque ad effusionem excrevit ac efferbuit; et exceptum in ampullulis, et datum, et missum infirmis, unctione salubri restituit.

c. 29.

2. In ipso etatis flore ephebus quidam tanti languoris pregravatus fuit pondere, ut horrendo et incessabili tremore tota concuteretur artuum compage[1]. Hic ad tumbam viri Dei a suis adductus et positus est necessariis, et in momento hore redintegrata et solidata compagine corporis, in conspectu astantium convaluit et exilivit incolumis. B

c. 30.

3. In tam nobili et celebri viri Dei cenobio quidam nomine, non merito, diaconatus functus officio[1] sacro, infando se involvit sacrilegio. Nam crucem auream, quam Clemens Willibrordus in itinere gestare consueverat, obstinato corde cum aliis ecclesiasticis donariis subripuit, et quia ad manum comminuendi et distrahendi copiam non habuit, in abdito et nulli cognito loco recondidit. Pro qua re unanimi fratrum merentium consilio sacrilegus addictus est banno, quin etiam sancta communio et omnis cibi et potus per summam obedientiam ei interdicta est perceptio, nisi infecti damni restitutio ac pura eum refocillaret confessio. Quod contemnens, cecidit in medio quem presumpserat inobedientiae poculo; et in subitanee et improvise mortis articulo, non pro penitentie remedio, sed divine ulcionis coactus incendio, prodidit ubi reconditus esset thesaurus suo ablatus sacrilegio; sicque exspiravit, lugubre, detestabile et abhominabile exemplum omni ordini monastico.

Ex Vita Amalbergae num. 4, num. 39, 40.

4. Hoc quoque non estimetur incongruum hic inserere quod beatus Willibrordus sanctam Amalbergam, adhuc degens in carne, premissa hac benedictionis dulcedine : " Floreas cum Thecla, „ valeas cum Agne et cum Maria optima sit pars „ tua „, sacro chrismate consecravit; post obitum vero suum, cum consanguinea sua gloriosa virgine Gertrude apparens ei in visione et de triennali spatio vite presentis edocens, sacro eam velamine velavit. O paranymphum vere caritatis dote preditum, qui sponsam Dei preelectam etiam post suum non deseruit transitum, donec introduceret eam in desiderantissimi sponsi sui amplexus et thalamum.

Anno 1031 in locum honestiorem

5. Anno vero progeniti Verbi MXXX°I°, a transitu eiusdem patris CC°XC°II°, recidivi reparata oratorii fabrica (1), abbati Humberto totique congregationi una sedit sententia, ut invitato domno Poppone Trevirorum archiepiscopo et Henrico duce Boarie, nostro autem defensore, XIIII° kalendas novembris inter missarum sollemnia eius ossa transferrentur in locum ubi modo recondita cum debita honorantur reverentia. Sed unus ex cenobitis, Thitmarus, inter eos qui delecti erant pavimentum infringere, ignorans vel oblitus nocturno se delusum fantasmate, dum bipennem reducta arduus dextera libraret in aere, exerta brachia nullo modo potuit deponere. Tunc a preposito Huperto est commonitus ut confessione purgaret, si cuius criminis esset conscius. Discutiens itaque se, nihil in conscientia sua novi admissi invenit; attamen abiens et sarabara sua inspiciens lavit, et rediens sacro labori sollicitius instituit. Egesta autem humo et effractis duabus criptis, in tertia sacrum invenerunt sarcofagum et sericum desuper pallium; quod, mirum dictu, incorruptum et adhuc integrum, ad ecclesie suspenditur ornatum. E Abbas vero Humbertus, ut pro reliquiis distribuendis aliquantulum reconderet de corporis eius thesauro, elevato paulisper operculo, videre meruit dilectissimum dominum suum illesa cuculla et cilicio et pene toto corpore integro. Et effuso statim quasi ex acerra aromatum fumo, obtusa visus sui acie, nihil virium in eius exsangui remansit corpore. Attamen inserens manum vir fidei non modice, de costis eius unam extraxit cum summa formidine. Quidam vero ex cenobitis, Fridelo nomine, qui deposito cingulo militari et oblatis ante se duobus filiis iugo se subdiderat servitutis dominice, intestinis suis prolapsis et dependentibus, tota debilitatus erat membrorum compagine. Hic impegit nescius in salutiferam Dei viri tumbam, et absque mora sanitatem adeptus est integram. Itaque non tam ex vicinia quam de tota provincia populorum convenerunt examina et quasi presentem viventemque in carne communem patronum suum cernerent ac susciperent, laudes concreparunt voce altisona, et mistica archa Domini translata et deducta in iubilo, in individue <Trinitatis> altaris propitiatorio est posita; ubi numeri estimationem excedentia innovantur signa et immutantur mirabilia. F

transfertur sancti corpus, — VERG. Aen. 5, 478, 479. — *non sine miraculis.* — Eccl. 36, 6.

Walichrensibus contra Flandrenses praeliantibus — I Cor. 14, 22. — VERG. Aen. 1, 94.

6. Valicrensem autem insulam (2), ubi sanguis eius effusus est pro Cristi confessione et gloria (3), frequentius illustrat miraculis spiritus sui presentia; quia cum non fidelium sed infidelium signa sint, aliter effere gentis non emollitur duritia. De quibus in calce voluminis libet inserere pauca de plurimis. Presidis Flandrie Baltwini (4) iunior filius, Rupertus (5), bellum intulit implacabile Mithilburgensibus (6). Ter denas enim legiones, taxatas mille militibus, adversus tria non integra in hostilia litora[1] traiecit navibus. At[2] Walicrenses, coadunato suo agmine, convenerunt in basilicam terque quaterque <beati> Willibrordi consecratam sanguine, et ante participationem salutaris hostie voto se obstrinxerunt quotannis censum illi persolvere, si eius interventu clementie

1. — [1] lichinis.
2. — [1] *ita hic cod.*
3. — [1] *sequebantur octo circiter apices, iam erasi.*
6. — [1] litera. — [2] Ad.

(1) Post incendium anni 1016, de quo Catalogus abbatum (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 32, l. 25). — (2) Walcheren. — (3) Cf. ALCVINUS, lib. 1, c. 14. — (4) Balduinus V, † 1067. — (5) Rupertus I, dictus Friso, comes Flandriae an. 1071-1093. — (6) Middelburg.

potirentur

adest sanctus. potirentur palma victorie. Nec mora, succensi
ardentissime fidei calore, pixidem, in qua illius
continentur reliquie, in vexilli suspenderunt cacu-
mine, et processerunt his freti, quasi Domino Deo
Isai. 63, 1. gradiente ante eos in fortitudinis sue multitudine.
Conserto tandem prelio, pugnatum est ab eis
tanta virtute, ut hinc viros inde pecudes putares
Deut. 32, 30. et, ut canitur, persequi unum mille et duos decem
millia effugare existimares. Victi vero hostes, cum
Lucan. 3, 571-73. ad naves refugerent, alii in suis cecidere perempti
ratibus et obducti sunt spumante et concreto
cruore fluctuum, et, iuxta illud nobilissimi vatis
disticon,

Ibid. 576-77. Semianimes alii vastum subiere profundum,
Hauseruntque suo permixtum sanguine pontum.

Dominus, in umbra alarum suarum sperantes Miracula auct. Thiofrido
in se protegens, presentem se per innocue alitis Ps. 16, 8.
presentiam demonstravit. Nam nivei coloris
columba, ut probate fidei viris visum est, usque
ad consummationem victorie eos circumvolavit.
Neque victrix phalanx, ut nobis qui eidem bello
interfuit et postmodum monachum induit retulit,
quemquam nisi tres ex suis perdidit; quod ex
ipsorum inconsulta temeritate evenisse liquido
constitit. Itaque post tanti triumphi gloriam
debite laudis triumphatori omnium solvit victi-
mam, et votum quod voverat confirmans, ob
gloriose victorie memoriam duo devicti principis
vexilla ad Epternacensem transmisit aeccle-
siam.

III. VITA S. WILLIBRORDI, AUCTORE THIOFRIDO ABBATE EPTERNACENSI

B *Edita ex codicibus Gothano I. 70 (= G) et Treverensi Bibl. publicae LXXXIV (= T). Cf. supra, p. 425. — Quamvis scriptorum antiquorum locos a Thiofrido compilatos sedulo pervestigaverimus, multum tamen abest ut omnes a nobis annotatos esse confidamus.* E

I. VITA PROSA

Incipit prohemium in vitam sancti Clementis Willibrordi [1], primi Traiectensium Archiepiscopi.

Ps. 91, 13, 14. Plantatis in domo Domini cedris Libani, dulcis-
simis et amantissimis caenobitis Efternacensis
Rom. 11, 24. caenobii, Thiofridus, oleaster insertus olivę, in
Ps. 91, 11. misericordia uberi somatis et psyches incolu-
mitatem et salutem integram et continuam, et
post rerum ac virtutum omnium supereffluen-
tem abundantiam inexcogitabilem, ineffabilem
ęternitatis gloriam. Admiror, filii mei, domini
Hier. Ep. 22, 26. mei, conservi mei, germani, — aliud enim ętatis,
aliud meriti, illud religionis, hoc caritatis est
nomen, — admiror, inquam, cum Ysaac arche-
typo Dei de celeri credentium fide et translata
synagoge in Ecclesiam benedictione admirante
Gen. 27, 33. stupore vehementi ultra quam potest credi, quod
Verg. Aen. 6, 638. a me arenti rivulo amęnissima viridiarii vestri
virecta irrigari, quod ab ubertate domus Dei
Ps. 35, 9. inebriati et torrente voluptatis eius potati aquam
Ierem. 2, 18. Geon turbidam (1) desideratis vobis propinari.
Hor. II Carm. 18, 10. Nulla profecto [2] mihi salit vena ingenii; non
Pers. prol. 1. de internę sophię fonte os prolui; non labia
Exod. 6, 12. mea incircumcisa expurgavit incendium cęlestis
Isai. 6, 6. calculi. Sed cum secundum excellentissimum
omnium liberalium artium interpretem et exposi-
Boetius, In Top. Cic. I in. torem Anicium nullum munus ex animo diligen-
tibus iucundius inveniri possit, quam quod ipsius
Ibid. animi partes format et instruit, opulentia vide-
licet litterarum, quarum auctoritatem non pre-
sens minuit ętas, sed ipsa etiam cuncta conficiens
auget potius et confirmat vetustas; licet deside-
Ibid. IV in. rato et imperato muneri par esse non valeam
et deficientis culpa in adhortantium cedat iniu-
riam, suppositis mentis humeris, quam inpo-
nitis subeo sarcinam. Est enim mihi, cum Ibid.
vestram in me benevolentiam perpendo, pronum
omne atque, ut ita dicam, voluptuarium, quod
in vestrę, quos reposito penitus amore diligo, Ibid.
iucunditatis possum inpendere prescriptum et
obsequium, presertim cum apud cari pectoris Ibid.
secretum proferre quod sentias nullum sit peri-
culum. Iucundius et quasi cum quodam fructu
laboris arripio quę vobiscum communicanda
compono; quia si ea, quę per se iucunda sunt, in
amicicię participationem acciderit deduci, necesse
est studii suavitatem quodam veluti dulcissimo
caritatis sapore condiri. Intime dilectionis
vestrę contemplatione vires meas non penso;
oblatrantis morsus invidie et livoris iudicium Ibid.
floccipendo. Insurgat licet scorpius et arcuato Hier. in Ioel., prol.
me vulnere ferire conetur, vobis itineris mei
comitibus et spiritualibus venenatorum mor-
suum excantatoribus nihil vereor, nihil timeo,
sed ydram adurens cauterio, solea contero, scil- Hier. in Osee, II in.
leos canes ac mortifera syrenarum carmina
surda aure pertranseo et, ut cantor quidam disci- Boet. In Top. Cic. II in.
pulum sibi et musis iubebat canere, ita et ego
mihi ac vobis depromo quęcunque divina menti
meę inspiraverit dignatio. Novi quidem, quod
emuli mei theonino dente aggredientur me Hor. I. Epist. 18, 82.
rodere (2); novi quod hoc meum supervacaneum
iudicantes studium, me quasi moti capitis homi- Hier. C. Vig. 4.
nem hypocraticis alligandum vinculis familiari Boet. l. c.
pravis mentibus cavillatione nitentur arguere,
et expostulare qua temeritate animi presumpse-
rim hystoriam terque quaterque beati Clementis Verg. Aen. 1, 94.

Prologus. — [1] Wilł. G. — [2] perfecto Schm.

(1) Locum Ieremiae sic refert vulgata: ***Et nunc quid vis in via Aegypti ut bibas aquam turbidam?*** sic vero septuaginta: Καὶ νῦν τί σοι καὶ τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηῶν; idem • communis editio, ante Hieronymum (cf. eiusdem Comment. in Ieremiam, lib. I, ***P.L.***, t. XXIV, col. 692). Utramque versionem permiscuit Thiofridus hic et in ***Floribus epitaphii sanctorum***, l. III, c. 5 (ed. Roberti, p. 158). — (2) Frustra quaesieris qui ubinamve fuerint huiusmodi aemuli et obtrectatores. Vix enim non certum est hunc esse merum locum communem, quem totiens garruli scriptores iterarunt.

VITA AUCT. THIOFRIDO

Willibrordi stilo meo retexere, cum constet
Alcwinum sive Albinum, virum sui temporis
eruditissimum et omnis doctrinę capacissimum
et excellentissimi regum et imperatorum Magni
Karoli cathezistam egregium, illam expolivisse
lepore urbanę eligantię et condivisse sale augu-
stioris scientię. Noverint e contrario ipsi obtre-
ctatores non me humanis delectari rumusculis et
inani gloria, nec me conari ut tanti viri obli-
teretur memoria, sed iuxta illud psalmystę
Ps. 70, 14. emysticon : *Adiciam super omnem laudem tuam,*
me supra magnifica divitum donaria cum evan-
Marc. 12, 42. gelica vidua duo in gazophilacium Domini mit-
tente minuta adicere ex ingenioli mei facultatula
qualiacumque possum epymenia. Nihil novi
molior; summorum virorum auctoritate conatus
Apoc. 4, 6, 8. meos tueor. Pennata nempe et ante ac retro
mystice oculata animalia, quatuor evangelistę,
unam eandemque novi testamenti alius post
alium conscripserunt materiam, et Iheronimus,
excellentissimus divinę scripturę interpretum, ut
de cęteris tam grecis quam latinis phylosophię
B symmistis taceam, in translationibus et expla-
nationibus suis per tritam ab aliis incędit semi-
TER. Andr. prol. 5. tam. Nobilissimi comici, qui in prologis scribundis
abutitur opera, vera procul dubio est sententia :

TER. Eun. prol. 41. *Nullum iam est dictum, quod non sit prius dictum,*

et iuxta Horatianum dysticon,

II Epist. 1, 64, 65. *qui veteres ita miratur laudatque poetas,*
ut nihil anteferat, nihil illis comparet, errat,

et dum non res, sed personas considerat, et in
HIER. in Osee, II in. eo se disertum arbitratur et doctum, si alieno
operi detrahat, nihil nocet illi, quem laniat, sed
falsi iudicii et livoris crimine se infamat et obli-
ID. Hebr. quaest. in Gen., prol. gat. Sed quid inmundę sues grunniant, ut preli-
bavi, non curo; illud magis attendo, quod Titus
ID. in Osee, l. c. Livius scribit de Catone, cuius glorię neque
quisquam laudando profuit neque vituperando
nocuit, cum utrumque summis prediti ingeniis
Marcus Cicero et Gaius Cesar, alter in laude, alter
in vituperio, temptaverit; fixum et certum apud
Ibid. animum meum constat quod, postquam tam nos,
qui scribimus, quam eos, qui de nobis iudicant,
mors subtraxerit pallida, primisque cadentibus
foliis virens succreverit silva, non considerabit,
C qui lecturus est, cuius, sed quale sit [a], quod legit,
nec utrum scripturę auctor in vilissimo panno
aut in serico putrescat et purpura, sed, explosa
honorum diversitate et nominum dignitate, sola
BOET. In Top. Cic. I init. pro operum merito iudicabuntur ingenia. Accipite
igitur opus non securitate efficientię, sed pre-
sumptione susceptum amicicię; apud quam secun-
Ibid. dum disertissimi Boecii assercionem nescio quo
pacto inter suos non dedecet etiam garrire ac
interdum quasi desipere. Nec prudentiam vestram
moveat, si in tanti iherarchę preconia non instar
HOR. IV Carm. 2, 5-8. amnis monte decurrentis profundo ore mea pro-
ruit facundia, quia, cum ante dictassem vitam
summe sanctitatis et popularis lęticię Liutwini (1),
HIER. Ep. 60, 1. sanctę Trevericę sedis archypresulis, et sparsis-
sem Flores epitaphii sanctorum per quatuor volu-
mina (2), totis profluentibus ingenii venis effudi
quicquid ex fonte vitę mihi divinę pietatis D
dignata est infundere affluentia. Sit ęque acce-
ptum et gratum quod nunc a paupere ac
exhausto pęnu appono et quia tacitum erudicio- HIER. in Osee, III in.
nis vestrę iudicium formido pulchrumque illud
Tullii elogium : *Amantium cęca iudicia sunt* Ibid.
mecum revolvo, pudori meo et formidini parcite
et consulite, ac vestri laboris vestręque adhorta-
tionis assertores, me in propositi operis pelago Ibid.
vela pandente, illud propheticum : *A quatuor* (Ezech. 37, 9.)
ventis cęli veni, spiritus, frequentius et intentius
depromite, ut celeri cursu inter varios insidian- HIER. l. c.
tium scopulos transiens mercem dominicam, ex
omni parte seviente naufragio et turbine, in
portum tutissimum valeam perferre ac transpo-
nere. Valete.

Explicit prohemium.

Incipiunt capitula.

[a] est SCHM.

Index cap. — [1] Gravelingae SCHM. — [2] (i.p.) p. i. T *corr.*

(1) Cf. *BHL.* 4956. Illud " popularis lęticię " pluribus explicat Thiofridus in Vita laudata : *Liutwin vero, cum secundum os et organum Spiritus sancti David " vinum laetificet cor hominis ", interpretatur " populi laetitia "* (cf. *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 161, num. 1). Non minus ineptum etymon nominis Willibrordi profert infra, c. 2. — (2) Opus quattuor libris distinctum ed. Iohannes ROBERTI S. I., *D. Thiofridi ... Flores epitaphii sanctorum,* Luxemburgi, 1619.

ctum

A ctum ydolum et vexatus a dęmone per triduum in ęternę dampnationis precipitatus est baratrum.

XIIII. Quod procurator agelli cuiusdam divitis repentina morte interiit, quia iniuriam ei intulit.

XV. De aqua oratione eius producta de terra harenosa.

XVI. Quod bissenos inopes ex parvo itineris sui vasculo affatim refecit, et vinum tamen non defecit.

XVII. Quod per eius baculum missum in pene vacuum enoforum inundavit cecubum et infusum est pavimentum.

XVIII. Quod duobus ferme sextariis, exuberante divinę benedictionis gratia, quadragenis convivis in uberi propinavit sufficientia.

XVIIII. De pęna et reparatione divitis, qui eum a suis abegit pascuis.

XX. De sanctimonialibus Treveri sanitati restitutis, pestilentia effugata eius precibus.

XXI. De fantasmate excluso eius benedictione de cuiusdam patris familias domus miserabili
B infestatione.

XXII. Quod filium ducis Karoli Pipinum baptismate consecravit et de eius in posterum sublimitate prophetavit.

XXIII. Quod sanctum Bonefacium sibi in regimine episcopali succedere rogavit.

XXIIII. De eius formę pulchritudine, et naturali diiugio corporis et animę, et augmentato divinitus tumbę eius marmore, et divino ibi sepius viso lumine et fumo aromatum instar densissimę nebulę.

XXV. De oleo, quod super tumulum eius lucere et inter missarum solempnia usque ad effusionem consuevit excrescere.

XXVI. De paralytica ad eius tumulum curata et ephebi tremuli sanitate reparata.

XXVII. De sacrilegio diaconi subitanea morte mortui.

XXVIII. De augmentato divinitus vino in sancti Wilgisli[a] festo.

XXVIIII. Quod sanctus Willehadus Efternaco duobus annis heremiticam vitam exercuit in reclusione, et Beornradus et Stigandus archipresules ibidem conversati sunt ingenti devo-
C tione.

XXX. Quod sanctam Amalbergam, quam in carne degens chrismatis unctione consecravit, post mortem sacro velamine in visione velavit.

XXXI. De monomachia constituta propter inundationem maris super agrum eius dicionis.

XXXII. De custode sanctę Treverensis ęcclesię Hilderico per eius merita de horribili tempestate eruto in Iherosolimitano itinere.

XXXIII. De severitate eius in adversarios et advocatos suę familię incommodos.

XXXIIII. De eius inventione et mirifica translatione.

XXXV. De palma victorię Walchrensibus contra Růpertum comitem Flandrię concessa eius iuvamine.

XXXVI. De adventu ygumeni Thiofridi in Walichrensem insulam et pace ibi reformata et confirmata per iucunda miracula.

Expliciunt capitula.

[a] Wilgisili T.

Incipit vita sancti Clementis Willibrordi, primi Traiectensium archiepiscopi. VITA AUCT. THIOFRIDO

1. Universitatis opifex et genitor, sicut ex inordinata yles iactatione cuncta redigens in ordinem et pulcherrimus ipse incomparabili mundum exornans pulchritudine ad illuminandam et decorandam noctis caliginem astra quęque condidit suis vicibus[1] in cęli venientia faciem, sic ad illustrandam et exornandam mycrocosmi internam noctem ac speciem et ante legem et sub lege et sub gratia suscęptionis Ps. 21, 1.
matutinę tempore veri luciferi verum et ęternum mane nuntiantis choruscante iubare, summę virtutis viros quasi summę claritatis sidera suis temporibus edita vicissimque permutata super peccatorum tenebras ingenti dedit exoriri sanctitatis lumine ac splendorem solis iusticię cęcitati Malach. 4, 2.
humane infundere. Inter quos, velut inter astra Iob 38, 7.
matutina simul Deum cum iubilarent omnes filii Dei laudantia, in penitus toto divisis orbe Bri- VERG. Ecl.
tannis, in provintia Northumbria exortum est sydus 1, 66.
lucidissimum phylochristus Willibrordus, radiis ALCVINUS, 1. E
virtutum omnium non modo Britannicum sed tocius orbis terrę quadripertitum illustrans circulum. Exortus autem et progenitus est sempiternę lucis filius in partem sortis sanctorum in lumine, I Thess. 5, 5.
mundo ante mystico cognitus quam editus Col. 1, 12.
oromate. Nam cum egregia mater eius, prosapiam ab alto procerum ducens sanguine, maritum sola posteritatis spe ac dilectione, non causa carnalis concupiscentię sortita, Wilgislum nomine, nobilissimo Saxonum procreatum stemate, artus solutos laboris usui repararet somni temperie, in visione nocturna, cum somnus solet homines opprimere, in presagium gignendę sobolis luciflųę divinę claritatis illustrari meruit lumine. Est enim mentis eius oculis divinitus ostensa luna, quota est, revertentes cum primum colligit ignes et VERG. G. 1, 427.
prima reparat cornua et, quasi in plenilunio totis Ov. Met. 1, 11.
affecta yperionis[2] flammis, obvia de zodiactea sensim devolvi linea ac repentino lapsu in quiescen- ALCVINUS, 2.
tis delabi visa est os et viscera. Internę lucis splendore omnia illius perfusa sunt intima, et inau- Ioh. 9, 32.
ditę a saeculo visionis inestimabili horrore et tremore attonita, ęstuavit et elanguit eius anima. Cor eius concaluit intra se et, flamma tactu Ps. 38, 4.
innoxia lambente precordia, excussa a somno et VERG. Aen. 2,
thoro corripuit se. In meditatione eius exardesce- 683-4; 4, 572.
bat ignis, et nunc huc ingentes, nunc illuc pectore Ps. 38, 4.
curas versans, quendam adiit sacerdotem, virum VERG. Aen.
summę religionis, ac visus pandens ordinem 5, 701.
inquisivit quid portenderent mysteria tantę visionis. Requisita vero secrecius, an ea nocte solitis mariti foveretur amplexibus, roseo faciem Ov. III Am.
suffusa rubore in[3] inficias non abiit, et per 3, 5.
sciscitantis os, Spiritus sancti organum, hęc ante cogniti quam editi seminis sui preconia prescire ac percipere meruit: „ Lunę globus, qui quasi „ incrementis crescens lunaribus tuis visus est „ illabi visceribus, lucidissimus est, quem felix „ concępisti, felicior generabis, felicissima abla- „ ctabis et enutries, filius; qui virtutum fulgori- „ bus, in tenebris carceris mortis huius emar- „ centibus et omnino deficientibus internę lucis „ claritatem carnalium infundet mentibus. Per „ mirifici operis sui splendorem quasi per solem „ in centri fulgentem culmine, per lucem famę GREG. MAGN.
„ laudabilis tanquam per lunam claro incęden- Mor. 22, 7, 14.
„ tem

1. — [1] vocibus SCHM. — [2] Yperions SCHM. — [3] *om.* SCHM.

VITA AUCT. THIOFRIDO „ tem lumine, in hac sublustri presentis vitę „ nocte nomen habebit celebre et iter iusticię „ ostendet ambulantibus in tenebrarum tempore. „ Lucidissimis opinionis suę radiis ad contem- „ plandum et optinendum virtutis iter alliciet, „ atque sicut sol crisocomus, quo anima iusti „ sapientię thronus, et ut luna, qua intelligitur „ in spirituali corpore compages perfecta, plenis- „ sima ęternitate in conspectu divinę maiestatis „ proficiet inęstimabilis meriti sui prerogativa. „ In suo stans ordine, splendidius mysticis cęli „ astris rutilabit, quia inter excellentissimos „ filios ęcclesię, quę instar lunę in huius seculi „ discrimine iuxta prospera et adversa crescit „ ac decrescit, lux vera, lux hominum et splendor
Sap. 7, 26. „ glorię Dei et splendor lucis ęternę septemplici „ eum claritate irradiabit. „

2. Tantis autem precluis matrona percęptis subolis suę preconiis, tripudiavit in mentis iubilo,
Sap. 7, 2. quia cordis sui desiderio congruere visa est somni
Iac. 1, 6. convenientis non in enigmate solutio. In fide nihil hęsitans credidit; longanimis in spe domum
B rediit; virtutum munia sollicitius exercuit ac mense, quem humano partui frequentiori usu certo numerorum modulamine natura constituit,
HOR. I Carm. 1, 2. filium, cęli et terrę gaudium et presidium et dulce decus nostrum, peperit, atque vitę fonte regenerato,
ALCVINUS, 3. nomen, quod per penultimi elipsin elementi juxta theutonicę ydioma linguę voluntarius panis sonat (1), Willibrort imposuit. Non Isaac nato repromissionis filio, non Samuele maternis lacrimis obtento et edito, non in Iohannis natali evangelico profusior parentibus, cognatis et affinibus
Luc. 1, 58. exultacio, non in tota vicinia alacrior oborta est
MARC. CAP. 904. congratulatio. Tota domus luxu carens fescennina quadam perstrepebat licentia, et incipiens
VERG. Ecl. 4, 60. parvus puer risu cognoscere matrem, quę illi
Ibid. 61. longa decem tulerant fastidia menses, ingenti recompensavit lęticia et funditus ab eius elimi-
Ioh. 16, 21. navit memoria. Nullo modo enim meminit pressurę, quę ob fęmineam primę transgressionis noxam humanę decreta et inflicta est geniturę,
I Reg. 2, 1. sed exultavit cor eius in Domino, quod vilis virgula balsamum preciosum sudasset, quod de
HIER. Ep. 79, 6. suo utero tantus prodisset pusio, qui decus omne
(VERG. Aen. 3, 490.) suis patrem quęrentibus sic oculos, sic manus, sic ora ferendo representaret, qui, scintilla vigoris paterni in se lucente ac similitudine morum per
(ID. G. 4, 83.) speculum carnis erumpente, ingentes animos
HIER., l. c. angusto in pectore versaret, qui sic matrem referret ore ac mixta pingeret similitudine, ut in uno pusillo somate clarissimam utriusque parentis
Ibid. generositatem declararet, qui adeo suavis et mellitulus esset, ut omnes noti et cognati eum certatim ad se raperent, in sinu foverent, in collo singulorum penderet, in brachiis hereret, garrulus ac balbuciens infantilis linguę offensione dulcior appareret. Educavit digna ortu suo educatione infantulum, prius Deo consecratum quam
Isai. 11, 8. genitum et ablactatum; vovit infanti delectato ab ubere et ablactato, qui in foramine asspidis et in caverna reguli misit manum, et comprehensum et
GREG. MAGN. Mor. 17, 32, 51. captivum tortuosos astucię sinus colligendo se glomerantem et occulte sevientem et aperte ferientem ex humanis cordibus traxit inremediabilis veneni colubrum; vovit, inquam, fructum
HOR. I Carm. 3, 8. ventris sui, dimidium animę suę, et, communicato consilio cum suo secum eodem spiritu ambulante coniuge, maturavit devotionis suę votum perficere. Nec mora, egregius genitor, tanta filii D exhilaratus indole, tradidit eum summę religionis fratribus sanctę Ripensis ęcclesię, ubi sic erudiretur HIER. Ep. 107, 4. anima, templum Dei futura, ut nihil aliud disceret audire, nihil loqui, nisi quod ad timorem Dei pertineret, turpia nulla intelligeret, cantica mundi ignoraret, tenera adhuc lingua psalmis dulcibus imbutus, ymnum de canticis Syon decantaret. Ps. 136, 3.

3. Et oblato tantę spei pignore in holocaustum suavissimum Domino, emenso non prolixi temporis spacio, revolvit in animo quomodo camelus HIER. Ep. 79, 3 animal tortuosum per foramen acus transeat et, (Luc. 18, 25.) deposito sarcinarum pondere, pennas columbę (Ps. 54, 7.) sibi assumat, ut in ramis arboris, quę de mystico (Matth. 13, 31.) sinapis succrevit semente, requiescat. Meditatus Ps. 76, 7. in corde suo noctu et interdiu deliberavit iuxta illud psalmistę: *Ecce elongavi fugiens et mansi in* Ps. 54, 8. *solitudine,* intra secretum mentis ad conditoris contemplationem secędere, et cum regibus et consu- Iob 3, 14. libus terrę, qui se ipsos ac sibi commissos regere et per exhortationis suę consilium terrenas mentes ad cęlestia sciunt pertrahere, ędificare sibi solitu- Ibid. dinem, a secreto profecto cordis omnes terrenorum E desideriorum tumultus expellere et in amorem quietis intimę anhelare una et sola intentione cęlestis patrię. Audita interno auditu dominica sententia: *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia* Matth. 19, 21. *quę habes, et da pauperibus, et sequere me,* verba vertit in opera et, mutato cum animo militari PLIN. Pan. 56. paludamento, nudam crucem nudus sequens, HIER. Epist. 58, 2. expedicior et levior ascendit scalam Iacob, cui Gen. 28, 12. Dominus desuper innisus ascendentibus porrigit manum in uberi misericordia et sublevat in Ps. 91, 11. sublimia et neglegentes potestate iudiciaria de sublimi precipitat in infima. Iugum dominicę Matth. 11, 29. suavitatis collo suo imposuit et hostiam vivam, Rom. 12, 1. bene placentem, racionabilem se Deo vivo et I Thess. 1, 9. vero obtulit, et tantum in sanctę conversationis proposito exercicium tenuit, ut ad Macharios, HIER. Ep. 108, 14. Arsenitas, Serapionas et reliqua columnarum monachicę constructionis nomina virtutum alis evolaret ac in brevi volatum eorum ęquipararet. In Domino confisus mutavit fortitudinem et Isai. 40, 31. assumens alas aquilę, quanto acutius mentis oculos veri et ęterni solis radiis infixit et intendit, tanto ardentius in amore spiritualis vitę arsit, ac inpurgati iam defecatique animi et ab omni MACR. Somn. I, 8, 9. mundi huius aspergine expressi pureque detersi se exercuit virtutum studiis, viriliter agens, in ALCVINUS, 3. quodam oratoriolo sacratissimi nomine et gratia virilis Andreę dedicato honori et sito in promunctoriis prominentibus inter sinum oceani et Humbri fluminis. Nec latere potuit civitas opulentissima Matth. 5, 14. super montem uberem ac mysticum posita; sed mons suscipiens pacem populo per miraculorum Ps. 71, 3. choruscationem et fulgura longe lateque in tota eminuit et claruit Brittannia, et virtutum fama et gloria in regali notus curia, accepit rata concessione a rege et optimatibus possessiones ac xenia, unde competenti ac decenti ornatu ędificavit et dedicavit ęcclesiam et summę religionis dote preditam adunavit conciolam; ubi post innumera adversus principes tenebrarum harum, contra Eph. 6, 12. spiritualia nequitię in cęlestibus certamina et triumphalem victimam, victricem victoriosissimo regum regi Deo reddidit animam et per continuam ad mausoleum suum signorum efficatiam ęternam in omnia sęcula promeruit memoriam.

(1) Minime. Nomen enim est anglosaxonicum, *brord* autem anglosaxonice cuspidem seu telum acutum significat.

4.

A **4.** Sed ut unde divertimus revertamur, ęgregię indolis puer Willibrordus in prelibato oratorio Eph. 5, 2. in odorem suavitatis oblatus inter altas et odoriferas cedros Libani arbor aromatica altius excrevit et tenellę ętatis teneritudinem morum maturitate transcendit. Non remissioris vitę sectatus est lenocinia, sed maior se mente existens, cum PERS. 5, 34, 35; 3, 56. iter ambiguum monstratur in samia [1] littera ac vitę nescius error in ramosa trepidas mentes diducit compita, puer ex pueris, de quibus Spiritus sancti organum, cuius decimi septimi psalmi Ps. 17, 1. est titulus : *In finem puero Domini David,* in Ps. 18, 8. subsequenti psalmo canit : *Testimonium Domini* IUSTIN. 7, 5, 3. *fidele, sapientiam prestans parvulis,* prima puericię PERS. 3, 57. rudimenta deposuit et surgentem dextro limite callem arripiens omnibus honestis artibus subtile ingenium subtilius excoluit, omnibus actibus suis I Thess. 1, 7. diligentiam adhibuit, omnibus se vivendi formam et exemplum exhibuit. Crevit in eo cum ętate amplior iusticia et fides, eo perfectior, quo provectior et, sicut de Iesu domino nostro, electorum Luc. 2, 52. capite, protestatur textus evangelicus, proficiebat B sapientia et gratia coram Deo et hominibus. Nec Nihil apud Iustinum. unquam ante eum, ut de Attico quodam duce Pericrate, viginti quidem annos nato, Trogus meminit, inter tot tantosque iuvenum flores aut spei maioris, aut indolis maturioris adolescentem sancta Ripensis ęcclesia aluit; in quo ultra humanam possibilitatem virtutum omnium cathalogus enituit. Cumque duas ętatis attigisset ALCVINUS, 4. decadas, arcioris vitę rigorem ardentius quam exquisitissimas appetens delicias, internis auribus audivit primam vocem dominicam ad pri- Gen. 12, 1. mum patriarcharum Abraham : *Exi de terra tua et de cognatione tua,* et prosecutus [2] regis ęterni vestigia, qui non in patria, sed in via, non in parentum domo, sed in diversorio de uteri [3] virginalis aula processit carnis nostrę indutus trabea, peregrinationis et districtioris conversationis gratia, impetrata summa cum difficultate ygumeni sui et fratrum mestissimorum eius discessu coniventia, in Hyberniam secessit precluis advena. Introductus autem in atheneum scolare, liberalibus studiis gymnasium et eximiis scolasticis refertum et consonum, maluit prius esse tyro quam miles, ante discipulus quam didasca- HIER. Ep. 53, 1. lus; maluit, ut legitur de Platone, ardentissimi ingenii gymnosophista et magistro Athenarum et achademię, aliena verecunde discere quam sua inpudenter ingerere. In disciplinam se dedit per Luc. 2, 42 sqq. duodecim annorum curricula, quotę ętatis Iesus Christus dominus noster, coęterni Patris sapientia, in templo inter doctores interrogans et audiens inventus est a matre virgine perpetua, et in contubernio excellentissimę sanctitatis virorum, mundi luminum, Egberti et Wihicberti pontificum, ibidem pro nanciscenda uranicę patrię gloria exulantium, theoretices sophię Ioh. 7, 38. epotavit flumina, ut de ventre eius fluerent aquę vivę, spirituales profecto gratię, et secundum Isai. 59, 19? Ysaię vaticinium appareret sicut fluvius glo- Ps. 64, 10. riosus in terra Syon, fluvius Dei repletus aquis, Ierem. 2, 18. cohibens populum Domini in via Aegypti bibere aquam turbidam Geon. Eminentissimum imitatus vas electionis Paulum ad pedes Gamalihelis pro- VITA AUCT. THIOFRIDO Act. 22, 3. funda legis et prophetarum scientia adprime instructum, in domo disciplinę dominicę [4] didicit Tit. 1, 9. eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, ut potens esset exhortari in doctrina sana et contradicentes revincere, et armatus spiritualibus telis confidenter posset dicere : „ Arma II Cor. 10, 4, 5.
„ milicię nostrę non carnalia, sed potentia Dei
„ ad destructionem munitionum cogitationis, ad
„ destruendum omnem altitudinem extollentem
„ se adversus Dei scientiam et subiugandum
„ cunctam inobędientiam. „

5. In scolis ergo summę districtionis, ut ex districtissima Hyberniensium fratrum colligi datur regula (1), in virum spiritualem et perfectum educatus sanctę matris ęcclesię futurus cathecysta, anno ętatis suę tricesimo tertio, quo annorum ALCVINUS, 5. incarnati Verbi numero semisse addito, tocius humanę propaginis in crucis ara dedicata est redemptio et effuso super omnem carnem Spiritu paraclyto, in quadripertitum terrę orbem apostolica transmissa est predicatio, ardentiori longinquioris exilii ęstuavit desiderio, ut alacrius canens cum psalte egregio : *Advena ego sum apud te et* Ps. 38, 13. *peregrinus, sicut omnes patres mei,* peregrinanti- II Cor. 5, 6. bus a Domino municipatum provideret in cęlestis patrię civium contubernio. Pecuniam domini Luc. 19, 12 sqq. nobilis hominis, accipiendi regni gratia abeuntis in regionem longinquam, in marsupio cordis sui reconditam maluit probatus trapezita longius erogare; maluit cum Ysaac patriarcha in terra Gen. 26, 12. aliena seminare, ut centuplicatum fructum posset ad aream dominicam reportare. Verus Hebreus, verus periotes [1] (2) atque transitor, connumeratus HIER. Ep. 71, 2. per viam sanctę conversationis ad patriam hereditatis perpetuę transeuntibus, quibus in passionis dominicę preconium exclamat sermo prophe- ticus: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite* Thren. 1, 12. *et videte, si est dolor sicut dolor meus,* dum dolorem pro se dominicum humanę possibilitatis modulo condolere cupiens attendit, dum presenti HIER. Ep. 71, 2. virtute non contentus, sed preteritorum obliviscens, in futurum se extendit, non adquievit Gal. 1, 16. carni et sanguini, non in tota circa regione stare, Gen. 19, 17. sed in monte mystico salvari decrevit, et memor quod discipulo ad sepulturam patris ire cupienti Matth. 8, 21; cf. HIER. Ep. 64, 4. non permittitur, parentes ac patriam revisere ac salutare supersedit. Communicato autem consilio cum bissenis (3) monachici habitus et professionis fratribus, ad tam sanctę profectionis desiderium animos omnium accendit; et certum habens, quod Gallia, quę causidicos docuit facunda Bri- IUVEN. 15, 111. tannos, in quibusdam sui tractus partibus ydolatrię eatenus squaleret erroribus, navim conscendit, tumida malo vela suspendit, rudentes explicuit HIER. Ep. 1, 2. et, Spiritu sancto clavum regente et cursum prosequente, oceani maris se credidit fragoribus, et, terris evanescentibus, non expavit quod cęlum (VERG. Aen. 3, 193). undique et undique pontus, sed in exoptatos summa cum alacritate animi contendit portus. Delatus vero est primum in portum Gravalingę, villę maritimę, ubi usque in presens tempus ingenti veneratione iuxta altaris crepidinem honoratur saxum formę quadrangulę, quo potius

4. — [1] (in s.) *scripsi* (*i. e. in littera pythagorica*); in famia GT; infantia *coniecit* SCHM. — [2] persecutus SCHM. — [3] utero G. — [4] dominico SCHM.

5. — [1] peristes SCHM.

(1) Hanc fuisse regulam S. Columbani opinatus est Thiofridus. Siquidem in Vita metrica, l. I, c. 4, profert summam quandam regulae quam a Willibrordo observatam esse credit; haec autem est ipsa *Regula coenobialis* S. Columbani. — (2) Immo περάτης. Cf. HIERONYMUS, Epist. 71, c. 2 : *Hebraeus, id est* περάτης (veteres editiones et quidam mss. : περώτης), *atque transitor.* — (3) Immo undecim. Cf. supra, p. 440, annot. 1.

quam

VITA AUCT. THIOFRIDO

quam navi, ut nati natorum et qui nascuntur ab illis solent astruere, ob nauli penuriam a nauclero non admissus in hybernensi littore, novo et inaudito creditur subvectus esse navigii genere (1). Nam saxeę molis natura est in undis subsidere, non alta, sed gravi pondere ima petere. Et censurę defecatę mentis conmissum sit [2] decernere, utrum preclarius sit miraculum super liquidum elementum pedibus incędere, an super molem lapidis pendulam et submersioni naturaliter obnoxiam in aqua vehementis abyssi inoffenso gradu consistere, et pondus grave gravissimo superpositum ponderi in portum se transponere. Si enim naturę ratio pensetur, fieri posse negatur; si divinę operationis potentia perpendatur, consequens est ut, sicut naturali quadam vi gemmę magnetis agitur, ut gravissima ferri materies sine ullius instrumenti adiutorio in aere suspendatur, sic per sanctificati somatis inpositi virtutem ageretur, ut saxea [3] moles super aquas elevaretur et cum vectore suo in litus transveheretur. Non tamen ibi moras [4] innexuit, sed salo tabescentibus refocilatis in littore artubus, carbasa extendens, remorum ductu navim impulit. Sulcabat undas absque omni turbine, et tranquilla navigatione applicuit in ostiis Reni fluminis, regis fluminum Gallię ac Germanię, anno sexcentesimo nonagesimo incarnationis dominicę, et continentis terrę exhilaratus amęnitate et amplitudine, recto itinere, ut puer Abrahę coniugium provisurus filio Abrahę in urbe Mesopotamię, sic pervenit Traiectum, arcem tunc et solium regni Fresię, paulo post adquisiturus ibi et exornaturus sponsam domino et semini Abrahę.

MACR. Somn. II, 12, 5. — Isai. 51, 10. — VERG. Aen. 1, 173. — Willibrordi annotatio. — Gen. 24.

6. Compertum vero habens bello finitimorum occupatos Fresones, durę cervicis et indomabili corde populum, loco et tempori congruum capit consilium, adire videlicet ducem Francię Pipinum Ansgisi, eximii Mediomatricum antistitis Arnolfi filii, ex egregia melliflue virginis Gertrudis sorore Begga filium, qui iure hereditario maior domus sub Dagoberto (2), rege nobilissimo, summa cum gloria triumphator victoriosissimus Francorum rexit, propagavit, nobilitavit regni dominium. Cumque ad tanti preconii primatem vitę pervenisset spermologus, summa cum honoris magnificentia ab eo est susceptus ut domini Sabaoth symmista et angelus. In adventu eius magnifici ducis anima magnificavit Dominum, et quia sagaci industria et subtilis acumine ingenii calluit, ut ierarchię se sublimari honore ab eximię sanctitatis viro Sergio summo pontifice sedis apostolicę permitteret, humillima intentione commonuit ac peciit, novellę asserens plantationi id adprime esse proficuum et utile, et hoc pacto pluviam voluntariam uberius segregari posse hereditati dominicę. Instare precluis archos modis omnibus; sed promptę et optimę voluntatis Willibrordus, vir factus ad unguem et totus in se teres atque rotundus, reniti obnixius [1], revolvens secum tacitus quod ęterni Patris, omnium regum regis, Unigenitus aufugit remotius, ne illum regem constitueret in se credens populus. Et licet assertione verissima in explanatione super Thymeum Platonis asserat Calcidius : *Naturaliter omnis homo honoris est avidus; honor quippe virtutis est testimonium*, tamen conservandę et in exemplum

Exod. 32, 9. — Ezech. 2, 4. — C — Luc. 1, 46. — Ps. 67, 10. — HOR. Sat. I, 5, 32; II, 7, 86. — Ioh. 6, 15. — § 164.

trahendę humilitatis gratia non attendit honorem, sed tanti honoris onus gravissimum, cui ferendo nulli convenit supponere mentis humerum, nisi qui virtutum habet catalogum, quem egregius cathecista gentium censuit designati et electi presulis esse specialem ac proprium; et quasi ipse hoc tanto divinę largitionis dono careret, obnixe orare, ut a se intentionem averterent et quemlibet alium promtiorem et digniorem domui Dei dispensatorem providerent, eligerent et promoverent. Domum, patriam, cognationem se reliquisse ob verę repromissionis terram ad exemplum summi patriarchę Abrahę, nec convenire et conducere morum suorum maturitati, quam semel calcavit pro nanciscenda cęlesti, terrenam repetere gloriam. Sed sicut divinę scripturę interpretum eminentissimus Iheronimus in epytaphio Nepotiani asserit, quanto plus repugnabat, tanto magis omnium in se concitabat studia, et merebatur negando quod esse nolebat, eoque dignior erat quo se clamabat indignum. Igitur cum divina dispensatione, tum pervicaci instancium evictus acclamatione, reduxit ad oculos memorię illud de Samuelis volumine : *Melior est obedientia quam victimę, et quasi scelus ydolatrię nolle adquiescere.* Voluntati omnium suam posthabuit in gratiam et gloriam eius, qui dicit : *Non veni facere voluntatem meam, sed eius qui me misit.* Annuit quod renuit et, suscęptis ab egregio duce condignis apostolica sede xeniis et legationibus, Romam, cuius aut fortitudinis nomen est iuxta Gręcos aut sublimitatis secundum Hebręos, iter arripuit.

D — ALCVINUS, 6. — Gen. 12, 1. — Epist. 60, 10. — E — I Reg. 15, 22. 23. — Ioh. 6, 38. — HIER. Adv. Iov. 2, 38.

7. Et quia ibat ordinandus et destinandus in mysticas Aminadap quadrigas, de quibus in epythalamio salubri pęnitudine conpuncta queritur synagoga : *Nescivi, anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadap*, spontanei profecto redemptoris populi sui, quarta ante adventum eius in urbem nocte angelus lucis convenit dominum apostolicum, de quo prelibavimus, Sergium, post longa pervigilia, post alta, dum recordaretur Syon, suspiria tenui sopori deditum, et mitissimo affatu corroborans insolita visione attonitum, nunciavit appropinquare virum virtutum omnium speculum, ut ab eo consecraretur et proveheretur ad summi pontificatus fastigium, et ab apostolica sede absque omni contradictione consequeretur quicquid in cultum et in ornatum tabernaculi Dei, ęcclesię videlicęt Dei, expeteret utile ac necessarium. Nec mora, dominus apostolicus angelica revelatione certus et hylaris effectus, convocatis sibi familiaribus, quę videre meruit et audire indicavit secrecius, et ad exequenda divinę legationis munia se preparavit accuratius. Advenienti symmistę Dei venit obviam, suscepit eum tanquam Christum Iesum cum ingenti exultatione et gloria. Honore condigno Spiritus sancti honoravit archisterium, et post internę refectionis vicaria et amica relatione amministratas de divinę scripturę mensa epulas, omnem ęcclesiasticum in basilicam cęlestis clavicularii Petri convocavit ordinem et ministerium, ac universa cleri et populi frequentia ferente suffragium, anno progeniti verbi sexcentesimo nonagesimo quinto [1], indictione nona, decimo calendas decembris, summa cum dignitate et tri-

Cant. 6, 11. — II Cor. 11, 14. — Ps. 136, 1. — F — Willibrordi annotatio.

[2] et SCHM. — [3] saxae SCHM. — [4] mores SCHM.
6. — [1] obnoxius SCHM.

(1) Cf. supra, p. 424, num. 19. — (2) Cf. p. 465, annot. 1.

7. — [1] DC. XC. VI. T *corr. sup. ras.*

pudio

ALCVINUS, 7. Rom. 8, 10. pudio ritu apostolico ordinavit et consecravit efferę genti Fresonum archiepiscopum; et quia per inhabitantem in se Paraclytum in eo clementissimum prospexit ingenium, suis donatum et indutum preciosissimis sacerdotalibus non tam vestibus, quam ornamentis preordinatis et preparatis sub lege et sub gratia in tocius creaturę et ęcclesię typum et mysterium, nomine, quod os Domini nominavit, Clementem appellavit, in futurę et inpendendę omnibus in eum sperantibus divinę clementię presagium. (HIER. Ep. 64, 19.) Inthronizatum intimę dilectionis et humanitatis fovit visceribus, detinuit apud se familiarius utriusque gratia profectus, ut pennata et oculata animalia se pennis suis vicissim tangerent vicinius et quasi duo cherubin expandentes alas mutuo se respicerent, versis in propitiatorium vultibus. (Ezech. 1, 11 sqq.) Aperiri ei iussit arcas et sacra scrinia, ubi sanctarum reliquiarum et preciosissimorum ornamentorum recondita inerat copia, ut inde eligeret sua permissione ac coniventia, quicquid et quantumcunque sibi placeret ad consecranda et decoranda in locis a Deo preordinatis oratoria et christiani cętus conciliabula.

8. Ante clarus nobili preconio famę, tum vero multo preclarior per altę moenia Romę, (VERG. Aen. 1, 7.) vix [1] inpetrata a domino apostolico redeundi licentia, tandem post quatuordecim dierum curricula, ex quo in urbem venerat, ut venerabilis Beda testatur in ęcclesiastica Anglorum historia, (Hist. eccl. 5, 11.) inestimabilis pretii donis ditatus rediit in Franciam, tunc sub Dagoberto rege (1) et Pipino duce mundi decus et gloriam. O virum meriti incomparabilis, cuius nativitas memorabilis praesignata est lunaris fulgore luminis, qui ante mundo est cognitus, quam editus, cuius adventum ad caput orbis Romam preveniens prenuntiavit eius quodam modo paranimphus lucis angelus, ad cuius gloriosam suscęptionem et ordinationem divina revelatione excitatus et ammonitus est dominus apostolicus, cui in auxesin glorię et profectum sanctę ęcclesię tantus et tam copiosus sanctarum reliquiarum et ornamentorum thesaurus cęlitus est creditus. Igitur tantę prerogativę ierarcha Willibrordus ab egregio principe Pipino cum ingenti suscęptus alacritate et gloria, donatus et glorificatus est ab eo pontificali cathedra in castello illustri, (l. c.) quod iuxta domini Bedę assertionem Viltaburg antiquitus barbarica, Traiectum vero lingua vocatum est gallica, ubi navigans de Hybernia, ut prelibavimus, delatus in continentem longę navigationis finivit dispendia et incommoda. Nec veritus achymeniam ferocitatem gentis barbaricę, (SEDUL. Carm. pasc. 1, 200; Op. pasc. 1, 17) non procul a ripa Rehni fluminis ędificavit et dedicavit oratorium in honorem crucis salutiferę et theoticos [2] Marię virginis perpetuę, et in brevi coadunata egregia fratrum caterva, plantacione Domini ad glorificandum novella, (Isai. 61, 3.) sedit ibi in apostolica sede, ipse mystica sedes a vero Salemone vivo fonte sapientię leonibus atque bobus insignita anaglifato opere. (III Reg. 10, 18 et 7, 29.)

9. Et ut de interiore eius claustrali profecto conversatione summatim perstringam, monachum se ab ipsis infantię crepundiis meminit; et idcirco monachum, quem pene infans induit, quem tanto sudore, tanto tempore tenuit, occasione pastoralis curę amittere et mutare noluit, (VITA AUCT. THIOFRIDO) sed omne in domo [1] Dei cum consensu secum conversantium collegium monachicę religionis tramitem incędere instituit, (Ps. 54, 15.) quia aliter quam vixit non docuit; unde et usque ad has nostri temporis feces et nostrum triste vivere nulla in Galliis clericorum concio propius sancta Traiectensi congregatione monachico ordini accessit et consuetudines profundius et attentius attigit et tenacius tenuit. (HIER. Vita Malchi, prol. Pers. 1, 9.) Animal pennatum, animal sanctum, ante et retro plenum oculis, (Apoc. 4, 6, 8.) revolvit secum quantis pontifex polleat privilegiis, cuius sunt in lege mysticum pectus et armus dexter de salutaribus victimis, (Num. 18, 18.) mundicia profecto cordis ac divini noticia et veritas dogmatis et contra aerias acies exertum brachium opus fortitudinis; qui nequaquam absque tintinnabulis et diversis coloribus et gemmis virtutum multimodis sancta ingredi, (Hier. Ep. 64, 23.) nec nomen potest possidere antistitis, quia eius dignitatis interest, ut egressus et motus eius et universa sint vocalia, (Ibid.) et quicquid agit, quicquid loquitur, doctrina sit humani generis. Pensavit intentissima mentis indagine, pontificem oportere esse sine crimine, (Tit. 1, 7.) semper morari in sanctis et non egredi, ne sanctificationem Dei sui polluat, (Lev. 21, 12.) sed iugiter paratus sit, ut sequester Dei et hominum victimas [2] pro populo offerat, et quia sanctum oleum Christi Dei sui super eum est, (Lev. 21, 12.) carnes agni sacro ore conficiat [3]. Speculator datus domui Israhel (Ezech. 3, 17.) ascendit turrim Libani, cui nasus sponsę comparatur voce sponsi, (Cant. 7, 4.) ut stans in sanctę conversationis altitudine et munitus circumspectionis ac discretionis munimine, more narium fętores vitiorum odoresque virtutum discernere ac incursus adversantium spirituum longius nosset prospicere et commissas sibi animas per insitam sibi divinitus providentiam posset cautiores reddere.

10. Perpendens autem speculatori non sufficere altum ipsum vivere, nisi assiduę predicationi insistendo ad alta et alios elaboret pertrahere, (GREG. MAGN. Hom. in Ezech. I, 11, 7.) eorumque mentes ad amorem cęlestis patrię eloquendo studeat succendere, verbum vitę vehementi studio ac instantia predicavit genti efferę et, cooperante gratia Spiritus sancti, innumeram multitudinem per admirandam ac stupendam miraculorum efficatiam ab scrupeo et invio erroris reduxit tramite, ac fonte salutari ablutam in gremium transposuit matris ęcclesię alendam eius lacteo et mellifluo ubere. F Maternę olim inter ipsa concęptionis suę tempora memor visionis de incremento mystico et descensu globi lunaris, homini descendenti ab Iherusalem in Iericho, (Luc. 10, 30 sqq.) quę interpretatur luna, et a latronibus vediis (2) vulnerato in veri Samaritani nostri visceribus condoluit, vulneribus eius ipse gratię participatione Samaritanus et stabularius vinum et oleum infundens, ęternę incolumitati et saluti eum restituere perdius et pernox studuit. Quocumque lucerna ardens et lucens (Ioh. 5, 35.) divini verbi radios inmisit, populus, qui sedebat in tenebris, lucem (Matth. 4, 16.)

8. — [1] wir SCHM. — [2] theotocos T *corr. Cf. c. 20*[1].

9. — [1] domno SCHM. — [2] victima SCHM. — [3] conficit SCHM.

(1) Anno 695 iam a multis annis mortuus erat Dagobertus II († 678), necdum regnabat Dagobertus III (711-715). Cum S. Willibrordo convenisse quendam Dagobertum regem commentus est etiam scriptor Vitae S. Dagoberti, c. 9, 10 (*MG.*, Scr. rer. merov. t. II, p. 516-18). Quem libellum, nulla fide dignum, legisse et hoc loco respexisse Thiofridum censuit I. Schmitz (in edit., p. 69-70), forsan non recte. — (2) Vedius sive Veiovis, Vediovis, antiquis nomen erat nescio cuius dei; cf. PAULY, *Real-Encyclopädie*, t. VI, 2 (1852), p. 2426-27; Thiofridus autem hic et alibi verbo illo diabolum designat.

magnam

VITA AUCT. THIOFRIDO

magnam vidit et internę caliginis obscuritatem funditus amisit. Clarissima veritatis luce omnes phanatici erroris eliminavit tenebras, et iuxta domni Bedę assertionem plures per illas regiones ęcclesias et monasteria nonnulla exędificans, coadunavit congregationes omni virtutum genere preditas, et ex eo numero fratrum, qui secum et post se illo venerant, constituit antistites et pastores super oves dominicas. Nec iam contentus intra regni Francorum terminos, sanctę exhortationis extendere funiculos, deliberavit ut aquę cisternę suę et fontes sui dirivarentur per plateas etiam ad finitimos; et adiit curiam expulsi regis Rabodi, non timens animi eius motus ex recenti sua expulsione truces et erraticos. Suscęptus est autem ab eo, licet durissimo ydolatra, summa cum reverentia, sed archana divinę predestinationis illum ad fidei sacramenta non admittente iusticia, nullis vitę fomentis adamantinam excęcati cordis eius emollire duriciam, nulla verbi luce illustrare ac abigere erroris potuit noctem obscurissimam. Pensans itaque necdum esse id temporis, ut terra salsuginis fructificaret ad iactum divini seminis, sementem non tam abstulit quam distulit et ad conterminam Danorum barbariem predicationis vomerem transtulit. Sceptrum gentis illius tenuit tyrannus nomine Ongendus, vir planctu unigeniti plangendus, utpote in tartari abyssum opima orci victima mergendus. Hic durę licet cervicis et indomabili corde, veritatis tamen preconem, divino preventus ac perterritus timore, condigno suscępit et tractavit honore, sed ab ydolatrię squalore nulla expiari et converti valuit ratione. Symmistes ergo Dei induratum et divina dispensatione obstinatum eius advertens animum, avertit ab eo intentionis studium, et ne vacuus rediret ad aream, saltem vel duos, saltem vel unum studuit referre manipulum, et evangelicę illustrationis gratia trigenos ibi adquisivit pueros, incrementum propagandę fidei eximium, et ne aliquod per longum terrę et maris intersticium antiqui hostis commento in eis experiretur fidei dispendium, fonte salutari ablutos secum transvexit ad Francorum, divinę electionis et adquisitionis populum, iam dudum ad eius pendentem reditum.

Hist. eccl. 5, 11. — Prov. 5, 15, 16. — ALCVINUS, 9. — Iob 39, 6. — Ierem. 6, 26. — Exod. 32, 9. — Ezech. 2, 4. — I Petr. 2, 9.

11. Sed cum redeundo periclitaretur, ut cathecista gentium Paulus, periculis fluminum, periculis in mari, orta tempestate evectus est in quandam insulam in confinio Fresonum et Danorum editam, quę barbarice Fositeslant est nuncupata a quodam Fosite, ydolorum suorum archiapostata principe, cuius tutela bruta gentilitas credidit tutari ac muniri se ac universam regionem circa oram maritimam. Phanum eius, operosis ibi exędificatum inpendiis, tantis ydolatrię excolebatur obsequiis et neniis, ut capitalis et reus maiestatis esse censeretur, quicumque sine gravi et inevitabili necessitatis causa amęna virecta intrare ac depascere, ac inertia pecora in pascuis uberrimis errantia disturbare ac contingere, aut de fonte, qui illic leni emanavit scaturigine, nisi sub alti silentii sigillo presumeret sitis ardorem extinguere. Constabat profecto apud mentes omni errore implicitas repentinę erinis aut mortis interiturum discrimine, si quis de supersticiosi laticis vena hauriens verbum aliquod voce exprimere, vel de argento et ęre in urceolum hauriendę aquę deputatum sacrilego ritu iniecto auderet quicquam temerario ausu subripere. In tantę superstitionis loco alacer Dei veredarius fixit tentoria et, contempta terreni principatus vanitate ac sęvicia, in individuę trinitatis mysterium tres catecuminos, quorum Deus tetigit precordia, in prelibati fontis unda baptismi consecravit gratia et moratus ibi, donec quassatę navis repararentur aplustria et ventis ferentibus proveniret navigatio prospera, animalia per amena Tempe pascentia particione competenti in suorum distribuit edulia. Cumque hoc quasi ingens monstrum et horrendum fama, malum quo non aliud velocius ullum, in rabidissimi regis Rabodi detulisset palacium et exagerans iras eius incenderet animum, propere tyrannus, accitis cunctis senatorii ordinis, eorum et aliorum, quos idoneos ducebat, habuit consilium. Ex sententia omnium sors in urnam ternis vicibus per continuum missa est triduum ad faciendum periculum, an, quos illa questio exagitabat, iure meruissent dampnationis exitium; sed quia rectum et inconvertibile divinum est iudicium, non exivit, non cecidit super egregium antistitem et quemquam eius comitum praeter unum, qui eo, quod inconsulcius de hauritorio sacrilegę lymphę presumpsit ęs immolacium, sortilego[1] ritu proditus et diiudicatus, cruore fuso venialis delicti abluit nevum et in gloriosissimum martyrum concessit cętum (1). Accersiit tandem profanus archos ierarcham mirificum in regiam, ut expostularet cum eo dei et edicti sui contemptus iniuriam. Non autem illum effrenata rabies terruit, sed securus totius furiosi tumultus eoque vallo sapientię munitus, quo grassanti stulticię aspirare numquam licuit, ad omnem obiurgationem sęvi tyranni sine viribus furentis, invictum vultum tenuit, et id demum responsum sacro pectore reddidit : " Nulla prorsus est in idolo tuo divinitas, super cuius iniuria mecum expostulas, sed omnium vanitatum vanitas ad decipiendum et pessumdandum infidelium animas. Nihil est omne ydolum; nihil est ydolothitum, quod ad inremediabile corporis et animę exicium exculpsit supersticiosa adinventio hominum. Non est deus, nisi unus, qui stabilem et rotabilem cęli condidit ambitum, qui vagos stellarum disposuit recursus, staciones et numerum; qui mari posuit terminum; qui harenę et guttarum pluvię solus novit calculum; qui perpetua mundum ratione gubernans, in consummatione mundi ad destitucionem peccati sine peccato ex illibata et perpetua virgine sumpsit corpus virgineum et, morte sua intercedente, mortis diruit imperium, et redemit genus humanum, primę prevaricationis inreparabili dampno perditum. Solus est, optimus est, porro ab optimo longe relegata omnis invidia est; igitur optimi bona voluntas principalis et efficiens tocius creaturę causa est. Flectit ergo illi iure et condigne genu omnis visibilium et invisibilium natura; flecte et tu, domine rex, regi regum et domino dominantium cervicem tuam, omni cervicositate deposita et exclusa. Testificor tibi exiguus vernula eius per adventum et regnum eius cęleste, quod, si per os meum eum, qui in me loquitur, auditu auris audieris et fonte salutari ablutus super erroris tui ineptiis

II Cor. 11, 26. — ALCVINUS, 10. — VERG. Aen. 4, 158. — VERG. Aen. 3, 658. — Ibid. 4, 174. — ALCVINUS, 11. — Ps. 118, 137. — Eccle. 1, 2. — Ierem. 5, 22. — Eccli. 1, 2. — BOET. Cons. phil. III, metr. 9, 1. — Hebr. 9, 26. — Phil. 2, 10. — Apoc. 19, 16.

D E

11. — [1] sortilogo GT, *corr.* SCHM.

(1) Cf. supra, p. 424, num. 22.

" dignos

A „ dignos pęnitentię fructus egeris, salvatione
„ perpetua salvaberis, et inexcogitabilis et ineffa-
„ bilis glorię diademate coronaberis, et inter
Isai. 33, 17; „ uranicę curię reges regem sęculorum in decore
Tob. 13, 6. „ suo absque ullo ęternitatis termino contempla-
„ beris. Si vero monita mea, quę vice eius tuę
„ saluti suggero, flocci feceris et ab ydolatrię sor-
„ dibus te non expiaveris, non dubites, non cun-
„ cteris, sed certus esto, quod de solio glorię tuę
Isai. 14, 19. „ ut stirps inutilis proicieris, et in tartareum
„ dimersus carcerem absque tocius respectu[2]
Verg. Aen. „ misericordię inter eos, qui fundo volvuntur in
6, 581. „ imo, inenarrabilia, interminabilia cum vedio
Ibid. 2, 650. „ nunc deo tuo tormenta patieris. „ Cumque hęc
perstaret memorans fixusque maneret, adver-
Lucan. 2, 511. tens princeps pęnamque peti veniamque timeri
summa aviditate coronę martyrii, paucis respon-
Ibid. 512. dit cum omni tranquillitate animi : " Vive, licet
„ nolis; expertus sum, quia mortem erumnarum
„ requiem, non cruciatum esse credis; severitatis
„ meę minas non vereris. Verbis tuis ęquiperan-
„ tur opera; pervicax et insuperabilis est animi
„ tui constantia. „ O egregium, licet ethnicum,
Ibid. 2, 389. principem, qui iusticię cultor, rigidi servator
honesti in paganismo nostris corruptis moribus
orthodoxę fidei proceribus se proposuit formam
imitabilem! Nam hi, ubi iuxta illud poeticum :
Hor. I Epist. *Pro lana rixantur sepe caprina*, et exarserit in
18, 15. eis indignatio, nec ullus ultionis modus est nec
ulla dilatio, ille, quasi legisset in carmine saty-
Iuven. 13, rico : *Minuti semper et infirmi est animi exiguique*
189-191. *voluptas ultio*, iram dissimulare et magno vincere
animo. Hi, magis irę suę quam famę consulentes,
abutuntur proscriptione et preiudicio; ille conti-
nuo triduo, ne insontem aliquem iniustę mortis
dampnaret supplicio, non modo senatus sui et
symmistarum consilio, sed et ritu usus est sorti-
lego, quo ea tempestate quasi divino indicio fun-
ditus latencium et obscurarum rerum aperiebatur
et inveniebatur cognitio. Noluit a quoquam
deprehendi leges a se infringi, quas ipse primus
primum ex gentilitate, legislatorem secutus Lace-
Iustin. 3, 2. dęmonium Ligurgum, suffectum fratri suo Poli-
bitę (1), Spartanorum regi, invenit ac instituit Fre-
sonum genti (2). Et hic tantus polyticę disciplinę
assertor, si maiorum assertioni fides adhybenda
est, theologica apostolici viri predicatione cum ad
C catholicę fidei rudimenta, tum ad baptismi fon-
tem adductus est (3). Sed cum immersisset pedem,
vultu corporis pariter atque animo varius, aut
Sall. Iug. quia, ut testatur Crispus insignis eloquentię
113, 1. hystoriographus, plerumque regię voluntates ut
vehementes, sic mobiles sępe ipsęque sibi sunt
contrarię, retraxit ocius apostata deterior reddi-
II Esdr. 3, 1. tus, utpote extra normam mensurę turris Ana-
nehel positus. Agonithetam vero Dei regia hono-
ratum munificentia permisit redire ad presulatus
sui cathedram, quę diutius mellifluam eius siciens
exspectavit presentiam.

12. Igitur remenso tam laborioso terrę ac
maris itinere, reversus et a novella plantatione
sua summo mentis iubilo exceptus, omni elabo- Vita auct. Thiofrido
ravit intentionis vigilantia, ut uberius irrigaren-
tur et ad longe altius incrementum perducerentur
divini orti sui plantaria, et super aquas multas Ps. 22, 2.
refectionis plantata pullularent et choruscarent
inter ęcclesię sidera. In sede sua apostolica
pater familias, cui regnum cęlorum assimilatum Matth. 13, 52
est, de thesauro suo protulit nova et vetera,
doctrinę eius rivis affluentibus quasi paradysi
fluminibus irrigata et fecundata est non modo
tota vicinia, verum etiam omnis trifida Gallia. Caes. B. G.
Dumque diatim[1] Christi Domini dapsilis econo- 1, 1.
mus dominicę familię affatim sumministraret
evangelici tritici diaria et interna sacietate sagi- Luc. 12, 42.
narentur et augmentarentur credentium examina,
plurimi copiosissimis pollentes diviciis et pompa-
tica mundi gloria, divinę inspirationis praeve-
niente clementia, sua illa amplissima rata con-
cessione et astipulatione tradiderunt patrimonia.
Denique dux excellentissimę generositatis Pipi-
nus cum Blitrude contectali sua, ęquę generosis
orta natalibus, tertio idus mai, anno duodecimo
Childiberti gloriosissimi regis, dedit ei Efterna-
censis fisci medietatem integram, a Theodardo, E
egregii ducis Theotharii filio, sibi traditam (4),
Hirmina vero, Dagoberti regis filia, hereditario
iure possessam cum omnibus appendiciis et
adiacentiis suis cum villa Montis, sita in pago
Tulbiacensi, in calendis decembris addidit partem
alteram (5). Idem munificus princeps sub cyro-
graphi conscriptione anno quarto regis Dagoberti
VI. nonas martii tradidit illi villam in pago
Mosariorum sitam et a pręterfluentis fluvii
nomine Suestram nuncupatam, et egregię Blittru-
dis sagaci industria ab ingenuis viris pecunię
inpendiis comparatam (6). Et quia utriusque loci
situs tam sapienti archytecto visus est amęnus et
cęnobialis vitę studiis adprime aptus et dignus, in
utroque, iactis fundamentis, exędificavit cęno-
bium, et in montibus Israhel in pascuis uberri- Ezech. 34, 14.
mis pascendum aggregavit gregem dominicum.
Aeternę vero memorię Karolus, prelibati ducis
filius, maiordomus, Magni Karoli avus, IIII. idus
mai in urbe Treverica dedit ei sitam in Fresia in
pago Kinheim super fluvium Velisena, ubi mare
fluit in parte altera, integram villam, Adrichaim
nuncupatam, et regalis testamenti confirmavit
pagina (7). Item Rohingus, vir magnarum opum, F
legitima testamenti confirmatione delegavit ei
ęcclesiam in Antwerpo castello sitam super
fluvium Scalda in pago Renensium cum appen-
diciis villis, et terciam partem thelonei eiusdem
castelli, quod nunc est marka regni (8). Rata
idem traditione a viris summa preditis honestate
et munificentia sunt ei tradita magnificę utilitatis
allodia; ab Heribaldo quidem, clericali dignitate
functo in pago Marsum dicto, in ostio Mosę, una
cum omnibus appendiciis suis basilica (9); ab
Angilbaldo villa Waderloe in Texandria super
fluvium Dumella (10); ab Engilberto omnia quę
iuri eius cesserunt in villa Ereslohc[2] nuncupata,

[2] exspectu Schm.
12. — [1] dietim *corr.* Schm. — [2] Eresloh// T *corr.* ; Eresloho Schm.

(1) Immo Polydectae. — (2) Mera fabula. — (3) De hac fabula cf. supra, p. 429, annot. 7. — (4) 14 maii 706. Cf. Böhmer-Mühlbacher[2], Pippin der Mittlere, 14, 15. — (5) Chartas Irminae (cf. supra, p. 428, annot. 7) permiscet hic Thiofridus. Alia enim est charta data die 1 decembris (anni 698), alia charta (data die 1 iulii 699) qua S. Willibrordo tradita est villa Montis in pago Tulpiacensi (Bergheim ad fluvium Erft). Vid. *MG.*, t. XXIII, pp. 50-51 et 51-52. Non solum hic, sed etiam in Vita S. Irminae, quam conscripsit (*MG.*, l. c., p. 48-50; cf. *BHL.* 4471 et *Anal. Boll.*, t. VIII, p. 285), fabulam recepit Thiofridus, qua S. Irmina dicta est Dagoberti regis filia. — (6) 2 martii 714. Cf. Böhmer-Mühlbacher[2], l. c., 20. Vide supra p. 443, annot. 2. — (7) Cf. Böhmer-Mühlbacher[2], Karl Martell, 40. — (8) Cf. *MG.*, t. c., p. 55, l. 15; p. 63, l. 46 - p. 64, l. 29. — (9) Donatio haec a solo Thiofrido est commemorata. — (10) Cf. *MG.*, t. c., p. 56, l. 20.

VITA AUCT. et Alfeim, villa integra (1); ab Ansbaldo cum
THIOFRIDO omni possessione eius in Hockensceit villa
Disena (2); a Thitbaldo in Mulneheim integra
cum adiacentiis suis ęcclesia (3); ab Ebroino
comite pręclara in villa Rinera predia et in Millinga
cum omni integritate basilica (4); a
Wachardo venerabili viro septem et semis mansi
et unum molendinum in loco, qui dicitur Erle,
super fluvium Prumia (5); et plura alia, quę
consulto praetereo propter barbara et hominum
et locorum vocabula (6). Porro luce clarius constat,
quod nemo omnium se ac posteritatem
suam exheredaret et de ultimis oceani littoribus
proselitum ditaret, nisi ingenti signorum et prodigiorum
efficatia insigniter preditum experimento
cognoscens, per sanctitatis eius merita
I Petr. 1, 4. hereditatem incorruptibilem et incontaminatam
et inmarcescibilem conservatam in cęlis se
adepturum speraret. Omnia vero sibi tradita
prudentissima dispensatione distribuit partim
Traiectensi sedi suę apostolicę, partim Efternacensi
ęcclesię, quę specialis prerogativa dilectionis
eius sanctę complacuit animę, utpote ubi per
Act. 3, 21. spiritum prophecię prescivit tempore restitutionis
I Cor. 15, 53. omnium ad clangorem tubę novissimę oportere
se de corruptione ad incorruptionem resurgere
et pro mortalitate inmortalitatem induere.
Ps. 102, 22. In omni loco dominationis Domini benedixit
anima eius Dominum, et ex donariis, quę omnis
voluntarius sive vir seu fęmina mente promtissima
obtulit in tabernaculi Dei cultum, ornatum
et sacrificium, ubicumque visum est sibi licitum
et congruum, construxit et dedicavit basilicas,
conciliabula fidelium, et in eis ordinavit et consti-
ALCVINUS, 12. tuit ordinem ęcclesiasticum, ut in prędestina-
Act. 13, 48. tione Dei preordinatus ad vitam populus in
promptu haberet, ubi et quando ac unde baptismatis
mysterium, evangelicę refectionis edulium,
penitentię sumeret remedium, et addisceret sanctiones
canonum. Anno deinde progeniti Verbi
septingentesimo decimo quarto solis tocius Gallię
ac Germanię contigit deliquium. Dux quippe
inmortalis memorię Pipinus naturę solvit debitum
et, sicut de extincto in ipso ętatis ac victo-
IUSTINUS, 13, 1. riarum flore Alexandro Magno Trogus testatur,
magnum triste apud omnem suę dicionis dereli-
Eccli. 30, 4. quit populum. Mortuus, secundum sapientissimum
Iesu Sirahc dictum, quasi non est mortuus;
similem enim sibi reliquit post se filium Karolum,
maiorem domus et defensorem contra inimicorum
audaciam et amicis reddentem gratiam;
VERG. Aen. 6, 853. qui gnarus parcere subiectis et debellare superbos,
ut de Iuda Machabeo legitur, induit se
I Mac. 3, 3-9. lorica sicut gygas et succinctus arma bellica
similisque factus leoni in operibus suis et sicut
catulus leonis rugiens in venatione, hostiles persecutus
est phalangas. Dilatavit gloriam populo
suo et protegebat castra gladio suo, et repulsi
sunt inimici prę timore eius, et directa est salus
in manu eius. Et quia nominatus est usque ad
novissimum terrę, in sęculum in benedictione
memoria eius. Is anno post patris sui transitum
REGINO, an. 650-653. tertio pugnam conseruit cum paterno hoste,
Fresonum rege Rabodo, et illo primum gloriosa,
licet cruenta, victoria devicto terrestri prelio,
dein navali evectione Bobone, eiusdem rebellis FREDEG. cont. 17.
populi duce, interfecto cum omni exercitu eius
sacrilego, Fresiam tandem, destructis et incendio
absumptis fanis ac idolis, perdomitam
Francorum subiugavit dominio.

13. Considerans vero archysterium sancti
Spiritus[1] apertum sibi esse magnum et evidens I Cor. 16, 9.
ostium, eundem suae dioceseos populum, materiali
gladio edomitum, spirituali quoque romphęa
edomare ac, ut post demissum cęlitus vas Act. 10, 11.
linteum et quadrangulum evangeliorum et in HIER. Ep. 125, 2.
quadripertito orbe credentium admirabile mysterium
uranicę curię clavigerum Petrum divina
constat voce ammonitum: *Macta et manduca,* Act. 10, 13.
mactare et expiare a sanie sanguinum et in corpus
acceleravit traicere dominicum. Aquila ele- Iob 39, 27.
vata et in arduis cęlestis vitę sibi nidum ponens
et in petris manens et in preruptis silicibus atque Ibid. 28.
inaccessis rupibus fortissimis angelorum choris
in contemplatione morata et inde escam contem- Ibid. 29.
plata, ubi cadaver prospexit, gentem profecto in
infidelitatis iacentem mortem, pervolavit et, quod
diu exoptavit, sed quia tempus constitutum est Eccle. 3, 1.
omni rei sub cęlo, nisi in tempore a divinitate
pręordinato voti compos esse non potuit, evangelicę
predicationis rostro interiora eius rimari et
contundere elaboravit et totam ab iniquitate
ydolatrię ad innocentiam permutando in sua
membra convertit et compaginavit. Irradiatus
iubare veri et incircumscripti luminis, nullum
omnino ibi locum offuscari permisit pristini erroris
et ignorantię tenebris, sed lucidissimis terram
mortis opertam caligine catholicę fidei illustravit Iob 10, 21.
radiis. Nec angustis contentus terminis, lacius
loca invisit finitima, ut obtenebratę gentilitati
infunderet ac distribueret ęterni splendoris paracliti
Spiritus karismata. Divertit in insulam,
Walichrum vocabulo, Scaldę fluvio et Britannici
maris circumfluam brachio, quę in id temporis
immolavit vedio et non Deo tocius creaturę opifici
ac domino. Cumque ibi, divina precurrente clementia,
verbi sereret spermata et sata excrescerent
uberrima, intravit phanum in ora situm
maritima, ubi ritu sacrilego vetusti quędam erroris
colebatur statua. Indoluit ex intimo corde et I Mac. 2, 24.
contremuerunt renes eius ad exemplum Mathathię,
patris Machabeorum, et revolvens illud
emisticon psalmistę: *Zelus domus tuę comedit me,* Ps. 68, 10.
et syromasten Finees et hausteritatem Helię, ut HIER. Ep. 109, 3.
in frusta Moyses conflatilem vitulum, sic comminuit Exod. 32, 4;
abominationis ydolum, et lapidem erigens in Deut. 9, 21.
titulum fudit desuper consecrationis oleum. Non Gen. 28, 18.
veritus est astantis ydolatrę editui sęvitiam, sed
exerens mentis constantiam, accessit ad altare
immolaturus salutarem dedicationis victimam.
Detestandus autem delubri custos irę facibus
accensus, cum iam dudum eius cor palpitaret,
corpus tremeret, lingua se prępediret, facies
ignesceret, exassperaretur oculorum acies, omnino
similis arrepticio, micantem gladium vibravit
et exertam dexteram totis viribus concitavit
ac verendum antistitis caput gravi, immo lętali
ictu vulneravit. Ac profecto avidum palmę martyrii
victoriosissimum effecisset martyrem, nisi
divinę providentię dispensatio in ędificationem Eph. 4, 12.
corporis

13. — [1] Willibrordus *add.* T.

(1) Cf. ibid., p. 58, l. 19, et p. 57, l. 5. — (2) Cf. ibid., p. 58, l. 40; vid. etiam p. 61, l. 33 et p. 57, l. 28 (de bonis in Hoccascaute sitis, quae donata sunt a Bertilinde, sorore Ansbaldi). — (3) De hoc solus meminit Thiofridus. — (4) Cf. *MG.*, t. c., p. 62, l. 33 - p. 63, l. 15. — (5) Exscripta est de hac traditione in Libro aureo Epternacensi, fol. 81, charta Willibrordi suspectae fidei, de qua supra, p. 432, annot. 1. — (6) Cf. supra, p. 427, annot. 12.

A corporis Christi, matris ęcclesię, et in augmentum
et profectum dominicę familię illum conservaret
illęsum et incolumem. Testis est usque hodie
sanguis eiusdem in basilica, quę Westcapella
appellatur, fusus et conspersus in altaris crepi-
dine (1); testis, inquam, est neminem, tanto effuso
cruore, posse vivere, nisi per effectum divinę
potentię. Cruor tantus, ut clavis paradysi sanguis
dominicus in tocius mundi salutis ac redemptio-
nis precium, sic in universę insulę et regionis
maritimę fluxit et redundavit reparationem ac
remedium. Nam cum tanti pontificis comites tam
indigno facinore in iram concitati et exassperati
vellent manu vindicare neque tantum scelus
inultum relinquere, medium se opposuit vir
summę pietatis et misericordię, ac hortatus suos,
animum regere, eripuit reum ab impetu iniurię et
permisit liberum abscędere. Nihil tamen hoc
libero abscessu et momentanea impunitate scele-
Ioh. 17, 12. ris lucratus est filius perdicionis, sed intra eiusdem
diei spacium arreptus immanitate dęmoniacę
vexationis, per continuum triduum lugubre ac
miserandum omnium oculis spectaculum et
B divinę ultionis evidentissimum exhibuit indicium,
sicque per possessorem suum immundum suffo-
catus spiritum, in ęternę dampnationis precipita-
tus est baratrum. Nec se solum perdidit; sed, sicut
protoplasti transgressio omnem posthumam pro-
lem plaga crudeli et insanabili perculit, sic uni-
versam posteritatem suam sceleris sui cauterio
notabilem reddidit. Nam quaecunque ex viciata
radice usque in hodiernum diem stirps est edita,
sive masculus seu fęmina, aliquo semper membro
aut breviori aut longiori vel morbo turpi detur-
pata divinę ultionis in se ostendit vestigia (2).
Commota vero est et contremuit tam districti
iudicii Dei animadversione tota insula et universa
vicinia et, cervicosa feritate deposita, omnia abie-
cit sculptilia et ultra non adoravit manuum sua-
Apoc. 22, 14. rum opera, sed ab egregio archypresule lota fonte
I Petr. 2, 9. perenni in sanguine agni, facta est gens sancta et
Ps. 44, 10. speciosa sponsi sponsa varietate virtutum cir-
cumdata. Fana mutata et consecrata sunt ibi in
Rom. 9, 22-23. Domini Dei templa et sanctuaria, et in eis vasa
irę, quę apta in interitum Deus in multa sustinuit
pacientia, translata sunt in vasa misericordię,
quę ad ostendendas glorię suę divitias preparavit
Ps. 92, 4. in gloria. Et quia mirabiles elaciones maris cre-
brius subruerant litori contigua, mirabilis in altis
Dominus per eximii prorethę sui Willibrordi
merita mirabiliter excursus eius compescuit
dispendia. Vir enim virtutum omnium speculum
per itineris sui baculum iuxta commune tocius
provincię testimonium in continenti traxit sulcum,
ut sibi visum est, sufficientem et congruum, ac
illum in Iesu nomine, qui sicco pede incessit per
liquidum et iussu tempestatem cohibuit ac ven-
tum validum, posuit mari metam et terminum.
Excrevit e vestigio congesta moles harenę instar
muri firmissimi; quam congestionem sua lingua
dunon appellant indigenę maritimi, et illic usque
in presens eliduntur et confringuntur fluctus peri-
culosissimi (3), et quasi ad obicem dissono indi-
gnantes sonitu non audent erumpere ac egredi,
ac si, positis ibi ostiis et vecti, divina voce dictum
Iob 38, 11. sit mari : *Huc usque venies, et non procędes
amplius, et hic confringes tumentes fluctus tuos.*

14. Rediit vero, ordinata et in orthodoxę fidei VITA AUCT. THIOFRIDO
stabilitate radicata et fundata Walichrensium
insula; rediit laureatus martyrii laurea, etsi non
oppetiit, vivificatrice divinitate propicia; ultus
rediit ultione divina et insignitus excellentissimi
et inauditi miraculi prerogativa. Transactos in
sancta conversatione labores quasi flocci pendit,
et quanto se vicinius et clementius altissimę divi-
nitati curę esse perpendit, tanto sollicicius et
devotius ad altiora virtutum exercicia animum
extendit. Exemplo peritissimi cathecistę gentium
Pauli, dum predicando simul omnia dicere,
amando simul omnes videre voluit, transire ex
aliis locis ad alia appeciit, et nunc hic per paterni
amoris affectum corpore, nunc illic spiritu ductus
affuit, ut quasi corvus, cuius pulli ad Deum Iob 38, 41.
clamant, eo quod cibos non habeant, ad profe-
rendam de sublimibus escam evolaret eisque
inhiantibus alimenta vitę subministraret. Cum-
que huiusmodi devotionis intentione suum paulo
superius descriptum (4) in villa Suestra invi-
seret oratorium, ob accelerandi itineris compen-
dium equitavit per callem ante solitum, ductum
per amęna virecta segetum, quem in dimensione E
agrorum ex rigoribus inter duo signa in modum BOET. Geom.
linеę tractis geometricale plerumque spacium (P.L. LXIII,
et subtile mensoris efficit ingenium. Hoc eminus 1332 D)
prospiciens eiusdem agelli procurator, amicum
avari cuiusdam divitis mancipium, ac si ardenti HOR. II Sat.
camino infundatur oleum accensum, ardentius 3, 321.
accendit animum et in igne furoris accurrens
conviciis et contumeliis aggressus est Christi
Domini veredarium. Temerario ausu pręsumpsit
eum per equi sui frenum retrahere; conatus est
caput verendum ferali percussione contundere.
Sed cum sic immaniter debachantem satellites
eius vellent morti tradere, cohibuit eos melliflua
sibi divinitus insitę mansuetudinis dulcedine,
et cum adamantinum adversarii cor neque
persuasibilibus dictis neque ullius muneris pro-
missis posset emollire ac evincere, dans locum ALCVINUS, 15.
irę, reversus est quo divertit itinere. Postera vero
aurora ut roseis fulgebat lutea bigis, blasphemus VERG. Aen.
ad custodiam lętę segetis rediit; sed divina ira, 7, 26.
quę secundum Agellium Noctium Atticarum lento Nihil ibi.
gradu ad vindictam sui procędit tarditatemque
gravitate pensat supplicii, in eum, secundum illam
evangelicam promissionem : *Cito faciet Dominus* Luc. 18, 8.
vindictam servorum suorum, cicius cecidit et in
eodem horę momento, in eodem loco, quo chri-
stum Domini exacerbavit et lucernam ardentem
extinguere studuit, in conspectu coram adstan-
tium repentino mortis interitu extinxit et disper-
didit. Sed quia quasi per plana ad tanti patris
miraculorum alta conscendimus, carptim ac suc-
cincte ad levigandum[1] lectoris fastidium per-
stringamus pauca de innumerabilibus.

15. Dum divina functus legatione per loca
transiret Ennosygeo contigua, decoquente desu- IUVEN. 10, 182.
per diem solis orbita, pro dulcis aquę penuria et LUCAN. 9, 691.
itineris fatigatione nimia ardentiori sitis flamma ID. 4, 324 28.
suorum advertit torreri viscera oraque sicca
rigere squamosis linguis aspera rescissoque
palato dura nocere suspiria. Marinam enim
sitientes comminus spectabant aquam; sed, sicut
Israheliticus populus non poterat bibere de mara, Exod. 15, 23.
eo quod esset amara, sic unda non valuerunt

14. — [1] *scripsit* SCHM.; allevigandum GT.

(1) Cf. supra, p. 424, num. 21. — (2) Cf. ibid. — (3) Cf. ibid., num. 20. — (4) C. 12 (p. 467 E).

refocilari

VITA AUCT. THIOFRIDO

refocilari salsa, quia ex salis naturali materia
pocius suscitatur et augmentatur sitis pestis
fervida. Ex altissimo fonte pietatis pia illi super
afflictos infusa sunt viscera et, effossa parvi
cespitis gleba intra tentorii sui penita, remotis
arbitris, secrecius flexit genua et non ante sur-
rexit, non ante cessavit ab orationis instantia
quam, Domini Dei opitulante clementia, qui in
HIER. Epist. 78, XI. heremo Raphidim mansione undecima fontem
Exod. 17, 1 sqq. produxit de petra Oreb typica, ad intima cordis
eius suspiria impulsa levi vena turbaretur glarea,
Ierem. 17, 6. et de terra salsuginis ebulliret aqua dulcissimi
saporis ac limpida. Exurgens totus in spiritualem
effusus lętitiam, debitam divinę maiestati laudis
solvit hostiam et egressus sicientes vocavit ad
aquę supernę largicionis abundantiam, ut extin-
LUCAN. 4, 372-73. guerent sitim torridam. Nec mora, ut robora ner-
vis et vires redicre viris, laudem Domino decan-
taverunt super omnibus quę reddidit eis Dominus
secundum multitudinem misericordiarum suarum
ob egregii pastoris sui meritum incomparabile,
cuius ori nunquam defuit auris divinę clementię.
B Ne autem in itinere rursus eadem eos urgeret
aquę inopia, ad summum sua impleverunt vascula,
nulla comitantis secum Domini munificentię diffi-
dentia.

16. Non longo abhinc emenso tempore, emi-
nus prospexit bissenos inopes xerampelidis[1]
amictos sibi eunti occurrere et mendicare a
transeuntibus stipem alimonię. Condescendit eis
internę compassionis visceribus; sed, quia nihil
argenti in crumina inveniebatur ei et suis comi-
tibus, de modico, utpote dimidii sextarii capace,
PERS. 5, 148. itineris vasculo in modum sessilis obbę contexto
ex viminibus propinare iussit mendicantibus.
VERG. Aen. 1, 739. Cumque omnes labra plena proluissent patera et
inebriati ab ubertate mirifica discessissent in
Ps. 35, 9. III Reg. 17, 16. hylaritate maxima, ut lechitus olei non est
imminutus sub Helia, sic non est imminuta,
immo in plenitudinem excrevit in tam parvo vase
falerni abundantia. Satis et super evidens esset
miraculum, si tot ex tam exiguo liquore exhila-
rare possent corpus et animum; nunc vero hinc
excellentius nobilitatur, quod tociens pęne exhaus-
tum ut ante refertum vimineum inventum est
Ioh. 7, 38. poculum. De ventre tanti viri fluxerunt aquę vivę,
spirituales videlicet gratię, et iccirco, sicuti anima-
C rum, sic et corporum sitim consuevit frequentius
Ps. 35, 9. extinguere ac potare suos de torrente voluptatis
intimę.

17. Denique cum longo postliminio ad pecu-
liare suum veniens cęnobium, post digna tanto
patre susceptionis et salutationis solempnia et
paternę eruditionis exhortamina, singula fratrum
VERG. Aen. 1, 613. circuiret officinarum ędificia, — neque enim
patrius[1] mentem consistere passus est amor, —
tandem intravit etiam promum, ubi pęne omnia
vasa vinaria repperit vacua. Accessit autem in
plenitudine caritatis Domini ad unum ęnoforum,
in cuius imo fundo parum quid repertum est
Ps. 91, 11. temeti, et confisus in eius misericordia uberi, qui
Iac. 1, 5. dat omnibus affluenter et non improperat, bacu-
lum suum immersit per spiraculum in pręsentia
cellerarii, viri summę religionis ac meriti. Dum-
que exisset, obserato ostio, in eiusdem noctis
spacio exuberavit in vase copiosa benedictio et, D
nullo obsistente operculo, infusum est pavimen-
tum inundante cęcubo, quod non vitis materialis,
sed ab illa vite, quę asserit *: Ego sum vitis vera,* Ioh. 15, 1.
produxit et elicuit sincerissima fides ac oratio.
Post matutinalem vero sinaxim rediit in penum
cenobita solus secreti antistitis egregii conscius
et, ut vidit superabundantes divitias gratię Dei, Eph. 2, 7.
ingenti ammiratione attonitus, concito cursu adiit
eum intentum studiis cęlestibus et indicavit
secretius quid per eius gloriosa merita operatus
sit universitatis opifex et dominus. Nec mora[2],
Spiritus sancti vas eminentissimum erupit in
gratiarum actiones et mentis iubilum, et ad exem-
plum humilitatis Iesu Christi in monte Thabor
transfigurati in revelandę glorię suę mysterium,
iussit ut usque ad suum de mortalitate ad immor-
talitatem transitum tantum sub silentii sigillo
clauderetur et cęlaretur miraculum.

18. Nobilitavit item aliud signum huic haud
dissimile, sed ęque divina munificentia insigne ac
mirabile. Defetigatus longinqui sudore itineris,
refrigerii et recreationis gracia divertit in domum
cuiusdam sui familiaris, patris familias potentis E
ac divitis, et eius amicabilibus condelectabatur
confabulationibus et obsequiis. Sed ubi vini
inopia illum anxiari animadvertit, pro suę hospi-
talitatis reverentia deferri sibi iussit bis bina
commeatus sua vasa viminea duorum ferme
sextariorum capabilia et, exuberante in eis divinę
benedictionis gratia, quadragenis convivis in
uberi propinavit sufficientia et Domino Deo lau-
dum solvit munia, qui exaltavit cornu christi sui I Reg. 2, 10; Ps. 148, 14.
in gloria. Huic tanto miraculo exęquavit item
aliud per pietatis suę affectum simile, sed per
fastum cuiusdam locupletis, caritatis potum refu-
tantis, effectu[1] dissimile.

19 Dum solemni sibi consuetudine peculiarem
divini fructus sui populum in Fresia acceleraret
invisere, ut aliquid ei impertiret spiritualis gra-
tię, necessitas prolixioris vię causa recreandi
iumenta coegit eum in pratum cuiusdam divi-
tis divertere ac brevis morulę spacio quiescere.
Sed virro[1] (1) avarus possessor agelli, leonini VERG. Ecl. 9, 3.
furoris face succensus, accurrere, convitiorum
pus atque venenum crebrius ingerere, sonipedes
acrius cędere ac ex pascuis inpastos abigere.
Ierarcha vero summę pacientię suos iniuriam F
manu ulcisci avidos compescuit et illius efferos
regere dulcibus dictis animos et pectus mulcere VERG. Aen. 1, 153.
studuit : „ Desine, amice, desine ab ira et derelin-
„ que furorem, et mentis corrigens errorem sen-
„ sus tui recipe vigorem. Pone te ante te et
„ revolve quid ageres quidve agi cuperes erga
„ te, si hęc eadem aut huic similis necessitas
„ urgeret te. Non sumus manus prędonum, nul-
„ lum tibi molimur dampnum, sed hic transimus[2]
„ verbi divini semen rudibus mentium novalibus
„ seminandum; cuius opimi fructus tu quoque
„ poteris promereri pręmium, si, quantum tua
„ interest, benevolentię et intimę condescensionis
„ indigentię nostrę non subtraxeris subsidium,
„ iuxta dominicę promissionis eloquium : *Qui* Matth. 10, 41.
„ *recipit prophetam in nomine prophetę, merce-*
„ *dem prophetę accipiet.* Quod ergo genus usquam VERG. Aen. 1, 539-40.

16. — [1] *scriberes* xerampelinis.
17. — [1] patruis SCHM. — [2] mara G.
18. — [1] effectum G, T *m. pr. ante corr.*
19. — [1] mirio (" *id est monstrum* ") *male coniecit* SCHM. — [2] ad *supplevit* SCHM.

(1) *Virro* apud Iuvenalem (*Sat.* V, 39, 43, 99, 128, 134, 149) nomen est proprium viri cuiusdam divitis eiusdemque in clientes atque in tenues superbi et sordidi; simul autem designat ceteros huic similes. Cf. *Sat.* V, 119 : *Virro sibi et reliquis Virronibus illa iubebit.*

„ hominum,

A „ hominum, quęve hunc tam barbara morem
„ permittit patria, ut lassis longioris vię ac solaris
„ lampadis intollerantia denegentur liquidi fontes
Id. Georg. 2, „ et gramina, ubi quantum longis carpunt ar-
201-202. „ menta diebus, tantum gelidus ros nocte repo-
Id. Aen. 9, „ nit exigua. Ne tantopere sęvi, sed, sedato
740. „ pectore, veni et nobiscum discumbens bibe in
„ caritate spiritus Dei ac, nobis abeuntibus, divina
„ benedictione exhilaratus et comitatus domum
Id. Aen. 6, „ redi. „ Cumque talibus ardentem leniret dictis
467-71. animum, ille non magis incępto vultum sermone
movetur quam dura silex aut marpesia cautes,
sed huc illucque volvens oculos, unde curari
debuit, morbi materiem habuit, et iurgia concin-
nans, tandem contumeliosi responsi virus evo-
muit : " Poscisne ut virecta mea depasci sinam
„ et dampnosa vicissitudine vinum tuum levis
„ archyposia (1) bibam? Profecto te ac omnia tua
„ flocci pendo et tecum bibere refuto; cum quo,
„ utpote possessionis meę vastatore, iure gentium
III Reg. 20, 23. „ contendo. „ Et vir mirificus sub festinatione
verbum ex ore eius rapuit et quasi arridendo
B subintulit : " Si gravaris mecum bibere, esto,
„ eia, non bibe. „ Atque apostolicę memor sen-
Rom. 12, 19. tentię: *Date locum irę*, maturavit locum deserere,
ubi fętere sensit putorem inhumanitatis ac ava-
ritię. Sed non procul aberat ab execrabili gra-
mine, cum emulum et executorem eius corripuit
Ps. 93, 1. Deus ulcionum dominus iusto ęquitatis examine;
et quia noluit obedire et adquiescere ammoni-
tioni et caritati salutiferę, intollerabilis supplicii
Lucan. 9, eum excruciavit genere. Nam ceu serpens torta
738-43. caput retro dipsas calcata momordisset eum et
virus tacitum carpens medullas ebiberet humo-
rem circum vitalia fusum, sic ardentissimę sitis
viscera eius excoquebat incendium, et regressus
domum non sextarium, sed totum siciens expe-
tivit ęnoforum. Pateram ingentem ori apposuit,
sed vinum pocius effluere ac effundi quam
influere et infundi in os blasphemum potuit, ac
multociens attemptatus labor cassus nihil profuit.
Non defuit, immo superfuit cęcubi abundantia,
sed bibendi nulla concessa est copia, et eo arden-
tius tosta sunt viscera, quo omnia, unde extingui
posset pestis torrida, suppetebant in promtu et
in presentia. Manibus potum tractavit, oculis
inspexit, labia admovit; sed non proluere linguam
Rom. 1, 21. et palatum madefacere prevaluit. Obscuratum
insipiens cor eius non advertit inremediabilem
tantę percussionis vim, sed putat esse sitim, et
Iuven. 6, 236. advocans archigenen, magna dedit, maiora pro-
misit xenia, ut arte hypocratica tanta evaderet
supplicia. Sed quia nullum humanum auxilium
adversus divinum prevalet iudicium, medicina
non inveniens locum suum versa est in contra-
rium et non tam minuit quam adauxit morbum
Lucan. 9, et dolorem divinitus inditum. Ille vel in Tanaim
751-52. missus Rodanumque Padumque ac Nilum bibens,
Ps. 59, 4. per rura vagantem, arderet, nisi is, qui commovit
terram eius et conturbavit, sanaret contriciones
Isai. 28, 15. eius et flagellum inundans amoveret. Quid exęstu-
ans ęger ageret, quo se verteret? Tandem inter
diros et diutinos cruciatus in se rediit, se ante se

posuit et quę et quanta, cui ac quanto viro obpro- Vita auct.
bria intulerit, accusatrice conscientia, meminit et Thiofrido
interno tocius animi dolore pęnituit. Omnia
circumquaque custode obsedit compita, ut ubi-
cunque redeunte Iesu Christi assecla, cuius in
se iustę severitatis sensit dispendia, pię quoque
mansuetudinis experiri mereretur impendia. Igne Verg. Aen.
edaci depascitur artus, dum dolor in orbem est 2, 758.
actus, atque in se sua per vestigia volvitur annus. Ibid. 2, 215.
Tum demum, comperto per eandem viam sym- Id. Georg. 2,
mistę Dei reditu, venit in occursum cadaverosa 401-402.
facie, toto debilitatus corpore, utpote qui nullis Ter. Hec. 3,
sustentatus epulis auxilium contra sitim fecit 4, 27.
continuationem ac sufferentiam inedię. Longa et
ęgra a fundo pectoris trahens suspiria, eius
amplexus est genua et temeritatis et presump-
tuosę nequitię suę confessus piacula, supplicatione
humillima deprecatus est sui misereri misera-
tione intima. Nec mora, Clemens Willibrordus,
ostendens in opere quod vox in eius sonat
nomine, non opilavit supplici aures clementię,
sed de sua parapside[a] siti exestuanti dedit bibere,
ac redintegrata in eo sospitate corporis et animę,
incolumem reddidit suę domui et mestę vicinię. E

20. In metropoli vero urbe Treverica, quę, ut
moderno tempore in tumba quadam editissima
inventa declarant epygrammata (2), condita et
Treberis nominata est a privigno Semiramis,
Nini victoriosissimę coniugis, Trebeta, quem ipsa
non contenta suis nec totis finibus orbis, a patrio
expulit regno novercali odio et invidia; in urbe,
inquam, tanta, quę caput Europę cognoscitur
anteritate, in civitate sede sacerdotali et regia, in
oratorio perpetuę virginis theoticos[1] Marię, ubi
sanctimonialium sunt contubernia, divinę ęquita-
tis censura lętifera desęvit[2] pestilentia (3), et iuxta
quęrimoniam propheticam pervenit gladius usque Ierem. 4, 10.
ad animam. In processu temporis, crudescente Verg. G. 3, 504.
morbo, via mortis non erat simplex, sed multiplex, Ibid. 482.
et multę debitum carnis solverunt cęlesti sponso
dicatę virgines, multę in lectulis decubuerunt
desperatę et quasi exanimes, paucę vix erepsere
expectatione mortis pavidę ac desides. Marces- Hier. Ep.
cebat, pro dolor, flante austro, lilium et purpurea 60, 13.
viola et rosa sensim migrabat in pallorem luri-
dum. Nulla usquam patebat via salutis, sed per
omnes officinas ingens planctus perstrepere cum
F pro defunctis, tum pro e vestigio morituris. Mater
spiritualis, cuius animam pertransivit doloris Luc. 2, 35.
gladius, quasi inter filiarum cadavera eiulans
discurrebat; quam primum plangeret, nesciebat.
Cum subito, divinę miserationis inspirante cle-
mentia, una omnium mentibus sedit sententia, ut
Clementis Willibrordi in sui compassionem et
presidium implorarent viscera, qui in tercio
ferme ab urbe miliario (4) in dominici gregis per-
dius et pernox stabat custodia et in terris vitam
duxit uranicam. Accitus et in nomine Iesu exora-
tus venit, et mestis sororum compassus fletibus
flevit, ac divinę castigationis dispensationem lucu-
lenta edisserens facundia, consolationis fomenta
dolentibus adhibuit, salutarem pro omnium II Mach. 3, 32.
remedio victimam obtulit, delicta et peccata con- Levit. 16, 21.

[a] paropside *frustra correxit* Schm.

20. — [1] *ita* GT; *cf. c.* 8[3]. — [2] desaeviit *corr.* Schm.

(1) Ut non raro alias verba quae apud antiquos scriptores legebat, licenter ad sententiam novam detorsit Thiofridus, ita hic *archiposian*, quo designatur officium quoddam, id est munus regis convivii (cf. *Thes. ling. lat.*, t. II, col. 463), voluit esse nomen hominis. — (2) Hic laudat atque partim exscribit Thiofridus titulum spurium, qui insertus est in Gestis Treverorum, c. 2 (*MG.*, Scr. t. VIII, p. 131) et in Ottonis Frisingensis Chronico, l. I, c. 8 (ibid., t. XX, p. 135). — (3) Eadem paucioribus narravit Thiofridus in Vita S. Irminae (*BHL.* 4471), c. 6; ubi rem contigisse dicit in coenobio Horreensi. Cf. etiam supra, p. 445, annot. 2. — (4) Epternacum certe multo longius distat Treveris.

fitentium

VITA AUCT. THIOFRIDO Matth. 18, 12. ftentium capro emissario incommutabili divini-
tati mystice inprecans in desertum nonaginta
novem ovium deportanda et obolenda inposuit,
et aquam sua benedictione consecratam potan-
dam omnibus distribuit, ac eiusdem aspergine
I Par. 21, 16. omnia cęnobii habitacula emundans, evaginatum
exterminationis angeli ensem in vaginam recon-
didit et de imminenti internetione speciosas filias
Iherusalem eripuit. Post benedictę enim asper-
sionem et haustum limphę cessavit, qui super eas
Iob 18, 14. calcavit quasi rex, interitus, fugit dolor et gemi-
tus, et ille ante celebris, celebrior et honoratior
Matth. 25, 2. est habitus, non, ut fatuę virgines ociosę ac ver-
bosę ganniunt (1), regię virginis Hirminę officialis
clericus, sed primus sanctę Traiectensis ęcclesię
archiepiscopus et totius Fresię predicator docti-
loquus, cathecista et apostolus.

21. Ad declarandam autem evidentius tanti
Tob. 3, 8. viri gloriam et meritum, ut domum Raguelis,
cognati Tobiae, qui in Iudaici populi precessit
typum, Asmedeus demonium infamem et lugu-
brem reddidit per septem sponsorum Sarę
B homicidium, sic aut epyaltes (2), qui, ut puplica
opinatur persuasio, invadere et gravissimo sui
MACROB. pondere solet opprimere quemlibet prima vix
Somn. 1, 3, 7. somni nebula irriguum, aut aliud nocentius fan-
PERS. 5, 56. tasma cuiusdam patrisfamilias horrenda vexa-
tione infestavit domicilium. Non videri, non ab
ullo mortalium tangi potuit; sed cum nemo scire
vel conicere posset, ubi esset, quando abesset,
quo iret, unde rediret, in momento sine sensibili
motu affuit, mensam, gausape, dapes superposi-
tas, pocula, vestimenta, postremo omnem tocius
domus suppellectilem inter ipsas contrectantium
et observantium manus diripuit et flammis absu-
menda intulit. Nec sic quidem abstinuit, sed
infantulum pro hoc eodem tanto errore in utri-
usque parentis obdormientis complexu in sopo-
rem resolutum abstulit et in ignem proicere non
distulit. Sed, divina procurante clementia, infan-
tili vagitu experrectus pater in ipso iactu prunis
se opposuit et proiectum filium excipiens ab
incendio eripuit. Nulla in illis ędibus noctu, nulla
interdiu requies, nullus locus tutus, nec ipsi
etiam parietes; sed ubique susspecta summam
formidinem incussit inclusi et invisi hostis crude-
litas inquies. Omnis in luctum profusa inconsola-
C bili - merore afficiebatur familia, et universa
LUCAN. 5, 128. limine terrifico metuens consistere procul aufu-
git vicinia. Nihil ibi, nisi vix ad horę momentum,
per sacerdotale officium aqua benedicta, nihil
exorcismus profuit; sed quasi illatam sibi iniuriam
acrius vindicaturus vedius infestior rediit. Anima
Ps. 37, 8; 38, 12. miserabilis eri repleta illusionibus defecit in incre-
Ps. 101, 14. pationibus, cum ecce venit tempus miserendi
eius, et Dominus Deus, sicut per iunioris Tobię
HIER. in Dan. 8, 16. comitem medicinam Dei Raphahelem archange-
lum, mystici piscis iecore vivis carbonibus impo-
Tob. 8, 2. sito, Sarę abstulit obprobrium et continuum
merorem vertit in tripudium, sic illius contricioni
Malach. 2, 7. et afflictioni per merita Willibrordi angeli Domini
exercituum[1] conferre dignatus est remedium. Per
tot enim et tanta infestationis defatigatus[2] peri-
II Cor. 2, 3. cula concępit tristiciam super tristiciam, quod
non iam dudum inter ipsa temptationis primordia
sibi occurrerit in memoriam, ut tanti viri super D
afflictione sua imploraret pietatis viscera, quem
in difficili aditu et scrupea latitantem Efterna-
censi proseucha ubique stupenda loquebantur et
prodebant miracula. Venit tandem et in faciem
corruit ac erumnę suę tragediam, crebris singul-
tibus vocem interrumpentibus, exposuit, consi-
lium et adiutorium in[3] oportunitatibus, in tribu- Ps. 9, 10.
latione peciit, et quia, iuxta illud prophęticum :
Beatus est qui loquitur in aures audientis, beari Eccli. 25, 12, ap. HIER.
ac exaudiri meruit. Nam symmista Dei, unus Ep. 57, 1.
cum Domino spiritus, futuri eventus ad liquidum I Cor. 6, 17.
prescius, dedit ei aquam suis consecratam mani-
bus, ut aspergeret omnia elata et transposita
remotius, quęcunque possedit in rebus mobili-
bus, ne, eversis ędibus divina dispensatione per-
dicioni traditis, consumerentur non humana
fraude, non casu, sed per angelos malos inmis- Ps. 77, 49.
sione[4], arsuris ignibus. Ne vero ulterius ei aliquid Ioh. 5, 14.
contingeret deterius, ammonuit eum a pristinis
abstinere facinoribus, quorum gratia tam dirę
castigationi est traditus, et iussit in eadem area,
aqua expiationis ab omnibus expiata squalori- E
bus, ędificare sibi pergulam prosperis inhabitan-
dam successibus et ab omnibus phantasticis libe-
ram infestationibus. Cumque exspes spei et fidei
munitus casside redisset ac mandata peregisset,
lectum eius quasi quidam terrę motus concussit,
et flamma, ibidem inmundi spiritus arte conflata,
de terra erupit et totius domus fabricam fundi-
tus consumpsit. Nec mora, redemptus a Domino
et, excluso a se velut a Sarę triclinio et religato Tob. 8, 3.
per cęlestis medicinę angelum demonio, in eodem
loco sanctificatę limphę consperso liquoribus
exstruxit ędificium et in eo degens nullam
omnino pristinę infestacionis sustinuit dispen-
dium, sed pacatum ei Deus reddidit habitaculum Iob 8, 6.
in tantum, ut priora eius fuerint parva et novis- Iob 8, 7.
sima multiplicarentur nimium usque in ipsum
vitę eius terminum.

22. Tantarum et tot virtutum populari rumore
impulsus victoriosissimus in Austria dux Karolus,
iam dicti Pipini filius, humillimis apud eum egit
precibus, ut filium suum Pipinum vitali bapti-
smatis fonte ab originalis peccati ablueret sor-
dibus. Cumque honestę et religiosę peticioni
annuisset ac regenerationis mysterium peregis-
set, paraclyti Spiritus infusus rore preconia tantę F
sobolis prophetico promulgavit ore : " Hic ",
inquit, " infantulus, hodie in Christo regeneratus
" per gratiam incircumscripti Spiritus, summa
" gloria et decus omne suis erit progenitoribus,
" et longe prestantior et excellentior universis
" retro constitutis in sublimitatibus Francorum
" ducibus. " Nec ullum ysaicum verius declara-
tum est vaticinium, sicut autenticis confirmari et
comprobari datur testimoniis hystoriarum et
annalium, et attestacione relatorum in verbo
veritatis adprime veracium. Nam hic et aviti
nominis et paternę dignitatis et virtutis heres ac
ob creberrimam hostium contusionem cognomi-
natus Tudites (3), primus ex tanta prosapia ob
insignis milicię ingenium et imperatoriarum et
oratoriarum excellentiam arcium edicto et apo-
stolica auctoritate nomine et meritis memoris HIER. Ep. 53, 8.

21. — [1] exercitium SCHM. — [2] defatigatus T. — [3] i G. — [4] in missione SCHM.

(1) Easdem moniales Horreenses graviter hic increpat Thiofridus, quibus petentibus Vitam S. Irminae scripserat. Vid. prologum de quo *BHL*. 4471. — (2) Ἐφιάλτης, id est incubo. Cf. G. GOETZ, *Corpus glossariorum lat.*, t. VI, pp. 392, 561. — (3) Memoria lapsus est Thiofridus. Non enim Pippinus, sed pater eius Carolus dictus est " Martellus " seu Tudites.

domini

A Domini Zacharię apostolici, Hilderico Francorum rege deiecto et pro regali trabea et diademate monachica donato corona et tonica ob enormis segnitiei et inercię vicium, rebus regendis omnino Regino, an. 750. contrarium et incongruum, electus, unctus et promotus est in regni Francię solium. Anima eius I Reg. 25, 29. iuxta illud sapientis matronę de David, secundum cor Dei electo, elogium, custodita est quasi in fasciculo viventium apud Dominum; porro anima inimicorum eius rotata est quasi per impe- Regino, an. 753. tum fundę et circulum. Et quid mea interest retexere ab aliis acutiori et evidentiori stilo tradita memorię, quibus videlicet corporis viribus, qua virtute animi eximia Aistulfum regem Longobardorum superaverit et Papię inclusum qua- Ibid. an. 755. draginta obsides dare coegerit, ac res iuris apostolorum principis Petri, tyrannide invasas, reddere iuramento constrinxerit, et postea periurum et rebellem ibidem obsidens Ravennam cum Pentapoli et omni Exarchatu amittere compulerit, et per manum legati sui sanctę ecclesię Romanę ac Stephano papę tradiderit? Quid item Ibid. an. 760, 768. attinet in transcursu percurrere, ut Waifarium, summę potentię ducem Aquitanię, devictum Exod. 32, 9; Ezech. 2, 4. extinxerit, ut durę cervicis et indomabili corde genti Saxonum devictę et aliquantisper domite Regino, an. 757. trecentos equos in tributum singulis annis solvendum imposuerit? Excellentissimum Trogi Pompeii de Alexandro Magno testimonium illius Iustinus, 12, 16, 11. magnitudini congruit potissimum: *Cum nullo hostium umquam congressus est, quem non vicerit; nullam urbem obsedit, quam non expugnaverit; nullam gentem adiit, quam non calcaverit.* Sed si hęc tam magnifica, tam preclara ad extollendos glorię eius titulos deesset dicendi copia, satis tamen superque suppeteret in magnificentię illius preconia, quod primus omnium Romanum in Galliam transtulit impe- Ps. 131, 17. rium, quod, parante Domino lucernam Christo suo, genuit Magnum Karolum, qui glorię magni- Verg. Aen. 1, 287. tudine maiestatis suę potentiam oceano et famam terminans astris, quasi recenti memoria in id temporis per orbem terrę celebratur ore omnium, et Cęsaris Augusti meruit et throni sui ac dignitatis heredibus reliquit nomen augustale ac imperatorium. Et procul dubio, ut vaticinii C veritas rata et comprobata sit, imperii fundamenta pater iecit, operis tocius gloriam filius consummavit, et de tanta radice et germine densissima et altissima regum et imperatorum usque in victoriosissimum et clementissimum quartum imperatorem Henricum (1), sub cuius monarchia hęc caraxavimus, silva pullulavit. Per naturales enim genealogię ramos stema longo ductu pervenit ad Lůthowicum, quendam[1] egregium Francię regem (2), Lotharii regis et Karoli ducis (3) genitorem, cuius filiam[2] Cůnradus, rex Burgundionum, duxit uxorem, de qua genuit patris eius (4) aviam[3], gloriosissimi Henrici[4] tercii imperatoris Giselę videlicet divę memorię imperatricis matrem. Nimirum tantus internorum Rom. 11, 34. symmista secretorum sensum Domini cognovit, I Cor. 6, 17. quia adhęrens ei unus cum eo spiritus fuit, et tactus de proximo et de longinquo, verum de suo per regenerationis lavacrum filio, verum per ipsum Vita auct. Thiofrido de generosissimę eius posteritatis gloria vaticinium profudit. Nec solum in tantę stirpis magnificentię presagium, sed in suę quoque usque in omnium finem temporum quietis locum et tumulum, non verbis, sed factis probavit prophecię se abundantius habere spiritum. Nam cum eum in Treverensi diocesi exędificasset ac abundantissimis tam prediorum reditibus quam preciosissimis ornamentorum redimiculis ditasset, previdens in spiritu et veritus hinc ex vicinia varias incommoditates et assidua hospicia et servitia presulum et insolentiam cervicalia sub Ezech. 13, 18. cubitu[5] manus eorum ponentium, illinc autem, ex suo scilicet episcopio, ob longum terrarum intersticium grave predonum periculum, et rarum vel potius nullum auxilii impendium, neque vicinę (5), neque longinquę suę sedi Traiectensi voluit esse in rebus materialibus subditum, sed rata concessione ac firma testamenti conscriptione et astipulatione tradidit in ius et mundiburdium regum et imperatorum in ordine sibi legali iure succedentium (6).

E **23.** Cum vero tantę perfectionis et sanctitatis vir ob prolixius senium, preclarum Dei xenium, sensisset se non sufficere ad ęcclesiastici regiminis fastigium, et per inhabitantem in se Spi- Rom. 8, 11. ritum prescisset, decurso iam vitę presentis Willibaldus, Vita Bonifatii, 5. stadio, adesse metę terminum, cum suorum symmistarum consilio omnium virtutum dote preditum, tunc nomine Winfridum, nunc a benefaciendo cognominatum Bonefacium, suum per tredecim (7) revolutiones annorum adiutorem et cooperatorem indefessum per evangelicę predicationis studium, decrevit sibi subrogare et ordinare ad pontificale officium, et se absolutum et tanto fasce levatum totum et integrum transponere et extendere in divinę contemplationis ocium et exercitium. Accitum itaque ad se paterni affectus amore amplectitur, et primo decrepitę ętatis suę imbecillitatem dominico gregi suę curę credito admodum obesse conqueritur; postremo mentis suę archana enucleat, in omnes preces descendit, ut fatiscenti senectuti subveniat, ut patri post modicum patrum vias ingressuro filius in ipso tyrocinii flore exemplum senibus in regimine succedat et navim ęcclesię inter F Scillam et Caribdin fluctuantem et periclitantem gnarus et peritus proreta gubernandam suscipiat et in portum provehat. Ille autem onus horrens, Hor. I Epist. 17, 39-40. ut parvis animis et parvo corpore maius, reniti obnixius, negitare instantius, orare summissis precibus, ne super onerariam navim rudis vector Hier. Ep. 1, 2. inpositus, qui necdum scapham in lacu regere esset sciolus, euxini[1] maris cogeretur credi fragoribus. Annum ętatis se nondum attigisse quinquagesimum et iccirco ad dominicorum custodiam vasorum nullo modo esse idoneum secundum legale institutum et decreta canonum. Legatum se missum a sede apostolica, ut in Germania vitę sereret spermata; sed comperta et experta eius sanctitatis magnificentia, regimini illius se summisisse voluntate propria et promptissima sine apostolici, cuius legatione fungeretur, conscientia

22. — [1] quondam Schm. — [2] Mathildem *add.* T *al. m. sup. lin.* — [3] Gepam *add.* T *al. m. sup. lin.* — [4] filii Conradi regis *add.* T *al. m. sup. lin.* — [5] cubito *corr.* Schm.
23. — [1] eunixi GT.

(1) † 1106. — (2) Ludovicum IV Ultramarinum, † 954. — (3) Lotharingiae inferioris. — (4) Id est Heinrici IV. — (5) Treverensi. — (6) Nobis servatae non sunt hae Willibrordi litterae seu „testamentum„. Id revera a sancto et quidem non post an. 706 conditum esse novimus ex ipso Pippino in diplomate die 13 maii anni 706 dato (Böhmer-Mühlbacher[2], Pippin der Mittlere, 15). — (7) Immo tres. Cf. Willibaldum, l. c. (supra, p. 417a).

et

VITA AUCT. THIOFRIDO

et coniventia; non se presumere tantę dignitatis conscendere culmina, nisi eiusdem consultu et iussione autentica. Atque hac[2] tam amicabili et racionabili contentione, ut inter Paulum et Barnaban[3], sic utrimque facta est discessio, sed, divina dispensante providentia, in antisticio, ut a patre disposita et quasi tradita est, in filium translata est successio. (Act. 15, 39.)

24. Sed iherarcha tanti preconii, sicut ex summis virtutibus animi, sic claruit ex egregia specie corporis pulcherrimi, et plus aliquid habere visus quam in natura sit hominis, pro habitus sui venustate honoris estimabatur angelici. Statura preminebat decentissima, facie semper hylari et formosissima, ut in vultu animę puritas et lęticia et per speculum venustissimi somatis liquido sanctę mentis ostenderetur gratia. Caput eius ad similitudinem antiqui dierum ut lana alba candidum. (Dan. 7, 9.) Daviticę Sunamitis Abisag — cuius nominis sacramentum (interpretatur enim " pater meus superfluus " vel " patris mei rugitus ") (HIER. Ep. 52, 3.) insinuat abundantissimum et ultra humanam vocem in senibus sapientię ac divini sermonis commorari tonitruum — Abysag, inquam, eum refovebat gremium. (III Reg. 1, 3. HIER. Ep. 10, 2.) Non memorię tenacitatem antiquior senecta dissolvit, non calidi acumen ingenii frigidus circum praecordia sanguis obtudit, (VERG. G. 2, 484.) non contractam rugis faciem arata frons exasperavit, sed futurę beatitudinem vitę ac resurrectionis virorem in eo divina dispensatio premonstravit. Ex lingua eius, ut Homerus testatur de Nestore Pylio, iam tertiam ętatem hominum ferme transgresso, melli dulcior fluebat oratio, (CIC. De sen. 10, 31.) et nunquam eum vixisse pęnituit, quoniam ita vixit, ut non frustra se natum existimaret, et cum in carne commorandi natura diversorium mortalibus, non habitandi, dederit, ita se discessurum sciret de seculo, non tanquam de domo, sed tanquam ex hospicio. (Ibid. 23, 84. Ibid.) Sed quia summi et perfecti decoris anima eius, dilexit decorem domus Dei, fuerunt ei lacrimę suę panes die ac nocte, (Thren. 2, 15. Ps. 25, 8; 41, 4.) et post tam diutinę et periculosę milicię stipendia iam emeritus, debitę remunerationis anhelans premia, inter crebra intimi cordis suspiria, inter exundantia lacrimarum flumina, tota desiderii sui in Deum fontem vitę effudit viscera: " Sitivit in te Deus, Deus " meus, sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. (Ps. 62, 2.) Anima mea desideravit te " in nocte, sed et spiritus meus in precordiis " meis. (Isai. 26, 9.) Quando igitur veniam et apparebo ante " faciem tuam? (Ps. 41, 3.) Quando transibo in locum " tabernaculi ammirabilis usque ad domum Dei, " in voce exultationis et confessionis, in sono " epulantis? (Ps. 41, 5.) Elegi abiectus esse in domo Dei mei, " magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. " (Ps. 83, 11.) Quid autem moras nectimus, quid diu differimus et cordis nostri dolorem in aliis inmorando facimus longiorem? (HIER. Ep. 108, 28.) O mortalium fragilitas et caduca natura! (Ibid. 27.) o scripta in paradyso in ungue adamantino de mortalitate carnis humanę irati Dei sententia dura, numquam nisi in novissima tuba obliteranda et transitura! Quis enim est homo, qui vivit et mortem non videbit? (Ps. 88, 49.) Mortem igitur, quę fratres separat et amore sociatos crudelis et dura dissociat, (HIER. Ep. 60, 2.) ęsum carnis suę sensit expetere et in terra mentis suę vocem turturis mysticę audivit (Cant. 2, 12.) se evocare ac elicere dulcissimo epithalamii carmine: *Surge, propera, veni de Libano, veni, coronaberis*. (Cant. 2, 10; 4, 8; 5, 6.) Illico surrexit, dilecto aperuit; ne se demorante pertransiret, properavit, ut cum eo et per eum ad ipsum perveniret. D Anno progeniti Verbi septingentesimo tricesimo nono, indictione septima, anno vero ordinationis eius quadragesimo sexto, ętatis octogesimo primo, qui numerus iuxta genethliacos infirmis decumbentibus minatur horam obitus, anno ducis Karoli vicesimo sexto, VII idus novembris, de lacu miserię et de luto fęcis, (Ps. 39, 3.) de fornace ferrea, (Deut. 4, 20.) de corpore mortis huius evolavit (Rom. 7, 24.) ad contemplandam non per speculum et in enigmate, (I Cor. 13, 12.) sed revelata facie (II Cor. 3, 18.) regum regis gloriam et celsitudinem et miratus cęli concentum (Iob 38, 37.) et ornatum inexcogitabilem, ineffabilem, vidit sub quantę profunditatis voragine et caligine humana dimersa et obtenebrata sit anima in carnis carcere, et ymnologizans laudavit Deum Sabaoth in sęcula laudabilem, qui habitat lucem inaccessibilem. (I Tim. 6, 16.) Nec tanti Israhelitę de spirituali Sodoma et Aegypto in verę repromissionis terram transitus latere potuit, sed divina revelatione mundo innotuit. Nam quidam ex electis eius discipulis, omni divinę legis scientia instructus et educatus et theologyę studiis intentus, E dum pernox insudaret psalmodię ac vigiliis, in mentis elevatus lumine, videre meruit etiam oculis corporeis animam dilectissimi patris ac nutricii sui omnium virtutum amictam redimiculis cum ingenti et ineffabili claritate luminis in cęlestem curiam transferri ab ymnidicis et tripudiantibus angelorum cuneis. In tanti autem funeris obsequium totum cum męsta vicinia proruit oppidum et, quia totius tripertitę Gallię (CAES. B. G. 1, 1.) occidisse visum est sidus lucidissimum, luctum edidit inconsolabilem et puplicum, utpote super patrem patrię ac dulce decus suum et praesidium. (HOR. I Carm. 1, 2.) Cumque spirituales filii tam sacro patris corpore dignum sollicitius exquirerent sarcophagum, a quadam egregia matrona adquisierunt marmor album quasi parium; sed dum dimensum semipede esset brevius et ob id męror augmentum sumeret in omnium cordibus, e vestigio divinę virtutis potentia adauctum inventum est integro et solido pede longius. Quod natura non habuit, meritum obtinuit, et sicut mosaycę ictu virgę petra Horeb aquas[1] (Exod. 17, 6.) contra naturam emanans Israhelitici populi sitim et murmur sedavit et corda exhilaravit, sic inaudita F marmoris huius auxesis attonitas mentes merentium, sedato merore, reparavit. Preciso itaque excremento et in posteros divite ac firma fide pro divino remedio in diversa ęgritudinum genera reservato, summa devotione in summę et individuę Trinitatis oratorio paraverunt poliandrum et cum luctisonis conclamationibus, cum psalmodiis et canticis spiritualibus et cum ingenti honore ac reverentia recondiderunt corpus preciosissimum non more divitum, quorum cadavera nisi in serico putrescere nesciunt, sericis et pontificalibus vestimentis, sed vili cilicio et pulla monachili cuculla indutum tantisque flagrans odoribus, ac si omnibus preciosissimis ungentis et aromatibus eodem momento esset delibutum. Inęstimabilis suavitatis flagrantia omnium referta sunt nares et pectora, et evidentissimis indiciis declaratum est in carne mortua, quod vivens sancti Spiritus suavissima et decentissima extiterit curia, in qua Filius cum Patre in summa cęnavit (Apoc. 3, 20.) modestia et gloria, ex qua ascendentem filię Ierusalem preclaram videntes animam, ammiratę proruperunt in laudis praeconia: " Quę (Cant. 3, 6.) est

[2] ac G. — [3] Barnabam SCHM.

24. — [1] aqua *corr.* SCHM., *frustra*.

A est ista, quę ascendit de deserto, sicut virgula
fumi ex aromatibus myrrę ac thuris et universi
pulveris pigmentarii? „ Odorem de se subtilem
aspersit, quia degens in carnis ergastulo, ne gros-
sum durumque esset bonum quod egit, arta
retractationis manu comminuit et quasi de aro-
Rom. 6, 11. matibus pulverem reddidit, et peccato mortuus,
Deo vivens, myrram et thus redoluit. Nec tanti
odoris suavitas clauso intercępta et inclusa est
tumulo, sed, ut veridica spiritualium cęnobitarum
arguit attestacio, creberrime super stratum lacri-
Ps. 6, 7. mis eius per singulas noctes lotum et rigatum, ubi
Ps. 113, 1. tabernaculi eius provenit depositio, illo exeunte
Habac. 3, 16. de populo barbaro ad populum accinctum no-
strum, instar densissimę nebulę fumus aromatum
visus est conscendere quasi de thimiamaterio et
in toto sicut unguentum effusum diffundi et redo-
III Reg. 8, 11-12. lere sacro peribolo. Gloria Domini, qui dixit ut
habitaret in nebula, implevit domum Domini
nube aromatica, et largiflua sui ostendit gratia
quam suavis, quam dulcis, quam odoritera,
quantis virtutum muneribus dotata ibi conver-
B sata et ad dulcissima sponsi sui oscula elevata et
assumpta sit anima. Est quoque ibidem sępius
visum divinum lumen clarescere et maximam
partem noctium suę claritatis illustrare iubare, ut
et ex tantę suavitatis flagrantia et lucis exube-
rantia evidentissime constaret, quod illum tam
sacrum locum cęlestes frequentarent excubię et
Cant. 3, 10. potestates angelicę. O virum, veri Salemonis
Cant. 3, 9. aureum reclinatorium et de lignis Libani ferculum
ęternę sapientię, cuius preconia nulla humana
lingua valet pro meritis prosequi et exprimere,
cuius dum divinus spiritus in uranica curia
regnaret collocatus in solio glorię, lectulus doloris
eius et locus migrationis et quietis eius et exani-
mati artus cęlestibus obsequiis glorificati sunt
Eph. 2, 7. non raro, sed assidue, ad declarandum super-
I Petr. 4, 10. abundantes in eo divitias multiformis et super-
Ioh. 1, 16. eminentis gratię. De plenitudine Unigeniti a Patre
plenius et abundantius accepit graciam pro gra-
cia. Ad mausoleum eius innumera claruerunt
miracula, sed scriptorum inopia et incuria ex
maxima parte sunt letheo latice obolita [2]. Nam
primo quidam linguę et gentis Scotticę aggressus
tanti viri gesta describere, rustico stilo detrivit
C dignitatem hystorię; dein Albinus, cognomento
Alcwinus, de Brittannia, vir urbanę eligantię,
utpote Magni Karoli yperasspistes, in argutiis
Hor. II Epist. 3, 273. dialecticę ac rethoricę, conatus est inurbanum
lepido seponere dicto et incompta comere; sed
Ibid. 359. cum quandoque bonus dormitet Homerus, visus
est codicellum suum, offensus longo labore et
Ibid. 294. mora, perfectum decies non castigasse ad
unguem et plurima preterisse dignissima tradi
memorię, quippe, ut nobilis decurio, attentius
curis intentus curię. Quod autem ingentia et cer-
tum numerum excedentia ibi nobilitata sunt
signa et prodigia, indicio aderant multa in vesti-
bulo et pro foribus oratorii ante incendium (1)
dependentia vincula ferrea, quę per magnifica
eius merita confracta dissilierunt ex artubus
affligentium carnem suam in pęnitentia, indulta
eis solutis peccatorum nexibus indulgentia. Pre-
terea multę compedes, tricę (2) et ex ferro manicę,
reorum et captivitatis supplicia, plura insuper
languentium vehicula, bacelli et croceę et scabella

loripedum et reptantium sustentacula; postremo VITA AUCT. THIOFRIDO
cęra in diversas membrorum transformata spe-
cies, quam vix fortium boum aveherent paria.
Indicio quoque usque in presens est adventu
paraclyti Spiritus celeberrima pentecostes ebdo-
mada, in qua non modo ex tota circumquaque
vicinia, sed ab universa Gallię ac Germanię pro-
vincia ritu perpetuo et quasi lege insolubili [3] et
inviolabili a progenie in progeniem transmissa et Luc. 1, 50.
ceu iuramento Domini confirmata et tradita,
innumerabilis cleri et populi conventus et fre-
quentia cum oblationibus et lętaniis summa cum
devotione sancta eius terit limina, ob divulgata
et enarrata profecto a patribus filiis mirabilia,
quę ibi in tantę solempnitatis lęticia, omni revo-
luta vertentis anni orbita, ostensa sunt ante
altare consecratum in septemplicis Pneumatis
honore et gloria. Sed revertamur ad diverticulum
et digressione obtusum reparemus calamum.

25. Igitur in loco, ubi lampas contempta in Iob 12, 5.
carne apud cogitationes carnalium, nulla bona,
nisi quę carnaliter vident, pensare valentium,
parata ad tempus statutum desuper miracu-
lorum splendore choruscabat post animę diiu- E
gium, in lichnis dependentibus lucere ac noctem THIOFR. Mirac. 1.
vincere solebat, oleum, preter vinum cordis gau- VERG. Aen. 1, 727.
dium et dominici sanguinis mysterium et divini
crismatis materiem et opobalsamum in liquo-
ribus prestantibus prestantissimum. Nulla id nox
interpolare valuit; in die inter missarum solempnia
usque ad effusionem excrevit ac efferbuit et excęptum
in ampullulis et datum et missum egrotantibus
unctione salubri salutem et incolumitatem mentis
et corporis restituit. Nec in allegoricę excellen-
tioris preconii ęstimatur Helię et Sareptenę
viduę lechitus olei, quia, licet non sit imminutus III Reg. 17, 16
iuxta verbum Domini, nihil tamen ulli legitur
contulisse remedii. In illo duorum tantum unctio
et sustentatio, in hoc plurimorum prerogata est
sospitatis redintegratio.

26. Iugis ibidem fons emanavit misericordię,
quem sitiens quędam fęmina septenis annis
paralysis dissoluta valitudine, illo delata est a
propinquis sibi sanguine. In toto corpore premor-
tuo nullum membrorum suum exercuit officium,
sed anhelum tenuis spiritus vix movit [1] pectuscu-
lum. Ex fide tamen vivida iuxta vitale sarco-
phagum est posita et, effusa ingenti et salutari F
fletuum pluvia, cum prece intentissima integer-
rimę incolomitati dicto cicius est reddita. Vigor
pristinus omnibus membris copiosius se inseruit
et quę tanti temporis spacio pedibus terram non
tetigit, non manus ori admovere, non de latere
in latus se vertere potuit, tripudians domum
rediit. In ipso ętatis flore ephebus quidam tanti lan- THIOFR. Mirac. 2.
guoris pregravatus est pondere, ut horrendo et inces-
sabili tremore tota concuteretur artuum compagine.
Agitari quippe motu continuo visa sunt vincula LUCAN. 9, 777-78.
nervorum et laterum textura cavumque pectus
cum omnibus obstrusis fibris vitalibus, caput
iactari utrimque huc et illuc, quasi collo cervicis
non astringeretur nexibus. Spe mortis decęptus Ibid. 8, 60-61.
plerumque clausa dolore anima diu iacuit exani-
mis, et sandapila parabatur in officium funeris.
Sed ad clarificandum insigne meritum mirifici
pontificis, iam uranici senatus consulis, ad tumbam
eius a suis adductus et positus est necessariis, et in

[2] oblita *male corr.* SCHM. — [3] indissolubili T *corr. al. m.*

26. — [1] tenuit SCHM.

(1) Cf. supra, p. 458, annot. 1. — (2) Tricae : ligaturae quaedam (G. GOETZ, *Corpus glossariorum lat.*, t. V, p. 365).

VITA AUCT. THIOFRIDO

momento horę redintegrata et solidata compage corporis, in conspectu omnium ad tale spectaculum astantium convaluit et exilivit incolumis, et cum eis ymnum concinentibus vocibus altisonis debitę laudis hostiam optulit salvatori tocius humanę propaginis, qui sanctum suum tam iocundis, tam preclaris mirificavit miraculis. (Hebr. 13, 15.)

27. Sed aliquandiu, Spiritus sancti aura puppim prosequente, in tranquillo navigavimus; nunc delati in terram Cilicum[1] pyratas et Syrenarum cantus expavescimus et cum vate egregio Zacharia a lętis et felicibus oculos mentis ad tristiora sustollimus. In tam nobili et sanctitatis fama celebri cęnobio, cum in omni conditione et gradu optimis mixta sint pessima, in communi quidam pro dampnationis suę cumulo diaconatus functus officio conversatus est corpore, non animo. Lupus sub ovino latuit vellere, sicut loculos habens fur et proditor Iudas in apostolico ordine, nec habitus et propositi sui consideratione ab ulla deterreri ac abigi potuit flagiciorum fuligine. Non legit, non attendit propheticum volumen volans, viginti cubitorum longitudinis et decem cubitorum latitudinis, in cuius una decade meliora et prospera, haustera vero et tristia in duabus designata sunt; non, inquam, legit quod maledictio ibi descripta adducatur in domum furis et periuri et in ea commoretur, ut omnia ligna eius lapidesque consumantur et annichilentur. Longe periculosius et immanius aggressus flagitium, infandum commisit sacrilegium et de sacro tulit sacrum, immo thesaurum sacratissimum. Nam involans crucem auream, quam Clemens Willibrordus expeditus Christi legatus secum in itinere solempni more gestare consueverat, obstinato et instar marpesię cautis indurato corde cum aliis ecclesiasticis donariis supripuit, et quia ad manum comminuendi et distrahendi copiam non habuit, in abdito sed nulli cognito loco recondidit. Tanto autem rei familiaris comperto dispendio, inconsolabili mestitia affecta est unanimis cęnobitarum concio; doluit oppido quod vel tanti criminis in se oborta esset suspicio. Exhortari alius alium ad purę confessionis remedium. Solus qui consciencię igne torquebatur, instar aspidis surdę et obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantium, devitavit et sprevit monita exhortantium. Inito tandem quid facto opus esset consilio, sacrilegus a divino suspensus officio, perpetui anathematis addictus est iaculo; per summam obędientiam interdicta est ei sacrosancta communio et omnis cibi ac potus percęptio, nisi infecti dampni restitucio ac pura eum reconciliaret confessio. Induratum vero et instar Nabal Carmeli iuxta nomen suum stulti emortuum et obscuratum est insipiens cor eius, et non attendens, quod iuxta Iheronimum omnium divinę scripturę interpretum principem, nihil tam repugnat Deo quam cor impęnitens et solum crimen est quod veniam consequi non potest, post ruinam erigi et oculos ad cęlum levare noluit; sed, prodita patris substantia, porcorum siliquis delectari et superbię prerupta conscendens preceps in profundum prolabi maluit. Imperium et interminationem patris spiritualis non custodivit, immo derisit, et sedens cum aliis philochristis merentibus et super hoc eodem negotio confabulantibus, cum sanna vaniloquium emisit: « Iussitne abbas mihi, ne comederem, ne dulci lyeo labra proluerem? »

(Marginal references: THIOFR. Mirac. 3. — Matth. 7, 15. — Ioh. 12, 6. — Zach. 5, 1-4. — B — VERG. Aen. 6, 471. — Ps. 57, 5-6. — C — I Reg. 25, 25. — Rom. 1, 21. — HIER. Ep. 147, 3. — Ibid., 147, 1. — Luc. 15,13,16.)

Atque accępto inobędientię poculo, in media potione cecidit, quasi letale virus gustasset pro temeto, et ingemens, ac si telo confossus esset acutissimo, in ipso subitaneę et improvisę mortis articulo non pro pęnitentię remedio sed divinę ultionis coactus incendio, prodidit ubi reconditus iaceret thesaurus suo ablatus sacrilegio, sicque exspiravit, lugubre, detestabile, abominabile exemplum omni ordini monastico. Pertimescite ergo ac execramini tam horribilem vitę terminum execrabilis sacrilegi; pertimescite, inquam, omnes, qui cum Ioseph, ęgyptię dominę relicto pallio, lenocinia mundi evasistis, qui cum cęli clavigero in tectum atque solarium conscendistis; quorum eminentię illud poeticum disticon congruere et aptari videtur: (D) (HIER. Ep. 145 (Gen. 39, 12.) — HIER. Ep. 125, 2.)

Omne animi vitium tanto conspectius in se
crimen habet, quanto maior qui peccat habetur. (IUVEN. 8, 140-41.)

Perpendite quam sit execrabile crucifixum mundo et cui mundus crucifixus est quicquam terreni appetere ac aliena et ipsa sacra cleptim subripere. Omne profecto, ut mea cędam egomet vineta, quod a quocumque monachicę professionis convasatur, convenientius sacrilegium quam furtum appellatur; quia, cum ipse consecratus sit Domino, in sanctis et inter sacra commoratur, etsi egressus de sanctis clandestino rapto violatur, iam non monachus, sed zabuli filius est et nominatur. Deterreat vos, o sanctę animę, non in terris curvę[2] et cęlestium inanes, quibus divino persuasum est exhortamine: *Sancti estote, sicut et ego sanctus sum;* deterreat, inquam, a tam detestabili scelere, quod sub lege ob unius furtum gloriosissima de Iherecuntinę urbis excidio victoria universo Israheli versa est in luctum et tanti iusticii auctor Achar, filius Zarę, qui peccavit in anathemate, furatus auream regulam, catholicę fidei mysterium, et cum certi ponderis argento pallium coccineum, in valle conturbationis et tumultus Achor eundem, quo vivus est obrutus, acervum lapidum meruit habere tumulum. Revolvite cur Heliseus, Domini Dei archetypus, Giezi dilectissimum symmistam suum cum omni posteritate sua luridę leprę inusserit et dampnaverit ulcere. Pensate quare sub gratia Petrus, petra ęcclesię, qui Tabitam Dorcadem resuscitavit pietate compassionis intimę, Ananiam et Saphiram apostolicę auctoritatis ense contra ingenii sui mansuetudinem peremerit absque intuitu totius misericordię. Spectaculum facti et angelis et hominibus, famę vestrę ac proposito consulite, et quia finis perfecti monachi est flere vel se vel totum mundum, super custodiam vestram cum propheta stantes, totis noctibus numquam domum Dei speluncam latronum, numquam domum orationis faciatis domum negociationis, ne a templo sancto suo, quod est in Iherusalem, cęlesti eliminet vos censura divinę examinationis.

(Marginal references: Gal. 6, 14. — HOR. II Epist. 1, 220. — E — PERS. 2, 61. — Levit. 11, 44. — Ios. 7, 1 sqq. — IV Reg. 5, 26-27. — Act. 9, 36 sqq. — Act. 5, 1 sqq. — I Cor. 4, 9. — Isai. 21, 8. — Matth. 21, 13; Ioh. 2, 16.)

28. Sed quia gravi relationis serie amaricatus est venter noster quasi felle et aceto amaritudinis, redeamus in domum vini, quod lętificat cor hominis. Anni revoluta orbita, pridie kal. februarii illuxit sanctissimi Wilgisili, genitoris excellentissimi patroni nostri Willibrordi, solempnitas celeberrima, in qua cum summę devocionis studio ab unanimi et devota conciola ymnidica Deo laudum persoluta sunt munia. Sed cum post peracta divini officii solempnia fessa reficerent corpora, nihil amplius falerni repertum est in cella (Apoc. 10, 10. — Act. 8, 23. — Ps. 103, 15.)

27. — [1] silicum *corr.* SCHM., *frustra; famosi enim sunt Cilices praedones et piratae.* — [2] curae SCHM.

A cella vinaria, nisi quantum duo modica viminibus
contexta recondiderant vascula; quorum altero
epoto inter prandii fercula, alterum reservatum
est in cenę edulia. Dum vero post vespertinę
sinaxis pensum fraterna decuria pro tantę solem-
pnitatis reverentia repeteret refectorium, eximię
religionis ygumenus, nomine Adalbertus, timens
non posse sufficere sicientibus liquorem tantillum,
in audientia religiosissimi conventus succincte
conseruit sermonem consolatorium et exhortato-
rium. " Non decet unanimitatem vestram, filii mei
„ et viscera mea, pro ullo terrenę commoditatis
„ intertrimento erumnosa affici mesticia, quę
Prov. 17, 22. „ ipsa exsiccat ossa, sed interna iucunditate ad
„ sempiternę refectionis et delectationis anhelare
„ agalmata et eundem et inmutabilem ac invi-
„ ctum gerere animum inter adversa et prospera.
Osee 14, 3. „ In holocaustum quidem suavissimum Domino
„ labiorum vestrorum vitulos optulistis, in pleni-
„ tudine caritatis refici meruistis. Noverit tamen
„ vestra dilectio, quod in pęnu nostro nihil est,
„ nisi modicum villi, quod de hodierno remansit
Iac. 1, 5. „ obsonio; sed Deus, qui dat omnibus affluenter
„ et non improperat, potens est supra id quod
„ petimus aut intelligimus dare gregi suo in
Eccli. 2, 11. „ sanguine eius loto et candido. Quis enim in eum
Ibid. 2, 12. „ speravit et confusus est, quis perseveravit in
„ mandatis eius et derelictus est? In ipsius honore
„ et gloria, quantum de exigua quasi obba propi-
„ nari potest, bibite et absque omni hesitationis
„ intercapedine in eo spei vestrę anchoram
„ figite, qui eminentissimo patrono nostro Cle-
„ menti Willibrordo de exiguis itineris sui qua-
„ tuor vasculis convivas quadruplicato denario
„ recensitos potare et inebriare copiosę benedic-
„ tionis suę concessit munere. „ In hęc compen-
diosę exhortationis et consolationis dicta modicus
cęcubi liquor sanctę fraternitatis collegio ęqua
distributus est mensura et cum, bis omnibus
inde bibentibus, flascula iam crederetur exinanita,
inventa est affluentius quam ante referta. Allata
est in presentiam discumbentium in divinę mise-
rationis testimonium et ob commune patris et
filii tam evidens miraculum ingens exortum est
universis tripudium, et Patri ingenito eiusque
Unigenito et Spiritui paraclyto cum altisona lau-
C dum acclamatione honorem solventes debitum,
in illius vesperę horis ad sobrietatem, non
in ebrietatem, biberunt vinum non viteum, sed
divina munificentia et virtute extra naturę fines
ac terminum a naturę opifice conditum et pro-
fluum. Non enim ex sua profluxit arbore,
quod exhauriendo non exhauriri, minuendo non
minui, quod tantę multitudini sufficere, sed, nisi
ad sufficientiam saciatis omnibus, non potuit
deficere. Quid vero memorem arbusculas sacris
manibus eius ex aridis et exsuctis lignis ac granis
consitas contra naturę iura in hodiernum diem
flore, fronde, fructu saluti credentium proficuas?
quid fontium venas de imis terrę visceribus meri-
tis eius elicitas, ex quibus corporum et animarum
emanat sanitas? In pago Tulpiaco, in villa Mon-
tis (1) lectus lacrimis eius per singulas noctes lotus
et rigatus, iuxta altare positus cum ingenti tocius
provintię honoratur et deosculatur reverentia,
omni carie carens per tot secula; et fenum in eo
repositum et eius sacratissimis olim artubus cale- VITA AUCT.
factum suavissima redolet flagrantia, et gingivis THIOFRIDO
admotum liberat a dentium valitudine amaris-
sima.

29. Illuxerunt vero tantorum coruscationes Ps. 76, 19.
miraculorum orbi terrę; vidit et commota est Ps. 96, 4.
terra; audivit mystica Syon et lętata est, et exul- Ps. 96, 8.
taverunt filię Judę, verę confessionis et profes-
sionis animę, et in exemplum Saba reginę, quę a III Reg.
finibus terrę venit sapientiam Salemonis audire, 10, 1 sqq.
de ultimis mundi clymatibus convenire et ad gle-
bam sanctitatis fructibus uberrimam internę
pacis et sapientię se mancipare studuerunt theo-
ryę. Ex Northumbria, tam mirifici ierarche geni-
tali solo, venit Willehadus, summa preditus
virtute et scientia, et ibi per duorum fere anno- Vita
rum curricula in reclusione vitam exercuit Willehadi, 7.
theoreticam. Paulum et Antonium, Macharios
et Arsenium, excellentissimos cęnobitarum et
anachoritarum duces, per virtutum prosecutus
est vestigia et exercitamina, et quia ad exercen-
dum opus manuum ei defuerunt palmarum folia,
post intentissima lectionum et orationum studia, E
manu propria divinę scripturę transscripsit volu-
mina. In transscribendis catheciste gentium
Pauli operam dedit epistolis et aliis quam pluribus
sacris scriptis, quę omnia in membranis sacratis-
simis eius exarata [1] digitis, ob ęternam illius me-
moriam in archyvis recondita sunt ęcclesiasticis.
Pennatum animal, ante cuius oculos frustra rete Prov. 1, 17.
iacitur, inter sancta animalia alis suis se mutuo Ezech. 3, 13.
percucientia, evolavit altius et [2] pennarum sua-
rum remigio volatum eius subsequi conantes
elevavit cęlo vicinius, donec, triumphatis cum Vita
duce suo Widikindo Saxeis et dubiae fidei Saxo- Willehadi, 8.
nibus, edicto Magni Karoli in sanctę Bremensis
ęcclesię cathedram, nondum exstructam, sed
vigilantissimo eius studio exędificandam, primus
omnium electus Wormacię ordinatus est, suffra-
gia ferentibus universis, qui aderant, regni pro-
ceribus. Amoris item intimi igne erga tanti patris
quietis locum accensi advenerunt Beornradus
ierarcha magnificus, eius consanguineus et rerum
possessor hereditarius (2), et Stigandus, Anglorum
archipresul eximius (3), quorum alter eiusdem
cęnobii rector effectus, incusis auro et argento
et gemmatis ornatibus et descriptis ab eo in
testamenti pagina prediorum reditibus, alter F
Efternacense oratorium exornavit et ditavit maxi-
mis sanctorum patrociniis, omnia auri et argenti
metalla et omnem lapidem preciosum longe
prestantibus.

30. Non autem ęstimetur incongruum nos hic THIOFR.
quasi in transitu inserere in tanti patroni preco- Mirac. 4.
nium, quod ab acucioris ingenii et limatioris lin-
guę scriptore urbanius est editum. In carnis
carcere mortalitatis adhuc retentus compede,
filiam generosissimi principis nomine et meritis Vita Amalb. 3.
Christiani Amalbergam, inter ipsa pęne crepundia Ibid. 4.
infancię, glorificatam celeberrimo signo divinę
potentię, in restitucione arefacti brachii cuius-
dam sui vernulę, cęlesti sponso conubio stabili
iunxit propriamque dicavit sacro perunctam et THIOFR.
confirmatam crismate, et effusa in eam hac Mirac. 4.
benedictionis dulcedine: " Floreas cum Tecla, valeas
„ cum Agne et cum Maria optima sit pars tua, „ tanti

29. — [1] exaratae SCHM. — [2] (et ... elevavit) *om.* SCHM.

(1) Cf. supra, p. 467, annot. 5. — (2) Cf. ALCVINUS, lib. I, prol. et c. 1 extr. Vid. etiam p. 435, annot. 1 ad Vitam. — (3) Archiepiscopus Cantuariensis intrusus († 1072), vir in multis minime laude dignus, qui tamen fertur dona multa atque magni pretii ecclesiis anglicis contulisse.

VITA AUCT. THIOFRIDO Ps. 75, 3. meriti elogio sublimavit fastigium virginalis glorię. Postquam vero factus est in pace locus eius et habitatio in Syon, eandem summi cęlibatus
Vita Amalb. 9 sqq. virginem, Magni Karoli sublimium regum et ducum invicti triumphatoris triumphatricem, qui eam suo matrimonio summo conamine [1], laboravit constituere imperatricem, eandem, inquam, quam in terris Christo sponsam consecravit,
THIOFR. Mirac. 4. per visum cum ipsius consanguinea illibata bethula Gertrude, de cęlesti arce adveniens, post prolixas in vigiliis et orationibus excubias paululum conservandę sospitatis gratia oculis conniventem visitavit et sacro velamine, quo ipsa se in hora imminentis tirannidis et angustię velavit, benedictionis suę consecratione insignito reverendum caput eius condecoravit ac triennale vitę presentis spacium, et quid in tam angusti temporis articulo ei actitandum et maturandum esset intimavit. O paranymphum tantę caritatis dote preditum, qui sponsam Dei preelectam et anulo eius subarra-
Ps. 119, 5. tam, nec etiam post suum de habitatione Cędar deseruit transitum, donec introduceret eam in desiderantissimi sponsi sui amplexus [2] ac thalamum.

B

31. Sed de mirandis mirabiliora se ingerunt memorię, quę nequaquam expedit sub silentii clausula tegere et includere, presertim cum nobilitata sint ore omnium indigenarum barbarum frendentis Fresię. Est in ora maritima ager compascuus, in longitudinem et latitudinem in immensum protensus, olim iuri egregii antistitis mancipatus ac subditus, ubi cum ovium gregibus
VERG. G. 3, 81. armenta boum errabant thoris luxuriantibus et
Ibid. 3, 53. pendentibus pinguissimis de mento palearibus, et
ID. Aen. 5, 128. stacio arridebat gratissima institoribus de anglica terra et Brittannia navigantibus. Sed cum ex amenitate aprici campi iucundarentur iumenta et homines, divinę dispensationis accidit examine,
LUCAN. 2. 435-36. ut confinia pontus solveret incumbens terrasque repelleret, absumpto littoris obice ac solum ante calcabile efficeret navigabile. Mestitia vero ingenti universa affecta est vicinia, non celeuma cantavit, sed flevit concio nautica. Illa uberrima indoluit sibi ablata pascua, hęc optatę telluris refrigeria ad sua reparanda aplustria et distrahenda mercimonia. Cumque, quid super tali negocio esset agendum, diutino hęsitarent cunctamine ac
IUVEN. 16, 50. res attereretur longo litis sufflamine, tandem una
Ps. 93, 15. omnium mentibus sedit sententia, ut in iudicium verteretur iusticia, et monomachya decerneretur cuius dicioni, maris an Willibrordi patris, cespitem fluctibus obrutum divinę censurę potius per-
HOR. II Epist. 3, 78. mitteret potentia. Est lis data sub iudice, prescripta est dies discernendę controversię, delecti sunt utrimque bisseni pugiles, magnarum virium
VERG. Aen. 4, 188. prediti robore. Fama tam ficti pravique tenax quam nuncia veri exciverat finitimos ad novum et inauditum omnibus retro sęculis duellum et absque exemplo mirabile spectaculum. In nulla enim umquam lectum est historia, nulla hoc annalium continet pagina, quod pro Amphitritę ac terrę inęqualitate ac excursu usquam gentium singularis dimicatio sit indicta et proposita.
VERG. Aen. 5, 104; 3, 521. Ibid. 5, 368. Ibid. 5, 429. Exspectata die, cum iam rubesceret stellis aurora fugatis, continuo vastis cum viribus efferunt ora ephebi, preordinati immiscere manus manibus pugnamque lacessere parati, et ritu provincię illi qui pro defensione iuris egregii antistitis se decreverunt tradere discrimini, priores iuraverunt in verba sacramenti, ad eiusmodi conflictum maiorum solercia inventi et decreti. Sed o vehemen- D
tissime stupenda rei novitas, o incomprehensibilis et inęstimabilis divini examinis ęquitas! Iuramenti extremum adhuc volvebatur in ore iurantium, et ecce, quasi deprehensum et evictum se
intelligeret, erubuit elementum liquidum et cunctus pelagi cecidit fragor et profluvium, et vastos VERG. Aen. 1, 154.
fluctus suos in suum devolvit et recondidit alveum, et arvum paulo ante velivolum effectum est herbidum et floriferum et diversis aptum usibus com-
meantium. Irrationalis creatura iusticię Dei, cui SULP. SEV.
sapit omne quod brutum est, paruit subiecta, et Dial. 1, 14, 6.
tamquam sensuum discretionem et cordis haberet intelligentiam, emendavit et exclusit iniusticiam et ratione vigentis humanę mentis incre-
pavit et confudit duriciam. Et profecto qui Ps. 106, 23.
descendunt mare in navibus, videntes in profundo Ibid. 24.
opera Domini et mirabilia, fide ac attestacione profitentur puplica, cum in uno et per unum
eundemque Spiritum divisiones graciarum sint, I Cor. 12, 4.
eminentissimum eiusdem Spiritus vas Willibrordum specialem hanc promeruisse et consecutum esse in salutem et spem desperantium gratiam,
ut quocienscumque monstriferos agit unda sinus LUCAN 5. 620,
et vix eminet ęquore malus, et rursus nubila tan- Ibid. 641-42.
guntur velis et terra carina, quicumque in tanta nominis eius memores angustia eum invocaverint prece et devotione tantę necessitati congrua, presentissima e vestigio experiantur sublevationis eius suffragia. Inolevit inde illis consuetudo
solempnis, ut traiecto in fune cruminam ab alto VERG. Aen. 5, 488.
malo suspendant et, cum ponto nox incubat atra
et crebris micat ignibus ęther, voti sui nummos Ibid. 1, 89-90.
illo conferant, et optato potiti portu, aut inopum Ibid. 172.
turbę aut ęcclesię in honorem tanti liberatoris sui offerant. Ac ne cui quod de speciali concessa sibi gratię prerogativa asserimus ambiguitatis generet scrupulum, de ampla civitate amplę personę libet intexere testimonium.

32. Phylochristus sanctę Treverice ecclesię alumnus et custos, Hildricus nomine, cum in Iherosolimitano itinere navigio veheretur cum
copiosa comitum multitudine, venti velut facto VERG. Aen. 1, 82-84.
agmine perflantes terras incubuere mari violento turbine totumque a sedibus imis eruentes ingenti
miscebant murmure. Latuit obsitus aer infernę LUCAN.
pallore domus et in scopulos totis erectus undis 5, 627-28.
furebat pontus. Non gravioris et maioris periculi Ibid. 599-600.
ulla umquam tempestas concitaverat molem pre- VERG. Aen.
sentemque viris intentant omnia mortem. Solvun- 1, 91-92.
tur frigore membra, dum nunc summo in fluctu Ibid. 106-7.
pendent, nunc unda dehiscens terram inter fluctus aperit, furit ęstus arenis, et in desperatione vitę
positi palmas ad sidera tendunt et ad adiutorem Ibid. 93.
in oportunitatibus, in tribulatione, lacrimas et Ps. 9, 10.
quascumque possunt excogitare preces, summa cum vociferatione effundunt. Illustris divinę sortis clericus cum quodam eiusdem ordinis oriundo de Flandria, quęcumque in tantę afflictionis angustia memorię occurrebant, electorum Dei inclamitavit
nomina. Sed cum benignus Iesus in navi dor- Matth. 8, 24.
miens necdum tanti clamoris excitaretur instancia, tandem ab eodem Flandrensi ammonitus, inter exundantia fletuum flumina totis medullis cordis
terque quaterque beati invocavit nomen Clementis VERG. Aen.
Willibrordi, cuius celebria eadem nocte celebra- 1, 94.
bantur solempnia. Nec mora, excitato et exur- Matth. 8, 26.
gente Iesu et ventis imperante, cunctus pelagi VERG. Aen. 1, 154.
fragor cecidit, et ęquata spirans aura, quasi ipsa Ibid. 5, 843-44.

30. — [1] canamine G. — [2] om. G.

ferrent

A ferrent ęquora puppim, adbreviato nimium per
compendia itinere, in diu desideratum portum
transposuit. Nemini umquam in afflictionis
ęrumna ad tam pium iherarcham clamanti fons
obstructus [1] est clementię, ut digne ac iure
constet eum Clementem nominatum divinę dis-
pensatione providentię.

33. Sed sicut in supplices pietatis semper
exeruit viscera, sic in rebelles et contumaces
ultricia animadversionis intorsit spicula et vitę
intulit dispendia. Nam Romani imperii dedecus
imperator Arnoldus (1), qui maximam Efterna-
censis abbatię partem in beneficium dedit Luzilin-
burgensis castri primoribus, Papię, ut in quadam
moderna legitur chronica (2), miserabili et indigna
illo [1] fastigio morte periit corrosus et extinctus
soricum morsibus. Primates de Hollant, Theode-
ricus (3) et Florentius (4) cum filio suo Theode-
rico (5), qui viginti quinque ecclesias iuris tanti
pontificis tyrannide invaserunt (6), in ipso ętatis
I Petr. 1, 24. flore ut flos fęni aruerunt et marcidi ceciderunt.
Patruus Heinrici iunioris, Nerviorum ducis (7),
B Adalbero, incliti Paulini apud Treviros preposi-
tus, funem perpendicularem iussit extendi super
fundum, in quo situm est eius oratorium et in
eodem momento paralysi resolutus in lingua,
promptę loquelę perdidit modulum et nullius
Ov.Met.3,358. verbi potuit exprimere primordium, nisi ut reso-
nabilis echo sonum ultimum. Summę dignitatis et
generositatis proceres, regum progenies Cûno dux
Karendinorum (8) et adelphus eius Heinricus,
palacii comes (9), qui ęcclesiam in villa Crovia (10)
iuris sancti Willibrordi invaserunt, nec Heinrici
tertii imperatoris rogatu, iussu, comminatione et
noni Leonis papę exhortatione flecti et evinci
potuerunt, quam evidenti ac terribili divini exa-
minis contriti sunt verbere et cum omni posteri-
Ierem. 30, 14-15. tate castigatione et plaga percussi insanabili, de
tam amplę hereditatis et sublimitatis decide-
rint culmine, novit omnis provintia tripertitę
Gallię. Nam Heinricus monachici propositi habi-
tum, quem prius per mentis vesaniam Gorzię
induit, sed acriori furore regressus ad seculum
rursus exuit, interempta Mathilde Gozelonis
ducis filia coniuge sua, in Efternacensi cęnobio
expetiit (11) et obtinuit ibidemque usque [2] ad vitę
C unguem conversatus non ut debuit ac tantę nobi-
litatis virum decuit, spectaculum humanarum
rerum in se exhibuit. Deteriori frater eius Cûno
usus fortuna, propria diffamatus est laniasse
membra per amentiam et sic opimam orci victi-
mam exhalasse animam. In utroque erat res
spectaculo digna et ęstimatione sortis humanę
rerum varietate miranda. In utriusque clarissi- VITA AUCT. THIOFRIDO
morum Romani imperii syderum occasu omnis
eorum generosissima occidit prosapia et in
extraneos translata est amplissima hereditas et
gloria. Ut consulto pretereamus quam plures
quasi sine nomine vulgus, quos ęcclesiam suam IUSTINUS, 41, 1, 4.
canino dente rodentes et latratu terrentes tanti
patroni ultrix obruit virtus, numquam iniustis et HIER.Ep.50,1.
immitibus familię suę pepercit nomine defenso-
ribus, re predonibus, sed iudicium absque mise- Iac. 2, 13.
ricordia eis intulit misericordiam non facientibus.
Inmanis, violentus, atrox nullaque ferarum micior LUCAN. 8, 599-600.
in cędes Frithelo advocatus, cum indebitum exi-
geret et non optineret servicium, intollerabili
fastu elatus, infringi precepit hospitalis promi
ostium. Cumque hortator et fautor scelerum Rü- VERG. Aen. 6, 529.
kerus de villa Ornavon (12) furentis ęri implesset
iussum et desiderium et rapto lętatus inani far- Ibid. 568.
sisset aqualiculum [3], ilico divinę ultionis perpes- HIER.Ep.38,5.
sus est iaculum et reversus domum nullo cona-
mine, nullo medicamine cibum et potum contra
fas in nefas accęptum potuit digerere, nulla
refrigerari requie, donec octavo die, ex quo tantę E
presumptionis se polluit crimine, evulsus est de
tabernaculo suo carnis tegete. Relatus est defun-
ctus ubi peccatum commisit mundo vivus, sed
Deo mortuus, et simul ac a Spiritus sancti sacra-
rio domno abbate Reginberto (13), indulta venia
est absolutus, dissiluit stringens uterum mem- LUCAN. 9, 773.
brana intestinis effluentibus; et quia sepul- Ps. 5, 11.
chrum [4] patens antea guttur eius, fętidissimo
fętore ebulliente de proiectis egestionibus affectis
omnibus funeris officio astantibus, vix tandem
cum ingenti difficultate sepulturę est traditus.
Interiecto autem exigui temporis articulo erus
eius, cuius iussu scelus commiserat, presidente
Gisilberto preside (14), advocatiam iusto perdidit
iudicio et ausus Namucensem comitem Adalber-
tum (15) adtemptare bello, in prima congressione
celeri fuga elapsus abiit, excessit, evasit, cum CIC. Cat. 2, 1.
hostium nullo vel minimo, suorum vero dampno
et dedecore maximo. Hic enim Bedensis pagi (16)
omne decus et gloria periit, et populus, antea
terror gentium, omnino viluit, et sicuti telo, si IUSTINUS, 6, 8, 2-3.
primam aciem prefregeris, reliquo ferro vim
nocendi sustuleris, sic illa victoria veluti mucrone
teli ablata, nullis postea virtutibus, sed cladibus
innotuit, et ipse tantę infamię ac ruinę auctor, F
prius crebris clarus triumphis, a gregario ad eius
dignitatis comparationem milite confossus oppe-
ciit, interiit. Preco antichristi gener eius Ber-
tramnus (17) peretri [5] frutice amarior, sed longe
inutilior, qui cum in tenui re maiores pennas nido HOR. I Epist. 20, 20-21.

32. — [1] obstrusus SCHM.
33. — [1] illi SCHM. — [2] *om.* SCHM. — [3] aquaticulum SCHM. — [4] sepulcrhum G. — [5] piretri T *corr.*

(1) Cur ita in regem Arnulfum († Ratisbonae an. 899) acriter atque iniuste invehatur Thiofridus, ipse manifeste prodit. Multo aequior est vel Theodericus monachus in Chronico Epternacensi (prol. ad lib. II, *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 48, l. 13 sqq.) : *Arnoldus* (id est Arnulfus) *imperavit, qui propter incursionem Nortmannorum de bonis sancti Willibrordi auxit comitatum Lucelburgensem ad supplendum scutum regalis exercitus ; in inferioribus etiam et in maritimis locis de eiusdem sancti bonis magnifice eum augmentavit.* — (2) In nulla chronica nobis haec fabula servata est. Similem tamen narratiunculam legimus apud Luitprandum (*Antap.* I, 36) et Vincentium Bellovacensem (*Spec. hist.*, XXV, 57), Arnulfum a vermibus, quos pedunculos aiunt, afflictum interisse. — (3) Theodericus IV comes Fresiae, † 1049. — (4) Florentius I comes Fresiae, † 1061. (5) Theodericus V comes Hollandiae, † 1091. — (6) Cf. chartam a Wilhelmo episcopo Traiectensi datam Reginberto abbati an. 1063, dec. 28 (MIRAEUS, *Op. dipl.*, t. IV, p. 350; VAN DEN BERGH, *Oorkondenboek van Holland en Zeeland*, t. I, n. 85). WEILAND. — (7) Immo Noricorum seu Baioariae. Obiit Treveris an. 1047. — (8) Conradus III dux Carentinorum, † 1061. Cf. LAMPERTI HERSFELDENSIS *Annales*, ed. O. HOLDER-EGGER, p. 73, annot. 7. — (9) Henricus I comes palatinus Luthariorum, de quo cf. LAMPERTI HERSFELDENSIS *Annales*, ed. c., pp. 51, 72, 79. Vid. G. MEYER VON KNONAU, *Jahrbücher des deutschen Reiches unter Heinrich IV und Heinrich V*, t. I, p. 200-201, annot. 66. — (10) Cröv ad Mosellam, praefecturae Wittlich. WEILAND. — (11) Cf. MEYER, l. c. — (12) Orenhofen iuxta Scheidweiler, praefecturae Treverensis. WEILAND. — (13) 1051-1081. — (14) Comite Luxemburgensi, † post 1056. — (15) Adalbertus III (1063-1105). — (16) Bidgau, in quo erat Epternacum. — (17) Defensor ecclesiae Epternacensis, qui carpitur in charta an. 1095 (BEYER, *Urkundenbuch zur Geschichte ... der mittelrheinischen Territorien*, t. II, p. 22).

extendisset

VITA AUCT. THIOFRIDO extendisset et callido ingenio ad altę dignitatis fastigium evolasset, nimię elationis fastu turgens nec se ferens, quicquid fraudis, quicquid[6] mali comminisci potuit servientibus Deo et sancto eius Willibrordo intulit, donec non minori divini decreti impetu destructus quam elatus est. Nam ut grandia et plura omittamus eius dedecora, non modo munitissimum suę ditionis castrum Burseith (1) et copiosissimas opes et aureo curru invectam mundi gloriam perdidit, verum etiam per multorum revolutiones annorum excommunicationis anathemate dampnatus et omni liberi hominis iure privatus, ęterni interitus iudicium promeruit. VERG. Aen. 1, 372-74. Ante diem clauso componeret vesper olimpo quam repetens tantorum annales laborum omnes scelerum formas ab iniquissimis non tam advocatis, quam lupis rapacissimis, domui et familię Dei illatas comprehendere et omnia pęnarum illis relatarum nomina possem percurrere.

THIOFR. Mirac. 5. **34.** Anno vero antea[1] progeniti Verbi millesimo tricesimo primo, a transitu eiusdem paradoxi patris ducentesimo nonagesimo secundo, recidivi reparata oratorii fabrica, B tocius religionis archytriclynio abbati Humberto cum unanimi sanctę congregationis assensu sedit sententia, ut XIIII kal. novembris, invitato preclui Popone, sanctę Treverię sedis archypresule, et defensore Heinrico, gloriosissimo duce Boarię, inter dedicationis solempnia eius ossa transferrentur in locum ubi hodie cum reverentia et honore debito celebrantur recondita. Delecti et designati sunt ad tam preciosum inquirendum et effodiendum thesaurum cęnobitę cęlibes et in sanctę conversationis proposito nobiles. Sed dum, obseratis ęcclesię ianuis, pavimentum conarentur infringere, unus ex eis, Thitmarus nomine, ignorans vel oblitus nocturno se delusum phantasmate, bipennem reducta arduus libravit dextra in aere; sed exerta brachia quasi divinis colligata manicis nullo conamine potuit deponere. Stetit anxius et incredibili stupore attonitus; ante oculos caligo obversari, HIER. Ep. 69, 2. sudare frons, pallere genę, lingua herere, saliva siccari. Tandem a summę prudentię viro preposito Huperto in secretioris loci aditum deductus paterno affectu est ammonitus, ut purę confessionis expurgaret gemitibus, si cuius criminis sibi esset conscius. Hęsitans ac se discutiens, et in conscientia C sua nihil novi admissi inveniens, iussus est ad lavatorium divertere et sarabara sua diligenti intuitu perspicere. Abiit, inspexit, lavit, rediit, et accinctus sacro labori sollicicius et ferventius instituit. Egesta autem humo et effractis duabus criptis, in tertia sacratissimum repererunt sarcophagum et sericum desuper pallium; quod, mirum dictu, per tot secula non modo incorruptum, verum etiam pulchrum et integerrimum usque in id temporis ad basilicę Dei suspenditur ornatum, incorruptę vitę ac meritorum tanti pontificis evidens testimonium. Accessit ilico ęternę memorię ygumenus Humbertus non ausu temerario, sed affectu sincerissimo, ut pro reliquiis distribuendis aliquantulum de thesauro reconderet pretiosissimo et, elevato paulisper operculo, videre meruit dilectissimum dominum suum Vita S. Hilarionis, 46. iacentem illęsa cuculla et cilicio et pęne toto corpore integro tantisque flagrante odoribus, ac si delibutum esset ungentis omnibus et aromata de carne mortua ebullirent pro vermibus. D Dignum profecto glorificati somatis preconium, ut per tanti temporis spacium permaneret contra corruptionis suę naturam incorruptum et pęne integrum, quia, cum spiritus vegetavit ac rexit eius artus, ungentum nardi pistici fudit super caput dominicum et Ioh. 12, 3. fidenter potuit canere per epythalamium: *Nardus* Cant. 1, 11. *mea dedit odorem suum* et: *Ungentum effusum nomen tuum.* Cant. 1, 2. Inseruit manum vir non fidei modicę, sed grano synapis assimilandę tropologice, Matth. 13, 31. et ex effuso quasi de acerra aromatum fumo, obtusa visus sui acie, de costis eius unam cum summa extraxit formidine, et, ut Danihel queritur de se visionum attonito Dan. 10, 16. enigmate, nihil virium in exangui eius remansit corpore. Cumque, omni diligentia obserato et summa reverentia elevato sarcophago, sacrę celebrarentur excubię, quidam ex cęnobitis, Frithelo nomine, qui nobili ortus prosapia, deposito cingulo terrenę milicię, oblatis ante se duobus filiis indolis egregię, suavi se iugo subdidit servitutis dominicę, supervenit, tota debilitatus membrorum compagine, utpote intestinis eius prolapsis et dependentibus in secessus confinio et margine. E Intimę orationis prostratus obtulit hostiam, et exurgens nescius impegit in tumbam, et absque ulla mora ex collisione salutifera, visceribus in sedem retortis pristinam, sanitatem adeptus est integram. Inęstimabilis exorta est in cordibus Deum glorificantium lęticia, et non tam ex vicinia quam de tota provintia populorum confluxerunt examina et, quasi presentem viventemque in carne communem patronum suum cernerent ac susciperent, voce altisona concrepabant laudum crusmata[2], et mystica arca testamenti Domini translata et deducta in iubilo, in sempiternę ac individuę trinitatis altaris propiciatorio est posita; ubi numeri ęstimationem et quantitatem excędentia innovantur signa et inmutantur mirabilia.

THIOFR. Mirac. 6. **35.** In Walichrensi vero insula, ubi sanguis eius effusus est pro Christi confessione et gloria, frequentius adest per spiritus sui presentiam; quia, cum signa non sint fidelibus sed infidelibus, novit efferę gentis, suo ingenti sudore fidei regulis imbutę, non posse emolliri et ad cultum ac amorem divinum constringi duriciam, nisi per signorum presentiorem et frequentiorem efficatiam. Et licet hoc celebre habeatur in locis mari conterminis, libet tamen in calce voluminis inserere pauca de plurimis, F minima de maximis. Divę memorię presidis Flandrię Baldwini iunior filius Rûpertus, exicialis odii in Mitthilburgenses accensus facibus, interminatus est mortis interitum tocius insulae habitatoribus. VERG. Aen. 1, 25, 26, 36, 50. Nec causę irarum sęvique dolores exciderant animo, sed ęternum servans sub pectore vulnus et plurima flammato secum corde volutans, Ibid. 8, 727. cum extremis hominum Morinis iniit consilium, et tantum de Francigenis et Theutonibus collegit exercitum, ut vix denis suorum satellitum singuli evenire ęstimarentur hostium. Ter denas enim legiones singulas millenis taxatas militibus adversus trina non integra armavit milia et inpositas navibus per Schaldemermur[1] (2) in hostilia traiecit littora. Sed quam terribilis eius visus est introitus, tam turpis et fedus subsecutus est exitus. Nam Walichrenses cum, missis legatis, bellum deprecarentur, nec obtinuissent, et respectu paucitatis suę multitudinem hostium pertimuissent, coadunato

[6] quicquic G.
34. — [1] *eras. a corr. in* T. — [2] *ita etiam* G.

35. — [1] Schaldae marmur (" *id est* S. marmor *seu* S. mare ,) *corr.* SCHM.

(1) Burtscheid prope Diekirch in hodierno ducatu Luxemburgensi. — (2) Quid sit nescio. Scaldis ostium intellegendum patet. WEILAND, utique sapienter. Coniciat tamen forsan quispiam : *per Schaldae murmur*.

omni

A omni suo agmine, convenerunt in basilicam terque quaterque beati Willibrordi consecratam [2] sanguine (1), et ante participacionem mysterii salutaris hostię voto se
Gen. 18, 10. obstrinxerunt quotannis, vita comite, censum illi persolvere, si interventu eius clementię potiri mererentur palma victorię. Nec mora, succensi ardentissimę fidei calore pixydem, in qua illius continentur reliquię, in vexilli suspenderunt cacumine, haud secus his freti quam Domino Deo previo duce gradiente ante eos in fortitudinis suę [3] multitudine. Nemo in prelio fugam cogitavit, nemo in pedibus spem, sed
Hor. III Carm. 2, 13. in lacertis habuit, quia pulchrum et dulce pro patria mori mentes omnium subiit. Citato cursu procuraverunt ne, hostibus procurrentibus et renitentibus, in solis radios pugnam consererent, ne, reverberata et obtusa oculorum acie, ictus et conatus suos perderent. Pugnatum est deinde tanta virtute, ut hinc viros, inde pecudes putares, et,
(Deut. 32, 30.) ut canitur in Deuteronomii carmine, persequeretur unus mille et duo decem milia effugarent. Victi hostes,
(Lucan. 3, 571-73.) cum ad naves refugerent, alii perempti in suis cecidere ratibus, et obducti sunt spumante et concreto cruore fluctus, et iuxta illud nobilissimi vatis dysticon,

(Ibid. 576-77.) semianimes alii vastum subiere profundum
hauseruntque suo permixtum sanguine pontum.

Hier. Ep. 54, 17. Iudic. 5, 20-21. Gen. 49, 24. Secundum mysticaę apis Debborę canticum de cęlo dimicatum est contra eos; anima electi Domini principis exercitus Dei conculcavit robustos. At Walichrensium populus, cuius in forti sedit arcus, ut nobis qui eidem bello interfuit et postmodum, abiectis militaribus armis, armatura Dei sub monachico habitu se induit (2), verissima adtestatione retulit, nullum ex suis nisi tres perdidit; quod ex ipsorum inconsulta temeritate evenisse liquido
(Ps. 16, 8.) constitit. Dominus in umbra alarum suarum sperantes
Lucan. 7, 519-20. protexit et, cum ferro subtexeretur ęther noxque super campos telis conserta penderet, ne inde
Ibid. 517. caderent mortes in gloria sua exultantes, innu-
Ibid. 485. merum, quod spargebatur, missile aliorsum detorsit et largiores animos amministravit et se presentem per innocuę alitis presentiam demonstravit.
Gen. 8, 10-11. Nivei enim coloris columba, instar eius quę in cataclysmate ramum virentis olivę ad arcam Noę in ore reportans et baptismatis mysterium presignans pacem terris redditam indicavit, ab acie nusquam recessit, sed usque ad consumma-
C tionem victorię, ut probatę fidei viris visum est, circumvolavit. Victrix vero phalanx post tanti triumphi gloriam debitę laudis triumphatori omnium solvit victimam et votum suum, quo se ante obligaverat, renovans et confirmans duo devicti principis vexilla ad Efternacensem transmisit ęcclesiam ibi conservanda in ęternam collatę sibi per magnifici pontificis Clementis Willibrordi merita gloriosę victorię memoriam.

36. Post, ubi pericula virtute et Dei gratia propu-
Lucan. 1, 3. lit (3), ab externis bellis velut in viscera sua arma convertit et extemplo furentium manus ac membra sua ipsa cęsura ab hostili in civilem sanguinem ferrum exacuit. In perniciem exarsit mutuam et, cęsis nobilioribus insulę primatibus, in tantam prorupit discordiam, ut neque libere ingredi neque egredi ulli esset copia. De uno populo duo conpugnantia effecta sunt corpora et eorundem castrorum homines in duas hostiles divisę sunt acies. In partibus exicialis odii adeo conflagravit incendium, ut absque apparatu armorum et cętu contribulium et satellitum ne ipsa quidem parascheve, qua summus veri tabernaculi pontifex Vita auct. Thiofrido
et pastor essentialiter bonus pro ovibus suis Hebr. 8, 2.
animam suam ponens Deo Patri obtulit sacrifi- Ioh. 10, 11.
cium, sanguinem suum, inęstimabile mundi precium, auderent accedere ad deosculandum lignum
dominicum. Fessis demum et fractis post multa Verg. Aen. 2, 283-84.
suorum funera variosque labores, in tanto actu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est communi legatione Efternacensem ygumenum Thiofridum [1] philochristum ad se arcessere, ut ex auctoritate precluis patroni Willibrordi, cuius vice fungebatur, mersis rebus suis consulere et Ov. Met.
disturbatę pacis federa operam daret reconcilia- 1, 380.
cionis gratia reformare et componere. In portu Antwerpensi eum adventantem biduo exspectaverunt cum sedecim longis navibus; sed eo necessitate itineris moras innectente, generalis placiti sui, quod tercio imminebat die, redire coacti exactionibus, eius adventus et susceptionis honorem necessariis suis et dilectoribus commendaverunt ipsius emporii magistratibus. Aruerant autem omnia sata eorum aeris intemperie, nec irrigabantur ullo humore roris et pluvię, sed E
minitabantur sterilem annum messibus ingruere.
Cumque classem velis cędentibus ventus incum- Lucan. 3, 1-2.
bens, propelleret mediumque rates profundum tenuissent, mente licet lugubri, ingenti tamen accensi ardore fidei, exclamaverunt devocione hylari: « O domine, o sancte Willibrorde, si venturus es ad nos, tuum peculiarem populum, apostolatus tui in Domino signaculum, evidens
da indicium et, antequam portu condamur alto, Verg. Aen.
fac descendere ac influere ymbrem frugife- 5, 243.
rum. » Nec mora, subito fragore intonuit lęvum Ibid. 2, 692-93.
et turbida testantur conceptum ęquora ventum, Lucan. 5, 567.
iamque polo pressę nubes densantur in ymbres, Ibid. 4, 76-77.
spissatęque fluunt et caumatis ac siccitatis dispen-
dia excludunt. Pluviam voluntariam Deus here- Ps. 67, 10.
ditati suę segregavit, evidentissimo clementię suę signo dilecti sui in spiritu adventum declaravit.
Nauticus ilico clamor ferit ęthera, et adductis Verg. Aen.
lacertis spumant ac dehiscunt convulsa remis 5, 140-43.
rostrisque stridentibus ęquora, et omnes ęcclesiasticum, non nauticum, concinentes celeuma, in sua hylares prosiliunt littora. Vix vero illis propria subeuntibus męnia vicarius egregii antistitis Willibrordi ab universis Antwerpensibus longe F
a civitatę cum sanctorum suorum pixidibus auro et argento operoso artificio incusis procędentibus obviam sicut angelus Domini, sicut Christus Iesus, cum ingenti susceptus est gloria, ibique dissidentibus reductis in gratiam et confederatis pace firmissima, eorum honorabili evectione transvectus est in Mitthilburgensis portus navalia. In crepusculo diei, eius comperto adventu, omnes utriusque sexus et diversę ętatis insulani
lęto complerant littora cętu et eum, ac si ipse Ibid. 5, 107.
communis eorum patronus et dominus in carne venisset, intimę devocionis affectu ac honoris magnificentia excęperunt et hymnilogica vociferacione in orationis proseucham deduxerunt.
Postera cum primo stellas oriente fugaret clara Ibid. 5, 42-43.
dies per lęta frequentes convenere limina, et coram legato Domini ad firmandum rerum presentium statum contra morem barbaricum summa adstitere disciplina et reverentia. Sed ille Ibid. 1, 153.
regens dictis animos et pectora mulcens primum

[2] conservatam Schm. — [3] sua Schm.

36. — [1] *nomen scriptum litteris aureis in* G, *rubris in* T.

(1) Cf. c. 13: *basilica quae Westcapella appellatur.* — (2) Hunc esse Ekehardum, de quo c. 36, coniecit Weiland. — (3) Walichrensium victrix phalanx, ut recte monuit Weiland.

aggredi

VITA AUCT. THIOFRIDO

aggredi et tractare mediocria, in crastinum decrevit differre maiora et magis aspera. Cumque his intentus eorum et aliorum, quos idoneos ducebat, haberet consilium, vidit cominus quendam de grege inopum prosterni et amplecti pedes cuiusdam ex prosapia et ordine divitum, cui aliquando inconsiderata insolentia inflixit vulnus pęne inremediabile et lętiferum. Exurgit, accurrit, cum prostrato prostratus genua eius exosculatur, et deposito in terram ante abnuentem et obstinatius renitentem egregii antistitis baculo, gratiam delicti pęnitenti facere deprecatur, monet ac obtestatur. Adamantinum vero illius cor et con- ALCVINUS, lib. I, 9. temptor animus nullis sanę doctrinę fomentis emollescit, ac conclamantibus et tantam duriciam detestantibus universis circumstantibus, non erubescit, non adquiescit. Impos animi discessit, erupit, domum rediit, et ibi e vestigio contemptus et inobedientię suę pęnas luit. Energuminus enim factus omnes astantes percussionis suę spectaculo perterruit et omni vicinię et familię suę summum merorem et luctum intulit. Anhelum eius B pectus et protensus aqualiculus crebris et gravissimis exagitari pulsibus, et sonus audiri, quasi costarum cratem et stomachum interius aliqua vis duris propulsaret vectibus. Et quid tanto cruciatu crudelius, quid amarius? Tanta divinę ultionis animadversione clientes illius et contribules exterriti multa supplicatione defetigatum [2] compulerunt illo ire veredarium Domini, ut captivum de tanti eriperet amaritudine supplicii. Venit, scriniolum suum, in quo porciuncula [3] costę clementissimi patris Willibrordi recondita est, ventri arrepticii superposuit, et e vestigio zabulus, quia tantę sanctitatis pondus ferre non potuit, vas, quod ob vindicandam inobędientiam arripuit, ad glorificandam summi opificis potentiam deseruit. Tripudium ingens exortum est, Luc. 19, 9. quia salus domui illi facta est, quia filius Abrahę Luc. 13, 16. a filio ęternę mortis liberatus et absolutus est. Interea in concione astantis et expectantis populi nobilitatum est aliud signum, de causa quidem simili, sed pęna dissimili. Procidit quidam in faciem ante vulneratum iam pridem a se divitem, ac summissis precibus laboravit eum sibi efficere propicium et placabilem. Accessit una ad negitantem et reluctantem interpres domni ygumeni C Ekehardus, cęnobita egregius, ante conversionem inter principes eiusdem insulę nominatissimus; accessit, inquam, et pluribus ac humillimis supplicavit supplicationibus et genuum inflexionibus, ut veniam petenti eius iure gentium aversus pie propter Deum et Clementem Willibrordum reconciliaretur animus. Sed ille improbus iuvenili fastu exaudire contempsit, exilivit, discessit et paululum secessit, cum ecce ulcio in eum divina incessit. Nam, sicut interiores interiori, sic exteriores oculi eius exteriori privati lumine subita obtenebrati Ps. 72, 7. sunt cęcitatis caligine, et cuius iniquitas prodiit quasi ex adipe, et qui non flagellatus intumuit Ps. 72, 9. flatu superbię et non timuit os suum in cęlum ponere, quid esset sentire coactus est sub verbere. Impingebat et impingebatur, huc et illuc palpans, Ps. 108, 29. vacillans vertebatur et confusione sua sicut dyploide indutus occursum et conspectum hominum verebatur. Occurrit tandem illi offensis nutanti pedibus genitor eius totus imbre lacrimarum perfusus, et increpans duriciam cordis eius, porrecta manu, reduxit eum in locum, unde bile commotus temerario ausu est egressus. Veniam ibi supplici suo dedit, visus claritatem recępit, D illuminatori omnium quantascumque potuit grates rependit. Pulchrum spectaculum illo die divina pietas piis mentibus exhibuit, et elatis formidinem et maximum incuciendo terrorem futurę pacis et reconciliationis fundamentum posuit. In angusti temporis articulo in duobus viris quatuor celebrata sunt miracula. Alter quippe pro contemptus sui reatu desipuit amentia et pro multorum profectu resipuit ac saniori convaluit intellegentia; alter in oculo fratris fistucam videns, in suo tra- Matth. 7, 3. bem non videns, cęcitatis incurrit offendicula, sed ductus pęnitentia clariori lumine illustratus est in corpore ac anima. Proxima vero cum prima lustra- VERG. Aen. 7, 148-49. ret lampade terras orta dies, uno animo eademque sententia tocius insulę quasi apum examina convenerunt agmina, ut coram vicario pontificis egregii et eius reliquiis examinarentur et terminarentur omnium causę ac iurgia, et sopirentur simultacium veteres offensę et exicialia odia. Steterunt Iudic. 5, 20. ut stellę in stacione sua et ordine, et subtilissima indagine investigaverunt lucem et consilia prudencię, quia omnes vię eius pulchrę et omnes Prov. 3, 17. semitę eius [4] pacificę. Nec mora, ęterna sapientia, quę se cecinit per os Salemonis Ydidę: *Eruditis,* Prov. 8, 12-15 inquiens, *intersum cogitacionibus; meum est consilium et ęquitas, mea est prudentia et fortitudo; per me legum conditores iusta decernunt,* occultę inspirationis suę gratia in unius eiusdemque consilii summam omnium illexit pectora, ut de singulis in utraque parte peremptorum familiis septena sanguine proxima eligerentur capita, et eorum ac presidentis dominici archymandritę et comitum eius decreto ac investigatione diligentissima componerentur firmissimę pacis federa. Igitur iuxta commune illorum consilium ac decretum rei sanguinis, depositis prius more gentis trigenis tripla compositione libris, vellent, nollent, ne qua dissensio nasceretur ex ante actis, in ęternam discordiarum oblivionem effecti sunt milites ultorum sanguinis. Nullo humano sed divino terrore, viri ea formę pulchritudine et corporum procceritate et virium ac sapientię magnitudine prediti, ut, qui eos ignoraret, non ex una gente, sed ex toto terrarum orbe electos iudicaret; viri, inquam, genere, fama et opibus excellentissimi coacti sunt longe se inferioribus pupillis summitti et obsequi, quod quasi dedecus impro- F perii, nisi cęlesti virtute essent coerciti, mallent morte lucrari quam perpeti. Notandum profecto et pro summa admiratione in posteros est transmittendum quod gens tam aspera, audax, bellicosa, quę nunquam ferro edomari potuit, simplicium verborum loris se ligari et constringi pertulit et, ut de ipsius veredarii Dei edictis taceamus, quicquid prefatus interpres eius ex auctoritate eius et sancti patris Willibrordi iussit, ac si ex ipsius ore iuberetur [5], nemo omnium temerare ac transgredi presumpsit, nemo parere distulit; tantus in omnes Domini terror irruit. Pax exinde bonę voluntatis tam privata, quam publica per mirifica antistitis egregii Clementis Willibrordi merita, tamquam ipso corporali assidente consessu ac ordinante, reparata et iurisiurandi sacramento confirmata est, non modo in Walichrensi, sed in omni adiacente insula, et aurea fruges pleno cornu defudit copia, et per HOR. I Epist. 12, 28. duorum mensium curricula, quibus ibi moras pro communi utilitate innexuit ygumenus, vernarum Dei vernula, nulla ibi opera, nulla exercebantur

[2] defetigatam SCHM. — [3] parciuncula SCHM. — [4] (p. et o. s. e.) om. SCHM. — [5] iuberentur SCHM.

studia,

A studia, nisi gaudium, honor et tripudia, mira exultacio, festi dies, ępulę et convivia. In summi tum demum honoris magnificentia rediit in patriam, et cum ingenti tocius civitatis suę in occursum eius effusę susceptus lęticia, sempiternę Trinitati laudis debitę immolavit hostiam.

Verg. G. 2, 541-42. Ac nos, quia immensum spatiis confecimus ęquor et iam tempus est equum spumantia solvere colla, preterito quodam inusitato miraculo, videlicet quod in basilica sanguine tanti patris dotata furto ablatum de cruce argentum admoto igni per triduum non potuit conflari, et secatum in ęquas partes in seminarium discidii trium nominum viris (1) nullo modo visum est ęquari; pallium vero altaris non forfice, non cultello, postremo non gladio acutissimo valuit scindi; preterito, inquam, signo tam mirabili, finem longo operi imponamus, ut in fine, qui est sine fine, permaneamus in Christo Iesu, unico domino nostro, multimodas pro modulo nostro grates ei solventes super omnibus quę reddidit nobis, et super multitudinem bonorum quę per inclita dilectissimi sui Clementis Willibrordi patrocinia largitus est nobis secundum indulgentiam suam et secundum multitudinem misericordiarum suarum. Isai. 63, 7. Cui laus, honor inexcogitabilis ac ineffabilis gloria et imperium per infinita secula. Amen.

Vita auct. Thiofrido

Explicit vita sancti Clementis Willibrordi archiepiscopi.

(1) Tria nomina habere proprium erat Romani hominis ingenui et liberi. Censet Schmitzius his verbis mordaciter a Thiofrido designari fures, quos apud Plautum (*Aulul.* 2, 4, 46) legisset nominari " trium litterarum homines. " Crediderim tamen potius ex male intellecto loco Iuvenalis (*Sat.* 5, 125-27) adductum esse Thiofridum ut fures ita designaret. Cf. infra ad Vitam metricam, lib. III, v. 125.

B E

II. VITA METRICA

Prologus in vitam Wilbrordi crusmate dignam.

Non salit ingenii mihi proflua[1] vena profundi
Nec me ventosę rapit, inflat gloria famę;
Sed Karli prudens Alcwin movet yperaspystes,
Carmine qui nostri replicat sacra gesta patroni.
Sed non attendit quę syllaba longa, brevis sit,
Et ceu Lucilius, dum profluit, est lutulentus;
Invigilans curis aulę magis imperialis,
Cogit inire modos me rauca fauce sonoros[1].
Non superimpositam sibi laudis demo coronam,
Sed potius vereor ne cuncta neget mihi livor,
Ne mordax aspis, ne Lernę mordeat anguis.
Fido tamen, vestris si me defenditis armis,
Virus vipereum tero, calco super basilyscum.
Spiritus aspiret summus, mea carbasa perflet,
Transvehat in portum sine tempestate quietum.

Incipit heroicis Wilbrordi vita camenis.

(1.)[2] Quadrifidi cosmi solem peperere Britanni,
Solem Wilbrordum, qui comit lumine mundum,
C Lumine cęlesti, divini spermate verbi.
Hic prius est notus mundo quam conditus[1], ortus;
Ante revelatus quam carnis lemmata nactus.
Nam tantę prolis mater, flos nobilitatis,
Femina summorum titulis insignis avorum,
Wilgislo[3] digno primati iuncta marito
Non ęstu carnis, sed causa posteritatis,
Dum vix in somnum laxaret soma tenellum,
Nox subvecta pigris[4] cum circuit aera bigis,
Ivit in ęthereos vigilanti pectore cyclos;
Inspexit gelidę quasi nasci cornua lunę,
Crescere, curvari plenoque sub orbe rotari
Ac per zodiaci contermina zodia volvi,
In sua precipiti cursu precordia labi
Seque rubi typici flammis insontibus uri.
Nec mora, visceribus calidis exęstuat alvus;
Concaluit pectus, quatit eger anhelitus artus.
Sudoris fluidi[5] fluxerunt undique rivi.
Nictans erexit se, lecto proripuit se,
Non concussa minus quam qui tonitrus fugit ictus.
Cumque sub exorto rutilans Leucothea Phębo
Proderet Ambronum scelus exiciale, cruentum,
Pandit oroma viro cuidam virtute rotundo,
Ac licitos lepidi complexus fassa mariti,
Nondum formati didicit preconia nati
Ore prophetali digesta sub ordine tali :
" Phębes crysocomę globus in se plenus et in te
" Filius est lucis, paries quem[1] filia lucis.
" Solis iusticię iubar hic sol exeret in se;
" Excellet homines, ut stellas luna minores.
" Noctis[1] et ut tenebras abigit Phebeia lampas,
" Sic verbi radiis excludet[1] nubila mentis.
" Perdius et pernox operam dabit, ut pereat nox, F
" Nox psyches aciem fuscans caligine tegnę.
" Asperget cordis campos aspergine roris,
" Roris paraclyti, quo mens alitur mychrocosmi
" Fęcundabit agros erroris caumate siccos,
" Ut sata sicca die fęcundat roscida Phebę. "
(2.) Tantis responsis ex vatis pectore promptis,
Issa — quod exit ab is — rediit spe prescia prolis,
Prolis quam mundi gessit paritura saluti.
Explevit numerum genesy racione statutum
Ac peperit sobolem, cosmi tocius honorem.

[1] *ita et* T. — [2] *Numeros, quibus non tam in capita Vita metrica divisa est quam in memoriam revocantur capita Vitae prosae, quibus eaedem res narratae sunt, exhibet solus* T *in margine.* — [3] Wilgisilo T. — [4] nigris *corr.* Rossberg. — [5] *an* gelidi? Rossb.

1. κροθσμα seu κροθμα, modus musicus. — 2. Vita prosa, prol. — 7. Hor. I Sat. 4, 11; 10, 50. — 9. Boetius, *De cons. phil.* I, 1, 2. — 10. Hor. I Sat. 10, 48-49. — 14. Ps. 90, 13; Luc. 10, 19. — 18. Cf. Sedulius, Carm. pasch. 5, 190 : *Quattuor inde plagas quadrati colligat orbis.* — 24. Lucan. 8, 73. — 28. Verg. Aen. 5, 721 : *Et nox atra polum bigis subvecta tenebat.* Attamen aliquando lentas fuisse bigas illas accipere potuit Thiofridus ex Valerio Flacco, 3, 211, ex Seneca, Agam. 817-18, ex aliis; cf. Sedulius, Carm. pasch. 1, 165-166 : *nec luna cucurrit ordine pigra suo.* — 34. Exod. 3, 2. Cf. Sedulius, Carm. pasch. 1, 127: *Ignibus innocuis flagrans ... rubus.* — 36. Verg. Aen. 5, 432. — 37. Ibid. 200. — 40-41. Quodnam scelus prodiderit Aurora, nescimus. — 41. Verg. Aen. 6, 511 : *scelus exitiale Lacaenae.* — 42. Cf. ad v. 197. — 48. Malach. 4, 2. — 49. Hor. I Carm. 12, 47-48; Epod. 15, 1-2. — 50. Verg. Aen. 3, 637; 4, 6. — 53. Id est technae. — 57. Verg. Georg. 3, 337. — 59. Hieronymus, *Liber hebr. quaest. in Genesim* (*P.L.*, t. XXIII, col. 942 A) : *Non videtur in graeco et in latino sonare cur mulier appelletur quia ex viro sumpta sit; sed etymologia in hebraeo sermone servatur. Vir quippe vocatur* is *et mulier* issa. *Recte igitur ab* is *appellata est mulier* issa.

VITA AUCT. THIOFRIDO

Inmarcescibilem produxit virgula florem.
Solem preclarum suspendit ad ubera natum,
Exultavit ovans[6], ut ovat[6] quicumque triumphat.
Non iam pressurę meminit carnis geniturę;
In gremio fovit, cuius preconia novit,
" Pane voluntatis „ sumptum, " non pane doloris „.
Nomen Wilbrordo dat vitę fonte[6] renato;
Nam cum theutonicę sit sic ydioma loquelę,
Prima voluntatem, sonat ultima sillaba panem,
Littera si cędat canis et penultima linquat.
Mel nectarque suum vitę nutrivit alumnum,
Per carnis speculum vidit redimicula morum,
Ex quibus ornandus succrevit pusio tantus,
Pulchra qui facie depinxit utrumque parentem.
Exin consilio cum coniuge participato,
Anna velut vatem Domino vovit Samuhelem[6],
Sic puerum puero vovit de virgine nato,
Qui de lacte manum mittens super aspidis antrum
Comminuit vectem genus humanum ferientem.
Vovit uterque ratum[6] gratumque parens holocaustum
Ac, ne longa pium traheret dilatio votum,
Dulcem filiolum pater obtulit erudiendum
Patribus egregiis Rhipensibus Israhelitis,
B Disceret ut teneris normam virtutis in annis
Ac nil audiret, nil preter honesta videret.
(3.) Nec patris oblata mens torpuit indole tanta,
Sed speculativę siciens theoremata vitę,
Psyches[7] speluncę decrevit ad ostia stare,
Flaret ut Elię tenuis sibi sibilus aurę
Ac degustata vegetus dulcedine summa
Carnis in amfractu sine carnis viveret actu.
Exutus tonicam, qua se vetus induit Adam,
Adę veste novi, se vellere vestiit agni.
Precluis Andreę simplex ovis intrat ovile,
Fęcundis ovibus fęcundior est sociatus.
Populeas virgas, — sanctorum dogmata, vitas, —
Scripturę per aquas a Iacob arte locatas,
In quibus hystorię color est et tropologię,
Crebrius intuitus concępit imagine fętus,
Fętus vitales parit actus spirituales;
Dedidicit mundum, didicit cor comere mundum,
Mente salutares theoryę traxit odores.
Sed velut esuriens, saciari laucius ardens,
Ex cęnobita prodit novus anachorita[6],
Prodiit aerias doctus superare phalangas;
Pugnavit, vicit, sibi se mundumque subegit.
Secretus latuit, sed in arce latere nequivit;
C Non latet arx urbis, non urbs in vertice montis.
Proditus est signis mirabilibusque stupendis;
Est celebri fama procerum vulgatus in aula.
Practica vita redit sibi, non theoretica cedit.
Et quia principibus placuit primaria virtus,
Traditione rata data sunt sibi prędia lata,
Quę iuxta mare sunt, quę promunctoria[6] cingunt.
Struxit ovile gregis summi pecus opilionis;
Pavit oves fętas et in agni sanguine lotas.
Maturus senio, cute laxa, vertice cano, D
Militis emeriti suspirans munere fungi,
Transiit ex cęno de carnis carcere cęco;
Ad faciem facie vidit, quem mente sitivit.
Pergula theoticos[7*] tulit artus exanimatos.
(4.) Sed quia digressus sum, syrmate carminis usus,
Ad diverticulum regressus iter tero cęptum.
Tantę prosapię Wilbrordus et indolis altę,
Ex ętate tener, Samuhel profectibus alter,
Crevit, profecit, puerile puer nihil egit;
Non gestit paribus parvis colludere parvus[6],
Sed sacris studiis intentus acumine mentis,
Floruit uberius ceu cedrus, palma, cypressus.
Cumque duas decadas eius dispungeret ętas,
Omne, quod ante laboravit, nihilum reputavit
Atque columbinas, quibus evolet, expetit alas,
Ut longe fugiat, sine mentis turbine vivat.
Ardet abire fuga dulcique recędere terra,
Sed non absque patris consensu spiritualis.
Detegit huic ignem mentis secreta cremantem,
In messem Domini coniveat ut proficisci,
Messor ubi rarus, sed fructus frugis opimus.
Implet uterque sinum lacrimis ex corde subortis;
Hic rogat, ille negat; pater obstat, filius instat, E
Nec prius absistit quam patris viscera mollit
Ac deducit eum concors cętus seniorum
Non oculis siccis, sed fletus flumine tinctis;
Oscula, complexus dat amoris fervidus ęstus.
Hac ętate viris effulsit Hibernia claris,
Floruit in studiis, ut Athenę gymnosophystis.
Huc se forma, decus iuvenum dedit alta docendum.
Ac didicit logikes, ethicę, phisicę rationes,
Quę duo sint in quę dialectica dividit esse,
Quid genus et species sit, et enthymema, soritę,
Quid mathesys, aplanes quis volvat spiritus orbem.
Flores divinę decerpsit bibliotecę
Atque favos ut apes construxit spirituales.
Non viguit[8] toto maior districtio mundo.
Nam cęnobitę si cui sub sorte culinę
Deperiit granum cuiusque leguminis unum
Aut duo vel tria, castigatus ab omnibus una
Pęnituit sacri quasi pro racione peculi,
Bissenis psalmis instans in fine synaxis,
Adiutus precibus fraternis atque solutus.
In versu mensę qui dicere neglegit " amen „,
Ac si mente vagus scuticę sex sustinet ictus.
Est totidem passus, qui tussis reumate tactus
In psalmodia non psallit voce sonora; F
Aeque quisque luit, qui dixerit esse suum quid.
Si guttas temeti sub cura perdit inerti,
Damnum taxatur, reus acrius exagitatur;
Non emina sibi partitur debita vini,
Sed de fonte bibit, dum, quantum perdidit, insit.
Si quis cultello mensam pertundit acuto,
Vibices sęvas patitur pro crimine denas.
Et qui dormit ubi mulier dat membra sopori

[6] *ita et* T. — [7] psyces G. — [7*] *cf. Vita prosa, c.* 8^2, 20^1. — [8] *ita et* T; riguit DECKER, *probante* ROSSBERGIO.

64. SEDULIUS, Carm. pasch. 1, 113. — 66. Ioh. 16, 21. — 68. Cf. Ps. 126, 2: *panem doloris*. — 71. Cf. p. 462, annot. 1. — 72. Id est si a nomine *Willibrord* demas tum litteram *r*, tum paenultimam syllabam (*li*). — 73. Lac matris nutrivit infantem. — 78. I Reg. 1, 11. — 80. Isai. 11, 8. — 81. " Vectis intellegendus est Satan. Cf. Isai. 27, 1: *In die illa visitabit Dominus ... super Leviathan serpentem vectem* „ ROSSBERG. Attamen haud scio an melius cum hoc Thiofridi loco conferas illud Amos 1. 5: *Et conteram vectes Damasci*. — 85. Cf. Ioh. 1, 47. — 90-91. III Reg. 19, 9-12. — 94. Gen. 3, 21. — 94-95. Eph. 4, 22-24. — 98-102. Gen. 30, 37 sqq. — 107. Cf. Ephes. 2, 2. — 110. Matth. 5, 14. — 118. Apoc. 7, 14. — 122. I Cor. 13, 12. — 123. Id est in oratorio B. Mariae (cf. ALCVINUS, Vita metr. c. 33, v. 91-94) corpus illius condiderunt. — 127-128. I Reg. 2, 26. — 131. Ps. 91, 13. — 134. Ps. 54, 7. — 136. VERG. Aen. 4, 281. — 139-140. Matth. 9, 37. — 149. Athenis gymnosophistas collocat Thiofridus miro errore, forsan quia " sophistas et gymnasticas exercitationes confudit „, ut visum est Rossbergio. — 153. Cf. CHALCIDIUS, Comm. in Tim. Platonis, § 113: *ab exteriore orbe qui aplanes dicitur*. Chalcidium affert Thiofridus in Vita prosa, c. 6 med. — 157-162. S. COLUMBANI, quae dicitur, *Regula coenobialis fratrum* (ed. O. SEEBASS, in ZEITSCHRIFT FÜR KIRCHENGESCHICHTE, t. XVII, p. 218 sqq.), c. 3 et c. 2. — 163-164. Ibid., c. 1. — 165-166. Ibid., c. 4. — 167. Ibid., c. 2. — 168-171. Ibid., c. 3. — 172-173. Ibid., c. 2. — 174-176. Ibid., c. 13. — 174. HOR. II Sat. 2, 80-81: *sopori membra dedit*.

Nec

A Nec flammam metuit, consueta diaria perdit;
Arto pane, brevi lympha permittitur uti.
Sed quod multatur qui casu precipitatur
Ponte vel ex kymba vel equo feriente ruina,
Quid sit, non novi, refereris incredulus odi.
Qui fel invidię fert, ardet ac ignibus irę,
Ni mox pęniteat, nisi cordis vulnera prodat,
Quot soles siluit, totidem ieiunia solvit,
Pane luens et aqua quod mente gravatur amara.
At quinquagenis purgatur pelle flagellis
Qui non exequitur cicius quodcumque iubetur,
Qui mythos iterat, qui mendę frivola tractat,
Qui non summisse quid proloquitur nec honeste,
Qui dat responsum confusa mente protervum,
Qui caput inducto tegit intrans sancta cucullo
Et qui manducat quicquam, si non prius orat.
Cui vero verbum cadit expers frugis, ineptum,
Aut bis sex flagris luit, aut geminis silet horis.
His ahtleta [9] scolis studuit ter quatuor annis,
Quot fuit ęstatum patris sapientia, Verbum,
Dum se symmistis iungens in lege peritis
Quae docuit didicit, quasi nescius omnia novit.
(5.) Cumque vir effectus, totus teres atque rotundus,
B Trigenos ac tres solares volveret orbes —
Est etate quota Christi mors morte perempta —
Progenies Habrahę peregrinantis patriarchę
Extorris patrios invisere noluit agros;
Maluit in populis ignobilis esse remotis
Ac peregrinari legisque thomos meditari;
Pectore pervigili transcurrit clymata cosmi,
Quorsum divertat, quo verbi spermata spargat.
Ardua volventi sedit sententia menti
Arctoo gelidas invisere frigore terras.
Sed [10] quod concepit mens, quod peperit, patefecit;
Non sociis tacuit, quos ignis Pneumatis ussit,
Atque quater ternas delegit in ordine stellas,
Stellas signifiri [11] prestantes sydera cęli,
Cum quibus idolii tenebras subduceret orbi.
Et sic discernens nubes ventosque ferentes
Inposuit navi comites sub munere nauli;
Sed quia non nisi se quicquam [9] potuit dare pro se,
Non est admissus. Distendit carbasa ventus,
Litus deseritur, prono ratis ęquore fertur.
Prosequitur lacrimis; oculus, mens heret in undis,
Dum nusquam socię cernit tabulata carinę.
Stat; quid agat de se, quo vertat, cogitat in se.
Sed quid contigerit, si promsero, quis mihi credit?
C Credit posteritas quod tradit avita vetustas.
Instar turicremę saxum videt eminus arę,
Advolvitque mari, celer insiliit quasi navi.
Navigat, unda levat molem nec ferre refutat.
Evehit, haut [9] mergit, naturę munia perdit;
Impositum pondus gestat sine pondere pontus,
Portat in optatum sine kimba [9], remige portum.
Sustentat liquidi duo pondera vis elementi,
Pondera quis unam fixit natura ruinam.
Non mirabilius pede calcaret maris ęstus.
Exiit in litus, signo stupet hospita tellus [9].
Indicio saxum secus est altare locatum.
Ascensa navi, descendit ad hostia [9] Rheni [11*];
Traiectum celebrem Viltorum venit in urbem,
Per se dotandam summi sponsi quasi sponsam
Non hoc ingressu, sed posteriore regressu.
Hospes it hic exspes, sessurus rector et hęres.
Non arrisit ei tempus, locus ędificandi;
Sęvit ibi sęvi tempestas turbida belli,
Rathbodi rabie Fresonum genti dominante.
Arx et prima sui fuit hęc urbs curia regni;
Hic vetuit naves solitas transmittere merces;
Est iter hac bellis, viget hic gens torva rebellis;
Hic in confines suetus transcurrere miles
Pretulit arma togę, predę succensus amore.
Pacis legatus discordi turbine motus
Infidę genti subduxit spermata verbi.
Discessit mestus, sine mesticia rediturus.
Tendit ubi latos distendit Francia campos
Pippinumque ducem visit dominis dominantem,
Dardaniam prolem, Troianae gentis honorem.
Nam, velut historię produnt cronicęque vetustę,
Est sortitus avos Anchysę stemate claros,
Aeneadum flores, maris et terrę domitores;
Est ex Anschiso [12] duce progenitus generoso.
E (6.) Hic vir virtutis, dux tantę nobilitatis,
Hospite pro tanto plaudit velut hospite Christo;
Se populumque suum sibi subdidit erudiendum.
Nec defrudatus [9] spe, mente sed exylaratus,
Erroris dumos ubi velli vidit acutos
Et glebas animi proscindi vomere verbi
Frumentumque Dei divina per horrea condi,
Pandit symmistis sua quę sit censio mentis:
„ Est vir apud nos, qui tanquam sol irradiat nos,
„ Qui procul a nobis pellit tenebras Acherontis.
„ Hunc mundi dominę mihi mens est mittere Romę,
„ Quo sublimetur, antisticio decoretur,
„ Lacius ut plantet, riget, incrementa Deus det,
„ Vitę pascat oves per pascua pastor ovantes.
„ Ni fallor, renuet, humili racione resistet;
„ Non vult quę volumus, mundo vult esse remotus.
„ Se sinat evinci vos, quęso, studete precari.
„ Sed mittatur ei cicius legatio nostri;
„ Consiliis assit, consultus consulat, ut scit. „
Principis orsa probant symmistę; finiat orant.
Nec mora, missus abit; Wilbrord [12*] in tempore venit.
Angelus ut Domini suscęptus honore decenti,
In procerum medio suggestu sedit in alto;
Distillans vitę favus eius fluxit ab ore.
F Est in sorte Dei cętu delectus ab omni,
Cętu concordi, tocius et a duce regni.
Est acclamatum dignum fore pontificatu;
Sed non consensit, quia de se vilia sensit;
Parvus apud se, magnus apud te, Christe, sequens te,
Te, qui mortalis tectus galumnate [9] carnis
Primatus cathedras ostendisti fugiendas,
Cum secessisses in montem, delituisses,
Ne te, cui soli cessit monarchya mundi,
In regem populus sibi deligeret recutitus.
Assecla, Christe, tuus, tua per vestigia ductus
Cor non apposuit, sed in hęc os dicta resolvit:

[9] *ita et* T. — [10] *v. 208 an post v. 209 ponendus?* ROSSB. — [11] signiferi ROSSB. — [11*] Rehni GT; *sed cf. v. 517.* — [12] Anchiso ROSSB. — [12*] Willbrord GT.

177-179. COLUMBANI *Reg.*, c. 15. — 178. SILIUS ITAL. 14, 678: *tanta feriente ruina.* — 179. HOR. II Epist. 3, 188: *incredulus odi.* — 180-183. COLUMBANI *Reg.*, c. 14. — 184-185. Ibid. — 186. Ibid., c. 4. — 187. Ibid., c. 5. — 188. Ibid. — 189. Ibid., c. 14. — 190. Ibid. — 191-192. Ibid., c. 8. — 194-196. Luc. 2, 42 sqq. — 197. HOR. II Sat. 7, 86. — 210. Cf. supra, p. 463, annot. 3. — 211. LUCAN. 7, 363. — 216. Ibid., 9, 77. — 217. VERG. Aen. 8, 548-49. — 218. Ibid., 6, 476. — 223. Ibid., 4, 453. — 235. Cf. BEDA, supra, p. 415 E. — 240. VERG. Aen. 12, 283-84. — 244. LUCAN. 1, 257. — 246. Ibid., 9, 199; VERG. Aen. 7, 496. — 252. VERG. Aen. 6, 756, 767. — 254-256. Non inconsulto videtur Thiofridus nomini Anchisae, qui pater Aeneae fertur, nomen corruptum Ansegisili ducis, de quo natus est Pippinus maior domus, subiunxisse. — 263. Matth. 13, 30. — 269. I Cor. 3, 6. — 278. Gal. 4, 14. — 280. Cant. 4, 11. — 281. Sors Dei idem est quod clerus. — 286. MARTIANUS CAPELLA, § 67. — 287. Luc. 20, 46. — 288-290. Ioh. 6, 15. Cf. MARTIALIS, 7, 30, 5: *recutitorum Iudaeorum.* — 292. Ps. 61, 11.

VITA AUCT. THIOFRIDO

„ Precluis o princeps, o primates [13], decus ingens,
„ Accensas in me vestras avertite [14] mentes.
„ Deserui patriam patrię cęlestis ob aulam,
„ Non ut ditarer, nec in exilio dominarer,
„ Sed nudus Christum nudum sequerer crucifixum.
„ Non speculativę didici sublimia vitę;
„ Corde pavesco thomum virtutum, mente notandum,
„ Actibus implendum, Pauli de pectore ductum,
„ Presulibus proprium, cathezistis animarum.
„ Quid tanti cupitis mihi credere culmen honoris?
„ Non est maius onus, maior non est honor [18] ullus;
„ Nil gravius menti fontem vitę sicienti,
„ Intolerabilius nihil est quam ferre tumultus
„ Ac strepitus hominum, pathycos motus animorum.
„ Refert pontificis David in Lybano sita turris,
„ Ex cuius specula speculator prospicit alta,
„ Prospicit, aerias et nuntiat ire phalangas,
„ Prodit ubi sceleris puteat cęnosa mephytis,
„ Quo virtutis odor spiret, quo vita sit et mors.
„ Et tanto fasci quod onus valet ęquiperari?
„ Quod tam sublimi quis adequet culmen honori?
„ Non est ex terra, sed ab ętheris arce superna,
B „ In terris geritur, sed non terrenus habetur,
„ Non datur hic carni, sed menti spirituali;
„ Incircumscriptus dat spiritus hunc quasi munus,
„ Munus precipuum, preciosius omnibus unum.
„ Antistes Deus est alter, cui cęlica mens est;
„ Cęlos concludit clavi David atque recludit,
„ Ingreditur sancta sanctorum mente sacrata,
„ Textu mirifico decoratur amictibus octo,
„ Aram contingit, per tintinnabula tinnit,
„ Totus vocalis, gerit ornatum deitatis,
„ Officium nulla liquido narrabile lingua.
„ Non foris egreditur de sanctis [15], ne moriatur;
„ Intus in altari iugi fomenta dat igni,
„ Igni quem Deus accendi vult corde sub omni,
„ Ac, ne deficiat, moralia ligna ministrat,
„ Ligna patrum monitus et vitę cęlibis actus.
„ Victima dum fertur, quę, qualis lege iubetur,
„ Pectus, aqualiculus datur illi, dexter et armus;
„ In grege commisso ne sit sapientior ipso,
„ Nec sit in adversas robustior aeris alas;
„ Ventrem luxurię Finees secet, expiet ense.
„ Sed quis ad hęc [18] dignus, quis idoneus extet ac aptus?
„ Lex non optat eum qui fert in corpore nęvum,
„ Non cęcum, non lyppum, non clodum, neque [18] gybpum,
C „ Non grandi naso neque torto, nec [16] pede fracto.
„ Est ducis ęcclesię mentis fulgore nitere,
„ Arceat ut tenebras mortis caligine densas,
„ Preniteat longe, quibus est prelatus honore.
„ Incolumi visu noys non lyppeat actu;
„ In fidei norma non claudicet heresyarcha;
„ Quod redolet, quod olet, gnarus discernere curet;
„ Mente sit erectus, non carnis pondere pressus.
„ Nullus qui proprię nescit moderamina vitę,
„ Esse potest vitę iudex et dux alienę.
„ Solvere qui lintrem metuit, regat unde triremem?
„ Fit per onus gravius gravior sub pondere lapsus. D
„ Hinc igitur, domini, mihi non estote molesti,
„ Sed provisorem disquirite me pociorem. „
Hoc ubi flumen aquę vivę patris effluit ore,
Dignior est habitus, quia non dignus sibi visus.
Dux et primores instant ardentius omnes,
Se non excuset nec onus vitale recuset,
Cum sit ob hoc patria longe semotus avita.
Vitam pro vita propriam det ovans aliena.
Quid faceret? quid diceret? hinc amor, hinc timor urguet;
Hic monet ut cędat; contra strepit ille, recędat.
Inter utrumque stetit, legis monimenta revolvit.
Lex iubet ut, si quis persolvit debita carnis
Posteritate carens, si sit sibi nupta superstes,
Connubio stabili sit coniunx eius adelfi,
Ne fratris [18] semen pereat, successio, nomen.
Ducere si renuit, rata si sponsalia tempnit,
Exspuat in faciem mulier viduata virilem,
Ex eius pedibus dematur calceus unus,
Nudipes ut dictus nullo sit nomine dignus.
Est Deus effectus de virgine noster adelfus,
Formam, non culpam nostri dum sumpsit ab Adam,
Tergeret ut maculas Adę veteris novus Adam.
Aecclesiam castam desponsavit sibi sponsam; E
Sed quasi stirpe carens obiit Patris unica proles,
Liquit dilectam contectalem viduatam,
Cęligenam prolem dum nondum protulit omnem.
Huic tantę viduę si sponsi frater adesse,
Si iungi nolit, dare cum dotalia possit,
Cum sit predives, virtutum lucra requirens,
Exuitur [18] solea, fędatur in ore saliva,
Sit quo dedecori, quia noluit esse decori,
Sit reus ante Deum de tot lucris animarum,
Quot facile posset lucrari, si studuisset.
Virtus non quęrit sua, sed quę sunt aliena.
Qui prodesse potest et non vult, insipiens est,
Vivens mortuus est, et trunco vilior hermę.
Non precidendę precidit colla columbę,
Nec caput ad tropicas torquet, cęu [18] lex monet, alas,
Dum speculativę sic appetit ocia vitę,
Activę mores ut negligat atque labores.
Hoc secum reputans et mentis acumine pensans
Postposuit sibi se, voluit quod noluit esse.
Quod requies bona sit, quod terra sit optima, vidit,
Non carnis requies, nec humus, sed gloria psyches [17].
Supposuit humeros robustus ut Isachar onos [18*]
Ad deportandum doctrinae suave tributum.
Paruit, assensit, presentes exylaravit; F
Est acclamatum, sunt edita munia laudum.
Conventum solvit dux electumque refovit
Ac transmisit eum quo condecuit comitatu;
Misit apostolicę sedis sua dona ierarchę —
Sergius huic nomen, servandis gentibus omen,
Summi vir meriti, tocius gloria mundi, —
Exsculptum signis solium miris anaglyphis,
Hinc bobus, inde leonibus; hinc pius, inde severus,
Economos prudens, divina diaria promens.

[13] *ita et* T. — [14] *an* advertite? ROSSB. — [15] sacris ROSSB. — [16] neque T. — [17] spyches GT. — [18] excutitur ROSSB. — [18*] onoc GT *littera quasi gracca.*

294. Iubet Rossbergius conferri VERG. Aen. 5, 304: *laetasque advertite mentes* et SIL. ITAL. 4, 823: *totasque advertite mentes.* Equidem nihil corrigendum puto atque intellegendum: *Avertite (a me) mentes vestras in me accensas*, id est de alio episcopo constituendo cogitate. — 295. ALCVINUS, De sanctis Eubor. eccl. 1014: *Qui liquerat patriam patriae caelestis amore.* — 297. HIER. Ep. 125, 20. — 299-301. Cf. ALCVINUS, c. 6. — 307. Simul composuit Thiofridus Cant. 4, 4: *turris David* et Cant. 7, 4: *turris Libani.* — 309. Cf. ad v. 107. — 320. Isai. 22, 22; Apoc. 3, 7. — 321. Levit. 16, 2 sqq. — 322. HIER. Ep. 64, 10-19, 22. — 323. Exod. 28, 34-35. — 324. HIER. Ep. 64, 14 et 23. — 326. Levit. 21, 12. — 327-329. Ibid., 6, 12. — 331-332. Num. 18, 18. — 334. aeris alas, id est alatos daemonas aerios. Cf. ad v. 107. ROSSB. — 335. Num. 25, 6-8. — 337-339. Levit. 21, 18-20. — 343. Voluit Thiofridus hunc esse genetivum casum verbi νοῦς, quod apud MARTIANUM CAP. §§ 92, 126, 567 legerat. — 355. VERG. Aen. 1, 423. — 359. OVID. Epist. 12, 61. — 362-369. Deut. 25. 5-10. — 364. VERG. Aen. 1, 73. — 371. Philipp. 2, 6-7; Hebr. 4, 15. — 372. I Cor. 15, 45. — 373. Cf. Ephes. 5, 23-29. — 384. I Cor. 13, 5; Philipp. 2, 4. — 386. IUVEN. 8, 53. — 387-388. Levit. 1, 15; 5, 8. — 393. Gen. 49, 15. — 395-396. Ibid. 49, 14-15. — 404-405. III Reg. 10, 18 et 7, 29. — 402. Nota mirum etymon: „ *servandis gentibus.* „

A (7.) Hic dum pausaret, tenuis sopor ossa rigaret,
Angelus effulsit, nox eius luce reluxit.
Est affatus eum cęu dulcis amicus amicum :
" Omnis naturę me mittit conditor ad te;
„ Quid velit et per me tibi mandet, mente reconde.
„ Symmistam carum, prius in matrice sacratum,
„ Per te sacrandum tibi destinat et decorandum.
„ Est vitę specular, nulli virtutibus impar.
„ Nil titubes in eo, Deus est et regnat in illo.
„ Cum noctis pullas lux quarta removerit umbras,
„ Intrabit celsę mavortia męnia Romę.
„ Huic assurge, cave [19] dimittas, oscula fige;
„ In Domini digno Dominum venerare ministro.
„ Quicquid vult ex te, quicquid petit, expetat a te,
„ Nil negites; quod habes, nil huic donare recuses,
„ Ornatum per te summo sub honore remitte. „
Nox ruit, angelus abscessit, vigilat papa, surgit.
Non pavor ac terror sibi somnum rapit et error,
Sudor proruptus [20] non os perfudit et artus,
Non somni physicas dignatur volvere portas,
Non curat quid eburnea, nec quid cornea mittat,
Quamvis hęc veris sit [19], at altera pervia falsis ;
Non creperum sensit, non cordi scrupulus hęsit;
B Grates [19] divinę pro visu solvit usyę.
Sed monet in portis me stare camena seratis,
Per me tractentur, metrica clavi [19] reserentur;
Nam sunt exstructę physiologica ratione.
Omne latet verum densa caligine tectum,
Sed vis hoc animę vult clara luce videre;
Itque reditque sibi quasi libera sorte regendi,
Dum sopor illapsus defessos irrigat artus;
Aeterno motu iugique movetur in actu
Nunc intra, nunc extra, nunc infra, modo supra,
Naturęque suę vis servat et exerit in se
Aspicit omnigenas rerum species et ydeas.
Si mens est vitiis lascivę dedita carnis,
Si vel luxurię vel flammis ęstuat irę,
Cor in avaritiam si diffluit ambitiosam,
Somniat hoc quod agit, quod cogitat, horret, hebescit;
Fęda nefanda videt, facit; hanc illusio torquet;
Intendit falsis quis porta subest elephantis.
Nam vi naturę densatur sic ebur in se,
Nullus ut erasum [21] visus penetret tenuatum.
Nulla quies agitur strepitus quo tantus habetur.
Si vero sceleris non est infecta venenis,
Sed caret illecebris, mordacibus eruta curis,
Vi fruitur propria, presagit multa futura,
C Ad verum tendit, quod sub velamine cernit.
Obstat tendenti nubes obducta, tuenti;
Nexus naturę caligantis, tenebrosę,
Mortales hebetat [19] visus, a luce retardat,
Ac quasi per velum videt in somnis homo verum ;
Cornea porta patet, verum sine figmine claret.
Durior est oculus, reliqui quam corporis artus,
Corneus huic color est, non alget frigoris expers.
Sed moror, excessi, regredi placet unde recessi.
Luce diem quartum sol extulit irradiatum;
Alpibus emensis, gelida nive, frigore pressis [19],
Romuleam celebrem Wilbrordus venit in urbem.
Obvius ivit apostolicus, mundi decus et lux,
Christi legatum sic suscępit quasi Christum,
Amplexu fovit, quia plenum Pneumate novit,
Pneumate quadrifidi regitur quo regia mundi.
Munia quę potuit, quę debuit, omnia solvit;
Accivit sacrum clerum, cum plebe senatum;
Processit magna comitum stipante caterva ;
Principis ęcclesię Petri conscendit in ędem
Electumque Dei dextra duxit sociali.
Induit octonis vestimentis preciosis,
In festo celebri quibus est solitus redimiri,
Ornatu typico, tenui subtemine texto,
Est ubi contextus mos presulis, actio, sensus, —
Sunt elementa, polus, sol, zodiaci via, tempus, —
Ne sibi, sed toti genitum se cogitet orbi,
Damna creaturę sua deputet, immolet, oret
Non [19] solum pro se, sed et omni conditione.
Roma plaudente, suffragia sueta ferente,
Unxit eum, fungi dedit ordine pontificali.
Quam pius et clemens foret alta mente revolvens,
Nomen mutavit sibi Clementemque vocavit,
Sole kalendis in denis oriente decembris,
Progeniti Verbi dum circulus exiit anni
Par sexcentenus nonus novies decuplatus E
Ac non finitus solari cardine quintus.
Detinuit secum, cęlesti munere functum,
Perspicerent ut se cherubim [22] duo, zodia vitae,
Percuterent iunctis [23] ut se vicinius alis.
Alternis vicibus tetigit se mutua virtus.
Ignis divinus, per Verbum de Patre missus,
Accensum de se lustravit cor utriusque;
Vivi carbones vitę traxere calores [19],
Lucidius meritis lucebant lampade solis,
Alterutrum pasti sunt ęsca spirituali.
Scivit mathyten dydascalus optima scire;
Pignera sanctorum dedit huic, munus preciosum.
(8.) Ditatum donis [19], bis septem solibus actis,
Dimisit reducem, lacrimis testatus [24] amorem.
Dimissus rediit, Francorum regna revisit.
Occurrere viri cum Pippino duce summi,
Summi divitiis ab avis et honoribus amplis.
Clerus avet, iubilat plebs omnis et ymnologyzat.
Assunt certatim, dant oscula fida vicissim.
Non exultarent plus, si Deus ipse veniret.
Est honor inpensus sibi summus, erat quia dignus;
Est Traiectensis data sedes pontificalis,
Sedes iam non ędificata, sed ędificanda.
Viltalburg [19] venit, veniens prius unde recessit, F
Navigiique graves liquit sub fine labores.
Invenit messem multam messore carentem;
Optavit per quos posset cumulare maniplos.
Septa monasterii condens in littore [19] Rheni
In crucis ac dyę sacravit honore Marię,
Constituit cathedram sibi conciolęque proseucham.
Sed mihi Pyeridum pede non est progrediendum,
Est respirandum, recreandi more morandum.

Explicit liber primus.

[19] *ita et* T. — [20] *corr.* Rossb.; preruptus GT. — [21] evasum *corr.* Rossb. — [22] cherubin G. — [23] vinctis Rossb. — [24] testatur Rossb.

408. Act. 12, 7. — 417. Verg. Aen. 1, 276. — 424-425. Ibid. 7, 458-59. — 427. Ibid. 6, 893-96. — 433. Cf. infra ad v. 460. — 437. Verg. Aen. 3, 511. — 446. hanc, id est mentem. Rossb. — 447. mentem intendit rebus falsis, quibus porta elephantis (id est eburnea) subest. Rossb. — 460-461. Cf. Servius, Comm. in Verg. Aen. 6, 893 : *Physiologia vero hoc habet : per portam corneam oculi significantur, qui et cornei sunt coloris et duriores ceteris membris; nam frigus non sentiunt.* — 469. Cf. ad v. 18. — 472. Verg. Aen. 1, 497. — 475. Cf. supra v. 322. — 477 sqq. Hier. Ep. 64, 19. — 480. Lucan. 2, 383. — 489. *Par* ad implendum versum addidisse videtur Thiofridus; et par quidem est numerus annorum 600, non vero 695! — 492. Exod. 25, 19-20. — 493. Ezech. 1, 9; 3, 13. — 515. Matth. 9, 37.

Incipit

VITA AUCT. THIOFRIDO

Incipit liber secundus.

(**9.**) Inpositus cathedrae Wilbrord grandi sub honore
Non aliter docuit quam vixit, sed prior egit;
Quicquid agi suasit, dux previus ante volavit,
Ante tulit gressum, grex ut se, non alienum,
Grex ut pastorem sequeretur, non gregis hostem.
Ac superintendens, ut fulgor eundo revertens,
Se meminit monachum matris de ventre dicatum,
Ursit propositum monachi, cursumque, volatum.
Hoc sibi subiectum nutrivit in ordine clerum.
(**10.**) Angelicam non humanam ducens homo vitam,
Excessit hominem, gessit carnem sine carne;
Mnam [1] commendatam studuit decuplare probatam.
Ivit per Fresiam Rabodi regnantis in aulam,
Insinuavit ei cęlestis agalmata regni;
Sed nil profecit, quia non in tempore venit.
Tempus quippe rei sub sole dedit Deus omni,
Tempus per species quod dividit ęcclesiastes,
Non ut Aristotiles argutas per rationes [2],
Sed per inauditam Spartanis allegoryam.
Aptius exspectans tempus secumque volutans
Absque David clavi nil claudi, nil aperiri,
B Abscessit mestus, lętos reditus habiturus.
Invisit Danos confines, Ditis alumnos,
Sęvit ubi saxis vir durior, acrior ursis,
Non appellandus vir, sed leo truxque tyrannus,
Ongendus dictus, furiarum carcere dignus,
Nomine pretendens ferus ingenitos sibi mores.
« On „ est ens, quod prodit ab « est „ : generis vice non est.
Non ut de specie genus ut ducunt ysagogę,
Non ita de denis est dictum cathegoriis,
Sed magis ęquivoce, non univoca ratione.
At cum nil nisi se designet [2] syllaba per se,
Sed consignificet, si non et dictio constet,
Posterior primę sit et ultima iuncta secundę
Finalique per a sit littera nexa canina:
« Est gens dura „ sonat conexio nominis acta.
Durus [2] rex genti durę meruit dominari.
Cor adamantinum se pravum vertit in arcum,
Non potuit frangi, verbi magnete secari,
Ferrum quo trahitur, quo ferrea mens leviatur [2],
In cęlum rapitur, suspensa Deum [3] speculatur.
Sed pressa rabie, sopitis ignibus irę
Obsequii munus persolvit et hospicii ius;
Non tamen attendit, sed verbi spermata sprevit;
C Quę didicit non dedidicit, non figmina liquit.
Tantę duricię vim pensans assecla vitę,
Moliri frustra, vexari noluit ultra;
Abstitit, exivit caulasque suas repetivit.
In remeando dolet, quod nulla talenta reportet,
Quod vacuus remeet, tritura quod area cesset.
Occurrit menti magni prudentia Pauli:
Paulus Bythynię fines decrevit adire,
Pelleret ut tenebras mortis, subverteret aras [2];
Sed Iesu Christi restitit sibi flamen eunti:
Destitit, et Mysiam studet agno iungere sponsam.
Hac vir apostolicus forma merore solutus D
Lucratus modicum doctrinę merce lucellum,
Triginta lectos secum transvexit ephebos,
Lorica fidei munivit, casside verbi;
Ditis commentum prevenit et inpedimentum,
Abluit a noxa quam contraxit vetus Adam.
(**11.**) Sed quia nil lętum, nihil est in carne quietum,
Immo turbatur quod conceptum generatur,
Evectus navi iactatur turbine grandi;
Non tamen afficitur iactura, non remoratur,
Sed recipit laceris illum brevis insula remis,
Insula Fosyteslant [3*] sub Fresonum dicione.
Planities lati patet hic gratissima campi,
Gramine fertilis est et floribus, ubere glebę.
Lęta virecta gręges carpunt abdomine pingues.
Longi nocte brevi reparantur damna diei,
Ros reddit gelidus quantum consumpserit ęstus.
Manat aquę iugis fons, unda supersticionis;
Qui bibit inde tacet, fari penitus nihil audet;
Non mutire [2] licet, tacitis vox faucibus heret;
Iniectos situlę nummos non contrahit ad se.
Orat ut accędit; sic orat quando recędit.
Excolitur fanum solemni more profanum;
Nemo viator adit, nisi quem via longior angit. E
Nemo, quod erat ibi, pecus est formidine lęti.
Nam qui presumit perit; hunc sors ultima punit.
Hac in valle sibi iussit tentoria tendi;
Contempsit cultum [2] ritumque supersticiosum,
Non rabiem regis timuit, non iurgia gentis.
Mactari mensę permisit pinguia quęque;
Tres in fonte viros baptizavit renovatos;
Sivit [2] ab urceoli fundo libamina tolli.
Nec mora, concursus fit, adest ignobile vulgus,
Seditione furit, rabidas mentes furor urit,
Fulmineo tantum scelus ęstimat igne piandum
Ultoresque deos in vindictam stimulatos
Nocte satam stygiis Allecto ducere ripis
Anguibus intortis, ut ludit musa Maronis.
Sed cum nil lędi, nil cernit triste timeri,
Vix se continuit, non irruit, ira quievit.
Fama tamen, monstrum quo non pernicius ullum,
Mobilitate vigens [2], vires in eundo requirens,
Quę non sunt fingens, veris mendatia miscens,
Fama gyganteę [2] styrpis, furor, ultio terrę,
Sunt cui tot linguę quot sunt in corpore plumę,
Sunt oculi vigiles totidem, tot subrigit aures,
Cursus [4] terrificam detorquet regis in aulam,
Accendit flammas menti, movet, aggerat [2] iras F
Divulgatque virum venisse diis inimicum,
Osorem regni, suadentem numina sperni.
Famę rex credit, fremit, indignatio crevit,
Frena tamen calidę non laxat cursibus irę.
Primores populi iubet intra tecta vocari;
Assunt, in solio medius consedit avito,
Quęrit consilium, quęrit sibi quid sit agendum.
Decreto procerum decernit sorte probandum
Quem iubeant sęvas sontem di pendere [5] pęnas.

[1] Nam *male corr.* Rossb. — [2] *ita et* T. — [3] (s. D.) *ita* GT (*non vero* suspensa dum); dum suspensa Rossb. — [3*] Fositesland Rossb. — [4] *corr.* Rossb.; currus GT. — [5] *ita* Rossb.; dipendere GT.

4. Verg. Aen. 6, 677. — 4-5. Ioh. 10, 4-5. — 12. Luc. 19, 12-17. De mna illa evangelica cum non recordatus esset Rossbergius, *probatam* intellexit gregem [monachorum] (= τὰ πρόβατα); miro errore. Ceterum etsi reliqua luculenta sunt, quid sibi velit hoc *probatam*, non liquet. An innuit Thiofridus laudatum esse a domino servum qui decem mnas attulerat? an meminit illius Gen. 43, 23: *pecuniam, quam dedistis mihi, probatam habeo?* — 16-17. Eccle. 3, 1-8. — 21. Cf. ad lib. I, v. 320. — 28-36. Scrutetur, cui tempus vacat, haec philosophica, quae Thiofridus ex Boetii commentariis in Porphyrium (*P.L.*, t. LXIV, col. 43) et in librum Aristotelis Περὶ ἑρμηνείας (ibid., col. 312 D) hausisse videtur et huc intempestive obtrusit. Quae ut luculenta non sunt, ita liquet a Thiofrido nomen *Ongendus* ductum esse ex « ὄν - *gens - dura*. — 38. Ps. 77, 57. — 39. Cf. Silius Ital. 3, 265-66: *Venere Aethiopes ... qui magneta secant!* — 51-55. Act. 16, 7. — 69. Verg. Aen. 1, 531; 3, 164. — 71-72. Verg. Georg. 2, 201-202. — 73. Hor. II Sat. 6, 2. — 75. Verg. Aen. 2, 774. — 80. est = edit. — 88. Verg. Aen. 1, 149. — 92-93. Ibid. 7, 323-31. — 93. Ausonius, *Cupido cruciatus*, 1. — 96-97. Verg. Aen. 4, 174-75. — 98. Ibid. 188. — 99. Ibid. 178-80. — 100-101. Ibid. 181-83. — 102-103. Ibid. — 196-97: *Protinus ad regem cursus detorquet...* — 104. Ibid. 191. — 108-109. Ibid. 7, 168-69. — 112. Ibid. 6, 20.

Ter

A Ter tribus est vicibus ternis sors missa diebus;
Sed vitę consors mansit discriminis [6] exsors.
Sors non prodit eum, tamen in comitum cadit unum,
Unum martyrii meritum palma decorari.
Sed quid censendum, quid in hac re coniciendum [7]?
Ni deliquisset, non sors in eum cecidisset;
Contraxit nęvum stillante cruore medendum;
In situla primus tulit ęra [7] cupidine tactus.
Non pedicam cavit, quam vitę predo paravit;
Sed tamen evasit, quia crimen sanguine lavit;
Est emundatus sic, cęlitibus sociatus;
Ablata noxa, non est ablata corona.
Nam nil iudicium divinum linquit inultum;
Est hic aut alibi delicta necesse piari;
Virtutis precium tamen est in cardine fixum.
Lex est per Moysen data, credita mysteriarchen;
Sed quoniam [6] merens silicem percussit et hęrens,
In Nebo moritur, contra Phogor [6] sepelitur.
Si non est [6] Moysi parsum, non parcitur ulli.
Vates veridicus Bethel est ad delubra missus;
Scinditur ara, cinis perit, aret dextera regis,
Restauratur; abit, sed decipitur; redit, ędit;
B Mandatum fregit, trux hunc leo dente peremit;
Non asinum tetigit, stetit, haut [6] de carne comedit
Sed quasi commissos [6] artus custodit humandos.
Sic de quo cecini donatur honore triumphi.
Sed rex unius sortita morte potitus
Expugnasse [6] putat caput ac se prevaluisse;
Accitum verbis temptat terrere severis,
De phani vanis expostulat, arguit aris;
Se queritur spretum decretaque prodita legum.
Non deterretur presul, non mente movetur,
Sed serpentinę perfert pus, sibila linguę;
Quę decuit regem, quę se, reddit rationem:
“ Non iram merui; non te, rex inclyte, lęsi.
„ Es sapiens. Non ira cadit, scis [6], in sapientem.
„ Audi quę per me loquitur Dominus Deus ad te.
„ Est opus artificis deus in quo spem tibi figis;
„ Non deus est tuus; est nihil, es potius deus eius;
„ Non formavit te, sed formatum [6] colis a te;
„ Vivis, non vivit; sentis, non formula sentit.
„ Erras, deciperis; sub figmento cubat anguis,
„ Anguis qui primę subrepsit origo ruinę,
„ Virus qui fraudis spuit, infudit protoplastis,
„ Insufflavit eis ęternę sulphura mortis
„ Ac per eos omnem déglutit posteritatem.
„ Huic rex, heu, servis, huic collum nobile flectis;
C „ Hic te subiectum sibi demerget sub Avernum [6],
„ Vermis ubi tundit psychen [8] ignisque perurit;
„ Non moritur vermis, non vis extinguitur ignis,
„ Est sine defectu defectus, mors sine morte,
„ Est infinitus finis. Quid amarius est his? [tem.
„ Sed dum tempus habes, hanc, quam geris, exue men-
„ Consule, parce tibi, convertere, desine falli;
„ Desere quod non est, ut verum percipias est, [est.
„ Non est “ esse quod est „ quod credis, sed tua mors
„ “ Esse quod est „ Deus est, hoc omnis condita res est.
„ Si vis esse, vide quid agas, merearis ut esse;
„ Fonte salutari festina purificari,
„ Ne vita careas, ne regni sceptra relinquas,
„ Sed regnes per eum qui rex est vitaque regum,
„ Qui dat regna quibus vult et transfert ea quo vult. „
Edidit hęc heros; paucis hęc reddidit archos;
“ Novi quid cupias, quę sit tibi prompta voluntas;
“ Velle mori scio te; non continget tibi per me.
„ Vive, licet nolis [6]; ęquasti famina factis.
„ Est invincibilis tibi vis, constantia mentis.
„ Ocius ergo redi, de nostris finibus exi. „
Hic primas tantus primatibus est imitandus;
Hethnicus exemplum dat christicolis [6] recolendum.
Nam quia, Spartani sectatus scita Ligurgi,
Invenit leges, quibus effera comprimitur mens,
Irę frena, modum statuit, ius censuit ęquum;
Noluit insontem quemquam sine lege perire,
Non accusatum lesit nisi sorte notatum.
O clybanum mentis quantus succenderat ignis,
Dum se contempni, sua vidit sacra refelli.
Non in Trinacriis magis ęstuat Aethna caminis,
Cum nubem picei prorumpit in ęthera fumi
Eructatque globos flammę scopulosque revulsos,
Viscera montis agit sub divum, sydera lambit;
Sed se devincens extinxit pectoris ignes.
At nostri proceres, commota [9] bile tumentes,
Extra se saliunt, propria non pelle quiescunt,
Non cohibent frenis animum religantve catenis;
Non modus est irę, non est dilatio penę; E
Scintillant oculi, sunt sanguinei [6], truculenti;
Ignescit vultus, linguę se prepedit usus,
Amittunt sensum, non sunt in pectore secum.
Insanos homines insanus iuret Horestes.
Sed quid necto moras, sulcaturus maris undas?
Explosa rabie Rabodus bilisque tumore,
Mutavit mentem contra fas ante furentem,
Converti voluit, cęu prisca relacio [6] prodit;
Sub fidei specie baptisma sitivit inire,
Plantas immisit, sed deterior resilivit
Sive metu gentis motus seu crimine mentis.
Non meruit turri lapis Ananehel copulari.
Excessit normam mensurę filius irę.
Sed licet abstractus, licet esset [6] apostata factus,
Legatum verbi sivit sub honore reverti.
(**13.**) Exiit antistes et transiit [6] ad Walichrenses.
Est hęc effera gens, non iura verens neque leges,
Non assueta iugo, non imperio, sine freno,
Cervicis durę, motabilis ut maris undę,
Ex quibus est circa spumantibus insula cincta.
Per Scaldę fluvium [6] subit optatum sibi portum;
Anchora de prora iacitur sub littoris ora;
Exiliunt comites, lętum celeuma canentes; F
Progreditur, socia se constipante [6] caterva,
Ingreditur spurcam ritus squalore proseucham.
Effigies varias ibi divum [6] cernit et aras.
Concaluit, doluit, cor eius zelus adędit,
Zelus quo Finees [6], quo mens arsit Mathathyę;
Diruit incusas sub perdicione figuras,
Emytheos pepulit, Summanus cum Iove fugit;
Aedem mundavit, renovans altare dicavit.
Non tulit ędituus mentis furiis agitatus;
Accurrit validum gladio conixus in ictum,
Vires exeruit, cerebri confinia rupit;
Vita privasset, nisi vita necem superasset.
Sed non oppetiit, non lędi vulnere quivit.
Est in communis servatus dona salutis.
Vix comitum diram pro se compescuit iram,

[6] *ita et* T. — [7] *ita* GT. — [8] spychen GT. — [9] *ita* Rossb.; commoto G *m. pr.*, T.

129. Num. 20, 10-12. — 130. Deut. 34, 1-6. — 132-137. III Reg. 13, 1-28. — 155. Gen. 3, 1 sqq. — 161-162. Marc. 9, 44-45. — 169. Exod. 3, 14. — 173. Apoc. 17, 14. — 174. Dan. 2, 21; cf. 4, 14. — 175. Verg. Aen. 6, 672. — 178. Lucan. 2, 512. — 183-184. Cf. supra, p. 467, annot. 2. — 190-193. Verg. Aen. 3, 571-77, 580, 582. — 199. Pers. 3, 117. — 202. Id. 3, 118. — 206-209. De qua fabula cf. supra, p. 429, annot. 7. — 210-211. Ierem. 31, 38. — 212. Sedulius, Carm. pasch. 5, 138. — 214. Praetermisit Thiofridus in Vita metrica quicquid c. 12 Vitae prosae narraverat. — 217. Exod. 32, 9; 33, 3; al. — 220. Verg. Aen. 3, 277. — 222. Ibid. 4, 136. — 225. Ioh. 2, 17. — 226. Num. 25, 7-8; I Mac. 2, 24 sqq. — 228. Marcianus Capella, §§ 156, 160, 161. — 230. Verg. Aen. 8, 256 et 3, 331.

Ulcio

VITA AUCT. THIOFRIDO

Ulcio ne de se procęderet, opposuit se.
Hostem defendit, pacem [10] pro lite rependit.
Non tamen ira Dei permisit pace potiri.
Nil est lucratus Ditis possessio factus;
Vinctus, vexatus, diros solvit cruciatus.
Genti mesta suę spectacula praebuit in se;
Ancipiti collo, membrorum solvitur ordo,
Est rabie tumidum cor, turget pectus anhelum,
Terror inest oculis, distorta tuentibus hyrquis;
Non mansit vultus [11], non gestus, non color unus.
Dumque die quarto sol surgeret axe citato,
Est suffocatus stygioque lacu tumulatus.
Nec solus periit, sceleris monimenta reliquit:
In nondum genitos est ulcio fusa propinquos;
Ex radice mala ramalia sunt viciata.
In tempus presens dampnatur posthuma proles:
Longius aut brevius crescit, decrescit in artus,
Aut deturpatur vel fęda peste gravatur;
Est sibi dedecori, totique notabilis orbi.
Est vero populus summa formidine pressus,
Palluit, expavit, non vivere posse putavit;
Legato Domini se nisu subdidit omni.
B Ceu fontem cervus post anguinos sitit haustus,
Sic in vitali sitiit se fonte renasci.
Delubra destruxit, divina sacraria struxit.
Error abit vetus et veteris pollutio cultus,
Luce nova tenebrę veteres truduntur abactę.
Sponsus ibi sponsam Christus duxit speciosam.
Est Wilbrord dignus factus sponsi paranymphus,
Sunt per eum pulchrę data pulchra monilia nuptę.
Dumque moras ageret; sponsalia multiplicaret,
Comperit oceani super agros flumina fundi,
Aedes avelli vastaque voragine mergi.
Est nisus precibus motos componere fluctus,
Moles undarum nativum [12] trusit in alvum,
Obiecit vectes cumulos exstantis harenę;
Instar enim muri stetit obex glarea ponti.
Durat in id tempus, hic frangitur Ennosygęus
Nec transit metam fidei virtute statutam,
Sed quasi compedibus furit intra littora vinctus.
O quantus constat, qui stare mari iubet, et stat!
Non Iosue dispar, qui Iesum nomine signans
Iussit declivem flammis yperyona stare,
Nusquam provolvi, non a stacione moveri,
Donec magnificum duxisset ab hoste triumphum,
Pacem proselitis firmasset Gabaonytis.
C Sol ibi retrogradus, hic retro cessit abyssus.
Est mare conclusum, vitę capit insula fructum.
(**14.**) Presul firmatis rediit fidei rudimentis.
Pastor oves adiit, per pinguia pascua pavit.
Non est oblitus quanto sit honore potitus,
Dum non est lęsus lętali vulnere cęsus [10],
Dum verbo gentem subiecit in arma furentem,
Regibus invictam domuit se paupere victam
Ac Nereum vinxit refluoque repagula fixit.
Non hoc Lętheus quivit submergere rivus,
Sed se discutiens, sibi prestita dona revolvens,
Quicquid sudavit prius, ut nihilum reputavit;
Est sibi difficiles conatus inire labores.
Paulum vas electum, vas imitans preciosum,
Per lepidos actus est omnibus omnia factus.
Ignis discurrens, animalia sancta [10] perurens, D
Discurrit per eum per conciliabula fratrum,
Esset ut his presens animo, facie licet absens,
Hoc flagrans igni, discursu spirituali
In vico Suestra petiit monachilia septa.
Actus amore vię brevioris et accelerandę
Transiit angusto per aristas limite ducto,
Limite qui tenuis dictus rigor a geometris,
In presignatum trahitur quasi linea signum;
Sed tutor segetis, permotus bile furoris,
Insano currit similis, convicia fudit
Cornipedemque via vetuit procurrere trita.
Verna Dei doluit, siluit, divertit, abivit.
Sed cum Thytoni surgens aurora cubili
Visum mundanum, solem precurreret ortum,
Ad curam culti rediit blasphemus agelli;
Ivit securus, sed in ęternum periturus.
Morte repentina divina concidit ira
Incussitque metum tam detestabile lętum.
Hoc obitu pereant, quicumque viantibus obstant.
O quanti meriti vir, quam carus deitati!
Non Deus offensum, pulsum dimisit inultum,
Non eius cordi, non eius defuit ori. E
Ipse nihil voluit, nisi quod voluit Deus ipse;
Sanę doctrinę studio discurrit ubique.
(**15.**) Dumque per undosi transiret littora ponti,
Sole coquente diem, calor accendit sitis ignem.
Aruerant comitum fauces, os, lingua, palatum.
Est aqua iuxta se, salsugo sed amovet a se.
Cernunt, nec tangunt, et plus siciunt, quia cernunt.
Quo minus ardentes possent tolerare vapores,
Conspectę fecistis, aquę, salis instar amarę;
Condescendit eis vir melliflupę pietatis,
Ne desperarent hortatus, ne titubarent.
Spe fidei mixta subiit tentoria fixa
Nec permisit ibi quemquam propius remorari.
Procubuit, modica scrobe facta, fusus in acta,
Palmas expandit, cęlum precibus penetravit:
" Summe Deus, pie, care Deus, mea spes, mea virtus,
" Dulcis fons vitę, nil dulcius et melius te;
" Solus habes esse, quo rerum profluit esse;
" Esse suum das cuique; datum, ceu vis, ita mutas.
" In colubrum typicam mutasti mystice virgam;
" Est factus sanguis Nilus memphyticus amnis;
" Profluxit dulcis, diri prius unda saporis,
" Dulcorata typo crucis, inmissó sibi ligno;
" Petra petram [13] signans et mystica dona ministrans
" Ardorem populo sitis extinxit recutito. F
" Es Deus idem nunc, et idem potes, o pie, quod tunc.
" Par similisque tuos recreet nos gratia servos,
" Fons manet dulcis gustu tactuque salubris.
" Ne consumantur qui me pro te comitantur,
" Quos commisisti mihi, quosque mihi tribuisti;
" Per me salventur, tua gloria magnificetur. "
Vix prece finita, fluxit dulcissima lympha,
Elicuit fontem scatebris nunc usque scatentem.
Accurrunt agiles sedantque sitim sicientes;
Est extincta sitis, Domino data victima laudis.
Clarior ex claro Wilbrord est, altior alto,
Ante suis carus, carissimus est ibi factus.
Ne tamen ulterius torreret eos gravis ęstus,

[10] *ita et* T. — [11] *ita* Rossb.; cultus GT. — [12] nativam T *corr. al. m.* — [13] Petrum *corr.* Rossb.

243. Lucan. 5, 172. — 245. Verg. Ecl. 3, 8. — 247. Iuven. 1, 60. — 252. Verg. Aen. 6, 763. — 259. Ps. 41, 2. Immiscet Thiofridus fabulam de cervis serpentes mandentibus (cf. Plin.. *Hist. nat.* VIII, 32, 50; XXVIII, 9, 42). — 269. Verg. Aen. 6, 296. — 270. Ibid. 1, 135. — 274-276. Iuven. 10, 182. — 279-282. Ios. 10, 12 sqq. — 289. Lucan. 1, 68. — 296. Act. 9, 15. — 297. I Cor. 9, 22. — 298. Ezech. 1, 13. — 300. I Cor. 5, 3. — 305-306. Boetius, *Euclidis geometrica*, I (*P.L.*, t. LXIII, col. 1332 D) — 311. Verg. Georg. 1, 446-47. — 328-329. Lucan. 4, 305-6. — 340. Exod. 7, 9. — 341. Exod. 7, 20. — 342-343. Exod. 15, 25. — 344-345. Exod. 17, 6. Cf. lib. I, v. 290. — 345. Cf. I Cor. 10, 4: *bibebant autem de spiritali; consequente eos, petra: petra autem erat Christus.* Quo loco Paulus hanc narrationem Exod. 17, 6 respicit. Unde liquet minime mutandum esse *petram* in *Petrum*.

Hauserunt

VITA AUCT. THIOFRIDO

A Hauserunt dulcem secumque tulere liquorem,
Non diffidentes, sed eum vexare timentes.
(**16.**) Succędunt miris miranda stupendaque signis.
Intentus studiis cęlestibus, artibus almis,
Numquam defecit, non nocte dieque quievit,
Sed triticum fidei populo dedit esurienti.
Dumque fugans mortem transiret per regionem,
Occurrere sibi mendicantes duodeni,
Pauperie mesti, nullo velamine tecti
Ni xerampelinis conserto tegmine spinis.
Quid faceret? non aes habuit, panes neque vestes.
Est vas vimineum, patet arta fauce rotundum,
Est ad iter partum, vix eminę capit haustum.
Hoc sibi delato, fessos satiavit yacho.
Non est exhaustus modicus liquor ille, sed auctus;
Effusus velut infusus fluit inde refusus.
Ebiberant et transierant ymnumque canebant,
Est vas inventum vino velut ante refertum.
Quę mens concipiat, quę lingua diserta[14] retexat
Quanta Dei pietas sit, quanta benigna voluntas,
Sola creaturę tocius causa creandę?
Esse voluntatem constat rerum genetricem.
Optimus est Deus, optima cuncta volens et adimplens,
B Omnia quę voluit, canit ut psaltes, ita fecit;
Ylen, ydeas, cęlum, terram, maris undas
Condidit ex nihilo, distinxit[14] et ordine certo.
Sic rursus plenum vas reddidit evacuatum.
(**17.**) Est simili signo virtus patris agnita mundo.
Dispositis extra quę congrua sunt sibi visa,
Interiora sui statuit disponere claustri.
Venit et est epicis suscęptus ut angelus ymnis.
Membra salutavit caput, omnes letificavit
De se pendentes, suscępit suscipientes;
Oscula libavit, doctrinę melle cibavit.
Circuit ędiculas fraternis usibus aptas,
Si quid collapsum, si quid foret ędificandum.
Intravit promum, nihil hac vice promere promptum;
Nil invenit ibi, defecit copia vini;
Est tamen exiguus liquor uno vase repertus.
Inmisit baculum pro sustentamine gestum
Auxilio fisus, cuius virtute lechytus,
Per quem spes vidụę manet hydria plena farinę,
Ad cuius nutum manans oleum prius haustum
Infusum typicis fluit ad spiracula vasis.
Persolvit meritis Helysei debita matris.
Tota mente preces divinas fudit in aures;
Nec frustra peciit, nam Bachi pocio crevit.
C Aenophori[14] vacuas implevit adaucta cavernas,
Humectavit humum, damnum non intulit ullum.
Res latuit, penoris custos venit, reseravit;
Vidit et obstupuit, clausit tacitusque recessit.
Solum solus adit[14], Domini magnalia pandit.
Presul avet, grates agit, offert crusmata, laudes.
Se non extollit, memori sed mente revolvit
Quod transformatus Thabor super ardua Christus;
Mysterium tanti visus vetuit memorari
Ante sui summum victa de morte triumphum.
Exemplo celebri iubet hoc de se reticeri,
Ne quisquam resciat, dum carnis debita solvat,
Ne robur mentis favor enervet popularis.
Non propriis meritis asscripsit dona salutis,
Sed Domino soli, virtutum progenitori.
Infra se posuit se, crevit et inde super se;
Clarius emicuit, concęptus lumine luxit.
(**18.**) Venit iter tendens in amicas hospitis ędes.
Hospes eum studio complectens officioso
Apposuit mensam variis dapibus cumulatam;
Erubuit, quod ei defecit vena Falerni.
Sed vitis verę palmes stillans pietate
Succurrit tristi mira virtute rubori;
Pocula de vasis bis binis miscuit artis,
Vimine contextis, eminis quatuor aptis;
Suntque quater deni convivantes saciati.
Sicut aquę iugis fons puris profluit undis,
Nec patitur refluis in se dispendia venis,
Sic liquor ex modicis profluxit[14] viteus obbis.
Gracia donavit hoc, quod natura negavit.
Frumenti granum post mortem vivificandum
Distribuit quinque panes in milia quinque
Ac geminos pisces, duo testamenta notantes;
Ex pentatheuci mensa dans fercula menti
Esuriem pepulit dape, corda famelica fulsit[15];
Farsit apostolicas bis sex de fragmine sportas.
Quę Domini mentem mens indaget ratione?
Quicquid vult, hoc fit; quod non vult, non penitus fit.
Nobilitare suum meritis decrevit alumnum:
E Auxit ut ipse cibum, dedit huic augere lyeum.
Convivę saturi, novitate rei renovati,
In divinarum prorumpunt cantica laudum.
(**19.**) Dapsilis antistes, tanto sub honore recędens,
In fines Fresię statuit maturius ire,
Quo saciet gentem divini panis egentem.
Cumque fatigatus, Phebeia lampade tostus,
Divitis in pratum pravi diverteret amplum,
Vir moti capitis procurrit, victima Ditis;
Evomuit fędum litis pus atque venenum,
Cornipedes lęto cęsos exegit ab ervo.
Sed celeres equites, non iurgia tanta ferentes,
Cum vellent hostem vita privare procacem,
Iussit ne facerent, ne sanguine se macularent.
Dulcibus hunc verbis pro factis mulcet acerbis:
" Parce tibi, fili; ne sęvi, parce furori.
„ Ad te collige te, mentem rege, sta, resipisce;
„ Pensa, si caperes iter, an id agi tibi velles.
„ Quę tam crudelem retinet gens barbara morem,
„ Arceat ut viridi lassos de gramine campi,
„ Quod dum grex rodit, tantum ros nocte reponit,
„ Observet[16] fontes, declivos abneget amnes?
„ Non tibi molimur damnum; pro pace venimus,
„ Tendimus in Fresiam, sponsam Domino copulandam.
F „ Legatos sponsi cura si iuveris omni,
„ Premia percipies per nos, velut ipse labores.
„ Desere rancorem, procul a te pelle tumorem.
„ Nobiscum prande, bibe, nobiscumque recęde. „
Profectu nullo narratur fabula surdo.
Congruit huic *onos*[17] *lyras*. Induruit ira.
Mel pater infudit; virus, fel ille refudit:
" Non pro pace venis. Aretalogus esse videris;
„ Sed vim dictorum contemno, refuto tuorum.
„ Non mea prata sinam depasci, non tibi cędam.
„ Nolo moreris, abi, mea lędere pascua noli;
„ Munus nolo tuum, non prandeo[14], non bibo tecum. „
" Non bibe, sic sit „, ait doctor divinus, et ivit.
Liquit avaricię loca, radicis viciosę.
Non aberat longe, sitis ignea crevit in hoste,
Ac si per venas repsisset torrida dypsas.

[14] *ita et* T. — [15] *corr.* Rossb.; fulcit GT. — [16] *an* obseret ut? Rossb. — [17] onoc GT; *cf. p. 486*[18*].

368 Iuven. 6, 519. Verg. Aen. 3, 594. — 382. Ps. 134, 6. — 399-403. III Reg. 17, 12-16; IV Reg. 4, 2-6. — 412-415. Matth. 17, 9. — 427. Ioh. 15, 1 et 5. — 432. Hor. II Sat. 6, 2. — 436. Ioh. 12, 24; I Cor. 15, 36-37. — 437-441. Matth. 14, 15-21. — 451. Verg. Aen. 4, 6. — 453. Hieronymus, *Contra Vigilantium*, c. 4 : *hominem moti capitis*. Cf. Seneca, Epist. 114, 8 : *motum illi felicitate nimia caput*. Age vero, Thiofridus, qui alibi locum illum Hieronymi exscripsit (supra, p. 459F), eundem hic respexisse videtur; neque Rossbergium sequi velim, qui docet " movere caput minitantis esse (Hor. I Sat. 5, 58). „ — 454. Hor. I Sat. 7, 1. — 463. Verg. Aen. 1, 539-40. — 465. Id. Georg. 2, 201-2. — 473. Hor. II Epist. 1, 199-200. — 474. Martianus Capella, § 807. — 476. Iuven. 15, 16. — 484. Lucan. 9, 718.

Ulcio desęvit, redit ęger, pocula poscit.
Vix expectavit spaciumque morę brevis odit.
Admovit pateram labris plenam, spaciosam;
Sed non influxit vini liquor, immo refluxit.
Os totum mersit, nil profuit, ardor adussit;
Ignis edax tacita succendit viscera flamma;
Exhausit sucum circum vitalia fusum.
Canduit in sicco turgescens lingua palato;
Non sudor solitus lassatos manat in artus,
Arent exustę siccata per ossa medullę.
Missus in oceanum sitis haut[18] extingueret ęstum.
Non se divinum credit punire flagellum,
Sed vocat archygenen, medicine postulat artem;
Maxima dona dedit, multo maiora spopondit,
Summis expensis emit fomenta doloris.
Cassus defecit labor et dolor auctus inhęsit.
Tandem defessus, nullo medicamine fretus,
Quem contempsisset meminit, quem vi pepulisset.
Pęnituit; fleret, si fletus vena vigeret.
Absentem quęrit, quem torvus abire coegit;
Si forsan redeat, per gyrum compita servat.
Supplicium tantum revolutum durat in annum.
Cum demum rediit, quo vindice passio cępit,
B Est reus adductus, macie confectus, adustus.
Irę vim queritur, se deliquisse fatetur;
Deposcit veniam, tanta pro peste medelam.
Nec mens Clementis clausit fontem pietatis;
Nomine significans rem gessit significatam;
Clementi pęnam probitate repressit et iram,
Ex proprio cyatho temetum miscuit ęgro.
" Non bibe „dampnavit," Bibe „dampnatum reparavit.
Moribus ante lupum mansuetum vertit in agnum;
Incolumem fidis hylaremque remisit amicis.
Est huic et multis generatus causa salutis;
Mors et vita, salus et languor, gracia, virtus
Ex nutu Domini parent eius dicioni.
(**20.**) Treveris est ingens urbs, gallica regna cohercens,
Victrix milicia, dominatrix, altera Roma;
Plebis scita, patres habet ac fora iuraque, leges;
Est caput Europę, caput est quę cosmographyę;
Urbibus antiquis antiquior est monimentis[18].
Nam velut ex tumba promunt epygrammata sumpta,
Semiramis, Nino regnante superba marito,
Non ab eo dictis contenta suis Ninivitis,
Exstruxit cocti lateris murum Babilonis;
Eoas gentes bello sibi subdidit omnes;
Fraude novercali privatum culmine regni
C Privignum patria detrusit et urbe paterna.
Hic per tot gentes, per tot migrans regiones,
Piscosum tandem Mosellę venit in amnem
Optavitque solum condendis męnibus aptum;
Urbem preclaram statuit, sua męnia vidit.
Trebita nomen ei, dat nomen Treberis urbi.
Armis finitimos domuit longeque remotos;
Exulis[18] in solio[18] regnavit filius Hero.
Hic mundi dominę domus est exstructa Marię,
Incolitur castis cosmetis virginitatis.
Sęvit ibi validi tempestas horrida morbi;
Virginei flores inmutavere colores,
Palluit arescens rosa, fuscant lilia sentes,
Languent ancillę Domini forma speciosę.
Ut rex interitus, calcans egros super artus,
Quasdam finivit, reliquas sub morte reliquit,
Non tantę plagę succurrit opus medicinę.
Luctus ubique sonat, singultus pectora pulsat. D
Tota madens lacrimis ibi mater spiritualis
Nunc desperatas, nunc aspicit exanimatas;
Quas plangat, nescit, geminus dolor et labor angit;
Optat et ipsa mori comitemque sororibus addi.
Femineis tristes ululant plangoribus ędes.
Quid facerent? Demum post funera multa suarum,
Post clades varias sedet omnibus una voluntas
Absque mora fidos Wilbrordo mittere missos,
Rebus ut inmersis properaret adesse levandis.
Festinus venit, cernens lugubria flevit;
Nectare doctrinę vetuit lamenta sonare;
Optulit hinc agnum pro peccatis holocaustum,
Agnum, qui sacra stayros oblatus in ara
Mortem dampnavit, scelus Adę sanguine lavit.
Cordis in altari non destitit ipse cremari,
Dum thymiama precum vexit conpunctio sursum
Ad Domini solium, cęli terręque senatum.
Potandam lympham dedit ore suo benedictam,
Lustravit vacui cellas aspergine claustri.
Sic exterminium, sic vindicis abstulit ictum
Extentamque manum, gladiumque repressit adactum[18].
Hierusalem pulchrę sunt filiolę restitutę.
Reddita vita, salus est; fugit mors, cruciatus. E
Amplę personę vetat hoc urbs ampla latere;
Tantum iuxta se gaudent sydus rutilare.
(**21.**) Accidit, hic actis, cuidam temptacio grandis.
Territus est monstris; ut mesta domus Raguhelis,
Sponsi dum Sarę tot ab Asmedeo periere,
Est subiecta pari lugentis pergula cladi.
Indidit horrores phantasma nocens, epyaltes,
Aut aliud nequius, pressurę pondere maius.
Non potuit cerni, non audiri neque tangi;
Venit et exivit, rediit; sed nemo rescivit
Quo discessisset vel adesset ac unde redisset.
Diripuit predam, mantilia, gausape, mensam,
Vasa, dapes, vestes, penus omne redegit in ignes.
Abstulit infantem matris gremio recubantem;
Flammis ussisset, nisi se pater opposuisset
Proiectumque suis celer excępisset in ulnis.
Nulli securos licuit presumere somnos;
Angulus omnis habet quod corda trementia terret.
Et quę vis invisibilem depelleret hostem?
Inclusus non excludi potuit neque trudi.
Profuit hic modica vix exorcysmus in hora.
Phasma parum cęssit, non longius inde recęssit;
Irruit infensum, quasi se crudelius ultum,
Plus insanivit, nihil illic pene reliquit. F
In luctu iacuit domus, hinc vicinia fugit.
Sed tandem miseri venit tempus miserendi.
In cladis tantę rediit terroribus in se,
Virtutum meminit quas[19] Wilbrord nobilitavit,
Intra se rixam pro se concępit et iram,
Eger vicinam quod distulerit medicinam,
Pęna sit dira tortus virtute propinqua.
Evolat accelerans, pedibus timor alligat alas;
Venit, prostravit se, fletibus ora rigavit,
Syrma tragedię pandit, quam pertulit in se;
Poscit tutelam domui plagęque medelam;
Nec sua dona negat pietatis fons, sed inundat;
Haustum tradit aquę sibi per se sanctificatę,
Ore prophetali retegit secreta futuri:
" Non contristeris, non expers mente graveris.
„ Est domus hęc Diti data, tota cremabitur igni.

[18] *ita et* T. — [19] *corr.* ROSSB.; quos GT.

490-493. Ibid. 742-45. — 495. Ibid. 751. — 497. IUVEN. 6, 236. — 521-539 Fabulosae narrationis summam accepit ex titulo de quo supra, p. 471, annot. 2, atque ex IUSTINO, I, 2 (cf. v. 528, 529 cum IUSTINO, I, 2, § 8 et 7). — 542. HOR. Epod. 13, 1; SILIUS ITAL. 4, 440. — 543. BEDA, *Hist. eccl.* 4, 18: *virgineos flores*. — 546. Iob 18, 14. — 549. VERG. Aen. 2, 368; 9, 415. — 553. Ibid. 6, 528. — 554. Ibid. 2, 487-88. — 558. OVID. Met. 1, 380. — 562. σταυρός etiam in genetivo servari voluit Thiofridus. — 570. Isai. 5, 25; 9, 12; al. — 576-577. Tob. 3, 8. — 579. Cf. supra, p. 472, annot. 2. — 598. Ps. 101, 14. — 604. VERG. Aen. 8, 224. — 605. OVID. Met. 11, 419; cf. VERG. Aen. 6, 699; 9, 251.

„ Iudicium

A „ Iudicium [20] Domini fixum nequit esse refixum,
„ Sed quęcumque potes prius extrahe, longius abde,
„ Abdita salvificę resperge liquoribus undę.
„ Sta [20] cruce signatus, tua respice dampna reatus.
„ Ardentes prunas ubi videris esse solutas,
„ Inmundos cineres et inustas egere sordes,
„ Lustrali lympha foris, intus diruta lustra,
„ Construe securus lętos soles habiturus.
„ Trusus ut Asmedeus, vinctus tuus est inimicus.
„ Non iteres ultra, tua ne sint deteriora. „
Hac spe discessit firmatus; iussa facessit,
Extulit, aspersit. Stetit, ignem surgere vidit.
Sub lecti gradibus sonuit terrę quasi motus,
Ignis prorupit, tecti fastigia rupit,
Involvit sontes flammis ultricibus ędes;
Non mansit paries, non tegula, ianua, sepes.
Area mundatur, domus aptior ędificatur.
Sunt habitatoris pociora novissima primis,
Vixit ibi sospes, locuples, discriminis expers.
(**22.**) Non situs in latebris est mons in vertice montis.
Insignem signis vaga fama canebat opimis,
Signa loquebantur, quę nunc ex tunc celebrantur.
Summę iusticię dux Karolus hunc amat ut se;
B Dulcia sunt illi preconia dulcis amici,
Fidit [20] honestari per eum nimiumque beari.
Committit natum sibi vitę fonte sacrandum;
Antistes iubilat, sacratum crismate firmat,
Nomine Pipinum vocat, ornans nomen avitum,
Ac sibi symmistis, sublatus lumine mentis,
Tanquam preteritum contexuit omne futurum,
Omne quod huic proli Dominus providit honori:
“ Filius iste ducis, quem lavi fonte salutis,
„ Maior erit magnis maioribus, alcior altis.
„ Non inter proceres, aluit quos Francia dives,
„ Clarior est ortus; hunc provehet ardua virtus.
„ Fascibus et donis cumulabitur atque triumphis. „
Visio symmistę non verior est Ysaię;
Stemate quippe ducum genitus dux, assecla regum,
Edicto papę rex est unctus Zacharię;
Progenie tanta dignum primus dyadema,
Regalem primus trabeam gestavit adeptus;
Nec regni meta contentus, prodiit ultra,
Fines extendit, contermina regna subegit,
Hinc Longobardos compescuit, hinc Aquitanos,
Duxit magnificos victor virtute triumphos;
In mundo nullus rex huic fuit ęquiperandus.
Ex hoc est Magnus, sol terrę, Karolus ortus,
C Sol cuius radiis lustratur gallicus orbis;
Est notus fama, qua cęlum sustinet Athlas,
Caspia qua longum deducunt claustra recessum.
Nec magis Augusto se iactat Roma monarcho,
Principe quam tanto plaudit Germania Magno.
Imperium Gallis Romanę subdidit arcis,
Christi pontifices sublimavit quasi reges;
Dicius his nihil est, nihil excellentius his est.
In nullam gentem, nullam prorupit in urbem,
Quam non contereret, non ampla trophea referret.
Regnum fundavit genitor, genitus decoravit.
Hac viridi planta succrevit regia silva,
Induperatores et avito germine reges;
Prodiit Heinricus tanto de semine quartus,
Cęsar et augustus, quo fulget sydere mundus,
Hoc cuius nono quadrageno lusimus anno.
Nam ceu [20] directo tractu fit linea puncto,
Per naturalem sic ductum stema tenorem
Protulit insignem patris ipsius genitricem,
Gysela cui nomen, Cuonrad avus, Allobrogum rex.
Exitus hic rerum vatem probat edere verum.
(**23.**) Novit divinum mens eius prescia sensum,
Prescivit fragilis se solvi [20] carcere carnis;
Emeritus miles cupiit finire labores;
Noys obtutum fixit quo novit iturum.
Sed pastorali se sensit fasce gravari.
Sumpto consilio, quod conciolę dedit ordo,
Pontificem pro se Winfridum censuit esse.
Is meritis magnus, generosa styrpe Britannus,
Delicias patrię fugit quasi tędia vitę;
Se sibi subiecit, ceu patri filius hęsit;
Per tres ac denos cor cordi paruit annos.
Hunc ita devinctum sibi compellavit amicum:
“ Dulcis fili mi, mea dicta senis patris audi:
„ Cernis, ut ipse gravi gravor ex ętate senili,
„ Deficiunt agiles effęto corpore vires,
„ Sanguis hebet gelidus, cassatur acumine sensus;
„ Non gregis hunc cętum, ceu pavi, pascere possum;
„ Excurso stadio, metę confinia tango.
„ Tu vero lęta vernas florente iuventa
„ Es totus viridis, protensis sanguine venis; E
„ Es speculum senibus, iuvenum turmis imitandus.
„ Non igitur negites, non excusando refutes;
„ Fac mihi quod rogo te, regimen hoc suscipe pro me,
„ Hoc me fasce leva, succęde, Dei [20] rege sponsam. „
Hęc pater infudit, sed filius ista refudit:
“ Non sum par oneri, quo me suades onerari,
„ Nec canonum gravitas iubet hoc, mea nec sinit etas;
„ Non est expletus mihi quinquagesimus annus,
„ Lex quo divinis committit vasa levitis.
„ Non sublimari veni, non glorificari;
„ Misit apostolicus me Gregorius vigilum dux,
„ Dux, inquam, vigilum super excubias animarum,
„ Sumeret ut per me verbi Germania sumen;
„ Sed quia te vidi speciem Domini speculari,
„ Me tibi supposui, feci quicquid voluisti.
„ Desine cogere me, fungi non audeo pro te,
„ Sim nisi permissus, cuius sum famine missus. „
His est elogiis discessio facta modestis.
Sed ceu disposuit presul, successio cęssit,
Non se deposito, sed carnis carcere ducto.
(**24.**) Hic tantis opibus psyches [21] ditatus et auctus,
Pulcher ut est intra, sic pulcher claruit extra
Somatis egregia forma facieque venusta.
Canicie nivea formoso vertice sparsa, F
Per speculum carnis se pandit gratia mentis.
Delicię Davidis fovet hunc Abysag Sunamitis,
Est amplexa senem sapientia summa virentem [20].
Non minuit senium divino [22] munere sensum;
Vox eius dulcis, favus est facundia mellis.
Vivere non piguit, quia non carni caro vixit;
Sed faciem Domini siciens facie speculari,
Fudit inundantes lacrimarum funditus amnes,
Permixtos precibus volvit sub pectore questus:
“ Quid moror hic, quid ago, Deus [20], et te quando videbo?
„ Scis quia diligo te, desidero, me trahe post te;
„ Fac ungentorum curram sub odore tuorum.
„ Pulso senex, aperi mihi, da mihi te saciari. „
Sed quid differimus quod protelare nequimus?
De carnis lęto data lex est in paradyso,
Lex intransibilis certo sub limite finis.

[20] *ita et* T. — [21] spyches GT. — [22] divino Rossb.

613. Cf. Verg. Aen. 6, 622. — 618. Verg. Georg. 1, 81. — 622. Ioh. 5, 14. — 623. Verg. Aen. 4, 295. — 627. Ibid. 2, 587. — 630. Iob 42, 12. — 632. Matth. 5, 14. — 647. Lucan. 4, 576. — 661. Verg. Aen. 4, 247; 8, 137. — 662. Lucan. 8, 291. — 669. Cf. Verg. Aen. 4, 93. — 675. Hic annus a die 5 octobris 1104 ad diem 4 octobris 1105 decurrebat. — 679. *Allobrogum* scripsit Thiofridus pro *Burgundiae*, metri causa. — 684. Cf. supra ad lib. I, v. 343. — 691. Cf. supra, p. 473, annot. 7. — 695-696. Verg. Aen. 5, 395-96. — 715. Pers. Sat. 5, 36. — 726. III Reg. 1, 3. — 731. I Cor. 13, 12. — 735-736. Cant. 1, 3. — 737. Apoc. 3, 20. — 739. Gen. 3, 19.

Mortem

VITA AUCT. THIOFRIDO

Mortem quę caros, quę dissociat sociatos,
Mortem transmissam fore sensit carnis ad ęscam,
Auribus internis audivit carmen amoris:
" Imber, hyemps abiit maturaque messio venit;
" Surge, veni, propera; sponsi thalamum cupis, intra. "
Surgit, ut egrediatur, et exit, ut ingrediatur.
Anno progeniti carnis sub imagine Verbi
Septingenteno trigeno dispare nono,
Annis expletis cathedrę senis quadragenis,
Enneadis numero novies ętate retexto,
Transiit ex Sodomis olidaque voragine mortis;
Scandit aromatici [23] cęlum quasi virgula fumi,
Aeternum teretem psychen [24] collegit in orbem.
Speras [25] cęlestes miratus et ętheris ignes,
Ornatum, concentum, crusmata symphoniarum,
Crevit nostra dies quanta sub nocte iaceret,
Cantavitque novum Sion cum civibus ymnum.
Nec latuit iubilum nulli narrabile mundum.
Nam pernox eius, vir ad unguem factus, alumnus,
Pernox in psalmis, patrio de funere tristis,
Vidit [23] corporeis oculis et lumine mentis
Tantam cęligenas animam deducere turmas;
Audiit ymnidicas summę dulcedinis odas.
B Nec mora, deliquium tam clari solis obortum [26],
Luctus ingentes ciet exemploque carentes.
Eius in exequias ruit omnis sexus et ętas,
In commune patrem patrię deflent [23] abeuntem.
Cumque [27] sacris saxum quęsissent artubus aptum [23],
Marmor ceu parium mulier quędam dedit album;
Sed mensuratum medio minus est pede visum.
Defectu [23] merent; quid agant intencius hęrent,
Cum cito per meritum quod defuit est duplicatum.
Quod natura negat, virtus uranica prestat,
Tristes hinc ylares busti lapidem polientes
Partem precisam servant ęgris medicinam;
Pellunt quippe graves segmenta minuta dolores.
Corpus defletum deponunt in poliandrum.
Est inpensus honor, demonstratus gregis ardor.
Astans angelicus complet sua munia cętus;
Suavior ungentis odor est fusus preciosis,
Est locus hic visus redolens tanquam paradysus.
Non ultra plenis potui pertendere velis
Vix tetigi portum, quia traxi corpore morbum;
Sensi sentinam, tristem timui Lybithynam.

Explicit liber II.

C

Incipit liber tertius.

Incolumis repeto navim litusque relinquo.
Spiritus aspiret nec flamine carbasa privet.
Naribus attractus non est odor attenuatus,
Sed potius crevit, loca sacra vapore replevit;
Est instar nebulę fusus, quasi fumus acerrę [1],
Obtexit madidum lacrimarum flumine lectum,
Quo senior caluit [2], quo membra senilia fovit,
Unde polum petiit, dum carnis lemmata liquit.
Est ibi divinum lumen splendescere visum,
Lumen, quod rutilum non nox interpolat ortum.
O [3] quam felix est, cui mansio cum superis est! D
Arcet nocturnas a claris artubus umbras.
Non caro fętorem, sed amomi spirat odorem;
Vermes non gignit putidos, sed aromata vincit.
Dum moritur, vivit, quia vitę curia vixit,
Qua Deus accubuit, cęnavit cum patre, mansit;
Accubitum dulcem per suavem prodit odorem.
Est mausoleum patris oppido nobilitatum;
Excędunt numerum miracula grandia certum,
Indita sed cartę non sunt, scriptore vacante.
Nempe vacat Scottus [3*], rem tantam primus adorsus,
Ingenii nebula tegit, oblinit inclita gesta.
Hoc Alcwin sapiens Karli sapit yperaspistes,
Insulsum lepido satagit seponere dicto;
Sed cum Meonius modicum dormitet Homerus,
Intentus variis dormit decurio curis,
Praeterit ex miris miranda, stupenda stupendis.
Diducit mentem per plurima deficientem,
Rethoricos flores et Aristotelis legit artes,
Alta quibus magni mens arsit dedita Karli,
Esset quod tanto dignum proferret alumno,
Demonstrativum genus enthymemaque curvum.
Scribendi cachetes, scriptis digna tacentes,
Ambo licet cessent, tamen orbis signa recenset, E
Patres quę memores mittunt ad posteriores.
Pro foribus templi pendebant vincula ferri;
Per tanti meritum manibus resoluta reorum,
Pendebant tricę [4] quę dissiluere, catenę,
Esseda, lecticę, pilenta, petorrita, redę,
Ex cęra mappę membrorum pollice tractę.
Non iuga multa boum possent deferre refixum,
Quod fuit affixum, tot signorum monimentum.
Visitat inde locum Germania, Gallia nostrum
Ebdomada celebri descensu Pneumatis alti,
Cum per quadrifidi transcursum confluat anni.
(**25.**) Sed nos digressi repetamus cępta regressi.
In lychnis oleum pendens patris ante sepulchrum
Noctem devicit, nox id fuscare nequivit;
Solis in occubitu, solari fulsit in ortu.
Inter missarum solempnia crevit in altum,
Ebullivit, humum madefecit margine fusum.
Excęptum phyalis est ampullis yalynis.
Est pro divina dispensatum medicina.
Nec frustrata fides est, morbos expulit omnes.
Non Sareptheni sic iuvit [1] stilla lechyti:
Hęc typicam viduam typicumque refovit Helyam,
Summum mysterium, cybus, unctio, vita duorum;
Sed nil presidii, nil roboris attulit ulli. F
Hoc reparata salus est unguine, morbus abactus.
Manat ibi iugis fons, dives vena salutis,
Fons inquam vivus Wilbrordi vivida virtus.
(**26.**) Est quędam membris huc fęmina vecta solutis.
Annis septenis in ea viror aruit omnis,
Est vigor absumptus, corpus iacuit quasi funus,
Non ullum membrum vixit nisi pectus anhelum,
Spiritus hic tenuis movit loca diruta cordis.
Est prostrata solo cum singultu lacrimoso;
Sensu quo valuit [1] devota precamina fudit

[23] *ita et* T. — [24] phychen GT. — [25] spheras T *corr. al. m.* — [26] abortum G " *an recte?* " Rossb. — [27] cum //// T *corr.*

[1] *ita et* T. — [2] *an* cubuit? Rossb. — [3] *an v. 11 post v. 12 ponendus?* Rossb. — [3*] Scotius Rossb. — [4] tritae *corr.* Rossb.; *sed cf. p. 475, annot. 2.*

741. Hieronymus, Epist. 60, 2. — 744-745. Cant. 2, 10-12. — 748. Dispar enim est numerus 9. Cf. supra ad lib. I, v. 489. — 752. Cant. 3, 6 — 753. Lucan. 9, 9. — 754. Ibid. 9, 12. — 756. Ibid. 9, 13-14. — 759. Hor. I Sat. 5, 32. — 765. Lucan. 9, 169.

24. Hor. II Epist. 3, 273. — 25. Ibid. 359; Id. IV Carm. 9, 5-6. — 32. Cic. De Inv. 1, 5, 7: *Demonstrativum* (genus apud rhetores) *est quod tribuitur in alicuius certae personae laudem aut vituperationem.* Iuven. 6, 449-50: *curvum ... torqueat enthymema.* — 33. καχέκτης idem Thiofrido visum est atque κακοήθης (cf. Iuven. 7, 51-52: *tenet insanabile multos scribendi cacoethes*), et quod apud Iuvenalem substantivum erat, adiectivum fecit. — 39. Hor. II Epist. 1, 192. — 40. Cf. Vita prosa, c 24: *cera in diversas membrorum transformata species.* Qua ratione *mappam* intellegi voluerit Thiofridus, non liquet. Forsan ipse in scholis audierat *mapam dici etiam picturam*, ut docet Papias in glossario (cf. Ducange, Mappa, 2); neque his contentus, mappa non solum picturam, sed quamlibet rerum speciem designari statuit. — 55. III Reg. 17, 10 sqq. — 60. Cf. ad lib. II, v. 73. — 65. Verg. Aen. 6, 48.

Corde

A Corde magis tacito quam linguę deside plectro.
Exauditam se sensit, redeunte vigore,
Sunt eius plantę dicto cicius solidatę,
Vitalis rediit calor et vitalia fovit,
Firma iunctura sunt predita membra soluta,
Incolumis surgit, nec sustentacula quęrit.
Quę fuerit, quę sit miratur; lęta recędit [5],
Sana terit terram non tanto tempore tactam;
Exilit his gerulis, quibus est advecta, relictis.
Est itidem clarum signum clare celebratum,
Par apud Ypponem signo quod claruit urbem,
Quale refert Augustinus, symmysta peritus:
Civis Cesareę, mater celeberrima prole,
Progenuit denos aluitque sub ubere natos,
Septenos flores iuvenum ternasque sorores.
Sed sibi dum fidum sepelisset mesta maritum,
Est ab eis offensa; furoris vi stimulata,
Mentem maternam mutans, imitata novercam,
Virosa lingua congessit in hos maledicta;
Et quasi viperei daret his adipata veneni,
Artubus in totis tremuere stupore tremoris;
Nulla quies motus, dilacio, non modus ullus.
Extorres patria pertransierant peregrina,
B Horrida divinę spectacula gentibus irę.
Ex his Ypponi [5] soror et frater reparati
Natis ęcclesię mentis iubilum peperere.
His quidam similis tremula compagine carnis,
Pluribus exactis tot fractus motibus annis,
Epternach vectus, secus est altare locatus.
Urbis tocius venit plebs atque senatus,
Vidit, tam diram timuit sibi vindicis iram.
Ancipiti cervice rotat caput, eger anhelat,
Organa membrorum ratione vacant numerorum,
Totus concutitur, quasi mortuus esse videtur,
Mortis decęptus spe, sandapilam [5*] sibi nactus.
Sed dum [1] sic tremuit, dum flevit et in prece mansit,
Horę momento surrexit somate [6] sano.
Convaluit, tremuli sunt artus consolidati.
Elicuit lacrimas pro se solventibus odas.
Ymnum concinuit [5], sua sospes tecta revisit.
(**27.**) Sed sub navifragas Cilicum divertimus oras,
Tendimus ex lętis in tristia tramite mentis.
Non erat in mundo monachilis honestior ordo.
Regula non potior, nusquam discretio maior;
Ex patre ceu didicit, concors ita concio vixit.
Sed quia mixta bonis mala sunt obscuraque claris,
Fur in apostolico quasi Iudas ordine summo,
C Sic lupus inter oves latuit latro spirituales,
Vas ignominię, sed functus honore levitę.
Non vetuit furem Zacharię grande volumen,
Tensum per latum spacio denum cubitorum
Ac vicenorum per longum, mystice scriptum,
Una sub decade presignans prospera quęque,
In binis meritas duplici pro crimine pęnas.
Socors non legit, non novit, noscere sprevit,
Non meminit quod ibi maledictio scripta sit omnis.
Omni periurio, Caco tria nomina nacto,
Nec deradatur, sed ubi sit fur, gradiatur [7],
Ligna domus, lapides consumat, limina, postes.
Non scelus hoc veritus, studuit committere maius.
Nam convasatis ornamentis preciosis,
Nil velut egisset nec suspendi meruisset,
Pressus mole gravi, se depressit graviori
Subripuitque crucem gemmis, auro renitentem [8],
Tanti gestamen patris, ornatum specialem.
Nec datus est furi locus hęc sacra comminuendi;
Copia sacrilego non est concessa nefando;
Abdidit in latebris cleptim soli sibi notis.
Sed simul ac tanti patuit subreptio dampni,
Grex doluit Domini se susspicione [5] notari;
Involvit tacito quęstus sub pectore motos,
Horruit horrendum scelus auctoremque scelestum,
Astutam vulpem, latitantem, dissimulantem;
Flevit sacrilegum, non vix reparabile dampnum.
Vidit, non novit, non exhortamine movit.
Exhortari se, disquirere quod latuit se,
Tristis cum tristi sedit patre spirituali;
Quid sit opus facto, tractatu consulit arto.
Promittit veniam metuenti prodere noxam,
Obsecrat, hortatur, reus ut crimen fateatur,
Detegat occultum thesaurum sanctificatum.
Tandem cęlantem nec fassum censuit hostem:
E Est interdictus locus huic, communio, victus,
Est et ab officio suspensus [9] et ordine sacro,
Esset [10] maranatha super illum, mors, anathema.
Non tamen est tristis visus derisor Anubis,
Derisit monitus, scelerum sub gurgite mersus.
Esuriit, vetitam moriturus venit ad ęscam,
Fudit cum sanna transgressor inania dicta:
" Num mihi, ne vescar neque potem, praecipit abbas?
„ Deputo pro nihilo; comedam, potu saciabor. „
Gustavit, cecidit, periit; tamen ante retexit
Omne quod occuluit; Flegetontis stagna subivit.
Hac, cęnobitę, nece formidate perire.
Quid nomen vestrum, graio de nomine flexum,
Quid sit, quid moneat, prudentia vestra revolvat.
In commune piam, concordem ducite vitam,
Zelotypę pharię cum Ioseph linquite vestem,
Nec quę sufflastis, quę fugistis repetatis.
Illud apostolicum taciti perpendite dictum:
" Sum mundo, mundus mihi mortuus et crucifixus. „
Non videt exanimem neque scit caro mortua carnem;
Sic nec vos mundus, nec vos cognoscite mundum.
Noveritis monachum divina [11] monade dictum [12].
In vobis [5] monas sit, non sit linea dyas,
Non, nisi quę prodit hinc, quam dilectio tendit;
F Ex " uno „ dictis non sit divisio mentis.
Nil vos curetis de mundo, nil ametis;
Nil mundus curet de vobis [5], nil amet, optet.
Perfecti monachi refert despectio mundi,
Defleat ut se, defleat humanum genus omne.
Omnia sancta decent vos, furtum non sit apud vos;
Non Achar lateat, nihil ex anathemate tangat,
Ne Ierechuntinę fuscetur gloria palmę;
Saxis contusus sit in Achor valle sepultus.
Nulla sit inter vos fraus, non sit avaricię sors,
Ne lepra Gyezi maculetur concio vestri.
Officiosa sui nil sedulitas Helysei,

[5] *ita et* T. — [5*] scandapilam GT. — [6] semate GT; *cf. l. I, v. 27; l. II, v. 723, cet.* — [7] ///gradiatur GT. — [8] *an* auroque nitentem? Rossb. — [9] suspensu G; susspensus T. — [10] Est et *corr.* Rossb., *dubitans tamen.* — [11] vel dya *add.* G *et* T *m. pr. sup. lin.* — [12] vocatum *add.* G *et* T *m. pr. sup. lin.*

79-94. *De civ. Dei*, 22, 8, § 22 (*P.L.*, t. XLI, col. 769-71). — 82. Verg. Aen. 5, 285. — 88. Iuven. 6, 631. — 100. Lucan. 5, 172. — 103. Ibid. 8, 61. — 111-112. Intellege: " quam in Epternacensi coenobio. „ — 116. Matth. 7, 15. — 118-127. Zach. 5, 1-4. — 125. Cf. Iuven. 5, 125-27: *Duceris planta velut ictus ab Hercule Cacus, et ponere foris, siquid temptaveris umquam hiscere, tamquam habeas tria nomina* (id est " tamquam sis homo liber et ingenuus „). Quae ultima verba et perperam intellexit Thiofridus, et de Caco dicta esse credidit; unde factum est ut " tria nomina „ ad fures aliqua ratione pertinere sibi persuaderet. Cf. lib. IV, v. 352; Vita prosa, c. 36 (supra, p. 483, annot. 1). — 132. Verg. Aen. 1, 728. — 133. Ibid. 7, 246. — 139. Lucan. 1, 247. — 142. Ovid. Met. 1, 379. — 153. I Cor. 16, 22. — 154. Iuven. 6, 534. — 166. Gen. 39, 12. Phariae, id est Aegyptiae. Ut mulierem illam zelotypam diceret Thiofridus, inde adductum esse censet Rossbergius, quod quandam *moecham zelotypam* apud Iuvenalem (Sat. 6, 278) legerat. Non male, — 169. Gal. 6, 14. — 173. Martianus Capella, § 732. — 181-184. Ios. 7, 1, 24, 26. — 185-190. IV Reg. 5, 26, 27.

Nil amor inpensus, nil profuit obsequii ius;
Subditus est pęnę cum tota posteritate.
Quam grave sit vitium perpendite, quam sit iniquum,
Pro quo sic fidum dampnavit amicus amicum.
Sit zelus Petri cupidis fraudare timori:
Dorcadis exstinctę reparavit soma Thabitę;
Ense sui verbi duo stravit somata morti,
Perculit Ananyam cum conpeccante [13] Saphyra,
Exemplum statuens, tegnas vitetis ut omnes.
Esse nequit monachus, cui Petri displicet actus.
Qui se seducit, qui cogitat aut ita garrit:
“ Non puto sacrilegum qui nummum subripit unum
„ Aut plures, et thus, candelas, est quibus usus.
„ Militat altari, licet ex hoc participari. „
Nil sapit hic, qui sic sapit, et discrimina nescit.
Non probat hoc Paulus, non Flaccus carmine clarus,
Tetrastychon Flacci breve, qui sic desipis, audi:
Tu nihil admittes in te formidine pęnę,
Sit spes fallendi, miscebis sacra profanis.
Nam de mille fabę modium cum subripis unum,
Dampnum est, non facinus mihi pacto lenius isto.
Hoc adverte, time, convertere, fur, resipisce.
Non lege de sacro sacrum, non esto Celeno;
B Non rape, non sacrum de sacro, non cape sacrum,
Quod te [14] non sacro cupis occultare locello.
Nil omnino velis quod obesse reo tibi credis;
Nil habeas, cupias, nisi quod tibi regula donat.
Paulus in altari vult mysteriis saciari,
Clam [15] nihil auferri, sed sacrilegos removeri
Ac de communi concessis sumptibus uti.
Omnis sacrilegus, Plutonis victima factus,
Trusus in interitum cadit in baratri cruciatum.
Hoc vitate, mei domini, fratres et amici.
Emundate domum, ne sit spelunca latronum,
Ne vos vendentes Deus inveniens et ementes,
Restibus excuciat [13], vitę de limine trudat.
(**28.**) Sed quia nos poti vappa sumus acris acęti,
Divertamus ubi redolent cellaria vini.
Annua Wilgisli rediit celebratio festi,
Officio celebri laus solvitur eius honori,
Grex dulcis nati dat dulci croma parenti.
Sed dum consuetę peteret sollempnia mensę,
Non, quo gaudet cor, suffecit viteus humor;
Nil habuit vacuus preter duo vascula promus,
Vascula de virgis lentis conserta salignis.
Ex his est bibitum, cęne minus inde relictum.
Sed vespertinis celebratis dulcibus ymnis,
C Accit Adelbertus cęnobitas ygumenus,
Roborat alloquio concordia corda paterno:
“ Filioli dominique mei, sitis benedicti.
„ Non sitis mesti, non desint gaudia menti,
„ Non dolor afficiat quis vitę panis abundat.
„ Vivite spiritui, non cor substernite carni;
„ Prospera non inflent, non vos adversa fatigent.
„ Non animi [13] levitas, non vos unavit egestas,
„ Non ad delitias huc convenistis opimas,
„ Sed perferre famem [13], sitis ęstum, dampna, laborem.
„ Est Deus in vobis [13]; in eo sitis, maneatis.
„ Patris patroni colitis solempnia nostri,
„ Pensum solvistis, plenas epulas meruistis;
„ Sed nil est villi, vix possunt guttura tingui.
„ Non desperetis, non murmure vos maculetis.
„ Filius huius eri, Wilbrordus, gloria cęli,
„ Vina propinavit, quę non natura creavit;
„ Sed fidei meritum, pia mens, cor dulce, serenum
„ Sic potis est modici guttas augere lyei. „
Corda senex pavit, vinum vitis sator auxit.
Ut fons emanat, modicus sic potus inundat.
Inde propinatur, fraterna cohors saciatur;
Non exhauritur vas, sed plenum reperitur.
Laus patri, proli datur et deitatis honori.
Hesperus hinc omnes invenit, liquit ovantes.
Sed dum mira cano, mirabiliora revolvo.
Est hic par superę summis primatibus aulę;
Egit, agit linguis vix enucleanda peritis.
Arida lingua solo plantavit granaque duro,
Non circumfodit, nullo lętamine fovit,
Non infudit aquam studiosus aquarius unquam.
Extra naturę fines hęc convaluere,
Radicant, frondent, maturo germine florent;
Ariditas cessat, viror intrat, sucus [13] abundat;
Fructus cum foliis egris medicantur anhelis;
Et mirum constat, quod per tot sęcula durant, E
Numquam deficiunt sua nec ramalia perdunt.
Quid de salvificis eius queo pangere lectis,
In quibus accubuit, quos fletu nocte sacravit?
Non, ut nunc mos est, sic usus deliciis est.
Nunc res pontificum superant res, culmina regum;
Pollent diviciis, quibus obstruitur via mentis,
Ne volitet susum, sed eat per devia iusum [13];
Distenti dapibus, quas saltus alit, mare, tellus;
Mollibus in stratis recubant, tectis laqueatis,
Pausant, non vigilant, ymnos cum passere cantant,
Obliviscuntur quod sunt, dicuntur, habentur;
Non tamen hoc omnes, sed leva, levis quibus est mens.
Non sic ille suę rexit moderamina vitę:
Oppugnavit se, devicit et edomuit se
Pernoctando famemque, sitim, frigus paciendo.
Sunt sibi lecticę secus arę pegma locatę,
Fessus ut in gradibus surgens ibi poneret artus
Conivensque parum consurgeret ad precis usum;
Sunt ubicumque, carent carie, tineę genus arcent;
Solvit peste gravi gingivas astula ligni.
Non fere quingentis stramen dissolvitur annis,
Non est contusum, non ariditate [13] minutum;
Nullum pedorem, sed aromatis efflat odorem.
Est [16] medicina Dei poscenti cuique fideli. F
(**30.**) Tentus adhuc fragilis mortali compede carnis
Iunxit Amalbergam Christo cum crismate sponsam.
Virgine de tanta menti libet edere pauca.
Nobilior toto non vixit bethula mundo.
Ablactata cibum solidum vult mandere Christum,
Omne puellaris vitium vitat levitatis,
Virginibus castis forma parit integritatis.
Non ut Dyna foris spectat matres regionis,
Ne princeps Sychem sibi tollat virginitatem.
Carnem mente domat, loca sanctificata frequentat,
Quicquid in ęcclesia videt, explet in ęde paterna.

[13] *ita et* T. — [14] *corr.* Rossb.; de GT. — [15] *v. 215 et v. 216 an transponendi?* Rossb. — [16] Eest G.

192. Act. 9, 36 sqq. — 193-194. Ibid. 5, 1 sqq. — 195. Id est technas. Cf. lib. I, v. 53. — 198. Hor. I Epist. 16, 55. Cf. infra, v. 206. — 200. I Cor. 9, 13; cf. 9, 7. — 202. De S. Paulo vid. infra, v. 214 sqq.; de Horatio, v. 203 sqq. — 204-207. Hor. I Epist. 16, 53-56. — 209. Hor. I Sat. 3, 117: *qui ... sacra divum legerit.* Iuven. 8, 130: *nummos raptura Celaeno.* — 214-216. I Cor. 9, 7-14. — 220. Matth. 21, 13. — 221-222. Ioh. 2, 14-15. — 227. Martianus Capella, § 955: *genera modulandi sunt tria* ἐναρμόνιον, χρῶμα, διάτονον. — 290. Fere quingentis, immo reapse minus quadringentis (a 739 ad 1105). — 294. Totum caput 29 Vitae prosae praetermisit Thiofridus in Vita metrica. — 296. Vitam Amalbergae (*Act. SS.*, Iul. t. III, p. 90), ex qua quaedam in scribendis Miraculis (supra, p. 458, c. 4), paulo plura in Vita prosa (supra, p. 477-78, c. 30) desumpserat, iterum hic evolvit Thiofridus et amplius compilavit. — 297. Nomen hebraicum. Quoniam vero nulla ratione cogimur ut existimemus Theofridum hebraeam linguam calluisse, verbum, quod etiam in Vita prosa, c. 30, exhibuit, desumpsisse credendus est ex Hieronymi Libro de nominicis hebraicis (*P. L.*, t. XXIII, col. 803): *Bethula, virgo.* — 298. Hebr. 5. 12-14. — 301-302. Gen. 34, 1 sqq.

Floribus

A Floribus et pomis vernant pomeria [17] patris;
Hic altare Deo dicat alma puerpera virgo;
Punica mala, nuces offert, thimiamata, flores.
Sed genitor mortis, vitę ferus invidet hostis,
Cuius ob invidiam mors sorbuit invida terram,
Livor edax peperit mortem vitamque peremit.
Auctor peccati struit insydias pietati:
Ex pueris puerum fur furto polluit unum,
Impulit eulogias invadere sacrificatas;
Sed dum consentit, dum dextram pusio tendit,
Ulcio protensum punit divina lacertum;
Herma durior est factus, quasi dura silex est;
Non potuit retrahi, non deponi, neque flecti.
Stat reus attonitus, divina compede vinctus;
Eiulat, exclamat, sua se mens conscia dampnat;
Mallet defungi quam sic divinitus angi.
Accurrunt celeres socii mestique parentes,
Effundunt questus et ab imo pectore fletus.
Virginis eximię flent iram se meruisse;
Orant, ut captum solvat laxetque reatum.
Nil clementius est quam mitis virginitas est.
Virgo preces fundit, Deus audit, homuntio plaudit,
Incolumis iubilat, Domini magnalia laudat.
B Noti, cognati gaudent de virgine tali,
Virgineum florem venerantur et eius odorem.
Nec longi spacium defluxit temporis actum,
Divertit notam Wilbrord patris eius in aulam,
Epternacensem dum festinaret ad urbem;
Accępit dignum, veterem vetus hospes amicum
Et studuit varia fastidia vincere mensa;
Pavit carnali dape, pastus spirituali.
Filiolę dictum pandit mirabile signum;
Presul dulcis avet, preconia virginis auget,
Oscula prelibat, divino crismate firmat,
Mulcet eam verbis pietatis melle refertis:
" O quam felix es, quę sponsa Dei locuples es,
„ Desponsata prius regeret quam spiritus artus,
„ Ante placens summo sponso quam condita mundo.
„ Tale nihil merui, qui Christo, non mihi vixi;
„ Confectum senio precellis, cęlica virgo.
„ Cum Tecla vernes, valeas; sis talis ut Agnes;
„ Optima cum dya sit pars tua matre Maria. „
Nec fore pontificis benedictio quivit inanis;
Nam nihil omnino studuit, nisi vivere Christo.
Et cum crevisset, pro tempore nubilis esset,
Karolus accensus rex arsit amoribus eius,
Karolus, omne decus regum, cognomine Magnus;
C Hortamenta, preces, ut inops, descendit in omnes.
Omnes vovit [18] opes et fasces imperiales,
Quo sibi coniugi [19] vellet regina dicari.
Sed munita sui non cessit casside sponsi,
Non cor apposuit, regni dyadema refellit,
Sprevit blanditias, terrores hostis et hastas,
Fugit ut accipitrem sine felle columba rapacem.
Omnibus invictus [20] rex est a virgine victus.
Victrix ymnizat, virtutibus altius instat.
Cumque laboraret, carnem vigilando domaret,
Subrepsit somnus, defessos fluxit in artus;
Astitit eximius Wilbrord sub oromate visus, —
Est Gertrudis eum comitata, corona sororum, —
Sacravit velum, caput obvolvit reverendum,
Humanę vitę predicit ei brevitatem,
Nosset ut exactis se solvendam tribus annis,
Ad sponsi vultum deducendam speculandum.
Evigilans virgo sacro dedit oscula panno,
Infudit lacrimis imo de corde petitis.
O patrem lepidum, summi sponsi paranymphum!
Sponsam despondit, dum carnis lemmata gessit,
Sed confirmavit, simul ac cęlos [18] penetravit.
Non hanc deseruit, donec sponso copulavit.
Sed moror in magnis, restant maiora relatis.

Explicit[21] liber tertius.

Incipit liber quartus.

(**31.**) Est secus aequoreas campus compascuus undas,
Longe protractus, spacioso margine latus,
Almi Wilbrordi iam subiectus ditioni,
Grata quies lassis ventoso turbine nautis.
Hic exoptata fessi potiuntur harena,
Artus tabentes sale siccant solis ad ignes,
Lęsa [1] fatiscentis reparant aplustria navis,
Exercent variis avide commertia lucris,
Exspectant faciles [2] cursus ventosque ferentes;
Diversum lęto pecus inpinguatur in ervo. E
Sed cum tanta locus fert commoda deliciosus,
Effundens fluctus solvit confinia pontus,
Monstriferos agit unda sinus, motus furit ęstus,
In se sorbet humum; cespis fit inutile stagnum,
Pascua lęta latent, iumenta famelica merent,
Nautica turba dolet, habitatores timor urguet.
Ignorant quid agant, quid consilii sibi sumant.
Conveniunt, tractant et convenientia laudant;
Decernunt iusta discernere monomachya
Presulis an ponti summersa sit area campi.
Prosiliunt pugiles bisseni, mentibus acres,
Viribus insignes, patrię munimina, flores,
Causam qui dubiam reddant discrimine certam.
Preludunt, saltant alternaque brachia iactant;
Inmiscere manus manibus parat emula virtus.
Sex pro iure patris iurant ritu regionis;
Sed iuramentum dum cępit in ore loquentum,
Erubuit liquidum vinci metuens elementum,
Fugit et amovit fluctus refluosque retorsit,
Victum subripuit se, vasto gurgite mersit.
Arvum convaluit, viruit, nunc usque virescit,
Pascit ut ante boves, palearia crassa trahentes.
O cor humanum, quam durum, quam grave, brutum!
Nil est quod vitet, sed quicquid cogitat implet. F
Non perversus agit homo quod fluctus maris egit:
Deierat et fallit, periuria suscipit, audit;
Quod scit, scire negat, sibi credita tradita iurat;
Per iusiurandum vicini possidet agrum.
Non Thetis hoc gessit, non audiit, ante recessit,
Nec pro se creperum voluit spectare duellum.
Et liquet expertum Nerei per littora certum
Dulcem Wilbrordum speciali munere functum
Posse suis meritis ratibus succurrere fessis.
Hinc solet ex virga mali pendere crumina,
In quam congeritur quod tempestate vovetur;
Cumque piis precibus compressus cesserit ęstus
Ac steterint tutę puppes solita statione,

[17] *an* pomaria? Rossb. *Minime.* — [18] *ita et* T. — [19] *an* coniugii, *sc.* regina? Rossb. — [20] invinctus G. — [21] (E. l. t.) *om.* G, *ea de causa, ut videtur, quod pagina erat plena.* Rossb.

[1] *ita* T; lęta G. — [2] *ita et* T.

306. Inepte de Amalberga id praedicari (*puerpera virgo*), quod est Mariae matris Christi proprium, recte monuit Rossbergius. — 305-307. Vita Amalbergae, num. 2. — 308-329. Ibid., num. 3. — 310. Lucan. 1, 288. — 330-347. Vita Amalbergae, num. 4. — 346. Videtur nescio qua oscitantia Thiofridus non, ut scriptor Vitae Amalbergae, de Maria sorore Lazari (cf. Luc. 10, 42: *Maria optimam partem elegit*), sed de Maria *matre* Christi haec a Willibrordo dicta finxisse. — 347-350. Vita Amalbergae, num. 9, 10, 20. — 352. Verg. Aen. 5, 782. — 356. Cf. lib. I, v. 292. — 358. Ovid. Met. 5, 605. Cf. Isidorus, Etym. 7, 3, 22. — 361-374. Vita Amalbergae, num. 39-40.

4. Ovid. Met. 14, 52. — 5-6. Verg. Aen. 1, 172-73. — 10. Verg. Ecl. 3, 100. — 12. Lucan. 2, 435-36. — 13. Ibid. 5, 620; Verg. Aen. 1, 107. — 24. Ovid. Met. 4, 353. — 25. Verg. Aen. 5, 429; Lucan. 1, 120.

Aut

Aut datur ęcclesiis aut infirmis vel egenis.
(**32.**) Spes desperatis Wilbrord est, ancora nautis.
Quod cum notum sit, probo carmine, nocius ut sit,
Urbeque de clara personam deligo claram.
Hildricus Trevir, cleri decus, egregius vir,
Ivit Hierusalem per navim, pacis ad urbem,
Anastasy celebrem Salvatoris, David arcem.
Cumque [3] sui comites laxassent vela, rudentes,
Incubuere mari facto velut agmine venti;
Nullus in Eolii remoratur [4] carcere saxi,
Excutiunt ęstus, volvunt ad littora fluctus.
Aequora rapta ferunt metuendaque fulgura currunt
Atque ruunt toto concita pericula mundo;
Tanguntur velis nubes et terra carinis;
Intentant nautis hęc omnia vulnera mortis.
In tanta plaga solvuntur frigore membra,
Ora manusque levant, precibus, clamoribus instant.
Trevir cęlestes orat per nomina cives;
Sed Iesus dormit, tempestas horrida sęvit.
Ex Morinis pavidus stetit in rate clericus ortus
Ac Willibrordi monuit nomen recitari,
Annua tunc cuius coluit sollempnia mundus.
Exclamant ambo nomenque cient patris ambo,
Et quanti meriti sit mundo panditur omni.
Excitus a somno Deus imperat Ennosygeo,
Imperat et ventis; placido volat ęquore classis
Ac per iter brevius defertur in ostia portus.
(**33.**) Est pius et clemens Wilbrord cognomine Clemens,
Astat supplicibus, favet his auditque precatus,
Odit predones res ęcclesię rapientes,
Sunt his ingestę per eum pro crimine penę.
Est has excerptas percurrere prompta voluntas,
Sed mandare stilo tot barbara nomina vito.
(**34.**) Anno milleno trigeno simplice primo
Ex quo non factum Verbum Patris est caro factum,
Dulce decus monachis Humbert, vir spiritualis,
Artus mirifici statuit transferre patroni.
Accivit proceres, opibus, virtute potentes,
Pontificum gemmam, te dyum, Poppo, ierarcham,
Heinricumque ducem, cui Norica gens dat honorem.
Sunt omnes valvę per firma repagula clausę;
Sunt designati fossores corpore casti.
Sed cum Thitmarus, nocturno phasmate tactus,
Nescius ancipitem vellet librare bipennem,
Brachia non potuit deponere, palluit, hęsit.
Est monitus tacitum non dissimulare reatum,
Est quia velle mori delictum nolle fateri.
Sed cum nesciret quid de se prodere posset,
Abstitit, exivit, polluta sarabara vidit.
Ingemuit, lavit; quod liquit opus, repetivit.
Non accessisset, si delicti meminisset.
Nam quot sunt fluxus, tot dat natura meatus,
Os, oculos, aures, penem cum podice [5], nares:
Humor congestus petit hos a carne recessus.
Non vitium constat, nisi delectatio gignat;
Hac expers iuvenis studium subiit probitatis.
Egesta criptę tres sunt tellure repertę;
Tercia thesaurum tenuit, pignus preciosum,
Palliolo tectum texto subtemine Serum. —
Hoc incorruptum, nullo senio vitiatum
Pendet precipuis inter nova pallia festis,
Contra naturam per tot durabile secla. —
Accessit propius decus omne suis ygumenus,
Fletus effudit, precibus suspiria iunxit,
Inclinavit se; relevato marmore tumbę,
Vidit soma sacrum non in cinerem resolutum,
Non putre, corruptum, non vermis fauce minutum,
Sed sanum per se, non carnis condicione,
Indutum pulla monachili more cuculla
Contextaque pilis hirsuta veste caprinis
Ad debellandam mentem carnemque domandam.
Pressit aromaticus cernentis lumina fumus.
Extraxit costam pro sacris distribuendam;
Palluit attonitus, dolor eius terruit artus.
Est odor emissus, velut esset ibi paradysus.
Advenit morbis quidam confectus et annis,
Clarus milicia, dum militis induit arma,
Sed, vexilla ferens cum sterneret acrius hostes,
Lapsus equo iacuit, prolapsaque viscera luxit,
Nec medicina gravi potuit prodesse dolori;
Assumpta Christi cruce, liquit inania mundi,
Pignoribus geminis oblatis ante modestis.
Hic prostratus humi petit intestina refundi;
Nec defraudatus brevis utilitate precatus,
Membra pavimento dum subrigit ęgra tremendo,
Inscius in tumba collisit posteriora;
Attrivit modice, virtutem sensit adesse:
Sunt in sede sua vitalia lapsa locata,
In ventris theca sunt abdita, sunt solidata.
Sospes avet, plaudit laudumque quilismata pangit,
Cum cętu populi canit inclyta concio cleri.
Arca Dei vivi transfertur, soma patroni;
Arę sub mensa cęlestis ponitur arca,
Arę quę regi trino tytulatur et uni.
Hic moritur morbus, hic surgit gratia, virtus;
Signa poli stellis, maris exęquantur harenis.
(**35.**) Sed gens his donis felicior est Walichrensis.
Est quia cervicis durę, gravis asperitatis,
Est ut spuma maris, sequitur mare turbine mentis,
Non ullis dominis, non legibus angitur ullis,
Nil est quod timeat, nisi per miracula discat:
Crebrius hinc fiunt ibi, corda ferocia stringunt.
Praeses Flandrensis Rŭpertus strenuus armis,
In Walichrum stimulis agitatus et igne furoris,
Extremos hominum Morinos contraxit in unum,
Teuthonicos agiles, robustos viribus, acres;
Ter denas fortes sibi delegit legiones,
Traiecit turmas per Scaldę fluminis undas.
Terribilis venit, miserabilis inde recessit,
Flamma sub accessu, vapor et fuligo recessu.
Nam cum Walchrenses, tria milia vix numerantes,
Pacem quęsissent prece, sed non optinuissent,
Introiere sacrum Wilbrordi sanguine templum.
Sunt quasi presenti questi secumque loquenti,
Questi sunt odium non exorabile, bellum.
Dextris elatis censum vovere quotannis,
Si salvarentur, victores efficerentur.
Nec mora, digressi sacramentis saciati
Igne calent fidei statuuntque ducem sibi belli
Patroni capsam vexilli fronte locatam.
Cursim procurrunt, solem post dorsa relinquunt,
Ne sibi prospectus tollatur et ensibus ictus.
Lorica nullus se munit, casside nullus,
Armis plus Domini quam materialibus usi;
Nemo fugam turpem versat, non proditionem.
Dulce mori mentes subiit patrię per amorem.

[3] Dumque T. — [4] *ita et* T. — [5] (p. c. p.) *non om.* T.

55. VERG. Aen. 3, 267. — 56. Ibid. 1, 84 et 82. — 57. LUCAN. 5, 609. — 58. VERG. Aen. 1, 86. — 59. LUCAN. 5, 613 et 630. — 60. Ibid. 597. — 61. Ibid. 642. — 62. VERG. Aen. 1, 91. — 63. Ibid. 92. — 66. Matth. 8, 24. — 72-73. Ibid. 8, 25-26. — 73. VERG. Aen. 11, 746. — 80. Cf. supra, p. 427, annot. 12 et p. 468. annot. 6. — 81. *simplice* versum implet, eadem prorsus modo quo *dispare* supra, lib. II, v. 748. — 82. Ioh. 1, 14. — 83. HOR. I Carm. 1, 2. — 106. id est subtemine serico. — 124. VERG. Aen. 9, 180. — 137. κυλίσματα, vibrationes vocum (G. GOETZ, *Corpus gloss. lat.*, t. VII, p. 173; cf. DUÇANGE, s. v. Heptaphonos). — 143. Gen. 22, 17: SEDULIUS, Carm. pasch. 1, 101-102. — 145. Exod. 32, 9; 33, 3; al. — 152. VERG. Aen. 8, 727. — 173. HOR. III Carm. 2, 13.

A At Morini saliunt de navibus, agmina iungunt,
Aptant loricas ęratas, verticę cristas;
Prospiciunt paucos hostes et corpore nudos,
Spernunt ut mures ex antris prosilientes,
Nil nisi magnificum sperant ex[6] hoste triumphum.
Tristis dum sęvo dat signum bucina bello,
Accensis animis properans exercitus omnis
Compositus numero procędit et ordine certo.
Arva micant armis, ager horret ferreus hastis,
Ignescunt irę, sonat ingens clamor utrimque,
Concurrunt alę, ferro subtexitur aer,
Nox pendet campum telis conserta per amplum;
Mortes inde cadunt, naturę vincula frangunt.
Est quota pars cladis iaculis exacta cruentis?
Internis odiis extractus sufficit ensis.
Cursu precipiti volat agmen, mente feroci,
Agmen, spes cuius sub forti sedit et arcus;
In densos cuneos agitur, quęrens iter ad cor.
Transfigit gladius tuto sub tegmine pectus;
Nil iuvat oppositis[7] gravibus lorica catenis;
Altera pars duram patitur, gerit altera pugnam,
Indutos ferro dant nudi corpore lęto.
Hinc bellum iugulis, gladiis hinc sęvit acutis;
B Inde modum cędes perdit, numerum morientes.
Sunt hi cędendo fessi, sunt hi paciendo.
Pauci seminices[7] repetunt per vulnera naves,
In ratibus cecidere suis, cruor effluit undis,
Spumat et obductus concreto sanguine fluctus.
Perdidit hęc acies procerum tibi, Flandria, flores;
Accipis hinc gravius, quam possis credere, vulnus;
Hęc funesta dies validas rapuit tibi vires.
Est Domini pennis tectus populus Walichrensis;
Nam species niveę dignis est visa columbę
Expandisse suas super alas agminis[7] alas.
Ales felle carens, topyco[8] theoremate, candens —
Instar avis typicę Noe sub cataclismate missę,
In decus ęcclesię quę ramum vexit olivę,
Pacis, baptismi signum, charismatis alti —
Ales tanta volat, vires animumque ministrat,
Nec prius abscędit quam victrix turma recędit,
Absque sui dampno lęto ditata tropheo.
Sub dampni specie soli tres oppetiere
Non nisi per proprium, ceu prodit fama, reatum.
Cętus[9] convenit, cui sic victoria cęssit,
Votum quod vovit confirmavit, renovavit.
Principis evicti vexilla dicavit honori
Wilbrordo[10] patri, defensori speciali,
C Epternach misit, servari missa petivit,
Essent ut tanti monimentum iuge triumphi.
(36.) Sed ceu res parvas reddit concordia magnas,
Sic facit ex magnis parvas discordia grandis.
Hoc bello populus concors, affectibus unus,
Victor ab externis versus vertigine bellis,
In se convertit mucronem seque peremit;
Victrici dextra sua viscera fudit et exta.
Est intestinum confectum sanguine bellum,
Ex uno populo duo facti sub nullo;
Interiere prope civili seditione.
Defessi tandem tot cladibus indoluere,
Epternacensem missi legantur in urbem,
Nomine Thifridum[11] prece sollicitant ygumenum,
Exeat, acceleret, veniat pacemque reformet.
Assentit, remeant et nuntia lęta reportant.
Exultat populus, parat, est occurrere promptus,
Antwerpum properat portumque paronibus intrat.
Exspectat biduo spe pendulus agmine lęto;
Sed cum forte moras in eundo necteret abbas,
Desperans doluit, tristis naves repetivit;
Venturi fidis curam commisit amicis;
Cumque reliquisset litus, festinus abisset,
Omnimodis votis sic prodidit abdita cordis:
« O Wilbrorde, tuę pia viscera pande catervę.
« Si dignaris oves invisere nos speciales,
« Nobis indicium da non creperum, sed apertum;
« Imbrem frugiferum fer nostris usibus aptum. »
Infit, et intonuit lęvum, fragor ęquora movit.
Compressę nubes largos densantur in imbres
Spissatęque fluunt, extinguit fulgura nimbus.
Spes desperatis redit exclamare paratis:
« Nostra salus, salve, Wilbrord, confidimus in te,
« Credimus, ecce, venis, tibi littora fida subibis. »
Imbre madet classis, portum subit artubus[7] udis.
Vix se quisque domi siccat, dat membra sopori[12].
Venit in emporium mandrita Thifrid[11] memoratum; E
Est tractatus ibi velut angelus in vice Christi;
Pacificavit ibi discordes pace perenni.
Est hinc optatum transvectus remige portum;
Applicuit, multus fit per navalia cursus;
Insula divino ruit obvia tota ministro,
Croma decens cecinit, sua sic in męnia duxit,
Deservivit ei Romanorum quasi regi.
Cumque iubar solis removeret nubila noctis,
Primores patrię properant, populo comitante;
Astant barbarico reverenter more represso
Instituuntque statum rerum parare novarum.
Sed ceu quos bellum navale perurguet agendum,
Per mare tranquillum pugnę simulant quasi ludum,
Remos, arma parant, variis discursibus instant.
Sic primum parvis placuit preludere causis.
Divitis ecce pedes quidam complectitur expes[13],
Strictius astringit, veniam petit, oscula figit;
Ense virum tantum dolet a se pęne peremptum.
Verna Dei properat, pro supplice sternitur, orat,
Pontificis baculum civem locat ante protervum;
Obtestatur ut in se versus discutiat se,
Ut dimittatur, dimittat, compatiatur.
Astantes rogitant, negitantem voce fatigant.
Cor adamantinum, cor non mollitur iniquum;
Exiit, erupit, celer ad sua tecta recurrit. F
Sed non evasit, hunc ulcio debita stravit;
Zabulus invasit, vexavit eum, cruciavit;
Nullius sexus inrupit sęvior artus;
Verberibus, stimulis, quatit interiora furentis;
Est sonus auditus, quasi venter perferat ictus,
Costę quassantur, ceu vecti percutiantur.
Bachatur demens et supplicium luit ingens.
Est grandis luctus terrorque parentibus ortus,
Exorant Domini vernam miseri misereri.
Exurgit, sontem visit sine mente iacentem,
Ponit scriniolum super eius pectus anhelum.
Fugit demonium tanto sub pondere tortum,
Sensit ibi costam Wilbrordi somate[14] sumptam,

[6] a ROSSB. — [7] *ita et* T. — [8] tropico *corr.* ROSSB. — [9] Lętus *scribi coeptum, statim mutatum in* Cętus G. — [10] Wilbrordū G. — [11] *scriptum litteris aureis in* G, *rubris in* T. — [12] sapori GT. — [13] exspes ROSSB. — [14] *corr.* ROSSB.; semate GT.

177. Iudith, 14, 12. — 179. VERG. Aen. 11, 474-75. — 180. II Mac. 4, 38. — 181. VERG. Aen. 11, 599. LUCAN. 7, 216. — 182. VERG. Aen. 11, 601-2. — 183. Ibid. 9, 66. — 184. LUCAN. 7, 519. — 185. Ibid. 520. — 186. Ibid. 517. — 187-188. Ibid. 489-91. — 189. Ibid. 336. — 190. Gen. 49, 24. — 191. LUCAN. 7, 497. — 192. Ibid. 499. — 193. Ibid. 498. — 194. Ibid. 502. — 196. Ibid. 533. — 197. Ibid. 532. — 200-201. Ibid. 3, 571-73. — 205. Ps. 16, 8. — 209-210. Gen. 8, 10-11. — 212. VERG. Aen. 9, 764. — 223-224. SALLUSTIUS, Iug. 10, 6. — 226-27. LUCAN. 1, 3. — 239. HOR. I Epist. 18, 110. — 241-244. subiectum enuntiati est populus, ut v. 237-239. ROSSB. — 249. VERG. Aen. 2, 692-93. — 250-251. LUCAN. 4, 76-78. — 256. HOR. II Sat. 2, 80-81. — 263. Cf. lib. III, v. 227. — 279. Matth. 6, 12 et 14. — 282-283. CIC. Catil. 2, 1. — 293. VERG. Aen. 6, 48.

VITA AUCT. THIOFRIDO

Possessum liquit, Flegetontis stagna revisit.
Eger convaluit, domus et vicinia plaudit.
Ex simili culpa fit signum dispare pęna :
Ante pedes iuvenis cecidit pauper locupletis,
Inflixit vulnus cui mentis turbine motus;
Expetit ignosci sibi, corde reconciliari.
Assilit Ekardus, prius ex primoribus unus,
Sed tunc eximius monachus, mundo crucifixus;
Interpres promptę fretus ratione loquelę
Accurrit [15], iacet in terra cum vindice virga,
Obsecrat, increpat, adiurat; lapis ille refutat,
Exiliit, fugit; Deus eius lumina clausit;
Amisit visum, stetit horrens tendere gressum,
Offensis pedibus graditur nullo duce ductus,
Inpingit titubans, inpingitur undique palpans.
Occurrit cęco pater eius pectore mesto.
Erubuit, fudit lacrimas natumque reduxit.
Pęnituit tyro, pacem donans inimico
Dimisit; vidit iubilansque domum repedavit.
Pulchra dies populo dedit hęc spectacula duro,
Sunt ope [16] divina quasi pacis semina iacta,
Mollitę mentes prius ursis asperiores;
Pulchrior exoritur lux, <....... [17]> pax comitatur.
B Prorumpunt ut apes propriis de sedibus omnes,
Omnes indigenę [16] stant sicut in ordine stellę.
De rebus tantis tractant per acumina mentis.
Sunt utrimque dati septeni [16] carne propinqui,
Primates generis; per eos fit pactio pacis,
Fit per mandritę comites ius scita scientes.
Longe semoti disquirunt seria soli
Inventaque via redeunt, pandunt sibi visa.
Triginta libras censent solvi triplicatas,
Sanguinis ultori sontem pro milite tradi.
Est id consilio cęptum, reor, ingenioso,
Firmius ut pactum liget obsequiis stabilitum.
Est inopis miles factus versa vice dives, D
Quod velut opprobrii [16] fel mallet morte lucrari.
Est ammirandum, subtili mente notandum
Quod gens inmanis, catulis ęquanda leonis,
Gens formidandi quam non domuere tyranni,
Simplicibus dictis est victa viri monachilis,
Paruit imperiis velut emptus verna iubentis
Et, ceu presentem Wilbrordum carne videret,
Sic eius fidum stipavit honore ministrum.
Est cum privata pax publica consolidata,
Ira, simultates, odii cessere furores,
Copia de pleno cornu fruges dedit anno.
Exercentur ibi convivia, cantica, ludi.
Phebe cum posuit [16] bis flammas bisque recepit,
Compositis rebus, remeavit ovans ygumenus;
Ad reditum pendere suum scit corda suorum,
Est ab eis dignis susceptus plausibus, ymnis.
Sed quia navifragis Nerei sum fessus in undis,
Udus suspiro, de longe littore viso,
Allabor tacito propter fastidia signo,
Signo Wilbrordi gesto virtute potenti.
Est ibi commissum grave per tria nomina furtum,
Palliolum rapitur, crux argento spoliatur,
Sed non conflari potuit fornace vel igni, E
In partes sectum pondus non explicat ęquum,
Pars sua cuique minor, litem parit altera maior.
Purpura non frangi manibus, non ense secari,
Forfice non scindi, nulla valet arte noceri.
Hoc pretermisso, sub portu carbasa linquo;
Tanta tamen restant et famosissima constant,
Vatis Smyrnei quę mens si nosset Homeri,
Vix caneret, licet Yliaden et Odyssea tractet.

Explicit liber quartus.

[15] *ita et* G *corr. m. pr.*; occurrit G *ante corr.* — [16] *ita et* T. — [17] candida *supplevit* Rossb.

296. Ibid. 330. — 303. Gal. 6, 14. — 320. Iudic. 5, 20. — 342. Hor. I Epist. 12, 28. — 352. Cf. ad lib. III, v. 125. — 361. Lucan. 9, 984.

DE S. BLEVILEGUETO

EPISCOPO VENETENSI IN BRITANNIA MINORE

SAEC. X — C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Blevilleguetus, cultu ecclesiastico honoratus

1. *Blevileguetum seu Blevilegnetum* (1) *Venetensem episcopum sanctis annumerat unus martyrologorum Claudius Castellanus in suo Martyrologio Universali ad diem 7 novembris. Attamen illum extremo saeculo XI cultu pro eis temporibus legitimo honoratum fuisse colligitur ex elogio ipsius quod ex Chronico rhythmico a monacho quodam Sancti Iuliani Turonensis ea aetate conscripto paulo inferius exhibemus* (2) : *unde nempe eum et fama eximiae virtutis ac miraculorum celebrem et eiusdem sepulcrum in praecipuo honore habitum fuisse constat. Alia vero in hanc rem argumenta afferre nequimus* (3). *Unde autem adductus sit Castellanus ad Blevilegueti memoriam illigandam diei 7 novembris, divinari non valui.*

saltem extremo saeculo XI,

2. *Chronicon Sancti Iuliani conscriptum esse diximus extremo saeculo XI* (*vel ineunte XII*). *Id sane colligitur ex ipso elogio S. Blevilegueti, ubi se profitetur scriptor coaetaneum Morvanno Venetensi episcopo* (4); *qui eo tempore Venetensem sedem tenuit* (5). *Sed et notae palaeographicae codicis in quo legitur Chronicon et genus scribendi quo utitur auctor eam aetatem liquido manifestant* (6).

ex catalogo episcoporum Venetensium saeculo XII exscripto

3. *Praeter Chronicon,* Blinlivetum *etiam memorant antiquus quidam catalogus episcoporum Venetensium* (7) *et, quae tertia est mentio eius in documentis medii aevi, charta qua circa medium saeculum X Alanus Barbatortus prioratum Sancti Medardi donasse fertur monasterio Lande-*

(1) Vulgo *Blinlivet.* — (2) Secundum editionem ante hos fere quinquaginta annos datam ab A. Salmon, *Recueil des chroniques de Touraine* (1854), p. 239-41. — (3) Servantur in bibliotheca nostra *Officia propria sanctorum dioecesis Venetensis* edita annis 1630, 1652 et 1757, et *Ordo divini officii recitandi* pro anno 1850 et pro anno 1867. In nullo autem horum libellorum comparet Blevilegueti nomen. — (4) Vers. 15, 16. — (5) Cf. *Gall. christ.*, t. XIV, p. 924. — (6) Cf. A. Salmon, op. c., p. LXII. — (7) Editus ex codice saeculi XII apud cl. L. Duchesne, *Fastes épiscopaux de l'ancienne Gaule*, t. II, p. 371; antea, partim, apud Tresvaux, *L'Église de Bretagne* (1839), p. 151. Cf. *Gall. christ.*, t. c., p. 922.

venecensi,

AUCTORE C. D. S.

A *venecensi, et cui inter testes subscripsisse legitur* Blenliuett episcopus (1). *Sed advertendum est chartas illas Landevenecenses non uno nomine admodum suspectas esse, ac proinde earum auctoritate parum fidendum.*

sedisse colligitur saeculo X.

4. *Attamen Blevileguetum circa medium saeculum X floruisse, satis certo inde colligitur quod in catalogo episcoporum Venetensium* (2) *indicatur sedisse secundus post Bilium et successores habuisse tertium Orscantum, quartum Iudicaelem, quintum Budicum, septimum Morvannum. Iam vero in aliis documentis episcopi Venetenses fuisse leguntur Bilius anno 892 et anno 913* (3), *Auriscandus anno 971 et anno 990, Iudicael anno 992 et anno 1032, Budicus anno 1066 et anno 1082, Morvannus anno 1089 et anno 1117* (4). *Quae omnia sane inter se et cum successione episcoporum in catalogo indicata optime concordant.*

Non fuit episcopus Corisopitensis.

5. *Sed admodum mirum apparet quod doctissimus ille, sed forte non semper adeo accuratus, Britanniae historiographus Hyacinthus Morice, vel qui, eo defuncto, alterum tomum Historiae Britanniae edidit, Carolus Taillandier, in conspectu episcoporum et abbatum Britanniae, qui huic secundo tomo ad calcem subiectus est, quamquam* Blenlivetum *inter episcopos Venetenses commemorat et subscripsisse ait chartae Landevenecensi supra indicatae* (5), *eundem tamen et inter episcopos Corisopitenses recenset et hoc titulo illi chartae Landevenecensi subscripsisse refert* (6), *cum re vera in exemplari chartae edito ab ipso Morice* (7) *nomen Blevilegueti non legatur inter testes et in accuratiore editione Arthuri de la Borderie non indicetur sedes illius* (8). *Merito itaque e serie episcoporum Corisopitensium exclusit Blevileguetum Barth. Hauréau* (9).

Nimis temeraria interpretatio quaedam nominis illius.

6. *Immorandum non est in discutienda etymologia quam nomini Blevilegueti assignavit M. Deric* (10), *quasi confecto ex vocibus britannici* Bleve *seu* leve (*reditus fundi*), li (*dominus*), gueth (*dives*), *unde significaret* dominus dives fundis; *et hanc derivationem confirmari existimavit ex elogii versu* (11) *ubi dicitur Blevileguetus* Pauper factus ex divite.

B E

(1) A. DE LA BORDERIE, *Cartulaire de l'abbaye de Landevenec*, Première livraison (Rennes, 1888), p. 157. — (2) Cit. supra, num. 3. — (3) L. DUCHESNE, t. c., p. 376. — (4) Ibid., p. 372-73. — (5) MORICE et TAILLANDIER, *Histoire ecclésiastique et civile de Bretagne*, t. II (1756), supplem. p. XXXI. — (6) Moricium in utraque re invicem contradictoria affirmanda secutus est TRESVAUX (*L'Église de Bretagne*, pp. 155, 114). — (7) *Preuves de l'Histoire de Bretagne*, t. I, p. 345. — (8) Cf. supra, num. 3 extr. — (9) *Gall. christ.*, t. XIV, p. 874. — (10) *Histoire ecclésiastique de Bretagne*, ed. 2ª, t. II (1847), p. 506, annot. — (11) Versu 54.

COMPENDIUM VITAE S. BLEVILEGUETI

Ex Chronico rhythmico Sancti Iuliani Turonensis. Cf. Comm. praev., num. 1.

Blevileguetus episcopus Venetensis

1. Exceptis hi<s reli>quiis (1)
Pluribusque aliis,
Habemus nos pretiosa
Confessorum corpora,
Quorum paucis memoria
Est a nobis commendanda.
Ad laudem igitur Dei
Et honorem huius loci,
De singulis licet pauca,
C Pauca tamen sunt tangenda.
Sed prius de episcopo
Venetensi Bleviligueto.

septimus ante Morvannum.

2. Fuit hic Venetensium
Praesul et splendor praesulum,
De quo pontifex Morvannus (2)
Sic nobiscum est locutus:
" Sum, inquit, ab hoc septimus (3) ".
Qui, ut vere cognovimus,
Praesul fuit sanctissimus.

Ranae eius iussu a nimio strepitu edendo compescuntur.

3. In cuius praeconium
Hoc habemus miraculum.
Cum in sua quadam villa
Episcopus iacuisset,
Inquietantibusque ranis
Requiescere non posset,
Famulo suo praecipit
Ut eis praecipiat
Quatinus requiescant
Ut ipse requiescat.
Cuius ad imperium
Mox omnis conticuit
Garrulitas omnium (4).
Qui postea cum rediisset
Et ranarum silentii meminisset,
Famulo statim iubet ut redeat
Et ranis ut solito
More cantent praecipiat.
Qui cum dicere deberet:
" Cantate ", pluraliter,
Britannice intulit: F
" Ratichant ", singulariter.
Ex die autem illa,
Cum ranarum ibi multa
Videantur millia,
Numquam tamen ibi
Cantat nisi una.
Hoc omnibus indigenis
Est cognitum et vicinis.
Est itaque certissimum
Fuisse hunc sanctissimum
Tam per vitam quam deduxit
Quam per opera quae fecit.

Daemonem sub famuli specie latitantem fugat.

4. De quo et nos hoc dicimus
Quod frequenter audivimus,
Quod Lusdi castro daemonem,
Ut famulum famulantem,
Sed parantem in crastinum
Aqua necare dominum,

(1) Quas nempe versibus superioribus narravit scriptor dudum ita absconditas fuisse ut amissae putarentur et suo tempore repertas. — (2) Cf. supra, Comm. praev., num. 2. — (3) Quae sequuntur, usque ad v. 51, omnia a Morvanno scriptori dicta esse existimat MABILLONIUS (*Act. SS. O. S. B.*, saec. V, p. 134); ultimus autem editor, A. Salmon, ea quae leguntur a v. 17 ad v. 39. Nos scriptorem a v. 18 suo nomine locutum iudicavimus. — (4) De fabellis huius generis cf. H. DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques*, 2ᵉ éd. (1906), p. 39.

Cognoscens

VITAE EPITOME

In fine vitae fit monachus.

Cognoscens effugaverit
Et dominum salvaverit (1).
5. Praesul hic tanti meriti,
Tam immensi praeconii,
Pauper factus ex divite
Et monachus ex praesule (2),
Sub tunica paupertatis
Forma fuit honestatis.
Per vitae huius stadium
Sic cucurrit ad bravium
Ut donari denario
Gauderet sibi reddito.
6. Ut credimus, ante Deum
Hunc habemus advocatum.
Cuius corpus in sepulcro,
In arcu cryptae posito,
Cum honore requiescit,
Ut honor eius exigit.

D

Corpus eius servatur in coenobio Sancti Iuliani Turonensi.

(1) Cf. supra, p. 373, Vita S. Leopardi c. 7. — (2) Ait Castellanus eum monachum factum esse in coenobio Kimperlegensi; sed ex quo fonte eruditus vir id hauserit nobis ignotum est.

DE SANCTO LAZARO

ANNO 1054

MONACHO IN MONTE GALESIO

H. D.

B

COMMENTARIUS PRAEVIUS

E

Montem Galesium in Asia

1. *Prope Ephesum situs est mons Galesius,* Γαλήσιον *seu* Γαλλήσιον ὄρος (1) *nunc Alamandagh* (2) *dictus, monasteriis, ecclesiis populique concursu quondam conspicuus. De monasterio Galesii absque addito* (3), *de monasteriis Beatae Dei Genitricis in loco Galesii,* τῷ τοῦ Γαλησίου τόπῳ (4), *Beati Lazari in Galesio* (5) *apud scriptores mentio occurrit; in limine tractationis disquirere non iuvat sitne in re vel in solis nominibus varietas. Multus est in describenda locorum asperitate imperator Andronicus Palaeologus, cum de coniungendo monasterio Beatae Virginis cum altero Sanctae Resurrectionis dicto litteras mittit. His autem utitur verbis :*"Ορος γάρ ἐστιν ὁ τόπος ἄναντες καὶ τραχύ, τῶν εἰς ψυχαγωγίαν καὶ παραμυθίαν σωματικὴν μηδενὸς ἥκιστα μετέχον· οὔτε γὰρ σκιάζεται δένδροις, οὔτε βοτάνης, ἀλλ' οὐδὲ χλόης ἀπογεννᾷ βλάστησιν, οὐ μὲν οὖν οὐδὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ γῆς χρησίμων οὐδὲν οὐδόλως καρποφορεῖ, ξηρὸν δ' ἐστὶν ὅλον καὶ πρὸς τοιαύτας γονὰς παντάπασιν ἀφυές, εἰ καὶ ἄλλως γόνιμον ἀρετῆς ... Σὺ δέ μοι βλέπε καὶ τὴν ἐς αὐτὴν φέρουσαν τὴν μονὴν οὐ στενὴν μόνον καὶ τεθλιμμένην
C
ἅτε καὶ σαφῶς πρὸς ζωὴν ἄγουσαν ἀλλὰ καὶ πλέον ἔχουσαν τὸ ἐπίπονον ἀκροτόμων λίθων προσκόμματα καὶ πολυέλικτον τὴν πορείαν, οὐ κατ' εὐθεῖαν ἄγουσαν, κατ' εὐθεῖαν δὲ πρὸς Θεόν (6). *Nec strenuorum virorum, qui caeli intemperiem, ut animabus suis consulant, cotidie in monte sancto patiuntur, laudibus parcit. Haec quam vero consona sint plana erunt cum Vitae antiquae mox edendae caput 36 et alia non pauca perlegerimus.*

multi monachi incoluere,

2. *Praeter viros sanctitate conspicuos quorum nomina non pauca ex eadem Vita colligemus, monachi Galesiotae celebriores passim laudantur ab hagiographis et in chronicis. Et Paulus quidem dicitur aliquis cum ipso Lazaro in monte sancto vixisse, locum, irruentibus barbaris, reliquisse, et postea monasterio Sancti Eugenii Trapezuntino praefuisse* : Παῦλος δὲ οὗτος ἦν ἐκεῖνος ὁ πολὺς ἐν ἀσκήσει, ὅς ποτε τὴν ἄσκησιν ἐν τῷ τοῦ Γαλησίου ὄρει μετὰ τοῦ ἁγίου διήνυσε Λαζάρου τοῦ νέου, ὕστερον δέ, διὰ τὴν τῶν βαρβάρων ἐπιγενομένην ἐκεῖσε κακίστην ἔφοδον, κατέλαβε πρὸς τήνδε τὴν πόλιν καὶ διὰ τὸ περιὸν τῆς ἐναρέτου αὐτοῦ διαγωγῆς προστάτης γενέσθαι ταύτης δὴ τῆς μονῆς διὰ πολλῆς τῶν Τραπεζουντίων ἔφθασε παρακλήσεως (7). *Notissimi quoque sunt Galaction et Meletius* (8), *Constantinus* (9), *et qui ecclesiam Constantinopolitanam rexerunt* F
Ioseph quondam hegumenus (10) *et Athanasius* (11). *Laudantur etiam et quidem saepius aliquis Georgius Galesiotes, seu potius cognomines plures* (12), *et Galaction dictus caecus, qui librum Psalmorum cum interpretatione exarari*

(1) DUCAE *Hist. Byzant.*, XVIII : ἀπὸ τῆς γεφύρας τῆς πρὸς Γαλήσιον ὄρος κειμένης διαβὰς ἐν Ἐφέσῳ ἦλθεν. XXVIII : τὰ πρὸς Γαλήσιον ὄρος κείμενα πρὸς θάλαττον ὄρη (BEKKER, pp. 87, 194); NICEPHORUS GREGORAS, *Hist. Byzant.* IV, 8 : κατὰ τὸ Γαλλήσιον ὄρος (SCHOPEN, p. 107). Cf. RAMSAY, *Historical Geography of Asia minor*, p. 110. — (2) CHOISEUL-GOUFFIER, *Voyage pittoresque de la Grèce*, t. I (Paris, 1782), pl. 120 ; G. WEBER, *Étude sur la topographie d'Éphèse et de ses environs* (Smyrne, 1885), p. 11 sqq.; cf. A. PAPADOPOULOS-KERAMEUS, in Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια, t. XX (1900), p. 259-62; O. BENNDORF, *Forschungen in Ephesos*, t. I (Wien, 1905), p. 21; RECLUS, *Nouvelle géographie universelle*, t. IX, p. 486. — (3) GEORGIUS PACHYMERES, *Michael Palaeol.*, IV, 2 (BEKKER, p. 256). — (4) *Litterae Andronici Palaeologi*, MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et diplomata*, t. V, p. 265, 266; cf. *Vita S. Lazari a. Gregorio mon.*, c. 56. — (5) *Vita Athanasii archiep. Cptani*, n. 6, MÉLANGES D'ARCHÉOLOGIE ET D'HISTOIRE, t. XVII (1897), p. 51. Quam Vitam iterum edidit A. PAPADOPOULOS-KERAMEUS, *Čitia dvuch vselenskich patriarchov XIV v.* (Petropoli, 1905), p. 1-51. — (6) MIKLOSICH-MÜLLER, t. c., p. 266. — (7) A. PAPADOPOULOS-KERAMEUS, *Fontes historiae imperii Trapezuntini*, I (Petropoli, 1897), p. 74. — (8) GEORGIUS PACHYMERES, *Andronicus Palaeol.*, I, 3, 5, 23 (BEKKER, pp. 17, 20, 65). Cf. *Vita Athanasii*, t. c., p. 54. Vitam Meletii Galesiotae conscripsit Macarius Chrysocephalus, quae, quantum scio, inedita est. Lingua graeca vulgari versa est a Nicodemo Hagiorita, atque edita in libello Νέον ἐκλόγιον, ed. altera (Cpoli, 1863), p. 280-89, et in C. DUKAKIS, Μέγας συναξαριστής, ad diem 19 ianuarii, p. 381-96. — (9) I. F. B. M. DE RUBEIS, *Georgii seu Gregorii Cyprii patriarchae Constantinopolitani Vita* (Venetiis, 1753), p. XXIX. — (10) NICEPHORUS GREGORAS, *Hist. Byzant.*, IV, 8, t. c. p. 107; GEORGIUS PACHYMERES, *Michael Palaeol.*, IV, 2, t. c. p. 256. — (11) *Vita Athanasii*, t. c., pp. 51, 53, 54, 63. — (12) M. TREU, *Maximi monachi Planudis epistulae* (Vratislaviae, 1890), p. 217; ID., *Theodori Pediasimi eiusque amicorum quae exstant* (Potisdamiae, 1899), p. 51; K. KRUMBACHER, *Geschichte der Byzantinischen Litteratur*, zweite Auflage, p. 448-49. Mentio est βασιλικοῦ νοταρίου Γεωργίου τοῦ Γαλησιώτου in litteris imperatoriis an. 1447, ap. MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et diplomata*, t. III, p. 223.

iussit

AUCTORE H. D.

A *iussit* (1). *Praeter Georgium, e Galesiotis qui codices sua manu scripserunt occurrit saec. XII Nicolaus* (2), *nec desunt libri a monte sancto ad nostras bibliothecas perlati* (3).

quorum celeberrimus est S. Lazarus,

3. *Maximi momenti ad historiam sacri montis Galesii illustrandam censenda sunt varia documenta, adhuc inedita, de S. Lazaro, coenobitarum hisce in locis degentium patre et legislatore, cuius hodie memoria agitur. Horum autem praecipua sunt eius Vita a Gregorio monacho ipsius discipulo conscripta, et altera a Gregorio Cyprio, qui patriarcha Cptanus fuit, concinnata.*

cuius Vita inedita,

Et prioris quidem Vitae, quam penes Athonenses monachos latere iamdiu noveramus, apographum frustra quaesitum fuerat, cum anno 1905, RR. PP. Ludovicus Petit et b. m. Iulius Pargoire nostris disciplinis nuper ereptus, in itinere suo Athonico studiis nostris morem gerere sategerunt, et, quae multi sudoris res erat, codicis optimi at ipsa sua forma permolesti, folia partim arte photographica exprimere, partim, solis radiis officium renuentibus, exscribere officiosissime aggressi sunt. B *Quantas doctissimis viris gratias habeamus, qua etiam religione recordemur improbi laboris ab egregio I. Pargoire, qui quadraginta fere paginas sua manu exaravit, pro nobis suscepti, vix est cur moneamus.*

in codice Athonensi servata,

4. **A** = *Codex Lavrioticus I. 127, foliorum 341, 0m,204 × 0,133, lineis plenis, saec. XIV exaratus, quique est (fol. 1 in margine)* Βιβλίον τῶν κατηχουμηνείων τῆς λαύρας τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου (4) *haec complectitur.* 1° *Fol. 1-27 :* Εἰς τὸν βίον καὶ τὴν ἄθλησιν τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητοῦ Μαξίμου, *editum* P. G., *t. XC, p. 68-109.* — 2° *Fol. 28-64 :* Ἡ πρὸς Πύρρον τοῦ θαυμασίου καὶ ἁγίου Μαξίμου διάλεξις, *ed.* P. G., *t. XCI, p. 288 sqq.* — 3° *Fol. 65-80v :* Ἀκολουθία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος. *In huius officii canone, loco consueto legitur fol. 74r-77 synaxarium seu Vita brevis S. Lazari, quam hoc ex codice edituri sumus.* — 4° *Fol. 81-293 :* Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἄσκησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ. *Est haec nostra Vita prior, auctore Gregorio monacho, quae divisa est in* δόσεις *quinque, uti in margine appingitur ; nos in capita distinximus.* — C 5° *Fol. 296-341r :* Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου. *In margine ascriptum est :* ἴσως Γεωργίου Ξιφιλίνου, *quae coniectura inanis est, ut suo loco manifestum fiet. Haec est altera Vita a nobis ex alio codice antiquiore edenda. Non eadem manu, qua Vitam priorem, in Lavriotico libro hanc alteram exaratam esse, sed alia multo recentiore, saeculi videlicet XVIII notandum est. Prorsus eadem ea scripsit quibus, fol. 341v, clauditur liber :* Ἐκ τοῦ τυπικοῦ τῆς ἱερᾶς καὶ βασιλικῆς μονῆς τοῦ Βατοπαιδίου τοῦ ἐν τῷ ἁγι<ω>νύμῳ ὄρει. Τῇ ζ′ τοῦ νοεμβρίου μηνὸς ἀναγινώσκομεν δόσεις δύο ἀπὸ τοῦ βίου τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Λαζάρου τοῦ θαυματουργοῦ τοῦ νέου, τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος.

ex optimo,

5. *Porro, huius nostri codicis pars antiquior folia complectitur 294, et ad calcem haec legitur nota, littera rubra conscripta, qua fata libelli narrantur* (5) : Ἰστέον, ὡς ὅτι ὁ παρὼν ἐνδιάσκευος τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς Λαζάρου τοῦ Γαλησιώτου βίος ἐν τῇ τῆς μονῆς παρὰ τῶν ἀθέων βαρβάρων ἁλώσει ἐλήφθη παρ᾽ αὐτῶν δὴ τούτων ὅσπερ καὶ ἐμπεσὼν εἴς τινα μυρεψόν, ἀπεμπολῶν οὗτος δὴ τὰ εἴδη καὶ ἀποκόπτων ἓν καθὲν τῆς βίβλου φύλλον, οἷα εἰκὸς τούτους ποιεῖν, ἐδέσμει τε καὶ ἀπεδίδου. Διάτοι τοῦτο, ἔνθα συνέβη τι ἀπὸ τῶν φύλλων ἀφανισθῆναι, ἀφίεται τόπος κατὰ ἀναλογίαν τοῦ ἀφανισθέντος ... (6) δι᾽ ὅπερ κἀνταῦθα εὑρήσεις διὰ μέσου ἄγραφα φύλλα. Ἐγράφη δὲ τὸ παρὸν βιβλίον ἐν τῇ βασιλευούσῃ τῶν πόλεων θεοδοξάστῳ (7) καὶ θεομεγαλύντῳ Κωνσταντινουπόλει νέᾳ Ῥώμῃ ἐντὸς τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς ἁγίας τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως, ὡς ἂν ἀποκομισθῇ καὶ ἐντεθῇ ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ ἱερᾷ λαύρᾳ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, καθὰ δὴ καὶ ἐτέθη ἐν τοῖς κατηχουμενείοις. Οἱ οὖν ἀναγινώσκοντες εὔχεσθε διὰ τὸν Κύριον ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ (8). E *Usus est ergo nostri codicis scriptor exemplo ex ipso Sancti Lazari monasterio, postquam a barbaris eversum fuerat, allato, et hoc quidem male habito ab unguentario qui librum emerat ut ad solitos mercaturae usus eius folia converteret. Nonnulla ergo pessum abierunt, quae locis vacuis ad mensuram lacunarum scriptor designavit. Vacant quippe pars fol. 236, integrum fol. 236v, pars fol. 242r, integra fol. 243, 243v, pars fol. 253, integrum fol. 253v, pars fol. 262, integra fol. 262v, 263, 269v, pars fol. 270v, integrum fol. 271, pars fol. 279, integra fol. 279v ad 281v. Quae autem desiderantur, habita ratione amplitudinis historiae S. Lazari, multa non sunt, non minimi tamen, ut conicere licet, momenti. E foliis a myropola disiectis unum vel alterum haud recte compositum fuisse, suspicio animum subiit cum Vitam primum legi. Verum ubi iisdem debito loco restituendis conatum adhibui, id minime certum esse deprehendi, et tutius visum est codicem, qualis est, sequi quam rectum ordinem turbandi periculum incurrere.* F *Ceterum optime tradita est Vita Lazari et scriptura admodum emendata ; nec tritis illis vocalium permutationibus deturpata est quae perpetuam castigationem postulant. Perpauca huiusmodi, quae minoris momenti videbantur, lectore non monito, ad normam restituimus, nominatimque in adhibendo* ν *epenthetico scriptoris oscitantiam correximus.*

non tamen integro exemplo descripta,

a paucis lecta est.

6. *Antiqua S. Lazari Vita a paucis lecta est. Occurrit etiam in codice Athonensi monasterii Sanctae Annae n. 6, fol. 145-307, saec. XVIII-*

(1) Ita ad calcem codicis " anglicani ", ut habet editor operum Chrysostomi (*P. G.*, t. LV, p. 710) : Ἐγράφη ἡ παροῦσα βίβλος τῶν ψαλμῶν ἐν τῇ περιβοήτῳ μονῇ τοῦ Γαλησίου, προτροπῇ τοῦ πανοσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν ἱερομονάχου κυροῦ Γαλακτίωνος τοῦ τυφλοῦ, ἐν ἔτει ,ςψϙγ′. ἰνδ. ιγ′ (an. Chr. 1285). — (2) Nomen eius e codice Athonensi monasterii Kutlumusii 82 attulit M. I. GEDEON, Γνώσεις ἐκ τοῦ τυπικοῦ τῶν μονῶν τοῦ Γαλησίου ὄρους (Constantinopoli, 1898), p. 6. — (3) Vide H. OMONT, *Facsimilés des manuscrits grecs*, IX-XIVe siècles, p. 12; VLADIMIR, *Sistematičeskoe opisanie rukopisej moskovskoj sinodalnoj biblioteki* (Mosquae, 1894), pp. 117, 558 ; P. FRANCHI DE' CAVALIERI, *Index codicum graecorum bibliothecae Angelicae*, in STUDI ITALIANI DI FILOLOGIA CLASSICA, t. IV (1896), p. 80. — (4) Codicem etiam excussit GEDEON, *op. cit.*, p. 7-9. — (5) Locum exscripsit GEDEON, p. 9, sed verba nonnulla incaute praetermisit. — (6) Ita codex : ἀφανισθέντος ἄπιφ (?). Quid haec sibi velint non liquet. Haec commentarii loco apponit GEDEON, l. c., n. 4 : ἴσως ὄπισθεν φύλλου, ἢ ἅπαξ : ὅπερ οὐ χωρεῖ. — (7) θεοδοξάσθω *cod.* — (8) Dein scribit : τί σε καλέ, quae quid valeant assequi non possum. Litterarum vi immutata nomen scriptoris iisdem celari crediderim.

AUCTORE H. D.

XIX exarato; quem, cum audisset R. P. Petit codicis Lavrensis apographum esse, merito neglexit. In ipso codice e quo eam proferemus eandem legerunt vv. dd. M. I. Gedeon, qui admodum pauca ex eadem exscripsit (1), *et Chrys. Loparev, qui brevibus etiam excerptis contentus, maximi illam esse momenti ad rei monasticae et horum temporum historiam illustrandam optime ostendit* (2). *Vitam Lazari antiquam et prolixam prae manibus habuisse credendus est Raphael hieromonachus* Ἀρτηνός, Καψοκαλυβίτης (sic), ἐπίσημος τὴν ἀρετήν· οὗτος πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐξήγησεν ἀπὸ τὸ ἑλληνικὸν καὶ τὸν βίον τοῦ ὁσίου Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος, διεξοδικὸν ὄντα καὶ πολύν, ὡς δύο ψαλτήρια (3). *Haec lucubratio, quam typis mandare gestabat bonus monachus, numquam in lucem prodiisse videtur.*

Quam scripsit

7. *A Gregorio monacho S. Lazari Vitam concinnatam esse non quidem ex libelli inscriptione sed ex narrantis verbis perspicuum est. Referens enim* (c. *170*) *historiam fratris cuiusdam Ioannis Sardensis, addit se ad illum, ipso quo obiit die vir*
B
sanctus, accessisse : κατελθόντος μου πρὸς αὐτόν, *atque a fratre, qui illi comes assidebat, hisce nuntiatum esse :* ὁ μοναχὸς Γρηγόριος ὁ κελλαρίτης ἥκε πρὸς σέ. *Monachum autem Gregorium discipulum sancti patris fuisse plurimaque narrare quae suis oculis vidit et auribus audivit ex ipsius dictis abunde constat. Non tantum se in monasterio montis Galesii commorari multis in locis testatur* (v. g. c. *75*) *sed ad sanctum se accessisse saepius iterat :* ἐγὼ δὲ ἀνελθὼν πρὸς τὸν πατέρα, c. *97;* ἀνελθόντος μου πρὸς αὐτόν, c. *223;* ἐμοὶ δὲ ἑσπέρας ἀνελθόντι πρὸς τὸν πατέρα ... ἔφη, c. *151, etc. Patri quippe famulabatur et potum illi afferre consueverat :* ἀπενεγκότος μου αὐτῷ κατὰ τὸ σύνηθες πρὸς ἑσπέραν τὸ πότον, c. *81; ab illo advocatur :* φωνήσας με ὁ πατὴρ ἔλεγεν, c. *213, et illum Gregorius vicissim crebro interrogat :* κἀμοὶ ... ἐρωτήσαντι τὸν πατέρα, c. *121;* ἐρωτηθεὶς δὲ καὶ παρ' ἑτέρων καὶ παρ' ἐμοῦ, c. *200, atque cum eo colloquia miscet :* πολλάκις πρὸς τὸν πατέρα ἔλεγον, c. *190;* ἤκουσα τοῦ πατρὸς λέγοντος, cc. *50, 155, etc., etc.; verbo, se non pauca scripsisse asserit quorum testis et pars fuit :* ὡς αὐτόπτης καὶ ὑπηρέτης ἔν τισιν αὐτῶν γεγονὼς ἀψευδῶς γέγραφα, c. *214.*

Gregorius Lazari discipulus,

qui plurima a testibus

8. *Maximi sane pretii sunt quae audimus Gregorium velut de se ipso narrantem; vix minore fide digna videntur quae ex ore testium optimorum profert. Neminem enim inter hagiographos adhuc me repperisse recordor qui tam sapienter suos testes selegeret eosdemque tam accurate designare satageret. Ita v. g. si mireris Gregorium, qui Lazarum nonnisi in Galesio iam commorantem novit* (c. *75*), *tam late de eius pueritia et adulescentia agere potuisse, ea omnia se audivisse testatur a presbytero Leontio, cuius uxor Lazari matris obstetrix seu illius nutrix fuerat, cuique deinceps puer educandus fuerat traditus* (cc. *3, 4*). *Saepissime etiam obiter tangit quae in omnium recordatione esse novit :* πάντες ἴσμεν σαφέστατα, cc. *193, 204;* τὸ στενὸν τοῦ βίου ... ἡ ἐκείνου κέλλη κηρύττει, c. *179, etc. Non hegumenum solum, sed et infimos quosque monasterii officiales veluti testes appellat : Ignatium, sancti Lazari fratrem,* ὁ καὶ νῦν ἡγούμενος ἡμῶν, c. *221; Neophytum,* ὃς ἦν τότε παρακελλάριος, c. *248; Iacobum,* ὁ καὶ D
τότε καὶ νῦν μάγειρος, c. *214; Cyrillum,* τὸν καὶ οἰκονόμον ἡμῶν, cc. *118, 244; Germanum,* ὃς ἦν παρεκκλησιάρχης, cc. *152, 209, 152; Ignatium,* ὁ νῦν ἡμῶν τραπεζοποιός, c. *131; Bartholomaeum,* τὸν οἰκονόμον, c. *83; Ioannicium,* τὸν κελλαρίτην, c. *46, etc. Quod autem nonnullorum historiam suppresso nomine narret, optimam affert causam, ne aliis, cuius gesta laudabilia non sunt, detrahere videatur* (c. *203*), *aliis vero qui laudem merentur prae ceteris favere contingat, sibique invidiam parare.*

selectis,

9. *Cetera non a quibuslibet testibus accepta narrare se profitetur. Quamquam enim multa audiverat a fratribus iam defunctis, viventes tamen solos appellare quantum fieri potest satagit, ut rei veritatem interrogando comprobare valeant lectores* (c. *80*). *Et longum sane est agmen eorum quorum testimonium adducit. Quinam ex illis praecipui sint audiamus. Constantinus,* ὅστις καὶ μέχρι τοῦ νῦν παρὼν ταῦτα διηγεῖται (c. *64*); *Laurentius nunc stylita :* παρ' αὐτοῦ καὶ ἑτέρων οἱ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἰαθέντος ἀκηκόασι, μεμάθηκα E
(cc. *71, 138, 201*); *Ignatius monachus,* ὁ νῦν τραπεζοποιὸς ἡμῶν μοι διηγήσατο (cc. *82, 131*); *Beniamin monachus :* Καὶ μαρτυρεῖ ὁ ἀδελφὸς Βενιαμίν (c. *82*); *Nilus presbyter :* ἐρωτήσαντι μοι... ἔφη (c. *83*); *Bartholomaeus monachus,* οἰκονόμος, ἐπὶ τούτῳ συμμαρτυρεῖ, *etc.* (cc. *83, 90*); *Nicephorus monachus, Stratonicia oriundus :* τοιοῦτόν τι διηγήσατο (c. *86*); *Theodulus monachus,* Ἄρρωστος παρ' ἡμῶν ὀνομαζόμενος διηγήσατο (c. *88*); *Mercurius,* ᾧπερ ἡ τοῦ γύψου πλάσις ἦν ἐπιστήμη, διηγήσατο (c. *93*); *nauta quidam fratribus haec narrat* (c. *94*); *mulier quaedam narrat Neophyto monacho, praesentibus aliis nonnullis,* ἃ κἀμοὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐξέθετο ἀδελφός (c. *95*); *Georgius saecularis,* γνώριμός μοι (c. *96*); *Himerius,* ὁ τοῦ Μίτα Ἰωάννου λεγομένου κηδεστής, διηγεῖτο (c. *101*); *Matthaeus monachus,* τοῦτό μοι ... διηγήσατο (c. *110*); *Niconis monachi avunculus:* παρὰ τοῦ θείου αὐτοῦ μεμάθηκα (c. *174*); *fratres quidam,* οἵτινές μοι ἐξ αὐτῆς διεβεβαιοῦντο τῆς μακαρίας Εὐπραξίας τοῦτο ἀκηκοέναι (c. *199*); *Nilus monachus,* ὃς τότε μὲν νεώτερος ἦν, νῦν δὲ γηραιὸς ... διηγεῖται (c. *225*); *Cosmas Philippicus, monachus :* ὡς παρ' αὐτοῦ οἰκείοις ἤκουσα ὠσί F
(c. *232*); *Nicolaus, metropolitae nuntius,* μέχρι τοῦ νῦν ζῶν τὰ τοῦ πράγματος διηγεῖται (c. *238*). *Ex his aliisque similibus colligitur non tantum summa cum cura sed et cum anxietate quadam S. Lazari biographum fontes singularum fere narrationum quibus Vita constat lectori aperire, et proprio ingenio vix umquam indulgere.*

plerisque tunc superstitibus,

10. *Ante Gregorium neminem de Lazari gestis colligendis cogitasse probabile est, neque ullum Vitae antiquioris in eius libello vestigium deprehenditur. Scriptis tamen documentis non penitus caruit, neque quae praesto erant, pro sua diligentia, adhibere omisit. Primum est narratio quam ei scripto tradidit monachus Photius* (c. *84*). *Alterum, maioris momenti, regula seu* διάταξις *monasteriorum Galesii montis, ipso Lazaro iubente aut potius dictante concinnata. Eius enim praecipua capita non tantum aptissime contracta lectorum sub oculis ponit* (c. *246*), *verum etiam, ni fallor, non pauca de vita sancti patris inde ab adulescentia*

paucissima e scriptis

(1) Haec primum edidit in Ἐκκλησιαστικὴ Ἀλήθεια, dein in libello Γνώσεις ἐκ τοῦ τυπικοῦ τῶν μονῶν τοῦ Γαλησίου ὄρους, pp. 15-18, 20-23 — (2) ***Kratkij otčet o poězdkě na Athon lětom 1896 goda*** (Petropoli, 1897), p. 15-21; ***Vizantijskij Vremennik***, t. IV (1897), p. 364-78. — (3) C. DAPONTES, Ἱστορικὸς κατάλογος ἀνδρῶν ἐπισήμων, ap. C. SATHAS, Μεσαιωνικὴ βιβλιοθήκη, t. III (Venetiis, 1872), p. 125-26.

ad

accepit,

ad tempus quo in monte Galesio monasteria condidit, ex ipso typico accepit; haec enim in libello legebantur : περιεῖχε γὰρ πῶς τε ὁ πατὴρ ἐκ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀπάρας τοὺς ἁγίους τόπους κατέλαβεν, ἐκεῖθεν τε αὖθις ὑποστρέψας Θεοῦ προνοίᾳ εἰς τόδε τὸ ὄρος καταντήσας ἀνῆλθε καὶ τὰ τρία μοναστήρια ἐν ἑαυτῷ ᾠκοδόμησε. Est et ubi sancti gesta describens, more multorum hagiographorum, alterius scriptoris verba usurpat v. g. c. 35. Optimis tamen e fontibus hausisse videtur quae profert de monasteriis a Lazaro erectis, de eorundem disciplina, de claris ibidem enutritis monachis, de patris doctrina spirituali.

et artificiose concinnavit.

11. Neque ampla tantum et selecta rerum copia, sed et artificiosa materiae dispositio et elegans dicendi genus. Aptissime singula distribuuntur, et leniter ab uno ad aliud labitur oratio. Qua ratione res distribuere soleat e c. 79 velut exemplo accipe. Primum se dicturum nuntiat de Lazari victu; dein de susceptione sacrorum mysteriorum; tertio de eius spiritu prophetico, ut de miraculis nihil dicat, et has singulas orationis partes accurate deinceps persequitur. Lege quoque cc. 211 sqq., ubi
B varia colligit mirabilia, cum ciborum inopia esset, in monte sancto patrata. Primum enim dicit de penuria panis, tum vini, tum casei, tandem olerum et ita porro, ita ut perspicuum sit nihil temere sed omnia meditate ab auctore prolata et singula optimo loco posita esse.

S. Lazari pueritia.

12. Age iam paucis complectamur quae de curriculo vitae a Lazaro sanctissime emenso Gregorius copiosissime narrat. Natus est Lazarus in Asia, in vico prope Magnesiam a Deipara nomen sortito, parentesque habuit Nicetam et Irenen, quorum quintus filius fuit. In eius nativitate tota domus luce perfusa est, inventusque ab obstetrice puerulus stans, ad orientem respiciens manusque in pectore per modum crucis decussatas tenens. A parentibus pie educatus, sexennis traditur Leontio presbytero, hortatu Eliae eius avunculi, qui monachus erat in coenobio τῶν Καλαθῶν; tribusque elapsis annis, mittitur εἰς Ὀρόβους ad notarium quendam, Georgium nomine, ut litteras edisceret; rursus post tres annos ab ipso avunculo arcessitur, ut res ecclesiasticas doceretur ipsique famularetur. Cum autem nonnulla surripuisset quae pauperibus largiretur, ab avunculo verberatus et dimissus est.
C Tum solus e libris ecclesiae quae necessaria erant discere pergit.

Sacra loca visendi,

13. Flagrabat autem adulescens, qui in saeculo Leo vocabatur, sacra loca visendi desiderio. Insciis ergo omnibus, e monasterio aufugit. Sed avunculo iubente requisitus eoque reductus est, ubi duos rursum annos quiete commoratus est. Quibus elapsis ad monasterium τοῦ Στροβιλίου mittitur, ut a notario quodam Nicolao artem suam doceretur, quem ipse vicissim misericordiam in pauperes et pietatem exemplo docet. Postquam tres cum eo annos degit, clam iterum monasterio exit seque monachis ad sacra loca peregrinantibus admiscet. At rursum insectatus mox reducitur. Verum, post sex menses, terrae sanctae cupidine magis incensus, tertium aufugit. Et veniens ad locum ubi monachus in columna inclusus degebat, ab eo sacra veste induitur, moneturque a via incepta non regredi. Pergit igitur, noctuque in sacello quodam quiescit.

cupidine incensus,

14. Hinc Chonas petit, seque aliis peregrinantibus admiscet; quo in itinere et virginem quandam a militum petulantia tutatur et ipse a daemone ad impudicitiam allicitur, sed frustra. Tum itineris comitem eligit monachum quendam Paphlagonem, qui reapse pravus erat; vicos enim circuibat panesque colligebat, quos Lazaro ferendos tradebat, dataque opportunitate vendebat. Hunc ad meliora hortari primum aggressus est Lazarus; dein panes, quibus onustus erat, pauperibus largiri coepit. Cum Attaliam pervenissent, de ipso puero vendendo cogitat perversus monachus. Lazarus autem ad montem vicinum aufugit, ibique obviam habet venerandum senem, parvo monasterio praepositum, qui ipsi suadet ad maturiorem aetatem itinera differre, atque interim secum commorari. In monasterio recipitur, nomenque Leonis cum Lazari commutat.

Auctore H. D.

iter arripit;

monasticam vitam amplexus,

15. Mox audiens in vicino monte speluncam quandam esse hesychastarum exercitiis idoneam, annuente hegumeno, eo migrat, ibique ab haereticis, qui hoc in loco plurimi erant, haud parum vexatur. Hos autem tam mansuete excipit ut ad fidem primum, dein ad vitam monasticam convertantur. Egregie sancto viro favet episcopus, qui ipsi penulam largitur; undique concurrentibus fidelibus, ad speluncam via sternitur oratoriumque et cellae pro fratribus exstruuntur; duo autem ex Lazari sociis presbyteri ordinantur. Simulatorem, qui se malis artibus monasterium locupletare spondebat, indignabundus repellit Lazarus, et ut resipiscat hortatur. Cum autem sancti viri fama in dies cresceret et veluti ad prophetam multi ad eum concurrerent, loco abire statuit; et postquam septem ibidem annos explevit, latenter speluncam deseruit et iter Hierosolymitanum aggressus est. Prope Antiochiam puellam a militibus raptam liberat et ad suos reducit; Hierosolymis autem, cum omnia sacra loca et monasteria lustrasset, tandem Sancti Sabae coenobitis adscribitur, quibuscum sex annos canonarchi munere fungens commoratur. At, vitae solitariae studio captus, tempore quadragesimae in desertum secedit, invito hegumeno; a quo e monasterio eiectus, S. Euthymii coenobium petit. Quod brevi iustas ob causas relinquens, iterum ab hegumeno S. Sabae recipitur; quo iubente, mox sacerdotio initiatur. E

Hierosolymis

sacerdos ordinatur.

In patriam redire coactus,

16. Dum iuxta morem receptum cum nonnullis desertum peteret, vocem audivit ex alto ter monentem : "Lazare, patriam tuam repetas oportet." Recordatus autem verborum Domini : Nemo mittens manum ad aratrum etc. monito haud obsecutus est. At mox incursio facta est Saracenorum, qui sanctam civitatem, templa et monasteria evertentes, F
Lazarum cum ceteris expulerunt ac in partes Romaniae secedere coegerunt. Nondum abierat, cum audit fratrem, quocum in monasterio S. Sabae canonarchi officium expleverat, fidem negasse et Saracenorum vestem induisse. Cum eo statim congreditur, et ab amira facultate concessa, illum itineris socium per desertum assumit; verum, noctu ille aufugit. In deserto a leonibus quattuor nihil laeditur, dein insectantes se camelarios in fugam vertit. Laodiceae a Paulo, socio itineris, qui in columna se includit, segregatur. Hinc Antiochiam petit, per Ciliciam transit, dein per Cappadociam, ubi in monte Argeo tum ab urso tum a canibus exagitatur; etiam in via, quae est a Caesarea ad Sanctum Theodorum, per tres dies a cane nigro, seu potius a daemone lacessitur. Euchaitis pergit ad Chonas, dein Ephesum, unde antequam Romanum iter, quod ei in votis erat, aggrediatur, ad patriam paululum divertit, amicis et cognatis adhuc superstitibus vale dicturus.

prope Ephesum

17. Ephesum deinde repetit, moxque relinquit. Monasterium, Appionis dictum, invisit, atque hinc oratorium S. Marinae dicatum, ubi degebant duo fratres, Hilarius et Leontius; a quibus invitatus, ut

AUCTORE H. D.

columnam ascendit. *ut secum remaneret, columnam sibi aedificari postulat, in quam, Symeonem stylitam aemulatus, ascendit. Mox, fama eius late divulgata, multi ad eum undique concurrunt. A monachis autem ibi prius degentibus rogatur ut vel alio migret, vel quosvis adventantes recipere desinat. Utrumque cum negasset sanctus, illi abeunt, atque monasterium condunt, quod sub Hilarionis monachi nomine aliquamdiu perstitit. Interim nonnulli Lazaro se adiungunt, cellae aedificantur, novumque S. Marinae templum excitatur, atque ita hoc in loco exsurgit monasterium, quod piorum hominum eleemosynis et ipsius episcopi Ephesini munificentia sustinetur.*

In monte Galesio 18. *In columna sub dio vixit Lazarus annos septem, gravibus etiam ferramentis et catenis onustus et solo pane et aqua contentus, qua asperrima vitae ratione plurimos ad se trahebat, qui animae vel corporis sanitatem ab eo sibi restitui postulabant. Crescente autem in dies hominum frequentia, Lazarus quietis et solitudinis amans, in montem Galesium, qui ex adverso stabat, secedere*
B *et in spelunca, in qua monachus quidam Paphnutius habitasse ferebatur, delitescere statuit. Porro, huius Paphnutii vitam breviter hoc loco narrat* *monachi Paphnutii* *biographus. Atheniensis erat, Romaeque primum cum magna sanctitatis fama cellulae inclusus vixerat. Verum, insidiis diaboli captus, ad impudicitiam primum, dein ad homicidium perductus est. Scelerum autem paenitentia ductus, et ab angelo monitus, in Asiam tandem profectus est ibique in speluncam se abdidit. Quadam autem die a pastore casu occisus est; pastor vero eandem postea vivendi rationem amplexus, in eius locum successit, sancteque vixit et obiit. Et haec quidem de primis speluncae habitatoribus.*

speluncam subintrat, 19. *In montem igitur Lazarus ascendit, et stylitam quendam, qui ibidem* ἐν τῇ Πέτρᾳ *commorabatur, de loco propositis suis exsequendis idoneo sibi deligendo consuluit; qui statim ipsam S. Paphnutii speluncam velut aptissimam significat. Illam proinde nihil haesitans Lazarus subit. Multa in hoc loco a daemone patitur, quae quam tremenda fuerint exponit biographus exempla afferendo tentationum et praestigiorum quibus alii nonnulli in sacro monte obnoxii fuerunt, et plurima narrat de monachis Symeone, Ioanne, Anto-*
C *nio, Ignatio, Nilo, Philippico, Saba, Gregorio, Cornelio.*

dein prope illam 20. *Vix menses sex in Galesio solus degerat, cum ab Ephesino episcopo iubetur ad Sanctam Marinam reverti. Paulo post, absente antistite, cisternam, quae prope speluncam erat, renovari iussit Lazarus; ea autem refecta, montem cum fratribus aliquot repetit; speluncam denuo ingreditur fratresque dimittit rogans ut aqua cum herbis sibi semel in hebdomada deferatur. Mox in colum-* *conscendit columnam,* *nam, quam fratres aedificaverant, domicilium collocat. Sed rursum malis artibus daemon patri nocere conatur. Quadam die ex urceo, in quo unius hebdomadae potus afferebatur, aquam effudit, atque adeo crudeli excruciavit eum siti ut, nisi divinitus refocillatus fuisset, animam efflavisset vir sanctus. Hinc fratrum postulationi satisfacit, atque monachum Cosmam, qui sibi famularetur, in spelunca commorari non detrectat.*

Salvatoris dictam; 21. *Quaedam autem pia vidua, quae ad sanctum creberrime accedebat, calumnias spargendi ansam praebuit, et tandem aliquando occasio fuit ut locum* τοῦ Σωτῆρος, *in quo annos duodecim transegerat, relinqueret. Iussit quippe Lazarus in* *et iterum aliam,* *montis regione altiore novam columnam sibi exstrui, quam noctu, nemine sciente, ascendit. Cum autem audisset de muliere quadam stylitissa, novos corpusculo cruciatus infligente, illius imitatus exempla, pedes extra parietem pendulos habere coepit. Suis vero omnibus, et ipsa matre, quae et ipsa sacrum habitum induerat, ne id ageret dehortantibus, et a monacho quodam peregrino admonitus periculum imminere ne in superbiam incideret, pedes tandem retraxit. Ex adverso autem columnae concham quandam seu sacellum fabricari iussit, ubi divina mysteria vel a fratribus S. Salvatoris vel a quodam sacerdote saeculari celebrabantur. Quamquam hic etiam antiquus hostis terrorem ipsi incutere non desistit, plurimos nihilo minus daemones expellit et aegrotos sanat etiam absens.*

Deiparae nuncupatam, tertiam, Resurrectionis. 22. *Hanc esse columnam a Deipara nuncupatam multis e locis patet. Aliam deinceps in parte altiore montis aedificatam, ascendit, quae Sanctae Resurrectionis nomine vocata est. Et ab his quidem tribus columnis initium factum esse videtur monasteriorum trium cum tribus ecclesiis quae in monte Galesio condidit sanctus pater. Tota quippe sacri montis historia inde a remota origine in Vita Lazari adumbratur. Antequam videlicet ille ad Galesium accederet, nonnullorum qui in eo vitam solitariam duxerunt memoria superstes erat, ut Paphnutii et pastoris, de quibus supra, et illius qui ecclesiam S. Ioannis Baptistae ibi exstruxerat, quin et mulieris cuiusdam quae in monte moraba-* *Monasteriorum initia* *tur quando Lazarus advenit. At primus ille fuit qui discipulos aggregasse et cum sua etiam aliorum saluti prospexisse fertur, et ipse procul dubio conditor habendus est monasteriorum* τοῦ Σωτῆρος, τῆς Θεοτόκου, τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως. *Haec autem tria in locis parum dissitis sita, reapse in unum coaluisse tum ex tota Lazari historia, tum ex ipsa eius constitutione monastica, quam scripto reliquit, colligitur.*

et typica. 23. *Typicum enim, quod* κτητορικὸν *audit, a Lazaro concinnatum fuisse ex eius Vitae c. 246*
F *habemus* (1). *Id autem non ipse conscripsit, sed eius iussu monachus Nicolaus, grammaticus qui, a patre octavo ante obitum die arcessitus, omnia et singula audivit quae instrumentum complecti oporteret. Quae cum scripto mandasset, Nicolaus patri recitavit, qui statim opus laudavit nondum tamen manus suae subscriptione probavit, neque, cum morbo laboraret, id ab eo postulare quisquam audebat. Tandem, cum ad extrema iam perductus esset, libellus affertur atque Cyrillo monacho manum moribundi tenente atque ducente, nomen conditoris subnotatum est. Postea, ut sanctus pater Laurentio stylitae et Gregorio biographo praedixerat, sigillo imperatoris typicum montis Galesii confirmatum est. Huius autem nullum exemplum ad nos pervenisse videtur; quod enim nuper allatum est monasteriorum Galesii typicum, liturgicum*(2), *est non* κτητορικόν, *et quidem, ut satis perspicuum est, haud paucis post Lazarum annis compositum. Verum, breviter quidem sed admodum*

(1) De typico κτητορικῷ seu *fundatorio*, disseruit L. ALLATIUS, *De libris ecclesiasticis graecorum* (Parisiis, 1646), p. 11 sqq.; multo uberius W. NISSEN, *Die Diataxis des Michael Attaleiates von 1077*, Jena, 1894. — (2) Typica liturgica ea sunt quorum exempla non pauca collegit A. DMITRIEVSKIJ, *Opisanie liturgičeskich rukopisej*, t. I, Kiev, 1895.

accurate,

A *accurate, quae instrumento continebantur, in Vita Lazari inserta sunt, illudque ea plane ratione concinnatum esse, qua cetera fere monasteriorum typica quae aetatem tulerunt. Praeter enim ea quae ad monasteriorum constitutionem et bona pertinent, et solita de monachorum victu et conversatione, ipsius conditoris gesta quae cum coenobiorum constitutione conexa sunt non omittuntur, neque etiam eius exsequiarum ordo praetermittitur. Et is quidem sancti patris humilibus sensibus consentaneus erat; iubebat enim corpus suum bestiis terrae et volatilibus caeli vorandum proici, quod utique a monachis non observatum fuisse nemo non laudabit.*

Monasteria

24. *Porro, postquam decreverat pater quot in singulis domibus, Resurrectionis dico, Salvatoris et Deiparae, fratres habitare oporteret, ab his omnibus unum praepositum,* τὸν ἡγούμενον ἕνα, *qui recte monasterium* — τὰ τῆς μονῆς — *administraret, eligi constituit. Simul etiam definit quaenam deinceps ratio intercedet Galesiotas inter et monasterium* εἰς Βέσσας *nuncupatum. Et de hoc quidem coenobio, cuius in Vita Lazari crebra est mentio, uberius dicendum esset nisi in ipso loco ubi de eius historia* B *praecipue agebatur, Vita mutila esset (fol. 279-281). Haec autem certa videntur. Extra montem Galesium situm erat (c. 245), ab ipso Lazaro conditum (cc. 79, 216), in loco ab imperatore ipsi concesso (c. 246), et, ni fallor, ut lites cum metropolita Ephesino vitarentur, vel saltem fratribus refugium praesto esset (c. 239). Coenobium* τῶν Βεσσῶν, *ducentorum et amplius monachorum (cc. 79, 246), diversum a Galesiotis hegumenum habebat (c. 246), eratque inter montem et Bessas hinc bonorum quaedam communitas illinc hominum veluti divortium, Lazaro omni conatu ostendente transitum a monte ad Bessas sibi displicere. De his procul dubio in typico plura legebantur quam quae passim et per transennam innuit biographus. A Lazaro quoque conditum esse videtur monasterium* τῆς Παυσολύπης, *Maria Scleraena sumptus ad id conferente (cc. 246, 247). Lazaro rursum interveniente, ut conicere fas est, in ipso monte vel in locis vicinis, coenobium mulierum,* μονὴ τῆς ἀειμνήστου Εὐπραξίας *haud semel nuncupatum, ab eius matre, quae a filio monasticam vestem receperat ac simul cum habitu nomen mutaverat (cc. 59, 164, 199, 201). Verum de his omnibus auctor loquitur velut de* C *rebus notissimis, et plurima reticet quae resciscere nobis maximi videtur momenti.*

ad Bessas,

Pausolypes,

Eupraxiae.

Sancti Lazari doctrina.

25. *Praeter ea quae notavimus, multus est Vitae Lazari scriptor in exponenda sancti patris doctrina spiritali colligendisque responsis quibus fratrum quaesita enodare solebat; nec minus abundat in referendis Galesiotarum virtutibus praestantium dictis factisque memorabilibus. His multum immorari haud vacat, licet ad historiam sacri montis illustrandam utilia sint vel ad disciplinam asceticam huius aetatis melius perspiciendam summi momenti. Feliciter quoque accidit ut ab ipso Gregorio, qui singula ad patrem pertinentia tam diligenter perquisiverat, ratio temporum eius Vitae data opera exponeretur, neque est cur ullo modo an recta sit dubitemus. Vixit ergo Lazarus octoginta et sex annos, quorum octodecim primos in patria transegit, tum viginti extra patriam variis in locis, septem in asceterio Sanctae Marinae, reliquos quadraginta et unum in monte Galesio. Cum autem obierit anno Christi millesimo quinquagesimo quarto, anno 968 natus sit oportet. Quae adversus hunc computum ex altera S. Lazari Vita afferri posse videntur, audienda non esse ex sequentibus manifestum erit.*

AUCTORE H. D.

Temporum ratio.

Vita altera,

26. *Alteram S. Lazari Vitam, cuius apographum in codice Lavriotico, supra excusso, exstare iam diximus* (1), *e codice Barberiniano VI. 22* (=**B**) *(p. 283-314), qui nunc in bibliotheca Vaticana est, saec. XV exarato* (2), *edituri sumus. Sfortianum fuisse librum olim asserui* (3); *Allatianum postea fuisse nullus dubito, cum saepius in variis operibus ex hoc codice excerpta afferat Allatius, atque de hac nostra Vita, quae in nullo alio Occidentis codice reperta est, ita loquatur : " Servatur penes me* Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου πατρὸς ἡμῶν Λαζάρου, τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος, E συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου πατριάρχου κυροῦ Γρηγορίου (4), *quod ipsum Barberinianum lemma est. Si scribendi paucos errores, qui nullo negotio emendantur, excipias, optime tradita videtur Gregorii Cyprii lucubratio.*

quam scripsit Gregorius Cyprius,

27. *Gregorium enim patriarcham (1283-1289) non alium esse atque Cyprium expedite ostendit Allatius* (5), *nec quisquam mirabitur Gregorium, seu, ut antequam monachum indueret vocabatur, Georgium* (6), *qui S. Georgii* (7), *S. Dionysii* (8), *S. Marinae* (9), *S. Euthymii Madytorum episcopi* (10) *laudationes conscripsit, Lazarum quoque Galesiotam suis laudibus exornasse. Sacri montis monasteria Gregorium adiisse cum Ephesi commorabatur eiusque viciniam lustrabat* (11), *ibique de Lazaro audisse eiusque Vitam inde rettulisse admodum probabile est, nisi forte a Galesiotis, quibuscum epistularum commercium habebat* (12), *illam acceperit. Quanquam in nostris codicibus Gregorii lucubratio de Lazaro* Βίος καὶ πολιτεία *inscripta est, reapse tamen non Vita sed laudatio dicenda est,* ἐγκώμιον *seu* λόγος, *ut aliorum eiusdem de sanctis scriptorum lemmata habent. Et quidem laudationum ordinem* F *et stilum quaesitissimum tota oratio prodit, nec silet auctor se huius dicendi generis leges servasse :* νόμοις ἐγκωμίων ἑπόμενος *(c. 2). Conatum etiam adhibuit ut, sicut in ceteris suis orationibus, hic quoque eluceret " figurarum varietas, distinctio, sublimitas, gravitas, concitatio et quod in affectibus decorum est cum concinnitate quadam et vocum copulatione non ignobili* (13), „ *quibus ipse existimat optimam dicendi formam comprehendi.*

28. *Rhetores elegantioris stili magis quam rei veritatis sollicitos esse solere recordetur oportet qui in Cyprii fontes historicos inquirere velit. Quamvis enim pleraque ab eo narrata etiam in Vita antiqua legantur, ita tamen hinc inde in laudatione*

laudatio potius dicenda,

(1) Supra, n. 4. — (2) Codicem olim excussimus, *Catal. codd. hag. graec. Barberinianae de Urbe*, ANAL. BOLL., t. XIX, p. 111. — (3) *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. XVII, p. 10. Cf. A. PICCOLOMINI, in *Studi italiani di filologia classica*, t. VI (1898), p. 170. — (4) *De Georgiis et eorum scriptis*, FABRICIUS-HARLESS, t. XII, p. 131. — (5) *Ibid.*, p. 128. De Gregorio legendi quoque sunt I. F. B. M. DE RUBEIS, *Georgii seu Gregorii Cyprii patriarchae Constantinopolitani Vita*, Venetiis, 1753; KRUMBACHER, *Geschichte der Byzantinischen Litteratur*, 2ª Aufl., p. 476-78; cf. p. 92; ED. KURTZ in *Byzantinische Zeitschrift*, t. II (1893), p. 314. — (6) GEORGIUS PACHYMERES, *Andronic. Palaeolog.*, I, 22. — (7) *Act. SS.*, April. t. III, p. XXV-XXXIV. — (8) Laudatio S. Dionysii adhuc inedita est, legiturque v. g. in codicibus Parisinis 2629, 3040. *Catal. Gr. Paris.*, p. 288. — (9) S. Marinae laudatio etiam inedita est. Vide v. g. codices Parisinos 831, 2629, 3010. *Catal. Gr. Paris.*, pp. 46, 288. — (10) Ed. ARSENIJ, *Gregorii Cyprii encomium S. Euthymii Madytorum episcopi* (russice, Mosquae, 1886), p. 5-68. — (11) *Gregorii Cyprii sermo de rebus suis*, DE RUBEIS, p. IV. — (12) DE RUBEIS, p. XXIX. — (13) *Sermo de rebus suis*, DE RUBEIS, p. XI.

AUCTORE H. D. *Lazari gesta* *exponuntur ut merito dubites utrum a prisco illo Gregorio rem didicerit an ab alio quodam Lazari biographo, cuius opus nunc lateat. Quibus in locis Cyprius cum Galesiota consentiat, quibus vero ab alterutro dissentiant, quam accuratissime fieri poterit ad singulas orationis partes notabimus. Hic pauca tantum afferre iuvat, ex quibus statim apparebit Vitam Lazari a laudatore non mere exscriptam fuisse. Hic verbi gratia narrat Lazarum a parentibus ad monasterium* τῶν Ὀρόβων *missum fuisse, ne amplius ad sacra Palaestinae loca aufugere tentaret (c. 5); ex Vita autem constat eum non ante de itinere Palaestinensi cogitare coepisse quam* τοὺς Ὀρόβους *reliquisset atque monasterium* τῶν Καλαθῶν *petiisset. Lazari gesta in Palaestina parum accurate persequitur Cyprius, cum ex Vita constet eum sacerdotio initiatum fuisse postquam e Sancti Euthymii coenobio ad Sanctum Sabam iterum reversus erat, neque cum in Palaestina esset stylitarum more vivere coeperit; hic quippe, ut et alibi, miscentur quae variis locis et temporibus egit* *parum accurate persequitur.* *sanctus vir. Cum morti proximus videretur, in visione quadam trium annorum indutias ei concessas fuisse habet biographus (c. 207); has ad quindecim annos protrahit Cyprius (c. 40) atque visionem plane diversam refert. De regula seu typico monasterii haec scribit Cyprius :* χερσὶν ἰδίαις ἐγχαράττει διάταξιν *(c. 41), quae apertissime adversantur eis quae late et accuratissime persequitur Gregorius Galesiota (c. 246). Multum etiam ab eo discrepat in numerandis Vitae Lazari annis :* δύο πρὸς ἑβδομήκοντα οὐ πέρα τῶν δαυϊτικῶν ὅρων τοὺς ἅπαντας διαβιοὺς ἐνιαυτούς *(c. 40), cum asseveranter affirmet biographus sanctum octoginta et sex annos vixisse idque instituto computo comprobet (c. 254). Et haec quidem talia sunt ut, nisi Cyprium ingenio inaniter indulsisse existimes et falsa pro veris finxisse etiam quando praeconii genus illud nullatenus postulabat, Vitam Lazari antiquam vel non integram habuisse vel retractatam et multis mendis deturpatam legisse dicendus sit. Certe, quotiescumque occurrent hinc Cyprius rhetor et sequioris aetatis homo, illinc Gregorius sancti discipulus idemque diligentissimus biographus, in diversa euntes, uter sequendus sit nemo dubitabit, et unam ob causam Lazari laudationem nos adduxisse intelleget, ne scilicet praecipuum eius venerationis* C *monumentum litterarium neglexisse diceremur.*

29. *Lazarum vix non statim ab obitu in monte Galesio veluti sanctum cultum fuisse eiusque diem natalem celebrem haberi coepisse non est ambigendum. Hac autem ratione eius festum nuntiabatur in typico Galesiano, qui codex est* Λ. *99 bibliothecae Lavrensis, saec. XIII scriptus, ad diem 7 novembris :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Λαζάρου τοῦ νέου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει ἀσκήσαντος καὶ τὴν ἐν τούτῳ σὺν ταῖς λοιπαῖς συστησαμένου μεγίστην μονὴν τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Ἀναστάσεως, ἐν ᾗ καὶ σὺν Θεῷ τὸ παρὸν γέγραπται τυπικόν. Ἐπιτελεῖται ἀγρυπνία, Χριστοῦ τῇ χάριτι, καὶ ψάλλεται ἡ ἀκολουθία τοῦ ἁγίου πᾶσα, ὡς καὶ ἐν ταῖς μνήμαις τῶν λοιπῶν μεγάλων ὁσίων (1). *Integrum sancti officium legi in codice Lavriotico I. 127 superius dictum est (2). Aliis in locis, praeter Galesium, S. Lazari commemorationem fieri consuevisse non tantum habemus ex typico monasterii Vatopediani, sed et ex synaxariis nonnullis, in quibus sancti nomen reperire contigit. In anthologio Romae edito anno 1738 (3) et in recentioribus menaeorum editionibus etiam inscriptus est die 7 novembris; in codice Parisino 1582, die 10 eiusdem mensis, nescio quo errore. In synaxario Sirmondiano mense novembri Lazari memoria non occurrit; sed 17 iulii celebratur* ἡ ἀνακομιδὴ τοῦ λειψάνου τοῦ ὁσίου Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλλησίῳ (4). *De hac autem reliquiarum translatione neque quando neque quo facta fuerit adhuc potui reperire. In codice Sabaitico 635 (5) triplex Lazari festum notatur fol. 67r, die octobris 25 :* μνήμη τῆς εἰς Κωνσταντινούπολιν ἀνακομιδῆς τῆς τιμίας κάρας τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Λαζάρου. — *Fol. 72, die novembris 7 :* μνήμη τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ ὄρει συστησαμένου σὺν ταῖς λοιπαῖς τὴν μονὴν τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ Ἀναστάσεως. — *Fol. 174v, die iulii 17 :* μνήμη τῆς ἀνακομιδῆς τοῦ λειψάνου τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ. *In libris recentioribus quibus Vitae sanctorum lingua vulgari conscriptae collectae sunt, Lazari suo loco Vita plerumque legitur. Unus pro reliquis sit* Μέγας Συναξαριστής, *ubi ad diem 7 novembris profertur Vita S. Lazari* ἐκ τοῦ Νέου Ἐκλογίου, *scilicet laudatio Gregorii Cyprii, a Nicodemo Hagiorita, notissimo illo hagiographo,* εἰς τὸ ἁπλοῦν *reddita* (6). F

S. Lazari cultus

in monte Galesio

et aliis locis.

E

(1) GEDEON, t. c., p. 25-26. — (2) Supra, p. 503. — (3) Ἀνθολόγιον σὺν Θεῷ ἁγίῳ περιέχον τὴν πρέπουσαν ἀκολουθίαν τῶν σεπτεμβρίου, ὀκτωβρίου, νοεμβρίου καὶ δεκεμβρίου μηνῶν (s. l. ,αψλη'), p. ρπη'. — (4) *Synax. Eccl. CP.*, p. 211. — (5) A. PAPADOPOULOS-KERAMEUS, Ἱεροσολυμιτικὴ βιβλιοθήκη, t. II, p. 624-28. Excerpta quae sequuntur cl. auctor benigne nobiscum communicavit. — (6) Chr. DUKAKIS, Μέγας Συναξαριστής, novembr. (Athenis, 1892), p. 148-68.

I. VITA S. LAZARI AUCTORE GREGORIO MONACHO

E codice Athonensi, Lavra I. 127 = **A.** *Cf. Comm. praev., num. 4.*

f. 81. Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἄσκησις τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Λαζάρου τοῦ ἐν τῷ Γαλησίῳ.

Prologus **1.** Ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, ὁ συνιεὶς εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν, ὅ φησιν ἡ θεία γραφή, προϊδὼν τὸ τῆς γνώμης ἡμῶν εὐόλισθον καὶ ὅτι ἐκ νεότητος ἔγκειται ἡμῶν ἡ διάνοια ἐπὶ τὰ πονηρά, εὐδόκησεν ὡς ἀγαθὸς τῶν πρὸ νόμου καὶ ἐν νόμῳ καὶ τῶν ἐν τῇ χάριτι ἁγίων, λέγω δὴ προφητῶν ἀποστόλων μαρτύρων τε καὶ ὁσίων, τοὺς βίους καὶ τὰς πράξεις ἀθλήσεώς τε καὶ ἀσκήσεως, τὰ ὑπερφυῆ καὶ ὑπερθαύμαστα κατορθώματα, τοὺς κατὰ καιρὸν ἐγγράφως ἐκθέσθαι καὶ τοῖς μετ᾽ αὐτοὺς ὥσπερ τινὰς ἐμψύχους εἰκόνας ἢ καθαρὰ καὶ διειδέστατα ἔσοπτρα καταλιπεῖν, ἵνα καθὼς φησιν ὁ ἀπόστολος διὰ τούτων τὸν βίον αὐτῶν καὶ | τὴν ἀναστροφὴν θεωροῦντες τὴν f. 81v. πίστιν

quo Vitarum sanctorum

Hebr. 13, 7. πίστιν μιμώμεθα καὶ ἵνα, οἵανπερ ἂν ὁδόν τις ὁδεῦσαι προθυμηθείη, ἐντεῦθεν τὴν ὁδηγίαν εὑρίσκων εὐμαρῶς καὶ ἀπροσκόπτως ταύτην ὁδεύσειε· καὶ γὰρ οὐδὲν οὕτως ἐπαγωγὸν πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν πως πέφυκεν εἶναι οὔτε μὴν ἕτερον οὕτως τῶν προσκαίρων πάντων εἴτε λυπηρῶν εἴτε χαροποιῶν καταφρονεῖν ποιεῖν εἴωθεν ὡς βίος ἐνάρετος καὶ Θεῷ ἐράσμιος φιλοθέων ἀκοαῖς ἐνηχούμενος. Εἰ γὰρ ὁμιλίαι κακαί, ὡς ὁ αὐτὸς
I Cor. 15, 33. μακάριος Παῦλός φησι, φθείρουσιν ἤθη χρηστά, εὔδηλον ὅτι καὶ αἱ καλαὶ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ποιεῖν εἰώθασιν καὶ πρὸς τὰ ἐνηχούμενα τὴν τῆς ψυχῆς κατάστασιν μεταβάλλειν. Τίς γὰρ ἀκούων τῶν πρὸ νόμου καὶ ἐν νόμῳ ἁγίων ἀνδρῶν τὰς πολιτείας, οὐ ταλανίσει ἑαυτόν, λογισάμενος ὡς εἰκὸς ὅτιπερ, εἰ οἱ μὲν διὰ τοῦ φυσικοῦ νόμου, οἱ δὲ διὰ τοῦ σκιώδους καὶ γραπτοῦ τοιαύτην ἀκρίβειαν βίου ἐπεδείξαντο, τί ὀφείλομεν ἡμεῖς ποιῆσαι οἱ τὸν πνευματικὸν νόμον δεξάμενοι καὶ τοσαύτης ἀπο-
f. 82. λαύσαντες χάριτος καὶ τῆς τοῦ | ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς καταξιωθέντες; καὶ οὕτω τὸν ἑαυτοῦ λογισμὸν ταπεινώσας πολλὴν εἰς τὴν ἑαυτοῦ
lectio commendatur. ψυχὴν καρπώσεται τὴν ὠφέλειαν. Τίς δὲ τὰς τῶν ἀποστόλων πράξεις τε καὶ διδαχὰς ἀκούων, αἵτινες ἐμφαίνουσιν αὐτῶν τὴν καθαρὰν καὶ ἀνόθευτον πίστιν καὶ ἀγάπην, οὐ διαθερμανθείη; τίς δὲ πάλιν τοὺς τῶν μαρτύρων αἰκισμοὺς καὶ τὰς στρεβλώσεις καὶ μάστιγας καὶ σφαγάς, ἃς διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἀγάπην ὑπέστησαν, ἀκούων οὐ πυρωθείη τὴν ψυχὴν καὶ μάθοι γενναίως τὰς διὰ Χριστὸν ὑποφέρειν θλίψεις καὶ τοὺς παρ' ἐχθρῶν αὐτῷ ἐπιφερομένους πειρασμοὺς μὴ δεδοικέναι; τίς δ' αὖ πάλιν τὸν τῶν ἀσκητῶν ἰσάγγελον καὶ ὑπεράνθρωπον βίον ἀκούων, οὐ θείου ζήλου κέντρον[1] ἐν καρδίᾳ δεξάμενος πρὸς τὸν ὅμοιον διαναστaίη τρόπον καὶ πρὸς τὴν μίμησιν ἑαυτὸν παραθήξειε τοῦ βίου, ὥστε πάντα καταλιπεῖν καὶ Χριστῷ προθύμως ἀκολουθῆσαι; Οὗτοι γὰρ μάλιστα πάντων σχεδὸν εἰπεῖν τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων εὑρίσκονται τῶν τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν ἀκριβεῖς πληρωταὶ καὶ τῶν
f. 82v. ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ λοιποῖς κατορθώ|μασιν, εἴτε δι' ἔργων εἴτε διὰ λόγων, εἴτε θαυμάτων ἐπιδείξεσιν πάλαι διαλαμψάντων τὰς εἰκόνας ἀπαρατρώτους ἐν ἑαυτοῖς περισῴζοντες· τὸ γὰρ πάντα καταλιπεῖν καὶ Χριστῷ προθύμως ἀκολουθῆσαι καὶ σταυρωθῆναι τῷ κόσμῳ τούτων εἶναι τῶν τὴν τελειότητα πεφθακέναι ζητούντων καὶ τῶν τὰς ἐντολὰς τοῦ νόμου πάσας τετελεκότων παρὰ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων μανθάνομεν. Καὶ οὗτος μὲν ὁ τρόπος τὴν πρός τε τοὺς προφήτας καὶ ἀποστόλους καὶ δικαίους ὁμοιότητα αὐτῶν ὑπεμφαίνει, ἡ δὲ πρὸς τοὺς ἀοράτους ἐχθροὺς πάλη καὶ ἡ τοῦ ἰδίου θελήματος ἐκκοπὴ τὴν πρὸς τοὺς μάρτυρας αὐτῶν δεικνύει ἰσότητα· τί δαὶ ἡ τῶν πλανωμένων ὁδηγία καὶ ἡ τῶν ἀξίων καὶ ἐξ ἀναξίων ἐξαγωγὴ ἥ τε τῶν θαυμάτων ἐπίδειξις καὶ ἡ τῶν προρρήσεων προφητικὴ χάρις; οὐχ ἡ μὲν τὴν πρὸς Θεὸν αὐτῶν ὁμοιότητα, ἡ δὲ τὴν τοῦ θείου πνεύματος χάριν τὴν πρὸς αὐτοὺς πλουσίως ἐκχυθεῖσαν δηλοῖ; καὶ γάρ τις πολυανθὴς ὄντως καὶ εὐώδης λειμὼν ὁ θεῖος ὤφθη τῶν ἀσκητῶν μελισσῶν, ποι|κίλως τὰς f. 83.
ἁπάντων ψυχὰς τῇ τοῦ ἀγαθοῦ πνεύματος εὐωδίᾳ ἐγκατοσφραίνων· ταύτης οὖν τῆς ἱερᾶς καὶ θεοσυλλέκτου φάλαγγος εἷς ὑπάρχει καὶ ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Λάζαρος, οὗ τὸν βίον καὶ τὴν ἰσάγγελον πολιτείαν τοῖς πᾶσιν ἐν συντόμῳ διὰ τὸ ἀπορεῖν με λόγου τε καὶ γνώσεως ἀφελῶς τε καὶ ἰδιωτικῶς ὅμως οὖν φιλαλήθως κατάδηλον[2] ποιῆσαι προυθέμην.

Vita auct. Gregorio — *Sancti Lazari patria*

2. Οὗτος γὰρ ἐν μονάζουσιν πυρσοφαὴς καὶ σελασφόρος ἀστὴρ γέγονε, βλαστὸς τῆς Ἀσιάτιδος γῆς, ἐξ ἀγροῦ τινος ἐγγύς που τῶν τῆς Μαγνησίας (1) ὁρίων κειμένου, τὴν κλῆσιν ἐπ' ὀνόματι τῆς Θεοτόκου φέροντος, γεννητόρων λαχὼν οὐ τῶν ἐν πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ ἀπάτῃ τοῦ βίου μέγα φρονούντων, ἀλλὰ τῶν εὐσεβῶς E
καὶ αὐτάρκως καὶ θεοφιλῶς βιούντων καί, ὡς εἰπεῖν ἀποστολικῶς, ἐκ τῶν ἰδίων χειρῶν ποριζομένων τὰ ἐς τροφήν· Νικήτας καὶ Εἰρήνη τούτοις *parentes;*
ἡ τῶν ὀνομάτων κλῆσις ὑπῆρχεν· οἵ γε ἀληθῶς τὸν τῆς νίκης καὶ εἰρήνης υἱόν, καθάπερ ἄλλον Ἰὼβ τὸν ἀπὸ Ἀβραὰμ πέμπτον γενόμενον, κατὰ τὸν ἀριθμὸν | τῶν παρ' αὐτοῖς τικτομένων παίδων f. 83v.
πέμπτον καὶ οὗτοι γεννῶσι τουτονὶ τὸν μέγαν καὶ στερρὸν ὄντως ἀδάμαντα, ὡς ὁ μετὰ ταῦτα αὐτοῦ βίος ὑπέδειξε. Τούτου τῆς μητρικῆς προελθόντος νηδύος, εὐθὺς φῶς οὐρανόθεν παραδόξως ἐκλάμψαν τὸ δωμάτιον ὅλον τῆς οἰκίας πεπλήρωκεν ἀρρήτου ἀστραπῆς· οὗ δὴ φωτὸς τὴν λαμπηδόνα οἱ ἐκεῖσε εὑρεθέντες μὴ δυνάμενοι στέρξαι, τὴν μητέρα μετὰ τοῦ βρέφους καταλιπόντες σπουδῇ τῆς οἰκίας ἐξῆλθον καὶ ἐγγύς που περιδεεῖς καὶ ὑπότρομοι ἑστῶτες, ὀλίγον προσκαρτερήσαντες μετὰ τὴν τοῦ φοβεροῦ ἐκείνου φωτὸς παρέλευσιν ἔνδον τῆς οἰκίας αὖθις εἰσέρχονται· καὶ προσελθοῦσα ἡ μαῖα πρὸς τὴν λεχὼ εὗρε τὸ βρέφος ὄρθιον ἑστὼς (2) καὶ πρὸς ἀνατολὰς βλέπον καὶ τὰς αὐτοῦ χεῖρας τῷ ἑαυτοῦ στήθει ἐρηρεισμένας ἔχον σταυροειδῶς, ὡς αὐτὴ ἐκείνη ἡ τοῦτον μαιευσαμένη διηγήσατο, ἥτις καὶ σύζυγος ἦν τοῦ μεγάλου Λεοντίου τοῦ μοναχοῦ τοῦ ἐμοὶ ταῦτα πάλιν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς αὐτοῦ νηπιότητος καὶ ὅσα μέχρι τῆς ἐκ τῆς ἰδίας πατρίδος | πρὸς f. 84.
τοὺς ἱεροὺς τόπους τούτου μεταναστεύσεως εἰς αὐτὸν γεγόνασι διηγησαμένου. Ταῦτα οὖν οἵ τε αὐτοῦ γονεῖς καὶ οἱ ἐκεῖσε τότε εὑρεθέντες ἰδόντες, ἀλλὰ μὴν καὶ ὅσα ἐξ ἀκοῆς μεμαθήκεσαν, θάμβους καὶ ἐκπλήξεως ἐπληροῦντο καὶ τὸ μέλλον ἐντεῦθεν λοιπὸν ἱκανῶς ἐτεκμαίροντο καὶ μέγα τι καὶ χρηστὸν εἰς τὸν παῖδα ἰδεῖν καραδοκοῦντες ἔφασκον.

in eius nativitate varia miracula.

3. Ἀνήγετο τοίνυν ὁ παῖς παρὰ τοῖς γονεῦσι θεοφιλῶς καὶ εὐσεβῶς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῷ ἐλπίδων *A parentibus primum*

1. — [1] κέντρου A. — [2] κατάλληλον A.

(1) Magnesiam non ad Sipylum sed ad Maeandrum intellegendam esse tota narratio, quae in Ephesinis partibus magnam partem absolvitur, suadere videtur. — (2) De S. Nicolao similia fabulantur hagiographi. Ἅμα γὰρ κυηθῆναι αὐτόν, ὄντα ἐν τῇ σκάφῃ, τῇ τοῦ Θεοῦ δυνάμει ἔστη ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτοῦ ὀρθῶς ὡς ὥρας δύο. N. C. Falconius, *S. Nicolai Acta primigenia* (Neapoli, 1751), p. 1-2.

οὐκ

VITA AUCT. GREGORIO educatur; οὐκ ἀναξίως· ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς λόγου διάρθρωσιν κατήντησεν ἡ φωνὴ καὶ τὸν ἕκτον τῆς ἡλικίας χρόνον τετέλεκε, παραδίδοται τῷ προρρηθέντι πρεσβυτέρῳ Λεοντίῳ ὑπὸ τῶν γονέων αὐτοῦ, τῇ προτροπῇ Ἡλιοῦ τοῦ αὐτοῦ θείου, ὃς ἦν μοναχὸς ἐν τῇ μονῇ τῶν Καλαθῶν (1). Αὐτὸς γὰρ *dein a Leontio presbytero,* διὰ τὸ ἐνηχηθῆναι [1] καὶ αὐτὸν τὸ παράδοξον τῆς τοῦ παιδὸς γεννήσεως ἔλεγεν, ὅτι οὐκ ἀθεεὶ τοῦτο πάντως γεγένηται· καὶ διὰ τοῦτο καὶ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ προέτρεπεν ἐπιμελείας ἀξιῶσαι τὸν παῖδα πρὸς μάθησιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. Μετὰ δὲ *f. 84v.* συμπλήρωσιν χρόνων τριῶν προστάξει τοῦ | αὐτοῦ θείου πρός τινα νοτάριον, Γεώργιον τοὔνομα, *a Georgio notario,* τὴν οἴκησιν εἰς Ὀρόβους ἔχοντα (2), πρὸς μαθητείαν ἀποστέλλουσιν· ἐκεῖθεν δὲ μετὰ ἑτέρας τριετίας ἐκπλήρωσιν λαμβάνει αὐτὸν ὁ αὐτοῦ θεῖος μεθ' ἑαυτοῦ εἰς τὴν μονὴν πρὸς τὸ ἐκπαιδεῦσαι αὐτὸν τὰ τῆς ἐκκλησίας, ἅμα δὲ καὶ ὑπουργοῦντα *et ab Elia avunculo,* ἔχειν αὐτῷ. Βλέπων δὲ ὁ παῖς τὸν αὐτοῦ θεῖον ταῖς σωματικαῖς ἐνευθηνούμενον χρείαις καὶ μηδ' ὅλως ἐκ τῶν αὐτοῦ τι τοῖς πένησι παρεχόμενον, αὐτὸς λάθρᾳ, εἴ τι ἀνεῦρεν [2], ἀναλαμβάνων παρεῖχε τοῖς χρῄζουσι. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ πράττοντος, οὐκ ἦν εἰς τέλος πάντως λαθεῖν. Ἐπιζητῶν γὰρ ἐκεῖνος καὶ μὴ εὑρίσκων αὐτά, ἐτασμοῖς τε καὶ πληγαῖς καὶ ὕβρεσιν αὐτὸν ἔβαλλεν. Ὁ δὲ φέρων πάντα γενναίως οὐκ ἐπαύετο τῆς ἀγαθῆς ἐργασίας· λαμβάνων δὲ βίβλους ἐκ τῆς ἐκκλησίας καὶ καθ' ἑαυτὸν ἐν ἡσυχίᾳ ἀναγινώσκων πολλὴν ἐξ αὐτῶν τὴν ὠφέλειαν ἐκαρποῦτο.

e cuius monasterio **4.** Ἔρως οὖν θεῖος εἰς τὴν αὐτοῦ εἰσέδυ ψυχὴν καὶ ἐζήτει καὶ αὐτὸς κατὰ τὸν μέγαν Ἀβραὰμ μετανάστης τῆς ἰδίας πατρίδος γενέσθαι καὶ τοὺς ἱεροὺς [1] τῶν τοῦ Χριστοῦ παθημάτων τόπους *f. 85.* καταλαβεῖν. Καὶ δὴ μιᾷ | τῶν νυκτῶν λαθὼν πάντας *clam aufugit,* λάθρᾳ τῆς μονῆς ἐξελθὼν πρὸς τὴν αὐτῷ ποθουμένην ὁδὸν ἀπῄει. Ὡς δὲ ἐγνώσθη ἡ αὐτοῦ φυγή, μὴ μελλήσας ὁ αὐτοῦ θεῖος ἀποστέλλει τινὰς εἰς ἀναζήτησιν αὐτοῦ· οἳ καὶ δι' ἐρωτήσεως καταλαβόντες αὐτόν, καὶ μὴ βουλόμενον πάλιν πρὸς τὴν C μονὴν εἰς τὸν αὐτοῦ θεῖον λαβόντες ὑπέστρεψαν. *sed eo reducitur* Ὁ δὲ ὕβρεσι καὶ πληγαῖς αὐτὸν ἱκανῶς μαστίξας παρήγγειλε τοῖς ἐν τῇ μονῇ ἀσφαλῶς αὐτὸν βλέπειν, ἵνα μὴ τῆς μονῆς ἐξέλθῃ τὸ σύνολον. Μετὰ δὲ τὸ ποιῆσαι ἐν τῇ μονῇ πρὸς τὸν αὐτοῦ θεῖον χρόνους δύο, ἀποστέλλεται παρ' αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ *mittiturque ad Nicolaum,* Στροβηλίου μονὴν (3) πρὸς νοτάριόν τινα, Νικόλαον τοὔνομα, πρὸς περισσοτέραν παιδείαν τῆς τῶν νοταρίων ἐπιστήμης. Ὅστις νοτάριος ἐν ἴσῃ τοῦ μοναχοῦ ἀσπλαγχνίᾳ διακείμενος, ἀμετάδοτος πάντη καὶ ἀνηλεὴς ἦν. Ὅθεν ὁρῶν ὁ μαθητὴς τὸν διδάσκαλον οὕτως ἀμαθῶς πρὸς τὸ καλὸν ἔχοντα, D μηδὲν ὑποστειλάμενος ἐδίδασκεν αὐτὸν καὶ ἐνουθέτει *notarium,* μὴ οὕτως ἀσυμπαθῶς καὶ ἀμεταδότως πρὸς τοὺς πένητας ἔχειν. Ὡς δὲ ἐκεῖνον [2] ἑώρα ἥκιστα τοῖς αὐτοῦ λόγοις πειθόμενον, αὐτὸς ἀ|φεὶς τὸ *f. 85v.* λέγειν ἔργου εἴχετο καὶ λαμβάνων κρυφῇ, εἴ τι καὶ εὕρισκεν, ἐποίει ταῦτα, ὥσπερ καὶ τὰ τοῦ μοναχοῦ. Ὡς δὲ εἰς γνῶσιν ἦλθε ταῦτα τῷ νοταρίῳ, οὐκ *cui fit ipse pietatis magister.* ἐπικράνθη ἢ ἐδυσχέρανε κατὰ τοῦ παιδός, ὥσπερ ὁ μοναχός, ἀλλ' ἐθαύμαζε μᾶλλον καὶ ἐξεπλήττετο ἐπὶ τῇ ἀγαθῇ γνώμῃ τε καὶ προαιρέσει τοῦ νέου. Καί ποτε μεσούσης τῆς νυκτὸς διυπνισθεὶς ἤκουσεν ὡς ἦχον τινῶν ψαλλόντων καὶ ἀναστὰς ἠρέμα ἀπῆλθεν, ἔνθα ἦν ὁ παῖς· ἐκεῖθεν γὰρ ἐδόκει αὐτῷ ὁ ἦχος ἀκούεσθαι. Καὶ στὰς ἐγγύς που ἤκουεν αὐτοῦ μόνου εὐχομένου καὶ ψάλλοντος. Ὑποστρέψας δὲ καὶ ἀνακλίνας ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ κλίνης, δοξάζων τὸν Θεὸν πάλιν ἀφύπνωσεν. Ἔκτοτε οὖν οὐκέτι ὡς μαθητῇ ἀλλ' ὡς διδασκάλῳ προσεῖχεν αὐτῷ. Καὶ οὕτω μὲν ὁ αὐτοῦ διδάσκαλος.

E

Aufugit iterum, **5.** Αὐτὸς δὲ μετὰ τὸ ποιῆσαι καὶ παρ' αὐτῷ χρόνους τρεῖς, ἐν μιᾷ λαθὼν καὶ αὐτὸν ἀνεχώρησε καὶ μοναχοῖς τισιν ἑαυτὸν ἐγκαταμίξας καὶ τὸ σχῆμα τὸ κοσμικὸν παρ' ἐκείνων εἰς μοναχικὸν μεταμείψας, σὺν αὐτοῖς ἐπορεύετο, χαίρων καὶ ἀγαλλόμενος, ὡς ἤδη τοῦ ποθουμένου σκοποῦ τετυχηκώς. Ἀλλ' οὐ πολὺ τὸ ἐν | μέσῳ, καὶ ἡ χαρὰ εἰς λύπην αὐτῷ *f. 86.* μετεστράφη. Πάλιν γὰρ αὐτὸν διώξαντες καὶ καταλαβόντες, *iterumque capitur;* καὶ μὴ βουλόμενον λαβόντες αὐτὸν ὡς τὸ πρῶτον ὑπέστρεψαν.

Nobili Ernesti origini 14. *Quibus bene perpensis, is cordatum virum agere videbitur, qui hagiographico documento tam leviter contexto valde diffiderit. Quae quidem historice genuina ibi occurrunt, ea ex fontibus manant, ubi res uberius exactiusque exponuntur. Multa vero, ab hagiographo ignorata aut celata, posteri, praesertim Zwifaltenses incolae, scire cupierint : puta de sancti Ernesti origine, de modo quo monasterii regimen tenuit ac deposuit. Cui desiderio satisfacere conatus est amplissimo commentario, vel potius innumeris coniecturis parum firmis praefatus Stephanus Bochenthaler.* C *Argumento sit fundamentum toti ratiocinationi suppositum, qua demonstrare intendit Ernestum* *ex baronibus de Steusslingen* *ex nobili prosapia baronum de Stuzzilingin (Steusslingen) esse natum. Ita enuntiatur : " Cum „ ex septuaginta monachis anno Christi 1138 non „ nisi quatuor Ernesti Christo hic militasse a Ber- „ tholdo, Ernesti praecessore memorentur* (4), *toti- „ demque in alio quodam patrum elencho vetusti „ codicis MS. (Graduale praenotarunt) numere- „ mus quos divo nostro coaetaneos fuisse ex aliis „ synchronis ibi nominatis certum evadit, ratio „ vero similior suadet, ut credamus unum aliquem „ ex iisdem martyrem nostrum extitisse „* (5). *Deperditi istius Gradualis desiderium me tenet.* *non favent abbatis Bertholdi Annales,* *Quicquid id est, ante omnia monstrandum foret illius monachorum elenchum nequaquam pendere ab indiciis quae Bertholdus dedit in opere suo, cui titulus est :* Liber de constructione monasterii Zwivildensis, *Deinde sedulo notandum est mentem ipsius in eo conficiendo nullatenus fuisse omnes omnino monachos, ac proinde omnes Ernestos recensere, qui monasterium umquam incoluerunt vel incolebant, sed illos dumtaxat, tum monachos, tum viros saeculares qui aliquid bonorum monasterio dono dederunt, ut auctor ipse his verbis clare manifestat:* Quoniam praedia a primis fundatoribus collata breviter perstrinximus, ad ea quae ab aliis sunt tradita, succincte pergamus(6). *Oportuit igitur prius constituere S. Ernestum inter tales monasterii benefactores esse annumerandum. Tertio, maximam sui operis partem Bertholdus anno 1138 conflavit; sed res varias subsequenti tempore addidit inseruitque et praefationem scripsit sub abbate Ernesto, suo successore, qui monasterii gubernaculum tractavit ab anno 1141 usque ad 1147, quemque ipse ibidem alloquitur* (7). *Qui fit ut in decursu libri ne verbulo quidem obsequii, vel gratulatione aliquali designetur Ernestus de quo agitur? Sed reapse unicus demum, qui cum nostro Ernesto quadrare posset, iam diem supremum obiisse videtur, quando annales suos Bertholdus conscribebat, uti ex contextu patet:* Hunc, *nempe Ottonem de Stuzzilingin,* fratres sui e vestigio E consecuti Ernest et Adelbertus eius consilio et instinctu apud Oninburron dederunt pene viginti mansas. Singuli singula dederunt praedia. Isti tres caelestis sanctuarii milites in gazophilacium Christi multa miserunt et ut credimus multa ibi invenerunt: " Opera enim illorum sequuntur illos „ (8). Apoc. 14, 13.

neque Zwifaltense Necrologium. 15. *Sed et alia via, vix credibili, idem evincere tentavit Bochenthaler. In veteri namque Necrologio Zwifaltensi, ante annum 1150 inchoato et variis manibus multisque adiectis nominibus usque in saeculum XVII protracto* (9), *commemorantur* septem et viginti unius eiusdemque familiae Stuzzilingensis proceres, quin ulli Ernesto monacho dies assignetur peculiaris. " *Quis autem „ credat eum solum a maioribus nostris in tabulas „ parentales relatum non esse, qui cum fratribus „ suis et sorore bene de iisdem merendi studio „ facile omnes alios superavit? Idem ergo numero „ putandus venit cum illo cuius originem investi- „ gamus : qui a Reinhardo Necrologista, quondam „ praesule nostro, sexto idus novembris ritu abba- „ tum et instar sororis eius Tutae, suppresso „ generis etymo et nuda, quam e baptismo sustu- „ lerat, appellatione adscriptus est his verbis :* F „ ERNEST MONACHUS NOSTRAE CONGREGATIONIS, ABBAS „ HUIUS LOCI „. *Haec ille* (10). *At vero non animadvertit facundus vir recensionem necrologii Rheinhardianam saeculo XIII esse confectam, dum in exemplo primigenio ubi exhibendus esset, locum huiusce Ernesti rasura opplevit et inter nomina ante annum 1150 scripta, novies saltem, scilicet diebus 10 et 27 martii, 14 et 15 aprilis, 29 iunii, 14 septembris, 21 et 26 novembris et 14 decembris haec nuda appellatio comparet :* Ernestus n. c. m. (11), *id est nostri coenobii seu nostrae congregationis monachus. Campus itaque patet vanissimis coniecturis. Sed de his satis superque.*

Diversus quoque est 16. *Felicius autem Stephano Bochenthaler contigit retorquere sententiam monachorum benedictinorum monasterii Neresheimensis, qui sua tempestate*(12) *contendebant sanctum Ernestum Zwifalti*

(1) STEVENSON, l. c., p. 153-55. Auctor illius epitomes, diligens factorum collector, acumine in discernendis fontibus carere solet. — (2) *MG.*, Scr. t. XVI, p. 5. — (3) Vita, n. 6. — (4) *Bertholdi Liber de constructione monasterii Zwivildensis*, cap. 50, *MG.*, Scr. t. X, p. 122; et in Indice, s. v. Ernest. — (5) BOCHENTHALER, l. c., n° 17. — (6) BERTHOLDUS, l. c., c. 12. — (7) Ibid., p. 96-97. — (8) Ibid., c. 40, p. 116. — (9) *MG.*, Necrol. t. I, p. 240. — (10) BOCHENTHALER, l. c., n° 19. — (11) *MG.*, Necrol. t. I, p. 241-67. — (12) BOCHENTHALER, l. c., n° 196.

AUCTORE F. V. O.

a Nereshei-mensi abbate.

populari cultu honoratum unum eundemque esse atque suum Ernestum qui, monasterio novo Neresheim anno 1095 primus abbas praepositus, subsequenti anno martyr occubuit. Haec etenim Annales Nereslieimenses *referunt :*

1095. Nernisheim fundatum est et preficitur ei Ernestus abbas. Multi Ierusalem ire coeperunt.

1096. Ernestus abbas passus est in Chorozaim (1).

Sed cum alter Ernestus abbas renuntiatus anno 1141, quinque post annis officio functus, et anno 1147 in Terram Sanctam abiens ibidem vitam pro Christo profuderit, quod egregio documento a nobis initio prolato extra dubium positum est, haec discrimina chronologica caducam illam Neresheimensium monachorum opinationem pondere suo obruunt (2).

§ IV. Fata Zwifaltensis monasterii tempore abbatis Ernesti.

Res Zwifaltensis monasterii,

17. *Scire autem cupientibus quomodo S. Ernestus Bertholdo, quarto Zwifaltensis monasterii abbati, anno 1141 suffectus, post quinquennium et ipse ab eo munere laudabiliter gesto sponte sua recesserit, aliquantum lucis afferre potest* Liber de constructione monasterii Zwifildensis, *a praedecessore eius conscriptus. Anno siquidem 1138, Ouldarico abbate iam senescente, quippe qui a 43 annis regimini praeesset, coenobium opibus familiaque florebat.* Erat numerus fratrum in isto loco tunc Deo servientium monachorum 70, barbatorum fratrum 130, sanctimonialium 62... Isti omnes habuerunt magnam affluentiam ad victum et amictum et omnium abundantiam rerum (3). *Mox sedenim res labi coeperunt. Causa quidem mali fuit advocatus monasterii, qui prosperis eius rationibus graviter nocebat, nedum consuleret.* Verum, quoniam nimio insolenter et inconsulte est abusus, simul cum domino suo (*videlicet Henrico Superbo, duce Bawariae*) a nobis est repudiatus. Quapropter nimio furore commotus et, ut fama ferebat, a domino suo instigatus, nimia crudelitate in nos nostrosque est grassatus. Tunc angustiae erant undique, foris pugnae, intus timores. Denique igne et ferro circumquaque vastabamur, et ne eadem infra monasterii septa ageret verebamur (4). *Sed pacem componere coactus est.* Nos vero preterita gementes, futura timentes, omnem coenobii ambitum incastellatum muro cinximus. *Quod nimia commotione abreptus, Bertholdus ad finem opusculi compresse renovat :* Lothario mortuo, Counrado in regem nondum levato, Ouldarico pio patre diu paralitico et velut praemortuo, Heinrico igne nos vastante, omnem locum muro cepimus incastellare (5). *Quibus circumductis munitionibus aliquantum, reor, monasterii aerarium exhaustum est. Interim* tres Deo dilectae sorores, *nimirum ducissae Bohemiae, Moraviae et Poloniae, non solum,* me huic loco tunc praesidente (*1139-1141*), *egregia dona elargitae erant, sed et* ornaverunt faciem templi coronis aureis, vasis aureis, argenteis, cristallinis, eburneis, gemmis et maxime in sericis vestimentis. *At nescio quanta inopia, incuria aut quacumque alia causa saeviente,*. ex his maxima pars pro victu et vestitu fratrum consumpta, pro restauratione antiquorum, pro constructione novorum aedificiorum aliisque diversis necessitatibus venundata, reliqua adhuc manent intacta (6).

primum prosperae,

C

deinde labi coeperunt.

D

Indignantibus monachis

18. *Hinc oborta sunt monachorum murmura querelaeque. Quod et ipse Bertholdus,* in calce libri *nequaquam dissimulare nititur :* Nonnulli maximae praesumptioni adscribunt, sacrilegii reos addicunt, accusantes eos, qui nonnulla praedia huic coenobio a fidelibus collata pro libitu suo vendiderunt nihilque aliud hoc argento emptum ostenderunt. His qui haec dicunt certa ratione satisfacere quaero, set ad hec pauca invenio (7). *Et postquam strictam suae administrationis, ac potissimum expensae a se pecuniae rationem reddidit, ita modeste concludit :* Necessitas ergo, quae etiam discipulos cum esurirent coegit spicas vellere et manducare, compulit et nos pauca quaedam prediola et inutilia vendere, pallia etiam et, ut Hieremias testatur, preciosa quoque dare pro vili pane. Quicumque ergo nos magnae temeritatis, quod et nos non denegamus, reos esse accusant, ipsi ex intimis visceribus optamus, ut ipsi meliora et Deo digna faciant et, ut commissa nobis Deus indulgeat, medullitus pro nobis intercedant (8). *Haec saltem luculenter significant tempora sub Bertholdo abbate in Zwifaltensi monasterio evasisse nubila, animos multorum a suo moderatore defecisse ipsique proinde praeplacuisse procellae cedere quam resistere. Foveritne Ernestus, priusquam huic succederet, fratres qui Bertholdi administrationi adversabantur, nullum suppetit id asserendi indicium. Immo, uti in aequali documento narratur* (9), postquam ille venerabilis pater, *Bertholdus scilicet,* se oneri regiminis humilitatis causa subtraxit ... METUENS NE SUA PRESENTIA SUCCESSORI SUO GERMINARET ALIQUA SCANDALORUM ZIZANIA, loco cessit et in Saxoniam ad quendam locum, qui sub ditione Magdeburgensis abbatis erat, secessit. *Hic insuper innuitur Zwifaltense coenobium studiis partium remansisse obnoxium.*

Cf. Matth. 12, 1.

Cf. Thren. 1, 11.

E

cessit Bertholdus.

Cui suffectus Ernestus,

19. *Nihilominus sub novo abbate res prospere fluxisse, initio saltem, ipse Bertholdus sat clare indicat, sic in opusculi sui praefatione monachos allocutus :* Vos itaque, ut in evangelio Dominus ait, in labores aliorum introistis et operariis in vinea Domini desudantibus pondusque diei et aestus supportantibus, non multum laboraturi, sed quodammodo pausaturi, successistis (10). *Ex altera parte, sicut supra notavimus,* anno 1146 Ernest onus suum deposuit; quod Bertholdus iterum assumpsit *et anno 1152 hic* locum cum potestate iterum deseruit. *Deinde anno 1158 intercedit abdicatio Gothefridi abbatis,* cui Bertholdus successit. *Tandem anno 1169* Bertholdus abbas onus suum deposuit, cui Counradus successit. *Hic demum usque ad obituum suum (1193) remansit abbas* (11). *E quibus crebris renuntiationibus pronum est suspicari quanta fuerit in instituendis monachis difficultas atque labor. Sed et aliud momentum afferunt epistulae quas eadem tempestate, certe ante annum 1155, Bertholdus ad S. Hildegardem, abbatissam in Monte Sancti Ruperti prope Bingiam, dedit ab eaque accepit. Consilium enim petit quoniam* quorundam fratrum

Cf. Ioan. 4, 38.

ob aspera subditorum ingenia,

(1) *MG.*, Scr. t. X, p. 21. — (2) Cf. BOCHENTHALER, l. c., n° 16. — (3) *MG.*, Scr. t. X, p. 122, c. 50. — (4) Ibid., p. 115, c. 38. — (5) Ibid., p. 122, c. 50. — (6) Ibid., p. 103-104, c. 12-15. — (7) Ibid., p. 122, c. 51. — (8) Ibid., p. 123, c. 52. — (9) Ibid., *Translatio duarum virginum*, p. 92. — (10) Ibid., p. 97. — (11) *MG.*, Scr. t. X, *Annales maiores Zwifaltenses*, p. 56-57.

A trum nostrorum importunitate multoties gravamur (1), *queriturque* solo nomine abbas ... de iniuriis et tribulationibus, quas crudeles persecutores mihi inferunt, dum me ad nihilum redigere contendunt (2). *Quem Hildegardis hortatur ne animo despondeat :* Tanta praemia tibi parata sunt, quantas pugnas pateris (3). *Simulque moniales quae ipsam rogaverant* quomodo a via negligentiae ad viam redire debeamus ostendere non negligatis (4) *et monachos etiam peiores increpat :* Mens vestra est quasi nubes quae tempestates portat, modo iracundiam in negligentia, modo sordes pecorum in petulantia habens (5) *obiurgatque ut resipiscant et depravatos mores abiciant. Natura autem ita comparatum est ut fervor ac disciplina religiosa non nisi paulatim et per longas moras collabatur; ac malum iam irrepsisse, cum Ernestus monasterio praepositus est, valde probabiliter recipi potest. Si illud aggredi pro sua honestissima indole ausus est, quorundam procul dubio voluntates a se alienavit. Cumque interim, anno 1145, mense septembri Bertholdus Zwifaltam redux* duo corpora de numero 11
B milium virginum *Colonia secum apportasset, quae* pro magnis xeniis *habebantur et quorum* rogatu praefati patris alterum quidem de ipsis corporibus apud nos retinuimus, alterum apud S. Iohannem Baptistam in monasterio virginum collocavimus (6), *universa in Bertholdum animorum benevolentia conversa est. Ita Ernestus, moderandae congregationi impar factus, cum* ad integrum, *ut rite interpretatus est biographus noster*, multorum moribus servire non potuisset, *dignitatem abbatis exuere coactus est, qua Bertholdum monachorum suffragia iterum exornarunt.*

et ipse abire coactus est.

§ V. In Oriente diem supremum obiit.

In sacrum bellum profectus,

20. *Agebatur annus 1146. S. Bernardus totam Galliam atque Germaniam peragrabat ut christianos ad bellum sacrum Mohammedanis inferendum excitaret.* Factus est motus magnus in terra, ita ut ipse Counradus Romanorum rex et Ludewicus Francorum rex cum ducibus et comitibus aliisque proceribus multis, cum populorum infi-
C nita multitudine ex diversis regionibus, set et ex monasteriis quam plurimi se Deo offerrent et mente devota atque promptissima se suaque ad hoc iter studiosissime prepararent (7). *Et adumbrata luctuosa christianorum calamitate, auctor huius chronici, qui circa an. 1156 scribendi finem faciebat, haec addit :* In hac profectione quidam de loco nostro profecti adhuc minime redierunt. Multi autem christianorum, qui a paganis captivi adducti fuerant, ab Armenis precio redempti sunt ac in patriam redire permissi (8). *Cui effato non est cur adhaerere reformidemus. Quoniam autem haec Armeniorum erga captivos christianos laudanda liberalitas in aliis eiusdem tempestatis chronicis non recurrit monasteriumque Petrishusense paulo infra Constantiam ad Rhenum situm Zwifalta non adeo distat, facile quis agnoscet loco modo recitato ex parte saltem inniti commenticias litteras presbyteri armenii, nomine Marsilii, supra explosas.*

AUCTORE F. V. O.

21. *Ex numero eorum, qui in patriam non redierunt, censendus est Ernestus abbas.* Pro Christo passus est, *praedicarunt* Annales minores Zwifultenses. *Sed utrum in acie perierit armis fortiter dimicando, an post proelium evulsorum viscerum cruciatibus absumptus sit, dirimi nequit. Cunctorum occidentalium populorum indignationem et horrorem commovit hoc supplicii genus, quod vivis coloribus expressisse fertur papa Urbanus II :* Gens regni Persarum... quos eis placet turpi occubitu multare, umbilicum eis perforant, caput vitaliorum abstrahunt, ad stipitem ligant et sic flagellando circumducunt, quoadusque extractis visceribus, solo prostrati corruunt (9). *Quam descriptionem presse imitatus est de S. Ernesto Pseudo-Marsilius:* Pagani valde irati, pelle nudato capite et visceribus per umbilicum extractis paloque terrae infixo, flagellis palo circum... [*supplen-* E *dum ex Urbano II :* ducunt], cum aliquandiu concaptivos suos, ne suo terrerentur exemplo, esset allocutus, visceribus in terram dilapsis, VII id. nov. anno quo supra feliciter migravit ad Dominum (10). *Neque ad ea aliquid roboris accedit, ex eo quod ab insulso nostro hagiographo quasi exscripta sunt et Ernesti Vitae inserta. Novit vero res Zwifaltensium domesticas scriptor* Casuum monasterii Petrishusensis, *quippe qui Bertholdi libro* de constructione monasterii Zwivildensis, *pluries a nobis in argumentum allato, usus est. Aerumnas autem cruce signatorum apposite narrat :* Cum per desertum pergerent et escas non invenirent, multi fame perierunt, alii inedia laborantes a paganis aut perempti, aut in captivitatem redacti disperierunt, quidam quoque glorioso martyrio coronati sunt (11). *Et ne verbulum quidem promit de abbate Ernesto martyre, haud secus atque vetus* Necrologium Zwifaltense, *ubi VI idus novembris vix enuntiatur* Ernestus abb. huius loci, *et quidem in recentiore exemplari; in vetusto autem haec mentio deleta est* (12). *Quid plura ? Fatendum est, ni fallor, multa nobis de S. Ernesto esse inexplorata, ac praesertim eius martyrium in disceptatione versari, nedum sit in tuto collocatum.* F

procul a patria periit, incerto mortis genere.

§ VI. Cultus S. Ernesti abunde manifestatus.

Honores Ernesto redditos

22. *Restat ut de publica ei exhibita veneratione aliquid edisseramus. Quod congruenter pro scopo nostro efficiemus, si Stephani Bochenthaler vestigiis inhaeserimus. Plerumque enim sufficiet in formam brevissimam contrahere, quae ipse fusissimo commentario explanavit* (13). *Haec praecipue notanda sunt : 1) Nonnulli theologi et iuris canonici*

(1) ***P.L.***, t. CXCVII, col. 370. — (2) Ibid., col. 284-85. — (3) PITRA, ***Analecta sacra***, t. VIII, p. 533. — (4) ***P.L.***, l. c., col. 371; cf. Hildegardis responsum col. 372-73. — (5) Ibid., col. 370-71. — (6) ***MG.***, Scr. t. X, ***Translatio duarum virginum***, p. 92. — (7) Ibid., t. XX, ***Casus monasterii Petrishusensis***, lib. V, n. 31, p. 674. Videsis alia testimonia apud W. BERNHARDI, ***Konrad III***, p. 596. — (8) Ibid. — (9) RECUEIL DES HISTORIENS DES CROISADES, Historiens occidentaux, t. III, ***Roberti monachi Historia Hierosolimitana***, p. 527. — (10) Similis accommodatio exhibetur in Passione sancti Thiemonis, episcopi Salisburgensis, martyris circa 1102 : ***Aperiebant latus eius ferro et de ventre eius viscera vel intestina extrahebant unco, donec circa sudem convolverent et vacuum ventrem relinquerent.*** Ita ***MG.***, Scr. t. XV, p. 1238. — (11) ***MG.***, Scr. t. XX, p. 674, n. 27. — (12) ***MG.***, Necrol. t. I, p. 264. — (13) Appendix de cultu sancto Ernesto praestito, quae annexa est apographo Vitae ad maiores nostros Praga anno 1753 ab Ernesto Puschmann S. I. misso (Bruxellis, Bibliotheca regia, Collectanea Bollandiana, ms. 8935), materiam refert ex Bochenthaler desumptam, sed alio ordine dispositam.

periti

AUCTORE F. V. O.

sacrificio missae,

periti doctores, quos recenset Bochenthaler (1), *cum observantiam Ernesto palam exhibitam ea antiquitatis nota instrui agnoscerent, quae Urbani VIII decretis expostulatur ut qualiscumque cultus evadat legitimus, non solum Ernesti commemorationem in sacris privatis faciebant, sed et integra sacrificia in eius honorem Deo litabant.*

litaniis et psalteriis,

2) *Litaniae ecclesiae Zwifaltensis eius patrocinium inter sanctos martyres sub hac forma implorabant :* Sancte Erneste, ora pro nobis. *Immo Bochenthaler vidit* (2) *varia, in pergameno, vetere manu scripta psalteria, e quibus Ernestum abbatem ab aliquot saeculis sanctis martyribus accensum publiceque in ecclesia et supplicationibus sacris invocatum certo constat.*

imaginibus

3) *In multis picturis et imaginibus, quarum catalogus a Bochenthaler suppeditatur, cum sanctitatis et martyrii insignibus repraesentatur* (3). *Quas inter eminet picta effigies, antiquitus abbatum seriei extra chorum Zwifaltensem suffixa, quam ita Bochenthaler describit : " Stat servus Dei Ernestus „ erecto corpore, manu pedum pastorale sustinens, „ radiatis temporibus, cranio secto, scisso item* B *„ umbilico, e quo vulnere prominet intestinum. „ Prae imagine servi Dei Ernesti stat barbarus „ tortor, Saracenico turbanto seu pileo Turcico „ coopertus, utraque manu fustem prehendens, cui „ sacra intestina velut a carnifice circumvoluta „ conspiciuntur. Subiecta est imagini epistola „ Marsilii presbyteri Armeniae cum praefatiuncula synchronorum servo Dei Patrum* (4). „

et martyrologio Zwifaltensi,

4) *tandem, teste Bochenthaler, in congregatione* D *Zwifaltensi memoria S. Ernesti, sicut aliorum sanctorum, iam ab antiquo, pridie natalis eius in choro annuntiabatur, et quidem ante alios eodem die celebrandos sanctos, in hunc modum :* Septimo idus novembris. In Persia, civitate Meka, passio sancti Ernesti martyris, cum aliis novem, qui primum diversis suppliciis examinatus, cum idola non solum adorare nollet, sed etiam constanter sine trepidatione confringeret, visceribus eius miserabiliter extractis, martyrii palmam promeruit (5). *Hic recitati loci, ut publicum pro re nata cultum indicant, ita falso suo enuntiato confirmant turbidos esse fontes unde hausti sunt.*

nondum agnovit suprema auctoritas ecclesiastica.

23. *Porro abbates Zwifaltenses summopere sategerunt ut sui monasterii patronus a Sede Romana in sanctorum album toti orbi honorandus referretur* (6). *Sic anno 1474 Ioannes Piscator* (7) *et postea Iohannes Langer († 1577), cuius iussu illius imago " encaustica in fenestris sacelli B. Virginis, „ inter alios sanctos eius patronos, vulnerato et „ radiis circumfuso capite, ilibus ex scisso ventre „ prominentibus, effigurata cernitur* (8). „ *Sed* E *iniqua quae subsecuta sunt tempora et variae calamitates, quibuscum monasterio colluctandum fuit, probabiliter impedierunt quominus res ad felicem exitum deduceretur.*

In edenda Passione, veteris membranae, unde omnia exempla hactenus nota emanarunt, superstitem partem, duo nempe folia, adhibemus solam. Ubi desinit, usuri sumus exemplo B = Bochenthaler et exemplo G = Gamans (9).

(1) Ms. cit., n° 167, 168. — (2) Ibid., n° 170. — (3) Ibid., n° 191-197. — (4) Ibid., n° 191. — (5) Ibid., n° 166, 197. — (6) Ibid., n° 171, 177. — (7) Ibid., n° 173, nota. — (8) Ibid., n° 196. — (9) Cf. supra, p. 608, num. 3.

VITA ET PASSIO S. ERNESTI

Cf. Comm. praev., num. 1-3, 23.

S. Ernestus, cuius passionem oculati testes retulerunt,

1. Anno Dominice incarnationis MCXLVII°. I[1] venerabilis abbas Ernest in Persidis regione glorioso coronatus est martyrio. Cuius passionem ob Christi honorem et ipsius sancti martyris amorem, prout ab his qui interfuere didicimus, simplici quidem sed veraci stilo litteris commendare decrevimus. In hoc autem quorumdam dubietati satisfactum credimus, si peroptimum ab infantia conversationis illius testimonium ad medium deducimus, quia sicut a Domino dicitur:
Luc. 6, 44. *unaqueque arbor de fructu suo cognoscitur.*

pie Zwifalti educatus,

2. Beatus igitur Ernest, in Alemannia (1) parentibus non infimis exortus puerulus Zwivildensi cenobio commendatur nutriendus. Ibidem omni discipline celestis studio nutritur, litteris sacris imbuitur, habitu monastice religionis induitur. Qui cum moribus, etate et sapientia maturescere

sacerdos factus,

videretur, singulos sacre provectionis gradus conscendens, tandem presbiterii honore promovetur. Deinde cum cottidie de virtute in virtutem ire conaretur, divino nutu ac totius congregationis assensu, pater monasterii substituitur. Quod dum per sex annos pro posse suo rexisset nec tamen ad integrum multorum moribus servire potuisset, tandem labori sponte locum dedit, onus regiminis deposuit (2), et vite perfectioris ascensiones in corde suo disposuit. Et quia secundum ipsius Domini dictum : *nemo propheta acceptus*
est in patria sua, cum Dominus gloria et honore Luc. 4, 24.
voluit eum coronare, hac occasione de terra et Cf. Gen. 12, 1.
de cognatione sua, sicut patriarcham Abraham fecit eum exire.

per sex annos abbas monasterium rexit.

Bello sacro ob Edessae stragem

3. In Persidis (3) itaque partibus est quedam civitas que appellatur Roas (4); huius incolę dum essent christiani, simul et semel a barbaris sunt occisi. In ipsa quippe sacrosancta dominicę Nativitatis nocte quidam paganorum subregulus nomine Sanguineus eandem urbem cum suis invasit, spoliavit et incendit. Omnem quoque sexum et etatem indifferenter necavit ac bestialiter infrendens, ipsum aerem, ut ita dicam, iuxta nomen suum, sanguine christianorum cruenta-

1. — [1] *Ita ultima littera I a reliquo numero paululum distat, ad extremam lineam, quasi postea addita sit.*

(1) Nempe in Suevia, apud Stuzziligen, prope flumen Danubium, si Stephano Bochenthaler credideris, sed quam fragili fundamento haec opinio nitatur, supra p. 611 demonstravimus. — (2) De hac renuntiatione, videsis supra p. 612-13. — (3) Saepe occurrit in huius temporis chronicis haec appellatio geographica ad significandam Terram Sanctam et regionem circumiacentem. — (4) Edessa nimirum, cuius nomen syro-arabicum sonat syriace Urhai, arabice Roha. Caput est regionis, quae affini nomine vocatur Osroena.

vit

A vit (1). Quid plura? Clamor huius sceleris postquam christianis finibus insonuit, universalis Ecclesia facinus tale[1] exhorruit. Hinc omnis ecclesiastica dignitas indignabatur, omnis virilis etas ad faciendam vindictam in nacionibus pro huiusmodi scelere sese exhortabatur, fervebat et accingebatur (2). Unde papa Eugenius celebrem ad Ierosolimam expeditionem homicidis et omnibus facinorosis (3) in remissionem peccatorum instituit. Cui rex ipse Romanorum Counradus cum nonnullis episcopis et aliis regni principibus interesse voluit (4). Ibant autem omnes armati et aut mori aut sanguinem sanctorum qui effusus est vindicare parati. Huic sanctę profectioni se sanctus iste de quo agimus, connexuit, adeo fervens calore passionis ut palam optaret dicens: „ Si non aliter, vel pedibus equorum conculcatus in hoc itinere moriar, tantum ut pro nomine Ihesu pati merear. „ Omnipotens vero Dominus, qui vota suorum novit excedere, celeberrima passione fecit eum triumphare.

indicto — *nomen dedit,* — *martyrii cupidus.*

VITA ET PASSIO

4. Quid autem devotissimi viatores isti[1] in hac via passi sint, quanta sustinuerint, quot milia ex eis multifaria clade perierint, quis ex integro dinumerare poterit? Denique, ut unum ex innumeris referamus, in valle quadam cum se collocassent in castris subito fluvius inundavit[2]. Qui[3] quamplures homines cum papilionibus in mare quod ibi prope erat submersit (5). Ad urbem Constantinopolim venientes officiose suscipiuntur (6); sed tamen non nisi pauci mercatus gratia intromittuntur (7), quia Greci Theutonicos semper habent suspectos (8). Ibidem commorantes aliquamdiu quieverunt et mare quod adiacet civitati, quod appellatur Brachium S. Georgii (9), iubente rege Constantinopolitano, sine naulo transfretaverunt (10). Hic iussu regis ac principum exercitus dinumerabatur (11). Qui supra septuagies centies centena milia computabatur (12).

Fluvii inundatione oppressus, — *prope Constantinopolim* — *mare traiecit innumerus exercitus.*

3. — [1] *script. supra vocem* facinus.
4. — [1] (v. i.) i. v. *ante corr.* — [2] *syllaba* vit *post corr. add. supra lin.* — [3] *add. supra lin.*

B

(1) Ex scriptoribus bene multis qui expugnati oppidi Edessae stragem descripserunt, iuvat recitare testimonium Ottonis, episcopi Frisingensis, cum ad illud maxime accedat nostri hagiographi enarratio: *Anno dominicae incarnationis 1145 incipiente* (alias exeunte an. 1144) *in ipsa sacrosanctae nativitatis Christi solempnitate lugubre et miserabile ex peccato christiani populi accidit in Oriente piaculum. Sanguinus enim, Halapensis, Syriae ac Mesopotamiae, excepta Antiochia et Damasco, princeps, Persarum vero et Medorum regis seu soltani vassallus, Edissam, quae nunc Rochas dicitur, unicum Hierosolimitanae ecclesiae pro magnitudine ac habundantia sui refugium, cum infinita Sarracenorum multitudine circumdedit, ac in ipsa, ut dixi, nativitate Domini irrupit, cunctis ibidem cum episcopo urbis christianis in ore gladii occisis vel miserabili captivitate in servitutem redactis, ecclesias Christi... foede polluit, nostrisque penitus exterminatis vel tributo subactis, Sarracenos ibi ad habitandum locavit.* OTTONIS FRISING. Chronicon, l. VII, n. 30, *MG.*, Scr. t. XX, p. 264. Notandum est insuper chronicon ante diem 9 aprilis 1147 fuisse completum (ibid., p. 91). Edessam a die 28 novembris 1144 obsessam expugnarunt Sarraceni die 23 decembris; duobus autem post diebus ipsam arcem eiusque praesidium in deditionem acceperunt. W. B. STEVENSON, *The Crusaders in the East*, p. 150-51; R. RÖHRICHT, *Beiträge zur Geschichte der Kreuzzüge*, t. II, p. 57. — (2) Haec sunt immoderate dicta. Constat enim, monente gravissimo teste, scilicet Odone de Diogilo (*De Ludovici VII Francorum regis profectione iu Orientem*,
C in *P.L.*, t. CLXXXV, col. 1204-07), consilium de suscipiendo iterum bello sacro a Ludovico VII fuisse primo initum, die 26 decembris 1146, *cum idem pius rex Bituricas curiam celebrasset.* Post tres menses, nempe die 31 martii 1146, illud ratum habuerunt episcopi et optimates regni Verzeliacum convocati; ac demum ipse summus pontifex, Eugenius III, instiganti regi morem gessit. Cf. A. LUCHAIRE, apud E. LAVISSE, *Histoire de France*, t. III, p. 11-12. — (3) Cf. litteras ab Eugenio III ad Ludovicum VII, Francorum regem, die 1 decembris 1145 datas (*P.L.*, t. CLXXX, col. 1064); sed illas vix ante 1 martii 1146 in Gallia innotuisse acute monstrat B. KUGLER, *Analecten zur Geschichte des zweiten Kreuzzugs* (Tübingen, 1878), p. 24-44. — (4) Hoc opus fuit sancti Bernardi Clarevallensis, qui reluctantem Romanorum regem tandem persuasit et die 28 septembris 1146 Spirae cruce signavit W. BERNHARDI, *Konrad III*, p. 530-32. — (5) Quam calamitatem ita describit Otto Frisingensis (*Gesta Friderici*, lib. I, c. 45, *MG.*, Scr. t. XX, p. 375): *7 idus septembris, id est proxima ante nativitatem B. Mariae feria, vallem quandam iuxta oppidulum Cherevach* [ἐπὶ Χοιροβάκχων, ait Cinnamus] *dictum, campi viriditate laetam, amniculi cuiusdam medio decursu conspicuam attingimus. Cuius loci amoenitate capti omnes, illic tentoria figere iocundumque Dei genetricis semperque virginis ortum cum magna iocunditate celebraturi ibidem ea die pausare disponimus.... Erat in vicino mare Proponticum, quod modo Brachium Sancti Georgii ab indigenis dicitur, duoque super litus eius, unde mercatum expectabamus, oppida parva et natura salubria.... Fateor, toto expeditionis tempore numquam laetiora habuimus tabernacula, numquam,*

E

quantum ad sensus iudicium maiorem ambitum occupaverant tentoria. Et ecce circa vigiliam matutinam nubecula quaedam parva exorta imbrem mitem produxit, quem subito tantus pluviarum ventorumque impetuosus turbo subsecutus est, ut concussis et solutis seu ad terram deiectis tabernaculis, gravissime qui post matutinorum laudes lectis nos receperamus, excitaret. Clamor totum vicinum replens aerem attollitur; amniculus enim, an ex refluxione proximi maris imbriumve multitudine, an ex cataractis ruptis in caelo ex supernae maiestatis ultione incertum, tantum intumuerat ex tumoreque praeter morem inundaverat, ut totum cooperiret exercitum... Ad equorum tamen robur convolamus, unusquisque, prout poterat, amnem transire gestiens.... Quantum vero dampnum tam in personis quam in rebus et utensilibus ad tam longam viam neeessariis exercitus noster ibi acceperit, dicere non oportet. Affuit sedenim qui haec descripsit. Cum eius testimonio conveniunt scriptor gallus ODO DE DIOGILO (l. c., col. 1218) et graecus CINNAMUS, *Historiarum* lib. II, c. 14 (*P.G.*, t. CXXXIII, col. 396), de cuius auctoritate docte disseruit B. KUGLER, *Neue Analekten zur Geschichte des zweiten Kreuzzugs* (Tübingen, 1883), p. 29-50. — (6) *Cumque venissent in Greciam, honorifice suscepti sunt a rege Grecorum.* Ita *Casus monasterii Petrishusensis*, lib. V, c. 27 in *MG.*, Scr. t. XX, p. 674. Idem *Annales Magdeburgenses* (ibid., t. XVI, p. 188): *A rege Constantinopolitano quasi benigne suscepti sunt.* — (7) *Castra metati sunt ante Constantinopolitanam urbem, et ibi aliquando morati. Verum propter inauditam Teutonicorum multitudinem nimio timore concussa tota tremebat Gretia.... Universo* F *exercitui preceptum est ab eodem rege* [*Graecorum*] *omnia necessaria iure venalium rerum administrari. Nullus tamen peregrinorum eandem civitatem presumebat ingredi.* Sic *Annales Herbipolenses*, ibid., p. 4. — (8) Neque immerito, cum Teutonicum agmen regionem circumiacentem depopularetur, ipsumque imperatoris palatium aestivum vastaret, *undique pene omnia destruens*, ait ODO DE DIOGILO, l. c. — (9) Quod nomen obtinebat fretum Bosporus. — (10) Cum Manuel imperator valde metueret ne Ludovicus VII et Conradus castra sua sub Constantinopolis moenibus iungerent, omnem industriam et opem tulit, ut quam citissime rex Romanorum in Asiam minorem transiret. W. BERNHARDI, l. c., p. 620. Itaque *providerat eis rex Greciae naves ad transducendum exercitum, adhibens notarios, qui expeditorum sibi numerum perferrent.* HELMOLDI *Chronica Slavorum*, lib. I, c. 60 (*MG.*, Scr. t. XXI, p. 57). Ita quoque *Annales Herbipolenses*, l. c., p. 5: *Audita rex Grecorum regis Cunradi perseverantia, statim naves adaptari imperat.* — (11) Cf. Helmoldum modo allatum. Addatur ODO DE DIOGILO, l. c.: *Et licet ego praescripserim et verum sit de illius exercitu infinitos iam obiisse, audivimus tamen a Graecis, qui numerarent transeuntes, eum cum nongentis millibus et quingentis sexaginta sex transfretasse.* Item Annales Palidenses (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 82): *Mare quod Brachium sancti Georgii dicitur transiit, et recensitus est numerus signatorum, et inventa sunt 70 milia virorum bellatorum absque inermi et plebeio vulgo.* — (12) De hoc numero cf. Comment. praev., p. 610, num. 10.

5.

VITA ET PASSIO

5. Quapropter latissimum huius histore campum percurrere non possumus, sed flores proposite passionis [1] hinc tantum excerpere decrevimus. Ut ergo legentibus fastidium alleviemus, ad gloriosum beati martyris triumphum succinte properemus.

Profligato episcopi Frisingensis agmine,

Ad urbem Niceam postquam venerunt, rex et frater eius Otto Frisigensis episcopus ab invicem discesserunt (1). Episcopus enim [2], assumptis fere XIIII milibus (2) in quibus et abbas predictus, Ierosolimam ire proposuit. Sed Dominus, prout sibi placuit, iter eorum longe aliter disposuit. Rex quippe Persarum (3), nomine Ambonius [3], audito Christianorum adventu, perterritus decem subregulos quibus prefuit cum infinita gentilitate coadunavit et contra illos direxit quos iam invasisse fines suos intellexit (4). Pagani vero non pugnando, sed insidiando christianis obviare maluerunt. Predictus autem Sanguineus, qui superius illud scelus in christianos perpetrarat (5), unus ex his subregulis erat. Hic vere [4] iuxta Prophetam, *virga furoris Domini et baculus indignationis eius*, quam maxime contra christianos his diebus extitit; predictę siquidem expedicioni, quę episcopum comitabatur, idem omne malum per insidias moliebatur (6). Unde cum die quadam dominica secus mare christiano more feriantes quiescerent, armatus cum exercitu super inermes inopinatus irruit (7), occursantes interfecit, fugientes comprehendit adeo ut pauci de tanta multitudine superstites invenirentur qui non aut capti aut occisi detinerentur (8). Hic sępe dictus athleta Christi graviter vulneratur, capitur, ligatur, trahitur ac divino nutu gloriosiori triumpho reservatur (9). Episcopus tamen cum paucis navicula vix evasit (10). Pagani vero cęde lassati, immo sanguine christianorum satiati, ibidem pernoctabant et occisorum spolia detrahebant. In crastino proficiscentes, octo fere milia captivorum abduxerunt. Quos tamen quia debiles in itinere defecerunt, ex magna parte interfecerunt.

Cf. Is. 10, 5.

Ernestus vulneratus capitur

6. Prędictus autem Sanguineus sceleris huius immanitate ultra modum vehementer elatus, ut [1] in omni Persidis regione hac occasione triumphum suum propalaret, quadrigentos ex eisdem captivis iuvenes forma, viribus et aetate praestantiores elegit, quos culcioribus vestibus induens domino suo regi Persarum Ambronio quasi pro munere transmisit (11). Inter istos beatus Ernest non immerito pręcipuus habebatur, quia statura procerus, vultu decorus, moribus compositus erat. Et, ut post exitus probat, sapiencia et facundia cunctis excellebat (12). Cum autem simul omnes ligati in civitate Mecha [2] coram rege fuissent pręsentati, in modum coronę iussit eos circumstare (13). Quos diligencius intuens, blande salutavit per interpretem dicens: « Bene veniatis, „ amici; milies bene veniatis, carissimi ». Et adiecit: « Non expavescatis, neque sicut captivi „ vel peregrini alcius ingemiscatis. Primo si deum „ meum adoraveritis, si mihi fideliter adhęrere „ volueritis, quantocius ab his vinculis liberi „ eritis, insuper pecunias et alias huius regni „ divicias propere possidebitis [3].

cum flore iuventutis

et Mechae sollicitatur ad fidem christianam deserendam.

7. Postquam vero praedictus athleta Dei Ernestus suos charitative ad timorem Dei admonuisset et ex omnibus viribus confortasset (14)

Idolis confractis,

5. — [1] (f. pr. passionis) pr. pass. f. *ante corr.* — [2] *syllaba* nim *script. supra lin.* — [3] sive Tobachias *add. in marg.* — [4] ere *script. supra* v.

6. — [1] *script. supra lin.* — [2] (i. c. M.) *script. alia manu supra* coram rege. — [3] *Hic media linea desinit membrana saec. XII; ultima littera* s, *quae est alius manus, aliquot punctis a reliquo vocabulo separatur.*

(1) Haec habent Annales Herbipolenses, l. c., p. 5: *Rex et omnis multitudo trans mare Propontidis, quod vulgo Brachium sancti Georgii dicitur, transiens, Niceam venit et ibidem tribus tantum diebus requievit. Quarta demum die Frisingensem episcopum Cunradum* [lege Ottonem] *nomine, qui frater erat Cunradi regis, pedites universi sequuntur, et per viam superiorem gradientes, Antyochiam* [Pisidiae] *transeunt.* Pariter Odo de Diogilo, l. c.: *Venit ergo Nicomediam, ubi sui oborto scandalo schisma fecerunt. Imperator tetendit Iconium; frater autem eius Otto Frisingensis episcopus et nobiles multi cum eo maritima tenuerunt.* — (2) *Cum quindecim fere milibus*, referunt *Annales Palidenses*, l. c., f. 84. Cf. KUGLER, *Studien zur Geschichte des zweiten Kreuzzugs*, p. 150. — (3) In chronicis medii aevi Asia minor ad Persidem traditur pertinere. — (4) Prorsus erravit hagiographus Sarracenorum ducem, qui summum in hoc bello imperium tenuit, Ambonium vel Ambronium nuncupando. Cf. Comm. praev., num. 12. Quisnam autem fuerit ille Ambronius prorsus latet. Sitne vox derivata ex arabico verbo communi *amir*, duce, an ex nomine proprio *Amrus*, unde graece 'Αμβρός, quod creberrime apud scriptores arabes occurrit (cf. *Annales at-Tabari*, ed. DE GOEJE, Indices, p. 413-25), viri periti diiudicent. — (5) Cf. supra, n. 3. — (6) Hunc de Sanguineo locum in Commentario praevio, num. 12, expendimus. — (7) Similiter de praelio *secus mare* et quidem *die dominica* commisso, videsis Commentarium praevium, num. 11. Christianos autem devicit Sanguinei filius, scilicet Nur ed-Din Mahmud; ibid., num. 12. — (8) Annales Herbipolenses, l. c., p. 5: *Tabescentibus ergo fere omnibus, multis quoque fame, siti, morbo et cotidiano labore consumptis, ad ultimum Sarraceni, explorata debilitate eorum, repentino insultu in eos prosiliunt, nulloque resistente laniant, distrahunt, seniores interficiunt, iuniores miserabili servitute deprimendos in captivitatem ducunt.* Cladem GERHOHUS (*De investigatione Antichristi*, lib. I, c. 70, p. 143) pressius adhuc describit: *Cum ad loca montium angustiora devenissent, illic Turci dispositis armatis cum parte exercitus aperta manu congressi sunt, quos etiam a facie simul et a tergo atque a scopulis desuper impugnantes maximam ex eis multitudinem peremerunt; ubi etiam comes Carinthiae Bernhardus occubuit. Illic etiam complures locorum angustiis simul et armatorum cuneis obsessi cum quibus, ex quo congredi non poterant, relictis suis omnibus solas animas salvare cupientes per aspera et ardua montium fugam inierunt.* Haec autem succincte referunt *Casus monasterii Petrishusensis*, l. c., lib. V, n. 28: *His ergo paganorum exercitus supervenit eosque paene omnes interemit.* — (9) Forsitan non abs re erit simillimum locum, ex Passione S. Thiemonis, Salisburgensis episcopi († circa 1102) desumptum, hic subicere: *Venerandus heros, cui stilus noster famulatur, capitur, trahitur, ac Deo tandem, per martyrium singulariter sibi reservatum, digna hostia efficitur* (TENGNAGEL, *Vetera Monumenta contra schismaticos*, p. 75, Ingolstadii, 1612). Cf. *Bibliotheca hagiogr. latina*, n. 8134. — (10) Fata Ottonis Frisingensis episcopi ita Gerhohus, l. c., attingit: *Otto Frisingensis episcopus, non solum calceamentis sed etiam pedibus attritis, fame quoque ac gelu confectus, ad quandam civitatem maritimam cum devenisset, miseratione civium refotus atque mutuo ab eis acceptis aliquibus, etiam ipse per mare Ierosolymam tetendit.* — (11) De hoc triumphali apparatu, cf. Commentarium praevium, num. 13. — (12) Cum, teste biographo, nondum fuissent cognitae Ernesti *sapiencia et facundia*, difficile capitur quomodo Zwifaltenses monachi, in praefatiuncula quae infra legitur (n. 9), eius eloquentiam extollere potuerint utpote *ad seminandum verbum Dei ex mandato Domini apostolici*. Ceterum inane figmentum est Ernestum, sicut alios abbates et episcopos ideo in Terram Sanctam profectos esse. — (13) Haec ultima particula occurrit quasi eadem in S. Thiemonis Passione: *Cumque ad locum certaminis Christi agonotheta pervenisset, nefandissimus ac Deo abominabilis rex iussit omnes christianos captivos vinctos huic spectaculo interesse; quos in modum circuli virum Dei fecit circumstare* (TENGNAGEL, l. c., p. 77). — (14) Subsequenti de Ernesti martyrio narrationi, cum ex presbyteri Marsilii litteris et quidem saepe ad verbum decerpta sit, non est cur immoremur. Hoc autem documentum in Commentario praevio, num. 7, aequa trutina examinatum est.

idola

A idola adorare coacti sunt. Quod renuens S. Ernestus diversis poenis et tormentis subicitur. Sed cum idola adorare adducitur et cum aliis quasi vi impellitur, spiritu divino[1] accensus lapidibus idola confregit. Pagani cum hoc vidissent, iracundia conciti, primo pellem de capite detrahentes et viscera per umbilicum extrahentes et flagellis coedentes palo affixerunt. Beatus vero et benedictus in Domino Ernestus non destitit inter tanta et gravia tormenta Deum collaudando caeteros ad constantiam et martyrium provocare, donec viscera in terram collapsa Deo omnium conditori spiritum tradidisset.

cruento supplicio exstinctus est.

Quod litterae presbyteri Armenii,

8. Quo vero ea quae oretenus ab his qui interfuere audivimus etiam literis confirmemus, Marsilius quidam praesbyter Armeniae, vir Deo devotus, corpus eiusdem sancti viri cum aliis martyrum corporibus redimens tale scriptum Germanis et praecipue Zwifuldam incolentibus venerandum direxit, quod sequentibus verbis, spiritu Dei tactus, transmisit.

a Zwifaltensibus monachis acceptae,

9. Anno[1] a nativitate Domini millesimo centesimo quadragesimo octavo Dominus Ernestus, huius monasterii abbas et doctor egregius, una cum aliis orthodoxis ad seminandum verbum Dei ex mandato domni apostolici Hierosolymam ire disponens (1), in itinere cum suis collegis a paganis captus et in regionem Persarum ductus in civitatem Mekka, ut nobis a comitibus et concaptivis eius est relatum, pro Christo est passus. De quo istae litterae subsequentes transmarinae a quodam presbytero Armeniae, Marsilius nomine, nobis sub his verbis sunt transmissae[2]:

VITA ET PASSIO

confirmarunt

10. Passionem servi Dei Ernesti, abbatis Zwifaltensis, fratres charissimi, vobis indicamus. Ille servus Dei a paganis cum aliis multis captus, idola adorare coactus, quod renuens, multa et diversa tormenta est perpassus[1]. Ad ultimum cum idola eorum lapidibus confregisset, pagani valde irati, pelle nudato capite et visceribus per umbilicum extractis paloque terrae infixo, flagellis palo[2] circum[3]..., cum aliquamdiu concaptivos suos, ne suo terrerentur exemplo, esset allocutus, visceribus in terram dilapsis, septimo idus novembris, anno quo supra[4], feliciter migravit ad Dominum. Huius corpus ergo[5] ego Marsilius praesbyter Armeniae cum undecim captivis pro amore Dei triginta quinque aureis redemi et corpus beati viri terrae commendavi; illos vero liberos in sua redire permisi. Passi sunt autem cum eo alii novem, id est Cunradus, Adelbertus, Waltherus, Senfridus, Eugebotto et alii tres[6]. Tempore modico elapso, corpus eius in civitatem Antiochiam a christianis deportatur in quadam ecclesia iuxta ecclesiam sanctorum apostolorum Simonis et Iudae, multis miraculis clarum, est est sepultum.

et martyris sepulturam edocuerunt.

7. — [1] Domini G.

9. — *In marg.* B : Praefatiuncula haec est monachorum Ernesto aequalium. *In commentario " Ernestus elucidatus „ (f. 109) praeit haec nota :* Marsilij sacerdotis Armeniae de passione, redemptione et translatione S. Ernesti sociorumque eius epistola circularis, cum praefatiuncula synchronorum monachorum Zwifaltensium. — [2] (anno - transmissae) *om.* G.

10. — [1] perpessus G. — [2] *om.* G., *sed add. in marg. :* Hic rursum repetebatur vox doc.: " palo „. — [3] agitatus *add.* G *sed notat in marg. :* Ut sensus sit integer, addidi hanc vocem " agitatus „, nam deerat in originali; *notat in marg.* B : deest verbum agitatus. *Melius supplendum :* ductus. *Cf. supra, p. 613, num. 21.* — [4] (a. q. s.) *om.* G., *sed add. in marg. :* " anno a Nativitate Domini, 1148 „. — [5] *om.* G. — [6] *add. in marg.* B : Desideratur aliquod nomen, vel scribendum fuerat : alii quatuor. *Notat in marg.* G : imo quatuor, *et add. altera manu :* Malim Eugebotto in duas voces dividere ut sit Eugebertus et Otto : atque ita cum tribus anonymis erunt universim socii novem.

(1) Cui testimonio par est titulus *doctoris gentium,* quem Ernesto deferunt Annales Zwifaltenses maiores : *1147. Regnum gentium in quatuor mundi partibus a christianis est vastatum. Et Ernest quintus huius loci abbas doctor gentium est factus et Bertholdus restitutus* (*MG.,* Scr. t. X, p. 56). Sed cum haec pars Annalium maiorum anno 1196 exacta sit et circa idem tempus conscripta sit Passio, aegre discerni potest utrum testimonium antiqui-
C tate praestet. Hoc tantum discriminis intercedit, quod in hagiographico documento clarius indicatur qua occasione sanctus Ernestus *doctor gentium sit factus.* Primus, W. Eysengrein, qui Passionem nostram novit atque exscripsit, Ernesto abbati *de laude martyrum insigne volumen* tribuit (*Catalogus testium veritatis locupletissimus,* f. 99v, Dilingae, 1565). Quod post eum dictitarunt Antonius Possevinus (*Apparatus sacer,* s. v. Ernestus), Io. A. Fabricius (*Bibliothecn latina,* s. v. Ernestus) atque G. Eiselin (*Wunderschöne Histori,* p. 347), iisdem ferme verbis usi. Hic praeterea librum manuscriptum manibus versavit. Illius autem sententiae ea solum occasio fuit, quod in eodem volumine simul compacta sunt Passio S. Ernesti, auctore F
anonymo, et opusculum de laudibus martyrum. Quod fundamentum quam sit caducum nemo est qui non videat.

DE

A D

SAEC. XII? F. V. O.

DE B. LUCIA STIFONTINA

VIRGINE ORDINIS CAMALDULENSIS

§ I. Vetustiora cultus B. Luciae praestiti monumenta.

Stifontina ecclesia monasterii S. Christinae

1. *In loco Septem Fontibus, vulgo Stifonte, octavo circiter ab urbe Bononiensi lapide dissito, excitatum fuit anno 1097 sub titulo Sanctae Christinae asceterium ordinis Camaldulensis monialium* (1). *Cuius prioribus alumnis pervagata est saltem a saeculo XV fama aggregatam fuisse virginem quandam, corporis specie animique dotibus inclitam, nomine Luciam, cui deinceps, favente populari veneratione, affixum est agnomen de Stifonte. Immo et priscum ecclesiae monasterii, in qua fertur sepultum esse eius corpus, nomen Sanctae Christinae mutaverunt decursu temporis accolae in vocabulum Beatae Luciae. Id saltem ab anno 1508 constat, quo nimirum Franciscus ex Alidosiorum familia* S. R. E. presbyter cardinalis Papiensis in civitate Bononie, exarchatu Ravenne et tota provincia Romandiole Apostolice Sedis legatus de latere *indulgentiam concedit trecentorum dierum omnibus fidelibus qui visitarint adiuverintque tum ecclesiam Sanctae Christinae Bononiae sitam, quo sanctimoniales Camaldulenses ex castro Stifontino anno 1247 migraverant* (2), *tum vetustam Sanctae Luciae ecclesiam loci Stifonte. Cum autem hae litterae plurimum faciant ad eiusdem beatae cultum manifestandum, iuvat partim eas referre :* Cupientes igitur, *ait,* ut ecclesia seu monasterium Sancte Christine de Fundatia (3) Bononien. ordinis Camaldulen. nec non ecclesia SANCTE LUCIE DE STIFFUNTO Bononiensis diocesis eidem monasterio perpetuo unita in suis structuris et edificiis debite reparentur, conserventur et manuteneantur, ac libris, calicibus, luminaribus et aliis ornamentis ecclesiasticis pro divino cultu magis decenter muniantur, et a Christi fidelibus iugiter venerentur, congruis quoque frequententur honoribus, et ut Christi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad easdem, et ad reparationem, conservationem, manutentionem, munitionem huiusmodi promptius manus porrigant adiutrices, quo ex hoc dono celestis gratie conspexerint se refectos pro parte dilectarum nobis in Christo abbatisse et monialium dicti monasterii Sancte Christine Bononiensis ordinis Camaldulensis porrectis nobis humilibus supplicationibus inclinati, omnibus et singulis Christi fidelibus prefatis vere penitentibus et confessis utriusque sexus, qui dictam Sancte Christine in eiusdem sancte et Dominice Palmarum, ac PREFATAM SANCTE LUCIE ecclesias in eiusdem sancte Lucie festivitatum diebus a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusive devote visitaverint annuatim, et ad premissa manus porrexerint adiutrices pro singulis diebus festivitatum earumdem, quibus id fecerint trecentos dies de iniunctis eis penitentiis auctoritate apostolica nobis commissa (4) *impertimur. Hinc patet et ecclesiam Stifontinam esse B. Luciae sacram et singulis annis eius festum celebrari, quin certo definiatur dies quo id agebatur.*

anno 1508 — *nomen obtinebat S. Luciae,* — B — C

cuius corpus, teste Ambrosio Traversari,

2. *Porro huius ecclesiae tituli immutatio nondum peracta erat anno 1433. Nam cum B. Ambrosius Traversari, generalis monachorum Camaldulensium abbas recens renuntiatus, omnia sui ordinis domicilia perlustraret, Bononiensem tractum ingressus :* Vidimus, *inquit,* amaenissimam regionem et Sanctae Christinae monasterium vetustum conspeximus; ibi conditum est S. Luciae corpus (5). *Quae sequuntur, liquido monstrant agi de S. Lucia Stifontina. Ceterum si fas est credere diligentissimis* Annalium Camaldulensium *compilatoribus, exstitit et antiquius publicae illius venerationis monumentum. Ferunt enim ab ipsis conspectam fuisse in Bononiensi Sanctae Christinae monasterio illius beatae imaginem* tabulae applicitam et priscorum modo, vulgo " a tempera „ coloribus expressam, quae opinione peritorum characterem redolet seculi XIV et putatur opus Simonis de Avantiis, qui floruit circa annum 1370. Litterae vulgo expressae [*nempe gothicae*] ad oram tabulae habent: " BEATA LUCIA DE LORDINE DE SČA CHRISTINA. „ Consistit beata ibidem inter cellam suam, in qua visuntur duae fenestrae..... Velo nigro [*et aureola*] redimitur eius caput, candelam accensam dextra et librum gestat, laeva autem crucem. Praeter hanc vetustam imaginem aliae in eodem parthenone et alibi visuntur, sed posterioris aetatis (6). *Antiqua autem effigies ibidem ab auctoribus in adverso folii latere exhibetur. Conservatur quoque Bononiae in ecclesia monasterii Sanctae Christinae altera imago, a Francisco Salviati ante annum 1541, iudice Vasari, depicta* (7).

E — *ibidem quiescebat,* — *et imago depicta fuit saec. XIV* — F — *et XVI.*

Nihil antiquius de eius cultu repertum est.

3. *Praeter allata testimonia, nihil de veneratione B. Luciae antiquitus praestita reperire potuere nec Benedictus XIV, nec qui post eum novas indagines fecerunt, Mittarelli et Costadoni, ut ipsi, die 1 decembris anni 1753, ad eum scripserunt :* Abbiamo minutamente osservato il confuso archivio delle monache di S. Cristina di Bologna, con tutte le iscrizioni e le pitture di quel monastero, e quelle pure delle chiese di S. Andrea di Ozzano e della B. Lucia presso a Stifonte, ma nulla di più si è ritrovato, che non sia stato ottimamente scritto nell' immortale sua opera de Canonizatione lib. II cap. XVIII, n. XI ec. (8). *Nec res feli-*

(1) MITTARELLI, *Annales Camaldulenses*, t. III, p. 86-87. — (2) Ibid., p. 346. — (3) *Strada della Fondazza*, nomen cuiusdam compiti civitatis Bononiensis. — (4) MITTARELLI, l. c., t. VII, Appendix, col. 284 " ex originali in archivo S. Christinae de Bononia L. 37. „ — (5) *Beati Ambrosii Hodoeporicon*, p. 37. — (6) MITTARELLI, l. c., t. III, col. 347. — (7) MELLONI, *Atti o Memorie degli uomini illustri in santità*, Cl. II, t. I, p. 121, ubi agitur de aliis B. Luciae simulacris et minutis eius reliquiis. — (8) Autographa epistula, Bononiae, R. Biblioteca dell' Università, Ms. N° 52, III. 22. " Monumenta cultus B. Luciae de Stifonte ex Bibliotheca Benedicti XIV. P. M. „. Dies 1us decembris constat ex litteris, quas die 22 decembris 1753 summus Pontifex rescripsit, ed. in *Annales Camaldulenses*, t. VIII, p. 693.

eius

A *cius cesserat Silvano Razzi, monacho Camaldulensi, qui anno 1600 B. Luciae Vitam ex sterili admodum subiecta materia evolvere adorsus, ita suam penuriam excusare conatur :* Oltre che molte altre scritture già per un' incendio abruciarono, alcune memorie ancora, le quali erano inscritte nelle mura della detta chiesa di Santa Lucia, nel restaurarla, non sono molti anni passati, furono gittate per terra. In tanto che, ancorche detto Monsignor Illustrissimo [*nempe visitator apostolicus*] mi habbia fatto in più luoghi, dove si ricorda haverle vedute, scalcinare et scortecciare il muro, non però si è mai trovata alcuna cosa di buono (1). *Neque auctoribus bene multis e quorum operibus extracta sunt* Monumenta cultus B. Luciae de Stifonte Bononien. diocesis Virginis ordinis Camaldulensis authentica (2), *ut eum ab immemorabili tempore floruisse iuridice demonstraretur, aliquid novi contigit ab oblivione vindicare.*

B § II. De eius reliquiarum translatione elevationeque saec. XVI et XVII celebratis.

Hortante Gregorio XIII,

4. *A saeculo autem XVI festi celebratio et honores liturgici Luciae collati iacent in propatulo. Quae pars praecipua nostrae tractatiunculae, eo vel magis quod illius vita quasi penitus ignoratur, satius est, quoniam de ea agi coeptum est, ut continuo perstringatur. Die 10 septembris 1572 hortatus est Gregorius XIII S. R. E. cardinalem Gabrielem Palaeotum, episcopum Bononiensem, ut porrectas ipsi preces de transferendis ob iustas causas B. Luciae ossibus benigne susciperet, prout in brevi apostolico legitur :* Exponi nobis nuper fecerunt dilectae in Domino filia abbatissa et moniales monasterii Sanctae Christinae de Fundatia ordinis Camaldulensis Bononien. quod, cum ipsa abbatissa et moniales habeant super quodam eorum praedio rustico in communi Stifunti comitatus eiusdem civitatis quandam vetustam ecclesiam et oratorium sub vocabulo Beatae Luciae, et ex aquis subterraneis, vulgo lacunis nuncupatis, ruinosam, licet pluries reparatam, ita etiam C ut iudicio cuiuscumque in huiusmodi arte periti amplius reaptari et manuteneri minime possit et valeat, prout ex illius aspectu satis manifeste colligitur.... Propterea ipsa abbatissa et moniales ecclesiam huiusmodi, quae sine cura et in loco solitario et periculis exposita est, et ubi a tempore, cuius non est hominum memoria, aliquis sacerdos seu capellanus non consuevit residere, sed tantum certis paucis diebus in anno, et praesertim die sanctae Luciae, praefatae abbatissa et moniales ad eam sacerdotes pro celebrandis missis mittere solent, qua die tanta populi multitudo cum armis et archibusiis illuc confluit non tamen sine Christi fidelium scandalo et devotionis eorum impedimento, ita ut minus scandalum foret, si ecclesia sive oratorium huiusmodi tali die clauderetur, in parte illius vetustiori et magis ruinosa et periculosa destruere, et residuum, prout melius et securius fieri poterit, cum uno altari reparare et reaptare, ac ita reaptatum relinquere ac perpetuo manuteneri, ruderaque et cementa, si quae (facta dicta reaptatione) supererint, ad ecclesiam infra scriptam et pro illius servitio deferre, ossaque seu reliquias in dicta ecclesia Beatae Luciae in loco etiam deformi et non bene accommodato existentes, ad aliam ipsarum abbatissae et monialium ecclesiam sub vocabulo Sancti Andreae in communi Oggiani superioris sitam, ab eadem priori ecclesia Beatae Luciae non multum distantem, securiorem tamen et a personis magis frequentatam, et ubi perpetuo permaneant, devote transferre summopere desiderarent (3).

AUCTORE F. V. O.

cum compertum esset foede neglegi ecclesiam Stifontinam

5. *Cui voto ut fieret satis, a vicario generali Bononiensi, Angelo Perutio, habita est disquisitio et interrogati duo testes, alter Stifontem, alter Ozanum incolens. Qui inter alia de caduco ecclesiae statu et lipsanis B. Luciae ibi asservatis haec declararunt. Prior testis :* Detta chiesa è posta in loco solitario discosto dalle case, e 'li non gli è senon delle lavine e boschi, e più volte li banditi vi sono ad alloggiarvi per esser luogo securo ed esser la alla foresta. Ed io ho trovato suso il feno sotto la casa, alle volte di borselli con delli ballini da archibusi, ch' è segno gli erano stati li sgherri e E banditi a dormire. Et dixit : A' miei dì in detta chiesa e casa non gli è stato prete ad ufficiarla e dirli messa. Solo li vanno li preti il giorno di sancta Lucia a dirli messa. Ed in tal dì vengono e sgherri e banditi in gran numero con arme ed archibusi e le portano in chiesa, di sorte che sono impedimento, e danno paura a chi gli va per divozione. E me ricordo che una volta il fattore delle sore in simil dì avea fatto fare da mangiare per li preti ch' erano stati lì a dir messa; e li sgherri volsono e gli tolsono il desinare, e lo mangiorono per loro, e bisognò che il fattore avesse pazienza con li preti ; e certo è più presto scandolo che divozione. Et etiam dixit interrogatus : Signor sì, ch' è vero, che gli sono in detta chiesa delle reliquie, come si dice, di santa Lucia, ma in vero sono lì in loco non convenevole, e non condecente a reliquie de' santi. E non se li tiene lume acceso, e non se gli fa, nè se gli ha ed usa reverenza alcuna, per esser lì in abbandono, e in quella chiesa vecchia, e che non se gli va. Et dixit : Chi levasse via quelle reliquie di quella chiesa, e le portasse alla chiesa di Sant' Andrea F nel comune di Ozano, qual' è pure di dette sore, o le accomodasse in loco onesto e condecente, pare a me e così tengo che seria ben fatto, onesto e di più riverenza, perchè la chiesa di Sant' Andrea ha cura, e sempre gli sta il prete, e se gli tiene sempre il lume acceso, e se gli dice messa le feste ed anco delle volte in dì di lavoro.... Et dixit interrogatus : Io mai ho udito dire che a quella chiesa di poi che si partì le sore, CHE SONO PIÙ DI DUSENTO ANNI, gli sia stato prete alcuno ad ufficiarla, senon il dì di santa Lucia.

et B. Luciae reliquias,

idque iterum esset confirmatum,

6. *Alter testis octoginta quattuor annos natus haec asserit :* Possono esser cinquanta anni, che io so ed ho conoscenza della chiesa senza cura di Santa Lucia posta nel comune di Stifonte, contà di Bologna, la qual' è una chiesa vecchia, mal' andata e che sta per cascare.... Et dixit : Io per me non mi ricordo, nè manco mai ho udito dire che 'l sia stato nè prete, nè frate alla detta chiesa di Santa Lucia. E ben vero, che le sore di Santa Cristina della Fondazza qui di Bologna,

(1) *Le Vite de' Santi e Beati dell' Ordine di Camaldoli* (In Fiorenza, 1600), f. 60ʳ. — (2) Bononiae, R. Biblioteca dell' Università, Ms. cit. — (3) Inter " Acta civilia pro monialibus Sanctae Christinae de Bononia et pro corpore B. Luciae sanctimonialis, ex autographo eiusdem parthenonis ", ed. *Annales Camaldulenses,* Appendix tomi VIII, p. 157-58.

 perchè

perchè detta chiesa è la soa, gli fanno il dì della festa di santa Lucia dire delle messe; mai per il resto dell' anno non se gli dice nè messa, nè uffizio. Et dixit : In quel dì della festa di santa Lucia gli concorre e gli viene tanta gente a detta chiesa, che l'è una compassione, e gli vengono de' sgherri et de banditi con arme ed archibusi, e le vogliono portare sino in chiesa e fanno tanto rumore e tanto insulto e furia, che quelli che gli vanno per divozione, più presto anno paura e se ne vanno, che stare alla perdonanza; quanto fariano, se non gli fosse quelli sgherri e banditi; e se vedesti quello che fanno, vi maravigliaresti.... Et dixit : Signor sì, l'è vero che in detta chiesa, come ho udito a dire, gli sono delle reliquie di santa Lucia, ma io non gli ho mai viste. So bene ed ho veduto che non gli ne pare, perchè non sono tenute da reliquie, nè si cognosce, se gli ne sono, o non. E in detta chiesa non gli è mai lume senon in quel dì della festa, cosa molto brutta, essendogli dette reliquie, che dovriano pure tenere con qualche onore e riverenza. Ac etiam dixit : Dette sore di Santa Christina hanno nel
B
comune di Ozano di sopra una chiesa curata, che si chiama Sant' Andrea, dove gli sta di continuo un prete, e se gli il tiene il santiss. Sacramento, e se gli dice messa ogni festa, ed anco tra la settimana, e sempre se gli tiene la lampade appesa ed in loco domestico e vicina alle case. Ed io per me son certo et credo che ognuno diria così che abbia notizia ed informazione di quelli paesi, che se gli togliesse via quelle reliquie di quella chiesa vecchia, trista e mal tenuta, e si portassero in quella di Sant' Andrea, e si mettessero in loco bello, onesto et reverente, che 'l saria una bella opera ed un bello fare (1).

ad ecclesiam Ozanensem an. 1573 translatum est eius corpus

7. *Exoptata ad Ozanensem Sancti Andreae ecclesiam translatio die 7 novembris 1573 effecta est* (2), *solo aequata Stifontina aedes, eiusque loco erectum oratorium. Super utriusque fani altari depicta erat imago B. Luciae captivum liberantis* (3). *De qua effigie mox recurret sermo. Quo vero modo conditae sint sacrae virginis exuviae, sic notat Alphonsus Palaeotus, archiepiscopus Bononiensis, in actis visitationis quam instituit in ecclesia Sancti Andreae Ozani, die 29 iulii 1599 :* Super dictum altare adest
C
sepultura macinea, in qua aiunt requiescere corpus beatae Luciae monachae ordinis Camaldulensis. *Similiter in alia visitatione, die 21 septembris anni 1631, cardinalis archiepiscopus Hieronymus Columna :* Item corpus, ut dicunt, cuiusdam beatae Luciae conditum in capsula lignea inclusa in monumento ex lapide molari super altare maius sito (4). *Sacrum autem corpus in hoc loco ad maiorem aram remansit, donec restaurata est anno 1639 ipsa Ozanensis ecclesia* (5).

et an. 1642 in novo sacello reconditum.

Tunc ab eius latere aedificatum est in honorem B. Luciae sacellum quoddam, quo die 8° iunii anni 1642 sub Dorothea Leonia abbatissa Sanctae Christinae de Fundatia Bononiae, nova translatio exacta est. Qua occasione, plura sibi ossa retinuit Bononiense Sanctae Christinae monasterium, ubi reposita sunt in ecclesia cum hac inscriptione : Pars corporis beatae Luciae virginis Stiphuntinae ex primariis primae mulieribus, quae moniales Camaldulenses instituere, 1642 (6).

Semper crescente veneratione,

A quo tempore semper inolevit publica erga ipsam pietas. Collecta sunt monumenta, quae adhuc exstant (7), *ut iuridice de confirmando eius cultu statueretur. Ex allatis variis testimoniis, quae numero magis quam pondere excellunt, expedit referre subsequens, quia inde innotescit consuetudo, forte sat vetusta, quamvis a nullo biographo sit indicata :*

enata est devotio de aqua B. Luciae.

A di 7 Gennaro 1754. Noi sottoscritte Badessa, Priora e Camerlinga del Monistero di S[a] Cristina di Bologna giuridicamente attestiamo esser poco men che continuo il concorso delle persone di ogni grado e condizione, le quali vengono al Monistero nostro per avere dell' acqua della Beata Lucia, a motivo di esser liberati da vari malori, specialmente d'occhi. Si ha questa da una di quelle sette fonti, delle quali riceve la sua denominatione l'antico luogo di Stifonte. Ed è pure tradizione antica che, abitando la Beata ancor vivente nel sudetto sito, a cotesta privilegiata fonte accoresse ne' suoi bisogni. *Sequuntur mittentium nomina* (8). E

§ III. Confirmatio cultus; quoddam genus miraculorum a B. Lucia patratorum.

Cultum illius confirmat Pius VI et in diem 7 nov. festum indicit,

8. *Tandem expetitam cultus confirmationem Pius VI die 24 martii 1779 rite probavit et plenariam peccatorum indulgentiam elargitus est* omnibus et singulis utriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam monachorum quam monialium ordinis Sancti Benedicti congregationis Camaldulensis ubicumque existentibus, die septima mensis novembris a primis vesperis usque ad occasum solis diei huiusmodi, singulis annis devote visitaverint.

quod ante celebrabatur die 13 decembris.

9. *Hinc in martyrologio totius familiae Camaldulensis anniversaria B. Luciae sollemnitas huic diei affixa est, quo, uti supra memoravimus, acta est translatio prima* (9). *Sed antea alterum diem, scilicet diem 13 decembris, quo summa religione sancta Lucia, virgo et martyr Syracusana,* F
in universa ecclesia honoratur, celebrando beatae Luciae Stifontinae festo assignabant Silvanus Razzi (10), *Gaspar Bombacius* (11), *Antonius di Paolo Masini* (12), *Carolus Rabius* (13), *quamquam translationem die 7 novembris 1573 peractam referunt. Ut unum prodam, haec habet Rabius :* Eius sacri cineres, sedente Gregorio XIII, inde [*Stifonte*] ad proximam ecclesiam S. Andreae de Ozano translati an. 1573 die 7 novembris, ibique festum huiusce virginis celebratur die 13 decembris. *Simillimo prorsus modo idem reliqui auctores commonent. Immo et probabilius est cardinalem Papiensem, qui anno 1508 indulgentiam in festivum B. Luciae diem concessit* (14), *diem 13 decembris innuere.*

Paulatim invocata est B. Lucia

10. *De miraculis a B. Lucia priscis temporibus patratis, si iuvenem a vinculis solutum excipias, nihil posteris traditum est. Notant quidem ad*

(1) Ibid., p. 160-62. — (2) *Annales Camaldulenses*, t. VIII, p. 141. — (3) Ibid., t. III, p. 347. — (4) Ibid., t. VIII, p. 332. — (5) Ibid., t. III, p. 347. — (6) Ibid., t. VIII, p. 331-32. — (7) Bononiae, R. Biblioteca dell' Università, Ms. cit. — (8) Autographus, ibid. — (9) Pag. 6. — (10) *Le Vite de' Santi e Beati dell' Ordine di Camaldoli*, f. 60 (1600). — (11) *Bolognesi illustri per santità*, f. 5 (1640). — (12) *Bologna perlustrata*, terza impressione (Bologna, 1666), p. 556; cf. p. 512. — (13) Inter annotata ad opus Caroli Sigonii *de Episcopis Bononiensibus* (OPERA OMNIA, t. III, 1733, col. 421, annot. 73). — (14) Cf. supra, p. 618, num. 1.

annum

A *annum 1620 compilatores* Annalium Camaldulensium *multis eam miraculis fulsisse, " quae ex monialium S. Christinae incuria scripta non fuere „* (1). *Et continuo enarrant, praeeunte confessario monialium Sanctae Christinae, duas qualescumque sanationes, hac tempestate peractas, nec tamen naturam morbi explicant. Annis autem 1634 et 1635, duo oculis capti, testantibus iisdem scriptoribus* (2), *visum recuperarunt. Id rursus, circa annum 1732, ter contigit, adhibita, ut constat ex documentis authenticis* (3), *aqua* di una fontana esistente nel comune di Stifonte della qual fontana era et è fama si servisse detta beata [*Lucia*] vivente, e dove è sempre stato et è tuttavia concorso di persone anche lontane ed estere, che prendono di quell' acqua per guarire dei mali d'occhi e se n'è veduto profitto. *Ita consuetudo invaluit, a XVIII saltem saeculo, apud huius regionis incolas* di avere sempre in casa loro dell' acqua di detta fontana, dispensandone frequentemente a chi ne addimandi per guarire de mali degli ochi. *Quem usum in Bononiensi Sanctae Christinae monasterio quoque vigere iam supra* B *monuimus* (4); *et praelaudati auctores, iisdem forsan documentis nisi, declarant :* Prope Stiffuntium fons emanat ex quo hauriunt populi, et bibunt devotionis gratia, appellaturque fons beatae Luciae (5). *Tandem inter multas tabulas votivas, quae altaria B. Luciae dicata exornant, eminent maximam partem cerei et argentei oculi. Unde liquet eximiam virginem fuisse saeculo XVIII potissimum invocatam ad sanandos oculorum morbos* (6).

ad sanandos oculorum morbos.

§ IV. Pro Actis eius plane ignoratis diffusa est traditio exigua fide digna.

Dum vita illius prorsus ignoratur,

11. *Haec sunt memoratu digna, quae de cultu huic virgini praestito sedulo excussa congerere potuimus. Sunt minime dubia, dum vita eius densis obvolvitur tenebris. Iam penitus ignoratur quo circiter saeculo nata sit. Annumeratur quidem inter* C *primaevas moniales, quae exeunte saeculo XI Camaldulense Stifontis coenobium condiderunt. Et revera ex congregationis Sanctae Christinae tabulario eruitur exstitisse olim abbatissam quandam, nomine Luciam, quae plures annos monasterio Sanctae Christinae praefuit. Mentio enim eius occurrit in actis donationum annis 1149, 1154, 1155 et 1156 factarum* (7). *Cum autem anno 1158 Adelasia nominetur abbatissa, pronum est concludere circa illud tempus e vivis cessisse Luciam, eodem munere perfunctam* (8). *Sed fueritne haec una eademque monialis atque nostra beata quae Septem Fontibus, Ozani et Bononiae in monasterio Sanctae Christinae cultum obtinet, nullo prorsus argumento suadetur, uti probe iam viderunt compilatores* Annalium Camaldulensium. *Fuit et alia Lucia abbatissa, quae vetus Sanctae Christinae asceterium Bononiam anno 1247 transportatum rexit* (9). *Quod tardius evenit, quam ut in ea nostram beatam Stifontinam agnoscere valeamus. Ac proin a Silvano Razzi temere asseritur, dum huius asceterii sanctimoniales alloquitur, B. Luciam fuisse, " si come è certissimo, prima fondatrice del vostro hoggi si grande e si magnifico monasterio di Santa Christina „* (10). *Frustra id quoque stabilire conatus est Ioannes Bapt. Melloni* (11).

immo et tempus quo vixit,

AUCTORE F. V. O.

12. *Quid igitur de nostra beata rescisci potest? Fatendum est prope nihil, uti ipsi Benedicto XIV compertum erat, dum rescribebat gnavis investigatoribus, qui illius beatificationem acriter persequebantur :* Aegre ferimus, quod pauca inveneritis.... Quoad officium [*liturgicum, quod expostulabant*], cum agatur de beata ignota, aliquid ulterius requiritur, praeter ea quae hinc inde [*de cultu*] expiscata fuere. *Haud secus ignota fuit aetate B. Ambrosii Traversari. Anno enim 1433, mense augusti, Stifontem advectus ut vetus Sanctae Christinae monasterium visitaret, ibique quiescere sanctae Luciae ossa certior factus, de Actis illius frustra interrogavit :* Eius cum Vitam legere vehementer cuperemus, *ait,* nullam adesse scriptam comperimus (12). *Sed alicuius saltem mirabilis facinoris memoria spargebatur. Quam ipse litteris ita consignavit :* Erat hoc celebre illius vulgatumque miraculum. Adamaverat illam, quippe speciosissimam, iuvenis nobilis adibatque frequens monasterium, visendae eius gratia. Nam, cum esset clausa cellula ecclesiae coniuncta, per fenestram sancta missarum solemnia audire consueverat. Hac iuvenis hora captata, eo adveniebat, eius inspiciendae tantum gratia. Id ubi advertit virgo pudicissima, fenestra damnata, sese intra cellulae secreta continuit, Patri, qui in abscondito videt, placere desiderans. Iuvenis, amore ebrius, cum spem omnem eius potiundi sibi sublatam cerneret, desperatione victus, sese ad remotiores barbarasque nationes contulit. Interea virgo felix migravit ad Dominum. Cum iuvenis a Saracenis captus fidem negare aut mortem oppetere cogebatur, inclusus carceri et compedibus vinctus, ut solet intellectum auditui dare vexatio, recordatus est Luciae sacratissimae virginis. Compunctusque corde : " O, inquit, Lucia, virgo Christi, si quid apud Deum praevales, adiuva me atque his necessitatibus libera. „ In his verbis somno corripitur experrectusque prope monasterium ferme ad iactum lapidis, vinctus compedibus, consueti signi sonum haurit auribus. Apparuit illi per visum virgo Christi. Et ille ad eius aspectum admiratus : " Vivisne, inquit, Lucia? „ Et illa : " Vivo veram vitam, ait. Vade et compedes istos ad sepulchrum meum defer, Deoque gratias age, qui te de imminenti periculo liberavit. „ Paruit ille iussis. Eas (*sic*) nos compedes vidimus; neque desunt qui asseverent eas nulla unquam ratione inde potuisse amoveri. *Notant insuper* Annalium Camaldulensium *scriptores haud procul a prisci Sanctae Christinae monasterii area, in via quae ad castrum Septem Fontium ducit, assurgere columnam, iam fatiscentem et sua cruce orbatam,* quam oppidanorum traditio fert positam fuisse in monumentum eius situs, in quem captivus meritis beatae Luciae

circumlata est — *B. Ambrosii Traversari narratio* — E — *de proco* — Cf. Matth. 6, 4. — *captivo* — Cf. Is. 28, 19. — *a B. Lucia liberato.* — F — *Quod columna testabatur*

(1) *Annales Camaldulenses*, t. VIII, p. 259. — (2) Ibid., p. 332. — (3) Bononiae, R. Biblioteca dell' Università, Ms. cit. — (4) Pag. 7. — (5) *Annales Camaldulenses*, t. III, p. 348. — (6) MELLONI, *Op. cit.*, Cl. I, t. II (1788), p. 331. Cf. t. I (1773), p. 119. Quem auctorem adire, l. c., expedit, si quis minutas de cultu B. Luciae descriptiones exquirat. — (7) *Annales Camaldulenses*, t. III, Appendix, pp. 451, 470, 480 et 486. — (8) Ibid., t. III, p. 345. — (9) Ibid., p. 305. — (10) *Le Vite de' Santi e Beati dell' Ordine di Camaldoli*, f. 59. — (11) *Atti o memorie degli uomini illustri in santità*, Cl. II t. I, p. 107-08. — (12) *Annales Camaldulenses*, t. VIII, p. 693. — (13) *Hodoeporicon*, p. 37.

AUCTORE F. V. O.

Luciae liber et solutus fuit translatus (1). *Quae* traditio *ab Ambrosio praetermissa de ostento tam longinquo tamque obscuro, quodque in evolutione cultus B. Luciae nullum vestigium reliquit, fragilis admodum est; nec mirandum foret, si huic populari de erecta columna interpretationi litterarium celebris Camaldulensium abbatis generalis monumentum ansam dedisset.*

et liturgico officio inscriptum est.

13. *Eius namque narrationem recoctam et contritam, ampliatam vel contractam, omnes qui de B. Lucia scripsere, suo quisque modo usurparunt, immo secundo liturgici officii nocturno ad verbum inseruit eius familia religiosa. Nec suspicandus est vir probissimus aliquid suo marte vel addidisse vel dempsisse; rem profecto rettulit, prout suo tempore Stifonte vulgata erat, tribus videlicet et amplius seculis post exordia Sanctae Christinae monasterii. In cuius expositionis serie partes duae, sat distinctae, sese excipiunt. Prior agit de modo quo, dum vivebat beata virgo, suam castitatem tuita est; altera de portento quo mortua amatoris sui incolumitati consuluit. Haec si pressius inspiciuntur, pauca remanent quae fidem sibi conciliare valeant.*

Haec parum fidei merentur.

Nam posteriori prodigio captivi per immensa spatia transportati et a vinculis in patria soluti non est cur haereamus, quoniam similia passim praedicantur et fontem rei excogitandae, detortis saltem rivulis, habent in Actis Apostolorum, *ubi enarratur quomodo Petrus e carcere Herodiano eductus sit* (2). *Hoc sane exemplar praefulserit, ad quod ceterae huiusmodi imitationes adumbratae sunt. Ratio autem qua beata Lucia arcuit importunas sui amatoris insectationes,* damnando *scilicet cellulae suae fenestellas, — in pictura quae ad annum 1370 spectare videtur, duabus fenestellis instructi sunt eius cubilis parietes, — quandam affinitatem habet, uti iam animadvertit Theophilus Raynaud* (3), *cum modo sane crudeliore ab aliis virginibus adhibito, quae evulsis sibi oculis suos removerunt procos. Talia leguntur de S. Brigida († 523) in hibernica, fabulosa admodum, homilia* (4), *et alibi, nullo nomine virginis expresso, scilicet apud Iohannem Moschum in suo* Prato spirituali, *quod saeculo VII compilatum Ambrosius Traversari ipse latine reddidit* (5), *bis apud Stephanum de Borbone* (6) *et Vincentium Bellovacensem* (7) *saeculo XIII et semel apud Iacobum de Vitriaco* (8), *eodem aevo. Hanc virginem Raderus in suo* Viridario sanctorum, *part. III, cap. 3* de caecis sanctis, *sine ulla prorsus ratione B. Luciam appellat et religioni S. Dominici ascribit* (9). *Quem secutus Arturus du Moustier, ad diem 3 decembris in suo* Sacro Gynecaeo *addit et regionem quam incoluerit :* In Gallia, beatae Luciae virginis, ordinis sancti Dominici alumnae, quae mirabili vitae integritate et castimoniae laude floruit. *Apud Indos vero similis narratiuncula iam praedicabatur, uti videre est in amplissimo opere* Kathá Sarit Ságara (*Oceanum fluminum narrationis*), *ubi nobilissimus princeps exhibetur qui a virgine, quam adamabat, in desperationem actus, relicto regno suo, vitam peregrinantis eremitae duxit* (10). *Quicquid id est, hanc fabellam, diverse accommodatam ingenti favore populari medio aevo floruisse abunde monstrant variae sacrarum contionum et exemplorum congeries, ubique diffusae* (11). *Sollemne autem est artificibus S. Luciam, virginem Syracusanam, exprimere effossos oculos in manu vel in disco portantem* (12).

Quantum inter se concordent cultus B. Luciae Stifontinae et S. Luciae Syracusanae.

Quibus omnibus eadem subiacet notio, sublata videlicet luce, deliros a se procos avertere. Insuper si recordamur festum B. Luciae Stifontinae eodem die olim agi solitum, quo S. Lucia Syracusana ab universa Ecclesia honoratur (13), *utriusque cultum invaluisse ad exorandum oculorum lumen, utramque eodem nomine quod lucem praesefert vocari, utrimque eundem sanandi modum exhiberi, nempe* aquam sanctae Luciae (14), *idque pro Lucia Stifontina recentiore potius aetate percrebuisse, iure opinari licebit traditiones quae ad cultum sanctae Luciae toto orbe celebratae pertinent, redundasse in multo artioribus contentam finibus beatae Luciae Stifontinae venerationem.*

(1) *Annales Camaldulenses*, t. III, p. 348. — (2) *Act. Apost.*, XI, 1-11. — (3) *Hagiologium Lugdunense*, OPERA OMNIA, t. VIII (1665), p. 514-15. — (4) Whitley STOKES, *Three Middle-Irish Homilies on the Lives of saints Patrick, Brigit and Columba* (Calcutta, 1877), p. 65. — (5) Cap. 60; *Vitae Patrum*, ed. H. ROSWEYDUS (Antverpiae, 1615), p. 872. — (6) A. LECOY, DE LA MARCHE, *Anecdotes historiques d'Étienne de Bourbon*, p. 211 et p. 431 (nn. 211 et 500). — (7) *Speculum morale*, lib. I, pars 3, dist. 96 et lib. III, pars 1, dist. 4 (Venetiis, 1493, fol. 90 et fol. 150v). Duplex eius narratiuncula ad verbum convenit cum narratiunculis Stephani de Borbone, sed ordine inverso dispositae sunt. — (8) T. F. CRANE, *The Exempla of Jacques de Vitry* (FOLK-LORE SOCIETY, n° 26, 1890), p. 22, n. LVII. — (9) P. 632 (Lugduni, 1627). — (10) CLOUSTON, *Popular Tales and Fictions* (Edinburgh, 1887), vol. I, p. 35, citatus a Th. CRANE, *The Exempla of Jacques de Vitry*, p. 158. — (11) CRANE, *ibid.* Cf. Introduction, p. LIII-CXVI. — (12) Ch. CAHIER, *Caractéristiques des saints*, t. I, p. 105. — (13) Supra, p. 620, num. 9. — (14) CAHIER, l. c. et cf. supra, p. 620, num. 7.

DE

A D

DE SANCTO ENGELBERTO

ANNO 1225 ARCHIEPISCOPO COLONIENSI ET MARTYRE A. P.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Engelberti viri eximii

1. *Virum egregium in Martyrologio Romano hoc die inscriptum invenimus, de tota Germania bene, de patria Coloniensi optime meritum, virum inter praesules ecclesiae atque inter regni principes suo tempore summum eundemque imperii germanici per annos quattuor gubernatorem ; cuius postquam vita et indoles in multis quidem laudabilis, in multis tamen etiam reprehensione digna fuerat, mors tandem cruenta, quam ab impiis nebulonibus iniuste illatam pertulit, ita optimorum quorumque animos convertit ut illum in sanctorum martyrum* B *numero cuperent recenseri. De quo qui his Actis commentarium iam paraturus erat noster Edgarus Hocedez S. I., cum nuper ut at exteras Indiarum missiones proficisceretur et magno ardentique animo expetisset et impetrasset, factum est ut qui in prioribus medii aevi saeculis fere versamur, sero ad excolendam hanc particulam agri alieni vocaremur. Quapropter laborem nostrum, utpote quadamtenus subitum et fortuitum, si forte, quod veremur, exspectationem minime explet, boni consulant aequi lectores postulamus.*

§ I. De fontibus historiae S. Engelberti.

historiam nos docent cum alia monumenta,

2. *Ceterum feliciter accidit ut ipso tempore, quo ad haec scribenda nos accingebamus, operis utilissimi, in quo Regesta archiepiscoporum Coloniensium congessit v. cl. Richardus Knipping, ea pars proxime proditura esset quae annos 1205-1261 atque ideo tempora Engelberti archiepiscopi complectitur* (1). *Quam ut citius inspiceremus, missis ante etiam quam volumen prelum relinqueret pla-* C *gulis, perhumanus scriptor effecit, neque id frustra ; tantam enim curam, tantam doctrinae copiam in colligendis his Regestis posuit vir clarissimus, ut in posterum his qui Engelberti praesulatum enarraturi sint praecipuo adiumento sint futura. Praeter chartas litteras diplomata tum Engelberti, tum decessorum et successorum ipsius, tum pontificum Romanorum et regum imperatorumque, tum aliorum, quae ibi diligenter sunt recensita, usui etiam nobis erunt chronicae et annales aevi illius, maxime vero opera scriptoris tempore aequalis et loco proximi, Caesarii dico Heisterbacensis. Qui non solum in suo* Dialogo miraculorum, *in homiliis, in catalogo archiepiscoporum Coloniensium quaedam de Engelberto tradidit memoria digna, verum praesertim eiusdem Vitam conscripsit, quae inter optima monumenta hagiographica tum illius, tum omnis aevi videtur reponenda.* *tum praesertim Vita,*

quam Caesarius Heisterbacensis

3. *Aequalis Engelberto erat scriptor, utpote qui anno 1198 vel 1199 in Heisterbacensi abbatia monachus factus sit* (2), *quo tempore Engelbertus, vix tum quindecim annos natus, primum in historia comparet, multis autem annis ipsi supervixerit*(3). *Etsi pius magister noviciorum et prior Heisterbacensis is non erat qui ea quae magnus ille praesul et dux in administratione rei publicae non* E *solum intra, sed etiam extra fines Germaniae egisset, non dico explicare, sed neque aestimare et plene perspicere valeret, in his tamen quae monacho haud procul a Colonia degenti de vita, gestis, indole, lugubri exitu celebratissimi archiepiscopi ad notitiam venire potuerunt, testis est bene doctus, testis sincerus, scriptor etiam eximius.*

tribus libris comprehendit ;

4. *Opus divisit in libros tres, quorum priore non tam res ab Engelberto a pueritia ad necem usque gestas singillatim et distincte persecutus est, quam veram ac veluti praesentem viri summi formam et effigiem depinxit ; altero Engelberti martyrium ita explicate, luculenter ac miserabiliter enarravit ut qui semel haec legerit iugem eorum memoriam sit servaturus ; tertio denique de miraculis post mortem patratis ubertim rettulit. Et priores quidem duos paucis ab hac morte mensibus exactis composuit. Cum enim die 7 novembris 1225 interfectus esset Engelbertus atque mox ei suffectus esset Henricus de Mulenarke, antea Bunnensis praepositus, hic ipso die ordinationis suae, 20 septembris 1226, Caesario auctor fuit ut decessoris ipsius vitam et miracula scriptis mandaret* (4). *Cuius voluntati paruit Caesarius, ut ante diem 7 novembris eiusdem anni ultimam primo libro manum imponeret, ipso teste* (*l. I, c. 9 extr.*) *:* eo quod nondum expletus sit annus ex quo passus est (5). *Librum alterum continuo post primum conscripsisse ac forsan eodem anno ad caput 16 perduxisse videtur ; quod caput, etsi non est ultimum, sollemni clausula terminavit :* Passus est autem ... gubernante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre ... Amen. *Ultimum autem seu 17 non ante diem 14 novembris eiusdem anni 1226 additum est, cum ibi res tunc gestae narrentur* quando primum martiris septenarium celebriter age-

quorum primus anno 1226,

alter paulo post,

(1) ***Die Regesten der Erzbischöfe von Köln im Mittelalter.*** Dritter Band, erste Hälfte : ***1205-1261,*** bearbeitet von Dr. Richard Knipping. Bonn, 1909 (= Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde, XXI, iii, 1). Idem aliquot ante annos volumen alterum eiusdem operis ediderat (Zweiter Band : ***1100-1205,*** Bonn, 1901 = Publikationen ..., XXI, ii). — (2) Cf. A. Kaufmann, ***Caesarius von Heisterbach,*** 2te Aufl. (Cöln, 1862), p. 82-83. — (3) Dicitur obiisse inter annos 1240-1250 (Kaufmann, l. c., p. vii), etsi tempus mortis non constat. Certe vix ante annum 1240 defunctus est; cf. A. E. Schönbach, ***Studien zur Erzählungsliteratur des Mittelalters.*** Siebenter Teil : ***Über Caesarius von Heisterbach,*** II (Wien, 1908 = Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, t. CLIX, iv), p. 42. — (4) Vita, l. II, c. 11. — (5) Cf. l. I, c. 8, ubi de rebus vivente etiamtum Engelberto gestis ita loquitur : ***Anno preterito, quando annona vendebatur sex solidis ..., iussit...*** Quos locos non animadvertisse videtur v. cl. A. E. Schönbach, ***Studien zur Erzählungsliteratur des Mittelalters.*** Vierter Teil : ***Ueber Caesarius von Heisterbach,*** I (Wien, 1902 = Sitzungsberichte der philos.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften, t. CXLIV, ix), p. 26-27, ubi de tempore quo libri I et II sint compositi dubius haeret.

batur

AUCTORE A. P.

batur ... revoluto anno, *neque tamen multo post; siquidem postquam poenas sancti interfectoribus aliisque qui sceleris huius conscii fuerant illatas rettulit, non solum monuit* omnia hec que dicta sunt contigisse infra annum primum, *sed veluti ceterorum nescius addidit:* haud dubium quin de aliis sacrilegis hiis similia vel forte maiora audituri simus.

tertius non ante annum 1237 est perfectus.

5. *Contra liber III nonnullo post tempore neque ante annum 1237 vel scriptus, vel certe perfectus est. Aliquantum enim praeteriisse tempus postquam libros I et II ediderat, Caesarius in praefatione haud obscure innuit:* Quia beatus pontifex Engelbertus, cuius actus et passionem in duobus libellis pro modulo ingenii mei dudum explicavi ... *atque c. 74 ita incipit:* Anno presenti, qui est millesimus ducentesimus tricesimus septimus ab incarnatione Domini ... *Monuit quidem v. cl. A. E. Schönbach* (1) *morem fuisse Caesario ut, ubi rem quandam memorabilem audisset, illam ilico in schedula annotaret, addito etiam, ubi id expedire videretur, rei gestae tempore; postea vero narrationes illas in aliquo ex suis operibus loco* B *apto inseruisse; porro idem probabiliter hic accidisse et, sicuti constat caput 75 operi perfecto accessisse, ita etiam caput 74 prioribus capitibus 1-73 aliquanto iam a tempore scriptis esse additum. Quae sapienter dicta sunt, neque melius res aestimari poterat quam diu Vitae sola prostabat editio Surii parum idonea. Nunc vero postquam, collatis codicibus, perspeximus bis Caesarianam Vitam S. Engelberti esse editam, caput autem 74 ad priorem, caput Surianum 75 (nostrum 76 bis) ad posteriorem recensionem pertinere, ratione a Schönbachio instituta non iam ita luculenter conclusum esse crediderim. Certiora proferre possemus si constaret quo tempore compositum fuerit a Caesario alterum opus de miraculis, non iam duodecim, ut* Dialogus miraculorum, *sed octo libris comprehensum, e quibus tres dumtaxat adhuc sunt reperti* (2). *In prologo enim illius docet Caesarius* (3) : quae mihi sunt comperta ... scripto commendavi, loco (4) quarti libri (5) passionem et miracula (6) domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi, qui me ista scribente occisus est, inserens. Nomina auctoris initiales litterae C coniunctae declarent. D *Iam vero ut liber I littera* C, *liber II littera* E (7), *sic Vita Engelberti, si epistulam praeviam neglexeris, littera* A *incipit atque ita quarto loco venire potest* (8). *Verum etsi verba allata innuunt prologum non multo post mortem Engelberti conscriptum esse, nihil in tribus libris qui supersunt invenimus quo statuamus quando scribi miracula coepta sint* (9), *maxime quando scribi desierint.*

Testimoniis amplis instructus,

6. *Quae libro I narrata sunt unde acceperit, vix innuit Caesarius. Veri tamen simile videtur ex vulgata atque recenti fama eorumque qui res viderant vel certe bene noverant testimoniis esse accepta* (10). *Ut autem libro II de ultimis diebus, morte, exsequiis Engelberti deque poenis ab interfectoribus eius repetitis tam copiose, singillatim atque optime perscriberet, id eo factum est quod non solum plurimorum virorum qui rebus interfuerant atque ipsius Friderici comitis, qui praecipuus sceleris auctor exstiterat, testimonia vel ipse audivit, vel ab aliis accepta cognovit* (11), *sed maxime quod narrationem a Tobia Friderici comitis notario scriptam et legit* (12) *et partim exscripsit* (13); *in qua ea rettulerat Tobias quae cum Fridericus tum alii viri* E *scelerati coram iudicibus erant confessi. Tandem in libro III ea tantum miracula scribere sibi proposuit quae ipsi* a personis veridicis erant relata sive a venerabili viro Goswino, ecclesie Beati Petri canonico, ab ore eorum quos martir sanavit excepta (14); *in componendis vero capitibus 50-73, quibus referuntur miracula eo loco patrata quo occisus erat Engelbertus, non iam testimoniis ore prolatis, sed monumento scripto est adiutus. Sic enim his capitibus praefatur (c. 49 extr.):* Referam nunc quedam de signis et portentis variisque sanitatibus que in loco occisionis beati antistitis Engelberti mirabiliter contigerunt, secundum quod a sacerdotibus, qui eidem loco prefuerunt et oculis suis ex parte viderunt sive ab hiis in quibus eadem miracula facta sunt audierunt, stilo sunt excepta mihique ad scribendum transmissa.

res bene noverat Caesarius

7. *Is ergo erat Caesarius qui de rebus narrandis certior optime fieri posset ac proin posteros vera et plurima doceret. Verendum tamen erat ne, qui iubente Engelberti successore eoque famae defuncti praesulis studiosissimo scribendi munus suscepisset,* F

(1) L. c., p. 29. — (2) A. MEISTER, *Die Fragmente der Libri VIII Miraculorum des Caesarius von Heisterbach.* Rom, 1901 = RÖMISCHE QUARTALSCHRIFT, Supplementheft XIV. — (3) Ibid., p. 1-2. — (4) Verba *loco ... declarent,* quamvis in uno codice legantur, in ceteris duobus desint, a Caesario tamen videntur scripta. Cf. MEISTER, t. c., p. XXXVI; SCHÖNBACH, *Ueber Caesarius von Heisterbach,* II (vid. supra, p. 623, annot. 3), p. 46. — (5) In codice sequuntur verba *quia et,* quae Meister e contextu, utpote inconcinna, reiecit. — (6) Non sola *miracula,* ut intellexisse videtur MEISTER, p. XXXVI. — (7) Cum his non congruit tertius, utpote qui vel littera *A* (prologus) vel littera *I* (cap. 1) ordiatur, non vero littera *S.* — (8) CEsArius. — (9) Id anno 1225 factum esse dicit MEISTER, l. c., qui conferre iubet c. 16 libri I (quod caput legitur p. 25; perperam autem scribit Meister : " l. I, c. 25 " !). Verum qui illud caput adierit, mirabitur in uno codice legi rem gestam esse anno 1225, in altero anno 1220, in tertio anno 1228. — (10) Cf. l. I, c. 7 : *Sed et quidam ex eius capellanis, qui conscienciam eius noverat, de ipso cum abbate nostro conferens sic ait ...*; c. 9 : *ut ait quidam ex eius concanonicis ....* — (11) L. II, c. 1 : *Engelbertus* (episcopus Osnabrugensis) *cuidam honesto militi, sicut nuper ab eius ore audivi, proposuit dicens ...*; c. 4 : *Teste eodem episcopo* (Mindensi), *cuius relatione hec comperta sunt ...*; c. 7 sub init. : *sicut hodie testis est cellerarius de Hemmerade*; ibid. sub fin. : *sicut usque hodie testis est* (idem cellerarius); c. 8 : *Nam sicut ab eius ore nuper audivi ...*; ibid. : *Sicut testis est magister Iohannes abbas Sancti Trudonis* (cf. l. III, c. 5); c. 9 med. : *Et sicut testantur qui aderant ...*; c. 14 : *Miles quidam, qui predictas blasphemias Arnoldi audivit, ... ista mihi retulit.* — (12) L. II, c. 7 med. : *Nutu Dei actum est ad martirii eius ordinem modumque declarandum ut comes Fridericus ab Urbe rediens Coloniam captivus duceretur; qui culpam suam palam confessus parricidii reos nominatim expressit, eciam fratres suos supradictos de reatu accusans. Captus est cum eo cum altero quodam Tobias notarius suus, qui in vinculis positus ad peticionem quorundam canonicorum, qui me ad scribendum amplius sollicitaverant, ut verius scribi possent qualiter vel a quibus beatus episcopus sit occisus, spe consequende venie eciam scripto manifestavit, Deum testem invocans in anima sua se vera dixisse secundum quod ipsius comitis in agone et aliorum nefandorum Rome confessio patefecit.* — (13) Ibid. paulo post : *sicut scribit Tobias*; ibid. inferius : *Verba sunt Tobie.* — (14) L. III, prol.; cf. c. 5 : *sicut ipse mihi retulit*; c. 10 : *sicut mihi retulit frater Petrus abbatis capellanus*; c. 17 : *hec que dicta sunt, me audiente, presentibus narravit*; c. 18 : *ut ... omnibus nobis se diceret esse curatum*; c. 19 : *Miraculi eiusdem idem Alardus usque hodie testis est*; c. 20 : *sicut ipsa mihi nuper retulit*; c. 21 : *Huius miraculi testis est Henricus decanus rurensis et multi cum eo*; c. 25 : *Huius miraculi testis ego sum*; c. 42 : *Eckardus sacerdos, ... cum a nobis interrogaretur, ... respondit*; c. 43 : *Hec mihi recitata sunt ante paucos menses a predicto abbate*; c. 46 : *Hec mihi a quodam veridico sacerdote relata sunt*; c. 74 : *Huius miraculi testis est Iohannes quondam capellarius archiepiscopi, nunc vero conversus ibidem*; c. 76 : *Retulit mihi domnus Henricus archiepiscopus...*

qui

easdemque aperte et sincere narravit,

qui opus hagiographicum, id est ad aedificationem morum collaturum (1), *componeret, qui ipso tempore scriberet quo Coloniae atque in tota vicinia multi cum de clero tum de plebe atroci nece domini sui permoti essent atque ipsius memoriam magna religione prosequerentur, his omnibus adduceretur pius monachus ut plus quam aequum est defuncto faveret et non tam sinceri rerum gestarum narratoris quam laudatoris munere fungeretur.*

ut minime reticeret

Laudavit et quidem ex animo; sed aequum rerum aestimatorem non fugiet ex his quae in reprehensionem vituperationemve Engelberti memoriae tradita sunt, quaedam at ea pauca alibi legi, — v. gr. in litteris quibus commemorantur sententiae excommunicationis quae in eum sunt latae, — pleraque autem ab ipso Caesario breviter quidem at simul ingenue atque aperte esse prolata, ut, si ille tacuisset, minime, ut nunc possumus, res quales fuerunt intellegeremus.

et quae in Engelberti vituperationem ab aliis dicta essent,

8. *Age vero, praetermissis multis Vitae locis in quibus ea profert quae Engelberto sive ab illius interfectoribus, sive a viris aliis eidem qualibet de causa infensis sunt exprobrata, a Friderico, inquam, comite cum iam scelus meditaretur* (2) *et in ipso facinore* (3); *— a quodam milite quem* dampnificaverat in quadraginta marcis beatus episcopus pro culpa filii feminam vi opprimentis; cui tamen multum pepercerat, ut culpam morte plectendam dampno tam tollerabilis pecunie multaret, *ille vero damni memor, non indulgentiae, nequaquam sanctum esse neque miracula facere affirmabat* dominum istum qui multos lesit, dampnificavit et exhereditavit (4); *— a militibus ducis Limburgensis, quem inter et Engelbertum antiquae vigebant inimicitiae* (5); *— a pellifice quodam qui, multa ab Engelberto fraternitatibus civitatis irrogata, quattuor marcas ei solverat* (6); *quae omnia non magnum habere momentum perspicuum est; maioris sunt quae vel quidam antea ab Engelberto non aversi, vel etiam viri pii et in ipsum propensi non semel protulerunt, ut docemur l. I, c. 6 :* Qui cum aliquando argueretur a religiosis quare exactiones faceret in populum sibi subiectum, humiliter se excusavit, culpam recognovit, dicens sine pecuniis pacem se non posse facere in terris; *c. 7 :* Sed et quidam ex eius capellanis, qui conscienciam eius noverat,
C de ipso cum abbate nostro conferens sic ait: " Licet dominus meus secularis habeatur, non tamen talis intus est qualis foris apparet „; *c. 9 :* Quia, ut ait quidam ex eius concanonicis, sacerdos devotus et litteratus, " aliam viam per quam in tali statu positus ianuam regni celestis, que angusta est, intrare potuisset, non considero „; *l. III, prol. :* Cum heu! tristis rumor occisionis eius insonuisset, multi qui actus eius seculares noverant, de salute eius desperantes aiebant: " Heu! modo perdidit corpus et animam „; *c. 8 :* quidam aurifaber... huiusmodi virtutibus fidem adhibere non potuit, sed, quociens eo presente loqueretur quis de sanctitate presulis, vel irrisit, vel contradixit: " Quomodo „, inquit, " posset esse vel dici sanctus ad cuius mandatum multe domus exuste sunt, spoliati multi, et quem multorum fuisse constat auctorem malorum? „ *c. 57 :* veteranus quidam ... cepit de miraculis que ibi fiebant scandalizari, dicens intra se: " Quid est quod video? quid est quod audio? Homo iste tyrannus erat, oppressor viduarum et orphanorum erat, avarus et elatus „; *et c. 76 bis, ubi dicitur B. Hermannus Iosephus de glorificatione martyris dubitasse, cum secum reputaret :* Quis credet virum totum seculo deditum, virum tantorum successuum et tantarum deliciarum subito coronari (7)?

AUCTORE A. P.

et quae ipse in illo reprehenderet;

9. *Neque leviora sunt ea quibus ipse Caesarius suam sententiam luculenter aperit, v. gr. l. I, c. 1 :* Sanctitatem, que vite defuit, mors preciosa supplevit, et si minus perfectus in conversatione, sanctus tamen effectus est in passione; *c. 2 :* (*dignitates et divitiae sunt*) recia demoniorum, instrumenta et laquei peccatorum, quos ipse evadere non potuit. Nam mundane glorie deditus totus illis multipliciter est irretitus... Hec idcirco commemoro ut cognoscat lector de quali viro martirem sibi elegerit Dominus, de vase ire faciens vas glorie; *l. II, c. 6 :* Engelbertum vero pati voluit (*Christus*) eadem feria, sed in fine E diei, ut ostenderet eum per bonum finem, non per precedentem vitam coronatum; *c. 8 :* ut cognoscas, lector, quali baptismo Christus in martire suo diluere dignatus sit quidquid culpe contraxerat superbiendo, videndo, audiendo, olfaciendo, gustando, cogitando, luxuriando, operando, tangendo, gradiendo sive aliis quibuscumque levitatibus, omissionibus et negligenciis circa disciplinam. *Ne multa, opponentibus quibusdam :* " Nequaquam credere possumus virum superbum, avarum et prorsus seculo deditum miracula posse facere „, *non infitiatur vir sincerus, sed simpliciter et candide respondet:* Considerant quid aliquando fortassis fuerit, sed quid per martirium factus sit non attendunt. Credant saltem salvatum quem demones martirem confitentur (*l. II, c. 14*).

nihilo minus non tam ad narrandum scripsit,

10. *Habemus ergo testem fidelem, cuius dicta, sive in laudem sive in reprehensionem Engelberti cedunt, non ilico ut vera, — potuit enim errare vir optimus, — sed certe ut digna aestimemus quorum summa ratio habeatur. Et ea quidem in quibus Engelbertum laudat eo pluris facienda sunt, quod e plurimis saec. XIII et XIV scriptoribus, qui in* F *annalibus, chronicis, aliis libris, de Engelberto meminerunt, quicumque de ipso iudicium proferunt, cum Caesario consentiunt, nullus contradicit. Neque tamen diffitendum est opus illud non unice ad narrandum, neque tantum etiam ad morum aedificationem procurandam, verum insuper ad defensionem esse compositum, hocque fuisse consilium et Caesarii scribentis, et Henrici archiepiscopi scribere iubentis, ut quod multi non approbabant, id verum esse ostenderetur, Engelbertum reapse martyrem fuisse ac proinde inter sanctos iure numerari. Ita sensisse Henricum archiepiscopum ex litteris anno 1229 datis* (8) *novimus, in quibus haec legimus :* Sicut mirabilis Deus olim se in sanctis suis ostendit mirabilem, ita nostris temporibus antiqua taliter signa innovat et immutat mirabilia ad tumbam domini Engelberti venerabilis predecessoris nostri, ut certissime

quam ut ostenderet

Ps. 67, 36.

Eccli. 36, 6.

(1) Quod ipse non diffitetur l. I in prol. : *Hoc non monachorum sed phylosophorum est, qui magis ad ostentacionem sciencie quam ad edificacionem morum loquuntur....* — (2) L. II, c. 1 : *quam plures,* aiebat Fridericus, *iniuriis affecit, lesit et offendit, nec est qui sanguinem eius vindicet.* — (3) Ibid., c. 7 : *frendens Fridericus ait : " Cedite latronem, cedite, qui nobiles exheredat et nemini parcit. „* — (4) Ibid., c. 14. — (5) L. III, c. 27. — (6) Ibid., c. 37. — (7) Cum quibus conferendae sunt preces utique insolitae, quibus martyris opem nonnulli implorabant : *Domine, si verum est quod de vobis creditur, scilicet quod anima vestra sit coram Domino...* (l. III, c. 35, 38, 44; cf. c. 12). — (8) KNIPPING, t. III, n. 690.

credi

AUCTORE A. P.

Hebr. 2, 9. I Tim. 6, 16. Ioh. 1, 9.

credi debeat ipsum, qui pro iusticia passus est, cum martiribus iam gloria et honore coronatum lucem inhabitare inaccessibilem cum vera luce que illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem. *Eandem fuisse mentem Caesarii multis locis constat, in primis toto libro III, qui manifeste ideo compositus est ut cunctis pateret Deum ipsum, plurimis patratis miraculis, Engelberti martyris sanctitatem declarasse. Ita enim Caesarius in prologo :* Unde necesse erat ut signa eum sequerentur. Signa enim non sunt de substantia sanctitatis, sed quedam indicia sanctitatis. Nec fuisset necesse domnum episcopum Engelbertum miraculis claruisse post mortem, si vite perfectioris fuisset ante mortem, *et q. s.; c. 20 :* Quis ergo pontificem nostrum dubitet sanctum, quem tot commendant insignia miraculorum? *et alia permulta. Ab eodem consilio non afuisse Caesarium cum librum II scriberet, vel ex c. 16 constat* (1), *quo plurimis verbis demonstrat Engelbertum martyrem esse, neque vulgarem, sed qui maioris apud Deum sit meriti quam ceteri Colonienses episcopi, Martinum dico et Severinum*

Engelbertum inter martyres et inter sanctos iure censeri.

B *confessores, Evergislum et Agilolfum martyres, quin etiam clarissimum illius temporis martyrem Thomam Cantuariensem vel exaequet vel superet* (2). *Verum iam ab ipso initio eadem sententia eius menti obversabatur. Scribit enim l. I, c. 1 :* Quis sanctitati eius contradicat quem cordium cognitor et meritorum ponderator Dominus signis tam variis mirificat? *Nequaquam tamen videtur Caesarius hac Vita novam opinionem in lectorum animis infigere voluisse, cum contra tota narratio testetur et plerosque cives in principem suum miserabili nece peremptum plurimum affectos fuisse, et multos ad eum, tamquam ad martyrem pro iustitia innocenter occisum, in suis angustiis et necessitatibus ultro confugisse. Quae ut a scriptore ficta esse credamus, nulla ratione adducimur.*

Exempla Vitae manuscripta

11. *Operis egregii supersunt exemplaria, quae quidem repperimus, sex* (3):

1a = *Codex Bruxellensis, bibliothecae serenissimi ducis de Arenberg 75, olim Monasterii Eifliae* (4). *Constat duobus codicillis pergamenis, altero paginarum 80* (0^{m},*241* × *0,171*), *altero paginarum 51, exaratis saec. XV. Priorem implet* (*pag. 2-80*) *Vita S. Engelberti, alterum Vita S. Elisabeth et oratio de translatione eiusdem* (BHL. *2494, 2495*) *a Caesario Heisterbacensi conscriptae. Perhumaniter annuente serenissimo duce Engelberto, codicem semel et iterum contuli.*

quae supersunt

1a* = *Codex Coloniensis Bibl. publicae, tomus XXX " Farraginum „ Aegidii Gelenii, pag. 433-497. Insunt exarata una manu saec. XVII liber I, liber II et libri III c. 1 cum priore parte c. 2* (*p. 433-459*), *tum altera manu saec. XVII liber III integer, omisso tamen prologo* (*pag. 461-497*). *Omnia et sola ea complectitur exemplar quae in codice 1a habentur atque, si pauca quaedam dempseris, quae a librario sive consulto sive per errorem aliter scripta sunt, ita codicis 1a lectiones exhibet, eas etiam quae istius maxime sunt propriae* (5), *ut dubitari nequeat quin hoc illius sit apographum* (6).

1a** = *Codex Bruxellensis Bibl. Regiae 8935, inter alia apographa a maioribus nostris ad diem 7 novembris illustrandum collecta, continet* (*fol. 2-11*) *Miracula S. Engelberti, id est solum librum III, omisso etiam prologo, " ex manuscripto insigni pergameno bibliothecae et ecclesiae collegiatae Monasterii Eifliae desumpta „ et a P. Ioanne Gamans ad ipsos anno 1638 missa* (7). *Collatione peracta, deprehendimus hoc esse apographum ex 1a, paucis mendis inquinatum.* E

Varias lectiones apographorum 1a et 1a**, ut par erat, non annotavimus.*

2a = *Codex Monasteriensis Bibl. Universitatis 329* (*al. 1191*), *olim monasterii Bodecensis, saec. XV. Inest* (*fol.* 68^{v}-106^{v}) *Vita integra* (8). *Bruxellas missum contuli.*

2b¹ = *Parisiensis Bibl. Nat. lat. 5617. Codicillus est chartaceus, foliorum 46* (0^{m},*205* × *0,149*), *exaratus saec. XVI. Vix non totum implet* (*fol. 1-45*) *Vita integra ex quarto eoque ultimo tomo magni Passionalis pergameni ecclesiae maioris Sancti Martini Traiectensis exscripta, in quo legebatur fol. 156-172* (9).

2b² = *Codex Bruxellensis Bibl. Regiae 8935, de*

(1) Cf. etiam c. 10 et c. 14. — (2) Id tamen propositum Caesario fuisse ut Coloniensibus quasi alterum Thomam
C provideret (cf. E. WINKELMANN, *Kaiser Friedrich II*, t. I, Leipzig, 1889, p. 474-75), neque ex hoc capite effici crediderim. — (3) His addenda est brevis *Passio S. Engelberti* — quaedam utique epitome — quam saeculo XV Iohannes Gielemans in suo *Sanctilogio* inseruit (cod. Vindobonensi Bibl. privatae Caesaris austriaci 9397a, fol. 1045^{v}-1049; cf. *Anal. Boll.*, t. XIV, p. 23). Quamvis autem ante aliquot menses Vindobonam scripserimus ut nobis hae paucae paginae luce imitandae curarentur, nihil responsi adhuc accepimus. — (4) De voluminis fatis quaedam docent tres annotationes totidem manibus saec. XVI et XVII fol. 1 descriptae (quas nuper non omnino accurate edidit v. d. A. HUYSKENS, in *Historisches Jahrbuch*, t. XXVIII, 1907, p. 734, annot. 1 = *Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth*, Marburg, 1908, p. 36, annot. 1):

Anno 1590 die 12 novembris v. d. Ioannes Mirbach canonicus subdiaconus et praesentiarius collegiatae ecclesiae S. Severini apud Coloniam dono dedit me Adamo Mirbach pastori Marcomagorum necnon canonico presbytero apud Monasterienses.

Praedictus D. Adamus Myrbach canonicus et pastor donavit duobus fratribus Gartzwileris canonicis in signum confraternitatis.

Ex testamento venerabilis domini Hilgeri Gartzwiler, decani et canonici huius ecclesiae [de quo cf. HARTZHEIM, *Bibliotheca Coloniensis*, 1747, p. 140], *possidet reverendus et eximius D. Iacobus Reinfeldius, S. Theologiae doctor, decanus et canonicus ecclesiae huius successor; qui et liberaliter ad incrementum bibliothecae huius donavit anno Dom. 1614.*

Fuit ergo primo Coloniensis, postea ecclesiae SS. Chrysanthi et Dariae in Monasterio Eifliae (Münstereifel). Inde nescio quo modo transiit in bibliothecam comitum Plet- F
tenbergensium, ubi in castro Nordkirchen in Westphalia servabatur (cf. *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. VI, p. 86) numero 5211 signatus. Simul autem cum castro nuper in possessionem venit illustrissimae gentis Arenbergensis atque ante hos paucos annos Bruxellas est translatus. — (5) V. gr. l. I, prol. [8]: *Sancti Petri in Heister.*; c. 1^{4}: *archiepiscopi vel praesulis*; c. 2^{20-21} omissa sunt verba *in eadem etate*; l. II, c. 7^{94}: *camisiam et femoralia*; c. 16^{11} verba *Pater ignosce. Propter hoc verbum* in margine sunt addita; c. 17^{8}: *mensis sue*; c. 17^{15}: *transfererantur.* Documento etiam sunt menda librarii, v. gr. l. I, c. 1 sub fin., ubi in 1a ita legitur *cordium*, ut prima pars verbi (*cor*) paginam 3 terminet, altera pars (*diū*) initium ducat paginae 4; iam vero librarius 1a* duo verba haec esse credidit *cor diu*; l. II, c. 14 post med., in 1a: *qui p̄redic̄as* (= *predictas*) *blasphemias*, in 1a*: *qui praedicans bl.*; l. III, c. 71 in. in 1a: *intm̄* (= *in tantum*) *eadem verba*, in 1a*: *interim e. v.* — (6) Aliter visum est viro docto qui saeculo XVII pag. 497 annotavit: " liber III noster hic „ miraculorum ... multo prolixior est codice ms. ex ecclesia Eiffliaca quem edidit (Gelenius) „. Atqui iam constat Gelenium apographo codicis Eifliensis, quod nactus erat (cf. infra, num. 15) nequaquam usum esse, sed satis illi fuisse ut contractam Surii editionem exscriberet. — (7) Idem ex eodem codice exscribi curavit Vitam S. Elisabeth, quae ad maiores nostros anno 1638 etiam missa nunc servatur in codice Bruxellensi Bibl. Reg. 8949. — (8) Cf. H. MORETUS in *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 267^{8}. — (9) Quae docemur hac annotatione quae in codice Parisiensi fol. 45^{v}-46

quo

Auctore A. P.

A *quo supra ad 1a**, continet etiam (fol. 15-45ᵛ) apographum saec. XVII confectum solius libri III " ex manuscripto Ultraiectino Sancti Salvatoris. "*

Utrumque exemplar olim Traiectense, Sancti Martini et Sancti Salvatoris, ex quo haec apographa desumpta sunt, alterum cum altero arte cohaerere manifestum est. Ut enim codices $2ab^1b^2$ multis in locis ab 1a, ita saepe etiam apographa $2b^1b^2$ a codice 2a recedunt; neque tamen semper inter se consentiunt, sed genuinam lectionem modo $2b^1$ (vid. v. gr. l. III, c. 1^6, 3^3, 8^{14}, $10^{13.15}$, 13^2, 16^{18}, 63^{10}), modo $2b^2$ servavit (vid. l. III, c. 10^2, 15^9, $17^{8.10}$, 18^9, 23^{14}, 53^9 cet.).

.duas recensiones exhibent, quarum brevior,

12. *Atque haec quidem librariorum maiore minoreve diligentia facile explicantur. Non vero ita ea quae inter exemplaria 1a et $2ab^1b^2$ deprehenditur multo gravior ampliorque dissimilitudo. Ut enim alia minora omittamus, ea praesertim quae casu vel librariorum errore sunt praetermissa* (1), *desunt in $2ab^1b^2$ duo ultima capita 75 et 76, brevia utique et levia atque forsan ideo neglecta; desunt in $2ab^1$ aliqua quae ad Engelberti laudem minus*

B *faciebant, v. gr. l. I, c. 2^{31} :* cum multis laboribus et expensis eandem (*praepositi maioris*) optinens dignitatem; *c. 3^{17} :* Quidam ex parte Theoderici electionem Engelberti adhuc prepositi impedire volentes coram domno apostolico quedam satis gravia illi imposuerunt; de quibus cum multis tam laicis quam clericis in facie ecclesie sue se expurgavit; *l. II, c. 8^{19}, ubi humana in Engelberto fragilitas aliquanto distinctius notatur* (2). *Cum quibus conferendus est locus l. II, c. 11^2, in quo 1a satis acriter meminit de privilegiis* que dominus Engelbertus ab eis (*civibus Coloniensibus*) extorserat, *$2ab^1$ autem multo mitius, immo cum laude haec habent :* privilegia quae dominus Engelbertus communis utilitatis causa confecerat. *Maxima varietas est in libro III. Nomina enim hominum qui a sancto vel adiuti vel castigati sunt, et locorum in quibus huiusmodi miracula acciderunt in aliquot quidem capitibus tradunt omnes codices $1a2ab^1b^2$ (v. gr. c. 24, 25, 44-46, 48), in quam plurimis vero omittunt ea codices $2ab^1b^2$ (c. 2^4, $7^{3.10}$, 8^4, 10^5, 13^1, $16^{3.4.14}$, 17^2, $18^{3.4}$, $19^{2.4}$, 21^2, $24^{21.22}$, 25^6, 27^3, 28^2, $31^{2.3}$, $32^{1.3.4}$, 34^3, 36^2, 37^1, 38^4, 42^1, 45^{16}, $47^{1.2}$, 49^1, 50^6, 52^2, 57^3, 58^3, 59^1, 60^4, 62^2, 63^6, 64^3,*

in qua multa omissa sunt,

C *65^1, 68^2, $69^{2.3}$, 70^1, 71^4, 72^5). Exempla pono.*

C. 25 : Miles quidam honestus, Christianus nomine... Cui dicebat abbas noster dominus Henricus, germanus eius : " Vovete ... "] *1a ;*
M. q. h. Ch. n.... Cui dicebat abbas : " Vovete ... "] *$2ab^1b^2$.*

C. 49 : Cum domnus Reimundus abbas Eberbacensis] *1a ;*
Abbas quidam Eberbacensis cum] *$2ab^1b^2$.*

Attamen constat nomina illa certe non semper ignorasse illum qui exemplar exaravit ex quo $2ab^1b^2$ prodierunt, cum aliquando ea in narratione quidem omittant, in lemmate autem proferant, v. gr. c. $18^{3.4}$, c. 27^3, maxime vero c. 17, in quo alter in 1a quasi dubitanter scripsit : Eodem tempore monachus quidam de ordine Cisterciensi, si bene memini, Everacensis, cum duobus conversis ..., *in $2ab^1b^2$ vero alter ita incipit :* Eodem tempore monachus quidam cum duobus conversis ..., *sed in lemmate asseveranter ponit :* De monacho Everbacensi quem a paralisi sanavit.

Testes etiam affert multis locis Caesarius in 1a vel se ipsum vel alios, recensio $2ab^1b^2$ iisdem locis neminem : c. 2^{24} (sicut omnes testes eius sumus). E
5^1 (sicut ipse mihi retulit), *10^{14}* (sicut mihi retulit frater Petrus abbatis capellanus), *17^{14}* (Qui ... cum ad claustrum suum rediret et Tuicii cum magistro Iohanne loci eiusdem abbate pranderet, hec que dicta sunt, me audiente, presentibus narravit), *19^8, 20^6, 21^4, 24^{32}, 25^{12}* (Huius miraculi testis ego sum), *43^8, 50^{14}, 52^7* (*ubi ita 1a :* Huic duplici miraculo interfuerunt plebanus de Gummirsbreth, Walthelmus nomine, et sacerdos quidam capellanus Liuionensis episcopi, Everardus sacerdos de Suelme cum eiusdem ville plebano Bertholtho et Iohanne subdiacono; qui omnes usque hodie testimonium perhibent iam dictam puellam per martiris merita fuisse sanatam, *in $2abb^2$ vero ipsum ineptum dicendi genus breviatorem prodit :* Huic duplici miraculo multi fuerunt qui testimonium de supradicta puella prebuerunt per martiris merita esse sanatam), *c. 55^7, 67^2, 74^{12}.*

pauca addita,

13. *Monui quaedam, etsi multo pauciora, in $2ab^1b^2$ inveniri quae in 1a non legantur. Praecipua sunt libri III prologus, caput 41bis, quo de visceribus S. Engelberti in abbatia Bergensi humatis et servatis quaedam traduntur, et c. 76bis, quod vix* F
non ad verbum ex Vita B. Hermanni Iosephi Steinfeldensis exscriptum est (3). *Singulis capi-*

ab ipso amanuensi descripta est : ***Extracta est presens copia, in precedentibus quadraginta quinque foliis descripta, ex quodam magno volumine chatenato in pergameno conscripto in liberaria insignis ecclesie cathedralis Traiectensis existente; quod quidem volumen ab extra sic intitulatur : " Pars passionalis, scilicet mensium octobris, novembris, decembris "; in principio vero ab intus sic reperitur scriptum : " Venerabilis vir dominus Everardus Soudenbalch canonicus et thesaurarius ecclesie Traiectensis ac quondam prepositus ecclesie Sancti Servatii Traiectensis superioris, Leodiensis diocesis, legavit ac dedit pro salute anime sue, parentum et benefactorum suorum ac ad honorem Dei et beatissime virginis Marie ac beatissimi Martini gloriosi patroni nostri hunc librum et tres similes libros eiusdem forme, quilibet de tribus mensibus anni, continentes simul passiones et legendas omnium sanctorum totius anni. Quos in ecclesia Traiectensi perpetuis temporibus voluit remanere, ut ex ipsis prelati, canonici et beneficiati eiusdem ecclesie ac quicumque alii possint ex ipsis studere ac aliquid utilitatis apprehendere. Exorans humiliter omnes et singulos qui ex ipsis aliquid utilitatis apprehenderint, quatenus humiles preces ad Deum pro ipso et parentibus eius effundere dignentur. Qui obiit anno Domini millesimo quingentesimo tertio, vicesima nona die mensis martii. Cuius anima requiescat in pace. Amen. "***

Prescripta itaque copia, vitam et passionem beati et gloriosi Engelberti martyris, archiepiscopi Coloniensis, in se continens, est collationata et diligenter auschultata cum dicto libro folio C et LVI° in prima columpna primi lateris inchoañ ac folio C et LXXII° etiam in prima columpna primi lateris terminañ, et concordat cum eodem de verbo ad verbum. Teste me Conrardo EERTMAN ***notario.***

De Eberhardo Zoudenbalch canonico cf. W. MOLL, ***Kerkgeschiedenis van Nederland vóór de Hervorming,*** parte II, t. IV, p. 251. — (1) Ut videtur esse in 1a locus libri II, c. 16^{25}, in $2ab^1$ loci libri II, c. 7^{58}, et libri III, c. 22^7. — (2) Cf. supra, num. 9 : ***ut cognoscas, lector,*** et q. s. — (3) ***BHL.*** 3845. ***Act. SS.,*** April. t. I, p. 699, num. 33. Caput istud ex hac Vita in exemplar codicum nostrorum 2, non vero ex illo in hanc transiisse, vel inde manifestum est quod qui illud scripsit non monachus Cisterciensis, sed canonicus regularis atque, ut videtur, Steinfeldensis erat. Ita enim incipit tum in Vita B. Hermanni Iosephi, tum etiam in recensione 2 miraculorum S. Engelberti : ***Opere pretium est illud etiam inserere lectioni ... qualiter passio eximii presulis Engilberti Coloniensis archiepiscopi nostro Ioseph ... fuerit preostensa.*** Eodem tempore vivebat Hermannus Iosephus quo Engelbertus, atque Vita eius ***BHL.*** 3845 a scriptore aequali est conscripta.

AUCTORE A. P.

tibus trium librorum praefixa sunt in $2ab^1b^2$ lemmata, quae in 1a nulla comparent (1). *Reliqua paucissima sunt et momenti minimi, alia de quibus dubites utrum primum in exemplari codicum $2ab^1b^2$ addita an a librario in codice 1a praetermissa* (2), *alia pie* (3), *alia non satis apte* (4) *postmodum, ut videtur, inserta. Memorabilis est locus libri III, c. 50^8, in quo verbis :* Et ecce cereus gloriosus decenter satis compositus super ipsum locum martirii *in $2ab^1b^2$ subiuncta sunt haec :* in quo nunc altare constructum est; *quae omnino videntur posteriore tempore addita.*

aliquanto tempore post priorem

14. *Age vero, qui haec omnia attente pensaverit, haud aegre, ut opinor, sibi persuadebit bis editam esse S. Engelberti Vitam, primo quidem a Caesario qualis in 1a legitur, postea qualem codices $2ab^1b^2$ exhibent, omissis multis, paucis additis, quibusdam forsan emendatis* (5). *Alteram editionem ab ipso Caesario procuratam esse, etsi veri non dixerim dissimile, cum praesertim sciamus morem illi fuisse ut operibus quae prius scripserat nonnulla, ubi usus aderat, adiungeret, nullis tamen argumentorum momentis probare possum* (6). B *Immo dubium affert l. I, c. 3^{10}, ubi de Friderico II imperatore († 1250) in 1a dictum est :* qui hodie imperat; *quae verba a recensione 2 absunt. Quod etiam in tam amplo opere, ceteris non contractis, omissa sunt plurimis in capitibus libri III hominum, testium, locorum nomina, id haud scio an scriptorem alium eumque aliquanto posteriorem designet, cui singula haec iam inutilia vel supervacanea viderentur* (7). *Idem, quisquis ille est, alia nonnulla in singulis libris omisit vel mutavit, aliquando quidem ut famae Engelberti quadamtenus parceret; in aliis autem locis cur ita quaedam praetermiserit, ratio non est in promptu, v. gr. in amoeno illo loco l. II, c. 4^{18}, atque in l. III, c. 9^6, 17^{14}, 20^7, 21^4, 32^8, 44^3, 61^{10}, 71^{11}, 74^9, 75, 76. Etsi autem tum de his, tum de aliis locis certiora proferre non possumus, haud tamen inutilis erit recensio illa 2, a quocumque demum est parata. Facile enim intellegitur, cum codex 1a ab aetate Caesarii multum distet, fieri potuisse ut genuina scriptoris verba, primae inquam editionis, a librario in hoc codice corrupta sint atque melius in $2ab^1b^2$ servata.*

a Caesario vel ab alio vulgata est

et sola adhuc

15. *Vitam primus edidit anno 1575 Laurentius Surius inter probatas sanctorum historias t. VI, p. 137-166* (8), *codice usus Cartusiae suae Coloniensis, qui recensionem 2 exhibebat. Et in libris quidem I et II "* stylum *" ut saepe alias fecit, "* nonnihil correxit, sed modice *" vir bonus* (9), *tertium autem librum, praeter prologum "* ob vitandam prolixitatem, mutato etiam stilo, in compendium redegit, sed ita tamen ut nihil historiae deesset. *"*

typis edita.

Aegidium Gelenium in amplo libro quem inscripsit Vindex libertatis ecclesiasticae et martyr S. Engelbertus archiepiscopus Coloniensis princeps elector etc. una cum brevi suae aetatis annalium, nobilium familiarum et monumentorum Agrippinensium ex archivis deprompto-rum editione (*Coloniae Agrippinae, 1633*) *satis habuisse ut Surii editionem exscriberet* (*p. 3-280, quam plurimis insertis annotationibus*), *iure miratus est E. Ranke* (10). *Praesto enim habebat, praeter codicem Cartusianum Surii, duo exemplaria recensionis 1, "* alterum exemplar mss. ex bibliotheca SS. Chrysanti et Dariae *"* (*id est codicem nostrum 1a*), *quod submiserat ipsi "* eruditissimus vir D. Hubertus a Castren decanus Monasterii Eiffliae *", alterum, quod cum illo Monasteriensi consonabat, "* ex oppido Schwelmensi a R. P. Hildebrando Busaeo illi suppeditatum; quod velut accuratissimum plerumque attulit *"* (11). E *Attulit utique, exscriptis aliquot in locis inter annotationes, quibus volumen suum copiose infersit, paucis dumtaxat verbis vel versibus, editis etiam* (12) *ex codice 1a capitibus 75 et 76, quae in Suelmensi deerant* (13); *sed optimis subsidiis instructus de nova editione paranda non cogitavit. Quantum tamen illo optimo codice Suelmensi proficere potuissemus, praefatione libri III docemur, quam credo non ex Surio, sed ex exemplari manuscripto, et quidem, cum in codice nostro 1a desit, ex ipso codice Suelmensi a Gelenio acceptam. Ita enim sub initio*

codices $2ab^1b^2$: Quia beatus pontifex Engelbertus ... minus in usu habuit gratiam predicandi sive sacras scripturas exponendi vel spiritualiter conversandi, et divinam electionem, qua ab eterno predestinatus est, ignorantes, ac postquam per mortem carnis extinctus est, per lucem miraculorum declarata sunt opera eius meritoria. *Quae verba inter se non cohaerere manifestum est. Eadem legerat Surius in codice suo Coloniensi; quae, ut melius potuit, emendavit. Ita ergo*

Surius : Quia ... conversandi, propter divinam electionem, qua ab aeterno praedestinatus est, ignorantes, postquam ... meritoria. *Quo remedio locum minime sanatum esse nemo non videt.* F

(1) Haec tamen perspicuitatis gratia in editione servavimus, ita tamen ut ea uncis includeremus. — (2) Hoc alterum accidisse puto l. II, c. 4^{26} : ***promovit ... Engelbertum <vero in prepositum Beati Georgii et postea*** add. $2ab^1$> ***in episcopum Osinbrucgensem***. Verba l. III, c. 24^4 ***usque hodie***, hoc loco quadamtenus supervacanea, in 1a deesse, in $2ab^1b^2$ addi, non magis est mirabile quam l. III, c. 58^{16} verba ***usque in hodiernum diem***, eodem modo supervacanea, in 1a legi, in $2ab^1b^2$ omitti. Si quis tamen censuerit verba illa c. 24^4 casu in 1a praetermissa esse, c. 58^{16} consulto in $2ab^1b^2$ subtracta, non contradicam. — (3) L. II, c. 7^{79} : ***exemplo eius qui latus Domini lancea aperuit.*** — (4) L. III, c. 56^8 verbis : ***primi anni occisionis beati Engelberti*** multa in $2ab^1b^2$ adiuncta sunt, quibus tempus martyrii definiretur; quae temere huc sunt intrusa, cum aeque bene, immo melius antea, v. gr. c. 54, inseri potuissent. — (5) Ut l. I, c. 4, ubi in 1a perperam : ***Post depositionem Ottonis Philippo adherens ...***, in $2ab^1$ recte : ***P. d. O. Frederico adherens ...***; quamquam non liquet utrum mendosum illud ***Philippo*** ab ipso Caesario scriptum sit, an a librario incurioso positum. — (6) Optimum argumentum haberemus si certo constaret prologum libri III, qui a Caesario certo certius est conscriptus, recensioni 2 primum accessisse. Id tamen affirmare non ausim. Non enim omnino improbabile est prologum a Gelenio lectum esse in codice Suelmensi (cf. infra, num. 15), qui recensionem 1, ut videtur, exhibebat, atque fieri potuit ut nescio quam ob causam a librario in codice nostro 1a idem prologus praetermitteretur. Haec dubitanter, ut in re obscura. — (7) Contra quotiens in libro III de ***loco martyrii beati antistitis*** sermo est, vix non totiens in $2ab^1b^2$ nomen eius Givelberg est additum. An quia locum illum homines non iam ita noverant, ut certe noverant qui Caesarii erant aequales? — (8) Inde transiit in ceteras eiusdem operis editiones an. 1581, t. VI, p. 148-176 (Coloniae) et t. VI, fol. 44-53 (Venetiis), an. 1618, t. XI, p. 185-200 (Coloniae), an. 1880, t. XI, p. 316-334 (Taurini, multis praetermissis). — (9) Quae de hac editione Vitae sapienter scripsit E. RANKE, ***Zur Kritik der Biographie des H. Engelbert***, in NEUES ARCHIV DER GESELLSCHAFT FÜR AELTERE DEUTSCHE GESCHICHTSKUNDE, t. IV (1879), p. 202-206, paululum corrigenda sunt, cum iam constet ea quae aliquot in locis apud Surium omissa videntur, non ab ipso Surio resecta esse, sed in ipsius exemplari manuscripto defuisse. — (10) L. c. — (11) ***Vindex libertatis ...***, p. 192; cf. p. 278 extr. — (12) Ibid., p. 279. — (13) Cf. ibid., p. 278.

Gelenius

A *Gelenius autem optime :* Quia ... conversandi, multorum oculi in illius contemplatione caligaverant vitam forinsecam in eo considerantes; at postquam ... meritoria. *Quae si quis a Gelenio non ex codice Suelmensi desumpta, sed coniciendo suppleta dixerit, egregiam coniecturam esse fatebimur et prorsus mirabilem. Utrum autem verba* et divinam electionem ... ignorantes *a Gelenio propter homoioteleuton casu praetermissa sint, an primum in recensione 2 addita, definire non valemus. Aliam etiam eiusdem praefationis sententiam* (Unde nobis ... martyr est), *quae tum in 2ab*[1]*b*[2]*, tum apud Surium deest, a Gelenio in Suelmensi codice lectam esse aestimamus; qua locus tangitur quem Caesario praecipue cordi fuisse monuimus.*

Ioh. Fridericus Böhmer, inter Fontes rerum germanicarum, *t. II (1854), p. 294-329, a Gelenio libros I et II mutuatus est, librum autem III, utpote quem rei historicae parum fructuosum censeret, praetermisit. Qui neque in illo neque in hoc* B *laudandus est, cum legenti constet multa non solum ad Engelberti historiam, sed etiam ad mores illius aevi cognoscendos utilia in libro isto III contineri* (1).

Huius commentarii propositum et subsidia.

16. *His, ut operis nostri ratio postulat, paulo uberius propositis, iam brevioribus nobis esse licebit, qui non tam historiam S. Engelberti scribimus, quam ex rebus ab eo gestis eas explicamus quae Caesarius vel omnino non attigit, vel non satis distincte est persecutus. Ad quod praestandum non solum laudatis v. cl. R. Knipping Regestis, sed etiam optimo libro quem de Engelberti vita dudum composuit Iulius Ficker* (2), *atque iis quae de imperio germanico ab Engelberto administrato egregie enarravit Eduardus Winkelmann* (3) *multum nos adiutos esse libenter profitemur.*

§ II. De rebus ab Engelberto gestis ante episcopatum (1185-1216).

Engelbertus, ortus ex potenti gente

17. *Ortus erat Engelbertus ex genere comitum de Monte (al. de Berge, de Berga), quod, ut forsan erat cum imperatorum stirpe coniunctum* (4) *et divitiis, possessionibus, potentia plurimum valebat, ita iam inter Coloniensis patriae proceres eminebat, ut intra non integrum saeculum quinque ex illa gente filii iuniores sedem archiepiscopalem huius urbis conscenderent* (5). *Cum enim esset Coloniensis praesul non solum episcopus, sed et dominus temporalis atque amplissimi ducatus rector, et tam civitas in regno quam dioecesis in ecclesia germanica primas fere partes saeculo XII et XIII ageret, rei publicae communisque pacis his turbulentis temporibus intererat ut is constitueretur archiepiscopus qui iura et bona dioecesis et patriae potenter defensaret. Iam vero postquam pristinam fidem erga imperatores stirpis Suevicae abruperant Colonienses archiepiscopi atque ceteris regni principibus ad resistendum imperatori iam consentiebant vel etiam praeibant, in horum praesulum electione partes praecipuas, quas imperator pridem habuerat, saepe comites de Monte obtinebant.*

comitum de Monte,

Minime igitur mirandum est, cum tempore Adolfi de Monte archiepiscopi (1193-1205) vita functus esset die 6 maii 1199 (6) *maioris ecclesiae praepositus Ludovicus, electum esse a multis canonicis Engelbertum* (7), *etsi vix quindecim annos natum. Qua de re valde paucis meminit Caesarius, l. I, c. 2 :* De scolis emancipatus in prepositum maiorem est electus, cum multis laboribus et expensis eandem optinens dignitatem, *multo autem uberius illos labores et expensas nos docent ternae litterae Innocentii papae III* (8).

anno 1199, admodum adulescens,

18. *Tradunt enim,* vacante praepositura maiore, divisa esse in duo eligentium vota, *ut Engelbertum eligerent viginti quattuor canonici iuniores, Theodorico de Hengebach, praeposito SS. Apostolorum Coloniensi, suffragarentur* quattuordecim tum personae (*id est de " prioribus „ ecclesiae Coloniensis*) (9), tum canonici qui alios tam aetate quam dignitate ac ordine praecedebant. *Cum ergo pro hoc auctoritas, pro illo numerus faceret, neutrius tamen legitima videri poterat electio.* Obiciebatur enim praeposito Sancti Georgii *Engelberto* minor scientia, defectus aetatis et quod in minoribus erat ordinibus constitutus; unde, cum praeposituræ illi esset archidiaconatus annexus, non erat ei dignitas conferenda ratione cuius cogebatur infra praefixum a canonibus spatium in diaconum promoveri. *Etsi autem* proponebatur pro altero quod vir erat aetate, scientia et moribus commendandus; unde meliori F ducti zelo propter hoc electores ipsius in eum se confessi fuerant convenisse, nec solum sui, sed quidam alterius etiam electores eum prudentio-

praepositus maior ecclesiae Coloniensis

(1) Nulla adhuc edita est Vitae illius, quae lectu certe est dignissima, versio germanica integra. Quae enim anno 1592 prodiit *Schreckliche und erbermliche Historia wie Herr Fridrich Graff zu Altena und Isenberg seinen Vettern, Herrn Engelbrecht, Ertzbischoffen zu Cöln, gebornen Graffen zu Berge ... mörderlich erschlagen ...* haec non tam versio est Vitae quam, ut ita dicam, paraphrasis quaedam. Locos selectos vertit C. Scholten, in *Katholisches Magazin für Wissenschaft und Leben,* t. II (Münster, 1846), p. 406-429; nuper vero M. Bethany, editione Böhmeri usus, solos libros I et II protulit : *Engelbert der Heilige ... nach dem lateinischen Original des Cäsarius von Heisterbach übersetzt* in Monatschrift des Bergischen Geschichtsvereins, t. IV, (1897), pp. 1-10, 25-33, 113-16, 129-36, 176-83, 199-202, 227-230; seorsum prodiit : Elberfeld, 1898, 51 pp. — (2) Julius Ficker, *Engelbert der Heilige, Erzbischof von Cöln und Reichsverweser.* Köln, 1853, in-12, xi-365 pp. — (3) Eduard Winkelmann, *Kaiser Friedrich II,* t. I (Leipzig, 1889, inter Jahrbücher der Deutschen Geschichte), p. 313-487 (viertes Buch, k. 1-4: *Deutschland unter der Regentschaft Engelberts von Cöln*). — (4) Affirmarunt tum Henricus VII imperator in diplomate anni 1225 (Knipping, *Reg.,* t. III, n. 513) : *specialiter de ordinatione dilecti consanguinei nostri Engelberti ...,* tum ipse Engelbertus in colloquio cum Waltero episcopo Karleolensi (ibid., n. 482; cf. infra, p. 638, annot. 10): *Dixit enim quod ... cum sit ballivus imperatoris et consanguineus filii sui,* propinqua cognatione unum alterum attingere. Quod quo modo factum sit, nullo monumento novimus. Inter utriusque autem genus nescio quam necessitudinem valde longinquam reppererunt viri docti, quod doceat Annalista Saxo (*MG.,* Scr. t. VI, p. 677, ad an. 1026) Adolfum de Monte, Engelberti nostri atavum, duxisse uxorem Adalheidem Laufensem, neptem Bernardi comitis de Werle; is autem erat frater Giselae reginae, quae nupsit Conrado II imperatori. Cf. Ficker, *Engelbert,* pp. 208 et 247; Winkelmann, *Friedrich II,* t. I, p. 353, annot. 5. — (5) Archiepiscopi Colonienses Bruno II (1131-1137), Fridericus II (1156-1158), Bruno III (1191-1193), Adolfus I (1193-1205), Engelbertus (1216-1225). — (6) De tempore cf. Ficker, p. 216. — (7) Eandem dignitatem adepti erant Engelberti patruus Bruno, consobrinus Adolfus, uterque postea archiepiscopus; eandem consecutus est postea consanguineus eius Theodericus de Altena. — (8) Potthast, *Regesta,* nn. 857, 1581, 1877. — (9) Notum est " priores „ dioecesis dictos esse viros in illa honoratiores, id est praepositos et aliquot decanos ecclesiarum collegiatarum atque abbates quosdam insigniores.

rem

AUCTORE A. P.

a nonnullis canonicis eligitur

rem esse, praesertim in spiritualibus (1), asserebant, quamvis alium magis utilem, maxime circa temporalia, propter potentiam, fuerint protestati, *nihilo minus, ne electus censeretur Theodericus, obstabat tum quod pauciorum suffragia in eum consenserant, tum quod* non erat de corpore cathedralis ecclesiae, in qua multi reperiebantur idonei; *iam vero canonicis sanctionibus cautum erat evidenter ut tunc dumtaxat ecclesiae praepositus* de altera eligatur ecclesia, cum in ea nullus idoneus invenitur.

et, diu multumque obsistente aemulo,

19. *Unde factum est ut aemuli, missis Romam binis procuratoribus, sententiam Innocentii III papae exquirerent; qui, litteris die 3 novembris 1199 datis, abbatibus Lacensi, Himmenrodensi et Heisterbacensi, quos ambae partes iudices expetierant, causam commisit. Qui, eadem ordinata, cum obstitisset Engelbertus, — quod, ut ex litteris laudatis constat, ipsi utique permissum erat, — ne sententia ab his iudicibus pronuntiaretur,* depositiones testium hinc inde receptas et allegationes partis alterius sub sigillis suis ad sedem apostolicam B destinarunt, partibus festum beati Michaelis tunc proximo futurum (*29 septembris 1200*) veniendi ad sedem apostolicam terminum praefigentes; quem praepositus SS. Apostolorum, allegans quod terminus tam prolixus dispendium ecclesiae generaret, ad festum sancti Servatii (*13 maii 1200*) breviavit. *Ut enim Engelberti, utpote aetate minoris, sententiam retardare, ita Theoderici eandem intererat maturare.* Cumque nuntii praepositi SS. Apostolorum ad *Innocentii III* praesentiam accessissent, praepositus Sancti Georgii nec venit, nec misit idoneum responsalem; *verum Adolfus Coloniensis archiepiscopus, Engelberti consobrinus,* eius absentiam excusavit, asserens eum captum, arrepto itinere ad sedem apostolicam veniendi, a nobili viro W(illelmo) Iuliacensi comite detineri (2). *Sententia igitur in festum resurrectionis dominicae (25 martii 1201) dilata, cum Engelbertus, quamquam rescripserat se ad sedem apostolicam accessurum,* nec ad terminum nec ultra terminum, etiam per octo hebdomadas exspectatus, venisset nec misisset idoneum responsalem, *contumacem eum censuit Romanus pontifex et* in expensas legitimas C parti adversae *condemnavit. Noluit tamen, non audito Engelberto, sententiam ultimam pronuntiare, sed causam praepositis Sancti Gereonis et Sancti Severini Coloniensibus et decano Bunnensi totam commisit. Etsi iudices illos tamquam suspectos recusaverat Engelbertus, quod unus Theoderico praeposito SS. Apostolorum proxima consanguinitate coniunctus, alter nimia familiaritate eidem constrictus esset, et ad sedem apostolicam provocaverat, illi, appellatione neglecta, contra Engelbertum sententiam tulerunt et Theoderico praeposituram addixerunt.*

tandem anno 1203

20. *Romam denique tandem profectus est Engelbertus atque tantum apud summum pontificem potuit* (3) *ut haec sententia si non verbis, re tamen vera rescinderetur. Statuit enim Innocentius III die 23 ianuarii 1202, quo magis* laboribus partium pariter et expensis parceretur, *ut, curante atque urgente Widone Praenestino episcopo, tunc sedis apostolicae in Germania legato, arbitri singuli ab utraque parte constituerentur, qui, tertio etiam, si usus esset, assumpto vel a Widone assignato, negotium terminarent. Neque tamen hac via ulterius processum est. Nam* cum, *Engelberto Coloniam reverso,* in die pentecostes (*2 iunii 1202*) occasione dissensionis huiusmodi gravis esset tumultus in clero ac populo suscitatus, *neque in tanta animorum commotione posset iam Wido, qui tum Coloniae praesens aderat, munus impositum adimplere,* compulsae sunt partes ad sedem apostolicam iterum laborare. *Cum igitur Romam iterum adiisset Engelbertus, Theodericus autem eodem procuratorem idoneum misisset, re ultro citroque agitata, tandem utriusque electionem irritam censuit pontifex, litterisque die 9 aprilis 1203 datis mandavit Widoni episcopo Praenestino atque abbatibus Cappenbergensi et Scheidano ut capitulum ecclesiae Coloniensis* ad electionem canonicam et concordem *inducerent vel, si id fieri non posset, ipsi intra mensem praepositum maioris ecclesiae designarent.* E *Quattuor porro iam ab inita lite elapsis annis, fieri non poterat quin Engelbertus, qui interim maior aetate factus erat et subdiaconus ordinatus, cuique canonici numero plures irrevocabiliter adhaerebant, metropolitanus autem archiepiscopus plurimum favebat, alterutro modo praeposituram adipisceretur. Utrum electione an designatione illa potitus sit, nescimus; certe illum inde saltem a die 14 iunii 1203 ea fungentem monumenta huius temporis ostendunt* (4).

reapse constituitur.

At cum duo reges de imperio, duo episcopi de sede Coloniensi dimicarent,

21. *Iam vero spem quam in illo tutore ac defensore Coloniensis ecclesiae collocarant electores, mox foede frustraturus erat Engelbertus, postea vero, ubi archiepiscopus factus est, expleturus atque superaturus. Quae ut intellegantur, quam breviter fieri potest illius luctuosi temporis historia videtur recolenda* (5). *Mortuo Henrico VI imperatore († 1197), filio eius Friderico II nondum quattuor annos nato, cum Philippus dux Sueviae, Henrici VI frater, die 6 martii 1198 se in regem Romanorum eligi permisisset* (6), *impulsore atque auctore Adolfo de Monte Coloniensi archiepiscopo, qui pecuniae cupiditate captus quasi venale imperium habebat* (7), *Otto comes Pictaviae, de stirpe Welforum, Coloniae die 9 iunii eiusdem anni rex Romanorum etiam est electus* (8) *et die 12 iulii Aquisgrani coronatus* (9). F *Quoniam autem in hac regni parte praecipuum potentiae firmamentum et columen novo illi imperatori Ottoni IV erat, ipso anno Philippus rex, anno 1199 et Otto rex et iterum Philippus Coloniensem episcopatum, collectis maximis exercitibus, bello, incendiis, rapinis, omni vexationum genere vastaverunt. Neque ab horrendo bello civili cessatum est postquam die 1 martii 1201, excommunicato Philippo eiusque fautoribus, Innocentius III Ottonem verum*

(1) Theodericum laudat etiam CAESARIUS HEISTERBACENSIS, *Dial. mirac.*, l. VII, c. 40. — (2) Cur a Willelmo captus sit Engelbertus, memoriae non est traditum. Coniecit FICKER, p. 217, comitem cum capitulo Sancti Georgii, cuius Engelbertus praepositus erat, graves habuisse controversias. — (3) Praeterquam quod causa non erat perspicua atque legitima appellatio intercesserat, id utique Engelberto Romani pontificis animos in tota re conciliare potuit, quod consobrinus eius Adolfus potentissimus archiepiscopus *ei tota intentione favebat* (ita Innocentius in ultimis litteris). Iam vero Adolfus tunc caput illorum erat qui in Germania partibus Welforum atque proinde ecclesiae Romanae studebant. — (4) Cf. KNIPPING, *Regesta*, t. II, nn. 1632, 1637, 1648 cet. — (5) De qua cf. inter alios H. HÜFFER, *Der Denkstein der Burg auf dem Godesberg und das Schisma der Kölnischen Kirche von 1205-1216*, § II, in ANNALEN DES HISTORISCHEN VEREINS FÜR DEN NIEDERRHEIN, t. XLVI (1887), p. 129-55. — (6) Cf. BÖHMER-FICKER, *Regesta imperii*, V, n. 15a. — (7) Ita CAESARIUS HEISTERBACENSIS, *Dial. mirac.*, II, 30. — (8) Cf. KNIPPING, *Regesta*, t. II, n. 1543. — (9) Cf. ibid., n. 1547.

regem

A *regem Romanorum renuntiavit* (1). *Quin etiam res peiore etiam loco esse coeperunt, ubi Adolfus archiepiscopus, id quod iam diu meditabatur* (2), *ab Ottone defecit, ad Philippi partes totum se convertit illumque Aquisgrani regem consecravit* (3). *Inde enim factum est ut Adolfo, quod* corruptus pecunia, sicut fertur, dominum suum temerarius prodidisset (4), *die 19 maii 1205 excommunicato* (5) *et, cum non resipuisset, die 19 iunii omni honore, dignitate atque beneficio privato* (6), *Bruno Bunnensis praepositus die 25 iulii pro eo archiepiscopus Coloniensis sit constitutus* (7).

furente bello civili,

22. *Populo civitatis Coloniensis atque parte quadam cleri Ottoni regi, Brunoni archiepiscopo atque Romanae ecclesiae fidem servantibus, Engelbertus, postquam frustra in gratiam consobrini sui Adolfi apud Romanum pontificem appellationem interposuit* (8), *tandem ipse in partes Philippi Suevici, cui adhaerebant cum Adolfo archiepiscopo et fratre Engelberti Adolfo ceteri eorum cognati, cum nonnullis canonicis, praepositis et abbatibus transiit. Tunc iterum, duobus regibus* B *de imperio, duobus episcopis de sede Coloniensi dimicantibus, atroci bello civili Coloniensis patria, in qua Otto rex tunc morabatur, afflicta est et pessumdata. In quibus nefandis facinoribus cur versatus sit etiam Engelbertus, acerrimis verbis eum reprehendit et accusat Innocentius III in litteris die 24 decembris 1205 ad quosdam Colonienses datis* (9) : Gravem ad nos dilecti filii electus et quidam canonici Colonienses querimoniam transmiserunt, quod maior prepositus Coloniensis Engelbertus ab eis contra matrem suam Coloniensem ecclesiam, que grande fecerat nomen eius, malum pro bono et odium pro dilectione rependens scisma movit et fovit. Ad maioris preterea iniquitatis augmentum curias, de quarum proventibus omnes canonici consueverant sustentari, spoliavit bonis omnibus predo factus, proventus eorum in suos et quorundam fautorum et sibi similium discordie usus dampnabili temeritate convertens, ita quod canonici servientes in ea non habent unde valeant sustentari, et ecclesia propter hoc defectum non modicum sustinet in divitiis. *Quibus querelis motus pontifex iisdem litteris praecepit ut Engelbertum praepositum,* C nisi commonitus infra mensem Deo et ecclesie quam offendit satisfecisset de iniuriis irrogatis et ablata cum integritate restituisset, ab ipsius deinceps ecclesie persecutione desistens, a prepositure amministratione suspenderent, excommunicationis sententia percellerent et, si in excommunicatione persisteret nec desisteret ab incepto, a prepositure officio deponerent.

Engelbertus patriam vastat et depraedatur

ac propterea excommunicatur

23. *Qui cum in iudicium vocatus vadimonium deseruisset, reapse excommunicatus est* (10) *atque etiam, ut videtur, praepositura privatus; siquidem anno 1206 docet pontifex* E(ngelbertum) quondam maiorem prepositum, cum asseratur depositus per iudices delegatos a nobis, prepositure amministrationi se violenter immiscere (11). *Neque abstinuisse censendus est Engelbertus a sceleribus illis quae lamentabiliter exponit clerus Coloniensis in epistula ad Innocentium III* (12); *in qua conqueritur quod Adolfus quondam Coloniensis archiepiscopus et* cum eo cognati et amici sui, Dei et proprii honoris immemores, ecclesias vastaverunt, exusserunt, incastellaverunt, possessiones mobiles et immobiles sibi appropriaverunt, homines ecclesiarum penitus destruxerunt, clericos monachos sanctimoniales de sedibus suis expulerunt, sacerdotes mandato vestro obedientes beneficiis suis spoliaverunt et inobedientes excommunicatosque viros, de quibus maximum scandalum ecclesie ortum est, in ecclesiis ipsorum instituerunt, clericos passim incarceraverunt, manus violentas eis iniecerunt et, quod flebile est dictu, membris suis mutilaverunt et, ut breviter dicamus, quicquid membris Christi defuit in nobis impleverunt. Insuper dominus noster E B(runo) Coloniensis archiepiscopus, peccatis nostris exigentibus, in ignominia Dei et sancte ecclesie a domino P(hilippo) duce Suevie captivus detinetur. Ipsa civitas ad tantam necessitatem devenit propter penuriam victualium et aliorum necessariorum, que ab hostibus ex omni parte civitatem cingentibus induci prohibentur, quod amplius persistere non potest. Ecclesie propter defectum stipendiorum a ministris fere desolate sunt et ipsi priores et clerici qui residui sunt libenter exirent, sed hostibus prohibentibus non possunt et, si possent, quo fugiant ignorant.

AUCTORE A. P.

et praepositura privatur.

24. *Non videtur tamen Engelberto alius praepositus maior subrogatus ; siquidem in monumentis huius temporis caput capituli Coloniensis ubique apparet Conradus maior decanus*(13). *Quin etiam, etsi deest certum hac de re testimonium, dubitari nequit quin mox aliquo modo cum legitimo archiepiscopo et cum ecclesia Romana pacem fecerit et in pristinam dignitatem sit restitutus. Nam post varios rerum eventus, occiso a nebulone die 21 iunii 1208 rege Philippo, cum quo ultimae spes Adolfi archiepiscopi exciderant, mortuo etiam die 2 novembris eiusdem anni Brunone archiepiscopo,* F *cum Coloniensis praesul, praesente et favente Ottone rege, mense decembri ipsius anni electus esset Theodericus ille praepositus SS. Apostolorum* (14) *cum quo Engelbertus pridem de praepositura maiore contenderat* (15), *primis etiam litteris a novo archiepiscopo datis subscripsisse videmus Engelbertum maiorem praepositum* (16). *Qui cum mox, anno 1209, praeter paucos quosdam reditus,* cetera omnia temporalia prepositure, *item* prebendas suas duas et alia quecumque excreverint

Mox tamen in gratiam legitimi episcopi et Romanae ecclesiae redit

et in poenam admissi facinoris

(1) Potthast, n. 1305-1307; cf. Knipping, t. c., n. 1597. — (2) Knipping, t. c., nn. 1606, 1626, 1641, 1650. — (3) Ibid., nn. 1651, 1652, 1655-1657. — (4) Ita Innocentius III (ibid., n. 1664). — (5) Ibid., n. 1664-1666. — (6) Ibid., n. 1684. — (7) Ibid., t. III, n. 1. — (8) Quod docet *Dialogus clerici et laici*, ed. G. Waitz, *Chronica regia Coloniensis* (Hannoverae, 1880), p. 318. — (9) Potthast, n. 2633; Knipping, t. III, n. 13. Cf. Chron. reg. Colon., Cont. III, ad an. 1205 (ed. Waitz, p. 221) : *clerus et populus ... Brunonem Bonnensem prepositum concorditer elegerunt, nemine preter Engilbertum maioris domus prepositum et quibusdam canonicis Beati Petri, eius fautoribus, reluctante et pro hac indignatione de civitate recedente. Unde mox per totum episcopatum werrae plurimae et graves per episcopos et eorum complices oriuntur ; fiunt incendia ubique, predones emergunt undique, bona ecclesiarum rapiuntur, curtes earum et villae exuruntur, fiunt depredationes pauperum oppidanorum, expoliationes viduarum et pupillorum*, et q. s. — (10) Cf. *Dialogus clerici et laici*, ed. c., p. 320. — (11) Knipping, t. III, n. 20. — (12) Ed. Ficker, *Engelbert*, p. 312-13; L. Ennen und G. Eckertz, *Quellen zur Geschichte der Stadt Köln*, t. II (1863), p. 22-23. Cf. Knipping, t. III, n. 23. — (13) Cf. Knipping, t. III, nn. 4, 7, 16, 23, 26, 29, 49. — (14) Ibid., n. 53. — (15) Quod scribit Caesarius, *Dial. mirac.*, VII, 40, deposito Theoderico archiepiscopo, — id quod anno 1212 accidit, — ipsi *aemulum eius*, id est Engelbertum, per electionem esse substitutum [anno 1216], id dubitat Ficker, *Engelbert*, p. 220, quomodo sit intellegendum, utrum his vestris *aemulum eius* significet Caesarius certamen de praepositura anno 1198 initum, an innuat anno 1208 Engelbertum contra Theodericum sedem episcopalem petiisse. — (16) Knipping, t. III, nn. 54, 55, 56 cet.

capitulo

AUCTORE A. P.

multam solvit

capitulo ecclesie maioris transcriberet, ut cederent in solutionem debitorum suorum, CCC videlicet LX marcarum, quas debebat capitulo, *hancque ordinationem fideliter ac inviolabiliter se servaturum usque ad persolutionem eiusdem pecuniae fide data promitteret* (1), *his utique damna explere voluit quae annis 1205-1206 ecclesiae Sancti Petri intulerat. Neque veri est dissimile eadem de causa, ut de admissis in bello civili delictis plenius satisfaceret, anno 1212 Engelbertum cum fratre suo Adolfo comite et aliis in Galliam profectum esse* (2), *ut sacrae expeditioni contra Albigenses haereticos interesset. Qua de re narrat Petrus Vallium Sarnaii monachus in historia Simonis comitis de Monte-Forti,c.62 :* Ipsa die(*qua exercitus prope Podium Laurentii castra posuerat, id est sub finem mensis aprilis 1211*) supervenerunt peregrini, prepositus videlicet Coloniensis ecclesie,potens et nobilis, pluresque cum eo nobiles Alemanni (3), *et c. 63 :* Nec silendum quod prepositus Coloniensis omnesque Alemanni, qui multi et nobiles cum eo et post eum venerant, iam (*die 24 iunii*)
B ab exercitu recesserant (4). *Solebant siquidem peregrini plerique quadraginta dumtaxat dies in exercitu remanere, quantum satis erat ut indulgentias, quas dicunt, lucrarentur, quae sacrae expeditioni erant annexae.*

et ad bellum sacrum adversus Albigenses proficiscitur.

Iterum exorto bello civili,

25. *Dum igitur sive ultro, sive iussus, — ut excommunicationis, in quam incurrerat, poenas daret, — longe a Colonia in expeditione illa versatur Engelbertus, Coloniam die 2 maii 1212 regressus erat Adolfus eius consobrinus atque sedem archiepiscopalem iterum occupaverat. Cum enim Otto IV imperator, quod patrimonium B. Petri invasisset et regnum Apuliae contra iuramentum quod fecerat Innocentio III intrasset, die 18 novembris 1210 esset excommunicatus, et Friderico regi Siciliae, Henrici VI imperatoris filio, avitum imperium esset oblatum, aliis multis Friderico adhaerentibus, ab Ottone recedere noluit Theodericus archiepiscopus atque ideo ipse excommunicatus est et, cum bona ecclesiarum dioecesis suae quarum rectores eum ut excommunicatum vitabant, alia ipse depraedaretur, alia amicis et cognatis vastanda traderet, dignitate episcopali privatus est* (5). *Adolfus vero quondam archiepiscopus die*
C *1 maii 1212* Coloniam veniens prioribus et clero se a papa investitum ... affirmabat; clerum etiam sibi obedire auctoritate apostolica precepit (6).

Friderici imperatoris

cum Adolfo fratre

partes secutus,

26. *Quid per hos annos 1212-1215, quibus iterum Colonia bello civili miserabiliter afflicta est, egerit Engelbertus, memoriae non est traditum. Illum et fratrem eius Adolfum comitem de Monte partes Friderici Suevici et Adolfi archiepiscopi secutos esse veri est simillimum. Etsi autem docet Caesarius* (7) : Post depositionem Ottonis [*1210*] Friderico (8) adherens ac per hoc favorem domni Innocencii pape conquirens ... in archiepiscopum electus est [*1216*], *nullatenus cogimur ut intellegamus statim post depositionem Ottonis Friderico adhaesisse Engelbertum, praesertim cum hac una brevi sententia sex annorum spatium sit comprehensum. Adolfum comitem tunc demum, postquam Otto IV die 27 iulii 1214 pugna illa apud pontem Bovinum a Philippo Augusto rege Franciae devictus est, proxima die 15 augusti in partes Friderici transgressum esse docet Chronica regia Coloniensis* (9) : In assumptione Marie Fridericus rex cum inestimabili multitudine Alamanniam ingressus, Mosella traiecta, in confinio Meinevelt tentoria fixerunt. Ubi Walravius comes Iuliacensis, Adolfus comes de Monte, Heinricus comes de Seine cum eo pacem composuerunt... *Quae pax etsi statim rupta est* (10) *— ab Adolfo etiam an tantum ab aliis, nescimus — certe anno 1215 Adolfus saepe regi praesens aderat* (11) *atque etiam pro eo bellum gerebat* (12). *Cum autem* E
Fridericus die 25 iulii 1215 Aquisgrani rex consecratus, inde Coloniam, a qua Otto IV iam discesserat, iter ageret, duobus ante diebus quam urbem ingrederetur, Nussiae die 2 augusti Engelbertum etiam in comitatu regis invenimus (13). *Eundem et Adolfum fratrem Aquisgrani die 25 iulii regi coronato astitisse atque tunc simul cum rege cruce signatos esse, coniectura est Fickeri* (14), *neque prorsus probanda, nec tamen omnino reicienda. Etsi enim, quod postea ipse Ficker perspexit* (15), *non ante diem 27 iunii Aquisgranum venisse videtur Adolfus comes, certe cruce signari voluit ac paulo post, anno 1217, in sacram expeditionem profectus est, in qua anno 1218 obiit. Engelbertum etiam* circa illud tempus, quo in episcopum electus est, signatum fuisse *docet Caesarius* (16); *quod anno 1215 Aquisgrani factum esse, etsi nullo documento proditum est, minime tamen videtur improbabile.*

Coloniae archiepiscopus anno 1216 eligitur.

27. *Interea pastore suo viduata manebat ecclesia Coloniensis. Nam Theodericus archiepiscopus, cum anno 1212 Romam profectus esset, ut causam suam coram Romano pontifice tueretur, per quadriennium ibidem moratus nihil profecit; Adolfus vero Montensis, etsi in sedem episcopalem a Sifrido archiepiscopo Moguntino et apostolico* F
legato restitutus dicitur (17), *non tamen ab Innocentio III erat agnitus* (18), *atque forsan ideo quia* vacabat tunc temporis Coloniensis ecclesia archiepiscopo, cuius iuris erat regem consecrare (19), *Fridericus II contra morem ab archiepiscopo Moguntino rex erat consecratus* (20). *Decrevit tan-*

(1) Litterae Engelberti apud LACOMBLET, *Urkundenbuch für die Geschichte des Niederrheins*, t. II (1846), p. 16-17. Cf. KNIPPING, t. III, n. 74. — (2) Anno 1211 id factum esse docet CAESARIUS, *Dial. mirac.*, V, 21, vel certe qui hoc loco nomen Engelberti addidit — deest enim in nonnullis exemplaribus (cf. [STRANGE], *Index in Caesarii Heisterbacensis dialogum*, Confluentiae, 1857, p. 13) — et qui eundem locum exscripsit WILHELMUS DE BERCHEN, *De nobili principatu Gelrie* (ed. SLOET, 1870, p. 54). Sed potius credendum esse Petro Sarnensi, qui bello contra Albigenses interfuit, nemo non videt. Ceterum ipso anno 1211 illud consilium iniisse Engelbertum probabile est; certe obiter testatur Adolfus eius frater in litteris hoc anno datis (apud LACOMBLET, t. c., p. 19) *se adversus hostes fidei peregrinari decrevisse.* — (3) *MG.*, Scr. t. XXVI, p. 399. — (4) Ibid. — (5) Cf. Chron. reg. Colon., Cont. II, ad an. 1212 (ed. WAITZ, p. 189); Catalogus tertius archiep. Colon. (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 352); cf. KNIPPING, t. III, nn. 106, 107. — (6) Chron. reg. Colon., Cont. III, ad an. 1212 (ed. WAITZ, p. 233); cf. KNIPPING, t. III, nn. 103, 109. — (7) Vita, l. I, c. 4. — (8) Ita recte codices $2ab^1$, ut monuimus supra p. 628, annot. 5. In 1a legitur *Philippo adhaerens*, cum tamen Philippus anno 1208 esset occisus. — (9) Cont. II, ad an. 1214 (ed. WAITZ, p. 192). — (10) Ibid. — (11) Cf. BÖHMER-FICKER, t. c., nn. 797, 798, 814. — (12) Chron. reg. Colon., Cont. II (ed. WAITZ, p. 193); Cont. III (ibid., p. 236). — (13) BÖHMER-FICKER, n. 823. — (14) *Engelbert*, pp. 140, 250. — (15) BÖHMER-FICKER, n. 810 d. — (16) Vita, l. II, c. 8. — (17) Vita l. I, c. 3 : *ad cuius* (Friderici imperatoris) *promocionem Sifrido Moguntinensi archiepiscopo plenariam potestatem legationis contulit et* (al. *qui*) *Theodericum archiepiscopum... indigne satis deponens, Adolfum restituit;* Reineri Annales (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 664, l. 41) : *Aigulfus archiepiscopus in Coloniensem archiepiscopum restituitur*. Cf. KNIPPING, t. III, n. 108. — (18) Cf. KNIPPING, t. III, nn. 108, 117. — (19) Chron. reg. Colon., Cont. II (ed. WAITZ, p. 193). — (20) Docet quidem Conradus Mettensis et Spirensis episcopus idemque imperii cancellarius in litteris ad regem Franciae datis (*MG.*, Const. t. II, p. 621) Fridericum ab archiepiscopo Moguntino *rogatu domini Coloniensis archiepiscopi* esse

dem

A *dem Romanus pontifex ut, amoto utroque aemulo, praesulis eligendi liberum arbitrium Coloniensibus permitteretur, atque die 29 februarii 1216 communi consensu Engelbertus est designatus* (1).

§ III. De rebus ab Engelberto gestis in regenda dioecesi Coloniensi (1216-1225).

Recreandae Coloniensi ecclesiae

28. *Afflictis diuturno saevoque bello civili rebus Coloniensibus qui mederetur, vix ullus aptior Engelberto eligi poterat. Praeterquam enim quod maximam nunc sibi gratiam apud Fridericum II regem et apud Romanum pontificem conciliaverat atque nobili et diviti cognatione fulciebatur, ipse procera statura formaque egregia conspicuus, ad consilia prudens et velox, magno et strenuo animo insignis, in humiles benevolus et misericors, adversus potentes imperterritus, pacis studiosus nec tamen bellum timens, et, quantum tempora atque accepta in pueritia disciplina ferebant, pius ac religiosus, is vere erat pastor bonus et potens, erus fortis et providus, quem res postulabat* (2), *qui viros nobiles et magnos ab iniuria et vi inferenda compesceret, cives et oppidanos legibus et communi utilitati servire cogeret, clerum magnam partem rebus saecularibus deditum et, quod multis annis ipsi praesules de potestate certaverant, contumacem factum, firmiore disciplina contineret, in civitate, in dioecesi, in tota denique patria pacem, quietem, ordinem et post tanta infortunia res secundas instauraret et conservaret* (3). *In quibus procurandis non infitiandum est Engelbertum laudem rerum a se recte utiliterque gestarum non semel dominandi cupiditate, sumptibus magnificis, superbis etiam et iniustis facinoribus inquinasse. Verum perspiciet aequus et prudens iudex in eius administratione bona malis plurimum praestitisse; mirum non esse iuvenem illum praesulem a puero saecularia, ut ferebat temporum iniquitas, potius quam ecclesiastica doctum in his animi artibus exercendis modum quandoque excessisse quae ad negotium illud arduum ex sententia perficiendum maxime utiles erant atque adeo necessariae; magnum illum principem denique tandem aequalibus non tam austerum dominum quam patrem patriae visum esse* (4) *atque reapse tam brevi tempore imminentem ruinam rebus prosperis commutasse et vulnera ita sanasse, ut mirarentur qui haec viderant* in quali statu ecclesiam (*Coloniensem*) per longa et varia scismata laceratam et depauperatam martyr noster factus episcopus invenerit et in quali illam dimiserit (5).

Engelberto nemo aptior.

Confirmata electione,

29. *Elapsis ab electione duobus mensibus, die 1 maii 1216* Fridericus rex curiam apud Wirzeburg habuit; ubi Petrus cardinalis Sanctae Potentianae a domno papa missus affuit. Huic curiae Engilbertus Coloniensis electus se exhibuit, et a domno Petro cardinale confirmatus, regalia a Friderico rege suscepit (6). *Eodem tempore Engelberto concessit Petrus cardinalis* (7) *ut beneficia quae tunc possidebat usque ad receptionem* E *pallii retineret* (8). *Post annum denique et aliquot menses, die 24 septembris 1217, Engelbertus Coloniae consecrationem episcopalem accepit a Theoderico episcopo Treverensi* (9), *assistentibus Hugone Leodiensi, Conrado Mindensi et Adolfo Osnabrugensi episcopis* (10). *Neque tamen ante diem 24 aprilis 1218 pallium atque cum eo pontificalis officii plenitudinem ab Honorio III, qui die 18 iulii 1216 Innocentio III successerat, accepit* (11), *non quod illi pontifex Romanus non faveret, sed, si Caesario fides est* (12), *ut sic urgeretur ad solvendum aes alienum quod in curia romana decessores ipsius Bruno, Adolfus et Theodericus contraxerant. Postquam enim Philippus archiepiscopus († 1191) in augendis ecclesiae suae possessionibus castrisque permultis ei comparandis pecuniam circiter 50000*

consecratur

et anno 1218 pallio donatur.

Debita decessorum solvit

coronatum, atque fieri potuit ut iure suo reapse cederet Adolfus, ut Sifrido legato apostolico et fautori suo gratum faceret. Veri tamen etiam est simile ad id adductum esse Adolfum quod conscius esset de hoc ipso iure suo non satis constare. Cf. KNIPPING, t. III, n. 111. — (1) Vid. p. 647, annot. 18; cf. KNIPPING, t. III, nn. 137, 138. — (2) Vid. quae
C toto libro I Vitae, maxime c. 2, 4-9, tradit Caesarius. Cf. eiusdem Catal. archiepisc. Colon. (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 346): ***Erat dominus Engelbertus in principio electionis sue iuvenis quidem corpore, sed prudens, discretus et magnanimus valde, magis animi sui virtutem factis quam verbis manifestans.*** — (3) His quae de rebus ab Engelberto fortiter in potentes et suaviter in humiles gestis monumenta historica testantur accedunt paucae quaedam fabulae recentiore aevo nullo auctore prolatae; quas obiter commemorasse satis superque erit. De quibus vid. FICKER, *Engelbert*, p. 83-85. Alias narratiunculas incertae fidei recensent etiam F. BRÜNING, ***Historische Fernblicke vom Astenberge***, in ZEITSCHRIFT FÜR VATERLÄNDISCHE GESCHICHTE UND ALTERTHUMSKUNDE, t. XLV (Münster, 1887), II Abth., p. 30-31, et KNIPPING, t. III, n. 565. — (4) Chron. reg. Colon., Cont. IV (ed. WAITZ, p. 255). — (5) Vita, l. I, c. 3. Cf. Catal. archiepisc. Colon. (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 346-47). Neque haec solus Caesarius effert, sed alii etiam non pauci, v. gr. Catalogus tertius archiep. Colon. (ibid., p. 352): ***Qui dum episcopatum undique confusum et deterioratum conperit, audatia quasi leonis assumpta, que tali periculo erat pernecessaria, pacem et equitatem restituens, tyrannos quosque et malefactores a rapinis et malicia cessare coegit, singula provide disposuit, pacata et meliorata cuncta strennue gubernavit***; Chron. reg. Colon., Cont. IV (ed. WAITZ, p. 256-57): ***equissimus iudex et strennuus patrie et ecclesiarum Dei defensor fuit, et pro earum occubuit defensione. Inter cetera eciam eius laudabilia gesta et pacem firmissimam elaboravit***; Gesta Treverorum, Cont. IV (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 400, l. 2): ***Verum cum Engilbertus ... tam rei publice quam et dyocesi sue predones egregie cohercendo consuluisset...*** — (6) Chron. reg. Colon., Cont. III (ed. WAITZ, p. 237); cf. KNIPPING, t. III, n. 140. — (7) KNIPPING, n. 141 et n. 210 (non vero 208); cf. n. 181. — (8) Id permisisse sedis apostolicae legatum ignorabat utique Honorius III papa, quando die 19 decembris 1216 scribebat Engelbertum ***nunc in archiepiscopum Coloniensem electum et etiam confirmatum, decurso tempore*** F ***de consecrandis episcopis a canonibus diffinito, praeposituram Sancti Severini Coloniensis et alia beneficia, quae intelliguntur vacare de iure, detinere minus iuste...*** Cf. KNIPPING, n. 156. — (9) Chron. reg. Colon., Cont. II (ed. WAITZ, p. 195); cf. KNIPPING, n. 179. — (10) Eodem circiter tempore Theodericus episcopus ***integritatem amicicie indissolubilis inter ecclesiam Coloniensem et Treverensem ab antiquo habite ... venerabili domino E(ngelberto) Coloniensi electo data fide promisit*** (cf. KNIPPING, n. 180), atque reapse, ut testantur Gesta Treverorum, Cont. IV (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 399), Engelberto ... ***confederatus est Theodericus Treverensis, fueruntque quasi cor unum et anima una.*** — (11) KNIPPING, nn. 192, 193. Ab hoc demum tempore, ut erat ab Innocentio III constitutum (POTTHAST, n. 1112; cf. P. HINSCHIUS, ***System des katholischen Kirchenrechts***, t II, p. 31), nominari potuit ***archiepiscopus***; atque reapse ita cum in litteris, tum in sigillis est nominatus. Antea autem, an. 1216-1218, nullo, ut videtur, facto discrimine, modo ***electus*** dictus est sive ante sive post confirmationem, modo ***Coloniensis ecclesiae minister***, idque etiam ante consecrationem (cf. Jakob HEIMEN, ***Beiträge zur Diplomatik Erzbischof Engelberts des Heiligen von Köln***, Paderborn, 1903, p. 41-48; KNIPPING, t. III, p. 27); aliquando etiam, etsi rarius, etiam bis annis nomen ***archiepiscopi*** comparet, quod variis de causis haud aegre explicatur. Eadem ratione, nullo certo recepto more, numerantur in litteris Engelberti anni regiminis illius alibi ab electione, alibi a consecratione, alibi a pallii receptione, alibi etiam aliter (cf. HEIMEN, l. c., p. 48-49). — (12) Vid. Vita, l. I, c. 4; cf. infra, p. 648, annot. 7.

marcarum

AUCTORE A. P.

marcarum erogaverat (1) *et* multis debitis erat obligatus (2), *non meliore, immo multo peiore statu res familiares sedis Coloniensis sub successoribus eius Brunone, Adolfo et Theoderico factae erant, cum bello civili pessum ivissent fortunae publicae, reditus essent deminuti, impensae autem multum auctae vel his solis litibus quibus diuturno tempore in Romana curia duo praesules de episcopatu decertarant.*

et in patria Coloniensi pacem et ordinem restituit.

30. *Iam vero Engelberto pecunia comparanda erat non solum ad ea reddenda quae decessores eius erant mutuati* (3), *sed etiam in sumptus quos ipse maximos fecit, tum ut eo apparatu atque cultu et domi et apud regem prodiret, quo tantum principem et praesulem decebat* (4), *tum ut vectigalia a Romano pontifice " pro subsidio terrae sanctae „ imposita solveret* (5), *tum ut ecclesiae suae amplificandae atque tuendae terras emeret, castra construeret, oppida communiret* (6), *tum etiam ut virorum armatorum copiam cogeret et aleret, quod ad pacem et ordinem restituendum erat tunc pernecessarium. Ad quae cum res familiaris non sufficeret, et aes alienum non semel* B *contraxit, et stipendia a subditis exegit,* dicens sine pecuniis pacem se non posse facere in terris (7). *In his quidem exactionibus atque etiam in sumptibus non necessariis modum non semper retinuisse Engelbertum, atque ideo in vituperationem tum civium, tum etiam virorum religiosorum venisse, fatetur Caesarius* (8) *atque ultro credimus. Verum fuit etiam in largiendo magnificus* (9) *et denique tandem toto suo regimine ecclesiis, monasteriis, mercatoribus ac praesertim tenuioribus quibusque multo plus illum profuisse quam obfuisse constat.*

Cum viris potentibus inimicitias exercet,

31. *Viris autem magnis atque principibus, qui in eo aemulum potentem suspiciebant, maiorem querelarum ansam dedit; quibus etsi aliquando iniuriam intulit, saepe saepius eosdem a vi atque ab iniuria fortiter compescuit. Horum praesertim conquestiones rettulit Caesarius, neque singula persecutus est, sed de bello dumtaxat distinctius meminit, quo bis cum Walerammo duce Limburgensi decertavit illumque devicit; primo quidem paulo post electionem suam, cum dux iura et possessiones sedis Coloniensis invasisset; dein anno 1218, quando, mortuo Adolfo comite de Monte,* C *terram fratris sui Engelbertus sibi sumpsit, eandem Walerammus nurui suae, quae Adolfi filia erat, vindicavit* (10). *Parta demum victoria usus est Engelbertus* (11) *non solum ut sibi tranquillam comitatus Bergensis possessionem confirmaret* (12), *sed etiam ut comites de Vianden, qui Coloniensis ecclesiae clientes erant, a Walerammo capti liberarentur; ut de lite, quae Walerammum inter et comitem Namucensem orta erat, ipse arbiter reciperetur* (13); *ut controversiam inter Walerammum et inter comites de Hostaden et Veldenze ab archiepiscopo amicabili compositione vel iustitia mediante diremptum iri decerneretur.* D

nominatim cum Walerammo duce Limburgensi

et cum Ludovico duce Bavariae.

32. *Alteram contentionem novimus, de qua tacet in Vita Caesarius, alibi autem, prout utraque pars rebus suis favere utique solet, quadamtenus inter se pugnantia traduntur. Docet siquidem Honorius papa III litteris die 1 iunii 1218 datis* (14) *Ludovicum ducem Bavariae et comitem palatinum Rheni eundemque cruce signatum, transmissa conquestione, monstravisse quod* venerabilis frater noster Coloniensis archiepiscopus castrum de Turin (15) et alia, que ad ipsum *Ludovicum* et *ad Agnetem* nobilem puellam, natam nobilis viri H(einrici), quondam palatini Reni comitis, sue commissam custodie *et filio suo Ottoni desponsam,* cum omnibus rebus suis de iure pertinere noscuntur, per violenciam occupavit et reddere contradicit. Ne igitur, *ita pergit pontifex,* predictus archiepiscopus alii facere videatur quod ab aliis fieri sibi nollet, nostris sibi dedimus litteris in mandatis, ut conscientie ac fame sue consulens predictum castrum restituat nobilibus memoratis, ita quod ex iusticia gravi sibi facere videatur ac nos devocionem suam possimus merito commendare. *Quapropter episcopo Herbipolensi atque abbatibus Eberbacensi et Heisterbacensi praecipiebat ut,* si prefatus archiepiscopus mandatum nostrum contempserit adimplere, vos, partibus convocatis, audiatis causam et, appellatione remota, fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. *Quid ab his iudicibus exinde factum sit, memoriae non est traditum. Certe castrum Engelbertus non reddidit, immo turri aedificata illud munivit, sive iudicum minas parvi pependit, sive potius, pecunia duci oblata, controversiam composuit. Id censuerunt quidam* (16) *ab aliquo Coloniensi narratore innui, ubi scribit castrum ab Engelberto comparatum esse. Ita enim Chronica regia Coloniensis, Cont. IV, ad an. 1225* (17) : Castrum Turunh super Mosellam situm, latibulum predonum (18), ad maximum commodum ecclesiarum et patrie comparavit et ecclesie Coloniensi reliquit possidendum; *cf. ibidem, ad an. 1238* (19) : Turris quam venerabilis archiepiscopus Engelbertus ante castrum Tûrun extruxerat... *Non clarius, sed similiter sine ulla reprehensione rem commemorant Caesarius Heisterbacensis in Catalogo archiepiscoporum* (20) : Eius industria nobile castrum Tuorun ecclesia Coloniensis obtinuit, *et Gesta Treverorum, Cont. IV, c. 3* (21) : Iste est Engilbertus qui castrum Thûron acquisivit Coloniensi dyocesi. E F

Licet autem

33. *Haec de rerum temporalium administratione.*

(1) Cf. quae diligentissime hac de re collegit KNIPPING, t. II, p. 277-82. — (2) CAESARIUS, *Dial. mirac.*, IV, 98. — (3) Cf. infra, p. 648, annot. 7. — (4) Cf. Vita, l. I, c. 4: *Ad curias Friderici imperatoris, tunc regis, cum tanta gloria et expensis ascendit ut ceteris principibus superior gloria et honore haberetur ...* — (5) Cf. KNIPPING, t. III, nn. 155, 165, 343, 376. — (6) Cf. Vita, l. I, c. 5; l. II, c. 8, 9; CAESARIUS, *Dial. mirac.*, VII, 28; KNIPPING, t. III, nn. 160, 174, 249, 287, 290, 324, 369, 381, 394, 432, 536, 540-542. — (7) Vita, l. I, c. 6. — (8) Cf. supra, num. 8, 9. — (9) L. I, c. 8. — (10) De his vid. annotata ad l. I, c. 4, 5. — (11) Vid. " formam compositionis „ inter ambas partes (KNIPPING, n. 294). — (12) Cf. infra, p. 649, annot. 5. — (13) Quod reapse factum est. Cf. Chronica Alberici monachi Trium Fontium ad an. 1220 (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 910) : *Comes Namucensis Philippus, comitis Petri Autisiodorensis filius, contra Walerannum varios habuit conflictus, sed tandem per episcopum Leodiensem et archiepiscopum Coloniensem, bonis viris mediantibus, firma pax interponitur.* — (14) POTTHAST, n. 5827; BÖHMER-FICKER, n. 6296; KNIPPING, n. 205, cf. n. 185. — (15) Turon vel Thurand apud Alken ad Mosellam; quo loco, ut novimus ex Gestis Treverorum, Cont. IV, c. 1 (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 390, l. 35), castrum aedificaverat Heinricus comes palatinus Rheni, frater Ottonis IV imperatoris. De nomine cf. FICKER, *Engelbert*, p. 69. — (16) E. WINKELMANN, *Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig*, t. II (Leipzig, 1878, inter JAHRBÜCHER DER DEUTSCHEN GESCHICHTE), p. 458. — (17) Ed. WAITZ, p. 257. — (18) Non multo post, cum castrum in potestate archiepiscopi Coloniensis esse desivisset, factum est iterum *latibulum predonum et malleus transeuntium* (Chron. reg. Colon., Cont. V, ad an. 1248, ed. WAITZ, p. 294). — (19) Ed. WAITZ, p. 272. — (20) *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 346. — (21) Ibid., p. 399, l. 36.

rerum temporalium praecipuam curam egerit,

tione. Quibus, non secus ac plerique tunc temporis episcopi ecclesiae germanicae (1), *ita distentus erat ut totus saeculo deditus videretur atque monachi coram ipso praesente exprobrarent quod bonus dux esset, sed non bonus episcopus* (2). *Esto viros illos pios gratiorem animum forsan exhibituros fuisse, si recordati essent hoc ipso episcoporum gladio materiali, ut erat temporum condicio, pacem sibi et res prosperas, quibus fruebantur, parari; nihilo minus negandum non est et alios aequales et Engelbertum eas praecipuas viri ecclesiastici atque pastoris partes, quae sunt verbum Dei praedicare, sacras scripturas exponere, spiritualiter conversari, minus, ut ait Caesarius* (3), *in usu habuisse. Neque tamen officia veri episcopi prorsus neglexit. Ad quod, ut par est, ostendendum* (4), *ut de temporalibus fecimus, ita ea maxime hic colligimus quae in Vita non sunt tradita.*

ecclesiasticas tamen non neglexit.

34. *Iam vero non solum — quod alioqui tam ducis quam episcopi munus erat — ecclesias et monasteria saepe multumque adiuvit* (5) *atque contra advocatos, quos dicunt, illa tuitus est* (6), *sed etiam fratres ordinum nuper exortorum,* B *Minores dico atque Praedicatores, a quibus tunc ubique restituebatur fidei ac morum integritas, in suam civitatem, obsistente licet clero, ultro recepit* (7). Barbatis *autem illis* qui in habitu et tonsura religionis terras circuiebant et plurimos decipiebant, *in synodo vetuit ne ullo loco suae dioecesis hospitium praeberetur* (8); *in qua etiam vel in altera synodo* (9), *cum iidem vel similes quidam nebulones* sub scemate religionis venientes in dioecesim Coloniensem in diversis ecclesiis corpus Domini furati essent *et etiam temerassent, praecepit* ut in omnibus ecclesiis dioecesis suae corpus Domini sub clausura servaretur (10).

Minus laudabiliter se gessit

35. *Multo uberiora, ut fere fit, de duobus litibus ecclesiasticis narrata sunt, in quibus eandem offirmatam voluntatem exhibuit Engelbertus, quam alias in eo, ubi summa pertinacia paci quietique publicae consulebat, libentius admiramur. De priore controversia, quae anno 1218 exorta est et vix post triennium finita, exstant septenae litterae, quaternae Honorii III papae, ternae iudicum qui ab eo erant constituti* (11). *Ex quibus, ut paucis verbis multa complectamur, accipimus canonicos capituli Susatiensis, cum praepositus eorum Theodericus de Altena, Engelberti consobrinus, exeunte, ut videtur, anno 1216 vel ineunte anno 1217 factus esset praepositus maior Coloniensis, in eius locum unanimi consensu Thomam, Susatiensem canonicum, electionis forma non penitus per omnia servata, praepositum constituisse; Engelbertum cum Theoderico consobrino electioni repugnasse, collationem praepositurae Susatiensis sibi vindicasse* (12); *alterum praepositum, Theodericum de Brule, canonicum Coloniensem* (13), *ab eo esse designatum; quater tribus deinceps a Romano pontifice datis iudicibus, omni arte conatum esse archiepiscopum, excommunicatione dico, appellationibus, cavillationibus, minis, ut causa caderent Susatienses; demum sententiam latam esse die 6 octobris 1221, ita temperatam ut causam quidem vincerent Susatienses atque in primis Thomas praepositu-* E *ram conservaret, archiepiscopo tamen non nulla essent concessa. Quo factum est ut illam Engelbertus, sigillo suo apposito, acciperet et confirmaret.*

AUCTORE A. P.

in litibus de electione praepositi Susatiensis

et abbatissae Vilicensis.

36. *Potenti archiepiscopo multum obsecutum esse Honorium III ex altera etiam contentione novimus, quae per annos 1223-1225 est protracta* (14). *Postquam enim Vilicensis monasterii, quod in dioecesi Coloniensi situm erat, simul electae erant abbatissae duae, C. monialis eiusdem coenobii et altera quaedam, atque Th. cantor Sancti Florini in Confluentia et eius coniudices a sede apostolica delegati pro C. moniali sententiam dixerant, tantum abest ut huic sententiae consenserit Engelbertus eamque probaverit, ut apud Romanum pontificem contra eam intercederet, milites etiam mitteret qui monasterium custodirent, atque eiusdem proventus seu reditus occuparet. Quam ob rem cum esset a laudatis iudicibus suspensionis et excommunicationis poena multatus* (15), *ipse rursus*

(1) Vid. quae refert CAESARIUS, *Dial. mirac.*, l. II, c. 27: MONACHUS. *Clericus quidam Parisiis ante paucos annos verbum terribile contra episcopos locutus est, dicens: " Omnia " credere possum, sed non possum credere quod unquam* C *" aliquis episcopus Alemanniae possit salvari. "* NOVICIUS. *Quare magis iudicavit episcopos Alemanniae quam episcopos Galliae, Angliae, Lombardiae vel Tusciae?* MONACHUS. *Quia pene omnes episcopi Alemanniae utrumque habent gladium, spiritualem videlicet et materialem; et quia de sanguine iudicant et bella exercent, magis eos sollicitos esse oportet de stipendiis militum quam de salute animarum sibi commissarum. Invenimus tamen ex episcopis Coloniensibus, qui pontifices simul fuerunt et duces, aliquos fuisse sanctos, beatum videlicet Brunonem, sanctum Heribertum et sanctum Annonem.* — (2) Cf. infra, p. 640, num. 49. — (3) Vita, l. III, praef. — (4) Cf. FICKER, *Engelbert*, p. 89-96. Hoc tamen loco Engelberti merita laudando aliquantum auxit scriptor egregius; v. gr. quod pro monachis dissolutis in monasterio Porcetensi prope Aquisgranum constitutae sunt moniales Cistercienses (KNIPPING, n. 311), id non tam Engelberto, qui rem dumtaxat exsecutus esse videtur, quam Friderico II regi, qui eam praecepit, laudi est dandum. Item ut officiis subdecanatus et choriepiscopatus in maiore ecclesia reditus congruentes annecterentur (KNIPPING, n. 289), non curavit Engelbertus, sed a maiore praeposito et a decano procuratum approbavit. — (5) Cf. KNIPPING, nn. 149, 150, 151, 152, 153, 154 et alia in sequentibus plurima. Cuiusdam episcopi Coloniensis, et quidem, ut visum est (cf. KNIPPING, n. 553), Engelberti nostri, studium in corrigendis monachis improbis et iuvandis ceteris docet Caesarius in *Dialogo miraculorum*. In quo postquam monachos Lacenses Ord. S. Benedicti laudavit quod liberalissimo hospitio advenas acciperent (IV, 71), ita pergit (IV, 72): *Eiusdem ordinis cella quaedam in episcopatu Coloniensi sita est, quam nominare nolo propter tempus, quam praepositus tam tenax regit ut neminem sponte sua hospitio secundum regulam suscipiat, cum satis abundet. Episcopus vero, qui et advocatus eiusdem cellae est, sciens hominem pecuniosum esse et inhospitalem, semel vel bis in anno cum plurimis equitatu-* F *ris et multitudine militum hospitatur apud ipsum; in quorum receptione tantum expendit praepositus quantum sufficere posset ad susceptionem hospitum totius anni. Aliis vero monasteriis multo ditioribus idem episcopus parcit et sua largitur.* — (6) Cf. infra, p. 642, num. 54. — (7) Vita, l. I, c. 7; KNIPPING, n. 342. — (8) CAESARIUS, *Dial. mirac.*, VI, 20; KNIPPING, n. 551. — (9) Hae fuerunt utique synodi dioecesanae. Unam certo novimus synodum provincialem ab Engelberto congregatam, anno 1220 (KNIPPING, n. 296); quae forsan eadem est de qua meminit CAESARIUS, *Dial.* II, 25. Cf. H. FINKE, *Konzilienstudien zur Geschichte des 13. Jahrhunderts* (Münster, 1891), p. 47-48. — (10) CAESARIUS, *Dial. mirac.*, IX, 52; cf. KNIPPING, n. 552. — (11) Cf. KNIPPING, nn. 206, 234, 253, 276, 277, 308. 338. — (12) Quamquam ipso anno 1217 ab Honorio III libera praepositi sui electio Susatiensibus erat confirmata. Cf. POTTHAST, n. 5515. — (13) Al. de Brûle, de Broyle, de Brolio, cet. Fuit idem *capellanus* Engelberti (cf. KNIPPING, nn. 291, 293) atque etiam mortuo archiepiscopo memorem gratumque animum exhibuit. Cf. infra, p. 643, annot. 11. — (14) Vid. litteras Honorii III de quibus P. PRESSUTTI, *Regesta Honorii papae tertii*, t. II, pp. 175, 237, 245, 316, nn. 4569, 4934, 4974, 5368 (cf. KNIPPING, nn. 395, 412, 424, 425, 485); quae sola documenta hac de re videntur superesse. — (15) Ut his spiritalibus armis crebro utebantur iudices, ita alias Engelberto, ut pecuniam creditoribus redderet, anno 1220 semel excommunicationem, semel suspensionem sunt minitati (KNIPPING, nn. 255, 279).

Th.

AUCTORE A. P.

Th. cantorem beneficiis quae in Coloniensi dioecesi obtinebat spoliavit. Honorius III autem, postquam die 21 novembris iusserat ut archiepiscopus, utpote qui ad ipsum appellaverat, ad cautelam ab excommunicatione absolveretur (1), *causa postmodum perspecta, ratam quidem habuisse videtur priorum iudicum sententiam* (2), *litteris autem ad Engelbertum datis, primo illum die 9 maii 1224 reprehendit iussitque ut factum, prout ipsius conveniret honestati, corrigeret per se ipsum vel pro se super hoc idoneum responsalem ad pontificem dirigeret* (3); *deinde, responsione Engelberti utique accepta, die 7 martii 1225 monuit se salva conscientia cantori Confluentino iustitiam negare non posse, at simul suaviter rogavit ut archiepiscopus ea quae fecisset corrigeret,* deferendo in hoc saltem nobis, qui tantum tibi deferimus (4).

§ IV. De rebus ab Engelberto gestis in gubernando imperio germanico (1221-1225).

B

A Friderico II imperatore

37. *Qui in nobilissima sua dioecesi atque in utroque suo ducatu, Coloniae et Westfaliae, potentibus vicinis societate et foedere sibi adiunctis vel confirmatis* (5), *tum aucto sive pecunia tradita sive sola spe tutelae clientum seu vassallorum numero, tum tota regiminis ratione, auctoritatem suam sedisque suae plurimum auxerat, huic maiora officia honoresque manebant ampliores. Cum enim mense aprili 1220 Fridericus II, deserta Germania, in Siciliam suam redire statuisset atque Heinricum filium, annos octo natum, qui nuper rex Romanorum erat electus, in regno avito relinqueret, primo quidem statuit regium puerum viri nobilis Heinrici de Niffen curae committere* (6), *pacis autem publicae et regii patrocinii in singulis provinciis regios constituere administros, Henricum de Niffen in Suevia, Engelbertum nostrum in partibus Rheni inferioribus* (7), *alios alibi. Postquam autem die 22 novembris eiusdem anni Romae imperator est ab Honorio III coronatus* (8), *ante tamen, ut videtur, quam Siciliae regnum intravit* (9), *missis litteris, quae perierunt, Engelberto regni negotia citra Alpes commendavit eumque Heinrici filii sui tutorem et totius regni Romanorum per Alemanniam provisorem constituit* (10). *Illi ergo eodem modo erat regni gubernatio procuranda, quomodo procurasset Heinricus rex, si per aetatem licuisset, id est voluntati imperatoris, ubi usus esset, obsequendo, adhibita imperiali cancellaria, consilio cum ceteris regni principibus communicato.*

tutor filii ipsius Heinrici regis

C

et gubernator imperii germanici

anno 1221 constitutus,

38. *Et gubernasse quidem Engelbertum testimoniis non paucis iisque apertissimis fimus certiores non solum scriptorum huius temporis, Caesarii dico* (11), *Reineri Leodiensis* (12), *Catalogi tertii archiepiscoporum Coloniensium* (13), *Gestorum Treverorum* (14), *aliorum, sed ipsius Engelberti* (15), *Friderici imperatoris* (16), *Heinrici etiam regis* (17) *et aliorum principum* (18). *Quo autem tempore officium susceperit et quantam in rebus gerendis partem habuerit, monumenta scripta non clare perhibent. Veri autem videtur simile* (19) *mense martio 1221, cum ex Italia reversus esset Conradus episcopus Mettensis ac Spirensis et imperii archicancellarius, munus illud gubernatoris Engelberto esse delatum. Quo tamen primis temporibus cum multo modo et modestia functus videtur, ut solis negotiis maioris momenti interesset, sive quod alios principes collegas suos eosdemque regis consiliarios, quibus iam dignitate praestabat, offendere verebatur, sive ut archicancellarii invidiam nescio quam vitaret, sive aliam quamlibet ob causam. A mense dumtaxat septembri 1223 ac multo magis a mense aprili 1224, veluti prorsus immutata voluntate, ita constanter in rei publicae tractatione detentus est, ut vix iam a rege discederet* (20), *illum, relicta fere sua dioecesi, quocumque iret comitaretur, eum denique locum iam in administratione regni obtineret quem Fridericus II voluerat.*

E

ab anno 1223 in tractandam rem publicam totus incumbit;

cui in tempore difficillimo

39. *Iam vero in rerum patriarum procuratione illud in primis intendit Engelbertus, quod in sua Coloniensi terra egregie erat assecutus, ut pacem restitueret et confirmaret. Etsi autem nimia laude eum effert Caesarius, cum scribit:* diversas regni partes perlustrans tantum fecit pacem ut Augusti tempora crederes (21), *nonnihil tamen in tempore difficillimo effecisse gubernatorem* (22) *diserte testantur aequales, v. gr. Catalogus III archiepiscoporum Coloniensium, in " continuatione " illa mox post necem Engelberti scripta* (23): F

(1) PRESSUTTI, n. 4569. — (2) Ibid., n. 4934. — (3) Ibid., n. 4974. — (4) Ibid., n. 5368. — (5) Cf. KNIPPING, nn. 171 (cum duce Lotharingiae), 180 (cum archiepiscopo Treverensi), 369 (cum duce Brabantiae). — (6) C. RODENBERG, in *MG.*, Epist. saec. XIII t. I, p. 97, n. 133. — (7) Cf. WINKELMANN, *Kaiser Friedrich II*, t. I, p. 41. Iam anno 1218 simili munere saltem obiter functus erat; cf. KNIPPING, n. 191: *auctoritate regie maiestatis, qua tunc ex legatione domini Frederici invicti Romanorum regis nobis iniuncta fungebamur.* — (8) Cf. WINKELMANN, t. c., p. 345. — (9) Cf. ibid., p. 118, annot. 7. — (10) Vitae, l. I, c. 5. Cf. KNIPPING, n. 303. — (11) L. c. — (12) Annales, an. 1220 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 678): *Engelbertus archiepiscopus Heinricum puerum, filium Frederici regis, et totum regnum in tutelam suscipit.* Quamquam errat Reinerus, ubi haec mense aprili in curia Francofurtensi acta esse dicit. — (13) *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 352 " continuatio ": *Denique Fridericus rex ... procurationem totius regni Theutonie illi commisit, filium eciam suum, Heinricum nomine, adhuc puerum illi commendavit.* — (14) Cont. IV, c. 3 (ibid., p. 399, l. 34): *suscepit tutelam regii pueri Engilbertus Coloniensis archiepiscopus, columpna ecclesie, cleri decus, stabilimentum regni.* — (15) Die 1 octobris 1222 (KNIPPING, n. 377): *imperiali auctoritate, qua fungimur, et nostra.* Ita etiam cancellarius die 17 novembris 1224 (KNIPPING, n. 462): *Datum per manus domini Engelberti venerabilis Coloniensis archiepiscopi, doctoris* (immo *tutoris*) *predicti domini regis;* anno 1225 (KNIPPING, n. 504): *Testes huius rei sunt Engelbertus, Coloniensis <archi>episcopus, tutor regni, palatii primicerius...* — (16) Mense martio 1222 (LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, p. 53-54; cf. KNIPPING, n. 311): *Engelberto Coloniensi archiepiscopo, cui gubernationem imperii in partibus Germanie necnon tutelam filii nostri Heinrici, qui in presentiarum rex habetur, (commisimus)....* — (17) Ita rex seu potius ipsius cancellaria in diplomatibus diei 28 iulii 1225 (KNIPPING, n. 503) de Engelberto meminit: *qui nostri et imperii curam gerit;* diei 4 septembris 1225 (BÖHMER-FICKER, n. 3980): *Engelberti Coloniensis archiepiscopi, nostri provisoris et regni;* anni 1226 extr. (ibid., 4030): *occidendo Coloniensem archiepiscopum, cui a patre nostro imperii commissa fuisse noscitur <gubernatio>...* — (18) Mense iulio 1225 Walerammus dux Limburgensis (KNIPPING, n. 505): *dominus noster E. Coloniensis archiepiscopus, ratione imperii quod ei commissum est et ratione sui archiepiscopatus...* Cf. sententiam an. 1226 latam a iudicibus, qui monent *quod nos ad commissionem domini nostri Heinrici Romanorum regis et domini Engelberti Coloniensis archiepiscopi, tutoris ipsius,* et q. s. (KNIPPING, n. 526). — (19) Cf. WINKELMANN, *Friedrich II*, t. I, pp. 346-47, 353. — (20) Cf. ibid., p. 353. Quae tamen ibi, annot. 3, dicta sunt, ex Knippingii Regestis sunt supplenda et emendanda. — (21) L. I, c. 5. — (22) Cf. WINKELMANN, t. c., pp. 369 sqq., 409. — (23) *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 352.

Hic

pacem, ut poterat, conciliavit

Hic etiam negocia regni sibi commissa prudenter disponens ac moderans, sapiencia sua et industria plus quam bello omnia sibi subiugavit, pacem firmissimam per regna stabilivit, *et Conradus Hildeshemensis episcopus, qui, postquam Engelberti utilissimam operam ipse expertus erat* (1), *ad Honorium III scribebat* (2) : Pro dilecto et venerabili fratre nostro Coloniensi archiepiscopo ... quantum audeo sanctitati vestre supplico devotissime, ut pro multa eius honestate et mee devotionis intuitu in omnibus ipsum gratie vestre recommendatum habere dignemini, scientes quod, circumspectis omnibus, ecclesiarum Alemannie status post Deum et vestram providentiam ab ipso dependat. Etenim laicalis insolentiae frena iam adeo contra clerum laxata sunt quod, nisi esset terror eius et a Deo provisa <.....>, ecclesiasticae districtionis vigor <.....> nullus esset <.....> pacis Alemannia non haberet (3).

et civium cum ecclesiasticorum tum saecularium utilitatibus

40. *Quod his litteris et aliis monumentis docemur, viris et rebus ecclesiasticis consuluisse et quidem praecipue consuluisse Engelbertum* (4), *nemo in archiepiscopo mirabitur, praesertim qui recordetur maximas partes in regno principes ecclesiasticos habuisse, neque alia ratione erga eos egisse qui ante Engelbertum summum regimen imperii gessissent. Saecularium tamen principum, etsi rebus gerendis multo minus interessent, utilitatibus ita Engelberti etiam tempore providebatur, ut minime haberent cur regimen illud iure improbarent* (5); *neque capio qua ratione factum sit ut vir doctus et alias aequior his solis verbis de tota Engelberti gubernatione meminerit, eum fuisse qui causam ecclesiae bene tueretur, causam vero regni non eodem modo* (6). *Cum quibus, ut alia omittamus a clericis vel monachis pronuntiata, conferantur velim ea quibus Fridericus II mense iulio anni 1225 extulit* fidem puram et devotionem laudabilem necnon et grata valde et accepta servitia que Engelbertus venerabilis Coloniensis archiepiscopus, dilectus princeps noster, nobis et imperio exhibuit iugiter et exhibet incessanter (7); *neque omittendus est maximus ille poeta Waltherus cantor de Vogelweide, qui cum praesens res vidisset, praesulem plurimum admiratus scripsit* (8) :

fideliter consuluit.

C

Von Kölne werder bischof, sint von schulden frô.
ir hânt dem rîche wol gedienet, und alsô [hô.
daz iuwer lop da enzwischen stîget unde sweibet
sî iuwer werdekeit dekeinen boesen zagen swaere,
fürsten meister, daz sî iu als ein unnütze drô.
getriuwer küneges pfegaere, ir sît hôher maere,
keisers êren trôst, baz danne ie kanzelaere,
drîer künege und einlif tûsend megde kameraere.

AUCTORE A. P.

Cum nationibus exteris.

41. *Singula hic praesertim non persequemur, tum quia huius loci non est rerum germanicarum per annos 1221-1225 historiam explicare, tum maxime quod ex monumentis illius temporis, quae neque multa supersunt neque copiosa, non satis constat quam partem in singulis rebus habuerit Engelbertus. Contra paulo magis immorandum est iis quae adversus nationes exteras tunc acta sunt, utpote de quibus et bene docti simus, et vix non omnino tacuerit Caesarius Heisterbacensis. In quibus tamen, cum alibi iam fuse atque optime sint exposita, ceteris breviter memoratis, ipsius Engelberti consiliis et gestis commemorandis detinebimur.*

praesertim cum Dania,

42. *Primum negotium magni momenti* (9) *tunc ortum est, postquam die 7 maii 1223 Henricus comes Swerinensis dominum suum Waldemarum regem Daniae vi et dolo invasit et captivum in regnum germanicum abduxit. Quae cum aliis, tum etiam Friderico II imperatori mirifica occasio visa est ut illae terrae ultra Eldanam et Albiam Romano attinentes imperio, quas ipse Fridericus anno 1214 Waldemaro, ut eum in suam societatem contra Ottonem IV regem adduceret, in perpetuum tradiderat* (10), *iam, quasi iniuste a Danorum rege occupatae essent, ad imperii potestatem revocarentur* (11). *Quod consilium cum Engelberto maxime probaretur, Northusam cum rege se contulit archiepiscopus; ubi die 24 septembris inter comitem Swerinensem et inter regem Heinricum ac Fridericum imperatorem pactio facta est* (12) *de tradendo in potestatem imperii rege Daniae; quem, si vellet a captivitate absolvi, postea cogerent et pecuniam solvere, et terras restituere* quas imperio abstulisset. *Hanc sponsionem adeo gratam sibi esse manifestavit Engelbertus, ut paulo post amico suo Henrico de Swerin ob multa servitia quae ipsi in partibus Saxoniae exhibuisset, annuatim quindecim carratas vini in feudo concederet* (13). E

quando rex Waldemarus captus erat

43. *Interea Romanus pontifex Honorius III, apud quem de iniuria domino suo facta praelati et principes regni Daniae questi erant, Waldemari regis, utpote qui Romanae ecclesiae censualis esset atque cruce, licet in occulto, signatus, causam suscepit gravesque die 1 novembris ad Engelbertum litteras dedit* (14), *quibus illum laudabat quod* ad liberationem regis hactenus, sicut accepimus, — *male quidem doctus erat pontifex,* — fideliter intendisti (15), *praecipiebat autem ut ad eum reapse liberandum modis quibuscumque niteretur; comi-* F

(1) Cf. WINKELMANN, t. c., p. 370-74. — (2) KNIPPING, n. 373. — (3) Desunt pauca verba in omnibus editionibus. — (4) Semel tamen prorsus aliter egisse Engelbertum, ut, derelicto etiam quodam suffraganeo suo, partibus principis saecularis istum impugnantis adhaereret, certo novimus et vehementer admiramur. Postquam siquidem iam antea, cum de teloneis super Rhenum accipiendis ageretur, cum detrimento Ottonis de Lippia episcopi Traiectensis Engelbertus Gerardo comiti Gelrensi faverat (cf. WINKELMANN, t. c., p. 357-58), bello comitem inter et Ottonem exorto, Gerardo adhaesit cum Walerammo duce Limburgensi et Heinrico comite Seynensi, *quos fere tota milicia Reni sequebatur, maxime de mandato et voluntate, ut fertur, domni Engelberti Coloniensium archiepiscopi; qui licet personaliter non adesset ad inpugnandum suum suffraganeum et eum cui iuramento se astrinxerat, tamen partem comitis, qui filius avunculi sui erat, de die in diem sic per eos quos occulte mittebat adauxit et confortabat, ut episcopus et sui Daventriam confugere cogerentur* (Gesta episcoporum Traiectensium, c. 20, in *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 411, l. 38; cf. WINKELMANN, t. c., p. 399-401; KNIPPING, n. 497). Cuius narrationis fidem adauget id quod alias etiam deprehendimus, Engelbertum cognatis suis plurimum indulsisse atque favisse. — (5) Cf. WINKELMANN, t. c., p. 361. — (6) A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. IV (Leipzig, 1903), p. 771 : " Die Interessen der Kirche waren bei diesem Mann in " guter Hut, von den Interessen des Reichs galt das nicht " in demselben Mass. " — (7) KNIPPING, n. 506. — (8) Ed. LACHMANN, p. 85, v. 1 sqq. — (9) Cf. WINKELMANN, t. c., pp. 418-46, 479-81. — (10) BÖHMER-FICKER, n. 773. — (11) Ibid., n. 1507. — (12) Ibid., n. 3909; KNIPPING, n. 409. — (13) KNIPPING, n. 410. — (14) Ibid., n. 411. Vid. *MG.*, Epist. saec. XIII t. I, p. 166-68, praeter has litteras, alias etiam similes ad episcopos Lubicensem et Werdensem et ad imperatorem Fridericum datas. Cf. BÖHMER-FICKER, nn. 6553, 6554. — (15) Idem affirmare videtur Chronica regia Coloniensis, Cont. IV, ad an. 1223 (ed. WAITZ, p. 253) : *Item ipso anno Heinricus iunior rex Northusinh curiam habuit; ubi ab Engilberto Coloniensi archiepiscopo pro absolutione regis Datie multum laboratum fuit.* Sed qui cum his contulerit

tem

AUCTORE A. P.

tem Swerinensem, si monitis ipsius morem non gereret, et omnes eius in hac iniquitate fautores excommunicaret; dioecesim in qua rex detineretur interdicto subiceret. Neque his litteris, neque illis quas ad episcopos Lubicensem et Werdensem, ad imperatorem Fridericum, ad alios, misit pontifex (1), *impetratum est ut statim liberaretur Waldemarus, sive Engelbertus eas neglexit, sive dominum suum Fridericum interrogandum duxit, quid facto opus esset. Is vero, ne cum detrimento suo augerentur contentiones quas cum Honorio III tunc habebat, a proposito quod Engelbertus Northusae fortiter urserat in tantum recessit, ut, concedente utique pontifice, non iam quidem praecise, sed tamen cum multo lenioribus condicionibus, saltem quod attinet ad restitutionem terrarum imperii, Waldemaro liberationem offerri iuberet. Quae condiciones die 4 iulii 1224, agente cum aliis imperii principibus Herimanno de Salza magistro hospitalis Teutonicorum,* qui ab imperatore in Teutoniam missus fuerat causa reconciliacionis et conposicionis faciende (2), *ab utraque parte sunt probatae et iuramento interposito stabi-* B *litae* (3).

et in potestatem imperii germanici traditus,

44. *Nihilo minus pactio illa praevia ad effectum adducta non est. Cum enim die 6 octobris Bardevicum convenissent cum Waldemaro et Danorum legatis Conradus cardinalis episcopus Portuensis, Engelbertus noster aliique principes imperii, praeter exspectationem illorum* Albertus comes de Ůrlemonde, filius sororis ipsius regis *Waldemari,* et barones Dacie hanc composicionem, *quam nuper fide data acceptarant,* reprobantes et ea que promissa erant cassantes, ascensis navibus cum indignacione recesserunt (4). *Etsi autem Engelbertus cum suis,* infecto negocio, confusi discesserunt (5), *id denique tandem quod factum erat ut Danis damno, ita regno germanico utilitati fuit. Nam anno sequenti, devicto et capto ab Henrico comite Swerinensi Alberto illo, qui eum bello aggressus erat, de pacis condicionibus cum Henrico comite iterum egit rex Waldemarus, ut tandem die 17 novembris 1225 compositio seu pactio fieret, qua Henrico quidem assignarentur pecuniae multae aliaque commoda, imperio autem germanico restitueret Waldemarus non iam ea* C *sola de quibus Fridericus rex consenserat, sed multo maiora illa quae Northusae principes cum Engelberto decreverant* (6). *Vicit ergo non Engelbertus, qui ceterum decem ante dies occisus erat,* D *certe Engelberti consilium* (7).

atque cum Gallia

45. *In altero negotio, quod inter regnum germanicum et vicinas ad occidentem nationes, Galliam et Angliam, vix non eodem tempore gestum est* (8), *multo etiam magis quam in rebus Danicis voluntati imperatoris repugnavit Engelbertus; verum tanto minus res ei e sententia successit. Exorto iterum sub finem mensis iunii 1224 inter Anglos et Francos bello, etsi Fridericus II imperator mense novembri 1223, facto pacto cum rege Francorum Ludovico VIII, promiserat :* De rege Anglie sic erit quod nullam cum eo faciemus confederationem nec cum heredibus suis, nec a nostris fieri permittemus, ubicumque impediendi habeamus potestatem (9), *atque praeceperat, probante Honorio III papa, ut foederis societatem iniret etiam Heinricus VII rex, filius ipsius, cum eodem Ludovico, tam fortiter obstitit gubernator* (10), *ut cum in castrum Vallis Coloris* (*Vaucouleurs*) *se contulisset rex Ludovicus cum consilio suo atque Tullum in vicinam civitatem venisset rex Heinricus cum Engelberto, Conrado legato apostolico et multis imperii principibus,* E *convenientibus in unum die 19 novembris 1224 utriusque regni consiliatoribus, re infecta, ambae partes ad propria redierint* (11).

et Anglia

46. *Qua de re graves querelas cum apud papam, tum apud imperatorem adversus Engelbertum habuit Ludovicus; Engelbertus vero rursus* contra regem Francorum domino papae scripsit per specialem nuncium, ei significans quod noluit permittere ut confoederatio illa fieret, quia haec esset contra ecclesiam Romanam et specialiter contra *regem Angliae,* qui protectione *Romani pontificis* gaudere deberet; et rogavit quod non permitteret ut dicta confoederatio procederet, sed potius partes suas erga imperatorem interponeret, ut confoederatio inter *regem Angliae* et ipsum, de qua aliquando fuit tractatum, consummaretur. Praeterea *Engelbertus...* nuncios ad dominum imperatorem destinaverat, per quos ei significaverat quod nuncios in Angliam transmiserat (12), quorum adventum expectavit, et quod regem Francorum *imperator* non exaudiret nec nunciis suis aliquid responderet, donec de nunciis in Angliam transmissis certitudinem ei nunciasset. F *Neque vero id solum effecit Engelbertus, conivente hac in re legato apostolico Conrado* (13), *ne, quod*

vel ea dumtaxat quae in eadem Chronica leguntur ad an. 1224 (ibid., p. 254): ***Per idem tempus Heinricus rex cum Engilberto Coloniensi archiepiscopo ... pro liberacione regis Dacie et restitucione terre imperii ab eodem iniuste possesse Saxoniam intravit,*** non dubitabit quin *absolutio* in priore loco, *liberacio* in altero non simpliciter de rege e custodia emittendo dicta sint, sed etiam et maxime de condicionibus huius liberationis seu de pacto ineundo. Cf. R. USINGER, ***Deutsch-dänische Geschichte 1189-1207*** (Berlin, 1863), p. 315, annot. 2. Ceterum animadvertisse iuverit locum priorem in uno dumtaxat codice manu prima scriptum esse, in altero deesse, in tertio alia manu esse additum. — (1) Cf. supra, p. 637, annot. 14. — (2) Chron. reg. Colon. ad an. 1224 (ed. WAITZ, p. 254). — (3) KNIPPING, n. 441. — (4) Chron. reg. Colon., l. c. Cf. KNIPPING, nn. 456, 457. — (5) Ibid. — (6) Vid. hanc pactionem seu " formam compositionis facte super liberatione regum Dacie " in ***Meklenburgisches Urkundenbuch,*** t. I (Schwerin, 1863), p. 305-10; P. HASSE, ***Schleswig-Holstein-Lauenbergische Regesten und Urkunden,*** t. I (Hamburg, 1886), p. 190-92. — (7) Quae de hac ultima pactione in Chronica regia Coloniensi leguntur (ed. WAITZ, p. 257) et secundum illam apud FICKER (***Engelbert,*** p. 124), nec vera sunt, neque adversus Henricum Swerinensem aequa. — (8) Cf. WINKELMANN, ***Kaiser Friedrich II,*** t. I, p. 447-64. — (9) BÖHMER-FICKER, n. 1509. — (10) Quae tunc acta sint praesertim novimus ex litteris quas Walterus episcopus Karleolensis, nuntius regis Angliae apud Engelbertum, ad dominum suum mense februario 1225 dedit; quas post alios edidit W. W. SHIRLEY, ***Royal and other historical Letters illustrative of the Reign of Henry III,*** vol. I (London, 1862, inter RERUM BRITANNICARUM MEDII AEVI SCRIPTORES), p. 249-54; cf. KNIPPING, n. 482. Quibus in litteris cum multa tradantur de consiliis Engelberti et de rebus ab eo gestis ex ipsius ore accepta, documentum lectu dignum in appendice ad Vitam denuo edendum duximus. — (11) Vid. Walterum Karleolensem. Cf. etiam Chronica Albrici monachi Trium Fontium ad an. 1224 (***MG.***, Scr. t. XXIII, p. 914); Chronicon Sancti Martini Turonense ad an. 1224 (ibid., t. XXVI, p. 470); KNIPPING, n. 463. — (12) Iam ante mensem iulium anni 1223 illum ad regem Angliae legatos misisse certo novimus (cf. KNIPPING, n. 442). De aliis eiusdem, ut videtur, nuntiis cf. WINKELMANN, t. c., p. 447-48. — (13) Ita Roma scribunt die 22 decembris 1224 Galfridus de Craucumb et Stephanus de Lucy nuntii regis Angliae (apud SHIRLEY, t. c., p. 242): ***Die iovis proxima in sero recepit papa literas Portuensis episcopi, legati Alemanniae, quod idem Portuensis tractatum habitum inter reges Alemanniae et Franciae super matrimonio de quo scitis impedivit.***

cupiebat

sapientius quam felicius

cupiebat Ludovicus VIII, Heinricus rex puellam regiam de gente Francorum uxorem duceret, sed omni ope laboravit (1) *ut et Heinricus VII cum sorore regis Anglorum, et idem rex cum filia Leopoldi ducis Austriae Margarita in matrimonio iungerentur. Verum in extremo actu ceciderunt rex Anglorum et archiepiscopus atque, iubente Friderico imperatore, recusatis etiam cum Agnete filia Ottacari regis Bohemiae et cum filia Andreae II regis Ungariae nuptiis, ipsa Margarita filia Leopoldi ducis Heinrico VII regi uxor petita est et desponsa. Quamvis autem illam et conubii et foederis societatem, quam regnum germanicum inter et regem Angliae expetierat gubernator, prorsus repudiaret Fridericus, ipsum tamen Engelbertum adeo non improbavit, ut eodem tempore, forsan ut eum de accepta repulsa solaretur, praedium illi ecclesiaeque Coloniensi dono daret,* attendentes fidem puram et devotionem laudabilem necnon et grata valde et accepta servitia, que Engelbertus venerabilis Coloniensis archiepiscopus, dilectus princeps noster, nobis et imperio exhibuit iugiter et exhibet incessanter (2).

egisse videtur.

47. *Neque admirandum est cur gubernator imperii in Germania tam vehementer imperatoris consiliis obstiterit. Ut enim imperatores de stirpe Suevica Francorum regum amicitiam fere colebant, ita Colonienses archiepiscopi, et qui ante Engelbertum et qui post eum fuerunt, regibus Angliae, qui partibus Welforum favebant, saepe multumque adhaesisse nemo nescit. Quod autem in re praesenti Henrico III regi operam navavit Engelbertus, ideo factum esse videtur tum quod, ut erat archiepiscopus Coloniensis, intellegebat civitatis suae, utpote commercio et negotiationibus florentis, maxime interesse ut pacem societatemque cum vicina Anglia foveret, tum etiam quod, ut erat imperii gubernator, timebat ne rex Franciae, devictis Anglis et eorum gallicis terris occupatis potentior in dies factus, aliquid contra vicinum regnum germanicum moliretur. Quod periculum non adeo curabat imperator, ut qui longe abesset et suis potissimum utilitatibus consuleret. Etsi autem doluit Engelbertus quod negotium ex sententia non perfecisset, rem tamen tulit, gubernatoris munera gerere non destitit* (3) *et ad nuptias regis Heinrici cum Margarita Austriaca, quae mense novem-* C *bri Norimbergae celebrandae erant, interesse constituerat* (4); *a quo consilio exsequendo cruenta morte est prohibitus.*

Quomodo adversus Ps.-Balduinum, quem dicunt, comitem Flandriae, se gesserit,

48. *Quae modo paucis exposuimus, etsi de singulis rebus plura et luculentiora non semel desideravimus, generatim tamen ex monumentis, quae supersunt, recte perspicere possumus. Aliquid autem quod his temporibus accidit, magis est impeditum. Cum enim haec agerentur, mense iunio anni 1225 Coloniam venit homo ille qui se Balduinum comitem Flandriae atque imperatorem Constantinopolitanum dicebat; quem rex Angliae Henricus et Henricus dux Brabantiae verum Balduinum esse aestimabant atque adiuvabant, rex autem Franciae Ludovicus erat aspernatus. Is igitur, si Chronicae regiae Coloniensi fides est* (5), detecta eius fallacia a rege (*Franciae*), parte tamen suorum sibi adherente, proficiscitur versus Coloniam, dicens se auxilium querere ab Engilberto episcopo, qui tunc regni Teutonici gubernacula tenebat. Ubi se furtim subtrahens a suorum consorcio, solivagus aufugit, archiepiscopo numquam viso. *Aliter Albertus Stadensis* (6), *qui in ceteris res non male novisse videtur* : Postea venit Coloniam ad Engelbertum archiepiscopum, auxilium rogaturus. Sed Leodiensis episcopus, qui hominis scivit differentiam, videlicet utrum comes esset necne, graviter eum et saepius suis litteris infestaverat, truncanum eum et ribaldum appellans... Rogavit ergo (*homo ille*) archiepiscopum, ut Leodiensem vocaret. Vocatus venit, missam de concilio celebravit. Ante perceptionem corporis et sanguinis Domini accessit ad eum archiepiscopus, a viro provocatus, et sic dixit : " Adiuro te, frater episcope, per „ misterium corporis et sanguinis Iesu Christi, „ quod percepturus es in continenti, si veritatem „ dixeris ad salvationem, si mendacium ad dam- „ pnationem, ut dicas michi quis ille sit quem tu „ dicis truncanum et ribaldum in Flandria E „ advenisse, et qui se ipsum comitem nominat et „ Baldewinum. „ Episcopus stupefactus respondit : " Comes Flandriae Baldewinus est. „ Tunc archiepiscopus viro consuluit ut Romam iret, querimoniam ad papam deferret, promittens ei quod, si in pace rediret, eum procul dubio adiuvaret. Proficiscitur multorum testimonia praelatorum Flandriae secum deferens et baronum. *Certe illud* archiepiscopo numquam viso *suspicionem quandam movet, tamquam quod a Coloniensi scriptore dictum sit in defensionem archiepiscopi sui, postquam homo iste captus et in patibulum sublatus misere perierat* (7). *Quicquid id est, etiamsi Albertum Stadensem vera rettulisse aestimamus, certum tamen est, ipso Alberto innuente, Engelberto hominem suspectum fuisse, ut valde parce et modice ei faveret, quamvis potuisset, si statim atque magno studio ab illo stetisset, gravissimum regi Franciae facessere negotium atque causam amici sui regis Angliae utilissime promovere. Verum ne curavit quidem ut miser ille itinere solito eoque tuto secundum Rhenum Romam contenderet, sivitque eum Colonia abeuntem per Campaniam et Burgundiam gallicam magno cum ipsius periculo transire; ubi revera agnitus est et comprehensus.* F

AUCTORE A. P.

non omnino liquet.

§ V. De nece seu martyrio Engelberti.

De nece Engelberti non solum Caesarius in illius Vita,

49. *Etsi nefandum illud parricidium tam ample tamque graviter Caesarius enarravit, ut nihil addi posse videatur, non abs re tamen erit hic breviores quasdam narrationes exhibere quae apud scriptores aequales leguntur. Et primo quidem ipse Caesarius, cum in illum locum Evangelii :* Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, et incidit in latrones *et q. s.* (*Luc. 10, 30 sqq.*) *homiliam componeret, non tam a proposito digressus quam illud exemplo quodam confirmaturus, ita peroravit*(8):

(1) Vid. Walteri epistulam. Cf. etiam KNIPPING, nn. 488, 492, 512, 520. — (2) KNIPPING, n. 506; quae iam attulimus supra, num. 40 — (3) Engelbertum ante mortem ab officio illo recessisse et Leopoldum ducem Austriae pro eo gubernatorem factum esse, quod olim coniecerat Winkelmann, ipse postea recte negavit, t. c., p. 464, annot. 3. — (4) Vita, l. II, c. 5. — (5) Cont. IV, ad an. 1225 (ed. WAITZ, p. 255). — (6) Annales, ad an. 1224 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 358). —

(7) Quod in confirmationem huius sententiae addit Winkelmann (t. c., p. 406, annot. 1) nullo certo testimonio probari hoc circiter tempore Engelbertum Coloniae versatum esse, id verum non est. Cf. KNIPPING, n. 494. — (8) I. A. COPPENSTEIN, *Homiliae festivae venerabilis Fr. Caesarii Heisterbacensis* (Coloniae, 1615 = *Fasciculus moralitatis ...*, pars III), p. 90-91.

Sed

AUCTORE A. P. *sed idem etiam in homilia rettulit,*

Sed dum ista scribimus, materiam nobis scribendi auget, heu! miserabilis casus archipraesulis nostri Engelberti. Ipse enim incidit in latrones, immo latronibus universis crudeliores, utpote sanguine proximos et plurimis beneficiis sibi obligatos; a quibus inopinate, insidiose et sine omni misericordia trucidabatur. Qui cum, plagis impositis, abissent, semivivo relicto, illeque verba contritionis et precum fudisset ad Dominum, intelligentes quod adhuc viveret, quod de latronibus evangelicis non legitur, statim reversi gladiis atque cultellis eum detruncantes atque perfodientes supremum in eo spiritum extinxerunt. Cuius vestimenta necnon et calciamenta extrahentes cum reliquis eius spoliis inter se diviserunt. Videntes haec clerici eius, inter quos erant sacerdotes et levitae, relicto eo, cum essent secus viam, fugierunt. Henricus vero cellerarius in Hemmenrode, misericordia motus, cum alio quodam eius eleemosynario exemplo pii Samaritani accedentes propius, super currum foetidum nobilissimum principem, imo principum caput et regni Romani tutorem posuerunt, curam cadaveris agentes, donec ad locum in quo eius exequiae parabantur devenirent. Et forte, sicut plures opinantur, Deus voluit delere culpam descensionis eius ab Hierusalem in Iericho. Per Hierusalem, in quo templum erat et religio, negotia designantur spiritualia; per Iericho mundana atque saecularia. Cum episcopus esset et dux, minus illis intendebat et ad ista nimis descendebat, ita ut quidam monachorum nostrorum illi diceret: " Domine, vos estis bonus dux, sed non bonus " episcopus. " Atque quia pro honore et defensione ecclesiarum occisus est, sicut iam Deus per varias revelationes incepit ostendere, misericordiam, quam homo de quo supra dictum est consecutus est a Sameritano in corpore, hic in anima consecutus est a Christo, cui cum Patre... Amen. *Quae pauco tempore post rem gestam scripta videntur, ut suadent tum prima sententia, tum verba illa :* sicut iam Deus ... incepit ostendere. *Cum autem homilia illa dicenda esset dominica XIV post pentecosten, quae anno 1226 erat dies 13 septembris, atque nonnisi die 20 septembris Caesario iusserit Heinricus archiepiscopus ut Vitam Engelberti componeret, haud scio an haec sit prima veluti adumbratio egregiae narrationis quam in libro II pius monachus mox erat conscripturus.*

ac praeterea Emo abbas Werumensis in chronica

50. *Multo uberior atque magni momenti est narratio Emonis abbatis Floridi Orti seu Werumensis, Ord. Praem. († 1237); qui cum paulo post caedem Engelberti sub initio anni 1226 cum Theoderico episcopo Monasteriensi, qui huius sceleris particeps arguebatur, Leodium profectus esset atque ea quae ibi in concilio acta et dicta essent praesens vidisset et audisset, domum redux res nuper gestas, ut solebat* (1), *sibi annotasse videtur; quae in chronica sua postmodum inseruit scriptor summae fidei. Sunt autem haec* (2) : Eodem anno cum multiplex fieret querela coram papa Honorio tercio contra exactiones advocatorum, quas extorserunt a religiosis domibus precipue monalium inverecunde, abbatissa Asindensis (3) super causa simili Engelbertum archiepiscopum optinuit delegatum contra Fretherícum cognatum suum, fratrem episcoporum Monasteriensis et Osnaburgensis. Prefatus pontifex tunc temporis summus fuit et fidelissimus in causis ecclesiasticis. Qui commonitum habuit patruelem suum Frethericum comitem Ysenbergensem, promittens se velle ipsum de rebus patrimonii sui ditare, ne eidem plus iusto parceret; sed ille non acquievit. Accidit igitur quod pro causa imperii prefatus pontifex Sosaciam perrexit et in via dictum comitem obvium habuit. Qui minando ne eum iure suo, scilicet advocatie, privaret, torva facie et animo furioso et lingua pulsavit (4). At ille equanimiter toleravit et ceptum iter, illo dimisso, peregit. Iam tunc multi comites, ut fama fuit, in mortem eius conspiraverant (5). Cunque ad prefatum oppidum venisset et illic patrueles sui, videlicet episcopi Monasteriensis et Osnaburgensis affuissent, affuit frater eorum sicut Satan. Sed cum archiepiscopus milites ad hospicium premisisset, ut cum paucis commodius rediret, adiuncto sibi comite de Termonia, dictus Frethericus, dispositis in nemore insidiis, cum aliquot servis episcopi Monasteriensis, ut fama fuit, clam insecutus est. Cunque dictus episcopus nemus quoddam perambularet, servi ante et post ipsum de latebris prosilierunt et accurrentes trahebant et tenebant iumentum. At ille veniens post tergum clamabat ut sibi soli servaretur, et accurrens percussit tremendum caput tribus ictibus, deinde cetera membra (6), donec humi cecidit, multis de comitatu suo nescientibus et aliis fugientibus, preter comitem Termonie, qui se super moriturum, sed frustra, totum expandit (7). Accidit, ut dicitur, sexta feria, die beati Wilibrordi. Postmodum corpus eius ad abbatiam Montis Veteris (8) primo deductum est, deinde Coloniam. Illis diebus domnus Conradus cardinalis, episcopus Portuensis et Sancte Rufine, cum Teutoniam visitaret, ad instantiam episcoporum et omnium prelatorum ecclesie, nec non illustris Heinrici filii Fretherici, celebrare constituit concilium in civitate Maguntia, in quo priores ecclesie Coloniensis pilleum suum primo ter gladio incisum et sanguine respersum, deinde camisiam cum wambicio quasi recenter tincto, eiulantes et cantantes : *Videns Iacob vestimenta* etc., inferebant, et ipse cardinalis flens cum omni multitudine subiunxit : *Fera pessima* etc. Deinde a ministerialibus ecclesiae Coloniensis accusati sunt principaliter episcopus Monasteriensis et fratres et comites multi. Monasteriensis autem, quasi more impaciens, diem et locum peciit ad se de obiectis expurgandum. Prefixus est igitur ei dies purificationis beate Virginis et pro loco civitas Leodiensis. Interim collegit expensam et invitavit priores ecclesie cathedralis nec non et priores tocius episcopatus, videlicet abbates, prepositos, priores et decanos. Invitavit quoque episcopos Bremensem, Verdensem, Mindensem, Traiecten-

(1) Cf. *MG.*, Scr. t. XXIII, p. 456, l. 3 sqq. — (2) Ibid., p. 509-11. — (3) Essen. *Asnidensis* scripsit editor, codicem deteriorem secutus. — (4) (*Accidit... pulsavit*) Id solus Emo tradit. Haec et pauca quaedam alia, in quibus discrepant Caesarius, Emo et Chronica regia, diligenter annotamus. Cum autem iidem scriptores in omnibus rebus alicuius momenti prorsus inter se consentiant, nemo non videt his varietatibus eorum auctoritatem, ad summam rei quod attinet, minime infringi, immo potius augeri, cum his ostendatur singulos res, ut audierant, non ut apud alterutrum ex aliis duobus legerant, rettulisse. — (5) Cf. infra, p. 642, annot. 7. — (6) Docet Caesarius (l. II, c. 7) archiepiscopum iubente quidem atque haud procul astante Friderico, non tamen ab eo esse percussum. — (7) Id non habet Caesarius (l. c.), qui tamen narrat Conradum comitem de Tremonia, gladio extracto, ei se obiecisse qui archiepiscopum primo aggrediebatur, atque duo vulnera accepisse. — (8) Altenberg.

A sem, et occurrit in comitatum suum Mindensis cum fratre suo Osnaburgensi. Aderant etiam abbates Frisie: Sancti Bernardi (1), Floridi Orti (2) et de Rottum. Et profecta est omnis multitudo septimo kalendas februarii, proxima feria post conversionem beati Pauli. Et solutum est gelu forte; et cum tenderent versus austrum, euronothus et affricus flatibus et imbribus valde homines et iumenta fatigarunt. Primo igitur die fessi venerunt ad Lippiam, secundo Duzburch, tercio Nussiam, quarto Ruram, quinto Aquisgrani, sexto, videlicet in purificationis vigilia, Leodium. Die igitur dominico (3), mane facto, in equis pompatice ibant ad ecclesiam Beati Lamberti cathedralem et, expectantibus episcopis et omnibus, post horam prime venit vicarius quidam et officium misse cepit legere sine cantu. Ecclesia nanque Coloniensis pro signo mesticiae sollemnitatem cantandi prohibuerat, donec ultio fieret condigna pro scelere, et totus ubique clerus quasi in triduo ante pascha in habitu lugubri et voce submissa horas reddedat. Cardinalis interim, misso episcopo Hildesemense, perquisivit si placeret domnis
B episcopis differri causam in feriam sequentem, et placuit. Aderant ibi, ut fama fuit, episcopi novem, comites plurimi et multitudo infinita. Die sequenti post missam ascenderunt episcopi cum comitatu suo aulam episcopalem, in medium videlicet cenaculum, et moram fecit cardinalis, et fluctuabat plebs avida novitatis et implebat domum. Episcopi quoque plurimi expectabant; sed pro signo cunei episcopalis cathedra pontificalis super capita manu ferebatur. Accessit tandem cardinalis et semel et secundo data indulgentia urgebat populum descendere, et descendit paulatim. Tandem placuit excommunicare remanentes et in negotio illo alienos; et tunc timentes dederunt locum. Et facto silentio, post prelibationem paucorum verborum domni cardinalis surrexit scolasticus Osnaburgensis Olricus et pulchre peroravit pro electo ecclesiae suae captando benivolentiam, elidendo malam presumptionem, exibendo contra confictionem inimicorum iustam satisfactionem. Surrexerunt et ministeriales Coloniensis ecclesie et comes Gelrensis contra Monasteriensem, econtra ministeriales Monasteriensis pro Monasteriensi; et,
C facto tumultu, dilata est causa. Die vero proxima finxit se cardinalis iturum extra civitatem, et recessit populus de aula et clerus. Sed clam rediens cum episcopis introivit et, clausa ianua, dedit audientiam, et adiudicata est eis expurgatio per episcopos. Et subtraxerunt se episcopi et territi defecerunt, et subsecuta est ab officio suspensio et beneficio; et appositi sunt pro custodia spiritualium et temporalium diocesis Monasteriensis episcopus Patherburgensis et comes Gelrensis. Septimo igitur marcii profecti sunt Romam, et pridie kalendas iunii innotuit rumor depositionis eorum, videlicet Monasteriensis episcopi et Osnaburgensis electi, fratris sui. Monasteriensis autem post breve defunctus est, et frater gratiam domni papae invenit (4). AUCTORE A. P.

51. *Neque neglegenda sunt quae anno 1238 narravit monachus Sancti Pantaleonis Coloniensis qui Chronicam regiam patriae suae continuavit. Etsi enim haec non ita copiosa sunt, quia tamen Vitam a Caesario editam vel non legerat scriptor, vel certe tum hoc loco tum etiam aliis quaedam sibi bene nota addidit, quae in ea non sunt tradita, illius etiam testimonium est audiendum. Ita ille ad an. 1225* (5) : Item ipso anno septimo idus novembris Engilbertus venerabilis Coloniensis ecclesie archiepiscopus, pater nostre patrie et decus Theutonie, heu! a comite de Isenberg, cognato ipsius, miserabiliter trucidatur. Siquidem iam dictus comes regalem ecclesiam in Esende, cuius idem advocatus erat, violenta oppressione lacerabat, homines dicte ecclesie durissimis angariis et parangariis affligendo. Quem cum ab hac iniuria prohiberet archiepiscopus, qui tunc Teutonici regni tutelam gerebat, comes non ferens frenum sue tyrannidis, mortem archiepiscopi machinatur, ad hoc eciam, ut dicitur, a multis E nobilibus, quorum superbiam fortissimus presul contriverat, animatus. Denique dominum archiepiscopum redeuntem versus Coloniam a Sosacia, oppido Westfalie, comitatur infelici grassatione, habens secum viginti quinque scutarios ad tantum scelus expeditos, nil tale suspicantem, quia huiusmodi suspicionem et ingenita audacia et naturale fedus consanguinitatis ab archiepiscopo removebat, licet ante paucos dies per quasdam litteras sibi transmissas fuerit premunitus. Itaque arrepto loco et tempore oportuno, non longe a villa que Suelme nominatur presulem idem comes cum quibusdam suis consiliariis, cruentis carnificibus, latere eius perfosso, sceleratos sicarios in mortem ipsius exhortatur; qui in eum irruentes gladiis et pugionibus, triginta octo plagis ipsum confodiunt (6). Hoc facto, recipit se comes cum suis in castrum Isenberg. Iacet nobile corpus desertum ab omnibus; nam tota familia conterrita tam inopinato scelere aufugerat, excepto parvo servulo, qui solus cadaver domini custodivit (7). Nocte adveniente, duo indigene in biga corpus deferunt (8) reponendo in ecclesia F Suelme, quam ipse sequenti dominica erat consecraturus; quam ob rem et ea die qua occisus est confessionem de peccatis suis fecerat. Postera die ducitur ad cenobium Bergense, ubi a fratribus loci corpus cum ingenti fletu receptum, aromatibus conditum et luctuosis vigiliis, addita psalmorum melodia, est custoditum; ubi quidam fratrum testantur se angelicas voces audisse. Quidam eciam frater eundem eadem hora sibi in sompnis apparentem vidit et dicentem se pro iusticia triumphalem martirii lauream meruisse. Intestina eius ibidem subterrata sunt. In vigilia Martini preciosum corpus Coloniam adducitur;

et monachus S. Pantaleonis in Chronica regia Coloniensi continuata.

(1) Alias Aduard. — (2) Erat is ipse Emo qui haec narrat. — (3) " Ipsa vigilia purificationis hoc anno (1226) incidit in diem dominicum; intellegit sane auctor diem festum. " WEILAND. — (4) Nondum anno elapso postquam ab administratione ecclesiae Osnabrugensis amotus erat Engelbertus, congruos proventus ei assignandos curavit Honorius III die 11 ianuarii 1227 (POTTHAST, n. 7644; RODENBERG, in *MG.*, Epist. saec. XIII t. I, p. 254-55). Quin etiam ab anno 1239 usque ad mortem († 1250) iterum factus est eiusdem sedis episcopus. — (5) Ed. WAITZ, p. 255-57. — (6) Quadraginta septem vulnera in martyris corpore numerata esse narrat CAESARIUS, l. II, c. 8; quadraginta octo codex unus Gestorum Treverorum (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 400, l. 7; quadraginta septem ceteri codices); triginta septem REINERUS LEODIENSIS in Annalibus (ibid., t. XVI, p. 679, l. 43); triginta tria Annales S. Rudberti Salisburgensis (ibid., t. IX, p. 783, l. 19) et qui eos exscripsit HERMANNUS ALTAHENSIS in Annalibus (ibid., t. XVII, p. 387, l. 52); triginta duo Gotifredi Viterbiensis continuatio Fusniacensis (ibid., t. XXII, p. 343, l. 33). — (7) Id alibi non est narratum. — (8) Immo, teste Caesario (l. II, c. 7), id fecerunt Henricus cellerarius de Hemmerode, Leonius miles et quidam elemosynarius.

ubi

AUCTORE A. P.

ubi cum inenarrabili fletu et eiulatu a clero et populo est receptum et in ecclesia Beati Petri depositum; ubi eidem gloriosa tumba est erecta, crebrescentibus ad tumbam eius cotidie miraculis et virtutibus, nonnullis egris ibi optatam recipientibus sanitatem. Constanter enim speratur ipsum martirii premia meruisse, quia equissimus iudex et strennuus patrie et ecclesiarum Dei defensor fuit et pro earum occubuit defensione. Inter cetera eciam eius laudabilia gesta et pacem firmissimam elaboravit. Castrum Turunh super Mosellam situm, latibulum predonum, ad maximum commodum ecclesiarum et patrie comparavit et ecclesie Coloniensi reliquit possidendum. Cuius morte audita, Heinricus comes de Scuirinh promissum in resignacione regis Dacie cassat, et mediante conposicione et acceptis obsidibus et copiosa pecunia, regem absolvit et absolutum permittit ad propria remeare(1). Postea decimo septimo kalendas decembris Heinricus prepositus Bunnensis, nacione de Mulnarken, preficitur sedi viduate; qui statim post eleccionem in vindictam necis sui piissimi predecessoris coram prioribus prestitit iusiurandum. Nec longa mora intervenit, cum ad mandatum eiusdem electi a vassallis Coloniensis eclesie castrum Isenberg obsessum in dedicionem acceptum est et solo coequatum. Idem accidit de alio castro eiusdem comitis, quod dicitur Novus-pons (2). In natali Domini sequente Cunradus Portuensis episcopus, apostolice sedis legatus, advenit Coloniam; qui terribili anathemate nefandum Fridericum et suos complices prophanavit.

De eadem graviter meminit

52. *Cetera quae de caede sancti nostri in plurimis aliis annalibus et chronicis leguntur testimonia* (3), *quia et brevissima sunt et vix aliquid notatu dignum perhibent* (4), *satis erit semel commemorasse, ut ostendatur nefarium illud facinus plurimorum ubique animos commovisse. Non praetereundus tamen est praeclarus ille Waltherus cantor de Vogelweide, qui, ut viventem Engelbertum summis laudibus celebrarat, ita occisum planxit atque in interfectores atrociter est exsecratus* (5):

Waltherus cantor de Vogelweide.

Swes leben ich lobe, des tôt den wil ich iemer [klagen.
sô wê im der den werden fürsten habe erslagen
von Kölne! owê des daz in diu erde mac getragen!
ine kan im nâch sîner schulde keine marter [vinden:
im waere alze senfte ein eichîn wit umb sînen [kragen,
in wil sîn ouch nicht brennen noch zerliden [noch schinden
noch mit dem rade zerbrechen noch ouch dar [ûf binden:
ich warte allez ob diu helle in lebende welle [slinden.

Occisus est Engelbertus quod viros potentes,

53. *Consentiunt scriptores antiqui omnes, qui causam crudelis facinoris tradiderunt* (6), *ideo occisum esse a Friderico consanguineo suo Engelbertum quod, cum ille abbatiam Essendensem, cuius advocatus erat, immaniter vexaret, archiepiscopus, postquam multa et forsan nimia patientia id tulerat, neque monitis, minis vel etiam promissis quicquam profecerat, tandem contumacem comitem advocatia illa privare decrevit. Non tamen haec una causa fuit sed, ut ita dicam, proxima quaedam occasio; neque forsan, etiam ut erat natura ferox et vehemens, eo devenisset Fridericus ut tantum scelus admitteret, nisi plurimorum virorum potentium utriusque ducatus Coloniae et Westphaliae exasperatis animis* (7) *impulsus et quasi fretus esset, qui moleste ferebant se forti praesulis regimine coerceri.*

nominatim advocatos ecclesiarum, a vi et iniuria compescebat,

54. *Inter haec autem, in quibus vis illorum atque iniuria propulsanda fuerat, non ultimum locum obtinebant ecclesiarum et monasteriorum, quae dicuntur, advocatiae. Engelbertus igitur, qui sub ipso initio sui pontificatus aperte et verissime pronuntiaverat :* Advocatorum opera vel onera temporibus nostris quam perniciosa sint omnibus ecclesiis experimento didicimus et luce clarius patet lippis et tonsoribus (8), *nihil neglexit ut huic malo mederetur, atque etiam non paucas huiusmodi advocatias viris nobilibus seu potius tyrannis ereptas, alias monasteriis, alias sibi sedique Coloniensi ascivit vel confirmavit* (9). *Iam vero, quod recte monuit Ficker* (10), *ut ecclesiarum monasteriorumque plurimum intererat tutorem habere qui ceteris principibus et viris nobilibus illarum partium potentia multum praestaret atque, ut erat archiepiscopus, rerum eccle-*

(1) Haec non vere aestimasse scriptorem monuimus supra, p. 638, annot. 7. — (2) Nienbrügge prope Hamm. Cf. FICKER, *Engelbert*, p. 270. — (3) Cf. KNIPPING, n. 569. — (4) Pauca quaedam dumtaxat, ubi usus erit, inter annotationes ad Vitam proferemus. — (5) Ed. LACHMANN, p. 85, l. 9 sqq. — (6) Caesarius in Vita, Emo in Chronico, Chronica regia Coloniensis; etiam Albricus monachus Trium Fontium (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 917, l. 1) docet id factum esse quia Engelbertus Fridericum *amovebat ab advocatia nobilis abbatie dicte Essendie ... quam, cum defendere debuisset, destruebat* (intellege *amovere volebat*, non *amoverat*). Neglegi potest Chronica Sancti Martini Turonensis, cuius auctor longe positus res non bene novit, ut qui scribat (*MG.*, Scr. t. XXVI, p. 471, l. 29) : *Per idem tempus occisus est Corradus archiepiscopus Coloniensis a quodam nobili nepote suo, eo quod eum excommunicatum pro manifesta iniustitia nolebat absolvere, nisi prius satisfaceret de commisso....* Ab omni autem viro honesto explodendus est improbus ille Rautert, qui anno 1818 in poemate *Die Legende von Isenberge* ita impudenter mentiri ausus est, ut fingeret Engelbertum occisum esse quod sororem Friderici corrupisset. Iudices tamen inventi sunt qui, etsi pronuntiarant ea quae miser iste scripsisset et falsa esse et indecora, eum absolverent, eos autem condemnarent qui calumniatori fortiter et acriter pro merito responderant. De qua inhonesta re cf. *Literaturzeitung für katholische Religionslehrer*, mense februario 1819, mense iulio 1820; FICKER, *Engelbert*, p. 259-61. — (7) Cf. Vita, l. II, c. 1: *Feruntur huic conspiracioni consensisse nonnulli potentes, quos fama quidem non tacet, sed propter tempus nominare non licet;* EMO, l. c. : *Iam tunc multi comites, ut fama fuit, in mortem eius conspiraverant;* Chron. reg. Colon., Cont. IV, ad an. 1225 (ed. WAITZ, p. 256) : *comes non ferens frenum sue tyrannidis mortem archiepiscopi machinatur, ab hoc eciam, ut dicitur, a multis nobilibus, quorum superbiam fortissimus presul contriverat, animatus.* Quibus ultimis verbis res, ut reapse gestae sunt, verius exponi crediderim, atque eatenus facta esse videtur conspiratio seu coniuratio, ut nonnulli certiores facti de facinore quod meditabatur Fridericus, eum ad illud verbis in Engelbertum contumeliosis, spe defensionis et tutelae atque vel sola ira sua impulerint. Cf. WINKELMANN, t. c., p. 467. Egregie cum his consonant ea quae ad an. 1226 tradit Albricus monachus Trium Fontium (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 917) : *In crastino purificationis domnus cardinalis et legatus apud Leodium habuit concilium contra Monasteriensem episcopum et Osnaburgensem electum, qui erant fratres Frederici interfectoris archiepiscopi. Ibi probatum est contra eos quod fratrem iam ubique excommunicatum de substantia sua et de militibus suis iuvissent contra ecclesiam et contra imperium, et quod unus eorum dixisset fratri quoddam verbum unde magis commovit eum in necem archiepiscopi. Quid multa, suspensi ab officiis, episcopus autem etiam a beneficiis, Romam ire conpulsi, depositi sunt et alii in loco eorum instituti.* — (8) KNIPPING, n. 149. — (9) Ibid., nn. 148, 149, 219, 330, 398, 399, 400; cf. 526. — (10) *Engelbert*, p. 147. Quae non animadvertisse videtur KNIPPING, n. 511.

siasticarum

ut vere dicatur pro iustitia mortem oppetiisse.

siasticarum curam praecipuam esset acturus, ita minime inutile erat Engelberto ut iura advocatiae, quae ipsi uti duci competebant, multiplicatis clientibus augerentur. Ut ergo Essendensis abbatiae patrocinium contra Fridericum susciperet, multis rationibus movebatur : iustitiae studio, misericordia in afflictos, mandatis Romani pontificis atque imperatoris (1), *proprio etiam commodo. Ultimam autem causam multum apud Engelbertum in re praesenti valuisse veri est prorsus dissimile, neque est cur a narratione et sententia Caesarii recedamus* (2), *qui docet Engelbertum, postquam diu cunctatus esset et Friderico comiti moniales vexanti nimio tempore pepercisset, tandem aliquando precibus monialium ac praeceptis papae et imperatoris adductum, fortius ac severius agere coepisse atque tali modo, quod pro iustitia staret, esse occisum.*

§ VI. De cultu S. Engelberti.

Continuo a viris praecipuis veluti martyr celebratus,

55. *Haec quidem fuit sententia Henrici archiepiscopi, qui non solum curam egit ut Caesarius Engelbertum* pro iustitia passum (3), pro iustitia innocenter occisum (4) *praedicaret et vere martyrem fuisse ostenderet, sed ipse eadem pronuntiavit in litteris quibus ad sepulcrum decessoris sui lampadem perpetuo ardentem apponi anno 1229 constituit* (5) : Henricus... Sicut mirabilis Deus olim se in sanctis suis ostendit mirabilem, ita nostris temporibus antiqua taliter signa innovat et immutat mirabilia ad tumbam domini Engelberti venerabilis predecessoris nostri, ut certissime credi debeat ipsum, qui pro iusticia passus est, cum martiribus iam gloria et honore coronatum lucem inhabitare inaccessibilem cum vera luce que illuminat omnem hominem in hunc mundum venientem. *Neque minoribus laudibus Engelbertum ornaverat Conradus Portuensis episcopus, legatus apostolicus* (6); *qui, mense post cruentam necem vix elapso, cum concilium praesulum in adventu Domini Moguntiae congregatum esset,* super nece presulis valde consternatus, in sermone suo multis eum preconiis extulit, martirem eum predicans (7).

diu tamen

56. *Quamvis autem similia alii proferrent, v. gr. Conradus Coloniensis archiepiscopus an. 1240* (8) : conventus de Gyevilberg... ubi predecessor noster Engilbertus felicis recordacionis pro iusticia gladiis impiorum occubuit, pro cuius meritis Dominus multa dignatus est operari miracula, *alii etiam* vestimentorum et sanguinis domini archiepiscopi pie memorie particulam *sibi donari optarent* (9), *non tamen eo deventum est ut Engelbertus rato et legitimo cultu honoraretur. Neque enim festum illius, neque etiam commemoratio in ullo libro liturgico* (10), *in ullo martyrologio vel kalendario antiquo praescripta vel nuntiata inveniuntur. Quod* altare episcopi Engelberti — *ceterum omissa sancti vel beati appellatione — in libro memoriarum ecclesiae maioris Coloniensis inter annos 1226-1238 nominatum est* (11), *hic dicendi modus est non valde accuratus, sed minime insolens; altare siquidem illud S. Catharinae erat dicatum, exstabat autem in sacello eiusdem sanctae, in quo sepulcrum Engelberti exstruxerant* (12). *Non omittendum tamen est in eodem sacello, teste Gelenio* (13), " *effigiem* „ *S. Engelberti in altari a pictoribus esse expres-* „ *sam atque in pariete martyrii historiam depi-* „ *ctam, quin et tabulam miracula eius repraesen-* „ *tantem. Quid quod id ipsum in medio sacello* „ *quadrarium testabatur mausoleum ferreis cir-* „ *cumdatum clathris ac tres circiter in cubitos* „ *humo assurgens, cuius supremo marmori uncia-* „ *libus literis incisa proponitur haec inscriptio :* „ BEATVS ENGELBERTVS ARCHIEPISCOPVS COLO" NIENSIS. „ *Quo tamen tempore et hoc epigramma incisum, et picturae factae, incertum; neque harum neque illius vel vestigium hodie superest.*

Auctore A. P. cultu ecclesiastico caruit,

et licet sanctus diceretur,

57. *Primus nomen Engelberti in martyrologium invexisse videtur* (14) *Hermannus Grevenus, monachus Cartusiae Coloniensis, vel quisquis ex eiusdem Cartusiae sociis martyrologium Usuardi* „ *cum additionibus ex diversis martyrologiis collectis atque de novo adiectis* „ *Coloniae anno 1515 edidit :* Ipso die sancte memorie Engelberti archiepiscopi Agrippinensis Colonie et martyris, qui ob defensionem oppressorum ab impiis innocenter occisus feliciter occubuit anno gratie 1225 (15). *Ex quo libro transiit in editionem eiusdem Usuardi a Molano procuratam, in alia*

(1) Cf. Vita, l. II, c. 1, et EMO, l. c. Hae litterae nobis servatae non sunt; sed vid. alias graves epistulas Honorii III ad Engelbertum et eius suffraganeos, KNIPPING, nn. 312, 313, 315. — (2) Censet quidem R. Knipping v. cl. (n. 511) Caesarium, utpote virum ecclesiasticum, non recte iudicasse, ubi aestimare videtur Engelbertum non suam, sed solam abbatiae Essendensis utilitatem in cohibendo Friderico respexisse. Verum Caesario, ut monachus erat, non tanti sedis Coloniensis commoda curae erant quam monasteriorum, quorum id in primis intererat illum habere advocatum a quo non vexarentur. Idem dicendum de ceteris qui causam cur occisus sit pontifex exposuerunt, Emone abbate, Albrico monacho Trium Fontium, anonymo monacho Sancti Pantaleonis Coloniensis. — (3) L. III, c. 31. — (4) L. III, c. 54. — (5) KNIPPING, n. 690. — (6) Gregorius IX papa eum " piae memoriae „ dumtaxat dicebat anno 1233 : *Friderici comitis de Isimburg, Coloniensis diocesis, contra quem vox sanguinis pie memorie... Coloniensis archiepiscopi ab eo crudeliter interfecti de terra clamat ad Dominum...* (*MG.*, Epist. saec. XIII, t. I, p. 438). — (7) Vita, l. II, c. 13. Cf. Gesta Treverorum, Cont. IV, c. 4 (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 400, l. 11) : *Cuius innocentiam et mortem acerbissimam, compunctionem quoque et confessionem ante mortem, ad nutum Conradi Portuensis episcopi et cardinalis Theodericus Treverensis archiepiscopus apud Leodium et Coloniam populis publice peroravit, et cardinanalis eum martirem pronunciavit.* — (8) KNIPPING, n. 1000. — (9) Ita moniales, quarum litteras edidit FICKER, *Engelbert*, p. 357-58. — (10) In prosa de patronis Coloniensibus *Gaude felix Colonia* (= CHEVALIER, *Repert. hymn.*, n. 6772) Engelbertus inter sanctos episcopos non recensetur praeterquam apud GELENIUM (*De admiranda sacra et civili magnitudine ...*, Coloniae, 1645, p. 657), in qua editione nomen illius violenter insertum esse vel versiculi numerus manifestat. Cf. FICKER, *Engelbert*, p. 270. — (11) Ad d. 14 martii : *Obiit Theodericus de Brule dyaconus* (de quo cf. supra, num. 35), *qui statuit de bonis in Leggenich perpetuum sacerdotem ad altare episcopi Engelberti celebrandum* (LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, p. xx; ID., *Das Memorienbuch und die Statuten des Domstifts zu Cöln ...*, in ARCHIV FÜR DIE GESCHICHTE DES NIEDERRHEINS, t. II, 1857, p. 11). Ibidem ad d. 7 novembris (LACOMBLET, in *Archiv*, t. c., p. 18) haec dumtaxat : *O(biit) Engelbertus archiepiscopus Coloniensis, de quo habemus in Werda prope Knechtsteden VI. solidos, qui in commendatione dantur, et XII missales denarios, et ponuntur IIII candele ab obedientiario de Wûrinc.* Fiebat ergo non festum Engelberti, sed *commendatio* animae ipsius. Cf. *Archiv ...*, t. III (1860), p. 397, ex necrologio Coloniensi saec. XIV extr. : *in ... anniversario archiepiscopi Engelberti dantur in commendatione VIII solidi....* — (12) Cf. GELENIUS, *Vindex libertatis ...*, p. 182. — (13) Ibid., p. 172-73. — (14) Vid. tamen annotationem seq. — (15) Quae vix non iisdem verbis concepta legit Gelenius in martyrologio monasterii Wedinghusani in Westfalia (*Ipso die s. m. E. a. Coloniensis et m. ... occubuit anno 1225*; cf. GELENIUS, t. c., p. 171). Sive autem haec ex Greveno desumpta sunt, sive Grevenus ea ex illo martyrologio exscripsit, antiquam non esse hanc laudationem nota temporis apposita demonstrat.

AUCTORE A. P.

saeculo demum XVII festum eius agi coeptum est.

etiam martyrologia recentiora atque in ipsum Martyrologium Romanum inde ab editione principe anni 1583 : Coloniae sancti Engelberti episcopi, qui pro defensione ecclesiasticae libertatis et Romanae Ecclesiae obedientia martyrium subire non dubitavit. *Neque tamen tunc vel in ipsa urbe Colonia publice colebatur, donec anno 1617, iubente Ferdinando Bavaro archiepiscopo, dies natalis sancti martyris 7 novembris ecclesiastico officio celebrari coeptus est* (1).

De illius reliquiis

58. “ *Idem archiepiscopus pro suo in sanctorum „ maxime antecessorum suorum reliquias amore „ et reverentia, nihil deinceps praetermisit quo „ beati martyris Engelberti cultum promove- „ ret* (2). „ *Ipso auctore, anno 1622 corpus sacrum e sepulcro atque e sacello Sanctae Catharinae elevatum est et in “ sacrario „ templi repositum* (3). *E quo undecim post annos, die 7 novembris 1633, in chorum translatae in splendida capsa, quae adhuc superest* (4), *compositae, celebri pompa per civitatem sunt circumgestatae atque in summo altari conditae, in quo usque ad finem saeculi XVIII cum honore quieverunt. Anno 1794, cum Gallorum exercitus Coloniensium finibus appropinquarent, cum ceteris maioris ecclesiae reliquiis et pretiosa supellectile in interiorem Germaniam transportatae sunt et in tuto collocatae. Inde Coloniam die 13 maii 1804 relatae; ex quo tempore non iam in ipsa ecclesia maiore, verum in eiusdem “ thesauro „ S. Engelberti et capsa et reliquiae conservantur.*

earumque translationibus.

(1) Cf. GELENIUS, t. c., p. 171-72. Vid. etiam litteras Ferdinandi archiepiscopi breviario Coloniensi anni 1618 praemissas : “ addito praeterea officio de S. Engelberto ... quem „ cum Ecclesia Romana iam diu in Catalogum sanctorum „ adscripserit et celebri elogio ad septimum novembris in „ Martyrologio suo quotannis commemoret, nisi ingrati „ esse velimus, omnino nec possumus nec debemus sine
B „ reverentia et cultu neglectum relinquere. „ — (2) GELENIUS, t. c., p. 172. — (3) Cf. ibid., p. 172-74. Postea in sacello illo, in quo tanto tempore sancti corpus quieverat, posuit nescio quis non egregie doctus titulum quem profert MERLO (tomo infra allato, col. 61) : *Anno 1368 S. Engelbertus de Marca archiepiscopus Coloniensis hic sepultus et anno 1633. 7. 9^{bris} ad summum altare translatus est.* Atqui anno 1368 non Engelbertus noster, sed cognominis alter archiepiscopus Coloniensis vita est functus. — (4) Quam integro volumine celebravit GELENIUS, *Preciosa hierotheca duodecim unionibus Coloniensis historiae exornata*, Coloniae, 1634, in-4°, 132 pp. Utilius tamen de illa leges Fr. BOCK, *Der Kunst- und Reliquienschatz des Kölner Domes* (Köln, 1870), p. 43-48, adest imago aere incisa; J. J. MERLO, *Der Engelbertusschrein im Kölner Dom und sein Verfertiger, der Goldschmied Konrad Duisbergh*, in ZEITSCHRIFT FÜR CHRISTLICHE KUNST, t. I (1888), col. 59-64, adest imago photographica. E

VITA, PASSIO ET MIRACULA S. ENGELBERTI

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

Ex codicibus Bruxellensi Bibl. Ducis Arenbergensis 75 (= **1a**), *Monasteriensi Bibl. Univ. 329* (= **2a**), *Parisiensi Bibl. Nat. lat. 5617* (= **2b^1**) *et Bruxellensi Bibl. Reg. 8935* (= **2b^2**). — *Cf. Comm. praev., num. 11.*

Epistola[1] Cesarii in actus et martirium beati Engelberti Coloniensis archiepiscopi.

Reverendo domino suo Henrico[2], sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo (1), frater Cesarius, numero non merito monachus in Valle Sancti Petri[3] (2), cum devotis orationibus paratam ad
C obsequia voluntatem.

Excellencie vestre precepto obediens vitam, actus, passionem et miracula beate[4] memorie domini Engelberti[5] predecessoris vestri, non quomodo debui, sed quomodo potui, scripto commendavi, hoc optans, hoc orans, ut Deo eiusque martiri esse possint accepta, vobis et ecclesie vestre grata posterisque necessaria. Considerans materie dignitatem non sine timore ad iniuncta obedivi, tum propter sciencie insufficienciam, tum propter linguas detrahencium. Sciens enim scriptum : *Quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus[6] ydolatrie nolle acquiescere,* malui minus digne scribendo confusionem sustinere quam non obedire. Quod si alii viri litterati, quorum in dyocesi vestra copia esse dinoscitur, post me scripserint excellencius, non illis invideo[7], immo glorie[8] martiris congaudeo. Non[9] mee professionis est, eciam si sciencia adesset, in historia simplici verborum faleras[10] querere et floribus rethoricis sentencias[11] purpurare. Hoc non monachorum, sed phylosophorum est, qui magis ad ostentacionem sciencie quam ad edificacionem morum loquuntur, secundum quod quidam ait :

I Reg. 15, 23.

F

Purpureus late qui splendeat unus et alter
Assuitur[12] pannus.

HORAT. II Epist. 3, 15, 16.

Unde oratorie iocunditatis dulcedinem et persuasibilis[13] eloquii venustatem minus utilem contempnens,

Epistola. — (*Deest in* 1a**, 2b^2). — [1] (Epistola ... archiepiscopi) Incipit prohemium Cesarii monachi ad domnum Henricum Coloniensem archiepiscopum de vita et passione beati Engelberti predecessoris sui 2ab^1. — [2] Henric 2a. — [3] in Heyst. *add. al. m. in marg.* 1a. — [4] litem et 2a. — [5] Engilberti 2a. — [6] zelus 2b^1. — [7] invidio 2a. — [8] gloria 2b^1. — [9] enim *add.* 2ab^1. — [10] phaleras 2b^1. — [11] sententiis 2ab^1. — [12] assumitur 2b^1 *ante corr.* — [13] persuabilis 1a *ante corr.*

(1) 1225-1238. — (2) Abbatia est ordinis Cisterciensis in antiquo ducatu Montensi seu Bergensi condita, in amoeno loco Septimontii haud procul ab urbe Bonna. Dicta est etiam Sanctus Petrus de Valle, Mons Sancti Petri, Sanctus Petrus de Monte, vulg. Heisterbach. Nomen autem illi fuisse *Vallis Sancti Petri de Speculo* mirus est error a saeculo XVII (I. A. COPPENSTEIN, *Fasciculus moralitatis...*, Coloniae, 1615, in capite) ad haec tempora productus (cf. v. gr. A. KAUFMANN, *Caesarius von Heisterbach*, 2te Aufl., Cöln, 1862, p. 7; L. JANAUSCHEK, *Originum Cisterciensium* t. I, Vindobonae, 1877, p. 189; A. E. SCHÖNBACH, *Ueber Caesarius von Heisterbach*, I, in SITZUNGSBERICHTE DER PHILOS.-HIST. CLASSE DER KAIS. AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, t. CXLIV, Wien, 1902, IX, p. 5); qui ortus est ex perperam intellecta inscriptione epistulae catalogicae, quae dicitur, Caesarii. In qua non, ut Coppenstein et Schönbach : *frater Caesarius ... monachus in Valle Sancti Petri de Speculo, scripturae divinae ...*, sed ita interpungendum est : *monachus in Valle Sancti Petri, de speculo scripturae divinae ad lectionem libri vitae feliciter pervenire.*

A contempnens, beati martiris actus et mortem simplici stilo [14] prosecutus sum [15], in textus defloracione magis divine scripture testimoniis quam dictis utens phylosophicis. Vestrum est, cui Dominus scienciam contulit, apponere limam correctionis, ita ut vestro iudicio superflua resecentur, neglecta suppleantur, mutanda mutentur. Quapropter supplico beatitudini vestre, ut que vestra iussione, non mea presumptione, per ministerium meum ad laudem martiris conscripta sunt, nisi iure reprobari debeant, quod absit, benedictione vestra roborentur, auctoritate perpetuentur.

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

Explicit epistola [16].

LIBER I

Incipit [1] liber primus de [2] vita et actibus domni Engilberti [3] Coloniensis archiepiscopi et martiris.

<1 [1]. De eo quod beati Engelberti vocabulum future passionis eius presagium fuit [2] et de eterna eius [3] electione.>

Ad honorem Dei Patris, et Filii eius Iesu Christi domini ac salvatoris nostri, et sancte matris ecclesie, actus, passionem et virtutes preciosi martiris et archiepiscopi [4] nostri Engelberti
B descripturus, graciam invoco Spiritus sancti, ut
Cf. Matth. 5, 15. qui iam positus super candelabrum fulgore miraculorum lucet in domo Dei et in ecclesia specialius beati Petri apostoli (1), stili mei ministerio utcumque [5] valeat illustrari et ad posterorum [6] noticiam utiliter declarari. Videtur mihi in primis antistitis nostri vocabulum future eius beatitudinis quoddam [7] fuisse presagium. Ex theutonico [8] latinoque compositum ANGELicam sonat LIBERTatem (2), significans Engelbertum de iugo peccatorum per mortis necessitatem ad angelicam migraturum [9]
Ps. 67, 36. libertatem. Si Deus a nobis mirabilis predicatur in sanctis suis antiquis [10], multo magis mirabilem se ostendit in novo martyre et tali martyre diebus hiis novissimis, eo quod miraculorum tempora modo non sint; ut quidam ait, rara avis in terris sanctitas huius temporis. Et ideo miracula crebra, que de patre nostro videmus et audimus et per ipsius merita fieri credimus, tanto nobis esse debent [11] graciora, quanto propter tempus rariora. Sanctitatem, que vite defuit, mors preciosa supplevit, et si minus perfectus [12] in conversacione,
Sap. 4, 13, 14. sanctus tamen effectus est in passione. Consummatus in brevi explevit tempora multa. Placita
Sap. 4, 10. enim erat Deo anima illius. Nam placens Deo eterna predestinatione factus est dilectus in passione. Quis sanctitati eius [13] contradicat quem cordium cognitor et meritorum ponderator Dominus signis tam variis mirificat? *Non qui seipsum commendat*, ut ait [14] Apostolus, *ille probatus est, sed quem Deus commendat*, ille probatus est. II Cor. 10, 18.

<2. De nobilitate et pulchritudine corporis [1] eius, et quod ab infancia stipendiis ecclesiasticis oneratus sit et honoratus [2].>

Videtur sancto Engelberto congruere quod per
Salomonem dicitur in persona Ecclesie : *Leva* Cant. 2, 6
eius, id est Christi, *sub capite meo et dextera [3] illius amplexabitur me.* Ad levam sponsi pertinent bona corporalia et terrena, ad dexteram [4] vero bona spiritualia atque celestia. Bona corporalia E
sunt generis et morum nobilitas, valitudo corporis et pulchritudo. Bona dextere [5] sancte [6] virtutes sunt [7], quibus in presenti anima illuminatur, et vita eterna, que virtutibus promeretur. Utraque bona, dextere [5] scilicet et sinistre, Salomon alibi
exponit, cum dicit : *Longitudo dierum in dextera [4]* Prov. 3, 16.
eius, divicie autem et gloria in sinistra illius [8].
Sanctus [9] Engelbertus, quam diu vixit, gloria et Ps 111, 3.
divicie in domo illius fuerunt; cuius iusticia, quam per passionem meruit, permanet in seculum seculi. Quam [10] copiose in presenti bonis sinistre sustentatus sit et in illis quieverit, paucis explicabo. Que enim in tempore geruntur, cum [11] tempore volvuntur et, nisi scripto perpetuentur, cicius ab hominum memoria delentur. Erat autem vir nobilis valde et spectabilis genere, filius Engelberti comitis de Monte (3), cuius patrui fuere Fridericus [12] et Bruno archipresules Colonienses; Adolfus vero, qui Brunoni in episcopatu successit, patruus eius filius fuit. Mater eius filia erat comitis Gelrensis (4), viri divitis atque potentis. Theodericus [13] episcopus Monasteriensis et Engelbertus Osenburgensis electus nepotes patrui eius extitere (5). Ecce de tam nobili ac insigni prosapia F
martyr noster carnis duxit originem. Nec degeneravit moribus, quia ab ineunte etate puer erat prudens [14] et amabilis, secundum nominis sui participium gerens [15] vultum [16] angelicum, tracta-

[14] (si. st.) st. si. 2ab[1]. — [15] est sum 2a. — [16] (E. e.) E. prologus 2a; *om.* 2b[1].

Liber I. — (*Deest in* 1a[**], 2b[*]). — [1] (Incipit ... martiris) *om.* 2a. — [2] (de ... martiris) *om.* 2b[1]. — [3] *Ita hic* 1a.

1. — [1] Capittulum primum 1a, *qui nec lemma ipsum nec reliqua lemmata librorum I-III habet.* — [2] fuerit 2b[1]. — [3] (et. eius) eius et. 2b[1]. — [4] archipresulis 2a; vel presulis *add.* 1a. — [5] utrumque 1a. — [6] posteriorum 2b[1]. — [7] (f. e. b. q.) q. f. e. b. 2ab[1]. — [8] teutonicho 2a. — [9] migrarum 2a. — [10] et *add.* 2ab[1]. — [11] (e. d.) d. e. 2a. — [12] perfecte 1a. — [13] (s. e.) e. s. 2a; enim s. 2b[1]. — [14] (ut ait) *om.* 2a.

2. — [1] (et p. c.) *om.* 2b[1]. — [2] (o. s. et h.) h. est 2b[1]. — [3] dextra 2a. — [4] *ita et* 2a. — [5] dextre 2a. — [6] sunt 2a; *om.* 2b[1]. — [7] *om.* 2a. — [8] eius 2a. — [9] autem *add.* 2b[1]. — [10] quoniam 2b[1]. — [11] in 2a. — [12] Fredericus 2ab[1] *et sic deinceps.* — [13] Theodricus 2b[1] *et sic deinceps.* — [14] (e. p.) p. e. 2ab[1]. — [15] *om.* 1a. — [16] habens *add. al. m. sup. lin.* 1a.

(1) Id est Coloniensi, cuius urbis ecclesia maior S. Petro sacra erat et est. — (2) Illo nomine, quod miro hoc modo interpretatus est Caesarius, non pauci viri de genere sancti nostri sunt appellati. In quod tunc nomen illud invectum esse opinatus est Ficker (*Engelbert*, p. 209), postquam Adolfus II comes sororem quandam (non sororis filiam, ut dicit Ficker, p. 16) Friderici I archiepiscopi Coloniensis (1099-1131) et Engelberti I marchionis Foroiuliensis duxerat uxorem. Cf. Chronica Albrici monachi Trium Fontium ad an. 1126, 1150, 1158 (*MG.*, Scr. t. XXIII, pp. 826, 840, 844). — (3) † 1189. Cf. Chronica regia Coloniensis cont., ad h. a. (ed. WAITZ, p. 144-45). — (4) Heinrici. Cf. Chronica Albrici Trium Fontium ad an. 1216 (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 904) : *Mater huius archiepiscopi fuit soror comitis* (Ottonis) *de Gellera*. Mulieri illi nomen Margaritae fuisse docuit Gelenius, p. 9; quem reliqui secuti sunt. Nullum nomen tradit WILHELMUS DE BERCHEN, *De nobili principatu Gelrie* (ed. SLOET, p. 32). — (5) Operae pretium nos facturos censuimus, si hic stemma subiunxerimus, quo et haec et alia quaedam quae in historia S. Engelberti tanguntur, quasi sub oculos ponerentur. In quod ea nomina recepimus quae videbantur ad rem nostram magis pertinere;

bilis

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

bilis, liberalis, humilis satis et graciosus valde. Annos pueriles transcendens (1) et in adolescentem proficiens, ita se omnibus conformare studuit [17] ut clericis [18] clericum et militibus se [19] militem exhiberet. Erat eciam in eadem [20] etate [21] tante pulchritudinis ut in omni clero nec in laicis quidem vir [22] pulchrior inveniri [23] posset. Aspectu decorus, statura procerus, viribus robustus, ita ut speciali quodam privilegio mater natura tante speciei congaudere et in illo quasi in speculo resultare videretur. Huiusmodi diviciis nature, ut [24] ita dixerim, accesserunt divicie fortune. Nam cum adhuc puerulus studeret in scolis (2), sic stipendiis ecclesiasticis [25] oneratus est et honoratus, ecclesiis videlicet [26], prebendis et preposituris (3), ut magis dignitates et divicie eum venari [27] quam ipse illas viderentur. Non opera iusticie hec neque salutis divicie [28], sed recia [29] demoniorum, instrumenta et laquei peccatorum, quos ipse evadere non potuit. Nam mundane glorie deditus totus illis multipliciter est irretitus. Sed electis, teste beato Paulo apostolo, omnia cooperantur in bonum. (Rom. 8, 28.) Hec idcirco commemoro ut cognoscat lector de quali viro martirem sibi elegerit [30] Dominus, de vase ire faciens vas glorie. (Cf. Rom. 9, 22, 23.) De scolis emancipatus (4) in prepositum maiorem est electus, cum [31] multis laboribus et expensis eandem optinens dignitatem (5). Electus est deinde in episcopum Monasteriensem (6), sed eundem episcopatum suscipere non

D

[17] staduit 2a. — [18] se *add.* 2ab¹. — [19] *om.* 2ab¹ — [20] (in e.) *linea deletum in* 1a. — [21] *om.* 1a. — [22] illo *add.* 2ab¹. — [23] invenire 1a; non *add.* 2ab¹. — [24] (ut i. dix. a. div.) a. div. ut i. dix. 2ab¹. — [25] (s. e.) e. s. 2a. — [26] scilicet 2a. — [27] venerari 2ab¹. — [28] (s. d.) d. s. 2a. — [29] rethia 2a, retia 2b¹. — [30] elegit 2b¹. — [31] (cum ... dignitatem) *om.* 2ab¹.

alia (v. gr. ceterorum filiorum Adolfi II), utpote hic supervacanea, omisimus; alia (id est filiorum Arnoldi de Altena: natu maximi Eberhardi II et natu minimorum Godefridi, Willelmi, Adolfi) propter paginae angustias removere coacti sumus. Qui plura voluerit, adeat non iam stemma a I. Ficker in fine libri sui editum, sed illa quae novis curis composuit v. cl. Th. ILGEN, *Die ältesten Grafen von Berg*, in ZEITSCHRIFT DES BERGISCHEN GESCHICHTSVEREINS, t. XXXVI (1903), p. 48-53. Engelbertum nostrum, licet fratre suo Adolfo natu minorem, primo tamen loco nominavimus, quo facilius coniungerentur nomina Irmengardis et Heinrici coniugum.

- ADOLFUS de Monte (... 1090).
  - [EBERHARDUS comes (... 109x)?]
    - ADOLFUS I comes de Monte (1101), † 1152.
      - ADOLFUS II comes de Monte (... 1160). ∽ (soror, filia N.)
        - EBERHARDUS comes de Altena (1161) † post 1174.
          - ARNOLDUS comes de Altena (... 1205).
            - FRIDERICUS comes de Altena (c. 1207), comes de Isenberg (1216), † 1226, coniux (Sophiae? Margaritae?) filiae Walerammi ducis.
              - Comites Limburgenses.
            - THEODERICUS, praepos. eccl. Colon. (1217-1218), ep. Monast. (1218-1226) † 1226.
            - ENGELBERTUS, praepos. S. Georgii Colon., ep. Osnabrug. (1224-1226 et 1238-† 1250).
            - PHILIPPUS, canon. et thesaur. Colon., praepos. Susatiensis (1242-1268).
            - BRUNO, praepos. S. Georgii Colon. (1224-1241), ep. Osnabrug. † 1259.
          - ADOLFUS I archiep. Colon. (1193-1205), † 1220.
          - FRIDERICUS comes de Altena † cca. 1199.
            - ADOLFUS comes de Altena (1194), comes de Marca (1202), † 1249.
              - Comites de Marca.
        - FRIDERICUS II archiep. Colon. (1156-† 1158).
        - BRUNO III archiep. Colon. (1191-1193), † 1200.
        - ENGELBERTUS I comes de Monte (1165). † 1189. ∽ (MARGARITA)
          - S. ENGELBERTUS archiep. Colon. (1216), comes de Monte (1218), † 1225.
          - ADOLFUS III comes de Monte (1185-† 1218).
            - IRMENGARDIS uxor Heinrici de Monte Gaudii, † 1247. ∽ HEINRICUS
          - (GISLA) monialis.
      - BRUNO II archiep. Colon. (1131-† 1137) (filius vel frater Adolfi I).

- N.
  - INGELBERTUS marchio Foroiuliensis.
  - FRIDERICUS I archiep. Colon. (1100-1131).
  - soror

- HEINRICUS comes Gelrensis.
  - (MARGARITA)
  - OTTO comes Gelrensis.
    - GERARDUS comes Gelrensis.

- WALERAMMUS comes Lucelburgensis (1214), dux Limburgensis (1221), † 1226.
  - HEINRICUS dominus Montis Gaudii, comes de Monte (1225), dux Limburgensis (1226), † 1264.
    - ADOLFUS
      - Comites de Monte.
    - WALERAMMUS
      - Duces Limburgenses.
  - filia (SOPHIA? MARGARITA?) uxor Friderici comitis de Isenberg.

(1) Anno 1185 natum esse Engelbertum affirmat GELENIUS, p. 9, nullo testimonio allato. Ostendit autem FICKER, p. 212-213, reapse neque multo antea, neque multo post id contigisse. — (2) Utique in schola maioris ecclesiae Coloniensis, in quam puer nobilis inter iuniores canonicos seu domicellos, quos dicunt, receptus esse credendus est. — (3) Iam anno 1198 factus erat praepositus Sancti Georgii Coloniensis (cf. KNIPPING, *Regesten*, t. II, nn. 1535, 1548) atque ita puer annorum vix quattuordecim inter priores civitatis numerabatur. Postea factus est non solum praepositus maioris ecclesiae (vid. infra), sed etiam praepositus Sancti Severini Coloniensis (cf. KNIPPING, *Regesten*, t. III, nn. 81, 156) post an. 1205 (cf. ibid., n. 7), praepositus Daventriensis et Zutphaniensis (cf. L. A. J. W. SLOET, *Oorkondenboek der graafschappen Gelre en Zutfen*, 1872, p. 411, n. 402), post an. 1213 praepositus Sanctae Mariae Aquensis (cf. KNIPPING, t. III, nn. 138, 187, 191); alias praebendas vel praeposituras procul dubio nactus est, de quibus monumenta non habemus. — (4) Quod in schola maioris ecclesiae Coloniensis saltem saec. XVI atque, ut videtur, etiam antea, completo anno 14 (cf. FICKER, p. 213, ad 1m) vel potius anno 15 (cf. ibid., p. 361) fieri poterat. Ipso tempore, quando iam praepositus Sancti Georgii erat, nondum vero praepositus maioris ecclesiae, iudex designatus est ab Innocentio III papa ut cum consobrino suo Adolfo episcopo et Gerlaco decano Xantensi causam electionis Gertrudis et Gudae monialium, in abbatissas monasterii Gerreshemensis in discordia electarum, cognosceret. Etsi Gertrudis, quae a prioribus iudicibus legitima abbatissa renuntiata erat, illos alteros recusaverat, — et contra Engelbertum quidem iure causabatur *illum adhuc constitutum in aetate minori nondum esse idoneum ad iudicium proferendum*, — sententiam tamen pro Guda dixerunt. Verum, intercedente appellatione ad summum pontificem, causam tandem Gertrudis vicit. Cf. epistulas Innocentii III, *P. L.*, t. CCXV, col. 940-43, 1044-48; POTTHAST, *Regesta*, nn. 1083, 1271, 1709; KNIPPING, *Regesta*, t. II, n. 1575. — (5) Anno 1199. Vid. supra, p. 629-30, num. 18-20. — (6) Postquam die 8 iunii 1203 vita functus erat episcopus Hermannus. Litteris Innocentii III papae, 28 maii 1204 datis (POTTHAST, n. 2223), docemur ab aliis canonicis Monasteriensibus electum esse Ottonem Bremensem praepositum, ab aliis Fridericum praepositum Claholtensem, neque de Engelberto sermo est, quem a quoquam esse expetitum, ne dicam electum, solus Caesarius tradit. Fieri tamen potuit ut, antequam ad hanc geminam electionem venirent, quidam Engelberto sedem Monasteriensem pollicerentur.

acquievit

A acquievit [32], adolescencie sue forte pertimescens (1).

<3. De discordia episcopatus Coloniensis [1] temporibus Philippi, Ottonis, Frederici regum.>

Circa idem tempus domnus Adolfus [2] Coloniensis archiepiscopus pravis consiliariis seductus, insuper multa pecunia corruptus, ab Ottone, filio Henrici ducis Saxonie, quem ipse ex consensu domni Innocencii pape ex comite Pictavie Romanorum regem creaverat et Aquisgrani coronaverat (2), rupto iureiurando, recessit et adversarium eius Philippum ducem Suevie, filium Friderici imperatoris, eligens in sede regia consecravit (3). Propter quod in civitate propria, Colonia scilicet, ex mandato iam dicti Innocencii a iudicibus ad hoc delegatis citatus, excommunicatus (4) et depositus est (5). Excommunicati sunt cum eo universi [3] pene nobiles terre eo quod ei adhererent et Philippi partes foverent. Quanta eodem tempore in episcopatu Coloniensi perpetrata sint [4] incendia, provincie vastate, ecclesiarum bona direpta, nunc Ottone, nunc Philippo prevalente, paucis non potest explicari (6).
B Adolfo successit Bruno, prepositus Bunnensis (7); qui a Philippo rege, qui cum exercitu episcopatum Coloniensem intraverat, in castro [5] Wassinberg [6] (8) magis dolo quam vi captus, vinculatus est et deductus [7] (9). Philippo autem occiso (10) et Ottone in regno confirmato, ad sedem suam rediit et non multo post in fata cedens (11), Theoderico [8] Sanctorum Apostolorum preposito sedem reliquit. Hic, presente rege Ottone, in archiepiscopum est electus (12) et pallii dignitate eius gracia celerius donatus. Rege vero ab Innocencio in imperatorem consecrato (13), propter retractionem terre Methildis [9], quam pape contulerat (14), tam graves inter eos oriuntur inimicicie ut Ottonem, quem usque ad hoc tempus paterno affectu foverat, excommunicaret (15) eique Fridericum, Henrici imperatoris filium et regem Sicilie, qui hodie imperat [10] (16), adversarium suscitaret; ad cuius promocionem Sifrido [11] Moguntinensi archiepiscopo plenariam potestatem legationis contulit et [12] Theodericum archiepiscopum, eo quod fautor Ottonis esset, indigne satis deponens, Adolfum restituit. Neuter tamen illorum episcopatum recuperare valuit, licet in curia romana ab utroque satis pro illo laboratum sit; sed utrique trecente marce ex redditibus sunt assignate. Ecclesie vero Coloniensi libera electio remissa est. Hec inserta [13] sunt, o lector, ut posteris innotescat in quali statu ecclesiam [14] per longa et varia scismata [15] laceratam et [16] depauperatam martyr noster factus episcopus invenerit et in quali illam dimiserit. Quidam [17] ex parte Theoderici electionem Engelberti adhuc prepositi impedire volentes coram domno apostolico quedam satis gravia illi imposuerunt; de quibus cum multis tam laicis quam clericis in facie ecclesie sue se expurgavit. E

<4. Quod episcopus factus provincie tyrannos humiliaverit, magis prudencia quam bellorum copia sibi subiugans universos [1].>

Post deposicionem Ottonis Philippo [2] adherens (17) ac per hoc favorem domni Innocencii pape conquirens [3], communi consensu in archiepiscopum electus est (18). In ipsa die electionis ob precedentem infirmitatem tam debilis fuerat ut vix stare vel [4] incedere posset, eratque signum quod flebile principium melior fortuna sequeretur. Nam circa principium electionis eius totius pacis inimicus dyabolus, qui fervescere facit quasi ollam profundum [5] maris [5], suscitavit [5] ei [5] adversarios [5] acerrimos [5], scilicet Theodericum comitem [5] Iob 41, 22.

[32] aquievit 1a *ante corr.*

3. — [1] *om.* 2b¹. — [2] Adolphus 2ab¹ *et ita porro.* — [3] universe 2b¹. — [4] suut 2b¹. — [5] claustro 1a. — [6] Wassinburg 2a. — [7] eductus 2b¹. — [8] *ita et* 2b¹. — [9] Mechtildis 2a; Mechildis 2b¹. — [10] (q. h. i.) *om.* 2ab¹. — [11] Sifridi 2a. — [12] qui 2ab¹. — [13] incerta 2b¹. — [14] ecclesia 2b¹. — [15] ecclesiam (*iterum*) *add.* 1a. — [16] *om.* 1a. — [17] (Quidam ... expurgavit) *om.* 2ab¹.

4. — [1] (si. su. u.) *om.* 2b¹. — [2] Frederico 2ab¹. — [3] conquerens 2b¹. — [4] aut 2b¹. — [5] *suppletum saec. XVI in marg.* 2b¹.

C (1) Illi coniecturae, quam cunctanter profert Caesarius, alteram addidit Ficker (p. 34) eamque veri minime dissimilem : cum hoc tempore raro atque aegre episcopis ab una ad aliam sedem transire liceret, noluisse Engelbertum aditum sibi ad Coloniensem ecclesiam praecludere. — (2) Die 12 iulii 1198. Praesens aderat Engelbertus noster. Cf. KNIPPING, t. II. nn. 1547, 1548. — (3) Aquisgrani die 6 ianuarii 1205. Cf. KNIPPING, t. II, n. 1655. — (4) Die 19 maii 1205. Cf. KNIPPING, t. II, n. 1664-1666. — (5) Die 19 iunii 1205. Cf. KNIPPING, t. II, n. 1684. — (6) In his rapinis, incendiis, vastationibus versatum esse etiam Engelbertum monuimus supra, p. 630-31, num. 21-23. — (7) Die 25 iulii 1205. Cf. KNIPPING, t. III, n. 1. — (8) Wassenberg. — (9) Cf. Chron. reg. Colon., Cont. II (ed. WAITZ, p. 180) : *Bruno quoque archiepiscopus in castrum vicinum Wassinburg confugiens, dum ibidem occultare se nititur, a supervenientibus hostibus capitur. Sic Philippo regi presentatus tam ferri quam militum custodie mancipatur.* Ibid., Cont. III (ibid., p. 224) : *episcopus autem ibidem capitur et Philippo regi offertur, quem manicis ferreis constrictum secum duci iubet.* — (10) Die 21 iunii 1208. — (11) Die 11 novembris 1208. — (12) Die 22 decembris 1208; cf. KNIPPING, t. III, n. 53. — (13) Die 4 octobris 1209. — (14) Haec exscripsit Caesarius in suo Catalogo archiep. Colon. (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 346). Cf. Chron. reg. Colon., Cont. II (ed. WAITZ, p. 185) : *Werra inter dominum papam et imperatorem oritur pro quibusdam prediis satis magnis et latis ac precipue pro terra Methildis, que omnia papa ecclesie Romane, imperator vero regno ea attinere contestabatur; atque hac altercatione aliquo tempore contendentes, cum neuter alteri cederet, papa imperatorem excommunicavit.* Non propter irruptionem factam in terras comitissae Mathildis, quas nequaquam Otto ecclesiae Romanae contulerat, excommunicatus est imperator, sed tunc primum cum regnum Apuliae, quod Friderici regis Siciliae dominium erat, mense novembri anni 1210 invasit. Cf. E. WINCKELMANN, *Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig*, t. II (Leipzig, 1878, inter JAHRBÜCHER DER DEUTSCHEN GESCHICHTE), pp. 230-47, 489-91. — (15) Die 18 novembris 1210. — (16) † 13 decembris 1250. — (17) Immo Friderico adhaerens, ut recte habet recensio 2. Cf. supra, p. 628, annot. 5, et p. 632, annot. 8. — (18) Die 29 februarii 1216. Cf. Chron. reg. Colon., Cont. II (ed. WAITZ, p. 194) : *II kal. marc. Engilbertus ... eligitur*; Cont. III (ibid., p. 237) : *Tidericus igitur archiepiscopus diu ibidem* (Romae) *demoratus, cum officii sui restitutionem minime impetrare posset, priores ecclesiae acceptis a papa litteris alium eligere iussi sunt. Qui Coloniam redeuntes et secunda feria post dominicam " Invocavit me " in ecclesia Beati Petri convenientes, Engilbertum maiorem prepositum in episcopum elegerunt.* Priores illos, qui Roma litteras pontificis detulerant, coniecit KNIPPING (t. III, p. 26) fuisse Arnoldum canonicum Sanctae Mariae in Colonia et Cunradum canonicum maioris ecclesiae eiusdem civitatis. Qui cum Confluentiam die 11 februarii 1216 convenerint cum nonnullis viris primariis aliarum ecclesiarum atque fieri potuerit ut ibidem Fridericus rex praesens adesset, quaesitum est num forte in hoc conventu de eligendo Engelberto esset actum (cf. BÖHMER-FICKER, *Regesta*, n. 845a; KNIPPING, l. c.). F

de

de Clifo[6] (1) et Waleramum[7] ducem de Lemburg[8] et comitem in Luzzilburg[9] (2), eorumque cognatos et auxiliarios, ut futurus Machabeus in eis experiretur. Quos ita humiliavit et repressit ut illorum exemplo ceteri comites ac nobiles terre territi contra ipsum mutire non auderent, verentes evenire sibi[10] quod quidam ait (VERSUS[11]) :

HORAT. I Epist. 18, 84.

Nam tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Edificaverat enim Waleramus castrum et villam forensem in ducatu Coloniensi; quam dominus archielectus destruxit et evulsit[12]. Ob quam causam tam graves orte sunt inter eos inimicicie (3) ut dominus archielectus et frater eius comes Adolfus divorcium fieri vellent inter Henricum[13] filium ducis Walerammi et filiam eiusdem Adolfi, consanguinitatem pretendentes[14], ne comicia[15] ad Henricum uxoris gracia devolvi posset (4). Non fuit adeo potens qui in ducatu vel episcopatu eius[16] inimici sui terram vastare auderet[17] per incendium. Sic comitum sive aliorum nobilium vel potentum insolencias repressit ut[18] pene nullius castrum destrueret vel terram vastaret,
B
magis prudencia quam bellorum copia sibi subiugans omnia, ita ut de eo dictum videatur :

OVID. I Pont. 2, 124.

Quique dolet quotiens cogitur esse ferox.

In civitatibus suis principalibus, Colonia scilicet[19] et Susacia, maiorem exercuit potestatem zelo iusticie quam aliquis episcoporum ante eum. Ad curias Friderici imperatoris, tunc regis (5), cum tanta gloria et expensis ascendit ut ceteris principibus superior gloria et honore haberetur. Quantum eidem Friderico astiterit, quantum eius partes contra Ottonem promoverit, usque hodie experitur (6). Et cum maximas haberet expensas, tum propter curias regales, tum propter supradictos nobiles, quorum timore corpori suo custodiam adhibebat[20] satis sumptuosam, ab Honorio papa, qui Innocencio successit, antequam pallium ei dare vellet, solvere cogebatur que antecessores eius[21] Adolfus[22], Bruno et Theodericus dissensionis tempore consumpserant in curia cum sorte usuras gravissimas; quorum summa transcendisse dicitur sedecim milia marcarum (7).

<5. Quod regni tutor factus firmam pacem fecit, in terris, prediis, sodiis, feodis, allodiis[1] Coloniensem ditans ecclesiam.> D

Friderico rege ab Honorio in imperatorem coronato, cum intrasset regnum Sicilie, audita archiepiscopi sibi in Alemannia[2] bene noti probitate, per litteras imperiales regni negocia citra Alpes illi commisit, Henrici filii sui eum constituens tutorem et tocius regni Romani per Alemanniam[2] provisorem (8). Qui regni negocia non absque timore suscipiens, reipublice tam utilem et tam fidelem se exhibere studuit, ut de contingentibus vel modicum vel nichil negligeret, et invidus, ubi detractionis dentem figeret, in eius verbis vel actibus non inveniret. Congregatis[3] principibus, Henricum puerum Aquisgrani in regem consecravit (9), quem nutriebat ut filium et honoravit ut dominum. Cum quo et sine quo diversas regni partes lustrans[4], tantam fecit pacem ut Augusti tempora crederes (10). Videntes huiusmodi virtutes[5] predones et dissensionis amatores, glorie pontificis, sicut de Cf. I Mach. 10.
Ionatha[6] legitur, invidentes tabescebant; boni vero et maxime negociatores ipsum laudantes et benedicentes Deum pro concessa potestate glorificabant. Die quadam[7] aliquis mercatorum quendam archiepiscoporum imperii[8], ipso audiente, pro conductu per quedam loca dyocesis eius interpellabat. Quem cum ille dare renueret, nobilium sive militum illic habitancium maliciam pretendens, gloriosus archiepiscopus[9] Engelbertus, non episcopo insultando, sed petenti[10] compaciendo, ait : " Dic mihi, bone vir, audesne te " committere conductui meo[11]? " Respondente illo constanter : " Eciam, domine ", subiunxit Machabeus noster : " Sume istam cirotecam[12] meam " et, si necesse habueris, pro signo ostendas. Et " si aliquid tibi[13] vi sublatum fuerit, ego tibi " omne dampnum restituam. " Et fecit sic, gratia signi, immo timore episcopi sua securus deducens. Sicut scriptum est de Iuda, similis factus est I Mach. 3, 4.
leoni in operibus suis et protegebat castra Ibid., 3, 3.
Israel, id est bona ecclesie sibi commisse, gladio suo. Natura leonis esse dicitur est ut prostratis

C
[6] Cleve 2ab[1]. — [7] Walramnum 2a; Walrauium 2b[1] *et ita porro*. — [8] Limburg 2a; Lymburch 2b[1]. — [9] Lutzellenburg 2a; Lussillimburch 2b[1]. — [10] (e. s.) s. e. 2ab[1]. — [11] *om.* 2ab[1]. — [12] exussit 2ab[1]. — [13] et *add.* 1a. — [14] precedentes 2a. — [15] comicicia 2a. — [16] (v. ep. ei.) ei. v. ep. 2b[1]. — [17] auderent 2b[1]. — [18] *om.* 2ab[1]. — [19] (C. s.) s. C. 2a. — [20] exhibebat 2a. — [21] (a. e.) e. a. 2ab[1]. — [22] *ita hic etiam* 2ab[1].

5. — [1] (p. s. f. a.) *om.* 2b[1]. — [2] Alamania (-m) 2a; Allemania (-m) 2b[1]. — [3] Congragatis 1a. — [4] (r. p. l.) p. r. perlustrans 2ab[1]. — [5] virtutis opera 2ab[1]. — [6] Ionata 2a. — [7] quando 2a. — [8] impii 1a; impium 1a *corr.* — [9] dux *add.* 2ab[1]. — [10] potenti 2a; (s. p.) *om.* 2b[1]. — [11] (com. con. m.) con. m. com. 2a. — [12] cyrothecam 2b[1]. — [13] (a. t.) t. a. 2b[1]. F

(1) Theodericus V comes Clivensis, 1203-† 1260. — (2) Filius Henrici III ducis Limburgensis († 1221), ipse postea dux Limburgensis (1221-† 1226); qui cum anno 1214 uxorem duxisset Ermesindem comitissam Luxemburgensem, factus iam erat comes Luxemburgensis. — (3) Quae tamen mox saltem inter Engelbertum et Walerammum compositae sunt, ut videre est e litteris Engelberti mense martio anni 1217 datis. Cf. KNIPPING, t. III, nn. 166,167. Cum Theoderico autem comite Clivensi mense demum iunio anni 1220 pacem pepigit Engelbertus. Cf. ibid., nn. 145, 278. — (4) Reapse, occiso Engelberto, Henricus factus est comes Bergensis. Satis sit contulisse chartas ab Heinrico datas anno 1225 (ante mensem novembrem) : *Ego Hinricus de Limburc dominus de Munioy* (= de Monte Gaudii, de Montjoie) et anno 1227 : *Henricus Dei gratia dux in Linburch et comes de Monte* (LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, pp. 67 et 80). — (5) Imperator enim coronatus est mense novembri 1220, cum iam ante novem annos rex Romanorum, ante viginti tres circiter annos rex Siciliae esset factus. — (6) Cf. supra, p. 632, num. 26. Quid autem post electionem suam usque ad mortem Ottonis IV († 19 maii 1218) pro Friderico egerit Engelbertus, nusquam distinctius est traditum. — (7) Cf. supra, p. 633-34, num. 29. Documentis quae supersunt certiores fimus curam gessisse Romanum pontificem ut aes alienum dissolveret Engelbertus non solum quod in curia Romana, sed etiam quod alibi et decessores illius fecerant atque ipse contraxerat. A quo quamquam iam aliquantulum, antequam pallium accepit, se expedierat, partim tamen statim postea, partim non ante annos 1219, 1220, 1221, 1222 atque 1225 creditoribus satisfecit (cf. KNIPPING, t. III, nn. 168, 178, 184, 194, 195, 197-199, 203, 204, 229, 233, 237, 255, 279, 280, 317, 339, 347, 361, 362, 372, 376, 516, 537, 538). Et fertur quidem *debita antecessorum suorum, facta per totum archiepiscopatum collecta, usque ad 27 milia marcarum persolvisse* (Catalogus tertius archiep. Colon., *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 352; cf. KNIPPING, t. III, n. 550). — (8) Cf. supra, p. 636, num. 37. — (9) Die 8 maii 1222. Chron. reg. Colon., Cont. IV, ad h. a. (ed. WAITZ, p. 252) : *Heinricus septimus, filius Friderici imperatoris, adhuc puer, consecratus est in regem Aquisgrani ab Engilberto Coloniensi archiepiscopo dominica ante ascensionem Domini, scilicet VIII idus mai.* Cf. KNIPPING, n. 352. — (10) Cf. supra, p. 636, num. 39.

parcat

PLIN. H. N. 8, 16. VERG. Aen. 6, 853. parcat et erectos invadat. Noverat leo noster, Machabeus [14] noster, tum ex nobilitate nature, tum ex zelo iusticie, parcere subiectis et debellare superbos. Erat enim defensator [15] afflictorum et malleus tyrannorum, magnanimus et humilis, gloriosus et affabilis, rigidus et lenis, multa pro tempore dissimulans et, cum minus speraretur, ad vindictam se accingens. Acceperat enim [16] cum [17] episcopatu gladium spiritualem et cum ducatu gladium materialem. Utroque gladio rebelles cohercuit, quosdam excommunicando, quosdam per miliciam debellando. Sic Machabeus prius proprio in deiectione [18] inimicorum, deinde
I Mach. 3, 12. Apollonii [19] gladio legitur pugnasse. Et quid laudi eius [20] immorer, cum gloria, diviciis et potencia,
Eccl. 2, 9. sicut de Salomone legitur, omnes supergressus sit pontifices qui ante eum fuerunt [21] in Colonia, excepto Brunone primo, cuius gracia ducatus episcopatui per Ottonem primum imperatorem, cuius frater erat, additus est; in rebus exterioribus et fama sub nullo pontifice usque ad [22] diem hanc tantum ecclesia Coloniensis profecit quan-
B tum sub Engelberto (1). Predia plurima simul et feoda [23] ecclesie diu subtracta et a multis eius antecessoribus sive per torporem sive per invalitudinem [24] neglecta ipse per iudicium et sentenciam recuperavit. Puto tamen quod iudicio vel sentencia modicum profecisset, si animi virtus et milicie robur illi defuisset. Preter redditus episcopales post mortem fratris (2) tenebat terram patris, de qua habebat ministeriales multos et redditus magnos. Ob quam causam ducis Walerammi, cuius filius Henricus filiam Adolfi comitis (3) duxerat uxorem, contra se non modicam excitaverat invidiam. Sopita tamen omnia fuerant, tali pacto interveniente (4) ut dominus episcopus [25], quoad viveret, teneret terram (5), ille vero certam [26] ab eo singulis annis in pecuniis reciperet pensionem. Preterea [27] feodis [28] multis ac prediis diversis ecclesiam Coloniensem ditavit et sublimavit, terminos eius civitatibus, castris et possessionibus ampliavit; quedam ex his de novo edificavit, quedam renovavit, nonnulla pecuniis [29] comparavit. In quibusdam civitatibus et curtibus [30] suis turrita [31] satisque [32] pulchra construxit palatia. Henricus dux Lotharingie [33] (6) et princeps imperii, probitate presulis attractus et illectus, et quia prudens esset in consilio et validus in auxilio, quedam sua predia, que hic nominare necesse non est, de manibus presulis Engelberti iure feodali [34] suscepit (7), tanto pontifici eiusque ecclesie volens arcius astringi et bonis propriis ab eo gaudens inbeneficari [35].

<6. De adventu regis Iohannis Iherosolimitani [1] Coloniam et quod reges terre amiciciam eius expetebant.>

Iohannes rex Iherosolimitanus propter eum et cum eo Coloniam divertit. Ubi tam magnifice susceptus est ut tam eius quam civitatis gloriam [2] ammirari non sufficeret (8). Quod dictum est de Salomone, qui regnavit in Iherusalem, quod reges terre desideraverunt videre faciem eius et audire sapienciam eius, et obtulerunt ei munera, eciam de ipso exponi potest. Cognita eius sapiencia atque potencia, et quod potencior esset imperio, reges [3] terre Francie [4] et Anglie, Dacie, Boemie et Ungarie [5] miserunt ei munera in auro et argento gemmisque preciosis, eiusque aspectu et colloquio vel pro amicicia comparanda vel pro diversis causis et necessitatibus uti desiderantes. Hec que a me in eius laude scripta sunt qui legirit et illius gesta vidit, dicere poterit [6] quod regina Saba Salomoni dixit: *Probavi*, inquit, *quod media pars mihi nunciata non fuerit. Maior est sapiencia tua et opera quam rumor quem audivi* [7]. Fama nominis eius et operum iam usque ad exteras naciones pervenerat et timebant eum Saraceni [8] (9). Cui nomen Salomonis realiter congruebat, eo quod esset multum pacificus, pacem diligens et pacem faciens. Gracia pacis reformande neque expensis [9] neque corpori pepercit. Unde, si beati pacifici, immo quia beati, [10] ipse beatus est. Qui cum aliquando argueretur a religiosis quare exactiones faceret in populum sibi subiectum, humiliter se excusavit, culpam recognovit, dicens sine pecuniis pacem se non posse facere in terris. Tempore quodam

(marg.: II Par. 9, 23, 24. — E — III Reg. 10, 7. — Matth. 5, 9.)

C [14] macheus 2a. — [15] defensor 2b¹. — [16] autem 2ab¹. — [17] (cum ... materialem) c. d. gl. m. et c. e. gl. sp. 1a, *ubi verba* et c. e. gl. sp. *addita sunt al. m. in marg.* — [18] deictione 1a *ante corr.* — [19] apostolico 2b¹; appolonii 2b¹ *corr. al. m. in marg.* — [20] (l. e.) e. l. 2ab¹. — [21] fecerunt 2a *m. pr.* — [22] in 2a. — [23] feodia 2a; feuda 2b¹. — [24] invalidationem 2b¹. — [25] omīpt 2a. — [26] *om.* 2b¹. — [27] proterea 2a. — [28] feudis 2b¹. — [29] pecunia 2ab¹. — [30] turribus 2b¹. — [31] turrida 2ab¹. — [32] satis et 1a. — [33] Lothoringie 1a. — [34] feudali 2b¹. — [35] inbeneficiari 2b¹. F

6. — [1] *om.* 2b¹. — [2] (c. g.) g. c. 2a. — [3] rege 2a. — [4] scilicet *add.* 2ab¹. — [5] et *add.* 2a. — [6] potuit 2a. — [7] *add. al. m. sup. lin.* 1a. — [8] Saraseni 2b¹. — [9] exensis 2b¹. — [10] et *add.* 2ab¹.

(1) Videtur Caesarius oblivioni dedisse quantum ad augendam ecclesiae suae potentiam egerit Philippus de Heinsberg archiepiscopus (1167-1191). Cf. KNIPPING, t. II, p. 277-82, n. 1386. — (2) Obiit Adolfus comes mense iulio 1218 in obsidione Damiatae. Cf. OLIVERI SCHOLASTICI *Historia Damiatina*, c. 11 (ECCARDUS, *Corp. hist. medii aevi*, t. II, col. 1403; HOOGEWEG, *Die Schriften des Kölners Domscholastikers ... Oliverus*, BIBLIOTHEK DES LITTERARISCHEN VEREINS IN STUTTGART, CCII, Tübingen, 1894, p. 179); KNIPPING, t. III, n. 217. — (3) Irmengardem. Cf. KNIPPING, n. 167. — (4) De quo supra, p. 634, annot. 11. — (5) Cf. KNIPPING, t. III, n. 322 (*cum terra ipsius in nostra esset potestate*), 433, 534 (*in tota comitia nostra*). Videtur autem Henricus de Monte etiam post mortem Engelberti numquam consentire voluisse ut archiepiscopus heres legitimus Adolfi fratris fuisse censeretur. Cf. LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, p. XXIX. — (6) Dux Brabantiae. — (7) Cf. litteras Engelberti hac de re, KNIPPING, t. III, n. 369. — (8) Chron. reg. Colon., Cont. IV, ad an. 1224 (ed. WAITZ, p. 254): *Item ipso anno Iohannes rex Ierosolimitanus causa peregrinacionis limina Sancti Iacobi visitat; cui in reditu filia regis Hispanie desponsatur; inde divertens versus Teutoniam, venit ad Heinricum regem, filium imperatoris, et cum eodem Coloniam profectus ab Engilberto archiepiscopo et tota civitate in vigilia assumpcionis beate Marie cum magno honore et gaudio suscipitur*; cf. KNIPPING, n. 448. — (9) Haud scio an haec rhetorice dicta sint. Nolim tamen tacere id quod monet FICKER (*Engelbert*, p. 142-43), inter viros qui tunc temporis in expeditione sacra contra Saracenos versabantur, Colonienses et numero et virtute claruisse, neque ultimas partes in hoc bello sacro egisse fratrem Engelberti Adolfum comitem. Neque omnino praetereundae sunt laudes quibus et Colonienses et Engelbertum, litteris ad ipsum Damiata mense novembri 1219 datis, exornabat vir egregius Oliverus scholasticus Coloniensis (BÖHMER-FICKER, n. 10847): *Letare specialiter, provincia Coloniensis, exulta et lauda, quoniam in navibus, instrumentis bellicis, bellatoribus, armis, pecunia, victualibus maius auxilium tulisti quam residuum totius regni Theutonici... Tu Colonia, civitas sanctorum, ... nunc pace temporali per venerabilem archiepiscopum nostrum gaudens habitas...* (R. RÖHRICHT, in *Westdeutsche Zeitschrift*, t. X, p. 194-95; HOOGEWEG, *Die Schriften des Kölners Domscholastikers... Oliverus*, l. c., p. 230-31; cf. p. CXL sqq.).

de

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

de tali materia conferens cum magistro Iohanne[11] abbate Sancti Trudonis (1) aiebat: " Magister, " nostis quid facere cogitaverim? " Respondente illo: " Non, domine ", subiunxit: " Super omnes " redditus meos duodecim scoltetos[12] ordinare " disposui, ut illis ceteri administratores racio- " nem reddant et ex illis duodecim singulis men- " sibus singuli mihi meisque ministrent[13]; et " non erit necesse ut aliena rapiam sive per " exactiones aliquem gravem ".

<7. Quod sapiens fuerit et intelligens, spiritu pollens fortitudinis.>

Isai. 11, 2, 3. Ditaverat illum gracia divina secundum usum exteriorem spiritu sapiencie et intellectus[1], spiritu consilii et fortitudinis, spiritu sciencie et pietatis; nec deerat ei spiritus timoris Domini. Secundum usum exteriorem dixi, eo quod spiritualiter sine caritate haberi nequeant; statum eius interiorem Deus novit[2]. Sed et quidam ex eius capellanis, qui conscienciam[3] eius noverat, de ipso cum abbate nostro conferens sic ait : B " Licet dominus meus secularis habeatur[4], non " tamen talis intus[5] est qualis foris apparet. " Sciatis eum multas occultas[6] consolaciones " habere a Deo[7]. " Erat enim sapiens[8] et intelligens; sapienter ad omnia respondit et quis quid[9] vellet, facillime intellexit. Et[10] cum venissent[11] Coloniam fratres de novo ordine Predicatorum necnon et fratres qui dicuntur Minores (2), et graves eis essent quidam[12] ex clero eisque coram archiepiscopo Engelberto diversa obicerent illos accusando, respondit: " Quam diu res in bono " statu est, stare sinite. " Cumque instarent tam priores quam plebani et dicerent: " Timemus ne " isti sint illi de quibus Spiritus sanctus per os " beate[13] Hildegardis[14] prophetavit, per quos " clerus affligetur[15] et civitas periclitabitur " (3), verbum notabile respondit: " Si divinitus pro- " phetatum est, necesse est ut impleatur. " Quo verbo compescuit omnes. Spiritu consilii sic habundabat, ut in consiliis dandis esset providus et in responsionibus tam promptus ut consiliarii eius, sua parvi pendentes consilia, mutuo dicerent: " Dominus noster consilium suum in bursa " sua portat. " Spiritu fortitudinis ita pollebat, ut C neque minis[16] frangi neque blandiciis facile flecti posset, os habens agninum et cor leoninum. Hinc est quod dominus Conradus[17] episcopus Portuensis et tunc temporis in Alemannia[18] legatus, cum diceret predicto abbati Iohanni : " Unde " est quod dominus Coloniensis ita timetur? " D respondit ille: "[19] Quadam gratia speciali Dei " est. " Spiritus sciencie illi non deerat, quia tanto rationis vigebat acumine ut prudenter inauditas[20] dissolveret questiones, quod multo litteraciores eo facere non poterant. Cui etiam spiritus pietatis tantus inerat ut, si in turbis positus consideraret ex remoto pauperem sibi loqui volentem, nutu sive per nuncium illum vocaret et, querimoniis eius cum multa patiencia perauditis, efficaciter expediret. Hoc illi sepius[21] contigisse certum est. Quam pleno sinu necessitatibus[22] afflictorum sit compassus, subiecta declarant[23] exempla.

<8. De compassione eius circa pauperes et[1] afflictos, et quod tempore famis provincie[2] subvenerit.>

Sedente eo Colonie in palacio episcopali in iudicio, vidua quedam causam habens propius accessit, petens sibi dari advocatum, qui eius querimonias proponeret. Cui beatus episcopus compassus, advocatorum avariciam non ignorans, vidue respondit : " Bona domina, licenciam E " habeatis loquendi. Vos melius nostis que neces- " sitas vos urgeat quam alii. " Dicentibus scabinis[3] : " Domine, hoc est contra ius civitatis ", non advertit verba illorum, hoc tamen adiciens : " Nos bene intelligimus verba[4]. " Alio tempore, descendente eo de palacio, occurrit quidam in[5] partibus superioribus nescio a quo se spoliatum conquerens. Qui statim in gradibus gradum figens, ita ut erat capatus et calcariatus, stetit et cum multa patiencia hominem audire cepit. Marescalco dicente : " Domine, ascendite equum, " quia via longa est et tempus breve ", ac si non audiret, hominem monuit ut causam suam[6] perorarct. Cumque iterato clamaret marescalcus, conversus ad illum episcopus ait : " Modo nego- " cium prolongastis. " Qui cum plene intellexisset ubi vel a quo spoliatus fuisset homo, vocato notario, litteras in eodem loco scribi et sigillari fecit; quas viro largiens ait : " Vade et ostende " ei qui tibi tua tulit has litteras et, si tibi non " fuerint restituta[7], rursus ad me venias, et ego " tibi equipollens restituam. " Sicque equum ascendit et[8] abiit. Ostendit et aliud signum magne pietatis. F Anno preterito, quando annona vendebatur sex solidis et carius et[9], quod magis terruit omnes[10], nec ad emendum invenirentur[11] (4), naves cum annona comparans potestative provincia Moguntiensi[12] iussit deduci et

[11] Iohenne 2a. — [12] scultetos 2ab^1. — [13] amministrent 2ab^1.
7. — [1] et *add.* 2ab^1. — [2] (D. n.) n. D. 2a. — [3] sciam 1a *m. pr.* — [4] habatur 1a *ante corr.* — [5] (t. i.) i. t. 2ab^1. — [6] *om.* 2a. — [7] occultas *add.* 2a. — [8] ad omnia *add.* 2ab^1. — [9] quidquid 1a; dicere *add. al. m. sup. lin.* 1a. — [10] *om.* 2ab^1. — [11] venisset 2a. — [12] (eis e. q.) q. eis e. 2a. — [13] *om.* 2a. — [14] Hildegundis 1a. — [15] affligeretur 2b^1 *ante corr.* — [16] nimis 2a. — [17] Conrardus 2b^1. — [18] Alimannia 2a; Alemania 2b^1. — [19] Ex *add.* 2ab^1. — [20] et difficiles *add.* 2ab^1. — [21] (i. s.) s. i. 2ab^1. — [22] necessitatis 2a. — [23] declarat 1a.
8. — [1] *om.* 2b^1. — [2] provide 2b^1. — [3] schabinis 2b^1. — [4] eius *add.* 2ab^1. — [5] de 2a. — [6] *om.* 2a. — [7] (f. r.) r. f. 2b^1. — [8] *om.* 1a. — [9] es 2a. — [10] homines 2ab^1. — [11] invenētur 2a; inveniretur 2b^1. — [12] Maguntiensi 2b^1.

(1) Idem qui antea scholasticus Xantensis, decanus Aquensis, abbas Tuitiensis; anno 1222 postulatus abbas Sancti Trudonis, iubente Honorio III, anno 1223 vel paulo post munus suscepit (cf. KNIPPING, n. 392), ita tamen ut, permittente legato apostolico, abbas Tuitiensis simul esse pergeret. Obiit anno 1228. Cf. *Gallia christiana*, t. III (1725), col. 755 et 961. — (2) Non anno 1219, ut dicit Ficker (*Engelbert*, p. 92), neque ante finem anni 1221 Fratres Minores Coloniam venisse docet Iordanus de Iano (*Chronica fratris Iordani*, ed. H. BOEHMER, Paris, 1908, p. 27-28). De Praedicatoribus nihil certi traditum est, aliis inter scriptores recentiores anno 1224 (QUETIF et ECHARD, *Scr. Ord. Praed.*, t. I, p. 94, annot. *f*, et p. 148), aliis anno 1220, 1221, 1222. (MAMACHIUS, *Annal. Ord. Praed.*, t. I, p. 651 annot. 1; cf. *Analecta s. Ord. Fr. Praed.*, t. I, 1893, pp. 449, 450; t. IV, 1897, p. 536) eosdem Coloniae sedisse affirmantibus. Vid. Gesta Treverorum, Cont. IV, c. 4 (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 399) : *In diebus illis* (superius narratae sunt res gestae anno 1221, inferius anno 1225) *venerunt in partes istas primum Praedicatores et postea Nudipedes, et subito impleverunt mundum. Et primo quidem Praedicatores venerunt Coloniam*... Cf. KNIPPING, n. 342. — (3) S. HILDEGARDIS responsum ad Colonienses (*P. L.*, t. CXCVII, col. 250-53). Cf. RICHERUS, *Gestae Senoniensis ecclesiae*, l. IV, c. 15 (*MG.*, Scr. t. XXV, p. 306). — (4) Chron. reg. Colon., Cont. IV, in fine an. 1224 (ed. WAITZ, p. 255) : *Hoc anno erat hiemps longissima et valde asperrima, fames eciam magna et inaudita, per biennium perdurans;*

per

A per cenobia que magis indigebant dividi (1). Eodem tempore in civitate Colonia et per totum episcopatum suum ad subsidium tocius provincie cervisiam [13] fieri inhibuit, malens maximis redditibus, quos recipiebat a braxatoribus, carere quam questus sui causa populos fame perire. Spiritu [14] timoris Domini alienus non erat, quia nullus nostri temporis pontificum suo [15] pontifici plus timoris et reverencie ipso exhibebat. Unde cum domnus Honorius papa mortem eius deplangeret, dixisse fertur hoc verbum : „Omnes de Alemannia [16] timore ipsius „me timebant. „ Nam propter obedienciam quam pape regique [17] exhibuit occisus est.

<9. Quod religiosos semper honoravit.>

Religiosos, immo in religiosis Christum, ita honorare studuit ut personis privatis assurgeret et tam humiliter cum eis loqueretur ac si illis subditus esset. Sacerdotes seculares et pauperes valde, personis illustribus [1] secularibus [2] neglectis,
B de sua scutella comedere et de suo cypho [3] bibere sepissime coegit. Vestimenta sua aliquando satis preciosa, quibus ad breve tempus usus fuerat, non istrionibus sed sacerdotibus, non scurris sed clericis dare consueverat. Et quia timor sine dilectione minus placet, beatam Virginem Mariam,
Eccli. 24, 24. que mater est [4] pulchre dilectionis, id est Christi, qui fons est et auctor [5] sancti amoris [6], in tantum dilexit ut per annos aliquot omnes quartas ferias in eius honore ieiunaret et duabus vicibus, postquam factus est episcopus, limina eius in
Ps. 25, 8. Rupe Amatoris (2) visitaret [7]. Decorem domus Dei cum sancto David [8] sic dilexit [9], ut ecclesiam Sancti Petri, que mater est [10] omnium ecclesiarum provincie Coloniensis, renovare fratres hortaretur, promittens se quingentas marcas statim ad inchoacionem offerre ac deinde annis singulis, donec fabrica consummaretur, marcas totidem (3). Fecerat autem ante mortem suam vestimenta pontificalia ex purpura et lino subtilissimo, aurifrigio eciam et laminis aureis, margaritis et gemmis tanti decoris ut cordis eius devocio in illis [11] quasi [12] in speculo reluceret; semel tantum eisdem [13] vestimentis usus est, et hoc in velacione sanctimonialium; quod officium sine lacrimis exercere non potuit. Calicem vero aureum ex gemmis preciosis a diversis sibi regibus transmissis (4), valoris, ut aiunt, plus quam quingentarum marcarum, ad honorem domus Dei fieri fecit; quem devotus super altare beati Petri apostolorum principis obtulisset, si non prius de calice passionis bibisset.

Hec de vita et actibus beati viri [14] dicta sufficiant ex multis pauca. Non enim tam multa quam vera probitatis eius acta scribere [15] proposui, ne michi ab hiis qui virum noverant de mendacio possit insultari, eo quod nondum
expletus sit annus ex quo passus est, et ne congestorum copia legentibus generet fastidium. E
Nunc autem quam feliciter et [16] difficulter [17] de
leva temporalium per ascensum purpureum, id Cf. Cant. 3, 10.
est martyrii meritum, ascenderit ad amplexum veri Salomonis, id est ad quietem divine contemplacionis, stilus manifestet; quia, ut ait quidam ex eius concanonicis, sacerdos devotus ac litteratus, „aliam viam, per quam in tali statu [18] positus
„ianuam regni celestis, que angusta est, intrare Matth. 7, 14.
„potuisset, non considero. „

Explicit distinctio prima [19].

LIBER II

Incipit secunda [1].

<1. Quod [1] propter defensionem ecclesie de Essende comes Fredericus in eius mortem latenter conspiravit.>

Vas electionis beatus Paulus apostolus, electorum gloriam et divinam circa illos intelligens
Rom. 8, 30. dispensacionem, ait : *Quos autem predestinavit, hos et vocavit, et quos vocavit, hos et iustificavit; quos autem iustificavit, hos et magnificavit.* Quatuor hic enumerat : predestinacionem, vocacionem, iustificacionem [2], magnificacionem. Primum eternum est et est causa trium subsequencium. Quos Deus ab eterno predestinavit [3], hos in tempore vocat, iustificat et magnificat. Beatum pontificem Engelbertum ab eterno predestina- F

[13] servisiam 2b¹. — [14] Spiritus 1a. — [15] summo 2b¹. — [16] Alemania 2ab¹. — [17] et regi 2ab¹.

9. — [1] et *add.* 2a. — [2] tamen *add.* 2ab¹. — [3] cipho 2a; chipho 2b¹. — [4] (m. e.) e. m. 2a. — [5] tocius *add.* 2ab¹. — [6] (s. a.) a. s. 2a. — [7] (R. A. v.) Ruppe v. A. 2a. — [8] (s. D.) D. s. 2a. — [9] sic desideravit *add.* 2ab¹. — [10] (m. e.) e. m. 2a. — [11] (in i.) *om.* 2a. — [12] tanquam 2a. — [13] eiusdem 2a. — [14] (b. v.) v. b. 2a. — [15] describere 2a. — [16] etsi 2ab¹. — [17] difficiliter//ter 1a *ante corr.* — [18] (t. s.) s. t. 2b¹; tum *add.* 2a. — [19] (d. p.) liber primus 2ab¹.

Liber II. — (*Deest in* 1a**, 2b²). — [1] secundus in passione eiusdem *add.* 2ab¹; VII idus novembris. Capitula secundi libri *add.* 2a.

1. — [1] Qualiter 2b¹. — [2] et *add.* 2b¹. — [3] predestinat 2ab¹.

EMO WERUMENSIS, Chron. ad an. 1225 (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 508) : *Et fuit illis diebus magna caristia omnium rerum... Tria enim concurrebant, frigus insolitum, mortalitas animalium et caristia annone metuenda. Vendebatur nempe quarta pars modii pro duabus marcis et dimidia...*; AEGIDIUS AUREAEVALLENSIS, *Gesta episc. Leod.*, l. III, c. 94 (*MG.*, Scr. t. XXV, p. 119, l. 27-33). — (2) Unius ex illis coenobiis nomen novimus his litteris, ex quibus non pigebit quaedam exscribere : *Engelbertus Dei gratia archiepiscopus Coloniensis devotis in Christo filiabus, dilectae sorori suae secundum carnem aliisque consanguineis ac pauperibus monialibus in monasterio Ulinchusen* (Oelinghausen) *Domino famulantibus salutem. Simul atque intelleximus qualiter in praesente calamitate, quae nostrum et finitimos populos, peccatis nostris ita exigentibus, miserabiliter affligit, vos quoque in annona et aliis vite subsidiis necessariis gravem patiamini defectum, nos compassione erga vos moti voluimus indigentiam vestram in aliquo sublevare. Quare praesentem benedictionem* (id est subsidia seu eleemosynas quas simul mittebat) ... *per ministerium manuum nostrarum cum gratiarum actione suscipite ... Religiosus vir Radolfus vestre ecclesie prior exponet vobis quantopere exspectamus preces vestras apud Deum; quibus credite nos impraesentiarum valde indigere* (Th. ILGEN, in *Westfälisches Urkunden-Buch*, t. VII, p. 111-12). Nomen huic sorori S. Engelberti Gislam fuisse dixerunt. Cf. KNIPPING, n. 480. — (2) Roc-Amadour apud Cadurcenses. Quibus annis haec itinera Engelbertus aggressus sit, nescimus. — (3) Rem in dubium vocavit Lacomblet (*Urkundenbuch*, t. II, p. XVII), neque fidem Caesario tribuendam censuit, utpote qui vellet Engelbertum veluti sanctum et ecclesiae tutorem celebrare. Hac ratione quid concludatur, non video, maxime cum vix annus elapsus esset a morte Engelberti cum Caesarius haec scriberet (cf. infra); iam vero quis credat virum, quem non solum probum, sed etiam prudentem novimus, ea finxisse quae facillime aequales falsa esse deprehendissent? Aliter prorsus atque rectius iudicavit H. CARDAUNS, *Konrad von Hostaden, Erzbischof von Köln* (Köln, 1880), p. 152. — (4) Cf. supra c. 6, ubi dona a regibus missa commemorat Caesarius.

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

tum predestinantis gratia [4] ad martirii locum
tempore et occasione quibus voluit vocavit, vocatum contricione, confessione et proprii sanguinis
effusione iustificavit, iustificatum signis et virtutibus post mortem magnificavit et magnificare
cottidie [5] non cessat. De magnificacione eius
celesti dicere non sufficimus, quia qualis vel
quanta sit nescimus. Causa vero martirii eius,
per quam illam [6] promeruit, talis erat. Fridericus comes de Ysemberg [7] (1) advocatus fuit
ecclesie de Hessende [8] (2). Est enim abbacia
regalis et ab imperatore tenetur. Iste Fridericus,
fratre seniore (3) in fata decedente [9] sine filio,
ut patris esset heres, recedens a clericatu factus
est miles et tanto fortassis ad malignandum
prompcior quanto a gratia remocior. Unde
Ps. 72, 27. David in psalmo : *Qui elongant se a te, peribunt.
Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Non
potest esse sine periculo et gracie detrimento
quando clerici, qui secundum nomen suum de
sorte sunt Dei, ordine mutato, milicie se mancipant seculari. Tales, sicut exemplum habemus [10]
B in multis, cum ad malum, ut dici solet, deteriorem tendunt, eciam malis peiores et crudelibus
crudeliores fiunt. Hinc Iheremie dicitur a Domino:
Ier. 24, 3. *Quid tu vides* [11], *Iheremia?* Et dixit : *Ficus malas,
malas valde.* Ficus male sunt mali religiosi [12],
utputa [13] monachi vel clerici; ficus male valde,
cum ex illis fiunt laici. Fuerat enim Fridericus
maioris ecclesie in Colonia canonicus. In comitem
ex clerico mutatus, fit ecclesie Hessindensis [14]
nominaliter quidem [15] advocatus, sed realiter inimicus. Non defensare, sed magis depredare
didicit. Cum pater eius, comes Arnoldus [16] de
Altena, vir admodum prudens et modestus satis
in generi suo, racione advocacie satis indebite
Cf. Ier. 50, 17. iam dictam vexaverit [17] ecclesiam, iste novissimus Fridericus exossavit [18] eam. Advocatos sive
scoltetos [19] ecclesie contra voluntatem abbatisse
sive sororum amovit, pro libitu novos [20] restituit, homines monasterio quocumque iure attinentes tantis vexationibus angarians tantisque
exactionibus excorians, ut nobilis illa ecclesia
subsistere vel diucius eiusdem incubatoris insolencias sustinere non posset. Non legerat vel

pocius non attenderat scriptum, si legerat, miser- D
rimus ille : *Ve qui predaris! Nonne et ipse predaberis?* Abbatissa cum sororibus frequenter [21] Isai. 33, 1.
Coloniam veniens, cum coram prioribus (4) suas
miserias et Friderici violencias lacrimabiliter
prius domino Theoderico ac deinde eius successori Engelberto archiepiscopo exponerent, modicum profecerunt, eo quod amore cognationis
multa circa illum dissimularet [22]. Post annos aliquot sororum querimonias [23] dominus papa
Honorius necnon imperator Fridericus tediati [24],
compacientes sepe dicte ecclesie, cogentes episcopo litteras [25] direxerunt (5). Qui cum ecclesie
imperialis iniurias diucius dissimulare nec auderet nec vellet, comitem seriosius monuit, sed non
profecit. Cui in tantum pepercit, ut ei de propriis redditibus annis singulis certam pensionem
offerret, dummodo advocacia uti legitime vellet (6). Sed non acceptavit ille, quoniam in mali- Sap. 1, 4.
volam animam non introibit sapientia. Intelligens
Fridericus voluntatem presulis [26], quod eum exheredare vellet, cognatis conqueritur et amicis. Et
ecce, flante Beemoth, cuius anhelitus prunas Iob 41, 12.
ardere facit, sic succensus est ad episcopum
interficiendum ut verbis fumigantibus carbones,
id est satellites suos, homines in malicia exercitatos et ad [27] omne facinus pronos, ad parricidium inflammaret. Fridericus nomen theutonicum est et interpretatur pacis dives, misero isti
non nisi per antyphrasim [28], id est per contrarium, congruens. Nam pacis inops erat, pacis
inimicos sibi socians. Mox cultelli, lancee et [29]
enses preparantur a misero; miseri falsis promissionibus animantur. " Ego sum, inquit, comes,
" castra [30] forcia habens et terram [31]. Duo ex
" fratribus meis episcopi sunt (7). Dux Wale-
" rammus [32], et terre nostre potentissimus, socer
" meus est (8); cuius filius habiturus est comi-
" ciam [33] de Monte. Consobrinus sum [34] Theode-
" rici comitis Clivensis, cuius frater [35] est nobilis
" vir de Heynsberg [36]. Godefridum comitem de
" Arnisberg [37], Ottonem comitem de Tickelin-
" burg [38], Hermannum [39] virum potentem de
" Lippa et alios quam plures iniuriis affecit, lesit
" et offendit (9), nec est qui sanguinem eius [40]

C [4] gratiam 2a. — [5] (m. c.) c. m. 2ab¹. — [6] illa 2ab¹. — [7] Ysynbergh 2b¹. — [8] Essende 2ab¹. — [9] cedente 2ab¹. — [10] habēs 2a; (e. h.) h. e. 2b¹. — [11] videtur 2a; (t. v.) tibi videtur 2b¹. — [12] (m. r.) r. maligni 2b¹. — [13] ut puto 2b¹. — [14] *ita et* 2a; Essendensis 2b¹. — [15] *om.* 2ab¹. — [16] (c. A.) A. c. 2ab¹. — [17] vexaverat 2ab¹. — [18] exosavit 2b¹. — [19] scultetos 2a; schultetos 2b¹. — [20] novas 2b¹. — [21] (c. s. f.) sepius c. s. 2a. — [22] dissimularent 2b¹. — [23] querimoniis 2b¹. — [24] tendiati 2a; attediati 2b¹. — [25] (e. l.) l. e. 2ab¹. — [26] (v. p.) p. v. 2ab¹. — [27] *om.* 2a. — [28] antifresim 2a; antifrasim 2a *corr.*, 2b¹. — [29] *om.* 2ab¹. — [30] vestra 2a. — [31] (et t.) in terram 2a. — [32] Walramus 2a. — [33] cometiam 2ab¹. — [34] *om.* 1a. — [35] fratuelis 2a; fratruelis 2b¹. — [36] Hennsberg 2a; Hemisberg 2b¹. — [37] Arinsberg 2b¹. — [38] Tickelinberg 2ab¹. — [39] Herrmannum 2a. — [40] suum 2ab¹. F

(1) Comes de Altena inde ab anno circiter 1207 (cf. infra, annot. 3), dictus etiam aliquando inde ab anno 1216 comes de Isenberg (alias Isenbergh, Isenberch, Isenborgh, Isenburg, cet.). Cf. ILGEN, in *Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins*, t. XXXVI, p. 46. Quod castrum prope Hattingen neque procul ab Essendia ad Ruram fluvium conditum erat. — (2) Essen. — (3) Eberhardo II comite de Altena, qui anno 1207 vel certe paulo post obiit. Cf. ILGEN, . c., pp. 30, 46. — (4) Cf. supra. p. 629, annot. 9. — — (5) Cf. supra, p. 643, annot. 1. — (6) Eadem tradit Emo Werumensis supra, pag. 640 D. — (7) Theodericus Monasteriensis et Engelbertus Osnabrugensis; cf. l. I, c. 2; l. II, c. 4. — (8) Fridericum filiam Walerammi ducis Limburgensis uxorem duxisse testantur etiam REINERUS LEODIENSIS, Annales ad an. 1225 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 679); Gesta Treverorum, Cont. IV, c. 4 (ibid., t. XXIV, p. 400); LEVOLDUS A NORTHOF, Chronica comitum de Marca, ed. C. L. P. TROSS, *Levold's von Northof Chronik der Grafen von der Mark* (Hamm, 1859), p. 68. Nomen mulieri illi Sophiae fuisse dicunt scriptores recentes alii, alii Margaritae; nullum nomen antiqui tradunt. Docet Chronica episcoporum Monasteriensium Fridericum comitem Engelberto necem machinatum esse *ad sugestionem uxoris sue* (J. FICKER, *Die Münsterischen Chroniken des Mittelalters*, Münster, 1851, pp. 30 et 114: cf. ID., *Engelbert*, pp. 257, 261). Quod veri quidem non est dissimile, cum inter Engelbertum et inter Limburgenses nuper exstitissent acerrimae controversiae atque inter se pugnarent etiam tunc utriusque partis utilitates. Tamen ne id facile credamus, obstat quod tacent hac de re scriptores aequales, Chronica autem Monasteriensis non ante annum circiter 1370 est composita. — (9) Quid veri subsit hisce testis utique suspecti contumeliis, certo definiri non potest. Ceteris monumentis quae supersunt haec tantum docemur Godefridum de Arnesberg aliquando mente providisse forsan futurum esse ut discordia inter ipsum et ecclesiam Coloniensem excitaretur (KNIPPING, n. 170; cf. nn. 239, 330, 379); Herimannum de Lippea quandam advocatiam Engelberto contradidisse (ibid., n. 149), ita ut suspicari liceat antea controversiam quandam inter utrumque esse ortam (vid. quam graviter ibidem advocatos corripiat archiepiscopus); eundem Engelbertum aliquando contra comitem Ottonem de Tecklenburg sententiam dixisse (ibid., n. 539).

" vindicet.

A „ vindicet. Omnes vos ditabo, protegam [41] et „ sublimabo. „ Simile huic tacito parricidio, antequam occideretur beatus episcopus, frater Friderici Engelbertus cuidam honesto militi, sicut nuper ab eius ore audivi, proposuit dicens : “ Tales et tales sunt cognati mei, tales ac tales [42] „ affines mei, „ — praedictos [43] nominans — “ et „ quis mihi fratribusque meis nocere posset? „ Respondente milite : “ Nullus, maxime quam diu „ vobiscum est [44] dominus et cognatus vester „ archiepiscopus „, ille subiunxit : “ Ponatur „ archiepiscopum non superesse, et quis nobis „ vim vel [45] contumeliam posset inferre? „ Cui [46] respondit ut prius. Et satis displicuit ei verbum, postea bene intelligens [47] quare illud protulerit. Ex quo conicitur idem sacrilegium [48] tunc primum, cum episcopus occisus est, non [49] fuisse conceptum, sed diu pretractatum [50]. Dicuntur eius conspiracioni consensisse nonnulli [51] potentes (1), quos fama non tacet et quos propter tempus nominare non licet (2). Sed veniet narrantibus hora, quia, sicut Salvator dixit [52] in Evangelio,
Matth. 10, 26. nichil opertum quod non reveletur et occultum quod non sciatur.

<2. Quod in Susacia inter domnum episcopum et comitem Fredericum de pace tractatum est.>

Post festum omnium sanctorum Deo dilectus pontifex propter bonum pacis Susaciam venit (3). Venit et Fridericus cum fratribus suis episcopis, aliis [1] cognatis suis atque consiliariis. Ubi cum triduo pro composicione laboratum esset, nulla via que Friderico placeret inveniri [2] potuit (4).
Cf. Iob 41, 15. Induraverat enim [3] dyabolus cor eius quasi lapidem et strinxerat illud [4] quasi malleatoris incudem. Cuius consiliariis tunc temporis congruebat quod de dyabolo, cuius membra per conspiracionem effecti sunt, paulo [5] superius ad Iob
Iob 41, 6-8. dictum est a Domino : *Corpus,* inquit, *eius* [6], *quasi scuta fusilia, squamis se prementibus. Una uni coniungitur et ne spiraculum quidem incedit* [7] *per eas. Una adheret alteri et tenentes se nequaquam separabuntur.* Ita erant, quidquid ore dicerent, conspiratores illi, in concepta malicia pertinaces et indurati, ita coherentes et confederati,
C ut nullum pacis consilium corde possent [8] admittere.

<3. Quod quibusdam religiosis mors eius revelata est, eciam quibusdam eum premunientibus non solum litteris, sed et verbis [1].>

Placuit circa idem tempus Spiritui sancto martiris sui finem quibusdam viris religiosis et hoc diversis in locis revelare. Monachus quidam congregacionis nostre, iuvenis probate vite, abbati nostro secrecius dicebat : “ Domine, si habetis „ aliqua tractare cum archiepiscopo, ne differatis, quia cicius morietur. „ Post dies paucos infirmarius noster, Winandus [2] nomine, pro negocio quodam ad ipsum Susaciam directus est. Qui cum in Veteri Monte (5), domo ordinis nostri, pernoctaret, mane recedente [3] eo [4], supprior subsecutus ait : “ Est apud nos conversus quidam spi- „ ritum habens propheticum, sicut sepe experti „ sumus. Hic dicit [5] tribulacionem maximam in „ brevi [6] venturam [7] esse super dominum nostrum „ archiepiscopum [8]. Propter quod [9] rogo vos ut „ moneatis ipsum, quatinus cautus sit super „ se [10] et custodiat se [11]. „ Cui ille respondit : E
“ Melius est ut taceam, quia pro frivolo repu- „ taret. „ Veniens tamen ad eum benigne ab eo [12] susceptus est et expeditus, nec aliquid horum [13] que dicta sunt recitare presumpsit. Nam die sequenti dominus episcopus litteras indices mortis sue accepit (6). Quas cum legisset, in ignem mittens pede conculcavit, ne [14] discordie seminarium fierent inter ipsum et cognatum suum comitem Fridericum. Recitavit tamen eas episcopo Mindensi [15] (7), qui presens erat. Cui cum diceret ille : “ Domine, propter Deum [16] custodite vos, „ non solum propter vos, immo propter utilitatem „ ecclesie vestre [17] et salutem tocius terre „, respondit ille : “ Angustie mihi sunt undique, et Cf. Dan. 13, 22.
„ quid mihi faciendum sit [18] Dominus novit, „ prorsus [19] ignoro. Ve mihi, si tacuero. Si autem „ eis proposuero, dicent, immo amicis et cognatis „ de me conquerentur, quod parricidii crimen „ ipsis [20] inpingam. „ Non solum de Friderico, sed eciam de Godefrido et Willelmo [21] fratribus eius suspicio fuit (8). Et adiecit : “ Ego ab hac hora „ corpus meum [22] et animam meam committo „ divine [23] providencie. „

F

<4. Quod confessionem suam episcopo Mindensi faciens, fratribus Frederici, episcopo Monasteriensi et Osenburgensi [1], que sibi intimata fuerant revelavit [2].>

Et assumens episcopum in capellâm suam, solus soli confiteri cepit [3] omnia peccata sua ab ineunte aetate cum tanto ymbre lacrimarum,

[41] protigam 2a. — [42] sunt *add.* 2b¹. — [43] nobiles *add.* 2b¹. — [44] et 2a. — [45] et 2a. — [46] miles *add.* 2ab¹. — [47] intelligit 2a. — [48] non *add.* 2b¹. — [49] *om.* 2ab¹. — [50] pertractatum 2b¹ *corr. al. m.* — [51] nonnullos 2ab¹. — [52] di' 2a; (S. d.) dicit S. 2b¹.

2. — [1] aliisque 2ab¹. — [2] invenire 1a. — [3] *om.* 2a. — [4] id 2b¹. — [5] post *add.* 2b¹. — [6] *om.* 2b¹. — [7] incedat 1a. — [8] posset 2b¹.

3. — [1] (non ... verbis) *om.* 2b¹. — [2] Wynandus 2b¹. — [3] recedentem 2b¹. — [4] *om.* 2ab¹. — [5] *om.* 2ab¹. — [6] (in b.) iuveni 2a. — [7] venturum 2b¹. — [8] prophetat *add.* 2b¹. — [9] (P. q.) Quapropter 2ab¹. — [10] (s. se) *om.* 2ab¹. — [11] (et c. se) seque c. 2ab¹. — [12] (ab eo) *om.* 2ab¹. — [13] eorum 2ab¹. — [14] ne ne 2b¹. — [15] Mindensis 1a *corr.;* Mindennensi 2a; Myndenensi 2b¹. — [16] (p. D.) pro Deo 2ab¹. — [17] nostre 2b¹. — [18] *om.* 2b¹. — [19] prosus 1a. — [20] eis 2b¹. — [21] Wilhelmo 2ab¹. — [22] *om.* 2b¹. — [23] (c. d.) d. c. 2ab¹.

4. — [1] Osnaburgensi 2b¹. — [2] manifestavit 2b¹. — [3] (con. ce.) ce. con. 2ab¹.

(1) Cf. supra, p. 642, annot. 7. — (2) Plerosque tamen illorum designavit paulo superius ipse Fridericus comes; quod cauto Caesario satis fuit. — (3) Cf. litteras Engelberti, KNIPPING, n. 567 (ubi lege “ Nov. Anfang „, non “ Vor Anfang „) : *constituti apud Sosatum oppidum nostrum cum multa turba clarorum virorum.* — (4) Hinc factum est ut Engelbertus *pro forma compositionis agenda* Friderico diem 10 novembris 1226 constitueret. Ita Chron. reg. Colon., Cont. IV, ad an. 1226 (ed. WAITZ, p. 259). Cf. KNIPPING, n. 568. — (5) Altenberg. — (6) Infra, c. 7, docet Caesarius has litteras ab Herenberto Rennekoie, Friderici comitis famulo, esse scriptas. — (7) Conrado, 1209-† 1236. — (8) Cf. infra, c. 17.

ut

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

ut totum pectus eius infunderent et cordis maculas crebris stillicidiis, ut speramus, diluerent[4]. Cui cum diceret dominus Mindensis[5]: " Timeo „ aliquid[6] latere adhuc[7] in consciencia vestra, „ quod mihi dictum non sit „, respondit beatus ille[8]: " Dominus scit nichil me ex industria[9] „ subticuisse. „ Postea tamen plenius cogitans de peccatis suis, summo mane in priorem locum ducens confessorem suum confessor Domini in Dan. 3, 39. spiritu humilitatis et in animo contrito quod memorie occurrerat rursus cum tantis lacrimis confessus est, ut in tali persona talem graciam lacrimarum episcopus Mindensis[10] mirari non sufficeret, et ille merito cum propheta dicere Ps. 118, 136. posset: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt*[11] *legem tuam*. Teste eodem episcopo, cuius relacione hec comperta sunt, sic se contricione cordis coram Domino mactavit, sic se oris confessione mundavit, tam sollicite utraque iustificacione se preparans ac[12] si ipsa die moriturus esset. Postea, consciencia serenata, confidenter ait: " Modo voluntas Dei de me fiat. „ B Ecce sic verus et summus sacerdos homo Christus Iesus, qui se in ara crucis offerre dignatus est hostiam propitiacionis pro peccatis nostris, sacerdotem penitentem pro diluvio[13] lacrimarum suarum abluere et emundare voluit, ut Deo Patri per martirium offerendus in holocaustum esset hostia pura, hostia sancta, hostia placens et immaculata. Sacerdotes veteris testamenti hostias offerendas prius lavabant. Interim pulsatum est ad ostium[14] capelle, et non permisit aperiri dominus archiepiscopus, eo quod haberet oculos ex fletu adhuc tumidos et humidos[15]. Cumque pulsantes perseverarent et dicerent quia Monasteriensis et Osinbrucgensis[16] episcopi ad ostium starent, postquam oculos exterserat et faciem siccaverat[17], intromissi sunt; ponensque[18] manus super humeros illorum, dexteram super scapulam unius et sinistram super scapulam alterius, ait: " Vos, domini[19], ambo cognati mei estis. „ Ego, sicut optime nostis, in nullo vos lesi, sed, „ in quantum potui, semper promovi, necnon et „ fratres vestros. Et ecce a diversis tam litteris » quam verbis mihi intimatum est quod frater „ vester comes Fridericus[20], quem intime dilexi C „ et cui non nocui, malum michi machinetur, „ volens me occidere. „ Ad quod verbum illi D simulantes quod in corde non habebant, pavidi responderunt: " Absit hoc, domine, absit; nec „ est necesse vos de hoc verbo pertimescere[21], „ quia nunquam ascendit in cor eius. Omnes per „ vos ditati, honorati et[22] sublimati sumus. „ Hoc verissimum[23] erat. Nam Theodericum[24] electus in archiepiscopum statim promovit in maiorem prepositum[25] (1), deinde in episcopum Monasteriensem (2), Engelbertum[26] in episcopum Osinbrucgensem[27] (3), Philippum fratrem illorum[28] in maioris ecclesie Coloniensis[29] canonicum, insuper illum faciens thesaurarium (4). Eo[30] tempore quo occisus est laboravit ut frater eorum Bruno fieret maior prepositus[31] ecclesie Traiectensis[32] (5). Hec idcirco commemoravi, ut lector cognoscat qualem vicem[33] ei rependerint[34]. Revera retribuebant ei mala pro Ps. 34, 12. bonis et cum loqueretur illis et pro illis bonum, Ps. 119, 7. impugnabant eum gratis. Ier. 18, 20.

<5. De eo quod de[1] Susacia[2] et versus Suelme[3] festinans viduam in via vindicavit.> E

Comes Fridericus, ut conceptam maliciam melius dissimulare posset, verbo tenus pro bono pacis sibi a domino episcopo oblata acceptavit, cum ipso de Susacia exiens eumque tam familiariter deducens ut ei episcopus diceret: " Cognate, cum multa iocunditate simul ascen„ demus ad sollempnem curiam regis, quam in „ Nurinberg[4] celebrabit[5] cum principibus (6). „ Sciens Fridericus quod postera die ecclesiam dedicaturus esset[6] in Suelme[7] (7), nacta occasione, exemplo Iude, petita licencia, ad satellites suos rediit; quos ad diversas destinans insidias, quid facturi essent instruxit et, quanto studiosius poterat, animavit. Erat enim feria sexta post festum Omnium Sanctorum et Domini[8] electus die eadem sanctis omnibus per passionis meritum sociandus ad dedicationis locum venire ieiunus disponebat[9]. Cui eodem die vidua quedam occurrit super duabus causis sub interminacione divini nominis iudicium illius flagitans. Cuius vociferacione Domini sacerdos[10] commotus, ne in hoc inferior videretur iudice iniquitatis, de quo Domi- F nus

[4] diluerunt 2a. — [5] Myndensis 2a. — [6] *om.* 2ab¹. — [7] (l. a.) a. l. 2ab¹. — [8] (b. i.) i. b. 2b¹. — [9] (n. me ex i.) me ex i. n. 2ab¹. — [10] Myndensis 2ab¹. — [11] custodivi 2ab¹. — [12] (ac... serenata) *om.* 2a. — [13] (p. d.) profluvio 2ab¹. — [14] hostium 2a. — [15] (t. et h.) h. et t. 2a. — [16] Osenburgensis 2a; Osnaburgensis 2b¹. — [17] siccaret 2a, siccarat 2a *corr.* — [18] (ponensque ... ait) Quibus domnus archiepiscopus ait 2a *in marg.*; Quibus et ait 2b¹. — [19] et *add.* 2a. — [20] (f. v. c. F.) c. F. f. v. 2ab¹. — [21] (vos de h. v. p.) de h. v. p. vos 2ab¹. — [22] *om.* 2a. — [23] verissime 2b¹. — [24] Theodericus 2a; Theodricus 2b¹. — [25] propositum 2a. — [26] vero in prepositum (prop- 2a) Beati (Sancti 2b¹) Georgii (8) et postea *add.* 2ab¹. — [27] Osenburgensem et 2a; Osinburgensem et 2b¹. — [28] eorum 2a. — [29] (m. e. C.) maiori ecclesia Coloniensi (Colonie 2b¹) 2ab¹. — [30] eodem 2b¹. — [31] *ita et* 2a. — [32] (e. T.) T. e. 2ab¹. — [33] *add. in marg.* 2a. — [34] rependerunt 2b¹.

5. — [1] *om.* 2b¹. — [2] exiens *add.* 2b¹. — [3] Swelme 2a. — [4] Nurinberch 2b¹. — [5] celebrabat 2a. — [6] (ec. d. es.) d. es. ec. 2b¹. — [7] *ita et* 2a. — [8] dominus 2b¹. — [9] disposuit 2ab¹. — [10] (D. s.) s. Dei 2ab¹.

(1) Ante mensem aprilem anni 1217, cum die 10 huius mensis ab Honorio III impetraverint decanus et canonici Susatienses ut sibi praepositi eligendi libera facultas confirmaretur (POTTHAST, n. 5515). Id autem tunc a pontifice petiisse aestimandi sunt, postquam praepositus ipsorum, qui erat ipse Theodericus de Altena, a consobrino suo Coloniam translatus erat. Cf. supra, p. 635, num. 35. — (2) Electus die 22 iulii 1218. — (3) Post mensem iunium 1224. — (4) Custos maioris ecclesiae erat anno 1222. Cf. KNIPPING, n. 344. — (5) Nequaquam factus est anno 1224 praepositus Sancti Georgii, ut coniecit FICKER, *Engelbert*, p. 215. In litteris enim, quas hic affert, praepositus sancti Georgii comparet non Bruno, sed Heinricus; cf. KNIPPING, n. 494. — (6) Cf. supra, p. 639, num. 47 extr. — (7) Schwelm, urbs Westfaliae inter Coloniam et Susatiam, proprior tamen Susatiae. Quia *ecclesiam Suelme sequenti dominica* (9 novembris) *erat consecraturus*, ideo *ea die qua occisus est confessionem de peccatis suis fecisse* Engelbertum (cf. supra, c. 4) docet Chronica regia Coloniensis, Cont. IV, ad an. 1225 (ed. WAITZ, p. 256). De die quo consecranda erat ecclesia Suelmensis cum Caesario concordant Gesta Treverorum, Cont. IV, c. 4 (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 400, l. 7): *Martirizatus est beatus Engilbertus in vigilia sancti Willebrordi advesperascente iam die* (id est in nocte inter dies 6 et 7 novembris), *feria sexta* (=die 7 novembris), *adhuc ieiunus, prope villam Swelme, in qua proximo die ecclesiam erat consecraturus.* — (8) Cf. supra, p. 628, annot. 2. Praeposituram Sancti Georgii sibi conservavit Engelbertus, donec pallium accepit die 24 aprilis 1218 (cf. supra, p. 633, num. 29). Statim autem illam tradidisse videtur Engelberto de Altena consobrino, cum die 28 iunii eiusdem anni iam certior factus esset Honorius III illam ab archiepiscopo cuidam consanguineo esse collatam (KNIPPING, t. III, n. 210) atque postea Engelbertus de Altena ea reapse potitum videamus (v. gr. KNIPPING, n. 302).

Luc. 18, 2. nus dicit in Evangelio, qui Deum non timebat et hominem non reverebatur, mox de equo descendit et, sede composita, loco ducis ad iudicandum sedens, super feodo[11] de quo vidua conquesta est sentenciam quesivit et accepit. Pro se enim et contra viduam sentenciam audiens latam, ex multa cordis compassione cum effectu[12] protulit verbum memoria dignum : " En[13], domina ", inquit, " feodum[14] de quo conquesta estis, vobis " per sentenciam est ablatum mihique adiudica" tum. Sed ego propter Deum, vestre compassus " miserie, illud[15] vobis relinquo. Alterius negocii " vestri querimonia ad me non pertinet[16]. " Simile aliquid legimus in hystoria romana (1) de[17] pio principe Traiano. Qui cum esset in expedicione positus et milicia[18] vallatus, vidua illi vetustissima in foro occurrens et iniuriam suam illi conquerens, cum ille diceret se iusticiam ei facturum cum rediret, illa responderet reditum eius esse incertum, mox dominus orbis substitit, viduam audivit et vindicavit, omnia sua[19] illi restituens. Amplius aliquid operatus est princeps
B noster. Traianus per iudicium vidue fecit iusticiam, Engelbertus omne iudicium convertit[20] in
Hebr. 11, 6. misericordiam. Et quia sine fide impossibile est placere Deo, si imperator opus[21] illud pietatis exercuit zelo iusticie, non appetitu secularis glorie, poterat ei esse ad mitigacionem pene, quod sacerdoti Domini, eo quod vir esset chatholicus[22], contritus et confessus, meritum[23] fuisse creditur vite eterne. Opus imperatoris, eo quod extra caritatem fieret, mortuum remansit; opus vero episcopi, quod ex caritate factum speramus, glorie martirii multum eum[24] habilitavit.

<6. Quod comes Fredericus crebrius ad ipsum veniens statum eius exploravit.>

Cumque properaret ad locum destinatum, comes Fridericus circa meridiem ad eum venit, certificari tantum volens quo tenderet, qui vel quanti cum eo essent. Quem cum episcopus salutaret et, ut secum pernoctaret[1], plurimum invitaret, non acquievit ille, aliquid ut prius occasionis pretendens. O cor agninum, o oculum columbinum, cor sine felle, oculus sine suspicione!
C Invitat amicus hostem, domesticus latronem, hostia carnificem. Comite recedente et pontifice procedente, tempus adest vespertinum. Vesperis vero dictis, rursum adest comes. Quem videns[2] a longe Conradus[3] comes Tremonie (2) ait ad episcopum : " Domine, creber comitis huius acces" sus vel[4] recessus multum mihi suspectus est[5]. " Et[6] nunc tertio venit, et non sicut ante in " palefrido, sed in dextrario. Consulo[7] ut[8] vos " dextrarium vestrum ascendatis. " Cui ille respondit : " Hoc nimis esset notabile. Non eum " timeo, quia non nocui illum. " Cumque appro-

quaret, consideraverunt colorem vultus eius[9] totum immutatum. Heu ! quam difficile est, ut quidam ait, crimen non prodere vultu. Et cepit eum alloqui[10] episcopus et dicere : " Sciebam, " cognate, quod tandem maneres[11] mecum. " Et non respondit ei[12], conscius ipse sibi; et pergebant simul. Propter quod quidam tam ex clericis quam ex militibus suspicione territi subtraxerunt se illorum comitatui. Nam magna pars episcopalis familie cum cocis[13] dudum ad hospitium preparandum precesserat et pauci cum pontifice remanserant. Sole properante ad occasum, hostia cum immolante properat ad aram, ut fieret Domino sacrificium vespertinum, quod dignius erat in lege. Passus est Christus sexta feria[14], hora sexta, scilicet in meridie, ut declararet se mediatorem[15] Dei et hominum. Engelbertum vero pati voluit eadem feria, sed in fine diei, ut ostenderet eum per bonum finem, non per precedentem vitam, coronatum. Per caudam hostie bonus finis designatus est in lege. Hostiam sine cauda offerre non licuit; neque Deo vita bona sine bono fine placebit. Sciens scriptum beatus ille : *Qualem te invenero, talem te iudicabo*[16], maxime a religiosis expetere solebat, quatinus ei finem bonum suis oracionibus apud Deum optinerent. Quod et factum est ordine tali.

OVID. Met. 2, 447.

Cf. Levit. 22, 23.

Cf. Ezech. 24, 14?

<7. De morte eius et quod Suelme[1] delatum est corpus eius.>

Circa crepusculum[2] ventum est ad locum[3] insidiarum.[4] Ecce comes enormitatem concepti facinoris considerans et abhorrescens[5], dicere cepit ad suos : " Ve mihi misero! Quid est quod " facere volui, ut dominum et cognatum meum " occiderem? " Quem mox hii, quos ipse dudum flatu Beemoth[6] succenderat, reaccendentes, sic ad facinus instigaverunt ut instar colubri venenum, quod ad modicum evomuerat[7], ardencius resumeret. Qui mox cum Herenberto de nece episcopi tractans voluntatem suam ei exposuit. Statim ille, secundum quod edoctus fuerat a fratre suo dapifero, assumpto secum Herinberto[8] de Swerten (3), dominum archiepiscopum precesserunt. Et cum in ascensu montis essent[9], comes ait : " Domine, hic est via nostra[10]. " Cui episcopus respondit : " Dominus nos custodiat. " Non enim F sine suspicione fuit. Tunc comes parum expectans[11], alios famulos post ipsum destinavit, precipiens eis ut Herenberto assisterent in eo quod inciperet. Cumque viam concavam, que in summitate duabus semitis hinc inde cingebatur[12] episcopus ingrederetur, premissi servi comitis cum tanto strepitu ingressum preanticipaverunt ut eciam ipse dominus episcopus[13], sicut hodie testis est cellerarius de Hemmerade[14] (4), turbatus[15] miraretur. Alii a dextris, alii a[16] sinistris

[11] feudo 2b¹.— [12] (c. e.) *om.* 2ab¹. — [13] Eia 2a. — [14] feudum 2b¹. — [15] id 2ab¹. — [16] (q. ad me n. p.) ad me n. p. q. 2b¹. — [17] die 2a. — [18] millicia 2a. — [19] *om.* 2ab¹. — [20] vertit 2b¹. — [21] *om.* 2ab¹. — [22] catholicus 2a; chatolicus 2b¹; et *add.* 2a, *add.* 2b¹ *sed delet.* — [23] meritorium 2a; meritorum 2b¹. — [24] *om.* 2ab¹.

6. — [1] vellet *add.* 1a. — [2] *add. in marg.* 2a. — [3] Conrardus 2b¹. — [4] sive 2ab¹. — [5] (s. e.) e. s. 2ab¹. — [6] En 2ab¹. — [7] vobis *add.* 2ab¹. — [8] et *add.* 2a. —

[9] (c. v. e.) v. e. c. 2a; vultum e. c. 2b¹. — [10] aloqui 2a. — [11] maneas 2b¹. — [12] verbum *add.* 2ab¹. — [13] totis 2a. — [14] (s. f.) f. s. 2a. — [15] meditatorem 2a. — [16] iudico 2ab¹.

7. — [1] Swelme 2a. — [2] crepulculum 2a. — [3] loca 2a. — [4] Et *add.* 2ab¹. — [5] abhorrens 2ab¹. — [6] Behemot 2a; Behemoth 2b¹. — [7] evomerat 2b¹. — [8] Herenberto 2ab¹. — [9] esset 2ab¹. — [10] *om.* 2ab¹. — [11] (c. p. e.) p. e. c. 2ab¹. — [12] domnus *add.* 2ab¹. — [13] (d. e.) pontifex 2ab¹. — [14] Hemmerode 2b¹. — [15] turbatur 2b¹. — [16] *om.* 2b¹. —

(1) Quae sequuntur accepit Caesarius non ex antiquissimo teste huius fabulae, ex Vita dico S. Gregorii Magni *BHL.* 3637 (ed. GASQUET, p. 38), sed ex recensione interpolata (*BHL.* 3640) Vitae S. Gregorii a Paulo diacono conscriptae (*Act. SS.*, Mart. t. II, p. 136, num. 25) vel certe a quopiam qui istam fideliter exscripserat. — (2) Dortmund. — (3) Schwerte ad Ruram flumen, inter Schwelm et Susatiam. — (4) Himmerode, monasterium ordinis Cisterciensis bene notum.

gradiebantur,

gradiebantur, quidam vero retro cum comite insidias observantes sequebantur. Tunc Herenbertus signum eis dans qui in latebris erant, tam horrificum emisit sibilum ut non solum [17] homines traditionem ignorantes, sed et equi quibus insidebant [18] stuperent. Mox hii qui precesserant, extractis gladiis, reversi sunt. Quo viso, miles quidam, qui [19] inter ipsos et episcopum erat, territus clamavit : „ Domine, ascendite cito dextra„ rium vestrum, quia mors in ianuis est. „ Ducebatur enim a tergo eius a nobili [20] adolescente de Hemersbach [21]. Videntes famuli [22] comitis quod dextrarium ascendisset, obiecerunt se ei et vulneravit eum unus [23] graviter in crure [24], nullo eum defendente [25], excepto [26] Cůnrado [27] de Tremonia, qui se, extracto gladio, Herenberto Rennekoie [28] (1) obiecit. Quem idem Herenbertus [29] preveniens magno ictu in fronte eum [30] percussit. Avertente se Cůnrado [31] ab eo, alius [32] eum inter scapulas vulneravit (2). Ecce iste est Herenbertus [33] qui paulo ante dominum episcopum premunierat, ut, si secus quam ipse sperare res eveniret, ipse se excusare posset. Videntes
Matth. 26, 56. ista qui erant cum episcopo, omnes, relicto eo, fugerunt; et impletum est in illis quod per pro-
Matth. 26, 31. Cf. Zach. 13, 7. phetam de capite nostro scriptum est : *Percuciam pastorem et dispergentur oves.* Quid post hec de episcopo gestum sit, tum propter suorum fugam, tum propter noctem imminentem, quia plene sciri non poterat, nutu Dei actum est ad martirii eius ordinem modumque declarandum ut comes Fridericus ab Urbe rediens Coloniam captivus duceretur (3); qui culpam suam palam confessus parricidii reos nominatim expressit, eciam fratres suos supradictos [34] de reatu accusans. Captus est [35] cum eo cum altero [36] quodam Tobias [37] notarius suus [38], qui in vinculis positus ad peticionem quorundam canonicorum, qui me ad scribendum amplius sollicitaverant [39], ut verius scribi posset [40] qualiter vel a quibus beatus episcopus sit occisus, spe consequende venie eciam scripto [41] manifestavit, Deum testem invocans in anima sua [42] se vera dixisse secundum quod ipsius comitis in agone et aliorum nefandorum Rome confessio patefecit. Et hec de hiis dicta sufficiant. Cumque [43] dominus episcopus adhuc
C esset in via concava [44], satellites premissi per frenum ipsum [45] rapientes, sicut scribit Tobias, dextrarium eius cum tanta violencia [46] verterunt ut frenum ei e manibus traherent. Qui cum ex utraque parte viam declinare [47] non posset, quia arta et concava fuit, media via in descensu fugit.

Illis autem eum insequentibus, Ioachym [48] dextra- D
rium [49] in femore vulneravit et, cum ex neutra [50] via ipsum preire [51] possent, Herenbertus [52] extra viam in equo prosiliens [53] in acutissima semita, sicut confessus est, ipsum preveniens per capucium cappe [54] arripuit [55] et eum ex latere ad se inclinans secum ad terram traxit. Et mox vi [56] surgens [57] episcopus, quia forcior illo erat, extra viam fugit [58] in rubum, solo Herenberto per fimbriam cappe illi inherente. Cumque clamorem in rubo comes audisset, propius accedens clamasse dicitur : „ Apprehendite et tenete eum, quia „ forcior nobis iam [59] efficitur vir. „ Et cum verba supplicacionis emitteret episcopus et diceret : „ Sancte Petre, quid mihi imputant isti homi„ nes? „, frendens Fridericus ait : „ Cedite latro„ nem, cedite, qui et nobiles exheredat et nemini „ parcit. „ Tunc Gissillerus [60] videns Herenbertum cappe eius inherentem, festinanter descendit et furibunde post eos currens [61] primum vulnus in capite sibi fecit [62]; secundo ictu vibrato, ut puto, manum illi amputavit [63]; cuius corpus idem Gissillerus [64] eciam gladio transfixit. Verba sunt
Tobie. Eadem hora Iordanis [65], qui ab eo proscri- E
ptus fuerat, superveniens maximum vulnus in capite [66] eius inflixit, — sic [67] se iactavit in Ysenberg [68], — secundo dicente episcopo : „ Owe [69]! „ Tunc ipsum seorsum [70] inclinantes Herenbertus primo cultello eum [71] perforavit, comite [72] eiulante et clamante : „ Heu me miserum nimis! Factum est. „ Cui cum predictus Gissillerus [73] caput precidere vellet, a Godefrido, quem comes ad prohibendum miserat, per capillos abstractus est. A quercu autem, ubi primo cedi ceperat, usque ad locum ubi detractus est et extinctus [74] (4), ubi [75] super martirium eius capella fabricata est, vix decem passus distant. Ubi super eum velut canes rabidi atque [76] famelici filii perdicionis congregati cultellis acutissimis ad hoc preparatis sic totum corpus eius confoderunt [77] ut a vertice usque ad plantam nulla pars corporis a vulnere vacua remaneret, ita ut dicere posset cum propheta in persona Christi, cuius membrum effe-
ctus est pro iusticia moriendo : *Circumdederunt* Ps. 21, 17.
me canes multi, concilium [78] *malignantium obsedit me,* etc. Tunc unus ex eis [79] fertur eum sub pede incidisse, ut probaret si obisset. Sicque ad equos
suos singuli recurrentes ubi comes erat conve- F
nerunt, corpore in terra relicto. O presumpcio ceca, furor mille mortibus plectendus! O insania non hominum, sed beluarum, que non est reverita tam audacter, tam crudeliter [80], tam viliter occi-

[17] *om.* 2ab¹. — [18] insedebant 2ab¹. — [19] *add. al. m. sup. lin.* 1a. — [20] nobile 2a. — [21] Hemirsbach 2a, 2b¹ *corr.* — [22] famili 2a. — [23] (e. u.) u. e. 2a. — [24] (g. in c.) in c. g. 2a. — [25] defensante 2ab¹. — [26] milite *add.* 2ab¹. — [27] Conrado 2a; Conrardo 2b¹. — [28] Rinckoye 2a; Renckore 2b¹. — [29] Herenbritus 2a. — [30] *om.* 2ab¹. — [31] Conrado 2a; Conrardo 2b¹. — [32] alio ictu 2ab¹. — [33] Hernbertus 2b¹. — [34] *om.* 2ab¹. — [35] et *add.* 2ab¹. — [36] (c. a.) et c. milite 2ab¹. — [37] Thobias 2b¹ *et sic deinceps.* — [38] eius 2ab¹. — [39] sollicitaverunt 2a. — [40] possent 1a. — [41] (e. s.) *om.* 2ab¹. [42] (a. s.) animam sua 2a. — [43] Porro cum 2ab¹. — [44] positus *add.* 2ab¹. — [45] *om.* 2ab¹. — [46] (d. e. c. t. v.) c. t. v. d. e. 2ab¹. — [47] (v. d.) d. v. 2ab¹. — [48] Ioachim 2ab¹. — [49] eius *add.* 2ab¹. — [50] parte in *add.* 2b¹. — [51] non *add.* 2ab¹. — [52] Herinbertus 2a. — [53] presiliens 2ab¹. — [54] capē (= capere) 2a; capere 2b¹, *sed a corr. delet.* — [55] arrupuit 2a. — [56] violenter 2ab¹. — [57] beatus *add.* 2ab¹. — [58] (fugit ... clamorem) *om.* 2ab¹. — [59] *om.* 2ab¹. — [60] Gisilbertus 2ab¹. — [61] cursitans 2ab¹. — [62] (s. f.) eius dedit illi 2a; illi dedit 2b¹. — [63] (vibrato ... amputavit) vibrans ferrum m. ei. ut p. (ut p. ei 2b¹) abscidit 2ab¹. — [64] Gisilbertus 2a; Ghisilbertus 2b¹. — [65] Iordanus 2ab¹. — [66] (in c.) capiti 2ab¹. — [67] *om.* 2b¹; sicud 2a. — [68] Isenberg 2a; Ysenberch 2b¹. — [69] O ve 2b¹. — [70] (i. s.) s. i. 2ab¹. — [71] (c. e.) e. c. 2ab¹. — [72] ut aiunt *add.* 2b¹. — [73] Giselbertus 2a; Ghisilbertus 2b¹. — [74] extractus 2ab¹. — [75] hodie *add.* 2ab¹. — [76] ac 2ab¹. — [77] perfoderunt 2ab¹. — [78] consilium 2ab¹. — [79] exemplo eius qui latus Domini lancea aperuit *add.* 2ab¹. — [80] et *add.* 2ab¹.

(1) *Heribertus Rinckore* in editis; unde coniecerunt (cf. FICKER, *Engelbert*, p. 263) virum hunc fuisse nescio quem Heribertum de Rinkerode. Vix tamen crediderim Rennekoie vel Rinckore esse nomen loci, immo potius Herenberti cognomen. Idem in Chronico Monasteriensi saec. XIV (ll. cc. supra p. 652, annot. 8) dicitur Rydenkaten. — (2) De Conrado vid. etiam supra, p. 640, annot. 7. — (3) De his plura infra, c. 17. — (4) Gevelsberg (cf. infra, l. III, prol. in fine), iam oppidum inter Hagen et Schwelm.

dere

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

A dere christum Domini, sacerdotem Domini, pontificem magnum, et non qualemcumque pontificem, sed pontificum patrem ac principem et, quod magis terrere debuerat, ducem fortissimum ac [81] Romani regni tutorem. Patrato tanto parricidio, homines dyabolo pleni cum suo comite, immo tocius malicie fomite, recedentes, Domini sacerdotem, ac si unctus non esset oleo, reliquerunt in sterquilinio. Miles quidam, Leonius [82] nomine, qui illi adheserat cum primum tentus vulneraretur, Henricum cellerarium de Hemmenrode [83], qui modicum precesserat, insecutus ait : « Heu, domine cellerarie, quid faciemus? Dominus noster archiepiscopus graviter vulneratus est et a comite Friderico captivus [84] abductus [85] », — recitans [86] que viderat, ita esse putabat. — Cui ille, supra [87] quam credi potest turbatus, respondit : « Pium est ut revertamur et videamus quid circa illum agatur vel quo ducatur. » Qui cum simul reverterentur ad locum occisionis, audiunt clamores lictorum in nemore errantium. Erat enim nox. Cumque girarent et circumspicerent, offenderunt corpus martiris
B extinctum, confossum [88] ipsoque aspectu nimis horrendum. Et consternati valde, suadente cellerario, ne indecenter a feris corpus, si ibi nocte eadem remaneret, forte attrectari [89] posset [90], abeuntes de proximis domibus carrucam fetidam, qua ipsa die fimus fuerat eiectus, adducunt. Et ecce corpus gloriosi principis, quod reliquerant [91] ex parte vestitum, pene totum reperiunt nudum. Nam preter femoralia [92] et camisiam [93], que collo eius herebat [94], nichil [95] illi [96] dimiserant; wambasium [97] (1) vero et pillium [98] eius iuxta corpus invenerunt. Que omnia ita sanguine erant infecta et dilaniata, ut quasi nullo usui necessaria spoliatores negligerent. Per que hodie multi [99] beneficia sanitatum consequuntur. Cellerarius vero, miles et elemosinarius corpus tollentes et linteamini [100] involventes vehiculo imposuerunt. Quod Suelme [101] perducentes, cum in ecclesia illud ponere decrevissent, non permisit sacerdos, contaminacionem basilice pretendens, cum magis sanguine martiris dedicaretur. Propter quod et alia quedam, in [102] quibus martiris gratiam demeruit, usque hodie graviter satis [103] in suo corpore divinitus flagellatur. Positus est
C tamen in domo eiusdem sacerdotis [104], in qua pernoctare et comedere proposuerat Dei sacerdos vivus [105], et due candele ad dedicacionem preparate circumposite, una ad caput et altera ad pedes. Dividentibus inter se vigilias [106], cum cellerarius usque ad mediam noctem iuxta corpus sederet et cursum beate Dei genitricis et virginis Marie lectitaret, sicut usque hodie testis est, numquam aliquid horroris ex illius contactu, sicut de cadaveribus [107] occisorum fieri assolet, passus est. Haut dubium quin ex presencia sanctorum angelorum gratia hec, qui circa corpus martiris celestes excubias celebrabant. Fuerat enim idem Henricus ante conversionem miles et tanto fortassis [108] ad huiusmodi opus expedicior et audacior quanto assuecior.

<8. Quod corpus eius ad cenobium Bergense delatum est.>

Mane martiris corpus currui imponentes, cum illud deducerent, plures ex familia episcopi, qui timore mortis dispersi fuerant, deducentibus sociati sunt. Venientibus eis [1] ad novum castrum, quod ipse beatus episcopus de propris expensis edificaverat (2), cum intrare vellent, ut [2] ibi corpus lavarent et componerent, negatus est eis introitus timore, ut estimo, Henrici nunc comitis de Monte (3). Quibus Randolfus [3], prior tunc in Bergis, ante idem castrum occurrit; quo duce, ad monasterium festinatum est. Cumque propinquarent [4] monasterio, conventus cum cruce et incenso exiens illis occurrit. Corpore sacro de E
curru in feretrum posito [5], quidam de senioribus, Henricus nomine, nunc eiusdem monasterii prior, linteamen [6] de capite martiris revolvit, vultum eius cruentum atque confractum fratribus ostendens. Quo viso, lacrimati sunt valde, de tam dilecti patris morte et tali morte plurimum consternati. Specialiter enim dilexerat Bergense cenobium [7], utpote a suis proavis fundatum. Henricus vero, cum ob cruris sui infirmitatem in uno pede nutaret, cogitans beatum virum a nocentibus innocenter occisum, occisi brachium nudum nuda manu tetigit et plena fide eandem benedictionem ad crus nudum transmittens, gradum pedis vacillantis roboravit. Nam, sicut ab eius ore [8] nuper audivi, ipsa hora cepit levius habere et gradatim proficere. Deinde cum vocibus lacrimosis corpus oratorio introferentes, eadem nocte quibusdam fratribus quedam mirifice visiones de gloria martiris ostense sunt, in sompnis tamen. Postea cum magna diligencia in [9] cenobio corpus latum est et evisceratum (4), mirra et sale conditum vestibusque sacerdotalibus decenter indutum. Eodem tempore, exceptis punctionibus F
parvis, quadraginta septem vulnera in martiris corpore numerata sunt (5); nec hoc sine sacramento : quadragenarius numerus est penitencie, septenarius vero dona significat [10] spiritualis gracie. Accepit ergo [11] Christi martir quadraginta septem vulnera in signum quod per cordis penitudinem et oris confessionem accepit septiformem gratiam Spiritus sancti, cuius dono perductus

[81] et 2ab. — [82] Leonies 2ab¹. — [83] Hemenrade 2a; Hemenroede 2b¹. — [84] captus 2ab¹. — [85] est *add.* 2b¹. — [86] (recitans ... putabat) *om.* 2b¹. — [87] super 2a. — [88] confessum 2a. — [89] attractari 2a. — [90] possit 2a. — [91] relinquerant 2a. — [92] femuralia 2a. — [93] (f. et c.) c. et f. 1a. — [94] adherebat 2b¹. — [95] nil 2b¹. — [96] ei 2a. — [97] wambosiam 2a. — [98] pilium 2b¹. — [99] multa 2a. — [100] lintheamini 2ab¹. — [101] *ita et* 2a. — [102] a 2a. — [103] (g. s.) s. g. 2ab¹. — [104] (e. s.) eadem 2ab¹. — [105] nimis 2a; minis 2b¹, *delet. a corr.* — [106] noctis *add.* 2ab¹. — [107] caveribus 1a *ante corr.* — [108] fortasse 2ab¹.

8. — [1] illis 2ab¹. — [2] *om.* 1a. — [3] Rudolphus 2a; Randolphus 2b¹. — [4] appropinquarent 2ab¹. — [5] (de c. in f. p.) in f. de c. deposito 2ab¹. — [6] lintteamen 1a; lintheamen 2ab¹. — [7] (B. c.) c. B. 2a. — [8] (e. o.) o. e. 2a. — [9] eodem *add.* 2a. — [10] (d. s.) s. d. 2ab¹. — [11] igitur 2ab¹.

(1) Vestimentum laneum de quo DUCANGE, s. v. *Gambeso*. — (2) Postquam castrum avorum Engelberti, quod haud procul Colonia ad Dunam flumen (*Dhüne*) aedificatum erat, anno 1133 datum erat monachis Cisterciensibus atque monasterium Sanctae Mariae de Berghe (postea *Altenberg*) erat factum, mox prope Solingam ad fluvium Wippere (*Wupper*) in alio monte (*Neuenberg*) conditum est a comitibus castrum alterum seu castrum novum (*Neuenburg*, postea dictum *Burg*), quod iam sedes gentis de Monte seu de Berge fuit. Cum autem illud novi montis castrum iam anno 1160 exstructum sit (cf. LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. I, p. 277), liquet illud ab Engelberto aedificatum non esse, sed refectum et restitutum. Cf. W. HARLESS, *Zur Geschichte von Schloss Burg* (Barmen, 1891), p. 5; KNIPPING, n. 536. — (3) Cf. supra, p. 648, annot. 4. — (4) Cf. infra, l. III, c. 41*bis*. — (5) Cf. supra, p. 641, annot 6.

est

est ad gloriam martirii. Nulli dubium sit quin vera contricio et pura confessio peccata deleant[12] quoad culpam, satisfactio exterior penam, ita tamen si contricio fuerit insufficiens[13]. Et que satisfactio dignior et efficacior martirio? Nulla prorsus. Duo sunt per que plena fit[14] remissio, mediante contricione, in adultis: baptismus aque et baptismus sanguinis. Utroque satisfecit Deo beatus Engelbertus. Quidquid enim macularum post primum contraxit, secundo, ut speramus, totum diluit. In omnibus siquidem membris, in quibus peccaverat, punitus est. Punitus est in capite multipliciter, sicut apparet in eius pillio, scilicet in vertice, in fronte et[15] occipite, in tymporibus, labiis et dentibus, et tam graviter ut rivuli sanguinis inundantes et decurrentes fossas oculorum, aurium, narium orisque influerent et replerent[16]. Punitus est etiam in gutture et[17] collo[18], in humeris et dorso, in pectore et corde, in cruribus et pedibus, ut cognoscas, lector, quali baptismo Christus in martire suo diluere dignatus sit quidquid culpe contraxerat, superbiendo[19],
B videndo, audiendo, olfaciendo, gustando, cogitando, luxuriando, operando, tangendo, gradiendo sive aliis quibuscumque levitatibus, omissionibus et negligenciis circa disciplinam. Sicut testis est magister Iohannes, abbas Sancti Trudonis, proposuerat ante mortem suam beatus martyr renunciare negociis regni et pro peccatis suis cruce signari atque personaliter transfretare. Nam circa illud tempus quo in episcopum electus est, signatus fuerat (1), sed propter necessitatem communem detentus, domino papa Honorio dispensante, pro se milites[20] misit cum sumptibus magnis (2). Certe, certe non sine causa ad gloriam martirii pervenit. Nunc ad ea unde digressi sumus revertamur.

<9. De eo quod Colonie delatum cum merore tocius civitatis susceptum est, et[1] destructione turris Valantie[2].>

Feria secunda pontificis corpus Coloniam deducitur et ad gradus ecclesie Sancte Dei Genitricis cum merore tocius civitatis suscipitur. Quantus illic tunc[3] fuerit gemitus, dolor et planctus clericorum, clamor et ululatus ministerialium,
C plebis diversi sexus et etatis vociferacio pastoris sui mortem deplorancium, probitatis eius insignia replicancium et Friderico mille mortes imprecancium, nullius vox dicere, nullius stilus describere sufficit. Preferebatur feretro camisia martiris sanguine purpurata, que ad compassionem[4] movit universos. Nec mirum si Colonia tanto pastore viduata planxit, quia ille erat maxima D
columpna ecclesie[5], honor cleri, inter proceres regni famosissimus, patrie pater et, ut breviter dicam, speciale decus sui temporis. Tam fidelis erat ecclesie sibi commisse ut tempore quodam uni ministerialium suorum diceret: « Non tu tam » sollicitus es quomodo liberos tuos, quos unice » diligis, heredites, quomodo ego sollicitor[6] » hereditare beatum Petrum et ecclesiam eius. » Rei publice tam utilis fuit, ut neque corpori neque expensis parceret, dummodo multis prodesset. Deportatur corpus martiris per ecclesiam Beate Virginis[7] (3) cum lacrimis multis, cum crucibus et thuribulis, in domum Beati Petri ibique deponitur; cui multa beneficia per multos dies tam[8] in missis quam in psalmis more christiano inpenduntur. Diu enim stabat in eadem ecclesia[9] intumulatum[10] corpus, eo quod per futurum antistitem priores et ministeriales curie regie illud presentare cogitassent et de occisoribus eius conqueri; sicuti[11] factum est. Nam propter hoc ipsum[12] corpus sacrum decoquentes et a carnibus ossa separantes[13], in[14] turri antiqua et dissoluta, que est in fronte ecclesie contra meridiem, E
carnes sepelierunt, ossa vero in scrinio sunt reposita. Et sicut testantur qui aderant, ita martiris calvaria gladiis cedencium confracta fuerat[15] et comminuta ut, de caldario corpore extracto, particulatim vix posset coniungi. Cum tristis rumor occisi pontificis ecclesiam perturbasset, dux Walerammus[16] dolorem super dolorem eius addens, tercia die occisionis, antequam corpus eius venisset Coloniam, congregata milicia copiosa et multitudine[17] rusticorum, castrum Valanciam[18], quod beatus vir ad munimentum terre[19] non procul a castro Rodensi (4) cum maximis sumptibus edificaverat (5), absens obsedit et post paucos dies cum magno suorum tripudio deiecit. Nam propter episcopi interitum repentinum et Walerammi adventum improvisum, qui in castro erant, eo quod copia victualium, armorum et defensorum eis deessent, hostibus illud[20] reddiderunt. Walerammus autem[21], ut a facto excusare se[22] posset, sicut et fecit, personaliter adesse noluit, sed fratrem suum Gerardum (6) cum filio Walerammo ad destructionem castri direxit. Ad confusionem suam illud exstructum dicebat. Gerardus vero, qui in destructione castri F
plurimum fervebat, eodem die quo sollempne tricenarium castri constructoris agebatur, Colonie ipse[23] vita[24] defunctus[25] per mortem in[26] Wasinberg[27] sepelitur. Quem post quinque menses frater suus dux Walerammus secutus, eandem viam universe carnis ingressus est. Post cuius

[12] *om.* $2ab^{1}$. — [13] sufficiens $2b^{1}$. — [14] (p. f.) f. p. 2a. — [15] in *add.* 2a; in $2b^{1}$. — [16] implerent $2ab^{1}$. — [17] *om.* 2b. — [18] et *add.* $2b^{1}$. — [19] (superbiendo ... revertamur) *add. in marg. inf.* 2a; *om.* $2b^{1}$. — [20] miles 1a *m. pr.*

9. — [1] de *add.* $2b^{1}$. — [2] Vallantie $2b^{1}$. — [3] (i. t.) t. i. $2ab^{1}$. — [4] passionem 1a *m. pr.* — [5] templi $2ab^{1}$. — [6] sollicitior $2b^{1}$. — [7] (e. B. V.) curiam episcopalem $2ab^{1}$. — [8] *om.* 2a. — [9] (s. in e. e.) in e. e. s. $2ab^{1}$. — [10] in tumultam 2a. — [11] secuti 1a. — [12] *om.* $2ab^{1}$. — [13] (et a c. o. s.) carnes ab ossibus separaverunt et $2ab^{1}$. — [14] (in ... reposita) *om.* $2b^{1}$. — [15] fuerant 1a. — [16] Walramus 2a *et ita porro*. — [17] multitudo 2a. — [18] Valantiam $2b^{1}$. — [19] (m. t.) t. m. $2b^{1}$. — [20] illis $2b^{1}$. — [21] *om.* $2ab^{1}$. — [22] (e. se) se e. $2ab^{1}$. — [23] ipsa 2a. — [24] vite $2b^{1}$. — [25] destructus $2ab^{1}$. — [26] *om.* $2b^{1}$. — [27] Wassinberch $2ab^{1}$.

(1) Cf. supra, p. 632, num. 26 extr. — (2) Id tamen non facile ab Honorio III impetravit. Cf. CAESARIUS, *Dial. mirac.*, III, 33 (ed. STRANGE, p. 154): *Anno praeterito* (1219?) *cum dominus Engilbertus archiepiscopus Coloniensis decanum Hermannum et Godescalcum eius concanonicum direxisset ad curiam Romanam pro absolutione crucis ..., illi infecto negotio reversi sunt.* Eadem leguntur in Vita B. Simonis monachi Alnensis *BHL.* 7755 (cod. Bruxellensis, Bibl. Reg. 8965-8966, fol. 221). — (3) Id est per ecclesiam Beatae Mariae ad Gradus (cf. prima verba capitis), quae ecclesiae maiori ad Sancti Petri quasi continens erat. — (4) Rolduc seu Herzogenrath. De situ et nomine castri cf. ERNST, *Histoire du Limbourg*, t. IV, p. 50-51; t. VII (Annales Rodenses), p. 79, annot. 2, et secundum eum I. I. MICHEL, in *Zeitschrift des Aachener Geschichtsvereins*, t. II (1880), p. 176. — (5) Veri est simillimum tunc conditum esse hoc castrum, postquam inter Walerammum et Engelbertum exortae erant contentiones de quibus supra, p. 634, num. 31. Cf. KNIPPING, n. 160. — (6) de Horne. Cf. Reinerus Leodiensis (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 679, l. 53).

mortem

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

A mortem duo filii eius, Walerammus iunior et comes Henricus, gravi admodum infirmitate correpti, satis vexati sunt, nec adhuc plene convaluerunt. Causam vero mortis illorum [28] sive infirmitatis istorum Deus novit.

<10. Quod Ludewico [1] canonico Rodensi [2] in canone apparens in choro martirum se esse dicebat, occisorum suorum vindictam predicens.>

Sexta feria, quando castrum predictum destruebatur, septenarium martiris agebatur. Cuius rei gracia sacerdos quidam, Ludewicus [3] nomine, regularis canonicus Sancti Gabrielis in Rode (1), eiusdem vocabuli castrum vicinum pro anima martiris missam celebraturus ascendit. Cumque [4], dictis secretis [5], post *Sanctus, sanctus* canonem inchoaret, ecce sanctum episcopum sacro altari, pontificalibus indutum, vultu hilari [6], astare videt. Qui cum signa faceret super panem et calicem, beatus pontifex per [7] canonem sacerdoti se conformans, eodem modo et eisdem vicibus elevata
B dextera sancta signavit [8]. Cumque ventum fuisset ad illum locum ubi defuncti nominantur, et ipsum sacerdos nominasset, expleto sacramento, ait illi episcopus : „ Frater, non est necesse ut me inter „ mortuos nomines [9], quia cum Deo sum et [10] in „ choro martirum gaudio fruens [11] indicibili. „ Et adiecit : „ Noveris pro certo quod omnes qui me „ occiderunt vel quorum consilio occisus sum, „ male peribunt et cicius quam credi possit. „ Sicque disparuit. Ille [12] vero, missa completa, omnibus que viderat recitavit, ita omnia esse, ut [13] dictum est, Deum testem invocans.

<11. De electione Henrici episcopi, et quam fervens fuerit vindicare sanguinem martiris.>

Sequenti die, sabbato scilicet, turris Valancie destructa est et die eadem turris a prioribus [1] contra faciem Damasci Colonie erecta est. Quia status terre in morte pontificis valde fuerat turbatus, timentes priores et clerus ne forte cives cum Walerammo propter privilegia que dominus Engelbertus ab eis extorserat [2] (2) aliquid
C moliri possent contra libertatem ecclesie, sicut eis postea dure satis est impositum [3], diem septimo decimo [4] kalendas decembris, qui nonus fuerat a morte pontificis (3), electioni prefixerunt. In qua, mediante et cooperante domino Theodorico Treverense archiepiscopo, Henricus Bünnensis [5] prepositus in pastorem et archipresulem consensu unanimi electus est (4). Quo secundum morem residente in sede episcopali, clamores ministerialium de morte domini sui conquerencium renovantur; a quibus camisia martiris in sinum [6] eius deponitur. Et mox iuravit, ut dicitur, quod sanguinem eius, quoad viveret, vindicaret. Quam studiosus [7] et quam fervens fuerit et sit in execucione eiusdem vindicte, ita ut neque corpori neque pecuniis parcat, sequencia declarabunt. Qui eciam ad gloriam martiris dilatandam coram altari beati Petri in die ordinacionis sue (5) in sacerdotem exiguitati [8] mee humiliter satis iniungere dignatus est quatinus gestorum eius insignia, nec non et ea que per eum operatur Dominus miracula, ad posterorum noticiam scripto perpetuarem. Et cum me excusarem, dicens mihi talia non licere, priori meo, qui presens erat, precepit ut mihi ad iniuncta [9] obedire preciperet. Quod et E
fecit. Cum enim multos in sua dyocesi viros habeat sapientes et eloquentes, utputa [10] theologos, rethores et philosophos, qui eiusdem beati antecessoris eius vitam, martirium et miracula eleganti stilo describere et flore rethorico depingere possent, si materia laude digna sermone insipido a me fuerit conscripta, non mihi, quem obedientia cogit, sed magis ei, qui iniunxit, imputandum est. Est autem propositi totam scribendorum materiam in tres partes dividere, ita ut prima loquatur vitam eius et actus que [11] vivens egit, secunda martirium eius, mortis causam et vindictam, tercia signa et sanitates que per illum operatur Dominus. Hiis autem quasi ex abrupto insertis, ad historiam revertendum est.

<12. Quod inimicicie orte sunt inter ipsum et ducem Walramum et cives Colonienses.>

Cum electioni presentes essent dux Walerammus et filius eius comes [1] Henricus [2], in tantum eis [3] dominus archielectus commotus est ut feoda [4] que pater a beato Petro tenebat vel que filius tenere debebat porrigere recusaret, et hoc F
propter supradicti [5] castri destructionem. Civibus eciam graciam suam negavit (6) ob concrema-

[28] (C. v. m. i.) Cum v. m. i. causa 1a *m. pr.*; Cām v. m. i. causa 1a *corr. al. m.*

10. — [1] Ludovico 2b[1]. — [2] (c. R.) *om.* 2b[1]. — [3] Ludovicus 2b[1]. — [4] Cum 2a. — [5] (d. s.) s. d. 2a. — [6] halari 2a. — [7] totum *add.* 2ab[1]. — [8] (e. d. sa. si.) sa. consignavit d. (dextera 2b[1]) e. 2ab[1]. — [9] (me i. m. n.) i. m. me n. 2b[1]. — [10] quia 2b[1]. — [11] fruor 2ab[1]. — [12] Illeque 2a. — [13] sicut 2b[1].

11. — [1] (a p.) a clero 2ab[1]. — [2] (ab e. e.) communis utilitatis causa confecerat 2ab[1]. — [3] (d. s. e. i.) s. d. i. e. 2ab[1]. — [4] (s. d.) octavo decimo 1a; XVII° 2ab[1]. — [5] Bonnensis 2a; Bunnensis 2b[1]. — [6] sinu 2b[1]. — [7] studiosius 1a. — [8] exiguitate 1a. — [9] indicta 2ab[1]. — [10] utpote 2b[1]. — [11] qui 2b[1].

12. — [1] *om.* 2b[1]. — [2] (c. H.) H. c. 2a. — [3] eius 2a. — [4] pheoda 1a; feuda 2b[1]. — [5] predicti 2ab[1].

(1) Rolduc seu Klosterrath, prope castrum de quo p. 658, annot. 4. — (2) Quaenam instituta tempore schismatis Coloniensis a civibus in rerum publicarum administratione inducta abstulerit Engelbertus, quasnam ordinationes in posterum observari iusserit, aliquo modo novimus ex sententia ab arbitris inter Conradum archiepiscopum et eius cives constitutis anno 1258 prolata (LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, p. 244 sqq., § 5-12 et 43). Cf. FICKER, *Engelbert*, p. 87-88; C. HEGEL, in *Die Chroniken der deutschen Städten*, t. XII (Leipzig, 1875), pp. XXXVI-XXXVII, XLIII-XLIV; F. LAU, *Entwicklung der kommunalen Verfassung und Verwaltung der Stadt Köln* (Bonn, 1898), p. 98 sqq.; KNIPPING, n. 157. Vid. etiam infra, annot. 6. — (3) Male codex 1a : *diem octavo decimo kalendas decembris* ; is enim non erat nonus a morte Engelberti. *XVII° kalendas decembris* cum 2ab[1] habent Chronica regia Coloniensis, Cont. IV (ed. WAITZ, p. 257), et Albricus monachus Trium Fontium in Chronica (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 917). — (4) 15 novembris 1225. Cf. KNIPPING, n. 570. — (5) 20 septembris 1226. Cf. Chron. reg. Colon., Cont. IV, ad. an. 1226 (ed. WAITZ, p. 258). — (6) Mox tamen atque ipso anno 1226 litteras edidit (LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, p. 73-74; cf. KNIPPING, n. 595), quarum hic est locus praecipuus isque luculentus: *omnia iura et libertates ipsorum* (civium Coloniensium) *necnon et bonas consuetudines, que omnia habuerunt usque ad tempus electionis bone memorie predecessoris nostri archiepiscopi Engelberti, approbantes, ipsa inviolabiliter observari precipimus, salvo nobis in omnibus iure ab ecclesia Coloniensi et a predecessoribus nostris infra bannum civitatis Coloniensis usque ad tempus electionis supra dicti predecessoris nostri archiepiscopi Engelberti similiter observato...*

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

cionem privilegiorum et societatem cum Walerammo factam nec non et alia quedam, de quibus omnibus non est huius temporis texere historiam.

<13. Quod Fredericus in curia regis Henrici proscriptus sit.>

Ascendens ad colloquium regis archielectus in Franckfort [1] (1) corpus martiris duobus abbatibus ordinis Cisterciensis deferendum commisit, scilicet Godefrido abbati de Bergis et Henrico abbati de Valle Sancti Petri. Quod cum presentatum fuisset Henrico regi ac principibus necnon et [2] mortis eius insignia, id est camisia [3], wambasium [4] et pillium, hiis qui corpus precedebant cum gladiis evaginatis secundum iura legum super Fridericum latronem vociferantibus, turbatus est rex et omnes qui erant cum illo. Maxime tamen rex puer, quia, sicut deflere solet filius patrem et puer suum tutorem, ita ipse extinctum planxit pontificem [5]. Friderici proscripcionem, in [6] curia regis [7] Nurinberg [8] (2) sentencia principum sollempniter [9] factam (3), ibidem renovavit, abiudicatis ei [10] tam allodiis quam feodis [11]. Feoda [12] libera adiudicata sunt dominis suis, allodia heredibus [13] proximis; ministeriales et homines a iuramento ei facto absoluti. Uxor eius vidua, liberi eius orphani sunt iudicata [14]. (Cf. Ps. 108, 9.) Ubi eciam in persona archielecti denunciatum est ut quicumque Fridericum ei captum exhiberet, mille marcas [15] Coloniensium [16] ab eo reciperet (4). Infeodatus [17] a rege archielectus cum corpore martiris Moguinciam descendit; ubi dominus Cůnradus [18] Portuensis episcopus et legatus in adventu Domini concilium [19] congregaverat [20] (5). Ibi enim congregati fuerant ex eius precepto diversarum urbium episcopi et abbates multi. Qui super nece presulis valde [21] consternatus, in sermone suo multis eum [22] preconiis extulit [23], martirem predicans, ceteris episcopis, qui bonis ecclesiarum suarum cognatos et nepotulos suos infeodant [24] vel, dum illa diripiunt, dissimulant, exemplum eum statuens. In eodem concilio [25] ab eodem Cůnrado [26], tunc tocius Alemannie [27] legato, eciam Fridericus spirituali gladio punitur; quia, cum eum excommunicarent [28], cum universis ecclesiarum prelatis illic congregatis precepit per omnes provincias legacionis sue, id est Coloniensem, Moguntinensem [29], Treverensem, Bremensem et Medeburgensem [30], in omnibus ecclesiis per omnes dominicas cum extinctione candelarum eundem excommunicari, et non solum ipsum, sed et omnes eius adiutores, a quibus vel quorum consilio presul [31] occisus est, necnon et omnes qui reos foverent seu [32] communicarent. In eodem concilio [33] presentantur legato littere Theoderici Monasteriensis episcopi et Engelberti [34] Osenburgensis [35] electi, germanorum Friderici; primo de sacrilegio se excusante [36] et quod [37] paratus esset canonice [38] se expurgare, secundus in episcopum se ordinari petivit. Cumque legatus responderet se proniorem esse [39] ad parcendum quam ad puniendum, dummodo se expurgare [40] possent, diem eis prefixit [41] in Purificacione in

13. — [1] Franckinfort 2a; Franckinfoert 2b¹. — [2] *om.* 2b¹. — [3] camisiam 2b¹. — [4] wambosium 2a; wambazium 2b¹. — [5] episcopum 2ab¹. — [6] solemni *add.* 2ab¹. — [7] *om.* 2ab¹. — [8] Nurenberg 2a. — [9] (se. p. so.) *om.* 2ab¹. — [10] (a. ei) ei a. omnibus 2a; omnibus ei a. 2b¹. — [11] feudis 2b¹. — [12] Feuda 2b¹. — [13] *om.* 2ab¹. — [14] iudicati 2ab¹. — [15] marchas 2b¹ *et sic porro.* — [16] Colonienses 2a; Colonień 2b¹. — [17] Infeudatus 2b¹. — [18] Conradus 2a; Conrardus 2b¹. — [19] consilium 2ab¹. — [20] celebravit 2ab¹. — [21] multum 2ab¹. — [22] in eodem consilio *add.* 2ab¹. — [23] extulerat 2ab¹. — [24] infeudant 2b¹. — [25] consilio 2ab¹. — [26] Conrado 2a; Conrardo 2b¹. — [27] Alimanie 2ab¹; Al/manie 2a *corr.* — [28] excommunicaret 2b¹. — [29] Moguncieusem 2a; Maguntinensem 2b¹. — [30] *ita etiam* 2a; Magdeburgensem *add. in marg.* 2a. — [31] episcopus 2a. — [32] sive ipsis 2ab¹. — [33] consilio 1a, 2ab¹. — [34] Engilberti *hic* 1a. — [35] Osinburgensis 2b¹. — [36] excusantes 2b¹. — [37] *om.* 2ab¹. — [38] cononice 2a. — [39] *om.* 2b¹. — [40] excusare 2ab¹. — [41] ut *add.* 2b¹.

(1) Ut regalibus ab Heinrico VII investiretur; cf. BÖHMER-FICKER, n. 3996 a; WINKELMANN, *Kaiser Friedrich II.*, t. I, p. 470, annot. 2; KNIPPING, t. III, n. 574. — (2) In qua coram plurimis principibus celebratae sunt Heinrici regis nuptiae die, ut veri est simillimum, 29 novembris 1225. Cf. BÖHMER-FICKER, n. 3993 a; WINKELMANN, t. c., 469, annot. 1. — (3) Quae ibi gesta sint, multo distinctius tradit Cronica Reinhardbrunnensis (*MG.*, Scr. t. XXX, p. 603; cf. WINKELMANN, t. c. p. 469, annot. 2): *Illo tempore celebrate sunt nuptie Heinrici regis Romanorum cum filia ducis Austrie, et soror lantgravii cum filio ducis Austrie in ipsa solempnitate suas eciam nuptias compleverunt gloriosissime in Norenberg civitate imperiali. Tercia autem die nuptiarum Heinricus rex iudicio presedit in castro quod situm est supra civitatem. Accedentes igitur nobiles, meliores ecclesie Coloniensis ministeriales, exhibuerunt vestimenta domini sui archiepiscopi vulnerata et miserabiliter cruentata coram rege et omnibus principibus, lacrimabili vociferatione et impletu gemebundo postulantes iustum iudicium sibi fieri de interfeccione domini sui. Rex autem audiens querelas eorum misericordia motus est, et querens sentenciam a nobili Gerlaco de Butingen sciscitatus est si inpresenciarum iudicio Romani imperii proscribendus foret necne, presertim cum evidentissima signa ac manifestissima indicia homicidii essent iudicio presentata. Respondit itaque Gerlacus regi dictavitque sentenciam in hunc modum quod iure proscriptioni teneretur, quippe cum evidentissime declaratum esset homicidium. Audiens hoc nobilis Fredericus de Trunden reclamavit, dicens pocius esse reum peremptorie citandum iuxta ius suum quam in presenti proscribi. Super qua reclamacione Gerlacus indignatus cum Frederico cepit graviter contendere et Fredericus e converso gravius indignari, et factus est tantus strepitus quod quadraginta et octo viri suffocati succubuerunt ibidem...* Eadem, ad summam rei quod attinet, brevius referunt alii scriptores (cf. FICKER, *Engelbert*, p. 265-66; BÖHMER-FICKER, n. 3994 a; WINKELMANN, l. c.). Sententiam contra Fridericum latam esse, quod Cronica Reinhardbrunnensis tacet, narrat etiam Reinerus Leodiensis (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 679); cf. Albertus Stadensis (ibid., p. 359) et Waltherus de Vogelweide, qui Norimbergae praesens Engelbertum miserabiliter planxit (cf. supra, p. 642, num. 52) atque memoriae tradidit " Norimbergae iustum iudicium esse redditum " (*ze Nüerenberc was guot gerihte*, ed. LACHMANN, p. 84, l. 17). Eandem sententiam Norimbergae, non Francofurti, primum latam esse distincte docet solus Caesarius, consentiente scriptore recentiore Levoldo a Northof, in Chronica comitum de Marca (ed. TROSS, p. 70). — (4) Cf. Chronica Albrici monachi Trium Fontium ad an. 1225 (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 917, l. 3): *Querebatur etiam* (Fredericus) *auctoritate regis, et propositum est maximum premium ei qui sciret et indicaret quomodo capi posset.* — (5) Moguntiae commoratus est tunc Conradus saltem a die 19 novembris ad diem 17 decembris. Cf. WINKELMANN, t. c., p. 470, annot. 2. De rebus in hoc concilio gestis cf. etiam narrationem Emonis, supra, p. 640 EF. Refert Emo vestimenta Engelberti sanguine respersa Moguntiam esse allata, neque de corpore meminit. Verum hac in re praecipue audiendum esse Caesarium luce est clarius. Non solum enim loco propior erat, sed praesertim ipsius abbati Henrico cura commissa erat ut corpus martyris deferret: detulit Francofurtum (c. 13 in.) atque post synodum Moguntinam Coloniam reduxit (c. 14 in.); Emo autem, etsi de concilio Leodiensi anni 1226, cui interfuit, testis est praecipuus, tempore concilii Moguntini in Frisia sua procul aberat.

concilio

A concilio[42] Leodicensi[43] (1). Quo cum venissent, nobilibus conductum ex mandato domini cardinalis eis prestantibus, cum se canonice cum septem episcopis purgare[44] non possent, prioribus Coloniensibus multisque aliis eos accusantibus, legatus ex consensu episcoporum plurimorum, qui presentes erant, ad dominum papam illos transmisit. Cui et inter cetera eciam hoc scripsit: *Examini vestro' dirigimus duos hos[45] episcopos graviter de domni Engelberti nece infamatos.*

<14. De pena Arnoldi militis, cum martiri[1] malediceret.>

Ut autem ad superiora redeamus, corpus martiris a duobus supradictis abbatibus per Reni alveum Coloniam reducitur. Cumque venissent contra Weisleige[2] villam (2), duobus miliariis[3] a Colonia distantem, miles quidam, Arnoldus nomine, de litore prospiciens et quia pontificis ossa deducerent intelligens, in contumeliam martiris erupit, et ait: " Multi dicunt quod dominus
B „ iste, qui multos lesit, dampnificavit et exhere-
„ ditavit, sanctus sit et miracula faciat. Hoc si
Cf. I Reg. 14, 44. „ verum est, quod tamen[4] non credo, hec faciat
„ mihi Deus[5] et hec[6] addat ut, antequam moriar, „ insanus efficiar. „ Dampnificaverat enim eum in quadraginta marcis beatus episcopus pro culpa filii[7] feminam vi opprimentis; cui tamen multum pepercerat, ut culpam morte plectendam dampno tam tollerabilis pecunie multaret. Et ut ostenderet Deus quam periculosum sit[8] homini
Cf. Ps. 72, 9. ponere in celum os suum[9], eadem die maledico vertiginem capitis immisit et, cum post modicum aliena loqueretur, uxorem cum ceteris accurrentem[10] cedere[11] cepit, necnon[12] et sacerdotem qui ad confessionem eius audiendam vocatus fuerat. Quid plura, tenetur, vincitur, custoditur, sicut furiosus. Qui sequenti die post multa verba blasphemie sine viatico et confessione spiritum
Cf. Ps. 108, 18. insanus efflavit. Induerat enim maledictionem sicut vestimentum et intraverat[13] sicut aqua in interiora eius. Unde nemo sibi malum imprece-
Sap. 1, 6. tur[14], quia, licet benignus sit spiritus sapiencie, sicut divina dicit scriptura[15], non[16] liberabit maledictum a labiis suis. Miles quidam, qui pre-
C dictas blasphemias Arnoldi audivit[17], nec tamen compescere poterat blasphemantem, ista mihi retulit, et vix est aliquis in eadem villa[18] quem tantum lateat miraculum. Audiant ergo recentem militis huius penam et utinam non eternam dampnacionem, qui ob quamcunque causam martiri detrahentes et glorie eius invidentes dicere solent: " Nequaquam credere possumus virum „ superbum, avarum et prorsus[19] seculo dedi„ tum miracula posse facere. „ Considerant quid aliquando fortassis fuerit; sed quid per martirium factus sit non attendunt. Credant[20] saltem salvatum quem demones martirem confitentur.

<15. De obsesso in Medenberg[1], quale ei testimonium perhibuerit.>

Est[2] in civitate Medeburg[3] (3) quidam obsessus, demonem habens tam durum ut nullius exorcismos timeat vel respondere velit nisi uni sacerdoti, qui specialem graciam contra ipsum accepit a Domino. Hic demon sepe eidem sacerdoti nova et occulta dicere consueverat. Sabbato proximo, quando sexta feria occisus est episcopus, precepit sacerdos demoni ut aliquid novi sibi diceret. Illo diucius reluctante et presbitero instante, miro modo cepit dyabolus ridere, cachinnare manusque complodere. Cui cum sacerdos diceret: " Quid habes et quae est causa „ tanti tripudii tui? „ respondit ille: " Eya! Eya! „ sero Engelbertus ille[4], qui Colonie episcopus „ erat, occisus est. „ Stupente sacerdote ac dicente: " Mentiris „, iterum respondit: " Cito „ percipies. „ Cui sacerdos: " Fuisti in morte „ eius? „ — " Fui „, inquit. " Non tantum[5] gra„ minis est super terram quot ibi congregati „ fuimus. „ Cui cum diceret sacerdos: " Et quid
„ factum est de anima eius? „ lugubri voce E
respondit: " Quando oculi eius obducti sunt „ sanguine et involuti, anima nobis ablata est, et „ quo devenerit ignoro. „ Post tres dies audientes de morte pontificis satis admirati sunt quibus prius innotuerant verba demonis. Civitas enim Medeburgensis[6] a loco occisionis pene quatuor
distat mansionibus. Licet dyabolus mendax sit ab Ioh. 8, 44.
inicio et pater eius, constat tamen ex evangeliorum testimonio eum aliquando vera dicere contra propriam voluntatem, maxime cum exorcizatur[7], uti hoc esse[8] speramus quod subiungimus.

<16. De obsessa apud Sanctum Thomam, que eius meritum universis ecclesie Coloniensis episcopis preferebat, et quod[1] diverse sint[2] species martirii.>

In dyocesi Treverensi in cenobio sanctimonialium ordinis Cisterciensis, quod ad Sanctum Thomam vocatur (4), ante hos duos menses energumina[3] quedam[4], in oratorio eiusdem martiris de statu quarundam animarum tam
secularium quam claustralium interrogata[5], tam F
racionabiliter de omnibus respondit ut presentes eam vera dixisse non ambigerent. Quam cum domina Elisabeth, eiusdem domus abbatissa, interrogasset si esset in morte episcopi[6] Engelberti et dyabolus respondere nollet, adiuratus fortissimis[7] exorcismis[8] ut diceret veritatem, sic ait: " Queris si fuerim in morte eius? Eciam fui, „ immo consilio meo interfectus est. Ego Fride„ ricum et satellites eius inspiravi; ego ad facinus „ illos animavi; ego ut opere maliciam conce„ ptam implerent effeci. „ Cui cum dicerent[9]: " Et ubi est anima eius? „ respondit: " Heu! „ heu! subtracta[10] est mihi et sociis meis, qui

[42] consilio *codd.* — [43] (in P. in c. L.) in c. L. (Leodiensi 2b[1]) in P. 2ab[1]. — [44] expurgare 2ab[1]. — [45] (d. h.) h. d. 2ab[1].

14. — [1] marteri 2a — [2] Weslige 2ab[1]. — [3] miliaribus 2ab[1]. — [4] ego *add.* 2ab[1]. — [5] (f. m. D.) m. D. f. 2ab[1]. — [6] *om.* 2ab[1]. — [7] sui *add.* 2ab[1]. — [8] est 2ab[1]. — [9] (in. c. os s.) os s. in c. 2a; in celo os s. 2b[1]. — [10] *om.* 2ab[1]. — [11] tedere 2b[1]. — [12] *om.* 2a. — [13] intravit 2ab[1]. — [14] debet imprecari 2ab[1]. — [15] (s. d. d. s.) *om.* 2ab[1]. — [16] tamen semper *add.* 2ab[1]. — [17] (A. a.) a. A. 2ab[1]. — [18] vicinia 2ab[1]. — [19] totum 2b[1]. — [20] Credunt 1a *ante corr.*; Credent 2ab[1].

15. — [1] Medenburch 2b[1]. — [2] Et 2b[1]. — [3] *ita et* 2ab[1]. — [4] (E. i.) i. E. 2ab[1]. — [5] tanti 2ab[1]. — [6] Megdeburgensis 1a. — [7] exorzizatur 2a. — [8] *om.* 2ab[1].

16. — [1] *om.* 2a. — [2] (d. s.) s. d. 2b[1]. — [3] r *et* a *sup. ras. in* 1a; energuminus 2ab[1]. — [4] quidam 2ab[1]. — [5] interrogatus 2ab[1]. — [6] *om.* 2a. — [7] validissimis 2ab[1]. — [8] exorzismis 2a. — [9] diceret 2b[1]. — [10] substracta 2b[1].

(1) Vid. narrationem Emonis, supra, p. 640-41, num. 50. — (2) Wesseling. — (3) Magdeburg. — (4) Prope Kyllburg.

„ illic

Auctore Caesario Heisterbacensi

„ illic conveneramus. Sic se ante mortem preparaverat, sic se laverat „ — contricionem et confessionem notans — " ut nostri iuris nichil esset „ in illo. „ Et adiecit : " Nostis quare tanta miracula faciat? „ Respondentibus eis : " Non, sed „ volumus, immo precipimus tibi in nomine „ Christi, ut nobis edisseras „, subiunxit : " Quando volutabatur in suo sanguine et iam „ moriturus erat, occisoribus suis ex toto corde
Cf. Luc. 23, 34. „ ignovit, dicens hoc verbum : " Pater [11], ignosce „ etc. [12] Propter hoc verbum tam potens „ effectus est cum Altissimo, ut non ei negetur „ quidquid pecierit ab illo. Et hoc sciatis pro „ certo numquam aliquem episcopum sedisse „ Colonie in sede episcopali qui ita possit cum „ Deo quomodo [13] Engelbertus, et tanti meriti „ sit apud Deum. „ Quod si verum est, obici potest de sancto Materno apostoli Petri discipulo et sancto Severino aliisque eque sanctissimis [14] ecclesie Coloniensis episcopis, quorum irreprehensibilis extitit [15] vita et sanctitas in Christo probata. Ad quod respondetur istum fuisse marti-
Sap. 4, 13. rem, illos non. Consummatus in brevi per martirium Engelbertus explevit tempora multa. Super tocius tabernaculi pulchritudinem, per cuius cortinas et columpnas ecclesie ordines pre-
Exod. 39, 33. figurati sunt, pelles erant arietum rubricate. Arietes, qui duces gregum sunt, significant ecclesie prelatos, qui verbo et exemplo, sive utriusque testamenti cognicione, quasi duobus cornibus gregem sibi commissum custodire tenentur. Quorum pelles rubricantur, cum pro commissorum salute vel zelo iusticie mortem sustinentes,
Apoc. 22, 14. uti beatus Engelbertus, lavant stolas suas [16] in sanguine agni. Ipse revera fortis aries fuit, qui duobus cornibus suis, id est duplici potestate, spirituali et materiali, in hostes ecclesie Coloniensis inpingens illos ventilavit. Quod si obicitur de sancto Evergillo [17] et sancto Agillolfo [18] Coloniensibus episcopis, qui et ipsi [19] passi sunt, responderi potest non tam meritoriam fuisse causam martirii eorum sicut in Engelberto [20]. Primus illorum noctu a latronibus occulte occisus est, alter vero aperte a predonibus, qui diocesis sue terminos pervaserant (1). Illos martires fecit pietas et innocencia vite, istum vero virtus
C obediencie [21] et zelus iusticie. Sicut diverse sunt species martirii, ita [22] sunt diverse [23] cause mar-
Apoc. 13, 8. tirii. Ut ait auctoritas : *Agnus occisus est ab origine mundi.* Agnus Christus est, qui in quibusdam membris suis [24] occisus est propter innocenciam ut in Abel, <in [25] aliis propter iusticiam ut in prophetis,> in aliis propter [26] zelum legis ut in Machabeis, in aliis propter constanciam fidei ut in apostolis ; tempore moderniori in sancto

Thoma episcopo Cantuariensi occisus est propter D
libertatem ecclesie conservandam. Eadem causa mortis exstitit in presule nostro Engelberto. Occubuit ille pro libertate [27] ecclesie Cantuariensis, iste vero pro defensione ecclesie Essendensis [28]. Liberavit ille ecclesiam anglicanam sanguine suo de [29] gravi iugo regis Henrici; liberavit iste eque morte sua ecclesiam sue defensioni commissam ab intollerabili exactione comitis Friderici. Et licet beatus Thomas ante passionem multa sustinuerit incommoda, dampna et [30] exilia, que non sustinuit Engelbertus, in ipsa tamen passione plus doloris, angoris [31] et confusionis certum est eum Thoma tollerasse [32]. Ille enim, sicut legimus, in capite uno ictu cesus a sacrilegis relictus est in templo ; iste vulneribus multis et a lictoribus plurimis toto corpore confossus, nudus relictus est in sterquilinio. Sanctus Thomas occisus est ab eis qui eum aperte [33] oderant ; sanctus vero Engelbertus, quod maiorem inferre solet dolorem et augere invidiam, a cognatis et amicis, de quibus nichil mali [34] presumebat et quos ipse sublimaverat. Unde philosophus dicit : *Dupli-* E
catur dolor cum ab eo a quo bonum merueras venit. Item : *Tanto magis iniuria est affectior* [35] *quanto proximus* [36] *est qui fecit.* Hinc David dicit in psalmo [37] : *Quoniam si inimicus meus maledixisset* Ps. 54, 13.
mihi, sustinuissem utique, et cetera que sequuntur. Relato sacro corpore eius [38] a predictis abbatibus Coloniam, in ecclesia Beati Petri, in sepulchro decentissimo [39], preparato iuxta mausoleum nobilissimi presulis et archiducis Philippi in dextra parte ecclesie contra portam meridionalem, gloriosus martir Engelbertus, angelice libertati [40] donatus, sexto kalendas marcii (2) dominus Cůnradus [41] Portuensis episcopus et sedis apostolice legatus coram innumerabili multitudine diverse dignitatis, ordinis, sexus et etatis sepelivit [42]. Quanta illic cottidie signa fiant, in libro virtutum eius ex parte declarabitur. Passus est autem beatus martir anno gracie millesimo vicesimo quinto, mense nono [43], die septimo [44], anno pontificatus sui decimo, sub tercio Honorio papa, imperante Friderico secundo, monarchiam celi et terre gubernante domino nostro Iesu Christo, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat per omnia [45] secula seculorum. Amen. F

<17. De celeri vindicta occisorum eius et de miserabili morte Frederici comitis.>

Nunc dicere superest sub quanta celeritate et cum quanta [1] severitate omnipotens Deus famuli sui sanguinem sive per semet ipsum sive per humanum ministerium vindicaverit. Quantum ei

[11] (Pater ... verbum) *add. in marg. inf.* 1a. — [12] illis 2ab[1]. — [13] ita 2a *m. pr.* ; ut 2a *post corr.* — [14] scīmis 1a *m. pr.* — [15] est 2ab[1]. — [16] stolam suam 2ab[1]. — [17] Evergislo 2ab[1]. — [18] Agilolpho 2ab[1]. — [19] ibi 2a. — [20] (in E.) Engelberti 2ab[1]. — [21] (v. o.) o. v. 2a. — [22] (ita ... martirii) *om.* 2b[1]. — [23] (d. s.) s. d. 2a. — [24] (m. s.) s. m. 2b[1]. — [25] (in ... prophetis) *om.* 1a. — [26] per 2a. — [27] (p. l.) propter libertatem 2a. — [28] Ensindensis 2a. — [29] *om.* 2a. — [30] *om.* 2ab[1]. — [31] *om.* 2b[1]. — [32] tolerasse 1a. — [33] (e. a.) a. e. 2ab[1]. — [34] *om.* 2ab[1]. — [35] afflictior 2b[1]. — [36] proximius 2b[1]. — [37] (in p.) *om.* 2b[1]. — [38] cuius 2a ; *om.* 2b[1]. — [39] decentissime 2ab[1]. — [40] angelica libertate 2ab[1]. — [41] Conradus 2a ; Conrardus 2b[1]. — [42] *ita codd.* ἀνακολούθως. — [43] IX° 2a ; novembrio 2a *corr. in marg.* — [44] (d. s.) VII die 2a. — [45] infinita 2ab[1].

17. — [1] (c. q.) *add. in marg.* 2a.

(1) De his vid. narrationes hagiographicas *BHL.* 2365 et 145, valde incertae fidei. Cf. *Anal. Boll.*, t. XII, p. 472 ; t. XIII, p. 180 ; t. XVIII, p. 57-58. — (2) Immo *sexto kalendas ianuarii,* ut recte monuit Winkelmann, t. c., p. 471, annot. 3. Nam die 12 ianuarii consecravit ipse Conradus legatus altare (Beatae Catharinae) *continuum sepulcro clare memorie Engelberti Coloniensis archiepiscopi* (Winkelmann, *Acta imperii inedita*, t. I, p. 486). Idem vero Conradus post Moguntinam synodum *in natali Domini* anni 1225 *advenit Coloniam* (Chron. reg. Colon., Cont. IV, ed. Waitz, p. 257), ibidemque aliquot diebus commoratus est (cf. K. H. Roth von Schreckenstein, *Regesten zur Geschichte des Cardinallegaten Konrad von Urach*, in Forschungen zur Deutschen Geschichte, t. VII, p. 387-88 ; Böhmer-Ficker, n. 10056a-10061). Quod tamen Winkelmann, l. c., tamquam argumentum praecipuum profert, Conradum die 24 februarii Francofurti fuisse, id minime constat. Cf. Böhmer-Ficker, n. 10073.

displicuerit

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

A displicuerit sacrilegorum actio, licet martiris placuerit passio, pena subsequens manifestat. Vox animarum pro Christo interfectorum est in Apocalipsi : *Usquequo, Domine sanctus et verus, expectas et non*[2] *vindicas sanguinem nostrum de hiis qui habitant in terra?* Non diu Dominus expectavit, non annum, non mensem, sed statim martiris sui Engelberti sanguinem ad se de terra clamantem vindicare cepit. Vindicavit gladio materiali, vindicavit gladio spirituali, et, sicut martir octava die mortis[3] sue Ludewico[4] Rodensi praedixerat (1), tam festinanter et tam acriter ut a nobis credi non posset. « Noveris », inquit, « pro certo quod omnes qui me occiderunt vel » quorum consilio occisus sum, male peribunt, et » hoc cicius quam credi possit. » Nam die quarta unus satellitum funestorum ab Henrico comite (2) Tuicii[5] (3) captus, in insula Rheni[6] ante civitatis menia rotali pena plexus est sine omni misericordia. Non multo post unus capitur et vinculatus Coloniam mittitur; qui pedibus ad equos ligatus, cum per plateas civitatis horribiliter nimis tractus fuisset, membris omnibus B securi confractis, in rota extra muros positus est. Dicuntur ibidem alii duo[7] non Colonie, sed alibi consimili pena puniti. Ceteri vero tam milites quam servientes timore mortis natale solum cum possessionibus[8] deserentes, cum duce suo sathana usque hodie circueunt[9] terram et perambulant eam. Ipse autem tocius capud[10] mali Fridericus cum duobus fratribus suis Willelmo[11] et Godefrido, ut supra dictum est (4), excommunicatus ac deinde proscriptus, proiectus a facie Dei[12], sicut Cayn, qui fratrem suum occiderat, vagus et profugus factus est super terram, nusquam acceptus, nusquam tutus, ita ut dicere posset : « Omnis qui invenerit me[13], occidet me. » Interim castrum eius in Ysenburg[14], quod inexpugnabile videbatur, in ulcionem pontificis obsidetur, redditur et solo tenus destruitur (5). Cum obsessi plures essent et vite necessariis habundarent, in tantum timor illos invaserat ut diu castrum tenere non auderent. De quo uxor Friderici cum liberis educta est, ut ei merito congrueret quod de Iuda proditore scriptum est : *Fiant filii eius orphani et uxor eius vidua. Nutantes transferantur*[15] *filii eius, et mendicent, et eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur fenerator omnem substantiam eius et diripiant alieni labores eius. Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur pupillis eius.* Nam et[16] de omnibus suis Fridericus[17] cum uxore, liberis et fratribus eliminatus est. Theodericus vero episcopus Monasteriensis cum fratre Engelberto Osenburgensi[18] electo in concilio[19] Leodicensi[20] suspensi profecti sunt Romam. Profectus est et cum eis Fridericus eadem spe qua et illi[21]. Cumque[22] aliquanto tempore episcopi in curia stetissent, nec proficerent, eo quod se sufficienter excusare nequirent[23], procuratoribus ecclesie Coloniensis reclamantibus et litteris principum eos accusantibus, ambo depositi sunt (6), et non multo post tum ex dolore tum[24], quod credibilius est, ex divina ulcione mortuus est Theodericus et in locis peregrinis sepultus (7). Mortui sunt ibidem ex parricidis tres. Mortua est eciam uxor Friderici morte subitanea; cuius viscera cum fuissent eiecta, ita cor eius ex dolore, ut aiunt, emarcuerat et evanuerat[25], ut vix fabe quantitatem E excederet (8). Mortuus fuerat ante eam pater suus dux Walerammus cum fratre Gerardo, viri potentes (9). Sicque miser Fridericus spe ubique destitutus, cum Rome non inveniret[26] misericordiam sibi placentem, vel pocius misericordia indignus vel, quod credibilius est, ad maiorem indignioremque penam divinitus reservandus[27], digressus ab urbe personam suam[28] dissimulando, quantum potuit, cum duobus Leodium venit. Ubi a quodam, qui eum Rome viderat, cognitus et quod ipse comes Fridericus esset proditus, a quodam milite Leodicensi[29], nomine Baldewino, fraudulenter satis captus est et[30] domino Henrico Coloniensi episcopo plus quam pro[31] duobus milibus marcarum venditus; at, Deo dispensante, eodem pene die anno revoluto, quo beatus martyr Engelbertus cum merore multorum civitati mortuus est illatus[32], Fridericus cum desiderio multorum per portam oppositam captivus est invectus. Qui die quarta, quando videlicet primum martiris[33] septenarium celebriter agebatur[34], ipse nimis turpiter, revoluto anno, in rota tormentaliter levabatur (10). Cui F

Apoc. 6, 10. — Cf. Gen. 4, 10. — Iob 1, 7. — Cf. Gen. 4, 14. — Ibid. — Ps. 108, 9-12.

C

[2] *om.* 2b¹. — [3] mensis 1a. — [4] Ludovico 2b¹. — [5] nutii 2b¹. — [6] Reni 2ab¹. — [7] (a. d.) d. a. 2ab¹. — [8] possessoribus 2b¹. — [9] circuūt 2a *ante corr.* — [10] *om.* 1a; caput 2b¹. — [11] Wilhelmo 2ab¹. — [12] Domini 2ab¹. — [13] *om.* 2b¹. — [14] Isenburch 2b¹. — [15] transfererantur 1a. — [16] *om.* 2ab¹. — [17] (s. F.) F. s. 2a. — [18] Osynburgensi 2b¹. — [19] consilio *codd.* — [20] Leodiensi 2b¹. — [21] ipsi 2ab¹. — [22] Cum 2ab¹. — [23] non possent 2ab¹. — [24] *ita et* 2a; *litterarum apices male interpretatus est corr. 2a in marg.* : animi. — [25] (et e.) *om.* 2b¹. — [26] invenerit 1a. — [27] reservatus 2ab¹. — [28] *om.* 2ab¹. — [29] Leodicense 2a; Leodiensi 2b¹. — [30] a 2a *m. pr.*; et 2a *corr. in marg.* — [31] *om.* 2ab¹. — [32] (m. e. i.) e. i. m. 2ab¹. — [33] episcopi 2ab¹. — [34] celebrabatur 2ab¹.

(1) Cf. supra, l. II, c. 10. — (2) Henrico de Limburg, iam comite de Berge. — (3) Deutz. — (4) Id de Willelmo et Godefrido nominatim nondum dixerat Caesarius. Hi postea in gratiam redierunt, ut in patria pacifice viverent atque etiam Godefridus praepositus Sancti Martini Monasteriensis fieret. — (5) Cf. Chron. reg. Colon. (supra, p. 642, num. 51 extr.); Catalogus III archiep. Colon., Auctarium (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 353, l. 23); ALBERTUS STADENSIS, Ann. ad an. 1225 (ibid., t. XVI, 359); REINERUS LEODIENSIS, Ann. ad h. a. (ibid., p. 679). — (6) Cf. EMO WERUMENSIS (supra, p. 641, num. 50 extr.); ALBRICUS MON. TRIUM FONTIUM (supra, p. 642, annot. 7 extr.); REINERUS LEODIENSIS, Ann. ad an. 1225 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 679). — (7) Cf. REINERUS LEODIENSIS, l. c.: *Quorum unus statim in reditu moritur* (*in reditu = cum rediret*?). Obiit die 18 vel 22 iulii, ut docent necrologia; cf. J. FICKER, *Die Münsterischen Chroniken des Mittelalters* (Münster, 1851), pp. 30, 348. Monuimus (supra, p. 641, annot. 4) Engelbertum electum Osnabrugensem postea in gratiam Romani pontificis esse restitutum. Id vero nondum evenerat vel Coloniae nondum innotuerat quando hunc librum II Caesarius scribebat. — (8) Aliam fabulam refert REINERUS LEODIENSIS, l. c. : *uxor Frederici proditoris ludificatione demonum cum parvulo filio extincta.* — (9) Cf. supra, c. 9 extr.; REINERUS LEODIENSIS, l. c. : *infra annum tam detestabilis parricidii moritur Gerardus de Horne et frater eius Galerannus dux Ardenie.* — (10) Cf. REINERUS LEODIENSIS, l. c. (p. 679-80) : *Consequenter idem Fredericus prope Hoium in habitu mercatoris cum aliis duobus a Balduino milite de Geneffe comprehenditur et post aliquot dies apud Visatium comiti de Gelre et summo advocato Coloniae aliisque baronibus sub custodia vinctus traditur; a quibus Coloniam perductus et per vicos et plateas vinctus et eques circumductus, publica confessione sui sceleris multos movit in lacrimas. Ad ultimum confractis brachiis et cruribus, pacientissime sustinens cruciatus, in eminentissimo ligno sublevatus et in rota distentus defecit.* Chron. reg. Colon., Cont. IV, ad. an. 1226 (ed. WAITZ, p. 258-59) : *Item eodem anno Fridericus comes, impii autor homicidii, per totum annum profugus et occultatus, a quodam milite nomine Balschun capitur et pro duobus milibus marcarum et centum marcis venumdatus, Coloniensi archiepiscopo assignatur. Qui in festo Martini,*

congruere

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

congruere videtur quod a Domino per Ezechielem ad regem Egypti dictum est : *Expandam super te,* inquit, *rete meum et extraham te in sagena mea et proiciam te in terra* [35]. *Super faciem agri*
Ezech. 32, 3-6. *abiciam te et habitare super te faciam omnia volatilia agri, et implebo colles sanie tua, et irrigabo terram fetore sanguinis tui.* Universa hec impleta sunt et implentur in Friderico. Captus est et [36] venditus, extractus et vinculatus, in terram proiectus et securi confractus, sicque super rotam positus esca factus est volatilibus agri, colles quibus superpositus est implens sanie sua et terram subtus irrigans fetore sanguinis sui. Per triduum illud quo vinctus tenebatur in palacio extra muros civitatis, in monticulo qui est iuxta portam Sancti Severini, columpna ex lapidibus erecta est alta satis et in illa rota plaustri plumbo vestita, ut durare posset, exaltata. Super hanc funibus tractus est, prius tamen brachiis et cruribus in terra securi confractis. Erat enim anniversaria dies, in qua martir sacerdoti Rodensi predixerat omnes suos occisores morte mala esse perituros (1). Quod intelligimus vel de morte
B corporis, vel de morte anime, vel de utroque.

D Licet enim mala et turpi morte perierit in corpore Fridericus, speramus tamen eandem penam anime eius fuisse medicinam, eo quod bene contritus et diligenter atque frequenter tam privatim quam publice confessus se reum clamaverit et penam sibi [37] illatam [38] pacienter sustinuerit, eciam ad confringendum membra singula ultro
offerens. Et cum [39] in dorso eius [40] fabricaret car- Cf. Ps. 128, 3.
nifex ille immisericors, ictus sedecim per securim ei infligendo, non emisit vocem, ita ut omnes mirarentur. Postea usque ad matutinas [41] in corpore durans, fertur tamen orasse et circumstantibus, ut pro se orarent, supplicasse. Fortassis ex merito martiris Engelberti, qui moriens pro inimicis oravit, gracia hec Friderico. Cum omnia hec que dicta sunt contigerint [42] infra annum primum, haud dubium quin de aliis sacrilegis hiis similia vel forte [43] maiora audituri simus (2). Et de hiis satis. Nunc autem de miraculis et beneficiis que ad ipsius merita declaranda prestantur infirmis (3), aliqua dicenda sunt ad honorem domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit [44] et imperium in secula seculorum. Amen. E

LIBER III

Incipit [1] prologus Cesarii in miracula domni Engelberti Coloniensis archiepiscopi et [2] martiris. Liber tercius.

I Reg. 3, 2-3. Oculi Heli caligaverant et non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur. Lucernam Dei esse eum cui divinitus datum est Ecclesiam verbo, scripto vel exemplo illuminare, Salvator, qui [3] lux lucis et fons luminis est, in
Matth. 5, 15; cf. Luc. 11, 33. Evangelio ostendit, cum ait : *Nemo accendit lucernam et ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt.* Quia beatus pontifex Engelbertus, cuius actus et passionem in duobus libellis pro modulo ingenii mei dudum explicavi, minus in usu habuit graciam predicandi sive sacras scripturas exponendi vel spiritualiter conversandi, <multorum [4] oculi in illius contemplacione caligaverant, vitam forinsecam in eo considerantes> et [5] divinam electionem, qua ab eterno predestinatus est, ignorantes; at [6] postquam per mortem carnis extinctus est, per lucem miraculorum declarata sunt opera eius meritoria, que sibi conquisierat operibus Deo notis, maxime, ut supradictum est, contricione [7],

[35] terram 2ab¹. — [36] *om.* 2b¹. — [37] *om.* 2ab¹. — [38] illam 2a. — [39] dum 2ab¹. — [40] *om.* 2ab¹. — [41] matutinos 2ab¹. — [42] contigerunt 2b¹. — [43] *om.* 2ab¹. — [44] *om.* 2ab¹.

Liber III. — Prologus (*Deest in* 1a a*a**). — [1] (Incipit ... tercius) Liber tertius de miraculis eius. Prologus 2b². — [2] (et m. L. t.) *om.* 2b¹. — [3] est *add.* 2a. — [4] multorum ... considerantes) *in* 2ab¹b² *omissa, accepi a Gelenio; cf. supra p. 629, num. 15.* — [5] (et ... ignorantes) *desunt apud Gelenium.* — [6] ac 2b¹b². — [7] et *add.* 2a.

C *sequenti scilicet die, anno sequenti, qua corpus lacerum gloriosi archiepiscopi Colonie est receptum, quamque idem episcopus advivens pro forma compositionis agenda ipsi prefixerat* (cf. supra, p. 653, annot. 4), *Colonie presentatus est et tercia die, facta confessione et proditis complicibus huius facti, extra muros civitatis in rota positus, super modicam piramidem est elevatus.* Chronicon Albrici monachi Trium Fontium ad an. 1225 (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 917) : *Itaque circa annum fere completum reversus a Roma* (Fridericus) *sub habitu mercatoris et a quibusdam Leodii cognitus est, et quod Hoyum tenderet illico demandatum est Balduino militi de Genefia; qui sine mora veniens, eum in valle Amaniensi cepit et Coloniensibus pro magno pretio apud Viziacum tradidit. Inde Coloniam ductus et per vicos et plateas ut canis vilissime tractus, tandem in rota eminentissima rotatus est, martirium suum recipiens cum omni contritione et devotione;* ALBERTUS STADENSIS, Ann. ad an. 1226 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 359) : *Comes Fridericus de Ysenberg Coloniae extra civitatem prope Sanctum Severinum rotatur, nimia, ut aiunt, contritione cordis afflictus.* — (1) Supra, c. 10. — (2) Cf. Chron. reg. Colon., l. c. (ed. WAITZ, p. 259) : *Postea* (id est post mortem comitis Friderici) *convenientibus episcopis et nobilibus terre, vasallis Sancti Petri, nobiles quidam, qui pro huiusmodi interfectione suspecti habebantur, licet difficulter, ab archiepiscopo et prioribus Coloniensibus ad expurgationem obiecti criminis sunt admissi.* In Chronica episcoporum Monasteriensium saec. XIV conscripta multo maiora narrantur : *Huius temporibus* (Ludolphi episcopi, 1227-1248) *papa contra comites de Thekeneborch et Swalenberghe et universos qui contra Enghelbertum archiepiscopum Coloniensem conspiracionem fecerant crucem predicavit et totum imperium et ducem Brabancie et comites Flandrie et Hollandie, de Monte, Gelree,* F *Iuliacensem et omnes episcopos et archiepiscopos de Almannia, principes, nobiles, militares, populares et burgenses in vindictam prefati Enghelberti occisi incitavit* et q. s. (J. FICKER, *Die Münsterischen Chroniken*, p. 31). His fabulis aetatis recentioris aliquid veri subesse atque in quosdam viros nobiles, nominatim vero in Ottonem comitem de Tecklenburg, quem Fridericus comes inter Engelberti inimicos recensuerat (cf. supra, c. 1), saevitum esse certo constat. Vid. FICKER, *Engelbertus*, p. 188-92; WINKELMANN, *Kaiser Friedrich II.*, t. I, p. 475-76. Cf. etiam GELENIUS, *Vindex libertatis*, p. 162-66. — (3) De his miraculis meminerunt etiam alii, Heinricus archiepiscopus anno 1229 (cf. supra, p. 643, num. 55), Conradus archiepiscopus anno 1240 (cf. ibid., num. 56), Chronica regia Coloniensis (cf. p. 642, num. 51), Gesta Treverorum, Cont. IV, c. 4 (*MG.*, Scr. t. XXIV, p. 400) : *Cuius eciam mortem preciosam in conspectu suo Dominus multis miraculis declaravit ;* Chronicon S. Martini Turonense (ibid., t. XXVI, p. 471) : *Sed quia memor fuit iusticie Dei solius nec ad carnem respiciens cor reflexit, retributor bonorum operum eum innumeris signorum miraculis illustravit.* Quae omnia vel pleraque saltem intra primum annum ab obitu sancti accidisse visa sunt, si fides est Albrico monacho Trium Fontium, qui in Annalibus ad an. 1225 narrat (*MG.*, Scr. t. XXIII, p. 917) : *Et cum expirasset* (Fridericus de Isenberg) *et domni Colonienses alta voce "Te Deum laudamus" etc. decantassent, eo quod vindicta de nece archiepiscopi esset consummata, ex tunc archiepiscopus, qui huc usque miracula faciebat, ea facere omisit.*

A confessione et pro iusticia sanguinis sui effusione. Cum heu! tristis rumor occisionis eius insonuisset, multi qui actus eius seculares noverant, de salute eius desperantes, aiebant : " Heu! modo „ perdidit corpus et animam. „ Audierant [8] enim quod a cognato suo Frederico comite occisus esset eo quod eum exhereditare [9] vellet. Unde necesse erat ut signa eum sequerentur. Signa enim non sunt de substantia sanctitatis, sed quedam indicia sanctitatis. Nec fuisset necesse domnum episcopum Engelbertum miraculis claruisse post mortem, si vite perfectioris fuisset ante mortem. Beatus Evergislus [10] et sanctus Agillolfus [11] Colonienses episcopi ambo a nocentibus innocenter occisi [12] martirio coronati sunt; qui tamen post mortem paucis admodum signis claruerunt (1), quia non erat necesse ut post mortem commendarent miracula quos ante mortem commendarat vita sanctissima. Voluit Dominus in martire suo demonstrare quantum ei placeret [13] pro iusticia stare et ut occisoribus suis terrorem incuteret per miracula. <Unde [14] nobis
B de illo non est dolendum, sed quasi de martire gloriandum, quia, si causa martirem facit, sicut et facit, et ipse vere martir est.> Martirii eius meritum duo commendant, videlicet [15] vindicta de inimicis eius et gracia sanitatum, quam cottidie exhibet de infirmis. De his miraculis ad iussionem successoris eius domni Henrici archipresulis aliqua scribere propono, et ea tantum que mihi a personis veridicis sunt relata, sive [16] a venerabili viro Goswino [17], ecclesie Beati Petri canonico, ab ore eorum quos martir sanavit excepta. Preterea miracula magna et crebra fiunt in loco qui vocatur Givelberg [18] (2), ubi occisus est, ut ibi spiritu, hic corpore presens esse non dubitetur.

Explicit [19] prologus.

Incipiunt [1] miracula beati [2] Engelberti Coloniensis archiepiscopi et martiris.

<1. De [1] Hermanno milite de Glibach, quem a paralisi [2] beatus Engelbertus sanavit [3].>

Referunt militem quendam esse in villa que dicitur Glibach [4] (3), Hermannum nomine, qui
C duobus annis et amplius sic [5] in paralisi laborabat ut quasi victus infirmitate lecto [6] decubans [7], non nisi in dorso dormire neque nisi alienis manibus se posset vestire. Die quadam, cum eum moneret frater suus carnalis quatinus sancto martiri Engelberto [8] supplicaret, ut meritis eius sanitatem reciperet, respondit ille : " Ego „ me deduci feci ad Sanctum Quirinum Nu„ siam [9] (4) et ad Dominam Nostram Rûre„ mondi [10] et ad limina plurimorum sanctorum, „ sed non sum exauditus, forte exaudiri indi„ gnus. „ Instante fratre, ut votum faceret martiri, miles manibus familie sue in curiam se petivit exportari atque deponi. Iacens vero in terra, plena fide, fusis lacrimis, votum fecit ut, si per merita archiepiscopi sanaretur, nudis pedibus et sine lineis sepulchrum eius visitaret devotus. Sequenti die in eundem locum deportatus [11] eandem iteravit oracionem. Putant simplices laici maioris efficacie votum esse si fiat sub divo quam sub tecto (5). Tercia die in predicto [12] loco votum [13] iam iteratum negligere timens, eo quod ministri non adessent [14], anxius circumspexit, et ecce baculum cernens iuxta lectum stantem, cepit se solus, quod diu [15] antea non [16] fecerat, propriis manibus vestire et, baculo sustentante, pedibus de domo exire [17]; veniensque ad locum ubi duabus vicibus oraverat, prostratus in terra votum renovavit. Et cum tribus vicibus hoc [18] fecisset, eo quod funiculus triplex difficile rumpatur, surgens sentire cepit in corpore levitatem, Deo fidem eius remunerante. Et cum [19] E
Eccl. 4, 12.
staret, baculum cadentem de terra levavit [20]; cum quo letus ad domum propriam rediens, mox ad ecclesiam properavit [21]. Quem uxor cum pueris [22] sic solum ambulantem videntes, repleti stupore et extasi in eo quod contigerat, illi pre gaudio lacrimati sunt, et cum eum deducere vellent, prohibuit dicens : " Non me iuvetis, quia „ dominus meus episcopus [23] Engelbertus [24] sana„ vit me. „ Veniensque ad ecclesiam coram altari se stravit, pro collato beneficio gracias agens Deo et sancto martiri eius Engelberto. Qui, oracione finita, ad miraculum declarandum circuivit ecclesiam sicque reversus est in domum suam. Audientes tanta mirabilia vicini eius, accurrerunt [25], militi [26] congratulantes et in eius curacione [27] martirem glorificantes. Ipse vero quinta die Coloniam veniens [28] nudis pedibus et in laneis [29] sepulchrum martiris visitavit et pro collatis beneficiis gracias egit, custodi ecclesie Gozwino [30] que dicta [31] sunt recitans [32].

<2. De puero contracto ab eo sanato.>

In Valle Sancti Petri [1], domo ordinis Cister- F
ciensis, puer quidam [2] circiter quatuordecim [3] annos habens etatis, Albertus nomine [4], in hospitali a patre suo carnali [5], eiusdem nominis converso, collectus est; qui ita contractus erat et crurium officio destitutus ut ad necessaria nature venire non posset nisi deportatus. Audiens pater que de episcopo referebantur miracula, ait

[8] audiant(ur) 2a. — [9] exheredare $2b^1$. — [10] Engelbertus 2a, Evergislus 2a *corr. in marg.* — [11] Agilolphus $2b^1b^2$. — [12] sunt *add.* 2a. — [13] placeat 2ab. — [14] (Unde ... martir est) *in* $2ab^1b^2$ *omissa, accepi a Gelenio; cf. supra, p. 629, num. 15.* — [15] de *add.* 2a. — [16] sicut $2b^1$. — [17] Goeswino $2b^1$. — [18] Gijvelberg $2b^1b^2$; Givelsberg *Gelenius.* — [19] (E. p.) *om.* $2b^2$.

Lemma. — [1] (Incipiunt ... martiris) *om.* $2b^2$. — [2] beati ... martiris) *om.* $2ab^1$.

1. — [1] *Omnia lemmata om.* 1a a*a**. — [2] paralasi 2a. — [3] (b. E. s.) sanavit sanctus $2b^1b^2$. — [4] Glybach $2b^1$. — [5] *om.* $2ab^1b^2$. — [6] *om.* $2b^2$. — [7] decumbens $2ab^1b^2$. — [8] Engilberto $2b^2$ et *sic deinceps.* — [9] Nussiam $2ab^1b^2$. — [10] Ruremunde $2ab^1b^2$. — [11] deportatur 2a. — [12] eodem $2b^1b^2$. — [13] faciens *add.* $2ab^1b^2$. — [14] adeessent 1a. — [15] *om.* $2ab^1b^2$. — [16] numquam $2ab^1b^2$. — [17] (de do. e.) e. de do. 2a. — [18] (t. v. h.) h. t. v. 2a. — [19] *om.* 2a. — [20] levare cepit 2a. — [21] proparavit 2a. — [22] suis *add.* $2ab^1$. — [23] *om.* $2b^1b^2$. — [24] (e. E.) E. e. 2a. — [25] occurrerunt $2b^1$. — [26] multi 1a. — [27] curationem 2a. — [28] (q. d. C. v.) C. v. q. d. $2ab^1b^2$. — [29] (et in l.) *om.* $2ab^1b^2$. — [30] *om.* $2ab^1b^2$. — [31] gesta $2ab^1b^2$. — [32] recitavit $2ab^1b^2$.

2. — [1] apud Heysterbach *add.* $2ab^2$; apud Hijsterbach *add.* $2b^1$. — [2] quidem $2b^1$. — [3] quatuor decem 2a. — [4] (h. e. A. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] *om.* $2ab^1b^2$.

(1) Ita Caesarius, utique rhetorice. Aliter scriptor Vitae S. Evergisli, c. 11 (*Anal. Boll.*, t. VI, p. 197-98) et Vitae S. Agilolfi, num. 16 sqq. (*Act. SS.*, Iul. t. II, p. 724). — (2) Nunc Gevelsberg. Cf. supra, p. 656, annot. 4. — (3) Glimbach in pago Iuliacensi. — (4) Neuss. — (5) Conferre iubet Schönbach v. d. (*Ueber Caesarius von Heisterbach*, I, l. c., p. 30) ea quae de antiquis Germanis docet Tacitus, *Germania*, c. 9 : *ceterum nec cohibere parietibus deos arbitrantur.*

ad

ad puerum: "Fili, quando[6] solus es[7], in gramen „ domui[8] contiguum quocumque modo venire „ satagas, ibique votum sancto Engelberto facias; „ forte, ut ceteris, sic et tibi succurret. „ Obediens filius patri manibus genibusque[9] reptando venit in gramen; in quo orans ymaginem ceream[10] et[11] sue longitudinis candelam martiri vovit, hoc adiciens ut, si eius meritis[12] convalesceret, mox illa[13] ad sepulchrum eius personaliter offerret. Et ecce mira Christi[14] misericordia, ut in egroti orantis resultaret meritum martiris, statim hora eadem cepit puer remedium sentire et ad lectum suum commodius quam exierat redire, ita ut patri diceret[15] redeunti: "Pater, videtur mihi „ quod incedere possem, si duos baculos habe- „ rem. Nam meritis sancti Engelberti multo levius „ habeo quam habuerim. „ Quid plura, preparantur baculi, incedit puer, mirantur[16] omnes. Prius enim ab eodem patre suo ductus fuerat[17] ad memoriam Sancti Quirini martiris qui est[18] in Nusia[19]; sed noluit eum curare martir probatus, novo martiri nostro Engelberto graciam curacionis eius[20] reservans, ut in eis eciam[21] impleri[22]
B videatur quod apostolus de viatoribus[23] dicit:
Rom. 12, 10. *Honore invicem prevenientes.* Postea idem puer, sicut[24] omnes testes eius sumus, cum quibusdam monachis nostris[25] Coloniam navigio[26] veniens sepulchrum[27] martiris adiit, que voverat optulit. Ubi post oracionem plene curatus, baculis[28] super tumbam eius positis[29], sequenti die pedes ad nos rediit. Audiant huiusmodi miracula qui martiri detrahentes dicunt: "Si videremus „ nostros concives, quorum nobis infirmitas a „ multo[30] tempore nota est, ab episcopo Engel- „ berto curari, crederemus ei. „ Quibus respondeo vel indignos illos esse sanari[31] propter inopiam fidei, vel non expedire eis ut curarentur[32], vel eos
Matth. 12, 39. dignos non esse videre qui talia dicunt. Generacio prava et adultera signum querit. Non enim Dei Filius omnes infirmos Iudee[33] curare voluit; de quo eciam[34] legitur quod non poterat multa
Matth. 13, 58. signa facere in quibusdam locis propter incredulitatem inhabitancium. In signis faciendis et fides petencium et merita sanctorum requiruntur. Sepe tamen Deus ingratis et indignis sua largitur beneficia.

C

<3. De muliere quam in gutture sanavit.>

Mulier quedam, manens iuxta piscinam que est extra muros civitatis, in gutture periculose satis[1] infirmabatur. Veniens ad memoriam martiris cum notis et amicis, supplicabat camisiam eius sibi aqua intingi, sperans, si illam biberet, statim convalesceret. Et factum est secundum fidem eius. Bibens cum multa difficultate de eadem benedictione ad domum suam rediit, et post spacium quatuor horarum[2] reversa ad sepulchrum[3] locuta est, gracias agens Christo et sancto episcopo Engelberto. Tam vehemens fuerat morbus ut a quinta die neque loqui neque gustare potuisset. D

<4. De milite qui a terciana per ipsum[1] sanatus est.>

Venit eciam[2] miles quidam ferens ymaginem ceream[3], et super sepulchrum martiris illam offerens[4] hanc oracionem fudit: "Sancte episcope „ Engelberte, ita veraciter ut curatus sum[5] a „ Deo a terciana per tua merita[6], ita sis bene- „ dictus. „

<5. De abbate Sancti Trudonis ab eo curato.>

Eodem tempore magister Iohannes, abbas Sancti Trudonis, cum in quartanis diu et graviter laborasset, de miraculis domini Engelberti audiens et gloria eius, mirabilem Deum benedicens, sicut ipse mihi retulit[1], statim cogitans[2] quod E
homo pacificus esset multumque[3] misericors et quod beati forent pacifici et misericordes, Deum Matth. 5, 7, 9.
invocavit, rogans quatinus illius meritis[4] sibi in suis necessitatibus subvenire dignaretur. Qui mox exauditus[5], quanti esset apud Deum meriti beatus martir Engelbertus[6] in sua curacione meruit experiri.

<6. De muliere paralitica ad invocacionem eius[1] sanata.>

Mulier quedam veniens ad sepulchrum martiris duos baculos super illud optulit, dicens se ad invocacionem nominis eius[2] a paralisi, cuius incommodo diu laboraverat, sanatam.

<7. De scolari contracto et ad sepulchrum eius curato[1].>

Vir quidam civis Confluencie, Roricus nomine, cognomento Vanderarken[3], filium habet[4] scolarem, in cuius crure sic se nervi contraxerant ut[5] F
dimidio anno pedem ad terram mittere non posset. Quem cum ad sepulchrum martyris pater fecisset deportari atque super ipsum plena fide reponi[6], mox nervi, qui multo tempore fuerant contracti et indurati, mollescere ceperunt et dissolvi, ita ut qui claudus fuerat impositus, descenderet erectus, et qui manibus alienis delatus est infirmus, propriis pedibus ad hospicium suum[7] reversus[8] hylaris et sanus[9]. Nomen vero scolari Theodericus[10].

[6] quanto 2a. — [7] fueris $2ab^1b^2$. — [8] dñi 2a. — [9] pedibusque $2ab^1b^2$. — [10] seream 2a. — [11] *om.* 2a. — [12] (e. m.) m. e. $2ab^1b^2$. — [13] illam $2ab^1b^2$. — [14] Dei $2ab^1b^2$. — [15] (p. d.) d. p. $2ab^1b^2$. — [16] mirantur $2ab^1b^2$. — [17] (s. d. f.) d. erat s. 2a. — [18] (q. e.) *om.* $2ab^1b^2$. — [19] Nussiam $2ab^1b^2$. — [20] (c. e.) e. c. $2b^2$. — [21] *om.* $2ab^1b^2$. — [22] implere 2a. — [23] maioribus $2ab^1b^2$. — [24] (sicut ... sumus) *om.* $2ab^1b^2$. — [25] *om.* $2ab^1b^2$. — [26] *om.* $2ab^1b^2$. — [27] supulchrum 2a. — [28] baculos $2ab^1b^2$. — [29] posuit $2ab^1b^2$. — [30] multorum 1a. — [31] (i. e. s.) e. s. i. $2ab^1b^2$. — [32] curentur $2ab^1b^2$. — [33] (D. F. o. i. I.) o. i. I. D. F. $2ab^1b^2$. — [34] *om.* $2ab^1b^2$.

3. — [1] (p. s.) s. p. 2a. — [2] (q. h.) h. q. $2ab^1b^2$. — [3] (ad s.) a se pulchre $2b^2$.

4. — [1] (p. i.) *om.* $2b^1b^2$. — [2] *om.* $2ab^1b^2$. — [3] seream 2a. — [4] (i. o.) o. i. $2ab^1b^2$. — [5] (c. s.) s. c. $2ab^1b^2$. — [6] (p. t. m.) *om.* $2ab^1b^2$.

5. — [1] (s. i. m. r.) *om.* $2ab^1b^2$. — [2] cogitare cepit $2ab^1b^2$. — [3] et multum $2b^1b^2$. — [4] (i. m.) m. i. 2a. — [5] exauditur $2ab^1$. — [6] Engilbertus *hic etiam* 2a.

6. — [1] (ad i. e.) per eum $2b^1b^2$. — [2] (n. e.) e. n. 2a.

7. — [1] sanato $2b^1b^2$. — [3] (R. n. c. V.) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] habens $2ab^1b^2$. — [5] in *add.* $2ab^1b^2$. — [6] deponi 2a. — [7] *om.* 2a. — [8] est *add.* $2ab^1b^2$. — [9] gaudens $2ab^1b^2$. — [10] (N. v. s. T.) *om.* $2ab^1b^2$.

8.

A **<8. De aurifabro qui martirium eius irridens[1] divinitus est flagellatus, et ab eo curatus, dum peniteret[2] de blasphemia[3].>**

In Siberg oppido (1) non multum remoto a civitate Colonia manens est quidam aurifaber, Arnoldus nomine[4], qui huiusmodi virtutibus fidem adhibere non potuit, sed quociens eo presente loqueretur quis[5] de sanctitate presulis, vel irrisit, vel contradixit[6]. « Quomodo », inquit, « posset esse vel dici sanctus, ad cuius mandatum multe domus exuste[7] sunt, spoliati multi, et quem multorum fuisse constat auctorem
Rom. 12, 19. malorum? » Dominus vero, qui dicit : *Mihi vindictam, et ego retribuam,* cum martiris sui iniuriam[8] diucius tollerare non posset, blasphemum sero domum revertentem tam subita et tam gravi infirmitate, ut disceret non blasphemare, flagellavit, ut pre infirmitate[9] in continenti se putaret moriturum. Tandem ad se reversus cogitare cepit ne forte pena esset peccati in martirem commissi. In carruca Coloniam se fecit[10] deduci.
B Quo cum venisset, in alveolo (2) positus et ante sepulchrum depositus, elevatis manibus, oravit hiis verbis dicens[11] : « Domine sancte martir, merito pacior hanc infirmitatem, eo quod sanctitati tuae contradixerim[12] semper[13]. Domine, per merita tua et per sanctum martirium tuum adiuva me miserum et infirmum. » Cumque sepius hanc oracionem repetisset, dixit circumstantibus[14] : « Quis me aspersit[15] aqua benedicta? » Respondentibus illis : « Nullus nostrum te aspersit », iterato subiunxit : « Certe aliquis me aspersit. » Qui cum rursum negarent, ait ad illos : « Sinite me abire, quia per benignitatem Dei et merita martiris eius Engelberti ecce convalui. » Surgens eadem hora non sine ammiracione presencium in domum ecclesie adherentem abiit[16]; ubi cum quievisset modicum, reversus est in domum suam, de die in diem proficiens, quoadusque plenam sanitatem reciperet.

<9. De camerario comitisse Gelrensis infirmo et qui[1] ad sepulchrum eius est sanatus[2].>

C

Audiens camerarius comitisse de Gelren quanta sanitatum remedia Colonie infirmantibus exhiberentur propter eius merita, illo se deduci[3] fecit. Erat enim tam debilis et infirmus ut non nisi duobus baculis se sustentantibus[4] incederet. Qui cum per aliquot dies spe recuperande sanitatis Colonie moraretur, singulis diebus martiris sepulchrum visitavit, orans ut eius intercessione sanitatem recipere mereretur. Quod cum singulis diebus actitaret, misericors Deus, qui ob hoc desiderium eius distulisse creditur ut perseveranciam fidei eius probaret, die octava demum concedens optata hominem sanavit. Qui baculos[5] ibi relinquens, letus reversus est in domum suam. Quid[6] autem domine eius comitisse circa tempora eadem contigerit non tacebo.

<10. De comitissa Gelrensi[1] de periculo partus per ipsum liberata[1*].>

Laborabat in partu nobilis femina comitissa de Gelren (3) et tam periculose, ut pene[2] vita eius[3] esset in desperacione, eo quod tempus pariendi[4] preterisset. Vocatus est confessor eius dominus Arnoldus[5] de Campo (4). Qui cum adesset, ductus est a patre eius Henrico duce Brabancie (5), qui tunc aderat, et marito eius[6] Gerardo comite (6) ad locum parturientis. Iacebat enim in domo modicum a castro semota, clamans et eiulans pre dolore[7]. Viso abbate, ac si moritura esset, sic se oracionibus eius[8] commendavit, petens ut hoc ipsum fratribus omnibus iniungeret. Flentibus universis qui aderant, sic comes affatur uxorem : « Dilecta, bene nosti
E quantum nos amaverit cognatus et dominus meus episcopus Engelbertus. Invoca ergo[9] illum in hac tua necessitate; spero quod tibi, sicut et ceteris, subveniet. » Abbate cum duce et comite abeuntibus, illa orare cepit et dicere : « Domine mi sancte episcope, si potes aliquid apud Deum, sicuti te[10] posse credimus, succurre nunc mihi misere mulieri. » Et adiecit : « Domine Deus, exaudi me et libera me a doloribus istis propter sanguinem quem pro iusticia fudit episcopus Engelbertus. » Que mox exaudita est. Vix castrum iam dicti[11] viri ascenderant[12], et ecce puella post eos[13] cursitans, sicut[14] mihi retulit frater Petrus abbatis capellanus, letum nuncium comiti detulit, dicens : « Domine[15], domina mea pulcherrimum vobis genuit filium. » Et glorificatus est ab omnibus Deus in martire suo Engelberto. Comitissa vero non immemor[16] beneficii sibi ab ipso collati[17], mox ut convaluit, Coloniam veniens sepulchrum illius[18] visitavit, cum[19] graciarum actione ymaginem argenteam super illud offerens.

<11. De puella que sex annis ceca fuit et eius meritis lumen recepit.> F

In parrochia Sancte Columbe virginis et martiris, civitatis Colonie, mulier quedam manet, cuius filia ceca per martiris merita lumen amissum hoc modo recepit. In sexto mense etatis sue cepit infirmari in oculo uno ac deinde, ingravescente morbo, visu totaliter privata est. Que cum facta esset sex annorum, mater, ut filia reciperet visum[1], tres sextas ferias in pane et aqua ieiunavit; insuper missam animarum in honore[2]

8. — [1] deridens $2b^1b^2$. — [2] (c. d. p.) d. p. c. $2b^1b^2$. — [3] (de b.) *om.* $2b^1b^2$. — [4] (A. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] aliquis $2ab^1b^2$. — [6] contrax[t] 1a. — [7] combuste 2a. — [8] iniuria $2b^1b^2$. — [9] (p. i.) pre infirmitatis magnitudine $2ab^1$; per infirmitatis magnitudinem $2b^2$. — [10] (In c. C. se f.) In C. (Colonia $2b^2$) c. f. se $2ab^1b^2$. — [11] *om.* $2b^2$. — [12] contraxerim 1a *ante corr.* — [13] (sa. t. c. se.) c. se. t. sa. $2ab^1b^2$. — [14] astantibus $2b^2$. — [15] (me a.) a. me $2ab^1b^2$. — [16] adiit 2a.

9. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] (e. s.) sanato $2b^1b^2$. — [3] (se d.) d. se $2b^1b^2$. — [4] (non ni. d. b. se su.) ni. d. b. su. se non $2ab^1b^2$. — [5] baculis 2a. — [6] (Quid ... tacebo) *om.* $2ab^1b^2$.

10. — [1] Gelrense 2a. — [1*] est *add.* $2b^1$. — [2] pena $2b^1$. — [3] (v. e.) e. v. $2b^1$. — [4] iam *add.* $2ab^1b^2$. — [5] (d. A.) abbas $2ab^1b^2$. — [6] domo (*pro* domno) *add.* 2a. — [7] doloris magnitudine $2ab^1b^2$. — [8] suis $2ab^1b^2$. — [9] *om.* $2ab^1b^2$. — [10] esse *add.* 1a. — [11] (i. d.) predicti $2b^1b^2$. — [12] castrum *add.* 1a (*iterum*). — [13] *om.* $2b^2$. — [14] (sicut ... capellanus) *om.* $2ab^1b^2$. — [15] *om.* $2b^2$. — [16] immmor 1a *ante corr.* — [17] (s. ab i. c.) sui $2ab^1b^2$. — [18] eius $2ab^1b^2$. — [19] et 1a.

11. — [1] (r. v.) v. r. $2ab^1b^2$. — [2] honorem $2ab^2$.

(1) Siegburg. — (2) Sella humili. Cf. DUCANGE, s. v., n° 3. — (3) Margarita, † 1231. — (4) Camp abbatia Ord. Cist. Arnoldus abbas Campensis fuit an. 1224-1235. — (5) Henrico I, † 1235. — (6) Gerardo III (al. IV), † 1229.

episcopi [3] Engelberti cantari fecit. Quo consummato, puella per merita [4] martiris mox visum recuperavit.

<12. De Henrico [1], qui per ipsum a caduco morbo [2] sanatus est.>

Nobilis vir Henricus de Kalemunt [3] (1), cum morbo caduco diu laboraret, die quadam in capella stans et de virtutibus que de martire passim referebantur cogitans, in terram se prostravit, fusis lacrimis, hec orans : " Domine archi„ episcope, si est ut putamus, quod magni sitis „ meriti coram Deo omnipotenti, intercedite pro „ me apud [4] Dominum Deum, ut propter suam „ magnam benignitatem et merita vestra sanita„ tem recipiam. „ Hec et huiusmodi cum sepius repeteret, surgens ab oracione sensit quandam corporis levitatem insolitam, ita ut postea usque ad presens a morbo eodem minime vexaretur.

B **<13. De homine a paralisi per ipsum curato.>**

Homo quidam de Heegen [1], duobus se sustentans baculis, ad sepulchrum martiris venit; ubi cum ferme duarum horarum spacio sedisset et pro sanitate [2] corporis sui, quanto intencius poterat, martiri supplicasset [3], exauditum se sensit. Qui mox surgens, letus abiit, in testimonium sue curacionis baculos, quibus advenerat, illic relinquens.

<14. De sacerdote de Hemesberg qui quindecim diebus lumine privatus, per [1] votum quod ei fecit illuminatus est [2].>

Circa idem tempus sacerdos quidam [3] de Hemisberg, ordinis Premonstratensis [4] (2), venit ad sepulchrum martiris; qui dicebat quindecim diebus oculorum [5] lumine se privatum et vovisse [6] quod sepulchrum eius visitare deberet et ad altare, quod est ad caput eius, missam celebrare animarum, et mox post votum se [7] recepisse visum. Quod et fecit, quanto devocius potuit.

C

<15. De muliere que ad sepulchrum eius [1] lumen oculorum, quod viginti annis perdiderat, [2] recepit.>

Est quedam mulier in castro quod Nidecke (3) vocatur, que ceca viginti [3] annis fuerat. Hec dum die quadam [4] de miraculis episcopi Engelberti audiret, spe recuperandi luminis Coloniam se duci fecit, dicens : " Ego ibo visitare sepulchrum novi „ martiris [5], ut graciam, quam aliis impendit, „ etiam mihi impartiri [6] dignetur. „ Que cum Coloniam venisset et coram sepulchro episcopi orasset [7], recepit visum; et que [8] duce venerat, sine duce reversa, per novi martiris meritum visum diu sibi [9] subtractum gaudens innovatum vel pocius omnino [10] reparatum, domui sue novum reportavit miraculum. D

<16. De monacho de Burnenbach [1] cui visus oculorum [2] per ipsum restitutus est.>

Abbas de Burnenbach (4), domo [3] ordinis Cisterciensis, que sita est in terminis Wormacie, quendam ex monachis suis iunioribus, Ulricum nomine [4], abbati Veteris Montis transmisit. Qui cum ibi [5] esset aliquanto tempore et minucionis tempus adesset, illeque cum fratribus sanguinem minueret, putans sibi eandem minucionem non sufficere, alium conversum accersiens, in altero brachio minuit et cum sanguine visum perdidit. Quod cum abbati diceretur, experiri volens si cecus esset, ante illum stans et nil [6] loquens digitum oculis eius apertis immisit, sed non sensit ille neque assurrexit illi [7]. Intelligens eum abbas E apertis oculis non [8] videre, in infirmitorio illum procurari fecit. Audiens abbas de Burnenbach [9] monachum suum cecum effectum, ne gravaretur per eum [10] domus aliena, revocavit illum [11]. Qui cum venisset Coloniam, servo et equo sibi accommodato, ad sepulchrum episcopi se deduci [12] fecit. Ubi cum staret et oraciones suas diceret, optulit duos oculos cereos a se emptos cum tali voto ut, si per merita eius visum [13] reciperet, quod pater suus duos oculos argenteos ad ipsius honorem remittere deberet. Sicque, oracione completa, insanatus abiens, duce famulo, ad grangiam domus Bergensis, que Sorenden dicitur [14] (5), modicum a civitate distantem, pervenit. Ubi dum a magistro grangie benigne satis tum propter caritatem, tum propter mandatum abbatis [15] receptus fuisset, et converso sciscitante quis vel unde esset vel qualiter cecitatem incurrisset, per ordinem recitasset, ille [16] iuveni compassus respondit : " Rogate [17] episcopum Engel" bertum ut, ipso intercedente pro vobis [18] ad " Deum, visus vobis restituatur. „ Respondente illo [19] : " Hoc feci „, subiunxit conversus : F " Habete fiduciam quia ipse faciet. „ Hoc dicto, cum surgeret et abiret, et monachus solus maneret [20], post horam conversus rediit; quem ille non audiendo, sed videndo salutavit. Quod conversus considerans, cum diceret [21] : " Unde nostis me [22] " hic esse, cum non videatis ? „ respondit monachus : " Gracias ago [23] Deo [24], quia bene video " tam vos quam ea quae in domo sunt, necnon " et fluvium qui fluit ante grangiam [25]. „ Volens experiri frater si verum diceret [26], ait : " Quid

[3] beati $2ab^1b^2$. — [4] meritum $2ab^1b^2$.

12. — [1] de Kalemunt *add.* $2b^1$. — [2] (c. m.) m. c. $2b^2$. — [3] Calenmont 2a. — [4] ad $2ab^1b^2$.

13. — [1] (de H.) *om.* $2ab^1b^2$. — [2] salute $2b^2$. — [3] supplicaret $2ab^1b^2$.

14. — [1] (per ... fecit) *om.* $2b^1b^2$. — [2] (i. e.) fuit i. $2b^1b^2$. — [3] *om.* $2ab^1b^2$. — [4] (o. P.) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] (d. o.) dierum 2a. — [6] voluisse 2a. — [7] *om.* 2a.

15. — [1] (ad s. e.) *om.* $2b^1b^2$. — [2] per ipsum *add.* $2b^1b^2$. — [3] vinginti 1a. — [4] (d. q.) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] (s. n. m.) n. m. s. $2ab^1b^2$. — [6] impertiri $2ab^2$. — [7] (e. o.) o. e. 2a. — [8] *forsan supplendum* cum. — [9] (d. s.) s. d. $2ab^1b^2$. — [10] *om.* $2b^1$.

16. — [1] (de B.) *om.* $2b^1b^2$. — [2] *om.* $2b^2$. — [3] (domo ... quendam) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] (U. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] *om.* $2b^2$. — [6] nihil $2ab^2$. — [7] abbati $2ab^1b^2$. — [8] nihil $2ab^2$. — [9] Burnenbag 1a. — [10] illum $2ab^1b^2$. — [11] eum $2ab^1b^2$. — [12] duci $2ab^1b^2$. — [13] (p. m. e. v.) v. p. e. m. 2a. — [14] (q. S. d.) *om.* $2ab^1b^2$. — [15] (m. a.) a. m. 2a. — [16] illi $2b^1b^2$. — [17] sanctum *add.* $2ab^1b^1$. — [18] (i. p. v.) p. nobis i. $2ab^2$; p. vobis i. $2b^1$. — [19] *om.* $2ab^1b^2$. — [20] manaret 2a. — [21] (c. d.) ait $2ab^1b^2$. — [22] (n. me) me n. $2ab^1b^2$. — [23] *om.* $2b^1b^2$. — [24] et beato Engelberto *add.* $2ab^1b^2$. — [25] granigiam $2b^1$. — [26] et *add.* $2ab^2$.

(1) Calmuth. — (2) Heinsberg. — (3) Nideggen ad Ruram flumen. — (4) Bronnbach, Brombach, ad Tubarim. — (5) Sürth ad Rhenum.

„ est

A „ est quod pendet in pertica? „ Respondit : “ Manutergium. „ Et verum fuit [27]. Et rediit videns et glorificans Deum et sanctum Engelbertum episcopum [28].

<17. De monacho Everbacensi quem a paralisi sanavit [1].>

Eodem tempore monachus quidam de [2] ordine Cisterciensi, si bene memini, Everacensis (1) cum duobus conversis ad partes inferiores missus [3], antequam veniret Coloniam, tam vehemens eum invasit paralisis membris omnibus [4] ut non absque [5] dolore simul [6] et labore [7], assistentibus sibi conversis [8], ad Veterem [9] Montem deveniret. Depositus in infirmitorio, cum se erigere vel in latus aliud vertere non posset, membrorum officio destitutus, suspensus est in trabe funiculus, cuius amminiculo uti deberet; sicut et fecit. Cui [10] cum venirent in mentem miracula novi martiris Engelberti, spe concepta, missam unam animarum illi [11] vovit. Et ecce statim in ipsa [12] hora levius senciens meliorari cepit et cicius quam
B credi posset [13] convaluit. Qui [14] Deo gracias agens et curatori suo Engelberto, cum ad claustrum suum rediret et Tuicii cum magistro Iohanne loci eiusdem abbate (2) pranderet, hec que dicta sunt, me audiente, presentibus narravit, duos predictos conversos, qui et ipsi presentes erant, testes invocans. Quid in domo nostra per merita martiris contigerit non tacebo.

<18. De Christiano monacho in [1] Heysterbach in brachio sanato [2].>

Iuvenis quidam monachus ex adolescentibus nostris [3], nomine Christianus [4], cum tempore minucionis cum fratribus minueret sanguinem, vena eius minus caute incisa intumuit [5], ita ut, sanie effluente, morbum fistule minaretur. Propter quod cum [6] tam [7] ex timore quam [8] ex dolore satis admodum torqueretur, domino Engelberto psalterium vovit, sperans quod eius meritis ab imminenti [9] periculo posset liberari. Qui sensit statim [10] remedium, ita ut per sanctum Engelbertum omnibus nobis [11] se diceret esse
C curatum [12].

<19. De alio cuius brachia a paralisi debilitata sanitati restituit [1].>

Alius iuvenis, Alardus nomine [2], per tres menses et amplius tantam in brachiis incurrerat debilitatem ut nolam minimam sine dolore trahere nequiret et in communi labore fratribus [3] omnino inutilis esset. Hic audiens a supradicto adolescente Christiano [4] quam celerem in suo brachio senserit sanitatis effectum per nostri temporis martirem [5] Engelbertum, oraciones cotidianas illi vovere studuit; qui statim curatus est. Cessante dolore, post dies aliquot [6] oraciones [7] votivas cepit negligere, et ecce redivivo dolore de transgressione correptus, neglecta supplevit. Quem gracia, ut prius, visitare non distulit. Miraculi [8] eiusdem idem Alardus usque hodie testis est.

<20. De femina a dolore dentium liberata.>

Dives quedam matrona civis Coloniensis [1] in dente uno et propter illum in omnibus gravissime torquebatur [2]. Quem cum extrahi fecisset, radice eius in mandibula remanente, amplius cruciabatur [3] quam prius, ita ut [4] pre magnitudine doloris [5] furere videretur. Accedens ad tumbam martiris et de cera mandibulam super illam offerens, dum ad domum suam rediret, in via se sanatam sensit. Vocabatur [6] enim Richmudis. Cuius soror, Elysabeth nomine, sicut ipsa mihi nuper retulit, Colonie a quadam gravissima et occulta infirmitate per ipsum eciam liberata est. E
Quis ergo pontificem nostrum dubitet sanctum, quem tot commendant insignia miraculorum? Quod [7] a Deo non est, diu stare non potest.

<21. De puella muta in loco martirii eius Givelberg [1] curata.>

In Flattene [2] (3), villa dyocesis Coloniensis, puella quedam sex annorum a nativitate muta ducta est ad sepulchrum martiris cum oblacionibus. Ubi cum non fuisset curata, ducta est a parentibus ad locum ubi occisus est [3]. Quorum fidem ut vidit Dominus, ad merita martiris sui declaranda os infantis aperuit et locuta est recte et absolute que numquam fuerat locuta, omnibus stupentibus qui aderant. Huius [4] miraculi testis est Henricus decanus rurensis (4) et multi cum eo de villa predicta. Ex quo locum passionis eius semel adii, nonnulla que illic contigisse novi retexam.

<22. De surdo curato.>

Est in Westfalia [1] villa quae Vlichdorp vocatur (5), in qua quidam est qui longo tempore surdus fuerat, adeo ut campanas ecclesie audire non posset. Cuius uxor, cum de miraculis episcopi Engelberti audiret, oravit pro eo, singulis diebus martirem invocans, hoc adiciens ut, si meritis [2] eius [3] auditum reciperet, ipse nudis pedibus et sine lineis [4] locum martirii eius adire deberet et offerre ibi [5] oblaciones suas. Post huiusmodi votum coram marito cum sederet, ait ille : “ Audio pulsari ad missas [6]. „ Illa stupente de F

[27] (Et v. f.) *om.* $2ab^1b^2$. — [28] *om.* $2ab^1b^2$.

17. — [1] liberavit $2b^1$. — [2] (de ... Everacensis) *om.* $2ab^1b^2$. — [3] missis $2b^1$. — [4] (m. o.) in o. m. $2ab^1b^2$. — [5] (n. a.) cum $2ab^1b^2$. — [6] *om.* $2ab^1b^2$. — [7] (d. s. et l.) l. et d. $2b^1b^2$. — [8] (a. s. c.) *om.* $2ab^1b^2$. — [9] *om.* $2b^2$. — [10] Qui $2b^1$. — [11] (a. i.) i. a. 2a. — [12] illa 2a. — [13] (c. q. c. p.) statim $2ab^1b^2$. — [14] (Qui ... tacebo) *om.* $2ab^1b^2$.

18. — [1] de $2b^1$. — [2] (in b. s.) s. in b. $2b^1$. — [3] (ex a. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] (n. C.) C. n. $2ab^1b^2$. — [5] tumuit 2a. — [6] *om.* $2ab^1b^2$. — [7] tum $2ab^1$, $2b^2$ (*corr. ex* cum). — [8] tum $2ab^1b^2$. — [9] eminenti $2b^1$. — [10] (se. st.) st. se. $2ab^1b^2$. — [11] *om.* $2ab^1b^2$. — [12] (e. c.) sanatum e. $2ab^1b^2$.

19. — [1] (s. r.) sanavit $2b^1$; sanantur $2b^2$. — [2] (A. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [3] fratrum $2ab^1b^2$. — [4] Christino 1a; *om.* $2ab^1b^2$. — [5] beatum *add.* $2ab^1b^2$. — [6] (d. a.) a. d. 2a. — [7] oratione 2a. — [8] (Miraculi ... est) *om.* $2ab^1b^2$.

20. — [1] cum *add. al. m.* 2a. — [2] torqueretur 1a. — [3] cruciebatur 2a. — [4] quod 2a. — [5] (m. d.) d. m. $2ab^1b^2$. — [6] (Vocabatur ... est) *om.* $2ab^1b^2$. — [7] (Quod ... potest) *om.* $2ab^1b^2$.

21. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] *om.* $2ab^1b^2$. — [3] (o. e.) e. o. 2a. — [4] (Huius ... retexam) *om.* $2ab^1b^2$.

22. — [1] Westualia $2b^1$. — [2] meritum 2a. — [3] *add. sup. lin. in* 1a. — [4] Givelberg *add.* 2a; Gijvelberg *add.* $2b^1b^2$. — [5] ei $2ab^2$; ei' (= eius) $2b^1$. — [6] missam $2b^1$.

(1) Ebrach, dioecesis Wirziburgensis. Ille autem a quo lemma additum est, intellexit “ Eberbacum „, dioecesis Moguntinensis. — (2) Eodem abbate Tuitiensi et Sancti Trudonis de quo supra, p. 650, annot. 1. — (3) Vlatten. — (4) Decanus ruralis Tulpiacensis, in quo pago et decanatu erat Vlatten. — (5) Flechtdorf.

verbi

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

verbi novitate, protinus [7] adiecit: “ Audio eciam „ vocem galli nostri. „ Cui cum diceret illa: “ Num et me loquentem audis? „ respondit: “ Audio, imo tam bene me audire sencio ut numquam melius audierim. „ Qui gracias Deo agens [8] et martiri [9] eius Engelberto [10], locum passionis eius adiit, que uxor eius voverat [11] hilariter [12] persolvens. Ad gloriam martiris declarandam [13] nonnullos eciam Dominus per visionem nocturnam ad eius suffragia postulanda adhortari [14] dignatus est.

<23. De muto et languido quem curavit [1].>

In villa que Yserenlon [2] (1) dicitur homo quidam manet, qui quatuor annis et dimidio sic morbo paralisi exhaustus est ut lecto decubans [3] usum lingue totaliter amitteret et non nisi de [4] manibus alienis cibaria [5] sumeret. Die quadam, dum circa meridiem sic [6] iacens obdormiret, audivit quandam vocem dicentem sibi: “ Dic „ avunculo tuo, in cuius domo iaces, ut te ducat [7] „ ad locum [8] ubi martirizatus fuerat episcopus
B „ Engelbertus, et sanitatem ibi recipies. „ Qui ad hanc vocem evigilans, statim loqui cepit, gracias agens Deo. Cuius avunculus cum in media domo staret et vocem loquentis audiret [9], alta voce clamavit: “ Quis loquitur in camera? „ Respondente illo: “ Ego sum „, mox accurrit stupidus atque hiis verbis affatur cognatum avunculus: “ Tu, cum multo tempore mutus fueris, quomodo „ tam absolute modo [10] loqueris? „ Et recitavit ei que audierat, loquelam sibi per episcopi [11] Engelberti meritum redditam affirmans. Sacerdos et parrochiani audientes infirmum miraculose [12] officium lingue recepisse, ad hospicium eius venerunt, et dixit ad illum sacerdos: “ Adiuro te per Patrem et [13] Filium et Spiritum „ sanctum, ut dicas quamdiu fueris mutus et „ quomodo nunc loquaris [14]. „ Et narravit ei, sicut avunculo suo narraverat. Cui sacerdos: “ Cum sanatus sis in lingua, sentisne aliquod „ remedium in cruribus? „ Quibus ait: “ Nescio. „ Et erigens se tunicam induit et manibus tenens parietem de camera non [15] sine difficultate exivit, eo quod caro [16] circa femora et suras ex infirmi-
C tate [17] consumpta ambulanti firmum adhuc [18] gressum negaret [19]. Qui ab avunculo suo, prout in responsis [20] acceperat, ad locum martirii eius in carruca deductus, cepit de die in diem proficere, ita ut, parvo baculo se regente, solus iret [21] quocumque vellet, per martiris merita [22] se sanatum ubique predicans [23]. Qui [24] beatus martir Engelbertus tante benignitatis est, sicut exemplum subsequens declarat, ut eciam benediccionis augmento suam presenciam infirmantibus ultro exhibeat.

<24. De Hermanno de Lechenich [1] per visionem ab eo curato.> D

Hermannus de Lechenig [2] ipsius domini Engelberti ianitor erat [3], eidem officio <usque hodie [4]> instans [5] in curia successoris sui, domini Henrici. Hic validissima febre correptus ante augustum mensem [6] ad tantum devenit defectum non solum corporis, sed et sensus, ut uxor eius in eadem domo, in qua iacebat ipse [7], moreretur, plangeretur et efferretur ad sepulchrum, ipso prorsus quid circa illam [8] ageretur ignorante. Cumque sic per quindecim dies iam [9] desperatus iaceret, hostio aperto, die clara videt eminus beatum [10] martirem in forma bene sibi cognita quasi ad se venientem et cum eo plures personas religiosas albis vestitas, stolas habentes circa colla sua more sacerdotali. Ipse vero sanctus pontifex in mulo [11] albo sedebat, secundum consuetudinem infullatus; et bene in albo mulo, qui dudum laverat et dealbaverat iumentum carnis sue in Apoc. 7, 14.
sanguine agni. Hinc in cantico Debbore [13] dicitur: *Qui ascenditis super nitentes asinas* [14], *laudate.* Asinini [15] generis est mulus; Salomon [16] regnaturus super mulam ascendit. Hermannus mirifica hac visione exhilaratus [17], ad mulieres circumsedentes alta voce [18] clamare cepit: “ Vos, domine, exite „ ocius, quia dominus meus archiepiscopus Engel„ bertus visitandi gracia ad me ingredietur. „ Deinde conversus ad fratrem suum carnalem [19], qui limen [20] hostii sui occupabat, clamabat fortiter: “ Surge, frater, da locum domino meo, ut possit „ ingredi ad me. „ Cumque egredi dissimularent, putantes infirmum delirare, sicut fieri assolet cum materia in cerebrum rapitur, ad secundam eius vociferationem, excepta una puella parvula, omnes egressi sunt. Priusquam sic clamaret, miles quidam, Wicardus nomine [21], qui mortuus fuerat, vir bonus et modestus de villa Hunefe (2) oriundus [22], ipsos albatos precesserat, ita dicens Hermanno: “ Prepara te, quia dominus noster episco„ pus [23] Engelbertus venit, volens [24] visitare te. „ Egressis omnibus de domo, ecce beatus episcopus [25], quem tunc temporis mortuum ignorabat infirmus, cum quodam monacho ordinis Cisterciensis [26], quem ipse non novit, ingressus stetit ante lectum eius; et cum intueretur egrotum et diceret: “ Quomodo habes, Hermanne? „, respondit: F
“ Male, domine. Eciam si nihil aliud paterer nisi „ apostema quod latus meum occupat, nimis „ esset. „ Ad quod verbum episcopus monachum sibi proximum intuens ait: “ Sic consumptus est „ homo iste quod bene mortuus esse debuerat. „ Et ponens manum suam dexteram [27] sub ascella eius, apostema tetigit, et ecce statim sudor eodem tactu salutifero excitatus erupit sicque, benedictione data, evanuit ab oculis eius [28]. Qui

Iudic. 5, 10.
III Reg. 1, 38.

[7] (protinus ... nostri) *om.* $2ab^1b^2$. — [8] (D. a.) a. D. $2b^2$. — [9] martirii 2a. — [10] Gijvelberg *add.* $2ab^1b^2$. — [11] vovit $2b^1b^2$. — [12] humiliter $2ab^1b^2$. — [13] dilatandam 2a. — [14] exhortari $2b^2$.

23. — [1] (q. c.) curato $2b^1b^2$. — [2] Yserenloijn $2ab^2$; Yserenloyen $2b^1$. — [3] decumbens $2ab^1b^2$. — [4] *om.* $2b^2$. — [5] cibum 2a. — [6] (d. c. m. s.) cum s. c. m. 2a. — [7] (te d.) d. te $2b^1b^2$. — [8] qui dicitur Givelberg *add.* 2a; qui vocatur Gijvelberg *add.* $2b^1b^2$. — [9] audivit 1a. — [10] *om.* $2ab^1b^2$. — [11] *om.* $2b^2$. — [12] miraculo $2ab^1b^2$. — [13] *om.* 2a. — [14] loqueris $2b^1$. — [15] v>o (= vero) 1a. — [16] coxa $2ab^1b^2$. — [17] infirmitatis magnitudine $2ab^1b^2$. — [18] (f. a.) a. f. $2ab^1b^2$. — [19] negarent $2ab^1b^2$. — [20] sompnis $2ab^1$; somniis $2b^2$. — [21] nec 2a. — [22] (ma. me.) me. ma. $2ab^1b^2$. — [23] (u. p.) p. u. 2a. — [24] Quod $2b^1b^2$.

24. — [1] (de L.) quodam $2b^1b^2$. — [2] Lechenich 2a; Lechbinich $2b^1b^2$. — [3] fuit $2ab^1b^2$. — [4] (u. h.) *om.* 1a. — [5] *add. al. m. sup. lin. in* 1a. — [6] (v. f. c. an. au. m.) an. au. m. v. f. c. $2ab^1b^2$. — [7] (ia. i.) i. ia. $2ab^1b^2$. — [8] illum $2b^2$. — [9] tam $2ab^1b^2$. — [10] illum *add.* $2ab^1b^2$. — [11] mule $2b^1$. — [13] Delbore 1a; de Dabbora 2a; de Debbora $2b^1b^2$. — [14] azinas $2b^1$. — [15] Azinini $2b^1$. — [16] Salamon 2a. — [17] exhileratus 2a. — [18] (a. v.) *om.* $2ab^1b^2$. — [19] *om.* $2ab^1b^2$. — [20] lumen $2b^1$. — [21] (W. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [22] (de v. H. o.) *om.* $2ab^1b^2$. — [23] *om.* $2b^2$. — [24] *om.* $2ab^1b^2$. — [25] Engelbertus $2b^1$; Engilbertus $2b^2$; (b. e.) Engelbertus b. 2a. — [26] (o. C.) *om.* $2ab^1b^2$. — [27] dextram 2a. — [28] *om.* $2b^1b^2$.

(1) Iserlohn. — (2) Honnef.

subito

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

A subito levem se sentiens, qui egressi fuerant regressis [29], sic eos affatur: "Porrigite mihi calciamenta et vestes meas, ut induam illas [30]. Convalui enim." Et recitavit eis que viderat vel circa se gesta sunt, omnibus mirantibus et glorificantibus Deum et sanctum martirem eius [31] Engelbertum. Qui [32] his verbis meis minus credit, Hermannum interroget, et dicet ei.

<25. De Christiano [1] milite a dolore pedum sanato [2].>

Miles quidam honestus, Christianus nomine, de Bergis oriundus, pedem habebat sic inflatum ut solo socco utens, non [3] absque dolore terram eo [4] calcare [5] posset. Cui dicebat abbas noster [6] dominus Henricus, germanus eius: "Vovete sancto Engelberto pedem cereum [7], et sanabit vos." Quod cum fecisset, venientibus nobis ad eum die sequenti, in eodem pede convaluerat; sed, unde satis mirabamur, totus dolor cum tumore et rubore [8] ad alium pedem transierat, ita ut sedens in lecto ambulare non posset. Qui ait nobis:
B "Sanctus Engelbertus in uno pede me sanavit [9]; sed ipsa infirmitas, nescio quid significet, alterum pedem pervasit." Cui cum diceret abbas: "Sanctus episcopus duos vult habere pedes cereos", respondit: "Tociens fui in eius obsequio; spero quod misericordiam, quam aliis impendit, mihi non negabit." Quid plura, sicut a fratre [10] fuerat edoctus [11], duos pedes vovit moxque convaluit. Huius [12] miraculi testis ego sum.

<26. De eo cuius pollex contritus [1] sanatus est.>

Eodem tempore quidam de familia ducis de Lemburg [2] cuidam ex conversis nostris in via occurrit. Cui cum diceret conversus: "Quo tenditis?" respondit: "Pollicem habeo contritum et Coloniam propero, sperans quod episcopus Engelbertus curabit me." Abiit homo et manum ceream super sepulchrum eius [3] offerens, sanatus est.

C <27. De homine [1] Rodense [2] incurvato per ipsum erecto.>

Alius quidam de eiusdem ducis castro, quod Rhode dicitur [3] (1), natus, ex infirmitate [4] sic est incurvatus ut nequaquam celum respicere [5] posset et bestiali gressu laboriose satis [6] incederet. Cui milites ducis yronice dicere solebant: "Vade, vade Coloniam ad sanctum Engelbertum, ut sanet te." Huiusmodi enim verbis insultabant glorie [7] martiris, et hoc propter antiquum odium quod inter ipsum et ducem fuerat. Tandem ille spe recuperande sanitatis venit Coloniam, et tribus diebus continuis coram sepulchro episcopi oracionum instancia querens sanitatem, exauditus est, et in [8] ipsa hora se erigens, erecto vultu cepit ire celumque respicere. Qui post graciarum actionem domum rediens et de die in diem melius habens, sanus effectus est. Quem cum vidissent milites ducis et homines provincie sanum et erectum, quem duobus annis noverant infirmum et incurvatum [9], confusi sunt et [10] dicebant: "Modo videmus in veritate archiepiscopum Engelbertum sanctum esse."

<28. De infirmo cui gressus restitutus est.>

Venit eciam ad sepulchrum eius infirmus quidam, qui decem annis sine sustentacione duorum baculorum incedere non poterat. Qui cum ibi sanitatem expectaret, consecutus est quod desideravit [1] et relinquens ibi baculos suos, reversus est in domum suam. Requisitus [2] unde esset, dixit se esse de villa que Herdere vocatur, que est inter Traiectum et Tungarium (2). E

<29. De muliere quam [1] a dolore capitis et gutturis sanavit [2].>

Quedam mulier, manens Colonie in platea que Salzgasse [3] vocatur, novem annis in dolore capitis simul et gutturis laborabat. Hec dum nocte quadam utroque dolore nimis torqueretur, misericordiam beati martiris implorare cepit; et ecce, meritis eius suffragantibus, ante solis ortum et tumor detumuit, et dolor omnis conquievit [4]. Que mane sanatam se reperiens, ad sepulchrum [5] venit gaudens, oblaciones suas ibi offerens et post graciarum actiones ad domum suam hylaris revertens.

<30. De famulo episcopi Mindensis a subita infirmitate curato.>

Dominus episcopus Mindensis [1] (3), cum iret ad ordines domini Henrici archiepiscopi nostri venissetque ad [2] locum ubi beatus martyr Engelbertus occisus est, oracionis causa capellam, que illic super martirium eius fabricata est, intravit. F
Cui presentatus est puer quatuordecim annorum, qui confractus [3] fuerat et in eodem loco sanatus. Quem intuens episcopus, ait: "Unum ex famulis meis, qui presens est, in via qua venimus tam gravis invasit infirmitas ut pre doloris acerbitate de equo levatus in terram [4] poneretur; et dum [5] cogitaremus quid de eo faciendum esset, tandem memores domini mei archiepiscopi Engelberti oravimus, ut suis meritis infirmo succurrere dignaretur; quod et fecit.

[29] regressi $2ab^1b^2$. — [30] illa $2ab^1b^2$. — [31] *om.* $2b^1$. — [32] (Qui ... ei) *om.* $2ab^1b^2$.

25. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] liberato $2b^1b^2$. — [3] *om.* $2ab^1b^2$. — [4] *om.* $2ab^1b^2$. — [5] non *add.* $2ab^1b^2$. — [6] (noster ... eius) *om.* $2ab^1b^2$. — [7] (p. c.) c. p. $2ab^1b^2$. — [8] dolore $2b^2$. — [9] (me s.) s. me $2ab^1b^2$. — [10] (a f.) ab abbate $2ab^1b^2$. — [11] doctus 2a. — [12] (Huius ... sum) *om.* $2ab^1b^2$.

26. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] Limburg $2ab^2$; Limborch $2b^1$. — [3] cuius 2a.

27. — [1] *om.* $2b^1$. — [2] *om.* $2b^1b^2$. — [3] (q. R. d.) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] infirmitatis vehementia $2ab^1b^2$. — [5] (n. c. r.) r. c. n. $2b^2$. — [6] (l. s.) s. laborioso 2a. — [7] gloriam $2b^1b^2$. — [8] *om.* $2ab^1b^2$. — [9] curvatum $2b^1b^2$. — [10] (s. et) *om.* $2ab^1b^2$.

28. — [1] desideraverat $2b^2$. — [2] (Requisitus ... Tungarium) *om.* $2ab^1b^2$.

29. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] sanata $2b^1b^2$. — [3] Salsgasse 2a; Salsgasde $2b^1b^2$. — [4] quievit $2ab^1b^2$. — [5] eius *add.* $2ab^1b^2$.

30. — [1] (e. M.) M. Epus $2b^1$; M. Philippus $2b^2$. — [2] Givelberch *add.* 2a; Gijvelberch *add.* $2b^1$; Gijvelberg *add.* $2b^2$. — [3] contractus $2ab^1b^2$. — [4] terra $2b^2$. — [5] cum $2b^2$.

(1) Herzogenrath, Rolduc. — (2) Herderen. — (3) Utique Conradus ille (1209-1236), de quo supra, l. II, c. 3 et 4. Nullus fuit toto saeculo XIII Mindensis episcopus nomine Philippus; quod verbum ex male lecta voce *episcopus*, quae in exemplari per compendium scripta erat, in $2b^2$ exortum esse liquet.

„ Nam

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

„ Nam mox, oracione completa, famulus sanus „ surgens equum ascendit et gracias agens martiri ceptum iter explevit, amplius incommodi „ nihil senciens. „

<31. De converso Campensi a tentatione importuna per ipsum [1] liberato.>

Est quidam conversus in Campo monasterio (1), Gerardus nomine [2], ante conversionem miles, cognomento Odacar [3], vir vite satis honeste. Huic cogitaciones diviciarum ac dignitatum secularium tam importune fuerunt, maxime oracionis tempore, ut quasi musce menti eius involantes suavitatem unguenti, id est devocionem orationis, illic [4]
Eccle. 10, 1. extinguerent, ut dicit auctoritas : *Musce morientes perdunt suavitatem unguenti.* Qui cum frequenter disciplinas corporales reciperet et diversorum suffragia sanctorum [5] imploraret, illorum auxilio sperans liberari, nec proficeret, tandem memor archiepiscopi Engelberti pro iusticia passi, flexis in oracione genibus, illum invocare cepit. Cuius
B meritum Dominus manifestare volens, tam efficaciter orantem exaudivit ut eadem hora liberatus nihil tale deinceps sentiret.

<32. De muliere cuius filium a paralisi liberavit.>

Femina quedam in villa Hettorode [1], iuxta Heimisberg [2] sita, nomine Helewigis [3], filium habens paraliticum, vocabulo Gerardum [4], huiusmodi votum martiri fecit : " Domine „, inquit, " archiepiscope [5] Engelberte, si mihi sanaveris „ filium meum, simul ad sepulchrum tuum venien„ tes [6] munera pro graciarum actione defere„ mus. „ Que mox post huiusmodi votum sanum recipiens [7] filium, simul ad memoriam eius properaverunt, ibi gaudendo que voverant exsolventes. Tribus [8] enim mensibus idem Gerardus sic paralisi victus lecto decubans ut, usu pedum amisso, prorsus incedere non posset.

<33. De puero quem a caduco morbo sanavit [1], quem sanctus Severinus curare noluit.>

C Alia quedam mulier, de terra comitis Gelrensis oriunda, Colonie in parrochia Sancti Severini episcopi et confessoris manens et in viduitate, puerum habebat [2] valde infirmum, qui morbo caduco [3] tam graviter laborabat ut singulis diebus bis vel ter caderet. Cuius passionem mater videns et tabescens [4], die quadam in sero matri sue, id est avie pueri, dicebat : " Quid vobis „ videtur, si ducamus puerum ad sepulchrum „ episcopi Engelberti [5]? Audio enim quod multa „ per ipsum beneficia prestentur infirmantibus. „ Cui [6] mater respondit : " Non ita erit, sed cras „ ibimus ad ecclesiam Sancti Severini, eo quod „ ibi [7] sit altare sancti Cornelii, qui talem con„ suevit curare infirmitatem. „ Mane puerum ad D
ecclesiam eiusdem beati confessoris secum ducentes et super altare martiris caput eius cum oblacionibus ponentes, pro incolumitate eius, quanto devocius et instancius potuerunt, oraverunt sicque reversi sunt in domum suam; et cum eadem die nullam sentiret infirmitatem [8], avia quasi martiri Engelberto [9] exprobrando dicebat filie : " Ecce „ isti antiqui sancti sciunt beneficia prestare „ indigentibus. „ Secunda die, dum puer surgeret, passio rediviva affuit, quem multo vehemencius solito pervasit. Quod mater videns et contremiscens, puerum ad ecclesiam Beati Petri ducens, imaginem ceream pro eius sanitate martiri Engelberto obtulit et super eius [10] tumbam illum plena [11] fide posuit. Que cum illic gemitu et lacrimis orasset, exaudita est et, sicut testis est plebanus predicte ecclesie Sancti Severini, numquam postea idem puer recidivum passus est. Mira caritas sanctorum! Non illum Cornelius corruentem curare voluit, et ut vexaretur severius [12] Severinus [13] permisit, quatinus in eius sanacione novi martiris Engelberti merita possent [14] decla- E
rari.

<34. De quodam Hermanno surdo ad sepulchrum eius [1] sanato.>

Est [2] homo quidam in Iunghende (2), Hermannus nomine [3], quem in tantum surditas oppresserat ut clangorem cornuum sive bucinarum audire non posset. Qui peregre Coloniam veniens sepulchrum preciosi martiris adiit. Ubi dum staret et auditum sibi reddi flagitaret, statim, completa oracione [4], optime cepit audire. Qui Deo gracias agens martirique eius Engelberto, graciam sibi collatam non abscondit.

<35. De muliere que visum [1] unius oculi et [2] sanitatem brachii recepit.>

Mulier quedam civis Coloniensis in platea quae Stritgasse vocatur [3] manens, novem annis visu unius oculi privata fuit; que eciam in uno brachio tam graviter infirmabatur ut manum super caput suum ponere non posset. Hec cum audisset quod dominus Engelbertus propter pacis conservacionem occisus esset et quod anima F
eius propter martirium in pace quiesceret, ad sepulchrum eius venit; ubi stans huiusmodi oracionem fudit : " Domine, si verum est quod de „ vobis creditur, scilicet quod anima vestra sit „ coram Domino, apud ipsum pro me intercedite „ et, ut merita vestra declarentur per me, sanita„ tem mihi precibus vestris obtinete. „ Que cum complesset oracionem, ilico visum cum brachii sanitate recepit [4], et in testimonium beneficii consecuti [5] duos oculos cereos ibi suspendit. Illud primum miraculum fuisse dicitur [6] quod Dominus operatus est per martirem suum [7] in Colonia; sed tunc temporis scriptum non fuit, sicut et alia multa; unde [8] nobis hodie ignorantur.

31. — [1] (p. i.) *om.* 2b^{1}b^2. — [2] (G. n.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [3] (c. O.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [4] illi 2ab^{1}b^2. — [5] (su. sa.) sa. su. 2b^2.

32. — [1] *om.* 2ab^2; quedam 2b^1. — [2] Hemesberg 2ab^{1}b^2. — [3] (n. H.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [4] (v. G.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [5] sancte 2ab^{1}b^2. — [6] (t. v.) veniemus t. 2a; t. veniemus 2b^{1}b^2. — [7] recepit 2ab^{1}b^2. — [8] (Tribus ... posset) *om.* 2ab^{1}b^2.

33. — [1] curavit 2b^{1}b^2. — [2] habens 2ab^{1}b^2. — [3] (m. c.) c. m. 2ab^{1}b^2. — [4] (et t.) tabeflebat 2a; tabescebat 2b^{1}b^2. — [5] (e. E.) sancti E. e. 2a. — [6] Cuius 2ab^{1}b^2. — [7] cras 2ab^{1}b^2; ibi *corr.* 2a *in marg.* — [8] infirmitas 1a. — [9] (m. E.) beato E. m. 2a. — [10] illius 2b^2. — [11] plene 1a. — [12] sanctus 2b^{1}b^2. [13] *linea deletum in* 2a. — [14] possunt 2b^1; possint 2b^2.

34. — [1] (ad s. e.) *om.* 2b^{1}b^2. — [2] Fuit 2ab^{1}b^2. — [3] (i. I. H. n.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [4] (c. o.) o. c. 2ab^{1}b^2.

35. — [1] cum visu 2b^{1}b^2. — [2] *om.* 2b^{1}b^2; *add. al. m.* 2a. — [3] (S. v.) v. S. 2ab^{1}b^2. — [4] (c. b. s. r.) r. c. s. b. 2ab^{1}b^2. — [5] *om.* 2ab^{1}b^2. — [6] (f. d.) d. f. 2a. — [7] (o. e. p. m. s.) p. m. s. o. e. 2ab^{1}b^2. — [8] a *add.* 2ab^{1}b^2.

(1) Cf. supra, p. 667, annot. 4. — (2) Jüchen.

A

<36. De muliere a paralisi curata.>

Venit[1] alia mulier, Eveza nomine[2], de villa que Belle vocatur iuxta Lacum (1) claustrum monachorum, que quatuor annis et sex mensibus ex vehemencia paralysis sic desoluta[3] iacebat et contracta ut crura coxis eius essent coherencia[4]. Hec se Coloniam fecit duci et coram sepulchro martiris deponi. Ubi cum orasset spacio ferme duarum horarum, pro sanitate sui corporis[5] beatum episcopum instantibus precibus pulsans, cepit paulatim se erigere; et ecce in ipsa erectione nervi, qui induraverant ex longa contractione, ceperunt extendi atque laxari. Quod cum illa sensisset, desiderio ambulandi sepius se levans et tociens recidens, tandem, nemine se adiuvante, per semet ipsam cepit ire. Que in domum suam reversa, quod bene sanata esset Coloniam remandavit, gloriam martiris ubique divulgans.

<37. De pellifice cuius brachium sanavit.>

B Est quidam pellifex in Colonia civis civitatis, vir multum notus, Erwinus nomine[1]. Hic tantum dolorem paciebatur in brachio uno ut sine alterius manus amminiculo manum brachii dolentis capiti proprio superponere[2] non posset. Cui cum diceret uxor eius, postquam[3] sustinuisset eandem infirmitatem : " Quare non itis ad sepulchrum „ episcopi Engelberti rogare[4] eum ut vos curet, „ sicut alios plurimos? „ respondit ille cum indignacione: " Ego non ibo, eo quod dederim ei quatuor marcas, dum adhuc viveret, quas minus „ iuste accepit. „ Cui illa[5] : " Non sic dicatis, sed „ ite et[6] dicite illi quod numquam eandem „ pecuniam velitis ab eo exigere, sive iuste sive „ iniuste dederitis illam, neque coram Deo neque „ coram hominibus. „ Fuerat enim circa principium pontificatus eius inter scabinos[7] et fraternitates[8] civitatis dissensio satis valida; quam cum sedare non posset, fraternitatibus pertinacius resistentibus, quatuor milia marcarum ab eis extorsit, ex quibus idem pellifex quatuor marcas solvit[9] (2). Qui consilio uxoris acquiescens, sepulchrum martiris adiit, ibique stans sic oravit : " Domine „, inquit, " quatuor[10]
C „ marcas solvi vobis, dum viveretis; quas, sive „ iuste sive iniuste dederim, pronuncio vos[11] „ absolutum coram Deo, et ideo rogo vos ut „ intercedatis apud Dominum[12] pro me, quatinus „ sanari merear in brachio. „ Cumque[13] simpliciter satis hec perorasset, statim sanatus est. Qui mox veniens ad maiorem decanum, qualiter per merita domini Engelberti sanatus sit enarravit, brachium sanatum illic[14] ostendens.

<38. De puero a terciana per cingulum[1] eius[2] sanato.>

Idem decanus veniens ad castrum Randenrode[3] (3) videre cognatam suam, uxorem nobilis viri Gerardi[4] (4), conferre cepit cum illa de virtutibus sepedicti archiepiscopi. Qui ait : " Habeo enim medietatem cinguli[5] eius, quam „ feci argento ornari[6] „, deditque illum[7] cognate sue. Et cum esset in eadem domo puer quidam laborans in febre terciana, matrona cingulum[8] sibi datum puero pacienti pro benedictione circumdedit, dicens : " Domine archiepiscope, sicut „ verum est animam vestram coram Deo esse, sic „ veraciter per merita vestra sanetur puer iste. „ Statim tum ex fide orantis tum ex merito martiris febris a puero fugata est, nec amplius eodem morbo vexatus est.

E

<39. De matrona a duplici quartana[1] curata.>

Matrona quedam, uxor Christiani de Wivelinchoven[2] (5), duplici quartana laborabat; que per merita sancti presulis Engelberti[3] curata est.

<40. De Hermanno advocato Coloniensi[1] a dolore lateris liberato.>

Hermannus advocatus Coloniensis, quem Nobilem vocant (6), iliaca passione tam vehementer laborabat ut filii eius et famuli circumstantes[2] in continenti illum putarent[3] esse moriturum. Qui cum intollerabiliter cruciaretur, exclamavit : " O domine archiepiscope, quem super omnes „ dilexi et qui me vivens versa vice plurimum „ amastis[4], rogo benignitatem vestram, ut ab „ isto morbo me[5] liberetis. „ Et cum statim non sentiret remedium, ex dolore magno quasi sancto indignando subiunxit : " Vos curatis omnes; „ eciam eos qui non noverunt vos, curatis; mihi, „ qui vobis servivi et semper dilexi, non subve- „ nitis. „ Cumque[6] hec et hiis similia loqueretur, F
filii eius et famuli[7] voverunt se ituros cum eo ad locum[8] ubi beatus episcopus occisus est, si meritis eius sanaretur. Interim dum hec voverunt[9], obdormivit; et cum evigilasset, ait : " Nihil mali „ sencio. Gracias ago[10] Deo et domino meo „ episcopo[11], quia ipse me curavit[12]. „

36. — [1] et *add.* $2ab^1b^2$. — [2] (E. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [3] dissoluta $2ab^1b^2$. — [4] (cox. ei. es. coh.) ei. cox. imminentibus coh. es. $2ab^1b^2$. — [5] (s. c.) c. s. 2 ab^1b^2.

37. — [1] (E. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [2] supponere $2b^1b^2$. — [3] priusquam $2ab^1b^2$. — [4] rogate 2a. — [5] respondit *add.* $2ab^1b^2$. — [6] *om.* $2ab^1b^2$. — [7] schabinos $2b^1$. — [8] fraternitatis 1a. — [9] exsolvit $2ab^1b^2$. — [10] (i. q.) q. i. 2a. — [11] vobis $2b^2$. — [12] Deum 2a. — [13] Cum 2a. — [14] ilico $2b^2$.

38. — [1] singulum 2a *ante corr.* — [2] (p. c. e.) *om.* $2b^1b^2$. — [3] Randenroede $2b^1$. — [4] (u. n. v. G.) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] singuli 2a *ante corr.*, $2b^1$. — [6] (a. o.) o. a. $2ab^1b^2$. — [7] *om.* $2ab^1b^2$. — [8] singulum 2 *ante corr.*, $2b^1$.

39. — [1] quaterna 2a. — [2] Wevillinchovin 2a; Wevillinch(ovn) $2b^1$; Wevillichovn $2b^2$. — [3] et martyris *add.* $2ab^1b^2$.

40. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] astantes $2b^2$. — [3] (i. p.) p. i. 2a. — [4] amasti $2b^1b^2$. — [5] (ab i. m. me) me ab i. m. 2a. — [6] -que *om.* $2ab^2$. — [7] (e. et f.) et f. e. 2a. — [8] Givelberg (Gijv- $2b^1b^2$) *add.* $2ab^1b^2$. — [9] voverent $2b^1b^2$. — [10] *om.* $2b^2$. — [11] archiepiscopo $2ab^1b^2$; Engelberto *add.* $2b^1$. — [12] (me c.) c. me $2ab^1b^2$.

(1) Laach. — (2) Hac occasione forsan usus est Engelbertus ut aptiorem, quae sibi videbatur, formam in administratione civitatis induceret. Cf. supra, p. 659, annot. 2; FICKER, *Engelbert*, p. 87; KNIPPING, t. III, n. 157. — (3) Randerath. — (4) Qui anno 1216 post pugnam ad Pontem Bovinum erat " detentus in captivitate regis Franciae „ (KNIPPING, n. 148), inde vero liberatus saepe litteris subscripsit cum Engelberti (vid. v. g. KNIPPING, nn. 166, 171, 182, 226, 256, cet.), tum aliorum (vid. v. gr. LACOMBLET, *Urkundenbuch*, t. II, pp. 46, 106, 135 cet.). — (5) Wevelinghoven. — (6) Saltem ab anno 1193 ad annum 1229 advocatus archiepiscopalis fuit. Cf. F. LAU, *Die erzbischöflichen Beamten in der Stadt Köln während des 12. Jahrhunderts* (Bonn, 1891), p. 67; ID. *Entwicklung der kommunalen Verfassung und Verwaltung der Stadt Köln* (Bonn, 1898), p. 15.

<41. De infante in balneo suffocato ad invocationem eius [1] suscitato.>

Mulier quedam, veniens de Flandria [2] Leodium [3], infantem suum secum portavit. Quem cum in balneo posuisset, quadam ex [4] necessitate ab eo recessit, et nutu Dei factum est ut illius oblivisceretur. Que post horam rediens infantem sub aqua iacentem reperit et extinctum. Quem cum extraxisset suffocatum, quam amare fleverit [5], quantum doloris et angoris in eius [6] aspectu tum propter affectum naturalem, tum propter negligentem custodiam perpessa sit, eloqui quis poterit? Hora tamen eadem memor signorum que passim referebantur de novo [7] martire Engelberto [8], ad cuius meritum in illis partibus declarandum forte Deus, sine cuius nutu nec [9] folium de arbore [10] cadit, idem fieri permisit, ex imo corde cum suspiriis et lacrimis ipsum invocare cepit, rogans eius precibus infantem suum sibi resuscitari. Et ecce pius Dominus, qui suis dile-
Cf. Ioh. 14, 12. ctoribus dicit: *Opera que ego facio et vos facietis,*
B memor cari sui, vitam puero reddidit et matrem ultra quam dici potest letificavit. Quem illa mox Coloniam deferens, coram sepulchro gloriosi presulis et martiris stetit, et post multimodam graciarum actionem in testimonium tanti miraculi camisiam infantis illic relinquens ad sua rediit. Quis te non magnificet pro hiis, Domine? Ecce per famulum tuum Engelbertum ceci vident, claudi ambulant, paralitici curantur, surdi audiunt, tercianarii [11], quartanarii, epylentici aliisque [12] variis incommodis detenti, sicut iam ex parte probatum est, sanitatem recipiunt; et, unde magis mirari solent homines, mortui resurgunt. Si non esset hic homo cum Deo, immo potens cum Deo, non poterat [13] facere quicquam *.

<42. De sacerdote a calculo liberato.>

Eckardus sacerdos de Serchere [1], vir litteratus et honestus, nuper ad [2] domum nostram veniens, cum a nobis interrogaretur quonam iturus esset, respondit: « Coloniam ire desidero, visitare „ sepulchrum beati [3] Engelberti. „ De causa a me D
requisitus, ait: « Morbo calculi me laborante, cum „ dolor esset intollerabilis, memor beati martiris „ Engelberti, sub tali condicione votum illi feci [4] „ dicens: « Domine sancte episcope, si infra hoc [5] „ biduum [6] curatus fuero, sepulchrum tuum „ devotus adibo, oblaciones [7] offeram et quod per „ te sanatus sim recognoscam. „ Qui cicius quam „ sperarem eciam ante [8] tempus prefixum convalescens, nunc Coloniam propero curatori meo „ pro collatis beneficiis regraciari. „

<43. De famulo in Hamersteyn [1] a paralisi curato.>

Domnus Henricus abbas de Hemmenrode [2] die quadam conferens de miraculis beati viri cum Iohanne burchravio de Hamersten [3] (1), ait ille: « Ego novi unum miraculum [4] ab eo veraciter perpetratum. „ Et adiecit: « Unus de „ familia nostra, omnibus qui [5] in hoc claustro [6] „ sunt notissimus, diu morbo paralysi laborans, „ tam sibi quam aliis inutilis lecto decubuit. Au- E
„ diens autem de miraculis archiepiscopi, ex toto „ corde illum invocare cepit, votum illi vovens. „ Qui Coloniam deductus, ad nos sanus est reversus [7]. Huius [8] miraculi testes sumus omnes. „ Hec mihi recitata sunt ante paucos menses a supradicto abbate.

<44. De monacho a dolore dencium liberato.>

Est in Saxonia domus ordinis Cysterciensis que Cella dicitur [1] (2); in qua unus fratrum miro modo dentes doluit, ita ut pre doloris magnitudine noctes duceret insompnes. Nocte quadam, dum intollerabiliter vexaretur, memor episcopi Engelberti, huiusmodi oracionem fudit: « Domine „, inquit, « episcope Engelberte, si „ verum est quod anima vestra coram Deo [2] est, „ iuvate me, ut cesset dolor meus. „ Quod cum dixisset, obdormivit; et cum evigilasset, meritis martiris suffragantibus, nullum deinceps sensit dolorem. Item [3] alius quidam ex fratribus, testante

C * *In* $2ab^1b^2$ *add.*: Referam nunc aliud non modicum exemplum sanctitatis eius. F

<41*bis*.> **De miraculo intestinorum eius.** Die quadam (3) post mortem eius Godefridus comes de Arnesberg (4) veniens ad domum Bergensem, cum mentio haberetur horum que circa corpus beati martiris Engilberti ibidem [1] acta sunt (5), et ipse interrogaret in quo loco viscera eius essent sepulta, et didicisset, respondit: « Non decet ut tanti principis, immo martiris, de quo „ etiam miracula referuntur, interiora tam negligenter iaceant tumulata. „ In simplici namque fossa cimiterii posita erant. Cuius consilio fratres acquiescentes terram superiectam deposuerunt, et ecce Dei virtute, ut etiam in hoc meritum claresceret martiris, viscera eius cum ceteris membris mollibus que [2] adherebant, ita recentia inventa sunt ac si eadem hora de corpore fuissent eiecta et evulsa; nihil in eis corruptionis, nihil fetoris deprehendi poterat. Fratres vero videntes hec plurimum mirabantur, eo quod iam per quatuordecim hebdomadas sepulta fuissent. Collecta vero in scrinio ante altare satis honorifice humata sunt, et sarcophago superposito (6).

41. — [1] (ad i. e.) per eum $2b^1b^2$. — [2] (v. de F.) de F. v. $2ab^1b^2$. — [3] *om.* $2ab^1b^2$. — [4] *om.* $2ab^1b^2$. — [5] flevit 2a. — [6] cuius 2a. — [7] uno $2ab^1b^2$. — [8] *om.* $2ab^1b^2$. — [9] *om.* 2a. — [10] non *add.* 2a. — [11] tercionarii 1a. — [12] aliis infirmitatibus et $2ab^1b^2$. — [13] poterit 2a.

41*bis*. — [1] eidem $2b^2$. — [2] *om.* $2b^1b^2$.

42. — [1] (E. sa. de S.) Quidam sa. 2a; Sa. quidam $2b^1b^2$. — [2] *om.* $2b^2$. — [3] sancti 2a. — [4] (v. i. f.) f. v. illud $2b^2$. — [5] *om.* $2ab^1b^2$. — [6] ab hoc vehementissimo dolore *add.* $2ab^1b^2$. — [7] oblationem $2b^2$. — [8] (e. a.) a. e. 2a.

43. — [1] (in H.) *om.* $2b^1b^2$. — [2] Hemenrade 2a; Hemenroede $2b^1$. — [3] Hamersteyn $2ab^1b^2$. — [4] (u. m.) m. u. $2ab^1b^2$. — [5] *om.* $2b^2$. — [6] castro $2ab^1$, $2b^2$ *corr. m. pr.* — [7] (e. r.) r. e. $2b^2$. — [8] (Huius ... abbate) *om.* $2ab^1b^2$.

44. — [1] vocatur $2ab^1b^2$. — [2] (c. D.) ante Deum 2a. — [3] (Item ... est) *om.* $2ab^1b^2$.

(1) Hammerstein. — (2) Altzelle. — (3) Mense februario an. 1226. Vid. infra: *eo quod iam per quatuordecim hebdomadas sepulta fuissent.* — (4) Arnsberg. — (5) Cf. l. II, c. 8. — (6) Quae viscera anno 1847 in eadem ecclesia Bergensi inventa sunt et inde in ecclesiam parrochialem vicini oppidi Odenthal delata, ubi hodie servantur (cf. FICKER, *Engelbert,* p. 264).

abbate

A abbate eiusdem domus, in digito unius pedis valde torquebatur; qui, nomine martiris invocato, curatus est.

<45. De puella [1] paralitica curata.>

In Westfalia [2] in villa quae Hagen [3] vocatur puella [4] quedam paralitica fuit, sic pedum officio destituta ut omnino incedere non posset. In qua infirmitate dum [5] diu laborasset, deduci se rogavit ad locum martirii beati Engelberti [6], sperans ibi illius beneficio se recipere sanitatem. Quam vir ville [7] eiusdem videns et de eius [8] sanitate desperans, ait: " Si ista sana in loco [9] ad quem tendit „ effecta fuerit, ego lapidem hunc „ — digito eum demonstrans [10] — " pedes [11] portare volo ad eun„ dem locum. „ Quid plura, deducitur puella et sanatur, fidei sue fructum leta reportans [12]. Quod ubi iam [13] dictus vir [14] audivit, designatum lapidem de nocte consurgens, ne ab hominibus derideretur [15], per miliare et dimidium ad locum passionis episcopi deportavit. Nomen [16] autem viro Harmudus.

B

<46. De puella ceca illuminata.>

Iuxta castellum Wassenberch [1] simile aliquid nuper intellexi contigisse. Erat ibi puella per annos aliquot utroque oculo [2] orbata. Hec in sompnis audivit quia, si lapidem unum in loco [3] passionis domni episcopi Engelberti ad fabricam ecclesie eiusdem humeris suis gestaret, mox lumen reciperet. Mane cum visum parentibus retulisset et illi tum propter expensas et vie laborem, tum propter visionis incertitudinem verba puelle non attenderent, tandem ad instanciam eius [4] ad [5] locum martirii [6] deducta, cum lapidem ad opus [7] inchoatum portasset, statim ex eius oculis albugo exire cepit, sicque visum recepit, domumque claris oculis revertens, parentibus leticiam et vicinis, qui ante eam noverant, reportabat ammiracionem. Hec mihi a quodam veridico sacerdote relata sunt.

C

<47. De monacho de acutis liberato.>

Monachus quidam Sybergensis [1] in cella eiusdem cenobii (1), que Hircenhove dicitur [2] (2), in acutis graviter laborabat. Qui cum episcopum beatum [3] devote satis [4] invocaret et diceret: " Memor esto, domine, quod ex eo tempore quo „ occisus es, semper nomen tuum in canone „ misse mee nominare studui. Propter quod nunc „ pro sanitate corporis mei orare teneris [5]. „ Eadem [6] ergo nocte martyr infirmo in sompnis apparuit et [7] sic ait: " Sanus sis ab hora hac [8]. „ Qui mox evigilans et nichil in se [9] egritudinis senciens, sanus surrexit.

<48. De plebano Sancte Brigide [1] a scabie liberato.>

Anselmus [2] plebanus Sancte Brigide [3] in Colonia, vir honeste vite et non parve sciencie tunc temporis, manus habebat ita [4] scabiosas [5] ulceribusque [6] plenas, ut lepre speciem pretenderet [7] et [8] cum nemine manducare vellet, verecundia prohibitus. Qui, capellano suo [9] sacerdote quodam suadente, sepulchrum pontificis adiit, manus superposuit, votum quoddam martiri faciens. Et ecce eadem [10] hora quasi squame de manibus eius non sine magna ipsius admiracione [11] ceciderunt. Qui cum [12] mox meliorari [13] cepisset, nec tamen votum custodiret, iterum cepit rediviva sanies effluere ipsumque voti transgressorem [14] arguere. Quod ille considerans, penitencia ductus, votum renovavit et, meritis martiris suffragantibus, cicius convaluit.

E

<49. De cive Coloniensi ab hydropisi liberato.>

Cum [1] domnus Reimundus abbas Eberbacensis [2] (3) nuper ad tumbam pontificis oraret, civis quidam Coloniensis prope stans et ipse orans his verbis abbatem affari cepit: " Merito, domine, ad „ sepulchrum nostri pontificis oratis, quia revera „ preciosus martir est apud Deum, eo quod vir„ tutes eius in me ipso [3] mirabiliter sim exper„ tus. „ Et adiecit: " Ego civis sum huius urbis „ et, peccatis meis exigentibus, sic ydropisi per„ cussus sum et ad similitudinem utris [4] inflatus „ ut omnes medici huius civitatis de sanitate „ mea desperantes nichil nisi mortem promitte„ rent. Unde dolens nimis et eiulans, cum nocte „ quadam diu ante lectum meum stetissem, toto „ corde martyrem hunc [5] gloriosum invocare „ cepi [6], votum [7] illi faciens [8]; cumque tum ex „ dolore, tum [9] ex oracione lassus, in lectum [10] „ me reclinassem, modicum dormitare cepi. Et „ evigilans sanum me reperi, nichil tumoris neque „ doloris in me senciens. Expavescens nimis „ ad tam inopinatum miraculum, diligencius F „ investigare cepi, si forte humor ille subtercu„ taneus [11], pelle dirupta, in lectum defluxisset. „ Cumque nichil liquoris neque aliquid rupcionis „ in corpore meo reperissem, meritis gloriosi „ huius martiris sanatum me [12] credens, Deo „ gracias egi, qui tam mirabiliter electos suos [13] „ glorificat et exaltat. „

Referam nunc quedam de signis et portentis variisque sanitatibus que in [14] loco occisionis

45. — [1] *om.* $2b^2$. — [2] Westphalia $2b^2$. — [3] Haghen $2b^2$. — [4] *om.* $2b^1b^2$. — [5] cum $2b^2$. — [6] episcopi $2ab^1b^2$. — [7] ille $2ab^1b^2$. — [8] *om.* $2ab^1b^2$. — [9] locum $2b^2$ *ante corr.* — [10] (e. d.) d. e. 2a. — [11] pedibus (-ibus *al. m. sup. ras.*) 1a. — [12] reportavit 1a. — [13] *om.* $2ab^1b^2$. — [14] (d. v.) v. d. 2a. — [15] irrideretur $2ab^1b^2$. — [16] (N. a. v. H.) *om.* $2ab^1b^2$.

46. — [1] Wasenberg $2ab^1b^2$. — [2] (u. o.) oculis $2b^2$. — [3] locum $2ab^1b^2$. — [4] Givelberg (Gijv- $2b^1b^2$) *add.* $2ab^1b^2$. — [5] *om.* $2ab^1$. — [6] eius *add.* $2b^2$. — [7] locum $2b^1b^2$.

47. — [1] *om.* $2ab^1b^2$. — [2] (q. H. d.) *om.* $2ab^1b^2$. — [3] (e. b.) b. e. $2ab^1b^2$. — [4] (d. s.) s. d. 2a. — [5] tenens 1a *ante corr.* — [6] Etadem 1a *ante corr.* — [7] (a. et) apparens 2a. — [8] (hora hac) hac hora $2ab^1b^2$. — [9] (in se) *om.* $2ab^1b^2$.

48. — [1] (S. B.) *om.* $2b^1b^2$. — [2] Ancelmus $2ab^1$. — [3] Brigitte $2b^1$. — [4] *om.* $2ab^1b^2$. — [5] scobiosas 2a. — [6] -que *om.* $2ab^1b^2$. — [7] praetenderent $2b^1b^2$. — [8] ita ut $2ab^1b^2$. — [9] *om.* $2b^1b^2$. — [10] *add. al. m. sup. lin. in* 1a. — [11] (m. i. a.) i. a. m. $2ab^1$; a. m. $2b^2$. — [12] *om.* 1a. — [13] (m. m.) melius habere $2ab^1b^2$. — [14] transgerssorem $2b^1$.

49. — [1] (C. d. R. a. E.) Abbas quidam E. c. $2ab^1b^2$. — [2] Ebarbacensis $2b^1$. — [3] *om.* $2ab^1b^2$. — [4] uteris 2a. — [5] (m. h.) h. m. $2ab^1b^2$. — [6] (g. i. c.) i. c. g. 2a. — [7] notum $2b^1b^2$. — [8] miseriam meam *add.* $2b^1b^2$. — [9] *om.* 1a. — [10] lecto $2b^2$. — [11] subcutaneus 2a; subitaneus $2b^1b^2$. — [12] (s. me) me s. $2b^2$. — [13] (e. s.) s. sanctos 2a; s. e. 2a *corr.* — [14] Givelberg (Gijv- $2b^1b^2$) *add.* $2ab^1b^2$.

(1) Siegburg. — (2) Hirzenach, Hirzenau, ad oppidum Sancti Goaris. — (3) 1228-1247.

AUCTORE CAESARIO HEISTERBACENSI

beati antistitis Engelberti mirabiliter contigerunt, secundum quod a sacerdotibus qui [15] eidem [16] loco prefuerunt et oculis suis ex parte [17] viderunt, sive ab hiis in quibus eadem miracula facta sunt audierunt, stilo sunt excepta [18] mihique ad scribendum transmissa.

Miracula [1] que contigerunt in loco occisionis eius.

<50. De fabro qui vidit cereum super locum martyrii sui [2].>

Ps. 67, 36. Cum Dominus Deus, qui mirabilis est [3] in sanctis suis, primum per varia signa gloriosi martyris Engelberti declarare cepisset merita, contigit fabrum quempiam [4], virum humilem satisque religiosum [5], Walkunum nomine [6], cum filio quatuordecim annorum propter artem fabrilem exercendam intempesta nocte transire iuxta
B locum in quo beatus occisus est episcopus [7]. Et ecce cereus gloriosus, decenter satis compositus super ipsum locum martirii [8], flammis radiantibus et ad mensuram cubiti unius a terra elevatus ab utroque visus est. Cumque [9] tenebras noctis per circuitum idem cereus illuminaret, guttis ymbrium et flatu ventorum extingui non poterat. De qua visione non modicum mirantes et, quid visio portenderet, non ignorantes, gracia oracionis ad locum accesserunt. Et cum cereum videre possent, non [10] tamen eum manibus tangere potuerunt. Qui statim ad villam Suelme properantes, quid [11] viderint Bertolpho [12] sacerdoti [13] per ordinem retulerunt. Eodem [14] tempore Ecbertus monachus de Scheide presens fuit, qui eandem visionem se vidisse testatur. Eratque hec visio indicium lucerne [15] Dei adhuc sub
Matth. 5, 15. modio posite, ponende [16] in proximo [17] super candelabrum.

<51. De carpentario [1] cuius languidum [2] crus sanavit.>

C Post iam dictam visionem in populo per sacerdotem declaratam, carpentarius quidam non longe a [3] loco martirii commorans [4], fama radiante [5] attractus et illectus, cum crus haberet infirmum et per annum integrum prorsus aridum, spe convalescencie, baculo sustentante, sacrum locum adiit sumptaque terra cruore [6] martyris infusa, languido cruri superligavit. Qui post triduum meritis pontificis plene sanatus, nullum deinceps in crure dolorem sensit, neque vestigium aliquod infirmitatis in eo apparuit.

<52. De puella muta et languida sanata.> D

Cum primitus capella ex lignis super sacrum martirii locum esset composita, quadam sexta feria [1] advenit mulier quedam de Hiddinghusen [2] (1) cum filia sua, que numquam pede gressum fixerat neque se aliquando movere poterat vel loqui. Cumque per tempus aliquod in ipso loco iacuisset et eiulando martiris opem [3] cottidie in orationibus pro incolumitate filie implorasset, muta puella clara voce a matre more puerorum ovum [4] postulavit. Que cum filie vocem audisset ex remotis, cum magno cordis gaudio [5] ovum obtulit [6]; quod filia surgens propiusque accedens de manu matris letanter accepit. Huic duplici miraculo interfuerunt [7] plebanus de Gummirsbreth (2), Walthelmus nomine, et sacerdos quidam capellanus Livionensis (3) episcopi, Everardus sacerdos de Suelme cum eiusdem ville plebano Bertholtho [8] et Iohanne subdiacono; qui omnes usque hodie testimonium perhibent iam dictam puellam per martiris merita fuisse [9] sanatam. E

<53. De sacerdote cuius manus fetens [1] sanata est.>

Priusquam supradicte capelle construende mencio aliqua haberetur [2], preteriit plebanus de Tuno [3] (4), qui manum dexteram per dimidium annum et amplius ex infirmitate tam fetentem habuerat ut per totam [4] hyemem a missarum celebracione cessaret. Recogitans autem virum beatum [5] pro iusticia innocenter occisum, manum infirmam loco martirii cum plena fide imposuit; quam post morulam retrahens sanam recepit. Qui de collato beneficio Deo gracias agens [6], ad gloriam martiris declarandam cyrotecam manus sanate Bertholpho [7] plebano de Suelme [8] transmisit [9].

<54. De sacerdote ceco qui visum recepit.>

Primo anno occisionis domini Engelberti circa mediam quadragesimam sacerdos quidam oculo utroque orbatus ex remotis partibus Saxonie usque ad locum sepedictum, servo suo duce, veniens, terre se prostravit et, cum devotissime F illic preces Deo eiusque martiri fudisset, ab oracione surgens lumen desideratum recepit. Qui usque Suelme sine ducatu pergens, tam clare vidit ut in libro perfecte legeret horasque in eo decantaret. Deinde Greverode [1] (5) se transferens non multo post pro graciarum accione limina beatorum apostolorum Petri et Pauli necnon et [2] apostoli Iacobi [3] visitavit, gloriam Engelberti [4] martyris ubique divulgans.

[15] que 1a. — [16] eodem 2ab^1. — [17] (ex p.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [18] excerpta 2ab^{1}b^2.

50. — [1] (Miracula ... eius) *om.* 2ab^{1}b^2. — [2] eius 2b^{1}b^2. — [3] (m. e.) e. m. 2ab^{1}b^2. — [4] quendam 2b^2. — [5] gloriosum 2b^2. — [6] (W. n.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [7] (o. est e.) ille o. erat 2ab^{1}b^2. — [8] in quo nunc altare constructum (est *add.* 2b^{1}b^2) *add.* 2ab^{1}b^2. — [9] -que *om.* 2a. — [10] enim *add.* 1a. — [11] quod 2b^{1}b^2. — [12] Bartholdo 2ab^1; Bertoldo 2b^2. — [13] sacerdote 1a. — [14] (Eodem ... testatur) *om.* 2ab^{1}b^2. — [15] *om.* 1a. — [16] (p. p.) posita ponenda 1a. — [17] proximum 2b^2.

51. — [1] quodam 2b^{1}b^2. — [2] *om.* 2b^{1}b^2. — [3] Givelberg (Gijv- 2b^{1}b^2) *add.* 2ab^{1}b^2. — [4] commanens 2a *corr. in marg.*, 2b^{1}b^2. — [5] radianti 1a. — [6] cruoris 2a.

52. — [1] (s. f.) f. s. 2b^{1}b^2. — [2] (q. de H.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [3] (m. o.) o. m. 2ab^{1}b^2. — [4] (m. p. o.) o. m. p. 2ab^{1}b^2. — [5] (c. g.) g. c. sui 2ab^{1}b^2. — [6] detulit 2ab^{1}b^2. — [7] (interfuerunt ... puellam) multi fuerunt qui testimonium de supradicta puella prebuerunt 2ab^{1}b^2. — [8] *Ita hic* 1a; *cf. c.* 50^{12}, 53^{7}. — [9] esse 2ab^{1}b^2.

53. — [1] *om.* 2b^{1}b^2. — [2] (a. h.) h. a. 2ab^{1}b^2. — [3] Cuuo 2b^{1}b^2. — [4] totum 2b^1. — [5] (v. b.) b. v. 2ab^{1}b^2. — [6] (D. g. a.) g. D. a. 2a. — [7] Bertholdo 2a; Bartholdo 2b^1; Bartoldo 2b^2. — [8] Swelme 2ab^2 *et sic deinceps.* — [9] (p. de S. t.) de S. t. p. 2a; de S. p. t. 2b^{1}b^2. *In* 2b^1 *sequitur cap. 55, post quod cap. 54; sed inter utrumque postea insertum est manu prima in folio addito (fol. 37bis) caput 60.*

54. — [1] Greverade 2a; Greveroede 2b^1. — [2] beati *add.* 2ab^2. — [3] (a. I.) I. a. 2ab^{1}b^2. — [4] pretiosi *add.* 2ab^{1}b^2.

(1) Hiddinghausen. — (2) Gummersbach. — (3) *Livoniensis* apud Gelenium. — (4) Dhünn. — (5) Gräfrath.

A **<55. De paupercula per eum illuminata[1].>**

Eodem tempore mulier quedam paupercula de Werda (1) iuxta Renum[2], et ipsa quinque annis oculis viduata[3], ad sacrum martirii locum[4] devenit. Ubi cum diucius humi prostrata cum lacrimis orasset, recepto lumine, surrexit. Que in vocem exultacionis mox erumpens, Dei magnalia et beati martiris merita predicare cepit, et[5] cum multa festinacione Suelmen[6] perveniens, tribus[7] sacerdotibus, Adolpho scilicet de Vorda (2), Bertolpho plebano de Suelme atque Everardo socio eius, unique subdiacono graciam circa se factam[8] declaravit.

<56. De paralytico per visionem ab eo liberato, et quod locum occisionis ad monasterium consecraverit[1].>

In sexta feria parascheve primi anni occisionis beati[2] Engelberti[3], apud Suelme degens erat quidam paralyticus, homo tante infirmitatis ut nec baculis sustentari[4] nec aliquibus instrumentis
B aliis adiuvari posset[5]. Tandem multis miseriis afflictus, multis tediis et laboribus affectus, loco sancte occisionis est presentatus, ibidem a Cena Domini usque ad vigiliam pasche moram faciens et graciam Domini praestolans. In nocte vero parascheve circa medium noctis cum paralyticus[6] esset in oracione, vidit beatum[7] Engelbertum tanquam vivum, pontificalibus indutum, ad instar solis fulgentem, cum duobus aliis[8] viris clarissimis, — et ipsi ornamentis magni decoris induti erant, — ad locum venientem; quem locum omnes simul ambientes, quante amplitudinis et latitudinis[9] in eo, — quasi[10] ad consecrandum illud venerint, — monasterium esse deberet ostenderunt. Qui mox, quasi expleto opere, disparuerunt. Paralyticus vero tante visionis effectum in se senciens, omnibus qui eum noverant et ante viderant meritis martiris se sanatum[11] divulgavit.

<57. De viro qui eius glorie invidens igne celitus[1] percussus est et per penitentiam sanatus.>

C Cum[2] in loco occisionis beati Engelberti crux lignea fuisset erecta, die quadam veteranus quidam adveniens, Winardus nomine[3], de Givelberch[4], cepit de miraculis que ibi fiebant scandalizari, dicens intra se: „ Quid est quod video? „ quid est quod audio? Homo iste tyrannus erat, „ oppressor viduarum et orphanorum erat[5], „ avarus et elatus. „ Cuius glorie in tantum invidebat ut nec ipsum lignum erectum equo oculo inspicere posset[6]. Et[7] ecce Dominus in ipsa hora in homine pravo ignem invidie igne celitus emisso tam[8] graviter punire cepit ut guttur et humeros eius ardoris vehemencia consumeret. Qui mox ab eo loco ductus et[9] in domo filie amice sue[10] depositus, peccatum suum in martirem, omnibus qui aderant audientibus, confessus est, et quod[11] de illo cogitaverat[12] per ordinem recitavit. Usus consilio amicorum veteranus idem cilicio[13] indutus nudis[14] pedibus in maximo frigore, — erat enim hyemps — ad locum sacrum rediit, oracionibus et lacrimis martyrem sibi reconcilians[15]; ubi post triduum perfecte sanatus, multo tempore in eadem incolumitate perseveravit.

<58. De muliere que indigne communicans, a[1] demonio[2] arrepta, per ipsum est sanata.>

Mulier quedam, Hildegundis nomine[3], de Grutene[4] (3) oriunda, dum in die pasche cum ceteris fidelibus Christi corpus sumeret, tanta demencia est arrepta[5] ut ore spumans linguam rotaret[6], nec omnino loqui posset. Que cum E
ad horam sacre communionis esset sanissima, indigne communicando subito facta est tam[7] infirma[8] ut nullum membrorum suorum movere valeret[9]. Erat enim mulier eadem ab ineunte[10] aetate vanissima, variis peccatis onerata et ad tam[11] salutarem medicinam prorsus imparata. Unde eadem sacra communio corporis Christi non ei facta est antydotum, sed tormentum. Sicut scitis, periculosum est infirmo constipato sumere medicinam laxativam et fortem, nisi aliquid ante[12] sumatur, per quod materia male congesta dividatur. Ne ergo peccator in peccatis induratus medicinam corporis Christi ad iudicium sibi sumat, prius in se virus peccatorum per cordis contricionem et oris confessionem dividere studeat. In muliere vero iam dicta cum morbus celitus immissus invalesceret, miserante Deo, qui neminem vult perire, vidit in sompnis, si locum passionis archiepiscopi Engelberti adiret, cicius convalesceret. Spe igitur[13] recuperande sanitatis cum magno quidem[14] labore, mox ut martirii locum adiit, a lecto egritudinis surgens comedit et bibit, et Deo gratias agens pro concesso beneficio, annuali censu apud locum et martyrem leta[15] F
se obligavit. Huius miraculi multi, qui tum aderant, testes existunt usque in hodiernum diem[16].

Cf. I Cor. 11, 29.

Cf. II Petr. 3, 9.

<59. De puerulo ab eo ab inflatione colli curato.>

In villa Suelme ad altare beati Petri deportatus est quidam puerulus, Albertus[1] nomine, Hildebrandi vinitoris filius, inflaturam habens circa

55. — [1] sanata 2a; i. et sanata 2a *corr. al. m.* — [2] Rhenum $2ab^1b^2$. — [3] (o. v.) v. o. 2a. — [4] Givelberg (Gijv- $2b^1b^2$) *add.* $2ab^1b^2$. — [5] *om.* 1a. — [6] Swelme $2ab^2$; Suelme $2b^1$. — [7] (tribus ... subdiacono) *om.* $2ab^1b^2$. — [8] omnibus *add.* $2ab^1b^2$.

56. — [1] consecravit $2b^1b^2$. — [2] *om.* $2ab^1b^2$. — [3] qui fuit millesimus ducentesimus vicesimus quintus ab incarnatione Domini, mensis nonus, dies septimus, annus pontificatus sui decimus, vitae autem quadragesimus *add.* $2ab^1b^2$. — [4] *om.* $2ab^1b^2$. — [5] possit $2b^2$. — [6] noctem insomnem duceret et $2ab^1b^2$. — [7] presulem *add.* $2ab^1b^2$. — [8] *om.* $2ab^1b^2$. — [9] (a. et l.) l. et a. $2b^1b^2$. — [10] (quasi ... venerint) *om.* $2ab^1b^2$. — [11] ubique *add.* $2ab^1b^2$.

57. — [1] (i. c.) c. i. $2b^1$. — [2] Dum $2b^2$. — [3] (W. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] Givelberg 2a; Gijvelberg $2b^1b^2$. — [5] *om.* $2ab^1b^2$. — [6] possit 2a *ante corr.* — [7] *om.* $2ab^1b^2$. — [8] *om.* $2b^2$. — [9] est $2b^2$. — [10] *om.* $2b^1$. — [11] quid $2ab^1b^2$. — [12] cogitaverit $2ab^1b^2$. — [13] silicio 2a. — [14] nudus 2a *ante corr.* — [15] reconsilians $2ab^1b^2$.

58. — [1] (a ... sanata) dementata est $2b^1b^2$. — [2] demonia 2a. — [3] (H. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] Grutine 2a. — [5] erepta 2a *ante corr.* — [6] rocaret 1a. — [7] *om.* $2b^1b^2$. — [8] (f. t. i. e.) t. i. f. e. 2a. — [9] posset $2ab^1b^2$. — [10] eunte 1a *ante corr.* — [11] ///tā 1a. — [12] (al. an.) an. al. 2a. — [13] *om.* $2ab^1b^2$. — [14] (m. q.) quodam m. 2a. — [15] *om.* $2b^1b^2$. — [16] (u. in h. d.) *om.* $2ab^1b^2$.

59. — [1] (A. n. H. v. f.) *om.* $2ab^1b^2$.

(1) Kaiserswerth. — (2) Vōrde haud procul a Schwelm. — (3) Gruiten.

collum

collum tam magnam [2] et periculosam [3] ut neque linguam movere neque cibum sumere posset, subtracto sibi visu et auditu. Super quo pater et mater nimium [4] dolentes, cum multis lacrimis postulaverunt ut mitra [5] martiris caput pueri tangeret, sperantes quod occisi virtute et infirmitas posset fugari, et facies deformata [6] in statum naturalem reformari. Mira gratia Dei [7], mox ut mitra pontificis [8] imposita est capiti infantis, ceperunt tumores [9] detumescere, humores pravi evanescere et cum celeritate [10], tam fide parentum quam meritis martiris exigentibus, priusquam paterna limina puer attingeret, plene [11] se sanatum gavisus est. Mitram eandem pontifex in capite habebat cum occideretur; unde sacro [12] eius cruore rubricata infirmantibus facta est medicina.

<60 [1]. De muliere [2] a morbo squinantie curata [3].>

Causa infirmitatis compellente, mulier quedam
B paupercula de partibus Thuringie ex [4] civitate que Ysenache vocatur (1) oriunda, ad [5] locum [6] martirii beati antistitis spe convalescencie cum multis laboribus advenit. Hec morbo swinancie [7] in collo percussa, per annum integrum oculum perdiderat sinistrum. Habebat eiusdem eciam [8] lateris manum aridam et pedem de podagra nodosum. Triplici hoc incommodo laborans in loco occisionis se prostravit, cum lacrimis oravit, sanitatem meritis martiris ibidem occisi dari sibi [9] postulavit. Surgens vero ab oracione, nondum [10] sanata abiit, sed a spe consequende sanitatis non recessit. Post circulum duorum mensium rediens, ab omni infirmitate atque deformitate [11] per beatum martyrem perfecte curata est et, ne tanto beneficio ingrata videretur, ad annuum censum beato se contradidit pontifici Engelberto.

<61. De Godefrido, qui per eum [1] visum recepit.>

Quidam urnarum operarius, cuius domus sita
C erat in pede montis castri [2] Ysenberch [3], ipso tempore cum [4] municiones comitis Friderici [5], occisoris domini Engelberti archiepiscopi, destruerentur (2), destructa est et domus eiusdem operarii Godefridi; hoc enim [6] ei nomen [7] erat. Insuper eciam [8] omnia bona sua mobilia perdidit. Pro qua re ex assiduis fletibus utroque oculo est orbatus. Cumque sex ferme mensibus in eadem cecitate perseverasset [9], audiens de miraculis beati martiris Engelberti, ad locum passionis votum fecit. Qui cum cecus iter arriperet, duos oculos cereos secum deferens, unum oculum D
meritis antystitis recepit. Quid [10] de alio factum sit, nescio.

<62. De pauperculo a variis infirmitatibus liberato [1].>

Circa partes Unna (3) de [2] Pacina villa eiusdem parrochie morabatur quidam pauperculus per annos septem variis infirmitatibus vexatus; in uno latere totus emortuus erat, manum habens aridam, lateris costas contractas [3], crus tante spissitudinis ut eius inflatura quantitatem ventris equare [4] videretur. Qui spe recuperande sanitatis duobus baculis sustentatus ad [5] locum martirii gloriosi episcopi [6] veniens, cum illic supplices funderet oraciones, per merita [7] martiris celerem precum suarum sensit effectum. Nam, pulsis deformitatibus infirmitatum suarum, salutis sue, quam suppliciter, ut dixi [8], efflagitavit [9], cicius invenit remedium, et consecute sanitatis per baculos, quos ibi suspendit, dedit indicium. Insuper [10] ad annuum censum, quoad viveret, eidem [11] loco, imo loci patrono, gaudens se obli- E
gavit.

<63. De surdo viro [1] quem sanavit.>

Signis atque sanitatibus ibidem crebrescentibus [2], maximus ibi cottidie [3] factus est concursus et occursus [4]. Alii namque sanandi adveniebant, alii sani recedebant. Interea venit quidam lagenarum [5] artifex, Everardus nomine [6], de Sporehovele [7] (4) iuxta Ysenberch [8] castrum oriundus. Hic per decem annos aures patulas ad audiendum non habebat, sed concursibus adveniencium et recedencium attonitus graciam curacionis intellexit. Veniens vero [9] ad locum sacri cruoris graciam, quam fide quesivit, letus invenit, sicut testati sunt qui eius curacioni intererant. Aliqui prope [10] astantes pelliculas aurium eius, quibus meatus audiendi obstructus [11] fuerat, rumpi audiebant; quam rupturam tantus dolor sequebatur [12] ut ipse homo, capite utraque manu apprehenso, comprimendo sibi dolorem aliquantulum temperaret, voces emittens gemebundas. Recepto vero auditu, graciam circa se factam F
omnibus audire volentibus manifestavit, gloriam martiris ubique predicans et ad propria, votis expletis, cum magna hylaritate remeans.

<64. De aucupe [1] spasmatico curato.>

Auceps quidam et venator habitacionem habens iuxta Nusiam [2], in [3] loco qui vocatur Hilkerode (5), nomine Cunradus, spasmum acriter satis [4] paciebatur et [5] in brachiis simul [6] et in [7] manibus.

[2] magnum $2b^1$. — [3] periculosum 1a, $2b^1$. — [4] nimis $2ab^1b^2$. — [5] beati *add.* $2ab^1b^2$. — [6] deformatum 1a. — [7] (g. D.) D. g. $2ab^1b^2$. — [8] *om.* $2b^2$. — [9] humores $2b^2$. — [10] sceleritate 2a. — [11] plane 2a *ante corr.* — [12] sacrosancto $2ab^1b^2$.

60. — [1] *Vid. supra, c. 53*[9]. — [2] quae *add.* $2b^2$. — [3] est *add.* $2b^2$. — [4] (ex ... oriunda) *om.* $2ab^1b^2$. — [5] Givelberg (Gijv- $2b^1b^2$) *add.* $2ab^1b^2$. — [6] loco $2b^2$. — [7] savinancie 2a *ante corr.*; squinancie 2a *corr.*; squinantie $2b^1b^2$. — [8] (ei. ec.) ec. ei. $2ab^1b^2$. — [9] (d. s.) *om.* $2ab^1b^2$. — [10] nūdū 1a. — [11] celeriter erepta *add.* $2ab^1b^2$.

61. — [1] (p. e.) *om.* $2b^1b^2$. — [2] in $2ab^1b^2$. — [3] Ysenberg $2ab^2$. — [4] quo $2b^2$. — [5] cognati et *add.* $2ab^1b^2$. — [6] *om.* $2ab^1b^2$. — [7] (ei n.) n. ei $2ab^1b^2$. — [8] et $2ab^1b^2$. — [9] perdurasset $2b^1b^2$. — [10] (Quid ... nescio) *om.* $2ab^1b^2$.

62. — [1] curato $2b^1b^2$. — [2] (de ... morabatur) *om.* $2ab^1b^2$. — [3] confractas $2ab^1b^2$. — [4] equari 1a. — [5] Givelberg (Gijv- $2b^1b^2$) *add.* $2ab^1b^2$. — [6] pontificis $2ab^1b^2$. — [7] meritum $2b^2$. — [8] diximus $2b^1b^2$. — [9] effugavit $2b^1b^2$. — [10] et *add.* $2ab^1b^2$. — [11] eodem $2b^1$ *ante corr.*

63. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] crescentibus $2b^2$. — [3] custodie 2a. — [4] (et o.) *om.* $2b^2$. — [5] legenarum 1a. — [6] (E. n.) *om.* $2ab^1b^2$. — [7] Spurchovele 2a; Spirtouele $2b^1$; Spurthouele $2b^2$. — [8] Ysenberg $2ab^1b^2$. — [9] Veniensque 2a. — [10] (A. p.) Alii quippe $2b^2$; Alii qui prope $2b^2$ *corr.* — [11] obstrictus $2b^2$. — [12] sequebantur 1a *ante corr.*

64. — [1] *om.* $2b^1b^2$. — [2] Nussyam 2a; Nussiam $2b^2$. — [3] (in ... Cunradus) *om.* $2ab^1b^2$. — [4] (a. s.) s. a. $2b^2$. — [5] *om.* $2ab^1b^2$. — [6] similiter $2b^2$. — [7] *om.* $2ab^1b^2$.

(1) Eisenach. — (2) Cf supra, p. 663, annot. 5. — (3) Urbs est Westphaliae. — (4) Sprockhövel. — (5) Hülchrath.

A manibus. Hic spe recuperande sanitatis loca multa adierat, medicinas varias adhibuerat; sed nil ei profuit. Fama autem crebrescente de signis atque mirabilibus [8] Deo dilecti domini Engelberti archiepiscopi, idem spasmaticus ad [9] locum martirii eius se transtulit et opem, quam quesivit, invenit. Qui mox caput suum terre, que martiris sanguinem biberat, superposuit [10] et [11] ad [12] annualem censum eidem loco se devovit.

Cum autem multa ibi fiant miracula, propter tedium legencium tantum [13] excellenciora queque notare studui.

<65. De muliere ab inflatione curata.>

Mulier quedam de civitate Andernacensi, Hildegundis nomine [1], toto corpore inflata [2], tantum ex hoc per decem et octo ebdomadas sustinuit doloris [3] ut ei vita presens esset in [4] tedio et mors in desiderio. Audiens tandem de fama et virtutibus beati [5] Engelberti et quia varios languores curaret, a lecto egritudinis se erigens, votum fecit, dicens : « Domine Deus omnipotens, si per merita
B „ martiris tui Engelberti curata fuero, nudis pedi-
„ bus locum passionis eius [6] supplex adibo. „ Deus
Ps. 67, 36. autem, qui mirabilis est in sanctis suis, ut demonstraret quantum apud ipsum merita martiris possent, infra triduum [7] eandem feminam ab omni infirmitate necnon et [8] ab eiusdem infirmitatis deformitate curare dignatus est. Quid plura, senciens illa divinitus se curatam, de lecto se erigens [9] leta surrexit, [et] [10] martirem benedixit [11] et ad [12] locum martirii [13] nudis pedibus veniens [14] oravit et obtulit; sicque [15], in signum [16] devocionis sue capillis sui capitis ibidem precisis, ad propria remeavit.

<66. De milite paralytico, quem sanavit.>

Accedunt semper nova novis et miracula miraculis innovantur. Ex iam dicta civitate, Andernaco scilicet, quae in littore Reni [1] sita est, miles quidam dives et potens multis annis totus paralyticus lecto decubuit. Erat autem eiusdem infirmitatis [2] tanta violencia ut cibum erectus non sumeret, nisi ante os eius sive supra [3] pectus positum ita iacendo cum magna vehemencia tandem deglutiret. Miseracionibus Domini [4] et con-
C solacionibus [5] consolatus audivit in sompnis ut, si sub tali arbore malo [6] in honorem [7] beati Engelberti martiris tribus vicibus veniam petens totidem oraciones suppliciter effunderet, infirmitas eius ilico conquiesceret. Sperans huiusmodi visionem fantasticam non esse, summo mane cum filiis ac filiabus suis [8] uxorem suam vocans, quid viderit exposuit. At illi somnium [9] ipsum phantasiam iudicantes et cum quodam cachinno se ab eo vertentes [10], rogaverunt eum quiescere et sub culcitris suis ipsam infirmitatem [11] sustinere. Tunc ille in lacrimas [12] solutus suppliciter eos [13] obsecravit ut eum ad arborem illam [14] deportarent. Quid plura, peticionibus eius lacrimosis flexi ad locum desideratum illum deportant; ubi depositus, cum tribus vicibus se prostravisset [15], secundum quod visio monstraverat [16], per beatum martirem Engelbertum plenam recepit sospitatem [17]. Qui non ingratus, cum uxore filiis et filiabus [18] ad [19] locum passionis nudis pedibus veniens, oblaciones cum oracionibus [20] illic obtulit et per diem unum et noctem manentes ibidem et Deo gracias referentes, ad [21] annualem censum martyri beato [22] sese obligaverunt.

<67. De Theoderico [1] nobili, quem a surditate liberavit.>

Vir quidam nobilis, Theodericus nomine, surdus ab infancia sua, ad locum martirii spe convalescencie devenit. Ubi cum octo diebus in laboribus cottidianis et oracionibus assiduis sese exercuisset et ad ultimum in signum religionis capillos sibi prescidisset, sicut [2] multi testantur qui aderant, integerrime sanitati restitutus est.
Qui pro graciarum actione [3] deinceps omnem, E
quam potuit, devocionem eidem loco exhibuit et inde licencialiter egrediens et ad propria rediens, ad annualem censum beato [4] se contradidit martyri Engelberto.

<68. De campanario contracto et sanato.>

Campanarius quidam textor de Puppindorp [1] (1), ex [2] illa parte Susati oriundus, decem annis [3] prorsus in cruribus contractus [4] et enervatus [5], venit ad eundem locum duobus baculis sustentatus. Qui veniens [6] in via ex intimo corde oracionem faciens, lacrimas multas fudit et in loco passionis tam devote terre se prostravit ut [7], antequam alicuius sanitatis sibi conscius esset, per Dei misericordiam et merita beati [8] Engelberti ab omni sollicitudine et egritudine [9] et membrorum debilitate liberaretur. Cuncti qui miraculum hoc viderunt Deum et [10] beatum martirem glorificaverunt, altis vocibus in laudes erumpentes. Ne alicui hoc miraculum minus sane [11] credenti veniat in dubium, idem vir sanitati reformatus propter tantam sibi donatam graciam non semel vel bis, sed multociens post-
modum sue curacionis visitavit locum, ipsi [12] suo F
curatori gracias referens [13] copiosas.

<69. De virgine a vermibus corrosa, quam sanavit.>

In viciniori parochia de Vorda [1] (2), Suelme adiacente, fuit quedam virgo, Atzela nomine [2], cuiusdam viri libere condicionis filia, Erwini [3] videlicet de Menighusen; cuius facies ex omni parte horribiliter a vermibus fuit corrosa, adeo

[8] virtutibus 2ab^1b^2. — [9] Givelberg (Gijv- 2b^1b^2) *add.* 2ab^1b^2. — [10] supposuit 2ab^1b^2. — [11] *om.* 2ab^1b^2. — [12] *om.* 1a. — [13] tamen 2b^2.

65. — [1] (H. n.) *om.* 2ab^1b^2. — [2] inflato 2b^2. — [3] dolores 2b^2. — [4] *om.* 1a. — [5] martyris 2b^2; martyris *add.* 2ab^1. — [6] Givelberch 2a; Gijvelberg 2b^1b^2. — [7] triduum annum 2a. — [8] *om.* 2ab^2. — [9] (se e.) egritudinis 2ab^1b^2. — [10] ad *add.* 1a, *sed delet.* — [11] (et m. b.) *om.* 2ab^1b^2. — [12] *om.* 1a. — [13] (l. m.) m. l. 2ab^1b^2. — [14] (p. v.) v. p. 2a. — [15] *om.* 2ab^1b^2. — [16] -que *add.* 2ab^1b^2.

66. — [1] Rheni 2b^2. — [2] (e. i.) i. eius 2b^2. — [3] super 2a. — [4] Dei 2ab^1b^2. — [5] (et c.) *om.* 2ab^1b^2. — [6] mane 2ab^1b^2. — [7] honore 2a *ante corr.*, 2b^2. — [8] *om.* 2b^2. — [9] sompnum 1a. — [10] revertentes 2a. — [11] (ip. in.) in. ip. 2ab^1. — [12] lachrimis 2b^1. — [13] illos 2b^2. — [14] illum 2a. — [15] prosternisset 2b^1. — [16] demonstraverat 2a. — [17] sanitatem 2ab^1b^2. — [18] suis *add.* 2a. — [19] Gavelberg (*corr.* Giv-) *add.* 2a; Gijvelberg *add.* 2b^1b^2. — [20] (o. c. o.) orationes cum oblationibus 2b^2. — [21] *om.* 2b^2. — [22] (m. b.) b. m. 2ab^1b^2.

67. — [1] Theodorico 2b^2. — [2] (sicut ... aderant) *om.* 2ab^1b^2. — [3] *om.* 2a. — [4] *om.* 2b^2.

68. — [1] Puppendorp 2a. — [2] (ex ... oriundus) *om.* 2ab^1b^2. — [3] (d. a.) a. d. 2ab^1b^1. — [4] contractis 2ab^1b^2. — [5] enervatis 2ab^1b^2. — [6] veniendo 2ab^1b^2. — [7] et 2b^2. — [8] *om.* 2ab^1b^2. — [9] (et e.) *om.* 2ab^1b^2. — [10] (D. et) *om.* 2ab^1b^2. — [11] inane 2a. — [12] ipse 2ab^1b^2. — [13] agens 2ab^1b^2.

69. — [1] Werde 2ab^1b^2; Wide 2a *corr. in marg.* — [2] (A. n.) *om.* 2ab^1b^2. — [3] (E. v. de M.) *om.* 2ab^1b^2.

(1) Puffendorf in pago Iuliacensi. — (2) Cf. supra, p. 677, annot. 2.

ut

ut ab ipsius parentibus aspectus eius vitaretur et ipsa ab eis despiceretur. Propter quod pater eius infirmitate flagellatus diucius lecto decubuit. Recognoscens autem malum sibi infirmitatis eiusdem[4] ex causa predicta divinitus inflictum, confessus est sacerdoti culpam suam et, necessitate compellente, consenciente uxore, tam ipse quam filia ad locum passionis beati pontificis Engelberti[5] votum fecerunt. Qui cum deducerentur, meritis gloriosi martiris in via sanati sunt. Tunc tanti beneficii non ingrati, venientes ad locum, donis promissis dona ampliant. Venerant et cum eis plus quam ducenti viri, qui omnes tanti miraculi testes sunt effecti. Illi autem qui sani fuerant facti ad annuum censum eidem loco se obligantes, cum magno gaudio ad sua sunt reversi.

<70. De muliere a dolore dentium sanata.>

Ex[1] Kettewich, quadam villa iuxta fluvium Ruram[2] posita (1), fuit quedam mulier[3] dencium dolorem habens tempore multo[4]. Cumque
B ex hoc torqueretur nimis, necessitate compulsa, fabrum vocavit, qui dentem quo magis affligi videbatur extraheret. Ille autem dum[5] forcipe dentem conaretur extrahere, nimis trahendo et dentem fregit et mandibulas misere mulieris de suis iuncturis solvit. Cumque reiungi non possent neque ob hoc cibum sumere valeret, ex nimio dolore magis optavit mori quam[6] vivere. Tandem recordata beati martiris Engelberti, nomen eius invocavit[7]. Et ecce, meritis eius suffragantibus, mandibula ad iuncturam suam rediit et[8] dolor omnis conquievit[9]. Que dum[10] sanatam sentiret se[11], nudis pedibus[12] locum passionis eius adiit; in quo vota sua persolvens, ad censum annualem martiri sese[13] contradidit.

<71. De Henrico mercenario[1], cuius lesum sanavit pedem[2].>

Henricus mercenarius[3] de[4] villa Raszengen (2), cum nimio vino ingurgitatus et a naturali sensu alienatus cum quibusdam verbis probrosis contendere cepisset, in tantum eadem verba succreverunt ut, gladiis arreptis, concurrerent. In quo conflictu idem Henricus iuxta talum in nervo
C graviter vulneratus est ita ut, venis[5] arefactis crureque contracto, neque incedere neque solitis mercibus[6] vacare posset. Unde paupertate correptus, duobus baculis incedens, ostiatim stipem singulis diebus querere cepit. Audiens autem quod multi infirmi cottidie curarentur per dominum[7] Engelbertum, ad[8] locum occisionis eius venit, sed minime tunc curatus rediit; nondum
Ps. 101, 14. enim venerat tempus miserendi eius. Sed quia
Rom. 5, 5. scriptum est : *Spes non confundit,* tercio cum magno labore ad sacrum locum accedens ibique[9] preces supplices Deo et beato pontifici offerens, plene sanitati meritis eius sanctis restitutus est. D
Baculos vero, quibus sustentatus advenerat, mox abiciens, in signum curacionis sue[10] supra locum martirii illos suspendit. Et[11], sicut curatis consuetudo est, singulis annis, quoad viveret, loco eidem censualem se recognovit.

<72. De muliere ab inflatione corporis sanata.>

Non solum in loco in quo occisus vel[1] sepultus est martir noster signis clarescere voluit, sed quantum apud Deum eius merita[2] possint, et[3] in remotis partibus frequencius ostendit. Ex civitate quadam Huxaria[4] (3) venit faber quidam, Betzelmus nomine[5], cuius uxor Hildegundis[6] ex defectu naturalium anno integro et dimidio laboraverat, adeo turgidum habens ventrem et omnium membrorum inflaturam ut ydropicis[7] repleta humoribus ab omnibus[8] putaretur atque diceretur. Non enim nisi alieno adiutorio a lecto se erigere poterat, nullum prorsus comedendi sive bibendi habens appetitum. Ut autem Dominus merita sui martiris in remociori[9], ut dictum
est, provincia[10] declararet, nocte quadam audi- E
vit in sompnis vocem huiusmodi: " Si sepulchrum „ sanguinis beati martiris Engelberti devote visi- „ taveris, mox ab omni corporis tui incommodo „ eius meritis liberaberis. „ Evigilans viro suo quid viderit intimavit. Qui mox summo mane consurgens et cum uxore peregrinacionem arripiens, antequam medietatem itineris explerent, ab omnibus in quibus laborabat infirmitatibus femina sanata est. Quod vir intelligens, non ingratus tanto beneficio, cum uxore ad sacrum locum[11] processit, virtutem factam simul propalantes et martiris gloriam ubicumque[12] divulgantes[13]. Tunc ad censum annualem eidem loco letanter atque libenter se obligantes, ad sua reversi sunt[14].

<73. De virgine quam a gravi infirmitate[1] sanavit.>

Non longe a Suelme in villa Hage[2] virgo quedam fuit. Hec octo annis et amplius a scapulis[3] usque ad plantas pedum tam graviter pondere egritudinis torquebatur ut sine manibus alienis neque manducare neque bibere neque de[4] loco
se[5] movere valeret. Que cum ad locum martirii F
beati pontificis deportata fuisset, mox ut locum sacrum attigit, sanitatem recepit.

<74. De puero mente capto loco occisionis sanato.>

Anno presenti, qui est millesimus ducentesimus tricesimus septimus ab incarnatione Domini, puer quidam circa sedecim annos etatis habens, mente captus, ductus est a matre in[1] ecclesiam beati Engelberti archiepiscopi[2] in Givelberg[3] spe recuperande sanitatis. Qui cum in ecclesia staret et[4] circumspiceret sicut amens, ait ei[5] quidam : " Vade

[4] (s. i. e.) i. e. s. 2ab^{1}b^2. — [5] *om.* 2ab^{1}b^2.

70. — [1] (Ex K. q. v.) Quaedam mulier 2ab^{1}b^2. — [2] Rura 2b^1. — [3] (q. m.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [4] (t. m.) m. t. 2ab^{1}b^2. — [5] cum 2b^1. — [6] ita *add.* 2ab^2. — [7] invocare coepit 2ab^{1}b^2. — [8] (et ... adiit) *om.* 2a. — [9] cessavit 2b^{1}b^2. — [10] *om.* 2b^{1}b^2. — [11] (s. se) se sentiens 2b^{1}b^2. — [12] Gijvelberg *add.* 2b^{1}b^2. — [13] se 2b^2.

71. — [1] mercenuario 2a; *om.* 2b^{1}b^2. — [2] (s. p.) p. s. 2b^{1}b^2. — [3] mercenuarius 2a; mercennarius 2b. — [4] (de v. R.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [5] nervis 2ab^{1}b^2. — [6] mersibus 2b^1. — [7] beatum antistitem 2ab^{1}b^2. — [8] Givelberg (Gijv- 2b^{1}b^2) *add.* 2ab^{1}b^2. — [9] (s. l. a. i.) l. a. s. ibidem 2a. — [10] eius 2b^1 *al. m. sup. lin.* — [11] (Et ... recognovit) *om.* 2ab^{1}b^2.

72. — [1] et 2a. — [2] (e. m.) m. e. 2ab^{1}b^2. — [3] *om.* 2ab^{1}b^2. — [4] *om.* 2ab^{1}b^2. — [5] (B. n.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [6] *om.* 2ab^{1}b^2. — [7] ydropisis 2ab^{1}b^2. — [8] omni 2b^2. — [9] parte *add.* 2ab^{1}b^2. — [10] *om.* 2ab^{1}b^2. — [11] Givelberg (Gijv- 2b^{1}b^2) *add.* 2ab^{1}b^2. — [12] ubique 2ab^{1}b^2. — [13] divulgans 2b^{1}b^2. — [14] (r. s.) s. r. 2ab^{1}b^2.

73. — [1] (a g. i.) *om.* 2b^{1}b^2. — [2] quae Hagene vocatur 2ab^{1}b^2. — [3] scabulis 2a *m. pr.*, 2b^{1}b^2. — [4] se 2a; *om.* 2b^2. — [5] *om.* 2a.

74. — [1] ad 2ab^{1}b^2. — [2] *om.* 2ab^{1}b^2. — [3] Gijvelberg 2b^{1}b^2. — [4] (et c. s. a.) *om.* 2ab^{1}b^2. — [5] *om.* 2b^2.

(1) Kettwig. — (2) Ratingen, quae alias dicitur Razzinga (cf. KNIPPING, t. II, n. 827). — (3) Höxter in Westfalia.

A " Vade ad altare et, elevatis manibus, roga beatum [6] pontificem, qui in eodem loco sanguinem suum fudit, ut sanet te [7]. „ Quo respondente: " Libenter, domine „, sicut edoctus fuerat, fecit et mox [8] sanitatem recepit. Quem [9] cum mater sane mentis attenderet et per verba sive per gestus exteriores nil demencie in eo deprehendere posset, gracias egit Deo pro filii sui sanacione et beato Engelberto. Multi enim de familia puerum hunc noverant, cum adhuc mente captus esset. Mater vero ad fenestram [10] cum filio [11] accedens miraculum sororibus recitavit, filium sanum ostendens. Huius [12] miraculi testis est Iohannes quondam capellarius archiepiscopi, nunc vero conversus ibidem *.

<**75.**> Eodem die Colonie [1] ad tumbam eius claudus quidam civitati notus erectus est; baculos, quibus sustentabatur, ad sepulchrum martiris suspendit.

<**76.**> Retulit mihi domnus Henricus archiepiscopus quod paralyticus quidam, ipso presente, in loco passionis eius sanatus sit. De quo mihi plura retulit, ordinem videlicet sanacionis eius. Pro quibus omnibus Deo gracias agamus, qui tantis miraculis pontificem suum glorificat.

* *Add. in* 2ab^{1}b^{2}: <**76** *bis.*> **De [1] miraculosa [2] visione <beati [3]> Ioseph <monachi Steinveldensis [4]> (1), et de dolore oculorum, quem incurrit, per sanctum Engilbertum curato [5].** Opere pretium est illud etiam [6] inserere lectioni [7] et lectoris memorie commendari [8], qualiter passio eximii presulis Engilberti [9] Coloniensis archiepiscopi nostro Ioseph non per phantasmata [10] somniorum, sed per visionem etiam corporeis oculis manifesta [11] fuerit preostensa. Scribo autem illam [12], quantum valeo meminisse, sicut eam ex videntis ore suscepi. Ante prefati pontificis passionem circiter septimanam [13] (2) una nocte media, firmamenti et siderum, ut estimo, puritate delectatus, ex causa supra dicta sub divo exierat et stabat, Dominum creatorem in creaturarum speciositate contemplans. Ab eo enim tempore quo naturam et dispositionem creaturarum per excessum B cognoverat, illas cum maiori devotione et delectatione consueverat intueri. Cum ergo lunarem E globum <in meridionali plaga [14]> inspiceret eo tempore pleno et inoffenso lumine refulgentem [15], ad plagam aquilonarem conversus vidit aliam lunam oriri; cuius claritas tanta erat ut naturalis lune claritatem perfectam pene penitus obscuraret. Et cum rei novitate staret attonitus, ecce respexit firmamentum ad dexteram aperiri et inter aperturam et lunam illam fantasticam, que iam versus aditum celi ceperat elevari, vidit figuram gladii brevis quidem sed lati, quales sunt gladii Bauwariorum [16]. Luna vero, que ab aquilone versus orientem ascendere videbatur, cum gladium contigisset [17], aditum firmamenti pariter intraverunt. At Ioseph non intelligens visionem, non dubius tamen quin aliquid magni portenderet, cum anxietate cordis ad lectulum est regressus. In quo cum se sollicitus reclinaret, palpebris ad dormitandum aliquantulum [18] resolutis, turbam quandam ante domum in qua iacuit sibi visus est transeuntem audire et alterum ad alterum conquirendo dicentem: " Heu, heu, episcopus Engilbertus [19] occisus est. „ Et hoc sepius repetebant. Coniecit satis ex hoc vir beatus quid visio illa portenderet; sed dubitavit credere visioni. Dixit enim apud se: " Quomodo vir tante glorie [20], tante potentie et [21] tantis semper fultus comitibus occideretur [22]? „ Quod si occisus fuerit, quis credet [23] virum totum seculo [24] deditum, virum tantorum successuum „ et tantarum deliciarum subito coronari? „ Sed non potuit res preostensa non perfici et ordinata a Domino non consummari. Cecidit ergo brevi post tempore vir tantus suorum gladiis proximorum, pro quo, ne caderet, extraneorum potius debuerant gladios sustinere. Una [25] visionis parte completa, adhuc Ioseph, ut sibimet semper suspectus esse consueverat, de glorificatione martiris dubitabat. Facta est itaque vox dicens ad eum: " Pro eo quod visioni verissime fidei oculos advertere „ noluisti, ecce oculorum corporis dolorem incurres, nec sanitatem aliquatenus consequeris, donec „ oculos cereos ad sepulchrum martiris offeras et in tua sanatione eam [26] certissime experiaris, de „ qua nunc dubitas, veritatem. „ Dicta fides protinus subsecuta est. Ioseph oculorum dolore graviter infirmato [27], per impletionem voti prefati subitam [28] et integram recepit a [29] Deo, qui est vera C defectuum humanorum perfectio et restauratio, conferente sanitatem. Cui honor, gloria et imperium, F sicut erat [30] in principio, et nunc et semper et in secula seculorum. Amen.

<Expliciunt [31] miracula domni Engelberti Coloniensis archiepiscopi.>

[6] *om.* 2a. — [7] (s. te) te s. 2ab^{1}b^{2}. — [8] *om.* 2ab^{1}b^{2}. — [9] (Quem ... captus esset) *om.* 2ab^{1}b^{2}. — [10] locutoriam *add.* 2ab^{1}b^{2}. — [11] (c. f.) *om.* 2ab^{1}b^{2}. — [12] (Huius ... ibidem) *om.* 2ab^{1}b^{2}.

75. — (*Totum om.* 2ab^{1}b^{2}). — [1] (d. C.) C. d. 1a *ante corr.*

76. — (*Totum om.* 2ab^{1}b^{2}).

76bis. — *Contulimus etiam cum Vita B. Hermanni Steinfeldensis* (= V), c. 33, *ex qua hoc caput desumptum est.* — [1] *lemma om.* V. — [2] *om.* 2b^{1}b^{2}. — [3] *add. sup. lin.* 2a; *om.* 2b^{1}b^{2}. — [4] (m. S.) *add. in marg.* 2a; *om.* 2b^{1}b^{2}. — [5] curatus 2b^{1}, 2b^{2} *corr.*; curatum 2b^{2} *m. pr.* — [6] (i. e.) e. i. 2b^{1}b^{2}. — [7] lectionis 2b^{1}b^{2}. — [8] commendare 2a. — [9] Engelberti V. — [10] fantasmata 2b^{1}. — [11] manifeste 2b^{2}. — [12] illa 2ab^{1}. — [13] quatuor septimanas V. — [14] (in m. p.) *om.* 2ab^{1}b^{2}. — [15] refulgente 2ab^{1}b^{2}. — [16] Bauwarorum V. — [17] tetigisset 2b^{1}. — [18] aliquantum 2b^{1}. — [19] Engelbertus V. — [20] et *add.* V. — [21] *om.* V. — [22] occidetur V. — [23] quid credit 2a *ante corr.*; quis credit 2b^{2} *ante corr.* — [24] (t. s.) s. t. 2a. — [25] tamen *add.* V. — [26] tam 2b^{2}. — [27] et *add.* V. — [28] (subitam ... Amen) subita et integra sanitate recepta V, *ubi alia subiuncta sunt:* Omitto scribere quid mihi responderit *et q. s.* — [29] *om.* 2b^{1}. — [30] *om.* 2b^{2}. — [31] (E. m. d. E. C. a.) *om.* 2b^{1}b^{2}.

(1) Immo B. Hermanni Iosephi, canonici regularis in Steinfeld. Monente Henschenio nostro (*Act. SS.*, April. t. I, p. 684, num. 6), " temporis quo vixit B. Hermannus Ioseph unicum exstat in antiqua Vita testimonium num. 23 (immo c. 33), ubi agitur de martyrio S. Engelberti archiepiscopi Coloniensis illi ante indicato „. Quod c. 33 vix non ad verbum hic in codicibus 2ab^{1}b^{2} exscriptum esse ostendimus supra, p. 627, annot. 3. Alia eiusdem visionis narratio, quae Vitae B. Hermanni Iosephi subiuncta est (*BHL.* 3846), multo recentiore tempore est ex priore composita; quod vel scribendi ratio manifeste ostendit. — (2) Videsis apud GELENIUM, *Vindex libertatis*, p. 281-86, " disceptationem de gemina luna a B. Hermanno visa „, cuius auctor anonymus mathematicis et astronomicis rationibus inter alia ostendere studet visionem illam quattuor hebdomadibus, non una hebdomade, martyrio S. Engelberti antecessisse. Edito libro, alia de eadem visione et annotavit Gelenius et a Georgio Garneveldt, monacho Cartusiae Coloniensis, scripta accepit, quae etiamnunc Coloniae servantur inter Gelenii *Farragines*, t. XXI, p. 771-80.

APPENDIX

D

APPENDIX

Litterae Walteri episcopi Karleolensis ad Henricum III regem Angliae (1).

Excellentissimo domino suo Henrico, Dei gratia illustri regi Angliae, domino Hiberniae, duci Normanniae, Aquitaniae, et comiti Andegaviae, suus devotus in omnibus W(alterus), eadem gratia Karleolensis episcopus, salutem et prosperos ad vota successus.

Quoniam literas quas vobis de Dorobernia in recessu nostro transmisimus, propter festinam navis ascensionem plene non inspeximus, nec constat nobis si eventus nostri ad notitiam vestram pervenerint, ne vos omnino lateant, tam statum itineris nostri et nostrum, quam processum negotiorum nostrorum vobis plenius duximus intimandum (2).

Noverit igitur excellentia vestra, quod in festo sancti Vincentii (3) obvio turbine ventorum B reiecti fuimus sub rupe Doroberniae, ultra quam dici potest rabie maris et procellarum afflicti, ibique navi nostra anchoris affixa, cum hernasio nostro et equis nostris, qui nulla ratione potuerunt educi, relicta, Doroberniam in quodam batello venimus. Et quoniam intelleximus moram nostram valde vobis fore damnosam, eligimus potius discrimina terrarum subire quam spatiosi maris fluctuationi hiemali, quasi mortis crudelis examini, nos exponere, sicque, accepto nobiscum uno solummodo serviente, absque hernasio et equis, cum peregrinis quandam navem ascendimus die Veneris proximo ante conversionem beati Pauli (4), et eodem die per gratiam Dei Gravelinge applicuimus. In continenti vero nos et serviens noster duos equos, quos a quodam mercatore, qui nobiscum transfretaverat, mutuo acceperamus, ascendimus, de die in diem per magnas dietas terram illam transeuntes, quousque Coloniam venimus. Sed quot adversitates in itinere illo sustinuerimus, tum per viarum duritiam, tum per aeris intemperiem, tum per continuum timorem et infirmitatem, vix alicuius calamus scribere sufficeret.

C Venimus itaque Coloniam in vigilia Purificationis beatae Virginis (5), ibique dominum Henricum de Zudenthorpe et Iohannem clericum nostrum invenimus (6), qui nuper de domino archiepiscopo redierant, de quodam colloquio quod dominus rex Alemanniae cum pluribus principum suorum apud Ulmam in Suevia celebraverat (7), et fere in itinere illo omnes equos suos amiserant. Ad eorum igitur instantiam dominus archiepiscopus ad partes Coloniae accessit, et die Mercurii proximo (8) ad quoddam castrum suum, quod distat a Colonia per duo milliaria, venit; quo statim nuncium nostrum ad eum destinavimus, adventum nostrum et qualiter sine sociis nostris venimus ei significantes. Quod cum intellexisset, per eundem nuncium nobis significavit quod ardua negotia imperii trahebant eum ad partes Saxoniae, quae differre non potuit (9); et quoniam credebat quod nos sine sociis nostris de negotiis vestris cum eo tractare non vellemus nec possemus, dixit quod statim ad partes Saxoniae iret et sub festinatione rediret, et interim forte socii nostri venirent, et nuncii sui quos ad ducem Austriae miserat (10); et ita in E crastino summo mane versus Saxoniam iter arripuit.

Eodem autem die venerunt magister Militiae Templi et prior Hospitalis (11) non sine gravi periculo; et ex quo per servientes eorum adventum eorum scivimus, mox ad dominum archiepiscopum nuncium nostrum transmisimus, adventum illorum ei nunciantes et supplicantes eidem pro Deo et ob reverentiam vestri ac proprium honorem, quod de partibus illis non recederet antequam nobiscum loqueretur.

Ipse itaque per dietam unam ad nos revertens, significavit nobis ut die Veneris proxima (12) apud quandam abbatiam, quae vocatur Audenesburg (13), ei occurreremus. Quem cum ibi invenissemus, ipsum ex parte vestra salutavimus, gratias ei referentes de amicitiis et honoribus vobis exhibitis, et maxime de eo quod permittere noluit ut aliqua confoederatio fieret inter imperium et regnum Francorum. Ipse vero nobis respondit (14) quod nescivit qualiter hoc acciderat, sed semper bonum affectum habuerat negotia vestra promovendi, et quod inimicitias regis Francorum et regis Boemiae et aliorum plurimorum magna- F tum pro vobis incurrerat. Dixit etiam quod rex Francorum de concilio Vaucolorum in continenti ad dominum papam et imperatorem miserat nuncios suos, conquerens de eo quod noluit permittere confoederationem inter filium eius et ipsum fieri, quae de certa scientia domini papae inter

(1) Cf. supra, p. 638, annot. 10. Eas accepimus ex editione W. W. SHIRLEY, *Royal and other historical Letters illustrative of the Reign of Henry III. from the Originals in the Public Record Office selected and edited,* Vol. I (London, 1862 = RERUM BRITANNICARUM MEDII AEVI SCRIPTORES, XXVII), p. 249-54. Prius editae erant a CHAMPOLLION-FIGEAC, *Lettres de rois, reines et autres personnages des cours de France et d'Angleterre* ... t. I (Paris, 1839 = COLLECTION DE DOCUMENTS INÉDITS SUR L'HISTOIRE DE FRANCE), p. 44-48, atque inde apud HUILLARD-BRÉHOLLES, *Historia diplomatica Friderici secundi,* t. II (Paris, 1852), p. 834-39, et apud FICKER, *Engelbert,* p. 347-52. Litteras anno 1236 datas esse censuit Bréquigny, anno 1235 Champollion-Figeac. Nemo autem iam dubitat quin anno 1225 scriptae sint, et quidem post diem 8 februarii et ante diem 20 eiusdem mensis. Cf. infra, p. 683, annot. 8 et 5. — (2) Die 3 ianuarii litteras dederat Henricus rex ad Engelbertum, quibus eum docebat se ad illum mittere nuntios W(alterum) Karleolensem episcopum, A(lanum) magistrum Militiae Templi in Anglia, R(...) priorem Hospitalis Hierusalem in Anglia, H(enricum) cancellarium Londoniensem et Nicolaum de Molis militem, *ad tractandum de negotiis* (RYMER, *Foedera,* t. I, p. 275; 3a ed. an. 1745, t. I, 1, p. 94). Illos simul profectos non esse narrat Walterus. — (3) 22 ianuarii 1225. — (4) 24 ianuarii. — (5) 1 februarii. — (6) Alter civis Coloniensis (cf. illius litteras apud SHIRLEY, t. c., p. 274), alter clericus Karleolensis, iidem nuntii multo minoris auctoritatis a rege ad Engelbertum antea missi. — (7) Ante medium mensem ianuarium 1225. Cf. BÖHMER-FICKER, nn. 3946, 3958 a. — (8) 5 februarii. — (9) De quibus negotiis nihil certi novimus. Vid. quae coniectando proposuit WINKELMANN, *Kaiser Friedrich II.,* t. I, p. 443. — (10) Filium Leopoldi ducis Austriae, Fridericum, qui mense septembri 1224 ad regem Romanorum Heinricum venerat (cf. BÖHMER-FICKER, n. 3937), miserat Engelbertus cum magistro ipsius atque aliis etiam, ut videtur, nuntiis ad Leopoldum *pro negotio illo,* ut docet infra Walterus. — (11) Cf. supra, annot. 2. — (12) 7 februarii. — (13) Altenberg. — (14) Cf. supra, p. 638, num. 45, 46.

A eos providebatur, et quam imperator specialiter fieri praeceperat. Dominus vero archiepiscopus contra regem Francorum domino papae scripsit per specialem nuncium, ei significans quod noluit permittere ut confoederatio illa fieret, quia hoc esset contra ecclesiam Romanam, et specialiter contra vos, qui protectione sua gaudere debetis; et rogavit eum quod non permitteret ut dicta confoederatio procederet, sed potius partes suas erga imperatorem interponeret, ut confoederatio inter vos et ipsum, de qua aliquando fuit tractatum, consummaretur. Praeterea dixit nobis quod nuncios suos ad dominum imperatorem destinaverat, peracto consilio de Vaucoloris, per quos ei significaverat quod nuncios in Angliam transmiserat, quorum adventum expectavit, et quod regem Francorum non exaudiret, nec nunciis suis aliquid responderet, donec de nunciis in Angliam transmissis certitudinem ei nunciasset. Postea de colloquio Ulmae misit ad imperatorem, pro negotio vestro expediendo, dominum Bernardum de Horstemar (1), qui fideliter laboravit et B adhuc pro posse suo laborat circa consummationem illius negotii, ut per ipsum de voluntate domini imperatoris finaliter certificetur, et propositum regis Francorum evacuetur.

His auditis, nuncium vestrum ei exposuimus, dicentes ei quod vos tam de maritagio corporis vestri quam sororis vestrae consilio illius parebitis. Ad quod respondit consilium suum esse ut talem et tantam oblationem faceremus, quod dominus imperator non debeat eam repudiare. Dixit etiam periculum esse in mora; rex enim Francorum magnam pecuniam ei obtulit, ut confoederationem filii sui habeat et negotium nostrum impediat. Ex altera parte dux Bavariae venit cum maxima pompa ad colloquium Ulmae, et obtulit pro maritagio filiae regis Boemiae, quae est neptis illius (2), quindecim millia marcarum, ultra oblationem triginta millia marcarum quam ipse rex Boemiae prius obtulerat. Sed rex Almanniae respondit ei quod nunquam eam duceret; praeterea adiecit quod rex Hungariae misit ad dominum imperatorem, et pro maritagio filiae suae obtulit ei pecuniam maximam. Ipse vero non sitit nisi pecuniam, ut C illam accumulet; unde consuluit ut nos sub festinatione talem oblationem offerremus, qualem acceptare deberet.

Ad haec respondimus ei, quod aliquam oblationem sine consilio eius facere non potuimus, et multum laboravimus ad hoc ut extorqueremus ab eo voluntatem suam super oblatione offerenda; sed perficere non potuimus. Dixit enim quod quantumcumque personam vestram diligat, cum sit ballivus imperatoris et consanguineus filii sui (3), hoc non faciet, nec potest, nec debet facere. Tamen, in verbo Domini, altari coram quo sedebamus aspecto, nobis promisit quod fidele consilium et auxilium in expeditione negotiorum vestrorum nobis parabit.

Nos vero, quia cancellarius et dominus Nicolaus de Molis socii nostri adhuc non venerant (4), nec ipse potuit diutius morari quin recederet, de voluntate sua recessimus, oblatione aliqua non facta, et expectabimus eum Coloniae, quousque redeat. Veniet autem Coloniam die Iovis proximo (5) ante cathedram beati Petri (6), prout nobis promisit; et habito tunc cum eo tractatu, fidelem nuncium vobis destinabimus, qui ore omnia vobis serio revelabit.

Ceterum sciatis, domine, quod dominus archiepiscopus ita loquitur de negotio vestro ac si per illud debeatis totam terram vestram amissam (7) recuperare, et non credimus quod per E oblationes in potestate nostra per chirographum nobis traditum positas possit perfici; tantum tamen, dante Domino, faciemus quod non patietur interruptionem. Cancellarius vero et dominus Nicolaus, socii nostri, venerunt die sabbati post recessum domini archiepiscopi (8) quam plurimum fatigati, et in recessu latoris praesentium versus ducem Austriae non processerunt, nec expedit forte ante adventum domini archiepiscopi; quoniam, licet miserit filium ipsius ducis ad eum (9) cum magistro suo (10) pro negotio illo, tamen cum nunciis vestris dixit quod alios nuncios mitteret, et dicti nuncii vestri, accepta temporis opportunitate et equis suis recreatis, semper prompti erunt ad proficiscendum.

Praeterea videtur nobis quod negotia vestra non modicam sument dilationem (11). Magister vero Militiae Templi et prior Hospitalis nullatenus ultra pascha moram facient in partibus Almanniae; immineret etenim iis periculum ordinis, cum oporteat eos capitula sua celebrare et pecuniam in Terram Sanctam cum fratribus suis transmittere. Nos etiam continua infirmitate F laboravimus et plures equos in itinere amisimus, totamque fere pecuniam quam nobis tradidistis iam expendimus (12).

Qualescumque igitur simus, nomen episcopi habemus, et omnes ad nos confluunt; ideoque necesse est ut magnos viros ad partes illas

(1) De nobili atque egregio viro, cuius fideli opera persaepe usus est Engelbertus, vid. quae collegit FICKER, *Engelbert*, p. 137-39, et maxime *Herr Bernhard von Horstmar*, in ZEITSCHRIFT FÜR VATERLÄNDISCHE GESCHICHTE UND ALTERTHUMSKUNDE, t. XIV (Münster, 1853), p. 291-306. Cf. etiam Fr. DARPE, *Geschichte Horstmars, seiner Edelherren und Burgmannen*, in eadem ZEITSCHRIFT, t. XL (1882), parte I, p. 89-96. — (2) Agnes non neptis, sed sobrina erat Ludovici Bavari. Cf. WINKELMANN, t. c., p. 454, annot. 1. — (3) Cf. supra, p. 629, annot. 4. — (4) Cf. supra, p. 682, annot. 2. — (5) 20 februarii. — (6) 22 februarii. — (7) Nuper anno 1224 totam Pictaviam Anglis ademerat Ludovicus VIII rex Franciae. — (8) 8 februarii. — (9) Cf. supra, p. 682, annot. 10. — (10) Coniecit I. FICKER, *Früheste Erwähnungen Friedrichs des Streitbaren*, in MITTHEILUNGEN DES INSTITUTS FÜR OESTERREICHISCHE GESCHICHTSFORSCHUNG, t. I (1880), p. 303-4, magistrum illum esse Waltherum cantorem de Vogelweide. — (11) Paulo post, cum Coloniam rediisset Engelbertus, cum Waltero iterum convenit spemque maximam ostendit res ipsis et regi Angliae feliciter cessuras. Scribebat enim Walterus ad Hubertum de Burgo, iusticiarium Angliae (SHIRLEY, t. c., p. 259): *Noveritis quod dominus Coloniensis ... veniens Coloniam, pulchriorem vultum quam unquam nobis exhibuit et hilariorem nobis praetendens, blande nos consolatus est, dicens non esse nobis timendum super processu negotii circa quod laboravimus* et q. s. Verum illos in hoc negotio nihil profecisse diximus supra, p. 639, num. 46. Nihilo minus animum despondisse non videtur Engelbertus, ut etiam tunc speraret saltem aliquam societatem inter regem Angliae et regem Romanorum posse conciliari. Quod innuit epistula ad regem Angliae ab Henrico de Zudendorf, cive Coloniensi (de quo supra, p. 682, annot. 6), paulo post diem 7 novembris 1225 missa: *Serenitati vestrae dolendo significandum duxi dilectum dominum nostrum archiepiscopum a quodam proximo consanguineo suo esse interfectum. Propter quod vos scire volo, si hoc infortunium non evenisset, ipse de negotio vestro finem bonum per Dei gratiam imposuisset* (SHIRLEY, t. c., p. 274). — (12) De nuntiorum penuria aperte simul ac lepide scribebat eodem tempore Henricus cancellarius Londiniensis ad episcopos Anglos (SHIRLEY, t. c., p. 255).

AUCTORE WALTERO KARLEOLENSI

destinetis, qui multa possint expendere, ut ibi morentur donec negotia vestra perficiantur, et si volueritis quod nos per tantum tempus moram ibidem faciamus, quod sine gravi damno facere <......>, necesse habemus ut denarios nobis transmittatis; quod per Henricum de Sancto Albano vel Iohannem de Lyburn bene facere D poteritis; ipsi enim illos nobis bene habere facient. Praeterea, si socii nostri recedant, nos nullatenus soli in partibus illis remanebimus ad negotia illa consummanda. Valeat excellentia vestra in Domino.

DE B. PETRO CAMBIANO DE RUFFIA

ANNO 1365

SACERDOTE ORDINIS PRAEDICATORUM

F. V. O.

Petri Cambiano, a Pio IX beati recogniti,

1. *Memoriam agunt ecclesia Taurinensis et Ordo Fratrum Praedicatorum B. Petri Cambiano de Ruffia, qui generalis catholicae fidei inquisitor, Segusii, in valle Lancea, sicariorum Valdensium gladio die 2 februarii 1365 occubuit martyr. Re autem mature considerata, Pius IX die 4 decembris 1856* confirmavit cultum publicum et eccle-B siasticum ab immemorabili tempore tributum beato Petro Cambiano de Ruffia praedicto (1). *Sed cum anniversarius necis dies sollemnitate Purificationis B. M. Virginis praepeditus esset, celebrandum illius festum indixit die 7 novembris, quo eius reliquiae ex Segusino Fratrum Minorum coenobio in ecclesiam Sancti Dominici Augustae Taurinorum sitam anno 1516 translatae sunt* (2).

parum noti,

2. *Verum quo luculentior demortui viri observantia emicat, eo spissioribus obvolvuntur tenebris ea quae virus egit. Cuius penuriae si quis sibi conscius esse voluerit, diligenter percurrat summam rerum quas novissimus eius biographus, Casimirus Turletti, in eximio opere* Storia di Savigliano *data industria coegit digessitque* (3). *Plurima ab eo explanata praeter subiectam materiam vagantur; et quae ad rem spectant ultra modum ampliavit, multum immoratus in explodendis erroribus scriptorum qui eum praecesserunt, ita tamen ut ipse a caducis coniecturis non abstineret. Sic sola similitudine ductus vocis* Cambiano *cum voce inferioris latinitatis* cambiare, *protinus autumat, neglecto omni momento philologico, B. Petri maiores officio argentariorum functos esse atque ideo nomen Cambiano ipsis inditum* (4). *Ast nemo est inter Pedemontanos, ne Turletti quidem, qui ignoret Cambiano exstitisse prius villam, deinde municipium, civitati Cheriensi finitimum. Hinc exorsa est familia quaedam, dives atque nobilis, cuius praecipua capita inter optimates iam comparent qui die 17 septembris 1217 iurarunt in* pacta et conventiones societatis et amicitiae hominum Astensium et hominum de Savilliano (5). *Postea vero marchio quidam Saluciorum anno 1336 annuit ut Petrinus de Cambiano eiusque fratres sibi compararent* tres partes castri cum hominibus et iurisdictione loci Rudulfie (6) *seu Ruffiae.*

quamquam origine nobilis,

inclytum martyrium

3. *Haec de beati nostri familiae initiis atque appellatione non est cunctandum accipere. Ex publico autem instrumento die 31 maii 1365 confecto et ex adiunctis litteris quibus episcopus Taurinensis die 9 maii eiusdem anni mandaverat reconciliari* claustrum ordinis et conventus Fratrum Minorum de Secusia pollutum propter mortem quondam Fratris Petri Ruffiae bonae memoriae E inquisitoris haereticae pravitatis, *liquet caedem haud diu antea fuisse perpetratam. Quod gravissimum, praecipue in re tam ieiuna, documentum rursus hic excudere nobis libet, adhibito exemplari quod SS. Rituum congregationi usui fuit* (7). *Hoc enim ex archetypo, uti in fine notatur, transcriptum plane congruit cum apographo saeculi XVII* (8) *inter mss. Balbo Bibliothecae regiae Taurinensis signato t. 60, num. 96. Prius designamus littera R, littera T alterum.*

celebratur documento aequali.

4. In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen. Anno eiusdem currente millesimo trecentesimo [1] sexagesimo quinto, indictione tertia, die ultima mensis maii, actum Secusiae extra muros dicti loci in claustro ecclesiae Sancti Francisci ordinis Fratrum Minorum de Secusia, praesentibus nobili viro domino Iacobo Iuvenis de Secusia iurisperito, nobili Obertino de Gorzano de Taurino vice castellano Secusiae, nobili Clemente de Gorzano de dicto loco Taurini, Manuello Savii, Petro Ascheri, Iohanne de Bardonechia dicto de Ospitali, Thomaseto Lovarenchii, Laurenceto Galicii, Iohanne de Lisimonte, omnibus de Secusia, et Iohanne Allyaudi de Ialiono notario, et F pluribus aliis pro testibus ad haec vocatis, et rogatis. Per hoc praesens publicum instrumentum cunctis appareat evidenter, quod Reverendus in Christo Pater Dominus Thomas Ferreri de Querio Episcopus Tiatirensis (9), commissarius in hac parte a Reverendo in Christo Patre, et Domino [2] Iohanne Dei et Apostolicae Sedis gratia episcopo Taurinensi (10) specialiter constitutus, prout de dicta commissione constat litteris dicti Domini episcopi apertis in papiro scriptis, et sigillo ipsius Domini episcopi sigillatis, quarum tenor inferius describitur, ad instantiam et interrogationem Domini Fratris Antonii de Casa-

[1] tercentesimo T. — [2] Domino *add.* T.

(1) Decretum approbationis cultus apud C. TURLETTI, *Storia di Savigliano,* t. IV (Savigliano, 1879-90), p. 905. — (2) Videsis inscriptionem ibid., t. III (1883-88), p. 48. — (3) Ibid., p. 9-63. — (4) Ibid., p. 9. — (5) Ibid., t. IV, doc. 55, p. 60 sqq. — (6) Ibid., doc. 189, p. 287. — (7) *Summarium super dubio an constet de cultu publico ecclesiastico ab immemorabili tempore praestito,* p. 4-6. Hinc TURLETTI, op. c., t. IV, doc. 227, p. 355. — (8) Idem prorsus librarius in margine excerpsit locum ex Marc' Aurelio RORENGO, *Memorie historiche dell' introduttione dell' Heresie nelle valli di Lucerna.* Qui liber in lucem prodiit anno 1649. — (9) Vir eruditus, nomine Nasi, qui apographum Taurinense exaravit, in margine addidit: " Thomae Ferrerii ex Montis „ Rotundi dominis Thyatirensis in Anatolia episcopi „ meminit charta Archiep. Tabul. sub 18a februarii 1369, „ fol. 18o. Idem forte erat episcopi Iohannis suffraganeus. „ — (10) Iohannes Orsini de Rivalta episcopalem Augustae Taurinorum sedem a 15 ianuarii 1365 ad mensem maium 1411 obtinuit.

ligrasso,

A ligrasso, custodis ordinis Fratrum Minorum Pedemontium, et Fratris Ruffini nunc guardiani ordinis et conventus Fratrum Minorum ecclesiae Sancti Francisci de Secusia, et mei notarii publici infrascripti more personae publicae solemniter stipulantium et recipientium vice et nomine ecclesiae praedictae et conventus, et Fratrum minorum eiusdem, et omnium, et singulorum quorum interest, vel interesse poterit, in praesentia mei notarii publici infrascripti, et testium praemissorum, et omnium aliorum ibidem existentium, vigore commissionis praedictae sibi factae claustrum ecclesiae praedictae ordinis et conventus Fratrum Minorum praedictorum polutum propter mortem quondam Fratris Petri Rufflae [3] bonae memoriae inquisitoris haereticae pravitatis consecravit, et reconciliavit. Tenor vero dictae commissionis talis est : Reverendis in Christo patribus Fratri Thomae episcopo Tiatirae, ac universis et singulis episcopis catholicis praesentes litteras inspecturis Iohannes Dei et Apostolicae sedis gratia episcopus Taurinensis salutem in Domino. Certis rationibus et de causis
B praepediti, de probitate vestra plenius confidentes, vobis et cuilibet vestrum, quatenus claustrum ordinis et conventus Fratrum Minorum de Secusia pollutum propter mortem quondam Fratris Petri Ruffiae bonae memoriae inquisitoris haereticae pravitatis consecrare et reconciliare possitis, vices nostras in hac parte committimus per praesentes, in cuius rei testimonium praesentes fieri fecimus, et sigilli nostri munimine roborari. Datum Secusiae die nona mensis maii millesimo trecentesimo sexagesimo quinto [4]. Praecipiendo enim mihi notario infrascripto de praedictis tot quot fuerint opportuna fieri per me notarium infrascriptum publica instrumenta dictanda. corrigenda, reficienda, et emendanda toties quoties opus fuerit ad consilium et dictamen unius vel plurium peritorum. Ego autem Luquinus Bermondi de Ialiono, Imperiali auctoritate notarius publicus, praedictis omnibus praesens fui, et hanc cartam rogatus scripsi, et signo meo consueto signavi.

Descriptum ex archetypo, quod in Tabulario RR. Fratrum Minorum Conventualium Secusiae asservatur (1), et ex quo exemplum hoc cum illo
C collatum convenire comperi, ideo hic me subscripsi in fidem etc.

Manualmente sottoscritto : Anastasius Curlandus Tabularii Regiae Curiae Rationalis Procustos.

Per copia conforma a quella autentica, come sovra esistente in questi Archivi spedita a richiesta del Signor F. G. Tom. Tosa de' Predicatori Professore di Teologia nella R. Università di Torino il 20 luglio 1853.

V. Regio Vice intendente generale Poccardi.

Il Segretario capo della Divisione degli Archivi delle Finanze Gio. Demarchi.

Luogo ✝ Sigillo [5].

Auctore F. V. O.

5. *Immo et ipse dies, quo B. Petrus mactatus est, sat clare indicatur a Gregorio papa XI, qui litteris die 20 martii 1375 datis Amedeum VI, Sabaudiae comitem, hortatur ut in sceleratos viros,* infectos labe haereticae pravitatis, *animadvertat, qui duos fidei censores* immaniter trucidarunt. *Et prioris, nempe B. Antonii Pavoni, O. P., enarrato casu, ita pergit :* Nec omittimus quod, sicut habet fide digna relatio nobis facta et dicitur esse notorium, non sunt longa tempora quod in claustro loci Fratrum Praedicatorum terrae tuae Secusiae dictae dioecesis in die Purificationis B. Mariae Virginis, de quodam alio inquisitore simile fuit sacrilegium perpetratum (2). *Manifestum in hanc sententiam errorem irrepsisse, dum scriba posuit* Praedicatorum *loco* Minorum, *iam carpsit Fidei subpromotor, his rationibus ductus quod nullum umquam Segusii exstitisset coenobium FF. Praedicatorum, contra vero ab ordinis initio aedes S. Francisci ibidem floruissent et quod praeter Petrum de Ruffia nullus alius Segusii fidei Inquisitor interemptus esset* (3). *Neque insolita videbitur fama falso sparsa Avenione, unde illae litterae missae sunt, alumnum familiae Praedicatorum, Segusii,* E
ubi adimplendo suo officio operam navabat, in aliqua sui ordinis domo concidisse.

Occubuit di 2 februarii 1365.

6. *Quae tuendae adversus haereticos catholicae religionis munia iam ab anno 1351 fuisse beato Petro concredita testatur publicum instrumentum, quod fol. 45 exhibet quidam archiepiscopalis Taurinensis Tabularii authenticus codex, vulgo* Protocole *nuncupatus, et in tegiminis dorso instructus numero 8 atque anno 1351 : qui annus initio ipsius documenti iteratus est. Notandum est insuper documentum esse imperfectum, quippe cui integre exarando aliquot vacuae paginae ibidem ab episcopali notario relictae fuerunt. Ita autem inchoat fragmentum :* Carta fratris Petri Ruffie inquisitoris heretice pravitatis, et Nobilium Thomagnii et Iacobi filii quondam Domini Aymoneti, ex Dominis Lucerne.

iam ab anno 1351 Inquisitoris munere perfunctus.

Die nona mensis Madij. Taurini in episcopali palacio praesentibus dominis Reverendo in Christo Patre domino Thoma, Dei et apostolica sedis gratia, episcopo Taurinensi (4), Folchino Bersatore Praeposito Taurinensi, Iacobo Marchoando Preposito Montiscalerij, Anthonio Nassaporis archidiacono Taurinensi, et Iohanne de F
Ruviglasco archipresbytero ipsius loci Taurini tes. etc., vocatis et rogatis... (5). *Reliqua desunt. Et quoniam eadem insignitus dignitate beatus noster perhibetur in testamento quo quaedam Domina Leonetta die 10 iulii 1361* instituit sibi heredem universalem conventum Fratrum Praedicatorum Taurin... et ordinavit quod sui executores dictorum suorum testamentorum sint et esse debeant Frater Petrus Rophia inquisitor haereticae pravitatis (6) *et alii ibidem nominati, iure existimandus est venerabilis Dei servus periculosum hoc onus usque ad mortem sustinuisse* (7).

[3] Ruffia T. — [4] MCCCLXV T. — [5] (Descriptum - Sigillo) *om.* R.

(1) In *Vita del B. Pietro Cambiano*, compilata da Carlo Marco ARNAUD, quae exstat in t. I et unico (Torino, 1792) in continuazione dell' opera del GALLIZIA, *Atti de' Sancti Beati e venerabili nel dominio della reale casa di Savoia*, edita est quoque eiusdem documenti particula, cuius membraneum archetypum monet scriptor conservari penes patres Franciscanos Segusini coenobii (p. 223-25).— (2) RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici*, ad an. 1375, num. XXVI. — (3) *Informatio super dubio an constet de cultu*, p. 3. — (14) Thomas de Sabaudia, canonicus Aurelianensis, exstitit episcopus Taurinensis ab an. 1348 ad annum 1362. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, t. I, p. 501. — (5) *Summarium super dubio*, p. 3-4. — (6) Integrum testamentum editum est a TURLETTI, op. c., t. III, p. 29-31, nota 2. — (7) Sunt qui etiam afferant mandatum a Iacobo Achaiae principe anno 1354 datum, instante Petro de Ruffia, generali Pedemontis inquisitore. Ita ROBENGO, lib. cit., p. 17 et ARNAUD, lib. cit., p. 217-18 et p. 228, nota 3. Sed TURLETTI, l. c., p. 26-27, facile monstravit hos auctores in nomine errasse, cum vera lectio esset *Fratris Ruffini de Gentilibus.*

AUCTORE F. V. O.

Martyris fama brevi percrebuit.

7. *Igitur ex hactenus collectis perpensisque compertum habemus Petrum Cambiano de Ruffia, ordinis Praedicatorum alumnum, catholicae fidei iam ab anno 1351 inquisitorem, die 2 februarii 1365 Segusii, infestantibus vicinas valles haereticis Valdensibus* (1), *fuisse necatum. Cuius martyrii fama ita crevit ut S. Vincentius Ferrerius in litteras, quas die 17 decembris 1403 ad generalem ordinis sui Magistrum misit, mentionem iniceret* de haereticis vallis Lantii, alias Quini, ad quam olim confugerunt interfectores B. Petri Martyris (2), *tamquam de re notissima.*

Biographorum inopia;

8. *His quidem vetustioribus, quae de B. Petro Cambiano accumulari queunt, testimoniis evolvendis incubuere quiqui eius Vitam contexere attentarunt. Rem prorsus vacuam, sterilem, naevis vitiisque respersam enisi sunt. Ita peccaverunt, praeter Turletti et Arnaud, supra nominatos, nonnulli auctores Calendariorum, Menologiorum, Diariorum, Annalium ecclesiasticorum Sabaudiae et Pedemontis, et aliorum id genus operum ; quos singillatim recensere supervacaneum esse duxi. Coniecturis coniecturas astruendo praefatus Turletti stabilire conatus est beatum nostrum anno* B *1320 natum esse ex Petrino Cambiano eiusque* D *coniuge, quae fuit unica Frederici I, marchionis Salutiensis filia, et ordini S. Dominici anno circiter 1336 ascriptum* (3). *Nihil ad posterorum notitiam emanavit de religiosa illius vita, quem, teste Ludovico a Paramo, Nicolaus Eymericus O. P., scriptor suppar († 1399) et de sacra inquisitione apprime doctus* (4) inter septem insigniores fidei inquisitores... sermo 2 S. Petri martyris commemorat (5). *At memoria eius, cruenta morte sacra, non solum supervixit, sed etiam piis vulgi obsequiis perpetuo honorata est; nulliusque negotii fuit aequipollentem eius, ut aiunt, beatificationem ad felicem exitum perducere* (6). *Hodie Augustae Taurinorum, in ecclesia S. Dominici, ad sinistrum altaris S. Mariae Gratiarum cornu, conspicitur depicta beati nostri effigies, sub qua in loculo recondita sunt eius ossa, hac inscriptione signata :* Rel. corporis B. Petri M. O. P. *Die autem 7 novembris festum eius mediocri coli apparatu nobis rettulerunt religiosi viri qui custodiendo huic thesauro praepositi sunt* (7). E

cultus certus, sed moderatus

(1) Difficile dictu est undenam Valdenses Pedemontani originem duxerint. Probabilius cum H. Haupt (*Neue Beiträge zur Geschichte des mittelalterlichen Waldenserthums*, HISTORISCHE ZEITSCHRIFT, t. LXI, p. 57-61) opinamur illos ad ramum italicum pertinere. Cf. nihilominus S. BERGER, *Revue historique*, t. XXXVI, p, 416-17. — (2) A. TEOLI, *Vita di S. Vincenzo Ferrerio* (Venezia, 1736), p. 519. — (3) Op. c., t. III, p. 12-16. — (4) QUÉTIF et ECHARD, *Scriptores ordinis Praedicatorum*, t. I, p. 709. — (5) LUDOVICUS A PARAMO, *De origine et progressu officii Sanctae Inquisitionis*, lib. II, tit. 2, cap. 23 (Matriti, 1598), p. 246. — (6) *Informatio super dubio...*, p. 1-14. — (7) In novissimo libro affabre confecto *La Chiesa di S. Domenico in Torino*, illustrata da F. RONDOLINO, R. BRAYDA (Torino, 1909), p. 74-75, nihil novi de ecclesiastico B. Petri cultu reclusum est.

DE BEATO BERNARDINO A FOSSA

ANNO 1503

ORDINIS FRATRUM MINORUM

F. V. O.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Bernardinum Fossanum sanctimonia et animarum studio insignem

1. *Inter primores Fratrum Minorum, qui saeculo XV sanctorum Bernardini Senensis et Iohannis de Capistrano vestigiis inhaeserunt, virtutis constantia et laboribus pro catholica fide eorumque religiosa familia strenue exantlatis eminet beatus Bernardinus Aquilanus, a Fossa nuncupatus, quippe qui in hoc oppidulo, quattuor circiter lapidibus miliariis ab ipsa Aquila Aprutina distante, parentibus pietate et genere conspicuis natus est. Obiit autem in conventu Sancti Iuliani prope Aquilam, die 27 novembris 1503, magnum 83 annorum spatium emensus.*

§ I. De eius cultu publico et actorum praecipuis fontibus.

ilico post mortem publica veneratio prosecuta est.

2. *Continuo post mortem miraculis clarus publica veneratione coli coeptus est.* Cuius beatum corpus non longe post, nempe kalen. decembriis 1515, tertia sequentis diei nocte furtim a quodam Patre sublatum ad D. Angeli, intra Fossam et Ocram, coenobium proximo diei dominico delatum est, atque proximiori die ab eodem illa beata ossa lota sunt. Anno vero subsequenti pridie kalen. maii 1516, in Ascensionis vigilia, hora vesperarum intus sacrum altare maius in lapidea arcula pie ac honorifice condita hucusque clauduntur. Supra cuius altaris dexteram erecta F tabula tum beati viri effigiem, tum miracula ipsa indicat. *Haec publici iuris faciebat Antonius Amicius, Bernardini ex fratre atnepos, sicut seipsum designat, anno 1572* (1). *Creverunt interim atque multiplicata sunt solita popularis ecclesiasticaeque observantiae pignora, Bernardini nempe imagines pictae et radiis caput redimitae, altaria in eius honorem Ocrae, Fossae et Aquilae erecta, coram sacris eius exuviis expositae tabellae votivae bene multae lampadesque accensae. Immo consuetudo invaluit* ut, si necessitas urgeat vel pluviae vel serenitatis petendae, publicae fiant sacro instructo agmine ad beati tumulum processiones, supplicationes, oblationes (2). *Qui popularis religionis apparatus tam uberibus firmisque testimoniis iudicibus ad id probandum delegatis commonstratus est, ut causa ad felicem exitum paucis annis (1823-1828) sit deducta. Die videlicet 26 martii 1828 Leo PP. XII* declaravit causam praedictam versari inter casus exceptos a laudatis Urbani VIII decretis, *permisitque de B. Bernardino*

(1) Cf. infra B. Bernardini Vita, p. 703, n. 10. — (2) Processus S. Rituum Congr. Causa Aquilana concessionis et approbationis officii et missae (Romae, 1828), p. 10.

nardino

A *nardino officium et missam celebrari, eiusque festum diei 7 novembris affixit. Quo die illius praeconium in martyrologio franciscano inscriptum est.*

Ad illius notitiam potissimum confert

3. *Et haec de cultu a seraphico S. Francisci Assisiensis ordine et ab Aprutinis incolis B. Bernardino Fossano praestito satis dicta sunto. Fontes autem, e quibus acta eius erui et dilucidari queunt, etsi non adeo abundant, sua tamen bonitate numerum supplent. 1) Imprimis laudanda veniunt ipsius* B. Bernardini Aquilani Chronica Fratrum Minorum observantiae, *quae ante aliquot annos ex codice autographo primum edidit Fr. Leonardus Lemmens O. F. M.* (1). *Codex chartaceus, quo haec continentur, ad bibliothecam nationalem Neapolitanam pertinet, ubi signatus nunc est VIII, C, 12, retenta simul antiquiore designatione XI, 10, 16, C; neque alterum hactenus istius operis exemplar inventum est. Quod* κειμήλιον, *licet ab editore accurate sit inspectum, pro rei tamen gravitate attentius et nos domi examinare cordi habebamus. Voto nostro, qua est humanitate, Emigdius Martini, clarissimus illius bibliothecae praefectus, liberaliter indulsit; quod gratissimo animo palam agnoscere mihi volupe est.*

Chronicon ordinis,

B

quod beatus a se conscriptum profitetur

4. *Porro folia viginti, praeter liminaria quattuor vacua, quibus codex ille constat, formae* $0^m,206 \times 0,143$, *bipartitis paginis densissima atque exigua scriptura exarata, assibus fusco corio affabre coopertis iam olim compacta erant; quibus adhuc adhaerent fragmenta binarum clavicularum et, latere anteriore, lamellae ferreae tribus clavis fixae. Lacerum autem dorsum oblonga pergamena neglegenter refectum est; cui inscriptus erat libri titulus, adeo tritus ut vix adhuc legi queat vox* Cronica. *Interius autem involucrum talem prae se fert laxitatis speciem ut maior chartarum numerus olim constringi debuerit. Liber quidem nullum auctoris nomen exhibet; sed eum qui vel festinanter percurrerit, facili negotio deprehendet nulli nisi beato nostro posse attribui. Argumento sit locus chronici :* Vitam vero beati Philippi de Aquila notavi tantum in sermone vulgari (2). *Exstat autem italice scripta* Vita del venerabile P. Fr. Filippo dell' Aquila, *cuius auctor bis seipsum ita prodit :* Tutte queste cose a me frate Bernardino Aquilano, vicario della provincia di Santo Bernardino, narrò il predetto frate Francesco di Rieti. *Et infra :* Tutte queste cose narrò la preditta Sciola, presente frate Marco dell' Aquila guardiano del loco di Santo Nicola, e me frate Bernardino Aquilano, il quale queste cose scrissi (3). *Pariter, in Chronico, cap. VII, legitur :* Propter plurima, de quibus scripsi latius in CENTURIONE, in sermone de confessore (4). *Iam vero contionum collectio, cui titulus est* CENTURIO, *a B. Bernardino Aquilano exacta est, uti apud omnes in confesso est et inferius monstrabitur* (5).

tum in aliis locis,

C

tum in ipso Chronico.

5. *Sed idem potissimum manifestatur in Chronici cap. XXIX, ubi auctor monet se fuisse Bosnae et Dalmatiae provinciae vicarium praepositum :* Tabula legitur, in qua inter alia dicitur : " Frater Bernardinus de Aquila, vicarius provinciae Bosnae et Dalmatiae. " Quod cum audissem, in magna fui tribulatione constitutus (6). *Addatur, si placet, auctoritas ordinis S. Francisci scriptorum, qui hunc librum in usus suos converterunt. Quorum praecipuus, Marianus Florentinus, cuius ponderosum opus,* Fasciculus chronicorum, *hodie nos latet, ita ab Haroldo in Vita B. Alberti Sarthianensis in medium profertur : " B. Bernardinus Fossensis, alias Aquilanus, in suis Chronicis apud Marianum Florentinum, tom. V, cap. 17, fol. 85, col. 4 :* Erat frater Albertus peritissimus homo et potentissimus in theologia, singularissimus praedicator, et in suis praedicationibus acceptissimus. Erat etiam utique bonae conscientiae, ita ut Mediolani dicitur beatus Albertus, eo quod post mortem miraculis claruit (7) ". *Quod elogium ex beati nostri opusculo decerptum est* (8). *Recenset quoque Marcus Ulyssiponensis, initio tertiae partis suorum Chronicorum inter " autores de donde fue collegida esta tercera parte " ... : Fray Bernardino de Fossa, que compuso un libro de chronicas de la observancia "* (9).

Id quoque aliunde constat.

E

Chronici exemplar autographum,

6. *Nec minus exploratum est superstitem illius chronici codicem ipsiusmet Bernardini manu fuisse exaratum. Ex manuscripto olim cardinalis Bessarionis, nunc bibliothecae Venetae Sancti Marci Z. L. CXLIII, quod varia beati nostri Aquilani opera complectitur* (10), *R. P. Lemmens folium 279 phototypice, ut aiunt, excepit, his verbis desinens :* Ego frater Bernardinus Aquilanus de Fossa ordinis Minorum complevi scribere hanc tabulam manu propria et festinanter in loco Sancti Andree prope civitatem Theatinam in vigilia sancti Francisci, quando terribiliter nigebat, anno Domini 1462° (11). *Iam vero si quis huiusce folii et cuiuscumque folii codicis Neapolitani ductus litterarum, multimodas contractionum notas, spissam atque minutissimam, licet aequabilem, scripturam inter se contulerit, protinus decernet utrumque documentum eadem prorsus manu scriptum.*

accuratissime exactum,

F

7. *Quae cum ita sint, autographum codicem iuvat diligentius considerare. In prima utriusque quaternionis, unde conflatus est, pagina legitur vox* Yhesus, *margini superiori inscripta. Prologi lemma clausulaque rubricata sunt; non ita argumentum singulis capitibus praefixum. Continuo primae capitis litterae pingendae vacat spatiolum; quae littera minuscula in margine notata est. Multa verba tractu calami obducta et alia in contextu sententiarum omissa atque in marginibus eadem manu suppleta indicant quanta cum cura auctor suum opus recognoverit. Insuper altera manus notulis nullius momenti et signo manum indicem repraesentante margines respersit.*

(1) Romae, typis Sallustianis, 1902, in-8°, XXXIX-132 pp. P. 13-26, appendicis instar, iterum excusa sunt *Provinciae D. Bernardini coenobia et Vitae quorundam Patrum, beato Bernardino Aquilanae Fossae authore*, quae olim vulgavit Antonius Amicius. Hunc libellum vide infra p. 693, num. V inter B. Bernardini opera recensitum. — (2) *Chronica*, cap. VI, p. 21. — (3) Ed. Fr. UGONE DA PESCOCOSTANZO (Romae, 1870), pp. 81 et 84. — (4) *Chronica*, p. 26. — (5) P. 693, num. IX. — (6) *Chronica*, p. 97. — (7) *Beati Alberti a Sarthiano opera omnia*, ed. Fr. Haroldus (Romae, 1688), p. 87. — (8) *Chronica*, cap. IX, p. 30. — (9) Operis Marci ab Ulyssipone lusitana lingua concinnati sola nobis praesto fuit editio hispanica (Lisboa, 1615). Waddingus (*Annales*, ad an. 1455, n. LIV), ubi de pace cum Conventualibus ineunda, inter familiae oratores adducit quidem " Bernardinum de Fossa Aquilanum provinciae S. Bernardini vicarium, *huius historiae scriptorem* "; sed liquet *huius historiae* notitiam ab ipso haustam dumtaxat esse e Mariani Florentini scriptis. Non ita Pater Augustinus a Stroncone O. F. M., qui opus *L'Umbria serafica, overo Chronica della provincia del N. S. P. Francesco* circa annum 1680 compilavit (*Miscellanea francescana*, t. I, p. 26-27). Compertum est enim ipsi usui fuisse Bernardini Aquilani Chronicon (ibid., t. V, passim). — (10) I. VALENTINELLI, *Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum*, Codices mss. latini, t. II, p. 156. Cf. infra, p. 893, num. X. — (11) *Chronica*, p. XXIV.

AUCTORE F. V. O.

res gravissimas continet;

8. *Pretiosum procul dubio codicem res in ipso contentae adhuc magis commendant. Auctor enim, probissimus aeque ac sincerus, origines atque fata enarrare intendit* Fratrum Minorum de observantia nuncupatorum, *qui semet a fratribus Conventualibus separaverunt, donec a Leone X, anno 1517, absoluta scissio sollemniter confirmata est* (1). *Post humilia et pacifica familiae initia, quae beatus Bernardinus a B. Paulutio de Fulgineo seu de Trincis iure merito repetit, exorta sunt paulatim et posteriore saeculi XV parte saevierunt fratricida iurgia, tumultus, scandala sub titulo pristinae unionis atque regiminis instaurandorum. Acriter et vafre ab utrisque castris cum summis pontificibus pugnatum est, quos sibi singuli blanditiis aut minis devincire satagebant. Tempus* opimum casibus, atrox praeliis, discors seditionibus, ipsa etiam pace saevum (2), *quod strenuum actorem nec minus fidelem narratorem in B. Bernardino Aquilano nactum est.* Non tamen adeo virtutum sterile saeculum, ut non et bona exempla prodiderit (3). *Haec pari studio atque alacritate evulgavit vir* B *decoris ordinis sui promovendi curiosissimus. Plura sane ignoravit, et in his quae suo aevo anteriora erant aliquando erravit. Sed eventus, quorum pars aliqua fuit, testis ingenio acutus memoriaeque tenax tanto candore atque integritate exposuit ut ex eius narratione pleraque regesta, quae inferius secundum annorum seriem de vita eius promentur, securus exceperim. Immo maiorem Chronici partem, cum scriptoris indolem quasi in speculo exprimat conducatque ad eius gesta rectius intellegenda, praeterquam quod ultimis capitibus, nempe* XXIX-XXXII, *perhibet quid ab ipso, tamquam Bosnae et Dalmatiae vicario, actitatum sit, censuimus lectorum oculis subiciendam, scilicet cap.* X, *et cap.* XIV *usque ad finem, omissis capitibus* XXIII *et* XXIV.

sed mutilum est, vel probabilius absolutum non fuit.

9. *Ast liber mutilus vel infectus ad nos pervenit sistitque mediis in rebus anni 1469. Quod valde dolendum est, cum Bernardinus 34 adhuc annos supervixerit, quibus quid egerit ubive incoluerit ex aliis fontibus ferme penitus ignoramus. Fueritne umquam codex ab ipso auctore ad finem perductus, anceps haereo. Nam dum ultimo prioris quaternionis folio verso in margine scripsit verba* C et notandum (*cap.* XIX, *circa finem*), *quibus incipit prima alterius quaternionis linea, uti mos erat omnium librariorum, mirandum est quod ultimo huiusce fasciculi folio nulla vox infra in margine exarata sit, quae insequentis fasciculi, si quis fuerit, principium designet. Insuper sedulo animadvertendum est priorem fasciculum duodecim foliis constare, octo dumtaxat alterum. Videtur igitur auctor autumasse fore ut octo chartae perficiendo operi suppeterent. Hinc conicere licet ipsum in animo habuisse non adeo ultra annum 1469 eventuum narrationem protrahere. Iam vero calamum sumpsit et quidem, quod mox demonstrabitur, non ante annum 1480, ut* quae divina bonitas operata fuit in hac familia, memoriae commendarentur (4). *Hoc autem caeleste praesidium familia potissimum experta est quamdiu ad excutiendum Conventualium iugum contendit. Quod, regnante Pio II pontifice maximo (1458-1464), remotum est.* D Nam ex illo tempore cum Conventualibus familia in pace quievit (5). *Postquam vero diffuse descripsit quomodo se in Bosna et Dalmatia vicariatus sui triennio gessisset, si quis annales Fratrum Minorum exeuntis saeculi XV percurrerit, facile percipiet nihil memorabile quod ad peculiarem Observantium cismontanorum historiam attinet menti auctoris obversatum esse ac proinde materiam quam ipse sumere statuit, fuisse anno 1470 circumscriptam. Immo, si res posterioris aetatis amplecti intendisset, qui fit ut qui de S. Bernardino Senensi, sibi praedilecto patre, sermonem in suo Chronico abunde miscuit, silentio prorsus praetermiserit celebrem eius exuviarum in nobile templum Aquilae ipsi dicatum translationem, quae* facta est totius provinciae Aprutii maxima cum gratulatione, et exterorum qui aderant summa exsultatione, et totius cleri ac fratrum magno conventu anno Domini 1472, sedente Sixto quarto pontifice maximo (6)? *Haec a me proposita nemo tamquam certa, sed tantum ut probabiliora existimet.*

Librum circa 1480 fuisse concinnatum

10. *Forsitan strictius definiri potest quonam tempore manum exsequendo operi admoverit. Passim quaedam obiter dicta occurrunt, e quibus rite deducitur Chronicon anno circiter 1480 concinnatum esse. Scripsit quidem postquam die 28 novembris 1476 Iacobus de Marchia occubuerat. Nam is* in vita sua, *ait,* multis miraculis claruit et post mortem in loco Sanctae Mariae Novae, ubi requiescit corpus eius, in civitate Neapolis, clarere dicitur (7). *Scripsit autem tempore fratris Gabrielis de Verona,* qui nunc sanctae Romanae ecclesiae reverendissimus cardinalis exsistit (8), *nempe a die 10 decembris 1477* (9). *Cum vero hic cardinalis die 27 septembris 1486 defunctus sit, liquet iam ante hunc annum fuisse a Bernardino pensum absolutum. Sed nondum illud compleverat, quando e vivis excessit die 2 aprilis 1479* reverendissimus bonae memoriae dominus Bernardus de Narnia sanctae Romanae ecclesiae cardinalis Spoletanus dictus (10).

facile demonstratur.

11. *Iam vero capite V historiam provinciae S. Bernardini, cui chronista aggregatus erat, summis labiis delibatam ita concludit* : Postea fratres loca in aliis civitatibus aedificarunt et, Domino duce, facta est hactenus provincia valde F commoda tam vitae spirituali quam corporali 17 loca tenens (11). *Horum quidem locorum 15 anno 1464 iam exstabant, ut ipse Bernardinus in suo opusculo* Provinciae D. Bernardini coenobia *diserte asserit* (12). *Cuius elenchum, inverso paululum ordine traditoque insuper anno quo singula coenobia condita sunt, iterum exhibuit Franciscus Gonzaga* (13), *diligentissimus rerum sui ordinis indagator, qui egregium opus suum exegit dum Ministri generalis totius ordinis munere fungebatur* (*1579-1587*). *Additque duo coenobia quae anno 1470 aedificata sunt; et ita locorum numerum, nempe 17, a nostro beato in suo chronico notatum, attingit. Duodevicesimus autem fuit conventus Sancti Angeli prope Ocram, cuius Bernardinus nullam in praefato libello mentionem facit, sed exordia enarrat in alia opella*

(1) H. HOLZAPFEL, O. F. M. *Manuale historiae ordinis Fratrum Minorum* (Friburgi i. Br., 1909), p. 136-37. — (2) C. TACITUS, *Hist.*, l. I, n. 2. — (3) Ibid., n. 3. — (4) Prologus Chronici. — (5) *Chronica*, cap. XXVIII, p. 94. — (6) Vita, auctore Ludovico Vicentino, *Act. SS.*, Maii t. V, p. 272*. — (7) *Chronica*, cap. VI, p. 21. — (8) Ibid., cap. XXVII, p. 92. — (9) EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, t. II, p. 19. — (10) *Chronica*, cap. XVIII, p. 62. — (11) Ibid., p. 16. — (12) Ant. AMICIUS, post *Funerale*, fol. 63r; L. LEMMENS, op. c., p. 115. — (13) *De origine seraphicae religionis franciscanae*, secunda pars (Romae, 1587), p. 409-15.

sua

A *sua* (1). *Hunc anno 1480 fratres observantes, ab ipso deducti, instaurare coeperunt et anno 1481 ingressi sunt. Undevicesimus autem conventus, qui anno 1490 erectus est, nequit in quaestionem vocari, quoniam modo ostendimus Chronicon ante annum 1486 profecto fuisse conscriptum. Restat igitur ut elucubrando operi annus 1480 tamquam novissimus terminus assignetur.*

Praeterea Bernardini vitam enarrarunt Marcus Ulyssiponensis

12. *Quibus mature pro rei gravitate consideratis, enumeranda sunt alia vitae B. Bernardini describendae subsidia; his non ita immorabimur. Igitur 2) secundo loco, si temporis seriem servamus, prodit Marcus Ulyssiponensis, qui brevem actorum eius epitomen suis chronicis inseruit* (2), *recitato in margine suo vade, nempe* Mariano-Memoriales. *Hic est Marianus ille Florentinus († 1523), qui inter eos qui historiae minoriticae monumenta collegerunt facile principem locum obtinet; quem Waddingus profitetur sibi* magno fuisse adiumento Annalibus scribendis (3). *De B. Bernardino Aquilano, quamvis eius chronicon manibus versaverit* (4), *parce scripsisse videtur. Id saltem innuit* B *compendium a Marco Ulyssiponensi traditum. Multus est scriptor in praedicandis illius virtutibus; quae laus cum ingenua chronici narratione plane consonat. Quaedam vero ibidem asseverantur, quae mox expediet paululum explanare.*

et Antonius Amicius,

13. *3) Vita B. Bernardini Aquilani, quam Antonius Amicius, eius atnepos, iuris utriusque consultus, prooemii instar manipulo contionum sui consanguinei, cui titulus est* Funerale *et de quo sermo recurret, anno 1572 praemisit. Lubet autem ex praefatiuncula Philippo Mocenico Veneto, Cypri archiepiscopo, dicata haec pauca quae de se editor promit, decerpere:* Neapolim, urbem nobilissimam, ut ibi legum facultati operam navarem, quae nonnisi permagno labore comparantur, me contuli : ubi, cum illis me per lustrum fere integrum tradidissem, iureconsulti tandem insignibus decoratus in patriam redii. Cumque postmodum mecum ipse saepissime repeterem, quod Bernardinus ordinis Minorum observantium, meus spectatus atpatruus, propter quod et ipse legibus multos per annos iuvenis Perusiae studuerit, aliquid non scripsisse non poterat, D. Angeli, — quod Minorum observantium est coenobium, per C lapidem fere distans a Fossa patria mea prope Aquilam Aprutii urbem non ignobilem sita, — bibliothecam perquirere institui : ubi tandem hoc patrui mei *Funerale* nuncupatum opusculum, *Admonitiones* ac *Peregrinum* adinveni, ut postmodum etiam factum sit, quod aliorum provinciae D. Bernardini coenobiorum sedulo ac laboriose, nullisque impendiis parcendo, perquirens bibliothecas, plerosque, nec hos quidem integros (quod saepe defleo) eiusdem authoris nactus fuerim libros; plerosque, inquam, cum eiusdem *Quodlibet* ac *Quadragesimale* a me maxime exoptata opera nullibi hucusque invenire potuerim. *Idque eo aegrius fert in altera praefatione, quod libri* prae ceteris sunt Quodlibet ac Quadragesimale ab authore ipso aliis in libris saepe saepius relati (5); *additque se* B. Philippi Aquilani quoque Vitam, ab D eodem patruo meo copiose descriptam, integram, non absque animi mei maestitia, in manibus non habere (6).

interdum Marianum Florentinum secutus

14. *Hinc opinari fas est quanta sollicitudine B. Bernardini Vitam elaboraverit. Aliqua ex Mariano Florentino mutuatus esse videtur; quae suo loco indicabimus. Pauca cum aliorum dictis, quae conferri queunt, affatim concordant. Admirationem tantum movet quod quo Bernardinus anno natus sit tacuit, quoque anno* senectute penitus confectus *obierit mendose tradidit. Quoddam tamen B. Vincentii Aquilani effatum adducit, ex quo sponte fluit Bernardinum nostrum ante diem 7 augusti 1504 esse demortuum* (7), *licet ipse auctor annum quo Vincentius vita functus est ignoraverit. Sed de his mox iterum agetur.*

et a reliquis biographis expilatus.

15. *Porro hanc Amicii Vitam posteriores biographi omnes adhibuerunt. Inde Petrus Rodulphius Tossinianensis summarium extraxit, cui praefulget* B. Bernardini Aquilani a Fossa effigies, quemadmodum Christus Iesus ei in peregrini forma apparuerit, qualis extat in loco S. Angeli E prope Fossam (8). *Notatque in margine :* Testatur ipse [*beatus noster*] in libello spicarum, quod nomen Bernardini fuit impositum a B. Iacobo de Marchia, et quod ab ipso B. Iacobo suscepit habitum, dum Perusiae sacras ad populum conciones haberet; et latius Antonius Amicius in eius Vita (9). *Qualis autem fuerit* libellus spicarum *nemo hactenus resciscere potuit. Utique B. Bernardini chronico non est assimilandus, quippe quod nomen a B. Iacobo de Marchia illi impositum nullatenus edoceat. Postea eiusdem Amicii Vitam, miracula ac corporis translationem Lucas Waddingus, nonnullis resectis, compilavit* (10), *prout ipse fatetur:* Eius vitam, ab Antonio Amico eius consanguineo scriptam, hic maiori ex parte exhibeo, *additque :* Eius vitam breviter scripserunt Marcus Ulyssiponensis, Petrus Rodulphus, *e quibus pauca etiam detorsit. Pariter V. Greiderer, in sua* Germania franciscana *Amicii libellum magnam partem exscripsit* (11) *ac fecundi Bernardini ingenii monumenta, Waddingi catalogo* (12) *contenta, recensuit* (13). *Inter novissimos autem biographos praestat Hugo a Pescocostanzo, qui non solum Amicii opusculo abunde usus est,* F *sed et Bernardini litterariam supellectilem minutius descripsit ac, licet quandoque bonus dormitet Homerus, quaedam non spernenda ex libris codicibusque superstitibus feliciter eruit* (14). *Tandem R. P. Leonardus Lemmens O. F. M., in sua ad* B. Bernardini Aquilani chronica *prolusione opellam A. Amicii, amputato fine, iterum excudit* (15).

§ II. Graviora vitae B. Bernardini tempora examinantur.

Iure retineri potest Bernardinum an. 1503 obiisse,

16. *Nobis satius visum est integrum documentum, secundum rarissimam 1572 editionem* (16) *pro more nostro evulgare. Sed primum interest*

(1) Videsis infra Regestum, s. a. 1480. — (2) *Tercera parte de las chronicas*, lib. VII, cap. xxxviii, fol. 205v-206. Prodiit lingua lusitana et castellana anno 1570. — (3) Waddingus, *Scriptores ordinis Minorum* (Romae, 1806), p. 170. Cf. de Mariano Sbaralea, *Supplementum ad scriptores trium ordinum S. Francisci* (Romae, 1806), p. 518; P. Sabatier, *Fr. Francisci Bartholi de Assisio Tractatus de Indulgentia S. Mariae de Portiuncula*, p. 137 sqq.; et *Anal. Boll.*, t. XXI, p. 379-80. — (4) Supra, p. 687, num. 5. — (5) *Funerale*, f. 63. — (6) Ibid., f. 61v. — (7) Vita, num. 9, annot. 18. — (8) *Historiarum seraphicae religionis libri tres* (Venetiis, 1586), fol. 91v. — (9) Num. 3. — (10) *Annales Minorum*, t. XV, ad an. 1503, n. xvi-xxi. — (11) Tom. I, lib. II, nn. 408-12, p. 222-25 (Oeniponte, 1777). — (12) *Script. ord. Min.*, s. v. Bernardinus Aquilanus. — (13) L. c., n. 446, p. 237. — (14) *Vita del B. Bernardino da Fossa* (Napoli, 1872), xii-138 pp. — (15) P. xii-xix. — (16) Amicii narrationem, italice translatam et paululum contractam, neglecto auctoris nomine, edidit Paolo Regio, *La vita del B. Iacopo della Marchia* (Napoli, 1589), p. 165-71.

praecipua

AUCTORE F. V. O.

praecipua variae Bernardini aetatis momenta expendere atque ope documentorum, quae nobis suppetunt, eius vitae curriculum, praelucente temporis ordine, in regesta distribuere. Iam neglecto natali illius anno, de anno quo mortuus est ab Antonio Amicio prorsus dissentit Marcus Ulyssiponensis seu Marianus Florentinus. Dum is annum 1503 asserit, alter usque in annum 1515 obitum removet. Sic enim rem declarat : Adhuc virgo, senectute penitus confectus in D. Iuliani primo vetustissimoque minorum prope Aquilam coenobio suum spiritum Deo reddens sepultus est. Cuius beatum corpus non longe post, nempe kalen. decembriis 1515, tertia sequentis diei nocte, furtim a quodam patre sublatum ad D. Angeli intra Fossam et Ocram coenobium proximo die dominico delatum est, atque proximiori die ab eodem illa beata ossa lota sunt (1). *Ergo, secundum Ant. Amicium, corpus Bernardini, die 27 novembris 1515 exstincti,* tertia sequentis diei nocte, *a quodam fratre clam sublatum est. Quod eodem prorsus modo interpretatus est Paulus* B *Regio, qui Amicianam Vitam exscripsit : " Pieno „ d'anni ai XXVII di novembre l'anno della „ salute MDXV, passò à godere il suo sperato „ premio, nel convento di S. Giuliano vicino la „ città dell' Aquila, et ivi per allora, secondo il „ consueto di Santa Chiesa fù seppelito... Fù „ poscia tre giorni appresso, d'indi tolto quel beato „ corpo da un frate dell' ordine istesso et nella „ chiesa di S. Angiolo sita tra Fossa et Ocra „ trasportato „* (2). *Sed hic errorem sub Amicii calamo irrepsisse eo certius deprehendimus, quod ipse eodem loco commonet B. Vincentio Aquilano, qui die 7 augusti 1504 animam Deo exhalavit* (3), *morem fuisse B. Bernardinum Aquilanum iam defunctum invocare* (4). *Hinc nihil obstat quominus annum 1503 eius morti a Mariano Florentino affixum admittamus. Cuius opinioni adhaeserunt Petrus Rodulphius Tossinianensis* (5), *Waddingus* (6), *Amicianae narrationis haud ignarus, ceterique ex ordine Fratrum Minorum horum temporum scriptores.*

anno 1421 esse natum

17. *Immo si Petro Rodulphio, quem Waddingus secutus est, fides dari potest, Bernardinus Aquilanus annum inchoarat octogesimum tertium, quando e vivis excessit. Esset igitur natus* C *anno 1421. Quod cum variis aliunde suppeditatis argumentis apprime convenit. Nam, testante Ant. Amicio, Bernardinus* octavum supra decimum annum agens *deliberavit utrum superiora medicinae an iurisprudentiae studia aggrederetur. Iam vero, initio mensis septembris 1439,* ego eram, *inquit ipse,* Perusii studens (7). *Quod definitum tempus spectabat ad academicum annum 1438-39, qui medio mense septembri, sicut consuetudo in omnibus universitatibus tunc vigebat, desiturus erat. Sed anno 1438, dum Renatus, Siciliae rex, bellum adversus Alfonsum regem paraturus intra diem 14 augusti et 10 septembris Aquilam divertit, beatus noster narrat se contionibus, quas hisce diebus Bernardinus Senensis ibidem habuit, interfuisse* (8). *Additque :* eram enim tunc puer. *Quod de semet ipso nequaquam innuisset, si fere integer* D *annus ab inchoatis superioribus studiis iam elapsus esset. Eo igitur tempore Perusinos ludos nondum frequentabat. Restat ut istos adierit medio mense octobri eiusdem anni 1438, prout in illa universitate statutum erat,* ut ordinatim pro quolibet anno in prima dominica post festum S. Lucae, vel die ipso S. Lucae iuxta antiquissimam huius et omnium fere collegiorum consuetudinem cantetur missa devote de Spiritu sancto (9). *Atqui, si eo tempore annum duodevicesimum agebat, plane consequitur eum anno 1421 esse natum. Neque id infirmatur ex eo quod adhuc infans,* io fanciulletto, tenuto dal mio padre nelle sue braccia (10), *S. Iohannem Capistranum stupenda patrantem Aquilae contemplatus est. Nam hac civitate Capistranus circa mensem maium 1427 iter fecit* (11), *ut Romae fratrem Bernardinum Senensem, criminis haereseos, quod devotionem nominis Iesu propagaret, coram Martino V accusatum, contra infestos aemulos defenderet* (12). *Tunc quidem Bernardinus noster Fossanus puerulus erat sexennis.*

et ordini Minorum anno 1445 ascriptum.

18. *Iuris vero canonici disciplinas per quinque annos exercuisse Bernardinum etiam asseverat Marcus Ulyssiponensis, seu potius Marianus Florentinus. Quocum procul dubio consentire licet, cum ex illius ore accipiamus fratrem Iacobum de Marchia ei fuisse* patrem prae ceteris, quia ipse mihi habitum religionis dedit in civitate Perusii (13), *ubi tunc celeber contionator, secundum Ant. Amicium, stationem quadragesimalem agebat* (14). *Quod summo auditorum applausu mensibus martii et aprilis anni 1445 evenit* (15). *Ac proin iam anni quinque et dimidius effluxerant, posteaquam Bernardinus mense octobri 1438 Perusinam palaestram adierat. Statutis autem Academiae Perusinae consultum erat ut iuris canonici studia sexennio protraherentur :* Si quis privatum examen voluerit in iure canonico, tunc prius studuisse debet in iure canonico per sex annos, et repetisse unam decretalem in dicto studio, vel legisse sex lectiones in dicto studio in iure canonico (16).

Decem autem annis provinciae sum praefuit.

19. *Quod ad religiosae beati nostri vitae curriculum attinet, ea quae ad nos usque pervenerunt, parum negotii facessunt, et ab eius biographis plane exposita sunt. Solum discrepant inter se quot annis quibusve intervallis Sancti Bernardini provinciam tamquam vicarius gubernaverit. Exemplo sit e recentioribus Marcellinus Cervone de Lanciano, qui provincialis illius vicariatus annos 1456-1459, 1463-1466, 1475-1477 recenset* (17). *Illum autem decennium perdurasse opinatur Marcus Ulyssiponensis vel potius scriptor qui ei praeivit, Marianus Florentinus; sed quo sibi anni successerint ordine non definit. Sane anno 1454,* prima vice, *ut nostrimet beati verbis utar,* in loco Sancti Nicolai prope civitatem Sulmonis fui vicarius electus ad huius nostrae provinciae Sancti Bernardini regendam familiam (18). *Errat proinde Hugo a Pescocostanzo, qui primum beati Bernardini provincialis praefecturae triennium iam ad annum 1451 assi-*

(1) Vita, n. 10. — (2) *La Vita del B. Iacopo della Marcha* (Napoli, 1589), p. 170-71. — (3) *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 239-240. — (4) Vita, n. 9. — (5) Op. c., fol. 91ʳ. — (6) *Annales*, ad an. 1503. n. XVI. — (7) Cf. infra *Regesta*, s. a. 1439. — (8) Ibid., s. a. 1438. — (9) V. BINI, *Memorie istoriche della Perugina università degli studj*, t. I, p. 619. — (10) *Vita del ven. P. Fr. Filippo dell' Aquila*, p. 16. — (11) A. HERMANN, *Capistranus triumphans* (Coloniae, 1700), pp. 92, 273-74. — (12) Tota haec contentio subtiliter exposita est in *Vie inédite de S. Bernardin de Sienne*, ANAL. BOLL., t. XXV, p. 319-323. Cf. F. DONATI, *Notizie su S. Bernardino*, BULLETTINO SENESE DI STORIA PATRIA, t. I (1894), p. 57-58. — (13) *Chronica*, cap. VI, p. 21. — (14) Vita, auctore Amicio, n. 2 — (15) Ibid., annot. 8 et 9. — (16) Statuta anni 1407, apud BINI, Op. c., p. 625. — (17) *Compendio di storia de' Frati Minori nei tre Abruzzi* (Lanciano, 1893), p. 121-23. — (18) *Chronica*, cap. XVII, p. 56-57.

gnat

A *gnat* (1). *Huiusce autem temporis vicarius, teste ipso Bernardino,* erat frater Matthaeus de Narnia (2). *Expletis tribus annis 1454-1457, iterum fuisse B. Bernardinum electum vicarium patet ex eo quod anno 1458 capitulo generali Romae adfuit, ibique remansit, novum generalem vicarium in gravissimis rebus adiuturus* (3). *En aliud argumentum. Tempore quo Calixtus III (8 aprilis 1455-8 augusti 1458) christianorum animos ad debellandos Turcas inflammabat, beatus noster, provinciae Sancti Bernardini vicarius, Romam ad generalem familiae observantium vicarium* (4), *Baptistam Tagliacarne seu de Levanto, perrexit, qui tum anno 1455, tum anno 1458 ad hoc munus electus est* (5). *Ibi autem cum Aquilanus ad meliorem frugem redegerit fratrem quendam laicum, qui iam* tribus annis crucem gerens et nauta existens quandam galeam gubernaverat (6), *videtur hoc romanum iter anno 1458 instituisse. Id autem ex his quae sequuntur prorsus certum evadit. Nam quem culparum suarum paenituerat,* paucis diebus elapsis in dicto conventu Araceli existens bene se praeparavit. Venit B pestis et percussit eum, et sic vitam istam relinquens migravit ad Dominum (7). *Iam vero compertum est diram pestilentiam mense iunio 1458 in Urbem incidisse* (8). *Itaque retinere possumus hoc anno provincialem vicariatum penes Bernardinum fuisse. Praeterea argumentum ducit R. P. Leonardus Lemmens* (9) *ex litteris quas die 10 februarii 1461 frater Iohannes de Tagliacotio de exstincto die 23 octobris 1456 Iohanne Capistrano ad sanctum Iacobum Picenum dedit. Mense namque septembri 1456 Capistranus, viribus exhaustus,* litteras receperat ex Italia, multa sibi grata continentes. Inter quas quidem litteras erant illae suavissimae et admiratione refertae venerabilis P. fratris Bernardini Aquilani, tunc Provinciae S. Bernardini dignissimi vicarii (10). *Hinc iure eruitur anno 1456, quo Capistranus hanc epistulam accepit, Bernardinum vicarii munere functum esse; sed an duobus quoque subsequentibus annis, id ex producta sententia dubium relinquitur. Attamen, cum constet illum anno 1458 exstitisse vicarium, videtur novum triennium, videlicet 1457-1460 in gubernanda provincia explesse.*

non ultra annum 1475.

20. *Porro, si auctoritas valere potest elenchi vicariorum Sancti Bernardini provinciae, quem exeunte saeculo XV contexuit frater Alexander de Ritiis* (11), *beatus noster ad eadem munia rursus assumptus est* in anno 1463 per unum annum, *et* in anno 1472 per tres annos (12), *id est 1472-1475. Sunt qui ulterius per tres annos, nempe 1475-1477 ab ipso provinciam Sancti Bernardini fuisse gubernatam autument* (13). *Sed id reprobatum est tum Alexandri de Ritiis testimonio, qui hoc triennio fratrem Nicolaum de Fare designat* (14), *tum* Registro vicariorum generalium (15), *ubi frater Petrus Neapolitanus, vicarius generalis, haec die 7 augusti 1476 Aquila in memoriam revocat fratri Francisco de Paulo de Aquila:* Ad pacem et tranquillitatem conscientiae et mentis mihi renuntiasti, praesentibus fr. Nicolao de Fara, huius provinciae S. Bernardini vicario, fr. Ludovico de Aquila, fr. Bernardino de Fossa...., qui omnes fuerunt dictae provinciae vicarii (16). *A Bernardino autem accepimus ipsi per triennium 1464-1467 provinciarum Bosnae et Dalmatiae simul unitarum fuisse concreditum vicariatum admodum molestum* (17) *et duobus annis 1467-1469 illum rebus familiae observantium consuluisse tamquam* procuratorem sive commissarium in curia romana (18). *Tandem anno 1480 susceptum Ocrae Sancti Angeli coenobium instauravit rexitque, summo omnium incolarum gaudio, qui prius Fratribus Minoribus animo infesti erant* (19). *An deinceps ordinis sui gubernacula iterum prendiderit non liquet. Posterioribus quidem vitae suae annis uberius videtur ei datum esse otium, ut in rem litterariam atque asceticam incumberet. De qua brevi copiosius loquemur.*

Auctore F. V. O.

Egregius administrator

21. *Inquirenti vero qualis eius fuerit ratio administrandi atque scribendi satis est opus ipsius praecipuum, Chronicon nempe, versare. Ex hoc enim* E *statim patebit illum fuisse moderatorem navum, industrium, prudentem atque probum. Cumque tempora essent nubila versatilesque demulcendae cervices, videtur ad facilitatem atque clementiam fuisse proclivior quam ad duritiem, nemini onera imponens quae ipse prius non subiisset. Si vero scripta eius respiciuntur, quamquam a castigata latinitate, nedum eleganti, abhorrent sententiasque saepenumero proferunt tamquam disiecta corporis membra, res tamen ingenua et vivaci gratia exprimunt auctoremque produnt acutum, comem, sincerum, quem sectantem tenuia aut lepida nervi numquam deficiunt, nec graviora enucleantem facundia deserit, nulla lucidi ordinis ratione habita. Harum vero dotum dignum, quod recitetur, exemplar prologus Chronici exhibet :* Non sine dolore cordis hec scribo. Novi enim, quod in hac nostra familia sunt plurimi fratres in arte dicendi doctissimi et conscientie limate, qui hoc opus summa cum omnium consolatione scripsissent idque minime fecerunt; nec michi notum est quod aliquis faciat. Et cum quandoque hec et nonnulla miranda, que divina bonitas operata fuit in hac familia, memorie commendarentur, F cum fratribus generalis capituli dixerim, nulla penitus de nostra recordatione extimatio facta fuit. Hinc est quod, licet in arte dicendi sim imperitus, tamen potius volui veritatem pandere stilo rustico ad posterorum consolationem atque informationem quam tot et tanta perpetua memoria digna [1] damnoso silentio transeant, potius volens de presumptione quam de inutili silentio redargui. Verum quia multa [2] michi fratres nota fecerunt, que ego ipse videre non potui, quia longe prius quam ordo me receperit, facta fuerunt, illa referam, prout michi narrata fuerunt. Plurima autem novi, quia presens fui, vidi, audivi et secundum paucitatem ingenii mei [3] bene con-

modo scribendi emicat,

uti liquet ex Chronici prologo

[1] *in marg.* — [2] qui *deletum add.* — [3] bene *delet. add.*

(1) *Vita del B. Bernardino da Fossa*, p. 26-28. — (2) *Chronica*, cap. XIV, p. 48. — (3) Vide infra *Regesta*, s. a. 1458. — (4) *Chronica*, cap. XXII, p. 73. — (5) HOLZAPFEL, op. c., p. 625. — (6) *Chronica*, l. c., p. 73. — (7) Ibid., p. 74. — (8) PASTOR, *Geschichte der Päpste*, t. I (Freiburg i. Br., 1886), p. 598. — (9) *Chronica*, p. XXI. — (10) WADDINGUS, *Annales*, ad an. 1456, n. LXXXIV, p. 393. — (11) De quo videsis C. DE LOLLIS, *Ricerche Abruzzesi*, in BULLETTINO DELL' ISTITUTO STORICO ITALIANO, fasc. 3 (1887), p. 72, et L. LEMMENS, op. c., p. XX, annot. 2. — (12) Ita relatum a LEMMENS, ibid., pp. XX et XXI. — (13) Ita HUGO A PESCOCOSTANZO, l. c., p. 71-72, et MARC. CERVONE, l. c. — (14) *Chronica*, p. XXI. — (15) Exstat hodie illud Registrum manuscriptum in archivo Vaticano. — (16) *Chronica*, p. XXII. — (17) *Ego vero,* inquit, *tribus annis quasi incus inter tres malleatores vixi* (*Chronica*, cap. XXX, p. 103). — (18) *Chronica*, cap. XXXI, p. 106. — (19) Vide infra *Regesta*, s. a. 1480.

 sideravi;

AUCTORE F. V. O.

siderari; illa narrabo seriosius, secundum quod Dominus meus michi gratiam ministrabit. Nemo tamen putet me[4] esse mendacem, si que dixero que forsitan quandoque videbuntur extranea; ista enim scribo ad honorem Dei et religionis et pro salute anime mee. Profecto magna foret cecitas mea si, unde lucrari cupio[5], inde mentiendo peccarem.

Scriptor integer,

22. *Ab hac recta scribendi norma numquam deprehensus est deflexisse vir pietate gravis, impiger, moribus castus, laborum iniuriarumque patiens, portentorum credulus, uti ferebat aetas, speculator. Quod potissimum occurrit in libello* Provinciae D. Bernardini coenobia *et in capite VI ipsius* Chronici. *Ac licet fratrum observantium partibus faverit eorumque aemulos acriter increpuerit, qui* sanctius fecissent vitam suam corrigere, quam bene vivere volentes calumniose molestare (1), *aequo tamen calamo intestina utrimque discidia eorumque varietates exposuit, quique ea concitarint aluerintve; neque dissimulare tentavit quaenam familia, ut causa sua vinceret, callide audacterque in summos pontifices molita sit. Erravit aliquando, sed bona fide et in rebus levioribus.* B *Sedulo semper secernit atque declarat quae ipsemet expertus est et quae ab aliis didicit; mavultque suam ignorantiam fateri quam aliquid temere affirmare. Sic postquam descripsit et quomodo observantium familia initium ceperit et quae sibi fausta Perusiae in pauperrimis Sancti Francisci de Monte aedibus successerint, hoc candido modo prosequitur:* Quis vero locus captus fuerit post locum Sancti Francisci de Monte, de quo supra, et quot loca et que et quo tempore in eadem provincia, penitus ignoro. Similiter que provincia prima fuerit post provinciam Sancti Francisci, nullam notitiam habeo, nec multum curo, quia necessarium nulla ratione putavi. Novi tamen quod per totam Italiam loca edificata fuerunt et fratres in magna numerositate creverunt. De ultramontanis partibus, in quibus etiam observantia relevata fuit, quo tempore et a quo sumpsit exordium, notitiam non habui, nec hactenus habere quesivi (2).

varia doctrina excultus,

23. *Neque scientiam vel profanam aspernatus est. Cum enim a teneris unguibus cuperet ad omnes disciplinas ab Ecclesia approbatas erudiri, in eas* C *summo studio incubuit ac nonnihil utilitatis, ut ipse modeste insinuat, ex illis reportavit* (3). *Et revera in orationibus suis, in iis praecipue quas* Funerale *complectitur, magnam doctrinae speciem prae se tulit. Novit auctores quos vocamus classicos, oratores, philosophos, historicos, poetas, in primis Virgilium et Iuvenalem; novit Patres, medii aevi theologos, scriptores ecclesiasticos et asceticos, poetas, uti Boetium, Nicolaum de Lyra, Riccardum de S. Victore, Bonaventuram, Iacobum a Tuderto, Dantem Alighieri, quos apte excerpit. Nec minus avidus promovendi studia contionatorum sui ordinis, plura quae eos ad rite praedicandum iuvarent latine et italice digessit; de quibus infra. Interea ad scientiam sanctorum et ipsemet altius ascendere et alios incitare haud neglexit. Vir fuit, ut vocem usurpem qua egregios commilitones suos laudare solebat,* Deo acceptissimus, *regularum S. Francisci, paupertatis atque oboedientiae observantissimus;* in summa humilitate atque humanitate perduravit, ita ut omnes tam fratres quam saeculares in admirationem converteret. Nam in vetulo cano, patiente et humili atque gratioso apertis oculis Spiritus sanctus habitare videbatur (4).

franciscani ingenii tenacissimus,

bis episcopalem dignitatem respuit.

24. *Tot tantisque adornatum meritis virum facile crederem ad episcopalem sedem Aquilanam, prout Marcus Ulyssiponensis asseverat, a Summo Pontifice bis assumptum esse. Haec autem annis 1476, 1485 et 1493 vacavit* (5). *Sed Bernardinus, qua erat summa animi demissione suique contemptu, ad illud fastigium evehi renuit* (6), *laetus mori in simplicitate sua franciscana.*

§ III. Indices operum a B. Bernardino conscriptorum.

25. *Waddingi* (7) *et Sbaraleae* (8) *errores ac falsas coniecturas singillatim notare omisimus, rati ab his sufficienter cautum esse elencho, quem quanta potuimus diligentia confecimus.* E

A. OPERA PRELO EXCUSA.

I. Ammonitioni del B. Bernardino da Fossa dell' ordine de i Frati Minori dell' osservanza *nell' anno 1491 composte et dal Mag.co et Eccel.te nell' una e l'altra legge Dottore M. Antonio D'Amici suo quarto nepote nel 1572 primamente in luce mandate. Stampato in Vinegia per Jacomo de Vidali e Compagni ad istanza di M. Antonio d'Amici Aquilano da Fossa nell' anno 1572. In-8°* (9).

II. B. Bernardini Aquilani Chronica Fratrum Minorum observantiae. *Ex codice autographo primum edidit fr. Leonardus Lemmens. Romae, 1902, in-8°,* XXXIX-*111 pp.* (10).

III. Funerale B. Bernardini Aquilanae Fossae, *centum abhinc annis compositum, nunc primum per I. U. Cons. Antonium Amicium eius ex fratre atnepotem, cum authoris vita in lucem prolatum. Cui de coenobiis Provinciae D. Bernardini, ac Vitis quorundam Patrum Ordinis eiusdem authoris accedit opusculum. Venetiis, 1572.* F

Constat ipsum Funerale (fol. 10-60v) sermonibus 32. Praemissum est autem ab ipso scriptore prooemiolum, quod proferre iuvat: Cum plerique Fratres Minores me saepius incitaverint, ut pro praedicatione ad funera sermones aliquot ordinarem, eo maxime, quia in hac nostra civitate Aquila saepissime ad ea praedicare contingit, eorum inclinatus sum precibus rem ipsam iuxta mei ingenioli facultatem aggredi, rogans cunctos qui illos aut praedicare aut pro sua consolatione legere voluerint, pro me apud Dominum intercedere dignentur. Ponam itaque breves sermones seriatim numerando, atque suum titulum cuilibet tribuendo, prout sequitur. *De ecclesiastica erudi-*

[4] *in marg.* — [5] *in marg.*

(1) *Chronica*, cap. XV, p. 50. — (2) *Chronica*, cap. V, p. 14. — (3) In contione *Del ben fare*, apud HUGONEM A PESCOCOSTANZO, op. c., p. 80. — (4) *Provinciae D. Bernardini coenobia*, ed. A. AMICIO, f. 64r; ed. LEMMENS, p. 117. — (5) EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, t. II, p. 103. — (6) Ita quoque AGOSTINO DA STRONCONE, *L'Umbria serafica*, in MISCELLANEA FRANCESCANA, t. VI, p. 79. — (7) *Scriptores ordinis Minorum*, s. v. Bernardinus Aquilanus. — (8) *Supplementum ad scriptores trium ordinum S. Francisci*, s. v. — (9) GIOV. PANSA, *Bernardino da Fossa. Contributi bibliografici*, in BOLLETTINO DELLA SOCIETÀ DI STORIA PATRIA ANTON LUDOVICO ANTINORI NEGLI ABRUZZI, t. V (1893), p. 226. — (10) De quo libro plura vid. supra, p. 687, num. 3-p. 689, num. 11.

tione

A *tione in hoc* Funerali *profusa, cf. supra, p. 692, num. 23.*

IV. Peregrinus, sive de Christo sub peregrini specie discipulis in Emmaus proficiscentibus apparente. *Impressus ad calcem operis S. Iohannis de Capistrano* De iudicio universali futuro et Antechristo, ac de bello spirituali P. Iohannis a Capistrano. *Venetiis, apud Petrum Dehuchinum, 1578, in-12. Haec sola v. cl. Iohannes Pansa, in sua nimis ieiuna designatione* (1). *Exemplar titulo carens prae manibus habuit Hugo a Pescocostanzo fusiusque descripsit* (2). *Constat volumen,* minutissimis litteris impressum, *66 foliis ac 25 breves contiones,* Diaetas *denominatas, continet. Prima agit* de Peregrino, *et ultima* de Ingratitudine. *Folio 1 innotescit quid auctor intenderit :* Cum diu desideraverim, *ait,* habere tractatulum unum de sermonibus brevibus et compendiosis, qui esset meus familiaris et socius, cogitavi imponere nomen Peregrinus. *Quem libellum* in peregrini Iesu ei apparentis memoriam, *asseverat Ant. Amicius,* prae sua pietate ac religione scripsisse
B mihi exploratum est (3). *Sed nobis impervium est undenam Hugo a Pescocostanzo hauserit opusculum fuisse anno 1498 confectum et anno 1573 prelo excusum.*

V. Provinciae D. Bernardini coenobia *cum Vitis quam brevissimis, cum Beatorum, tum optimorum a provincia ipsa oriundorum, ac exterorum Minorum Patrum observantium in iis fere singulis coenobiis sepultorum ad annum 1464.*

Libellus pone Funerale *(fol. 63ᵛ-68) primum impressus est ac nuper a P. Leonardo Lemmens O. F. M. velut Appendix ad* B. Bernardini Aquilani Chronica *iterum editus (p. 113-26). Italice autem translatus iam olim prodierat cura Pauli Regio, episcopi Acquensis* (4).

VI. Un sermone del B. Bernardino Amici da Fossa sulle Vergine secundum dicta Dantis(5) *ed. A. Leosini, Aquila, 1865, in-8°.*

Altera editio facta est a PP. Marcellino da Civezza et Theophilo Domenichelli, sub titulo : Beati Bernardini a Fossa Ord. Min. Obs. super laude ad Beatam Virginem in XXXIII cantico Paradisi Dantis Alighieri. *Firenze, 1896, in-8°* (6).

VII. Tractatus de nubere volentium doctrina,
C *ex sermonibus B. Bernardini Aquilani, hactenus non impressus, inter* Tractatus illustrium in utraque tum Pontificii, tum Caesarei iuris facultate Iurisconsultorum, de matrimonio et dote, *t. XI, fol. 113 (Venetiis, 1584).*

Praemissum est, sine auctoris nomine, summarium Vitae, a Petro Rodulphio Tossinianensi concinnatum. Tres sermones seu contemplationes, *prout a Bernardino vocantur, ad collectionem manscriptam pertinent* Centurionem (7), *ubi fol. 46, 102 et 103 occurrunt* (8). *In prima contemplatione exponuntur tres rationes, quibus moveri debent, qui nubere volunt :* necessitas, moralitas, utilitas. *In altera, tria quando contrahitur matrimonium requisita :* puritas, maturitas, solemnitas. *In tertia, tria vitanda :* cupiditas, sensualitas, malignitas.

VIII. Vita del venerabile P. Fr. Filippo dell' Aquila scritta nell' anno 1456 dal B. Bernardino da Fossa, amendue Minori osservanti della provincia di S. Bernardino negli Abruzzi, *data per la prima volta in luce, e corredata di alcune note dal P. Fr. Ugone da Pescocostanzo, Riformato dell' istesso ordine e provincia. Roma, 1870, in-12, 100 pp..* AUCTORE F. V. O.

Quam Vitam italica lingua conscriptam latine reddidit et contraxit Waddingus, Annales Minorum, *ad an. 1456, n.* CCXVI-CCXXIV; *et hanc epitomen iterum prelo excudit Papebrochius,* Act. SS., *Maii t. I, p. 549-51.*

B. OPERA MANUSCRIPTA.

IX. Centurio. *Codex autographus, membraneus et chartaceus in-4°, foliorum IX et 356, bipartitis paginis et scriptura densissima exaratus. Fol. III notatum est :* Pertinet ad locum S. Angeli de Ocra et fuit fratris Bernardini de Fossa, ordinis Minorum de observantia, a quo completus fuit liber iste in loco Sancti Nicolai prope Sulmonam die 26 septembris 1486 *(fol. 350). Postea autem Venetias in bibliothecae Marcianae pluteos migravit,* E *ubi nunc signatus est Z. L. LXXXIX* (9). *Fol. I ita prooemium incipit :* Centurio autem et Matth. 27, 54. qui eum eo erant custodientes Iesum, viso terrae motu et his quae fiebant, timuerunt valde, dicentes : Verus Filius Dei erat iste. *Additque scriptor :* Centurio a centenario dicitur; et quia hoc volumen duos centenarios sermonum continet, merito Centurio vocari potest, et ut vocetur decerno. *Et revera liber prior Centurionis (fol. 1-167) continet quinquaginta orationes, diebus dominicis Septuagesimae, Sexagesimae, Quinquagesimae et singulis quadragesimalibus diebus recitandas, quae omnes a versiculo quopiam epistulae in missa eiusdem diei legendae incipiunt; et quinquaginta alias orationes, definitis diebus haud ascriptas. Et illa contionum series in haec verba desinit :* Sic patet sermo centesimus de iudicio temerario, et concluditur liber primus nostri Centurionis, ad laudem D. N. I. C. Amen. *Alter liber (fol. 167-351) incipit sermone* de verbo Dei, *in quo enarratur versiculus :* Beati qui audiunt verbum Dei et custodiunt Luc. 11, 28. illud; *et extremum locum occupat sermo* de Passione Domini, *cum hac clausula (f. 369) :* Sic F patet sermo de Passione Domini, ad laudem ipsius et matris suae Virginis benedictae. *At subsequitur, extra ordinem, oratio* de Trinitate, *quae ab auctore cum ceteris non posita est,* quia ratione materiae, *ait,* est omnibus aliis excellentior, et in illo parum est de nostro. *Foliis quidem liminaribus IV-IX, duae tabulae dispositae sunt, quarum prior sermones recenset secundum ordinem chronologicum, altera rationem alphabeti sequitur. Ultimis autem foliis 352 et 354 descripta est ab Ant. Amicio, B. Bernardini Vita, infra edenda* (10).

X. Quodlibetum *maiorem partem, nempe folia 1-216, obtinet codicis autographi, membranei et chartacei in-4, bipartitis paginis minuto charactere exarati, signati in bibliotheca Marciana Venetiarum Z. L. CXLIII* (11). *Secundum sententiam*

(1) PANSA, *Bernardino da Fossa,* l. c., p. 226. — (2) Vita, p. 127-28. — (3) Vita, num. 6. — (4) *La Vita del B. Iacopo della Marcha* (Napoli, 1589), p. 173-85. — (5) Nempe " Vergine madre, figlia del tuo figlio " etc. In hoc et sequentibus versibus contionator distinguit duodecim laudes Mariae Virginis proprias, quas scholastico et oratorio modo evolvit. UGONE DA PESCOCOSTANZO, *Vita del B. Bernardino da Fossa,* p. 131-32. Ab hac contione, cuius principium rescissum est, exorditur collectio manuscripta cui titulus est : *Sermones varii.* Vid. infra, num. XIII. — (6) GIOV. PANSA, in *Bollettino della Società di storia patria Anton Ludovico Antinori negli Abruzzi,* t. XV (1903), p. 98. — (7) Videsis infra, num. IX. — (8) LEMMENS, op. c., p. XXIV, nota 2. — (9) I. VALENTINELLI, *Bibliotheca ms. ad S. Marci Venetiarum.* Codices mss. latini, t. II, p. 155-56. — (10) UGONE DA PESCOCOSTANZO, *Vita del B. Bernardino da Fossa,* p. 113-15. — (11) VALENTINELLI, op. c., p. 156.

dominicam

AUCTORE F. V. O.

Ioh. 6, 12.

dominicam prooemio praefixam : Colligite quae superaverunt fragmenta ne pereant, *volumen iure merito* Quodlibetum *nuncupatum est,* quia de quolibet fideli saltem in genere multa continet, sive fidelis vivat, sive moriatur, sive iam in gloria existat. *Hinc in tres libros partitum est. Liber primus (fol. 2-103) agit* de statu fidelium laborioso, quia in illo multa tractantur de vitiis et virtutibus, in quibus magnus labor existit, contra illa pugnando, et istas in adquirendo, conservando et exercendo, *continetque quinquaginta duos sermones* de tempore, *scilicet a dominica Septuagesimae usque ad feriam tertiam Resurrectionis. In singulis vero contionibus explanatur locus evangelii, quod ad occurrentem feriam spectat ; et ita haec series prorsus discrepat a simillima serie, quae in Centurione exhibetur. Utraque autem series genuinum, ut aiunt,* Quadragesimale *efformat; ac proin, quod huiusmodi a Bernardini biographis commemoratum est, cum alterutra praedicta serie consonare videtur. Itaque Antonius Amicius, ubi libellum* Provinciae S. Bernardini coenobia *Paulo Arrigucio Florentino dicat*(1),
B *nimium lamentatur quod a se nondum adinventa sunt* Quodlibet ac Quadragesimale, *quippe quod sub una forma in* Centurione *sibi iam cognito includitur, et sub altera forma idem est atque primus liber* Quodlibeti.

Secundus liber (fol. 104-126) de statu fidelium periculoso, quia punctus mortis est periculosus, uti experientia docet, *constat e quadraginta sermonibus, quorum triginta duo cum prooemio ab Antonio Amicio sub titulo* Funerale *evulgati sunt* (2).

Tandem in tertio libro (f. 128-216), de statu fidelium glorioso, *descripti sunt quinquaginta tres sermones, nempe decem de D. N. I. C., duodeviginti de B. Maria Virgine, quos inter de Conceptione eius immaculata, quae* ratione, testificatione, exemplatione *nititur, et viginti quinque de sanctis, quorum ultimus prodit sanctus Bernardinus Senensis* (3).

XI. Quaestiones duae : *1)* Quomodo liceat procuratori Fratrum Minorum recipere pecunias quae offeruntur in sepultura ubi corpus S. Bernardini requiescit, et in utilitates fratrum vel aliorum expendere ; *2)* Utrum Fratres Heremi-
C tani S. Augustini sint Fratribus Minoribus preferendi, vel e contra, *insertae fol. 229-231 in codice Marciano supra memorato* (4).

Prior quaestio ita incipit : Casus talis est. Corpus S. Bernardini ordinis Minorum requiescit in sepultura per crates ferreas undique clausa, *et desinit :* Predicta scripsi ad hoc ut conscientie nostre in bona pace remaneant, *nempe licere propter amplissimam facultatem a papa Sixto IV ordinis Procuratori concessam et propter beati Angeli a Chivasso, tunc generalis observantium vicarii, assensum.*

Altera quaestio incipit : Primo, videtur quod nomen debet esse conveniens rei *et desinit :* Hec scripsi, quia quandoque reperi me in talibus contentionibus, plerique vero in hoc puncto claudicant. *Existimat autem auctor et pluribus argumentis persuadere conatur Fratres Minores heremitis S. Augustini praeferendos esse* (5).

XII. Tractatus predicabilis intitulatus de Floribus *occurrit in codice Marciano Z.L.CXLIII, de quo supra* (6), *fol. 218-223, mancus admodum. Nam post inscriptionem continuo legitur* Liber primus, *quod et alios libros subsecuturos esse annuntiat, et tres dumtaxat contiones, duae* Del ben fare *et tertia* de dilectione inimicorum *conscriptae sunt.* D

XIII. Sermones varii, *quos exhibet codex autographus chartaceus, foliorum X et 274 (0m,216 × 0m,145), bipartitis paginis exaratus et signatus num.11, exstant in Tabulario municipali Aquilano, quo ex conventu Sancti Angeli Ocrensi translati sunt. De ipso codice haec notatu digna sunt. Fol. IIIv:* Questo libro è tutto scritto a mano dal Beato P. Fra Bernardino di Fossa Mine Osse Reformato, che sta il suo corpo a S. Giuliano dell' Aquila intatto ad un altare ; e volendosi aprire li cristalli tremò il convento e cossì sta venerato. *Ita manus posterioris aetatis* (7). *Fol. V :* Questo libro fu ritrovato da me Fra Giacinto da Introdacqua nella nostra libreria di Castel-Vetrano in Sicilia ; e con sommo stento lo ripigliai dalle mani di quel E
bibliotecario, il quale mi attestò che l'anno scorso gli era venuto da Venezia con altri libri. Ciò accadde nel 1766, quando io andava visitando quella provincia di Valmazzara. *Fol. Vv :* Perlegi ego Antonius U. I. D. minimus de Fossa, huius beati patris Bernardini itidem de Fossa ex fratre pronepos opus hoc, et pluries suspiravi et nonnullas lachrymas effudi, cum tot bona et sancta dicta hic considerarem annotata, quae iam conscripta et exemplata perfecte erant et ordinatissime in alio libro, dicto nempe " Quodlibetum " vel " Centurio ", qui huc usque non reperiuntur. *Sequuntur (fol. VI-X) tres indices : primum index evangeliorum et epistularum* de tempore *et de* sanctis, *adiecto uniuscuiusque principio et fine ; tum index omnium psalmorum ac demum alphabeticus omnium contionum ibi contentarum elenchus* (8).

Sunt autem numero 154 contiones, vel potius contionum schemata, quae diversa admodum tractant. Interiori tegumento voluminis manus posterior vocem Quadragesimale *inscripsit. Quod ne primorum quidem sermonum titulis congruit. Hi enim agunt " de Virgine gloriosa secundum dicta* F
Dantis (9), *— de verbo Dei, — de impedimentis omnium bonorum, — de ieiunio, — de ludo, — de peccato in communi, — de honore parentum, — de pace, — de passione Domini, — de resurrectione Domini, — de quocumque sancto, — de abdicatione saeculi, — de oboedientia, — de oratione", etc.* (10). *Aliquot huius collectionis sermones occurrunt etiam in* Centurione *ac* Quodlibeto, *sed ad meliorem formam redacti ac completi. Orationi autem* de Passione Domini *interposita sunt fragmenta poetica bene multa (fol. 65-68), quae praedicatoris ingenio nequaquam condita sunt, uti clare demonstravit C. de Lollis, v. cl.* (11). *Ultimo autem folio (274v) ipsemet beatus Bernardinus quaedam annotavit, ex quibus id referre placet :* Corpus beati Ricci de Tuderto ordinis Minorum iacet in conventu Sancti Francisci de Aglono, et iacet, ut aiunt, iuxta altare maius ; et est ibi populi devotio. Ita scivi anno 1459 in

(1) *Funerale,* fol. 63. — (2) Vid. supra, p. 692, num. III. — (3) UGONE DA PESCOCOSTANZO, lib. c., p. 115-18. — (4) Num. X. Cf. VALENTINELLI, l. c., p. 157. — (5) UGONE DA PESCOCOSTANZO, l. c., p. 118-19. — (6) Vide VALENTINELLI, l. c., p. 157, et UGONE DA PESCOCOSTANZO, l. c., p. 118. — (7) C. DE LOLLIS, *Ricerche Abruzzesi,* in BULLETTINO DELL' ISTITUTO STORICO ITALIANO, N° 3 (1887), p. 80. — (8) UGONE DA PESCOCOSTANZO, l. c., p. 122-23. — (9) Deest initium. De hac contione cf. supra, p. 693, num. VI. — (10) LEMMENS, op. c., p. XXVI. — (11) C. DE LOLLIS, l. c., p. 83-94.

festo

A festo sancti Andreae. *Et addit :* Anno Domini 1464 (1).

XIV. Narratio In que modo lo loco de Sancto Angelo de Ocra è venuto alle mani de' Frati Minori chiamati Observanti, *in codice Marciano Z. L. CXLIII, fol. 233-239* (2). *Quae 29 brevibus paragraphis absolvitur. Et imprimis notatum est conventum illum, anno 1242 a comitissa de Ocra monialibus aedificatum, post ducentos annos venisse in manus Fratrum Minorum, qui eum a ruina quasi excitaverunt et anno 1481 coeperunt incolere* (3).

C. DUBIA VEL SPURIA.

XV. Restitutiones S. Bernardini de Aquila ord. Min. sub brevi ac compendioso sermone coartata.

Codex membraneus Bibliothecae Municipii Perusini, signatus L. 28, fol. 1-68 (4). *Tractatus ille qui his verbis incipit:* Ad quod tenentur incendiarii, predones, pirate et ceteri consimiles.
B Respondet S. Bernardinus in suo Quadragesimali de religione christiana in sermone 33, art. 1, c. 1, *quod ad rerum summam spectat, procul dubio excerptus est ex allata S. Bernardini Senensis contionum serie* (5). *In confesso autem est S. Bernardinum Senensem, Aquilae vita functum, Aquilae sepultum ac summa veneratione cultum saepe nuncupatum fuisse S. Bernardinum de Aquila. Quod et huius codicis librarius inferius notat, dum tractatulum transcribere incipit* de dispensatione male ablatorum incertorum secundum S. Bernardinum de Aquila, olim de Senis (*fol. 208v*). *Hoc nobiscum benevole communicavit vir egregius, F. Briganti, bibliothecae Perusini municipii custos.*

XVI. Usure secundum S. Bernardinum de Aquila, ordinis Minorum, ut habetur in suo quadragesimali *Evangelium aeternum* nuncupato, que sub brevi compendio redacte sunt. *In eodem codice membraneo, fol. 68-165* (6). *Et revera haec contracta sunt ex S. Bernardini Senensis quadragesimali de Evangelio aeterno, sermone 38* (7).

XVII. D. Bernardini Senensis Vitam *italica lingua a B. Bernardino Aquilano descriptam*
C *esse affirmat. praecipuus biographus, Antonius Amicius* (8) *eiusque asseclae. "Eam esse puto ", ait Sbaralea, " quam dederunt* Act. SS. *continuatores Bolland. die 20 maii ex ms. conventus Aquilani sine nomine autoris, sed quem Aquilanum Minoritam ipsi agnoverunt Bollandii "* (9). *Sed haec vita latine concinnata est et auctorem prae se fert fratrem Ludovicum Vicentinum* (10). *Neque aliam scripsisse videtur beatus noster. Nam anno 1464, initio libelli* Provinciae D. Bernardini coenobia *aperte declarat se Acta S. Bernardini Senensis nondum attigisse :* De cuius vita et miraculis atque eximia praedicatione nihil dicere praesumo, quoniam plerique excellentioris ingenii viri illius vitam describere nixi sunt, famaque ipsius per universum orbem diffusa vulgatur (11). *Et anno 1480, quo circiter* Chronica Fratrum Minorum observantiae *digesta est, haec addit :* De hoc viro non alia. Qui miracula et vitam et sanctitatem eius vult latius intueri, pergat Aquilam et suae canonizationis processus aspiciat (12), et videbit mirabilia Dei (13). *An quidpiam postea de S. Bernardino Senensi commentatus sit, nos prorsus latet.*

XVIII. Chronicon *ineditum, quod " res gestas Aquile civitatis " ab anno 1254 ad annum 1423 vernacula lingua breviter describit, anno 1902 publici iuris fecit Iohannes Pansa, egregius Aprutii monumentorum scrutator atque custos* (14). *Ludovici autem Antinori, concivis sui, qui saeculo XVIII amplissima sua eruditione Aprutium illustravit, sententiam secutus, existimavit illud opusculum B. Bernardino a Fossa attribuendum esse* (15). *Sed nullum testimonium affert praeter Antinori auctoritatem, nihilque ex ipsius Chronici contextu eruit, unde huic opinationi aliquid firmitatis accedere queat.*

XIX. Historiam revocationis bullae Eugenianae E anno 1456 factae, *quam Sbaralea, Waddingo* (16) *praeeunte, B. Bernardino Aquilano ascribit* (17), *patet non esse nisi partem alius operis, nempe* Chronicae FF. Minorum observantiae (18).

XX. Libellus spicarum, *a solo Petro Rodulphio Tossinianensi adductus, quem supra demonstravimus esse prorsus diversum a B. Bernardini Aquilani* Chronico Fratrum Minorum observantiae (19).

XXI. Quadragesimale, *quasi opus a* Quodlibeto *et a* Centurione *diversum, imprudens refert Ant. Amicius* (20). *Nam in utroque opere, sive materiem sive ordinem spectas, facile reperire est quadraginta contiones inter se connexas ac tempore ieiunii quadragesimalis recitandas* (21).

XXII. Tractatus de corporali morte, *foliorum 85 ac saeculo XV exaratus, qui inter Tabularii municipalis codices Aquilae in Vestinis sub num. 14 conservatur, a Iohanne Pansa B. Bernardino Fossano adiudicatur* (22). *Sed insigni viro, cum nullum ad hoc evincendum argumentum protulerit, astipulari non ausim. Interrogatus autem a me de huius libelli fatis, v. cl. qui Bibliothecae provinciali " Salvatore Tommasi "* F
Aquilae hodie praeest, Horatius de Angelo, benigne respondit codicem chartaceum, cui membranea folia passim intermixta sunt, ex disperso Ocrensi Sancti Angeli conventu fuisse Aquilensi municipio addictum atque hinc nuper in bibliothecam provincialem transisse, ubi plutei S num. 60 obtinet. Additque haec in folio liminari legi : Manuscripta B. Patris Bernardini de Fossa Aquilani impressa Venetiis (23) extant, et legitur in eius tabella scripta manu. *Sed hanc notam, post saeculum XVI exaratam et cuius pars posterior obscuritate scatet, ad dirimendam litem parum conducere nemo est qui non videat.*

(1) LEMMENS, l. c. — (2) P. 688-89. Cf. VALENTINELLI, l. c., p. 157. — (3) UGONE DA PESCOCOSTANZO, l. c., p. 120. — (4) MAZZATINTI, *Inventari dei manoscritti delli biblioteche d'Itatia*, vol. V (1895), p. 194, n. 776. — (5) *S. Bernardini Senensis opera omnia*, ed. De La Haye, t. I (Lugduni, 1650), p. 158 sqq. — (6) MAZZATINTI, l. c. — (7) DE LA HAYE, op. c., t. II, p. 241 sqq. — (8) Vita B. Bernardini, num. 6. — (9) *Supplementum ad scriptores trium ordinum S. Francisci*, s. n. — (10) *BHL.* 1193. — (11) Ed. Amicii, fol. 64; ed. Lemmens, p. 116, ubi *vulgatur* correctum est in *augetur*. — (12) Hodie praesto sunt in *Tabulario municipali Aquilano*. Cf. C. DE LOLLIS, l. c., p. 53 sqq. — (13) Cap. VI, p. 19. — (14) *Quattro cronache e due diarii inediti*, relativi ai fatti dell' Aquila, dal sec. XIII al sec. XVI, per la prima volta pubblicati con una dissertazione preliminare sulle fonti edite ed inedite della storia Aquilana, p. 41-63. — (15) Ibid., p. XLIII-XLVI. — (16) *Annales*, ad an. 1455, n. LIV. — (17) L. c. — (18) Cap. XVIII-XXI. — (19) P. 689, num. 15. — (20) Vita B. Bernardini Aquilani, n. 6. Quod Petrus Rodulphius Tossinianensis, l. c., atque alii repetunt. — (21) Cf. quae de Quodlibeto supra diximus, p. 693, num. X. — (22) *Bernardino da Fossa*, *Contributi bibliografici*, l. c., p. 224. — (23) Cf. supra, p. 692, nn. I et III-V.

§ IV.

§ IV. B. Bernardini vitae chronotaxis.

26. *Anno 1421, natus est B. Bernardinus Fossae, prope Aquilam Aprutinam* (1).

1427, mense maio circiter, Bernardinus Aquilanus adhuc puerulus S. Iohannem Capistranum Aquilae intuetur admirabundus animos auditorum vehementer commoventem et inflammatis verbis, et exhibita tabella in qua depictum erat nomen Iesu cum imagine Crucifixi (2).

1431, 20 februarii, mortuo Martino V, sol obscuravit circa vigesimam secundam horam ... prout oculis meis vidi et fixum mente teneo (3).

1438, die 15 augusti et sequentibus, Aquilae Bernardinus contionibus interfuit, quas habuit Bernardinus Senensis, renuntiatus generalis fratrum de observantia in locis cismontanis vicarius. Hunc audivi, *inquit in suis chronicis,* Aquilae praedicare 12 praedicationes tempore quo erat Aquilae rex Renatus. Et quando in die Assumptionis B Dominae nostrae praedicavit ante faciem ecclesiae Sanctae Mariae de Collemadio et assimilavit beatam Virginem stellae; et completa praedicatione, stella quaedam in aere apparuit intra horam tertiam et sextam, et totus populus vidit et miratus est, et ego vidi (4). *Et infra :* Quando sanctus Bernardinus Aquilae praedicavit et, completa praedicatione, extra ecclesiam Sanctae Mariae de Collemadio stella visa fuit, secundum quod supra retulimus, vicarius erat generalis fratrum familiae Italiae, et pro quadam discordia, quae inter vicarium provinciae et aliquos fratres vertebatur, Aquilam venerat, iuxta quod mihi fratres retulerunt ; eram enim tunc puer (5). *Iam vero S. Bernardinus Senensis munere vicarii seu commissarii generalis ab anno 1438 ad annum 1442 functus est* (6), *et Renatus, Siciliae rex, anno 1438 aliquot dies Aquilae constitit, armatorum copias in Alfonsum coacturus* (7). *Iuxta diplomata, ad quae Lecoy de la Marche regis Renati itinerarium composuit* (8), *die 14 augusti castra posuerat prope Boianum* (9), *triginta chiliometris ab Isernia distans, et die 10 septembris Aquila nondum discesserat. Ac proinde emendandus* C *est Bernabaeus, qui in sua S. Bernardini Senensis Vita illud stellae prodigium exeunti anno 1439, quo Renatus Aquilae non comparuit, annectit* (10).

1438, die 18 octobris, Perusiae in Umbria superiora iurisprudentiae studia incepit (11).

1439, initio mensis septembris, Perusiae in universitate studebat. Inicit namque memoriam necis hoc anno perpetratae dominorum Fulginentium, quorum domus vocabatur de Trincis. Quos quidam terribilis patriarcha de Corneto destruxit, et eo tempore ego eram Perusii studens, et ad nihilum redegit, ita quod nullum germen de illis remansit, sed omnes annihilati fuerunt (12). D *Iam vero Iohannes Vitelleschi, Corneto oriundus, Alexandriae patriarcha et legatus Sanctae Sedis, expugnato die 8 septembris 1439 oppido Fulgineo, iussit huiusce dominum, Conradum Trincium* (13), *eiusque filios, Hugolinum et Caesarem, strangulari* (14).

1441, mense augusto, Bernardinus Perusiae studebat, dum huc advenerunt legati a patriarcha Iacobitarum missi. Nam, ut ipse ait, Eugenii IV temporibus missi venerunt Indi, quos Perusii honorifice susceptos cum sonitu campanarum et occursu civium equestrium mandato summi pontificis receptos vidi (15). *Quae pompa, ad legatos patriarchae Iacobitarum honorandos instructa, duce fratre Alberto de Sarthiano, per Perusiae plateas incessit die 22 augusti 1441* (16).

1444, mense iunio, B. Bernardinus Aquilanus, audito primo miraculo a S. Bernardino Senensi post mortem patrato, intrandi religionem S. Francisci consilium iniit, ut ipse contionando testatus est (17).

E *1445, quarto idus martii, Bernardinus S. Francisci ordinem ingressus est* (18). *Ipse, cum fratrem Iacobum de Marchia in suo chronico* (19) *laudasset, haec addit :* Vocavi ipsum patrem meum prae ceteris, quia ipse mihi habitum religionis dedit in civitate Perusii.

In loco Brulliani, qui est in confinibus civitatis Camerini et Fulginei, *post capitulum anno 1368 Fulginei habitum, instauravit frater Paulutius de Trincis seu de Fulgineo,* sub obedientia ipsius patris ministri generalis, *artissimam regulae S. Francisci observantiam. Unde illius sectatores nuncupati sunt familia fratrum de observantia vel simpliciter, uti semet appellare malebant, familia.* Iste locus, *ait Bernardinus,* in quo et ego ipse quandoque fui, asperrimus est et ab hominum habitatione valde remotus, nec in partibus illis vinum recolligitur ... Verum quia illi saeculares in partibus illis habitantes pauperes sunt et patria valde petrosa, ideo saeculares incedunt nudis pedibus et zocculos ferratos ferunt pro calciamentis, quorum exemplo illi primi fratres etiam nudis pedibus zocculis uti coeperunt. Hinc est quod tota familia, illorum patrum exemplo, zocculis utitur nudis pedibus F usque modo (20).

1446, tertio nonas martii, B. Bernardinus religionis vota Stronconii emisit (21).

1446, paulo post religiosam professionem, interfuit contioni quam beatus Albertus de Sarthiano ad tuendam famam suam Perusiae habuit. Quidam vero magister in theologia conventualis ad suam praedicationem audiendam convenerat. Qui audiens illum bonum virum ita ferventer se defendentem et conventuales mordentem, tanta poena et mentis confusione turbatus erat, quod prae angustia in sudorem totus videbatur esse

(1) Cf. supra, p. 690, num. 17. — (2) Cf. ibid., et *Vita del ven. P. Fr. Filippo dell' Aquila*, p. 16-17. — (3) *Chronica*, cap. VIII, p. 28. — (4) Ibid.. cap. VI, p. 19. — (5) Ibid., cap. VII, p. 24. — (6) H. HOLZAPFEL, *Manuale historiae ordinis Fratrum Minorum*, p. 624. — (7) L. MURATORI, *Annali d'Italia*, an. 1438, p. 175-76. Cf. P. COLLENUTIO, *Compendio delle historie del regno di Napoli* (Venetia, 1539), fol. 180-81. Fata autem regis Renati in Aprutio uberius descripta sunt in *Giornali Napolitani* an. 1266-1478, RERUM ITALIC. SCRIPT., t. XXI, p. 1108 et sqq. — (8) *Le roi René*, t. II (Paris, 1875), p. 442. — (9) Rite sic emendatum ex *Boyam* a N. F. FARAGLIA, *Storia della lotta tra Alfonso V d'Aragona e Renato d'Angiò* (Lanciano, 1908), p. 143, annot. 2. — (10) *Act. SS.*, Maii t. V, p. 280*, num. 12. — (11) Cf. supra, p. 690, num. 17. — (12) *Chronica B. Bernardini*, cap. II, p. 6. — (13) *Che era signore, ovvero scorticatore che dirò meglio* illius urbis. *Fragmenta Fulginatis historiae*, in L. MURATORI, *Antiquitates italicae medii aevi*, t. IV (Mediolani, 1741), p. 154. — (14) *Diario del Graziani 1309-1491* de rebus a Perusinis gestis, in ARCHIVIO STORICO ITALIANO, Ser. I, t. XVI, parte 1, p. 442-44. — (15) *Chronica*, cap. IX, p. 29. — (16) *Diario del Graziani*, l. c., p. 470-71. — (17) *Peregrinus*, Dieta XIX. UGONE DA PESCOCOSTANZO, *Vita del B. Bernardino da Fossa*, p. 18, nota. — (18) *Vita B. Bernardini*, auctore Ant. AMICIO, n. 4. — (19) Cap. VI, p. 21. — (20) *Chronica*, cap. II, p. 8-9. — (21) Vita auctore Amicio, n. 4.

conversus.

A conversus. Plura quae dixit mente teneo; sed melius esse tacere quam scribere censui. Illo tempore frater eram, sed iuvenis et paulo ante professus. Et in veritate illi patri magistro fui compassus, et iudicio meo plus quam oporteret contristabatur; poterat enim mitius dissimulare (1).

Inter annos 1446 et 1449, B. Bernardinus, qui Ordini seraphico a S. Iacobo de Marchia Perusiae, in provincia nimirum S. Francisci, aggregatus fuerat, transit in provinciam Pennensem. Vivebat, *ait,* reverendus pater frater Iohannes de Capistrano, cuius intercessione frater reverendus Iacobus de Primaditiis, tunc vicarius generalis (2), ut ad hanc provinciam redirem, mihi obedientiam fecit (3).

1449, die 29 augusti, Aquilae interfuit ultimae quam Nicolaus V de B. Bernardini Senensis miraculis praescripserat inquisitioni. Nam, postquam exposuit quales partes habuerint Iohannes de Palena, episcopus Pennensis (1433-1454) et Angelus de Capranica, episcopus Asculanus (1447-
B *1450) et deinde Reatinus (1450-1469), in persequenda hac indagatione, cui iam allaboraverant alii antistites* (4), *ita pergit scriptor :* Tempore indulgentiae Sanctae Mariae de Collemadio (5) extra civitatem Aquilanam praesens fui in examinatione duorum mortuorum, quos resuscitatos fuisse divina potentia ob merita sancti Bernardini testati fuerunt, quorum unus erat praesens puer quinque annorum de comitatu Aquilae, altera femella similis aetatis de Civitate Regali (6).

Anno iubilari 1450, die Pentecostes, nempe 24 maii, Romae, in basilica Sancti Petri apostoli sollemnem S. Bernardini Senensis canonizationem contemplatus est. Pro parte mea vix angustiosiorem diem toto tempore vitae meae habuisse me recolo; ecclesiam ingressi fuimus, nec postea exire valuimus, ita plena erat Sancti Petri ecclesia. Italici, Francigenae, Catalani, Hispani, Ungari et Burgundi, saeculares et fratres, monachi et eremitae et omne genus hominum eramus mixti et ita stricte coniuncti, quod nemo se solum movere poterat, sed omnes movebamur nunc infra, nunc supra, ita quod prae lassitudine iam spiritum exhalare videbamur. Omnes vero mansiones et planities ante ecclesiam Sancti Petri ita
C erant plenae, quod granum milii supra populum iactatum vix in terram cadere potuisset (7). *Et paulo ante :* Eo tempore (*canonizatio*) facta fuit, quo generale capitulum Romae fuit celebratum; in quo tanta fratrum multitudo convenit, quod primis ingredientibus ecclesiam Sancti Petri adhuc ultimi erant in Ara Caeli (8), et omnes processionaliter incedentes divinas laudes cantabant (9).

1451, Aquilam incoluit. Quod facile eruitur ex his quae fuse enarrat de fratre Roberto de Licio (10), *qui* iam famosus praedicator effectus, Aquilam praedicaturus a patre fratre Iohanne de Capistrano vicario generali missus praedicare, cum maxima acceptatione incepit et se parum vel multum staturum iuxta populi devotionem promisit; deinde ad suggestionem cuiusdam sui socii mutavit propositum. Ego vero videns scandalum populi et suam confusionem et fratrum, dulciter illum confortabam allegans obedientiam, quam promiserat (11). *Et multa alia adduntur scitu haud incuriosa.*

1452, maii 27, in Sancto Iuliano extra civitatem Aquilanam post canonizationem S. Bernardini generale capitulum (*scilicet fratrum observantiae*) extitit celebratum, et pro necessitatibus fratrum ratione arctitudinis loci debita convenientia haberi non poterat. Propterea fratres provinciae cum patribus generalis capituli tractarunt, ut capitulum fieret in civitate in conventu Sancti Francisci, quem patres conventus benignissime obtulerunt. Patres vero capituli generalis omnes unanimiter responderunt, dicentes: " Potius in Sancto Iuliano volumus, — per modum loquendi E — esse mortui, quam in conventu intra civitatem vivi. " Et ita in Sancto Iuliano factum fuit. Et capitulum generale in nostra familia meo iudicio nunquam devotius actum fuit...

Nihilominus duo fratres inflati fuerunt et conquesti, quod in illo capitulo debitus eis honor non fuit exhibitus. Cuius rei veritatem ignoro, maxime quia in nostra familia tales honores non consueverunt inquiri, et quia ratione iuventutis et modicae practicae, quam tunc religionis habebam, tunc minime consideravi... (12).

In isto capitulo congregati simul magister Seraphinus de Gaeta, vir utique valens et bonus (13), frater Barnabas de Interamnes (14), et plerique alii fuimus. Et magister Seraphinus ait in communi sermone respondens : " Vere puto quod ordo Minorum nunquam in " tanta fuit reputatione constitutus. " Hoc verbum fuit magnum et praesumptuosum, quia tempore beati Francisci et sociorum quaedam videbatur esse schola sanctorum. Tamen in maxima tunc erat reputatione; hinc miracula sancti Bernardini, illinc praedicatorum accepta- F tiones, ex alio latere exemplaris vita fratrum, ita quod totius ecclesiae videbatur exemplar. Et adiecit magister Seraphinus : " Unum deest " nostrae familiae, scilicet studium littera- " rum. " Cui contradiximus omnes. Ego vero ceteris praesumptuosior dixi : " Cum " secundum te ordo Minorum nunquam apud " saeculum in tanta reputatione fuerit, et con- " stat quod hactenus in familia studia minime " fuerunt, ergo clarum est melius esse studia non " habere. " Quod dictum ab omnibus extitit

(1) *Chronica*, cap. IX, p. 32. — (2) Hoc munus implevit 1446-1449. HOLZAPFEL, l. c., p. 625. — (3) *Chronica*, cap. X, p. 35. — (4) Bulla canonizationis, § 10-12, et documenta coaeva ed. a WADDINGO, *Annales Minorum*, an. 1449, nn. XIII et IX, et an. 1450, n. III. — (5) De indulgentia plenaria, quam Caelestinus papa V *in decollatione sancti Iohannis Baptistae* lucrandam ecclesiae Sanctae Mariae de Collemadio anno 1294 elargitus est cf. eius Vita, ab auctore aequali conscripta, in *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 419. — (6) *Chronica*, cap. XI, p. 36. — (7) Magnificum huius canonizationis spectaculum describit AUGUSTINUS DATHUS, *Opera*, FRAGMENTUM SENENSIUM HISTORIARUM (Venetiis, 1516), lib. II initio, fol. CLXXXVI^v-CLXXXVII; iterum excusum inter *S. Bernardini Senensis opera omnia*, ed. I. DE LA HAYE, t. I (Lugduni, 1650), p. 48-49. — (8) Hic fuit Romae praecipuus Fratrum Minorum conventus, haud procul a Capitolio dissitus. — (9) *Chronica*, cap. XI, pp. 38, 37. Teste oculari, Roberto de Licio, eximio contionatore : Fuit *generale capitulum Fratrum Minorum in quo convenerunt ultra quinque milia fratrum. Et ego de ipso* (S. Bernardino) *post canonizationem sermonem ad populum habui, in quo concurrerunt multa milia virorum ac mulierum* (cf. *Sermones Roberti de Sanctis*, Venetiis, 1490, f. 215^v). — (10) De eloquentissimo illo oratore, cuius tamen superbae indoli nota videtur inurenda, plura diligenter collegit R. P. L. LEMMENS, *B. Bernardini chronica*, p. 44-45, nota 2. — (11) Ibid., p. 40. — (12) Ibid., p. 38-39. — (13) SBARALEA, *Supplementum ad scriptores trium ordinum S. Francisci*, p. 656. — (14) Ibid., p. 109. Hic praecipuas partes egit in condenda re prorsus nova, Montibus scilicet Pietatis.

commendatum.

AUCTORE F. V. O.

commendatum. Et addidi: " Numquam in familia „ docti defuere viri. Dominus enim doctos de „ saeculo ad religionem vocat, et sine suo labore „ defensores habet. Vacent ergo fratres orationi, „ devotioni et divino cultui; et ipse Dominus „ familiam suam defensat et auget. „ In isto capitulo reverendus pater frater Marcus de Bononia generalis vicarius fuit electus (1).

1453, cum Nicolaus V scire cuperet placeretne regimen ab Eugenio IV fratribus familiae impositum, vicarius generalis de singulis provinciis plures principaliores fratres vocavit. De hac nostra provincia quinque fratres cum patre vicario, qui tunc erat frater Matthaeus de Narnia, vocati Romam accessimus (2). *Fratres regimen unanimiter approbarunt.* Tunc dixi: " Cum fratribus totum mundum non timeo; victores sumus „ (3).

1454, die 9 iunii (tempore Pentecostes), in capitulo Observantium provinciae Aprutinae, B. Bernardinus prima vice in loco Sancti Nicolai prope civitatem Sulmonis fui vicarius electus ad huius
B nostrae provinciae Sancti Bernardini regendam familiam (4).

1454, die 12 augusti, litteris in conventu S. Francisci Aquilae *datis, frater Bernardinus Aquilanus,* vicarius provinciae S. Bernardini (5), *fratres Iohannem de Taliacotio et Ambrosium de Aquila ad fratrem Iohannem de Capistrano, qui ipsos ad se accersiverat, mittit, ut ei in omnibus rebus morem gerant* (6).

1455, 1 novembris, adest Assisii, ad Sanctae Mariae de Angelis, generali fratrum observantium conventualiumque congregationi, a Calixto III praescriptae, ut eorum discidia pacifice componerentur (7). Summus pontifex legatum in ista causa misit quendam abbatem Sancti Ambrosii de Mediolano (8).

1455, 6 novembris, pacis articulos fratribus conventualibus proponendos ipse Bernardinus Aquilanus et ceteri fratres observantes qui congregationi interfuerunt subscribunt (9).

1456, mense iunio, Vitam vero beati Philippi de Aquila (*† 4 maii 1456*) notavi tantum in sermone vulgari pro consolatione communi fratrum (10). Sed miracula post mortem ipsius acta
C pro parte episcopus Sulmontinus notavit, pro parte fratres (11). Et omnia habentur in loco Sulmonae, ubi corpus eius requiescit (12). *Degebat tunc temporis B. Bernardinus Sulmonae apud Sancti Nicolai, vicarius provinciae Sancti Bernardini, ut ipse declarat* (13).

1457. Ista vero nostra provincia, quae antiquitus Pennensis vocata fuit, in capitulo generali Mediolani celebrato (*nempe anno 1457*), tempore illustrissimi ducis Francisci Sforza, in quo totus ordo convenit tam patrum reverendorum conventualium, quam etiam de observantia nuncu- D
patorum, in quo et ego ipse praesens fui (*tamquam vicarius illius provinciae*), de communi consensu totius capituli generalis ad sonum campanellae congregati, mutato nomine Pennae, provincia S. Bernardini ob reverentiam sancti novelli in illa quiescentis vocari promeruit (14).

1457. Cum esset totus ordo Mediolani capitulariter congregatus, advisati fuimus quod illud capitulum Paduano simile foret, nisi fieret provisio. Accessimus ad illustrissimum ducem Franciscum recitantes narrata. Qui dixit: " Non „ credo; cum generali locutus sum. „ Et adiecit: " Nollem pro toto mundo quod in civitate mea „ contingeret quod in capitulo Paduano conti- „ gisse refertur. „ Hoc auribus meis audivi. Et cum fratres instarent, dixit: " Iam dixi vobis, „ non credo; tamen ecco mi! „ Puto quod, si fratres voluissent, pro nostra defensione magnum exercitum praeparasset (15).

1458, die 20 maii, capitulo generali Romae in conventu Aracaeli interest (16). *E quattuor fratribus citramontanis fuit qui cum quattuor fratribus* E
ultramontanis, data a Summo pontifice facultate, observantiae regularis vicarium generalem elegerunt (17).

1458, post 28 maii, soluto vero capitulo, pater vicarius generalis me secum Romae retinuit et patrem fratrem Marcum de Bononia. Tunc generalis novus... de novis bullis et nova concordia coepit nobiscum habere sermonem (18).

1458, initio mensis augusti, B. Bernardinus Roma profectus Aquilam rediit (19).

1462, die 3 octobris, degebat Bernardinus in coenobio Sancti Andreae, prope Theatem (Chieti), totus in aliquot Raimundi Lulli opusculis transcribendis (20).

1464, B. Bernardinus opusculum concinnavit in quo recensentur provinciae D. Bernardini coenobia cum vitis quam brevissimis cum beatorum tum optimorum a provincia ipsa oriundorum ac exterorum Minorum patrum observantium in iis fere singulis coenobiis sepultorum ad annum 1464 (21).

1464, 20 maii, Assisii in generali familiae observantiae regularis capitulo, cui interfuit, designatus est frater Bernardinus de Aquila vicarius
provinciae Bosnae et Dalmatiae (22), *quas Pius II* F
pontificiis litteris uniendas esse decreverat. Quo munere triennio functus est (23). Ego vero tribus annis quasi incus inter tres malleatores vixi, et tamen Dominus meus bonam mihi gratiam fecit; nam nostro triennio fuerunt in unione coniuncti. Ex uno latere Bosnenses, ex alio Ragusini et ex alio Dalmatini me cruciabant (24).

1464, mense iunio, Dalmatiam petiturus, B. Bernardinus Anconam venit (25).

(1) Quo munere functus est an. 1452-1455. Festum eius liturgicum, a Pio IX approbatum, die 31 martii celebratur. *Chronica*, cap. XIII, p. 43-44. — (2) Ibid., cap. XIV, p. 48. — (3) Ibid., p. 49 — (4) Ibid., cap. XVII, p. 56-57. Errat proinde Hugo a Pescocostanzo, qui primum B. Bernardini provincialis praefecturae triennium ad an. 1451 assignat in *Vita del B. Bernardino da Fossa* (Napoli, 1872), p. 27-28.— (5) Miror quod in his litteris, quas ceteroquin non vidi, B. Bernardinus seipsum dicit vicarium provinciae S. Bernardini, cum constet hoc nomen inditum dumtaxat fuisse anno 1457, in capitulo generali Mediolanensi, isti provinciae, quae hactenus vocabatur Pennensis. Vid. infra, ad an. 1457. — (6) Ita ex epistula a R. P. Leonardo Lemmens secundum editionem P. Hugonis a Pescocostanzo prolata, *Chronica*, p. 81, annot. 2. — (7) *Chronica*, cap. XVIII, p. 62-63; Calixti III litterae datae 29 iulii, 21 octobris et 17 octobris 1455. WADDINGUS, ad an. 1455, num. XLV-XLVII. — (8) Cf. infra excerpta ex chronica, cap. XVIII, annot. 17. — (9) WADDINGUS, ad an. 1455, nn. LII et LIII. — (10) *Vita del venerabile P. Fr. Filippo dell' Aquila scritta nell' anno 1456 dal B. Bernardino da Fossa*, data per la prima volta in luce da P. Fr. Ugone da Pescocostanzo, Roma, 1870. — (11) Ibid., cap. XII et XIII. — (12) Cf. insuper *Act. SS.*, Maii t. I, p. 548-52. — (13) Videlicet in Vita B. Philippi ab ipso conscripta, pp. 81 et 84. — (14) *Chronica*, cap. V, p. 16; cf. cap. XXV, p. 85. — (15) Ibid., cap. IX, p. 30. — (16) Ibid., cap. XXVI, p. 86. — (17) Ibid., p. 86-88. — (18) Ibid., cap. XXVI, p. 88. — (19) Ibid., cap. XXVII, p. 91. — (20) Cf. supra, p. 687, num. 6. — (21) Ed. Antonius Amicius et L. Lemmens. Cf. supra, p. 687, num. 6, et VALENTINELLI, l. c., p.157.— (22) *Chronica*, cap. XXIX, p. 97.— (23) Ibid., cap. XXX, p. 103. — (24) Ibid., p. 105. — (25) Ibid.. cap. XXIX, p. 97.

1464,

AUCTORE F. V. O.

A *1464, die 3 iulii, B. Bernardinus Iadram, Dalmatiae caput, applicuit. Nam cum consilium ei esset ad portum Flavoniensem die 24 iunii appellere, pridie extremum sinus Quarnero 68 chiliometris longi angulum, prospera navigatione usus, praetervehi debuisset; ast* mala bestia borea *reiecti prope Porto Lungo, post multa pericula, quae* per XIII dies in mari passi fuimus, demum artificiose Iadram opus fuit intrare (1).

1464, die 31 augusti, provinciae Bosnae et Dalmatiae vicarius frater Bernardinus Aquilanus ad praedictam provinciam se conferens, provinciale capitulum utriusque familiae in loco Pasmani, custodie Sancti Hyeronimi, ultima die augusti congregavit. *Quod saltem usque ad diem 7 septembris protractum est* (2).

1465, die 20 februarii et sequentibus, quadragesimales contiones Sibinici B. Bernardinus praedicabat. Sed, mandante generali vicario Marco de Bononia, praedicationem in media quadragesima male contentus reliqui et Ragusium accessi(3), *ut huius urbis fratres ad consentiendum*
B *decretae fratrum Bosnae et Dalmatiae unioni adduceret.*

1467, in festo Pentecostes, die 24 maii, B. Bernardinus generali capitulo familiae observantium Mantuae interfuit (4). Patres vero capituli me procuratorem sive commissarium in curia Romana fecerunt (5). *Grave illud munus retinuit usque ad capitulum generale, quod ob praematuram fratris Baptistae de Levanto, generalis vicarii, mortem, anno 1469 consueto Pentecostes tempore convocatum est.*

1469, die 7 iunii, B. Bernardinus, in curia commissarius, decretum a Paulo II, summo pontifice, impetrat, quo praescribitur ut deinceps in eligendis ordinis praelatis per illos, qui scrutinia agunt, simpliciter dicatur quot voces quisque electus habeat, suppressis silentio eligentium nominibus. Nam hac via salubrius et melius cum pace et quiete omnium, sine rancore et invidia, ad ipsam electionem in Domino procedetur (6).

1469, in comitiis generalibus, B. Bernardinus Aquilanus aliique e gravioribus patribus, quibus concredita fuerat cura dirimendi causam de abstinentia a carnibus diebus mercurii, quam agitaverat Baptista de Levanto, vicarius generalis nuper exstinctus, decreverunt propositum onus pio singularum provinciarum studio relinquendum esse (7).

1472-75, iterum provinciae Sancti Bernardini vicarius praepositus est ven. servus Dei (8).

1480, B. Bernardinus Ocrensem Sancti Angeli conventum, prope Aquilam, a Sixto IV concessum, incepit reparare et a die 20 augusti anni sequentis, cum aliquot fratribus familiae inhabitavit (9), *applaudentibus brevi huius loci incolis, qui ipsi Bernardino eiusque sodalibus declararunt :* Noi prima vi semo stati contrarii, e mo ne semo più E
contenti che li altri (10).

1486, in conventu Sancti Nicolai prope Sulmonam residet, ubi mense septembri ducentarum contionum seriem exegit, cui nomen Centurionis *indidit* (11).

1491, Bernardinus Ammonizioni *vitae spiritualis*(12) *seu parvulum catechismum conscribit, in quo perspicue explanantur fidei articuli, praecepta Dei et Ecclesiae, potissimum de confessione, ac piae commentationes orationis* Pater noster. *Cuius opusculi exstat exemplar forsan unicum in Bibliotheca Vaticana* (13).

1503, die 27 novembris, sanctissime moritur (14).

(1) *Chronica*, p. 97-98. — (2) Litterae vicarii generalis Marci a Bononia, apud FERMENDŽIN, *Acta Bosnae potissimum ecclesiastica*, MONUMENTA SPECTANTIA HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM, t. XXIII (Zagabriae, 1892), p. 260-62. — (3) *Chronica*, cap. XXX, p. 101. — (4) Ibid., cap. XXXI, p. 105. — (5) Ibid., p. 106. — (6) WADDINGUS, ad an. 1469, n. II. — (7) Id., ibid., n. VIII. — (8) Cf. supra, p. 691, num. 20. — (9) UGONE DA PESCOCOSTANZO, *Vita del B. Bernardino da Fossa*, p. 73-74. In testimonium adducit auctor B. Bernardini opellam *In que modo lo loco de Sancto Angelo de Ocra è venuto alle mani de' Frati Minori chiamati Observanti*. Cf. supra, p. 695, num. XIV. — (10) Ibid., ex eodem fonte, p. 75. — (11) Cf. supra, p. 693, num. IX. — (12) Ita Ant. Amicius, qui hoc opusculum anno 1572 edidit. Cf. supra, p. 692, num. I. — (13) L. LEMMENS, op. c., p. XXX. — (14) Cf. supra, p. 690, num. 16.

C F

I. VITAE EPITOME

AUCTORE MARCO ULYSSIPONENSI

Ex Tercera parte de las chronicas de la orden de los Frayles Menores del seraphico Padre S. Francisco (*en Lisboa, 1615*), *lib. VII, cap. XXXVIII, fol. 205v-206. — Cf. Comm. praev., p. 689, num. 12.*

En este (1) año de mil y quinientos y tres passo al Señor fray Bernardino de Aquila, de Fosa. Este religioso fue estudiante cinco años en la universidad de Perosa, en el derecho canonico. Y hecho devoto de la orden por los milagros de sant Bernardino ya defunto, oyo una quaresma los sermones del santo fray Iacome de la Marca, con los quales se convertio a dexar el mundo, y recibio de su mano el habito de la religion. En la qual mudo el nombre, y se llamò fray Bernardino por la devocion que tenia a este sancto, como quiera que en el siglo se llamasse Juan (2). Despues de professo, y ordenado sacerdote, fue embiado por el sancto fray Juan de Capistrano a la provincia de S. Bernardino, de donde era natural, y fue en ella diez años vicario provincial. Despues fue embiado a Dalmacia y a Bosna por provincial, de donde bolviendo fue hecho commissario de la corte Romana, y siempre en todos sus cargos fue tenido en gran reverencia de los frayles, y de los seglares. Fue varon de grande abstinencia, siguiendo siempre la vida comun. Era de grande espiritu en la oracion, en la qual tenia gracia de muchas lagrymas. Nunca quitava los ojos de la cruz de nuestro Señor Jesu Christo, y por la mucha abundancia de lagrimas que

(1) In margine legitur : *Mariano-Memoriales*, fons videlicet huius vitae summarii. — (2) Secundum Ant. Amicium (*Vita B. Bernardini*, n. 3) haec nominis permutatio invito Bernardino effecta est.

 derramava,

AUCTORE MARCO ULYSSIPONENSI

derramava, traya siempre los pechos mojados. Tenia por costumbre de tener siempre en su celda, o en qualquiera otra parte que estuviesse, una imagen del crucifixo, que el avia pintado, y mirandola se bañava muchas vezes en lagrimas. Cree se que fue muchas vezes consolado, y visitado del Señor, porque por sus oraciones alcanço muchos milagros. Una vez estando este siervo de Dios en gravissima enfermedad, empeço a salir de su manga y braço un tan suave olor, que maravillosamente confortava a el, y a los que con el estavan (1). Lo qual devio proceder de algun tocamiento celestial, assi como acontescio al sancto fray Jacome Barletano de Ripio (2). Aparescio le dos vezes S. Bernardino, y en la primera le sanò de una grande enfermedad (3), y la segunda vez estando otra vez D enfermo para morir, en la qual lo consolò, y confortò, para el trance de la muerte. Era este varon exemplo de toda gravedad, y religion en todas sus obras. Fue electo dos vezes de la ciudad de Aquila, por obispo; mas el sancto varon, y de humilde coraçon, nunca consintio en ello. Un noble ciudadano llamado Pablo de Caponis, estando muy enfermo, fue visitato deste siervo de Dios, y encomendandose mucho en sus oraciones, dixo el a todos los que presentes estavan: " Pidamos todos a nuestro Señor, que si el fuesse „ servido, embia salud a este enfermo „. Y hecha aquella breve oracion por todos los que alli estavan, hizo la señal de la cruz sobre el enfermo, y luego sanó.

(1) Haec quoque apud Amicium, in *Vita*, n. 7. — (2) Crediderim *de Ripio* mendose scriptum esse pro *de Puppio*. Haec enim de Iacobo Barletano refert Bartholomaeus Pisanus (*De conformitate vitae B. Francisci ad vitam Domini Iesu* (libro I, fructu VIII, parte secunda), ANALECTA FRANCISCANA, t. IV, p. 260: *In Puppio* (Poppi, in tractu Casentino) *iacet frater Iacobus Bar-* B *letanus. Cui Christus apparens in silva certificavit eum de remissione peccatorum suorum, quam semper optaverat. In cuius signum Christus posuit manus dicti fratris intra suas manus; et ex tunc tantum odorem sensit in suis manibus, quod omnium odorem fragrantiam excederet, et multo tempore post ob eius reverentiam sibi manus non lavit.* Eadem ferme iterantur ibid., fructu XI, parte secunda, p. 519. — (3) Hanc gravem infirmitatem et subsecutam sanationem enucleavit Ant. Amicius, *Vita*, n. 4; sed nomen illius qui aegroto apparuit reticet. E

II. VITA B. BERNARDINI

AB ANTONIO AMICIO I. V. C., EIUS EX FRATRE ATNEPOTE, DESCRIPTA.

Cf. Comm. praev., p. 689, num. 13-15.

B. Bernardinus Fossanus, dum Perusiae iuri studebat,

1. Beatus Bernardinus in oppido Fossa, ab Aquila Aprutii urbe quatuor fere lapidibus distante, ex Amico Sciolaque parentibus ortus ac octavum supra decimum annum agens (1), ita latinis est literis eruditus, ut vel iurisprudentiae vel rei medicae satis commode operam navare potuisset. Qui a quodam praestantissimo iureconsulto nec vulgaris existimationis [1] viro, Aquilano cive, Pace nuncupato, utri earum incumbere statuisset, interrogatus: " Rei medicae, pro patris voluntate „ respondit. Repetenti autem: C " Cur non legibus? „ simpliciter retulit se semper audivisse iurisconsultos ac causidicos omnes inferorum poenis destinari. Quod sane a veritate alienum iurisperito contendente, imo rem medicam conscientiae perniciosiorem asserente, quippe cum inscie vel malitiose propinatum pharmacum bona corporis laedat, longe praestantiora humanis, quibus inscii malique iureconsulti sententia officit, narrante interim medici cuiusdam inscitia ceterorum, quos ipse vocandos instituerat, auxilium negligentis pulcherrimum sibi filium, cuius caput equi pede percussum tumefactum fuerat, obiisse, ut ira succensus impium medicum occidere constituisset: en mutata sententia Bernardinus hisce verbis et exemplo commotus Perusiam, quo legum facultati incumberet, se contulit. Ubi plures iam studentem annos ac eremitae cuiusdam concionem audientem repentina invasit cogitatio: " Quid agis, „ inquit, " miser? tui parentes vita functi sunt, fratribus uxores ac liberi non desunt, praeclareque cum eis in rebus humanis agitur; sorores nupserunt, ipse solutus es. Si cum hominibus versaris, vitam veluti pecora transigere non debes, sed omni aetatis tuae tempore insudandum; „ — id quod sibi, ut honeste viveret, decreverat faciendum, tametsi F eum inferorum igni perinde addiceret atque suum in scopum sagittam arcus emittit; — " praestat igitur „, secum dicebat, " Dei Opt. Max. amore laborare, qui mihi ad vitam aeternam consequendam peccata dimittet, quam hic semper insudare ac igni tandem aeterno destinari. „

dubius de via ineunda,

2. Cuius cordi admodum inhaerentis sententiae, quae saepe in eius mentem veniebat et excidebat, post plurimorum dierum curriculum nihil penitus statuebat, quousque a Melchiore a Sancta Maria in Gallo dicendi perito (2) in summo schalarum [1] veteris sapientiae Perusiae (3) mira D. Bernardini Senensis, qui tunc recens Aquilae

1. — [1] extimationis *Le.*
2. — [1] *Ita quoque apud Waddingum et Greiderer* (*cf. Comm. praev., p. 689, num. 15*). *Quam lectionem in* scholarum, *nescio an felici coniectura correxit Lemmens*, B. Bernardini Aquilani Chronica, *p.* XIII.

(1) Anno scilicet 1438, quippe qui anno 1421 natus sit. Cf. Comm. praev., p. 690, n. 17. — (2) Quisnam ille Melchior fuerit reperire non potui. Novissimus B. Bernardini biographus, Fr. Hugo a Pescocostanzo, *Vita del B. Bernardino da Fossa*, p. 11, pro Melchiore legit *frate Marco da Santamaria di Montegallo*, qui artis medicinae peritus ordinem S. Francisci amplexus est ibidemque anno 1497 sancte obiit. Sed, praeterquam quod auctor iste hunc Amicii legendae locum perperam interpretatus est, ignorasse videtur Perusiae collegium Veteris Sapientiae destinatum fusse solis alumnis et professoribus, qui iuris disciplinis operam navabant. BINI, *Memorie istoriche della Perugina università degli studi e dei suoi professori* (Perugia, 1816), vol. I, p. 419-20. — (3) De collegio Veteris Sapientiae seu Gregoriano, diverso a collegio Novae Sapientiae, quod anno 1443 apertum est, cf. BINI, t. c., p. 419-428.

dormiverat

A dormiverat (1), ac altissima necdum plurimorum annorum serie audita miracula narrante illud primum, quod pro quodam puero admodum claudicante vir divinus operatus fuerat (2), perciperet prodigium; ob quod obstupuit, pariterque a Spiritu sancto cor eius illustratum est, ut totum sancti viri, quem tum Aquilae (3), tum Perusiae (4) concionantem audiverat, precibus tribuendo memoratam constituisset exequi cogitationem; atque e [2] vestigio, quisnam concionaturus in proxima quadragesima Perusiam adveniret, ut ei suum explicaret propositum, percontatur. Cum vero sibi diceretur aut B. Ioannem a Capistrano, aut certe B. Iacobum a Marchia esse concionem habiturum, Deo immortales habens gratias plurimum laetabatur. Quamobrem B. Iacobum, ubi advenit (5), alloquutus, Petrutio Aquilano sacerdoti, sibi in legibus condiscipulo charissimo atque a pueris, cum grammatica simul erudirentur, socio, huiusmodi detexit arcanum; quo grate accepto, ei gratulatus est ac, quo in sententia permaneret, multis est eum verbis cohortatus.

instigante S. Iacobo de Marchia,

3. Quadam vero die cum [1] coenobium D. Francisci proficiscerentur, Bernardinus se B. Iacobum alloqui precarique velle dicebat, ne suum Ioannis nomen mutaret, quod uti pulchrum sibi satis arridebat ac quadam, cum eo parentes in baptismate vocaverint, veneratione complectebatur. Quod cum Petrutio optimum videretur simul atque gratissimum esset, adiumento se in hoc Bernardino fore pollicetur. Cumque coenobii claustrum, quod maximum est, ingrederentur, B. Iacobus ex adverso in extrema claustri parte stans, cum nullo pacto eos cognoscere posset (quippe qui lippus imbecillisque visus esset), hisce verbis clamavit : " Salve, frater Bernardine! Hoc volo „ dicaris nomine, atque cave ne quid repetas. „ Quae verba ei Spiritum sanctum revelasse atque uti miraculum foret putabant, quod, quaecumque in via dixerant, optime sciret, cum sic eos praevenisset, ut, quemadmodum factum extitit, huic, quo vocaverat, nomini minime repugnarent; atque ita omnes existimabant, cum is vir Perusiae ea tunc existimatione, vita ac sanctitate haberetur, ut eum quisque sanctum putaret.

ordinem Minorum observantium amplexus est,

4. Omnibus itaque beati patris ad Minorum observantium religionem huiuscemodi receptione innotescente (6), Bernardini nomine quarto idus martii anno ab ortu Christi 1445 in divi Bernardini memoriam ac venerationem, nec absque admiratione nuncupari promerentis, cum non longe post tres ad religionem exceptos fratres, ipsum scilicet in D. Bernardini, fratrem Ioannem a Theramo in B. Ioannis a Capistrano, ac fratrem Iacobum Romanum in sui ipsius memoriam vocitasse sibi semel B. Iacobus edixerit, plures tamen E eius amici ac socii male se in religiosa vita habiturum censebant. Verum novitiatu divino numine Eugubii adimpleto (7) ac tertio nonas martias subsequentis anni 1446 Stronconii professus (8) iamque pluribus annis labores quam maximos graviaque onera subeundo in febrem, quae per mensem eum obsedit aestu quodam levi interius, haudquaquam exterius apparente, assiduam incidit, nihil prorsus medicis aut pharmacis proficientibus; ac totius corporis doloribus adeo

ubi post plures annos graviter decubuit.

[2] a *Le.*

3. — [1] ad *add. Le.*

(1) Die 20 maii 1444. — (2) Series miraculorum, quae intra dies LII ab obitu patrata et coram Eugenio IV producta sunt, ita inchoatur : *Pasqualis puer, filius Pauli de Ciculo, accedens* PRIMUS *ad beatum corpus Bernardini, cum devotione maxima, claudus ab uno latere, magnum in modum se declinans ad terram, rectificatus et liberatus evasit, recte ambulans ab illo latere prius impedito; testantibus infirmitatem et sanitatem restitutam, licet per annos plures publice visam, egregio legum doctore Domino Marino de Milatinis, dicto Paulo eius patre, et Paulo Victorii eius magistro, civibus Aquilanis, et pluribus aliis, die* VIGESIMA PRIMA MAII. Ex instrumento publico Aquilano ed. *Act. SS.*, Maii t. V, p. 284*, n. 2. — (3) Anno nimirum 1438. Cf. *Regesta*, C s. a. — (4) Pluries S. Bernardinus Senensis Perusiae praedicavit, scilicet annis 1425, 1427, 1438 et 1441 (*Diario del Graziani*, in ARCHIVIO STORICO ITALIANO, t. XVI, parte 1, pp. 319, 323, 434, 470). Ad hunc ultimum annum notat Graziani : *Adì 10 de agosto venne in Peroscia frate Bernardino, frate observante de San Francesco, e venne da Asese, et predicò in piazza nel pergolo nuovamente fatto, che sta a canto alla porta di San Lorenzo. E la prima predica che esso fece, predicò della iustizia e della assumptione della nostra Donna. E predicò ogni dì per fina adì 16 de agosto, e poi se partì.* Atqui hoc anno 1441 et hoc mense augusto Bernardinus Fossanus Perusiae incolebat, prout ipse in suis *Chronicis* testatur. Cf. *Regesta*, s. a. 1441. — (5) S. Iacobus a Marchia sacras quadragesimae orationes Perusiae habuit anno 1445. De qua re iuvat luculentum annalium Graziani recitare monumentum : [*1445*] *Adì 7 de marzo comenzò a predicare in piazza frate Iacobo della Marca della Osservanza de santo Francesco, quale Monsignore fece venire dicto frate Iacomo et un altro predicatore per salute delle anime nostre... Adì 14 de aprile, fece l'ultima predica frate Iacomo de la Marca in piazza. Et finito che ebbe de predicare, fu portato a braccio a Santo Francesco. Et stato poco, cavalcò in uno suo asino et andò verso Santa Maria degli Angioli* [Assisii videlicet]; *et molto populo glie andò derieto, homini e donne* (op. c., p. 568). Hinc patet errasse Michaelem Faloci Pulignani, v. cl., dum contendit contiones quadragesimales anno 1445 Fulginii a S. Iacobo de Marchia fuisse praedicatas. Decreta ex tabulario huius civitatis desumpta, quibus nititur, ne insinuant quidem nomen praedicatoris; et alia allata documenta liquido significant Fulginates a magistratu delegatos ad S. Iacobum in S. Mariae Angelorum, Assisium die 22 aprilis 1445 adiisse effecisseque ut ad ipsos diverteret. Quod eadem aestate contigit (*Miscellanea Francescana,* t. IV, p. 66 sqq.). Hanc occasionem libentur arripio, ut viros eruditos moneam Itinerarium S. Iacobi de Marchia, quod Pater Ludovicus Tasso a Fabriano M. O. plane declarat in bibliotheca municipii Montisprandoni, in territorio Piceno diligenter custodiri (ibid., t. I, p. 126), ibidem nequaquam hodie reperiri, neque umquam adfuisse. Errorem explicat A. CRIVELLUCCI *I codici della libreria raccolta da S. Giacomo della Marca nel convento di S. Maria delle Grazie presso Monteprandone* (Livorno, 1889), p. 85, annot. 2. — (6) Haec habet Graziani : *A quisti dì ... per le prediche* F *de frate Iacomo de la Marca se sonno convertite de molte persone ; e molti citadini e scolari e forestieri se feceno frate della Osservanza de santo Francesco* (l. c., p. 567). — (7) In *Vita del venerabile P. Fr. Filippo dell' Aquila,* quam anno 1456 lingua vulgari scripsit, haec noster beatus de suo tirocinio refert : *Fu un frate nella provincia di Santo Francesco, chiamato frate Savino de Campelli, che veramente fu uomo di somma religiosità e di santa vita, uomo prudente e discreto, e di gran sentimento naturale ; del quale posso largamente parlare, perchè nel loco di Santo Ieronimo di Agubio fummo insieme circa un anno ; e quantunque allora io fossi novizio, et lui fosse di età decrepita, nondimeno molti boni esempli e santa dottrina ebbi da lui* (ed. HUGO A PESCOCOSTANZO, cap. IX, p. 46). Ex his quae exponere pergit, liquet illum Sabinum fuisse magistrum noviciorum. Cum autem anno 1445 decrepita esset aetate, non potuit florere *ad annum 1520,* uti Arturus a Monasterio in suo *Martyrologio franciscano* die 7 iulii asserit, ac multo minus an. 1402 e vita cesserat, quod legere est apud WADDINGUM, *Annales Minorum,* an. 1402, n. XII. — (8) Ita quoque AUGUSTINUS A STRONCONE, navissimus rerum franciscanarum indagator, in *L'Umbria serafica,* sub an. 1446 : *Il beato Bernardino da Fossa dell' Aquila studiando legge in Perugia, l'anno passato, mosso da miracoli di S. Bernardino, si fece religioso, pigliando l'abito per mano del beato Giacomo nel convento del Monte. Fu mandato a fare il noviziato a Gubio, e compitolo quest' anno e mandato nel contado di Stroncone, dove a 5 di marzo fa la professione solenne* (MISCELLANEA FRANCESCANA, t. V, p. 28).

affectus

AUCTORE ANTONIO AMICIO

affectus remansit, ut per septem alios menses ignita veste amictus sibi ipsi videretur, assidue vociferans nullo in tanto cruciatu sibi existente solatio, nisi cum more pueruli lacrimas emitteret; nocte tamen magis quam die excruciatus, vigesima quarta quaque diei hora parturientis more affligebatur. Ad haec sensu destitutus ita, quod interdum super scabellum sedens vix se hominem esse cognosceret, alicuius tantum carnis stillatione nutritus, saepissimeque in mortis articulo laborans divo vovit Bernardino per Deum, orans ut, cum tot tantaque salutis beneficia in plurimos contulisset iugiterque conferret, ipsi quoque tot cruciatibus affecto praesidio foret, pollicitans, cum primum eo prorsus morbo levaretur, quo sacra facere posset, se ad Dei Opt. Max. illiusque laudem et gloriam quinquies hostiam oblaturum. Quodam autem die mane paulo post auroram parum quid dormienti quidam franciscanus apparuit dicens : " Uti vales, Bernardine miser? " — " Male ", inquit, " penitusque deficio. " Subicienti vero : " Tuum hunc nosti morbum? " — " Minime " respondit. Qui adiecit :
B " Scito ventum esse visceribus inclusum, qui, cum " nullo adhuc pacto exire possit, hac te molestia " afficit; cura igitur, ut aegrotorum custos hoc " medico referat. " Quamobrem adhibito per custodem remedio, e vestigio Bernardinus convaluit ac primo missarum votum in Dei divique Bernardini venerationem exsolvit, ne illius virtute, consilio ac meritis acceptae salutis immemor esset.

Impiger contionator

5. Maiori vero studio in religione perstans, flens semper, cum suae meminisset conversionis, quod maxima Dei miserentis pietate e peccatis consurrexisset, suisque legibus sacrae doctrinam paginae adiciens ubique in provincia ac extra concionabatur. Apostolicus vero concionator effectus est ac plures annos vicarius provinciam rexit (1), qui et in Romana curia totius religionis, ut vocant, procurator fuit, atque ob eius vitae integritatem a generali vicario praesertim in Dalmatia plurimis fuit officiis occupatus, ubi interdum interprete declarante concionabatur, confessiones audiebat aliaque divina munera exequebatur (2).

atque scriptor,

6. Qui tam prius quam post libros exscribebat (3) atque, quod sciam, plurimos sermonum libros latine conscriptos reliquit (4), *Quodlibet* videlicet, *Quadragesimale, Funerale, Centurionem* atque *Peregrinum,* quem in peregrini Iesu ei apparentis memoriam, ut inferius dicetur, prae sua pietate ac religione scripsisse mihi exploratum est. Necnon D. Bernardini Senensis ac B. Philippi Aquilani vitas italica lingua descripsit, qua et *Admonitionum* libellum conscripsit. Quin et *Coenobiorum Provinciae D. Bernardini* opusculum cum Vitis patrum aliquot in singulis praedictorum coenobiorum sacris aedibus sepultorum ad ann. 1464 compendio quam brevissimo latina lingua perstrinxit, alios quoque nonnullos sermonum libros exarando, quorum aliquot imperfectos in D. Angeli paulo inferius praelibandi bibliotheca videre licebit.

vir sanctissimus

7. Magnam itaque in religione luminis claritatem consecutus ac tribus radiis emicans non sibi modo, sed et aliis veritatis viam adaperuit. Nam cum tam magnifice in ipso humilitatis, paupertatis splendidaeque castitatis radii effulserint, non homo, sed caelestis angelus videbatur. Talibus namque ac plurimis radiis sidus hoc praefulgidum iam elucens tamque fragrantem omnium virtutum odorem spirans, non rosam tantum, sed lilium, imo florum omnium odoramenta excellebat. Nam gravi morbo detentus hoc a Domino meruit obtinere, ut saepe habitus sui manicam odorans prae ingenti fragrantia redundante nullam pene diutini languoris molestiam praesentiret (5). Quo Dominus quippe admonitos nos voluit, ut tanta forent in eo charitatis insignia, quod vere rosa vernans charitatis ab omnibus dici valeret; quae adeo in ipso refulsit, ut non fratres sibi subditos solum, cum provinciae praeesset vicarius, paterno consolaretur affectu, sed etiam pauperes saeculares ac ceteros omnes. Tam munifica eius in illos versabatur miseratio tum corrigendo, tum adhortando, tum lucis exempla monstrando, ut illecebris saeculi E molimenta desererent Creatorisque sui vestigia sectarentur, quod merito D. Francisci filius putaretur.

dum iterum aegrotavit suavi odore fragravit.

Dono lacrimarum donatus,

8. Taceo autem quam plurima suae abstinentiae tempora, taceo disciplinas divinaeque laudis solutionem mirificam, taceo dulces lacrimas in orationibus effusas. Nam ut alter Petrus fere semper, dum in cella clauso ostio moraretur, ante pectus vel cucullum ob lacrimarum rivulos panniculum deportare solebat (6). Orationem enim pro sorore et integerrimam castitatem in sponsam elegerat, quarum odoribus non homines tantum, sed et horum Dominus oblectatur.

Iesum sibi apparentem contemplatus est.

9. Nec servi sui hisce tantum dictis, sed et miraculorum coruscatione Domino cura fuit. Nam cum muti os crucis signo Iesu nomine ab eo insigniretur, statim sine ullo linguae impedimento ille verba promebat. Item quadam die iter faciente cum socio ac simul disputantibus de evangelio de duobus discipulis euntibus in Emaus, ei Dominus in peregrini forma apparuit, proponens respondensque ad evangelium ipsum, ac subinde ab eorum oculis evanescens ipsos F ingenti gaudio replevit. O quam maxime divinis in rebus exercitio operatur, ut, quem ardenter corporeis oculis videre vir beatus optaverat, cernere tandem ac contemplari contigerit! O te fortunatum nimiumque beatum senem! Quot quantisque lacrimis tunc, cum orbis universi Creatorem et Rectorem atque humani generis Redemptorem ea charitate tuis corporeis intueris oculis, prae nimio gaudio perfusus esse potuisti! Qui talem meruisti refectionem tantamque consecutus es gratiam, totus, ut puto, in lacrimas prae veneratione solvebaris totusque prae divina contemplatione abstrahebaris. Maximum profecto miraculum, ut, qui cuncta regit ac moderatur, tibi alloquens apparuerit. Necnon et cum quidam gravi morbo laboraret, ita ut recuperandae salutis spes omnis a medicis destituta

Cf. Luc. 24.

Miraculum.

(1) De annis quibus vicarius provinciae praefuit aliisque eius muneribus, cf. Comm. praev., p. 690-91, num. 19-20.— (2) Hactenus Waddingus Amicii Vitam exscripsit (cf. Comm. praev., p. 689, num. 15), praeterquam quod c. 9, ubi de miraculis agitur, brevissime assumpsit. — (3) Ita plura Raimundi Lulli opuscula exscripsit, quae hodie Venetiis, in bibliotheca S. Marci asservantur. Cf. VALENTINELLI, *Bibliotheca manuscripta ad S. Marci Venetiarum,* codices mss. latini, t. II, p. 157. — (4) Litteraria Bernardini operositas recensita est in Comm. praev., p. 692, num. 25. — (5) Fragrantis manicae prodigium etiam memorat Marcus Ulyssiponensis. Vide supra, p. 700. — (6) De lacrimarum dono cf. Marcum Ulyssipon., supra, p. 699-700.

esset,

A esset, statim cum B. Bernardinus, brevi oratione praemissa, pectus eius in Trinitatis ac Iesu nomine tangeret, pristinae restitutus est sanitati (1), nobis ut ille appareret exterius, qui uti gemma virtutibus plurimis fulgebat interius, quemadmodum rei exitus patefecit. Nam cum primum illius anima a sui corporis ergastulo est soluta, cum innumerabili angelorum agmine ad caelestem aulam est delata; quam sic gloriosam suorumque bonorum operum fructum colligentem vidit B. Vincentius Aquilanus (2). De quo saepissime dicebat: " Ego B. Bernardino Fossano „ me quotidie commendo, sicut aliis sanctis vitae „ aeternae, ad quam roget Dominum, ut sua „ pietate me perducere dignetur. „

Pie defunctus est Bernardinus

10. Quamobrem adhuc virgo, senectute penitus confectus, in D. Iuliani primo vetustissimoque Minorum prope Aquilam coenobio suum spiritum Deo reddens sepultus est. Cuius beatum corpus non longe post, nempe kalen. decembriis 1515, tertia sequentis diei nocte, furtim a quodam patre sublatum ad D. Angeli intra Fossam et Ocram coenobium proximo die dominico delatum est, B atque proximiori die ab eodem illa beata ossa lota sunt. Anno vero subsequenti pridie kalen. maii 1516 in Ascensionis vigilia hora vesperarum intus sacrum altare maius in lapidea arcula pie ac honorifice condita hucusque clauduntur. Supra cuius altaris dexteram erecta tabula tum beati viri effigiem [1], tum miracula ipsa indicat. Quae nos olim, ut cuiusque memoriae tenaciter inhaererent, his paucis versiculis, quos hic etiam repetere non pigebit, utcumque perstrinximus:

atque sepultus.

Ad Bernardinum gressus teneatis ovantes [2],
Qui poterit nobis conciliare Deum.
Nam quem destituit medicorum concio, sanat
Et cruce dat muto plurima rite loqui.
Obviat inque via Christus peregrinus eidem,
Ad caelosque choris evolat angelicis.
Vidit enim noster Vincentius ipse beatus
Ad caelos animam convolitare suam.
Huc igitur propera, caeli qui regna peroptas
Scandere et aeternum pace manente frui.

Auctore Antonio Amicio

Suam auctor fidem profitetur.

11. Laetare igitur, optime pater, qui veram aeternamque gloriam iam diu adeptus es, ac mei ex fratre tui atnepotis Antonii memento peccatoris, qui ob meam sane pietatis observantiam in tui laudem tuorumque gestorum perpetuam memoriam ad Dei beatissimaeque ac pudicissimae semper virginis gloriosissimae matris Mariae, eiusque unigeniti filii Iesu Christi, et Spiritus sancti honorem et gloriam haec qualiacunque tuorum morum fideliter quidem, quod nihil prorsus a vero alienum sit, utcunque breviterque contexere nixus sum, omnia tua etiam opera, annuente Deo, quasi ex voto typis excudenda curaturus (3). Laetare inquam, cum D. Bernardino, in cuius, ut praedixi, memoriam nomen sortitus es, atque ambo, qui in felicissima aeternaque vita estis, pro me Deum orare non gravemini, quo ipse inter iuris utriusque consultos minimus meum ita iustissime exequar munus, ut Deo placens, graves huius labentis seculi fluctus, E periculorum myriadas rerumque tot maximas angustias effugiam. Ac me demum in terris peregrinantem, maximis ac variis turbinibus circumseptum, vestris meritis a peccatis servate, et ne a recta quoquomodo exorbitem, semper ac ubique custodite. Imo fidei quoque augumentum pro me apud Altissimum exorate, ut huius fluctuantis seculi confractis vinculis, per vitae munditiem, integritatem et innocentiam, quam sectati estis, magno celsoque animo in caelum, ubi in perpetua pace esse possim, contendere valeam per gratiam et benignitatem domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre et Spiritu sancto honor, gloria, et imperium nunc et semper in secula seculorum. Amen.

10. — [1] effigies *Le.* — [2] orantes *perperam Le.*

(1) Huic viro sanato Waddingus (*Annales Minorum*, an. 1503, n. XXI) nomen indidit Pauli de Capponibus nobilis Aquilani, quod forsan a Marco Ulyssiponensi mutuatus est, licet huiusce narratio cum Amicii narratione non omnino concordet. — (2) Obiit hic frater laicus die 7 augusti 1504, iamque pridem eius festum hoc die Aquilae celebrabatur. Cf. *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 239-40. Nunc autem ex Pii IX concessione apud Fratres Minores colitur die 6 septembris. — (3) Cf. Comm. praev., p. 692-93, num. I, III, IV et V.

C F

III. EX CHRONICO FRATRUM MINORUM OBSERVANTIAE

AUCTORE B. BERNARDINO A FOSSA

Cf. Comm. praev., p. 687-89, num. 3-11.

Cap. 10. De novo modo regiminis nostre familie post capitulum Paduanum.

Quia in capitulo Paduano nichil boni pro nostra familia factum fuisse constat, principaliores nostre familie [1] fratres de loco capituli recesserunt et ad civitatem Senarum, ubi tunc curia residebat, se contulerunt. Principalior tamen et acutior omnibus erat pater noster nunc beatus Iohannes de Capistrano, qui summo pontifici totique curie Romane acceptissimus erat. Petita denique et obtenta audientia summi pontificis, omnia [2] que in capitulo gesta fuerant plenissime retulerunt; de quo summus pontifex maximam admirationem accepit. Supplicaverunt itaque fratres dicentes: " Beatissime Pater, cum ista hominum „ generatione nulla ratione concordare valemus. „ Novit Sanctitas Vestra qualem provisionem „ bone memorie Martinus quintus fecerit (1); „ novit, qualem Sanctitas Vestra fecerit (2).

10. — [1] *in margine.* — [2] retulerunt *add. sed lineis obductum.*

(1) Haec supra (*Chronicon*, cap. VIII, p. 28) leguntur: *Ceperunt itaque reverendissimus dominus cardinalis* (a Martino V delegatus) *et fratres de dicta* (ordinis) *reformatione habere sermonem et constitutiones condiderun quae Martinianae vocantur et summi pontificis auctoritate confirmatae fuerunt.* Illas edidit Waddingus, *Annales*, ad an. 1430, num. VII-XXIII. — (2) Haec exposita sunt cap. IX, quod modo recitavit.

„ Supplicamus

„ Supplicamus eidem Sanctitati Vestre, quatenus „ libeat de opportuno remedio providere. „ Summus vero pontifex iuste petitioni pauperum fratrum solita miseratione compassus annuit. Facta demum supplicatio fuit atque signata; et secundum quod beatus pater [3] asserebat, quecumque circa hoc gesta fuerunt, nota erant reverendissimo domino protectori (1).

Ad bonum commune hic deberent ad litteram scribi bulle Eugenii; tamen aliqua, que nunc recolo, ponam succincte. Beatus pater frater Iohannes de Capistrano erat optimus canonista, prout opera sua, que condidit, bene demonstrant; erat insuper valde practicus de gestis Romane curie, necnon optimus observator regule sue. Unde cogitavit, favente Domino nostro et summo pontifice, facere bullas, in quibus potestas generalium et provincialium ministrorum circa familiam restringeretur et tanta potestas daretur eisdem, quanta sufficere posset, ne ordo divisus esse posse monstraretur. Et ita factum fuisse monstratur in bullis. Tamen de hoc
B puncto latius inferius dicturi sumus.

Primo enim in bullis cavetur quod generalis minister vicarium [4] generalem nostre familie [5] visitare possit et, si invenerit [6] ipsum depositione dignum, de consilio et assensu quatuor proximorum vicariorum nostre familie illum deponere possit. Item quod vicarius generalis electus, facta electione, pro confirmatione ad generalem mittatur et confirmatio petatur; qui si infra triduum confirmare noluerit [7], apostolica sit auctoritate confirmatus. Item quod loca fratrum valeat visitare; et si quem fratrem invenerit punitione dignum, punire valeat, intra locum dumtaxat et non extra. Et additur quod de nullo alio se intromictere valeat. Similiter confirmatio vicarii provincialis a provinciali ministro petatur, et de nullo alio se impediat. Item quod familia possit per se facere congregationem generalem [8], secundum quod regula dictat, et vicarium generalem eligere possit [9]. Plura alia dicuntur in bullis, quorum non sum memor.

Ista tamen innovatio vivendi patribus conventualibus valde fuit exosa et plerisque curialibus, et precipue de congregatione generali [10]; unde [11] multorum iurgiorum et contentionum causa fuit,
C de quibus infra. Et sic post bullas predictas Eugenii familia valde fuit a potestate conventualium exonerata et novum vivendi modum accepit, et sub isto modo vivendi, superveniente fama miraculorum sancti Bernardini, qui post capitulum Paduanum obiit, familia nostra mirabiliter aucta fuit. Valde itaque obligati sumus tanto patri et summo pontifici Eugenio [12], qui huic familie talia tantaque beneficia sua benignitate concessit.

Quia vero bulle predicte novam provisionem fecerunt, novus regendi modus fuit introductus. Fratres enim [13] generalem congregationem facere ceperunt et cum generali parum, cum provincialibus vero ministris nichil aliud faciunt, nisi quod vicarii confirmationem petunt. Et si quis fratrum familie sine licentia sui prelati sub obedientia illius accedere voluisset, si prelati familie repeterent, sub pena excommunicationis late sententie D
reddere cogebantur. Iste punctus inter utrosque fratres, conventuales videlicet et observantes, maximam guerram concitavit.

Sub isto vivendi modo post [14] dictum capitulum Paduanum et obitum sancti Bernardini, vivente Eugenio summo pontifice, a patre reverendo fratre Iacobo de Marchia Perusii ad ordinem receptus fui. Et tunc nostra familia erat in maximo predicamento; et pater meus frater Iacobus in tanta erat devotione populorum, quod vix credi potest. Vivebat etiam reverendus pater frater Iohannes de Capistrano, cuius intercessione frater reverendus Iacobus de Primititiis, tunc vicarius generalis [15], ut ad hanc provinciam redirem, michi obedientiam fecit.

Sub isto regimine pater frater Iohannes de Capistrano, vicarius generalis existens, fratri devoto Francisco de Pavia, ut a Deo posceret quid de ista familia futurum esse deberet, per obedientiam precepit. Responsum accepit a Domino quod in brevi fratres in magna conquassatione esse deberent, et ita fuit, secundum quod infra dicetur. E

. . . .

Cap. 14. De terribili bello contra familiam excitato in curia Romana, ut simpliciter sub obedientia ministrorum redire deberet.

Magna guerra fuit contra familiam excitata hoc modo. Patres conventuales omnes contra familiam mirabiliter exarserunt, eo quod familia per Eugenium exaltata fuerit et ab obedientia ministrorum provincialium totaliter exempta, ut supra capitulo X° tactum est, et quomodo contra familiam se vindicare possent, querebant assidue, et sub ipsorum obedientia revocare. Frater vero Robertus Rome cum indicibili acceptatione predicaverat et predicabat. Concilium itaque sive concordiam fecerunt in unum frater Robertus et patres [1] minister generalis et plurimi provinciales, ut simul concordes de receptis iniuriis omnes vindicarentur. Frater Robertus vero toti curie Romane atque populo Romano acceptissimus in predicatione totam contra familiam F
curiam commovit, allegans quod ista familia male et contra conscientiam vivebat, nisi ad ministrorum obedientiam rediret, et quod bulle Eugenii nullius momenti erant, quia surreptitie; et totam curiam mirabiliter intossicavit. Dicebat insuper et quandam listam ostendebat, in qua 24^{or} predicatores erant [2] descripti, quos omnes esse asserebat cum sua opinione concordes, addens quod plerique provinciarum vicarii, quos pro meliori nominare nolebat, id ipsum optabant.

Hec ipsa auribus summi pontificis Nicolai quinti nota fiunt. Vocat summus pontifex fratrem Marcum vicarium generalem, narrata narrat et, si vera [3] sint, paterno inquirit amore. Negat omnia vicarius generalis, quod hec omnia emuli familie contra veritatem finxerunt. Instat pon-

[3] *in marg.* — [4] nostre *add., lineis obductum.* — [5] (g. n. f.) *in marg.* — [6] de *add. sed lineis obductum.* — [7] sit *add., lineis obductum.* — [8] *in marg.* — [9] (et - possit) *in marg. super.* — [10] generalis *ante corr.* — [11] fu *add., lineis obductum.* — [12] *in marg.* — [13] provinciale *add., lineis obductum.* — [14] obitum *add., lineis obductum.* — [15] (t. v. g.) *in marg.*

14. — [1] pater *Le.* — [2] q *delet. add.* — [3] verac *prius.*

(1) Protector ordinis tunc fuit (1439-1444) cardinalis Iulianus Cesarini.

tifex,

A tifex, quod huius rei certam veritatem habere cupit. Respondet vicarius generalis : “ Vocentur fratres, et ipsorum vota querantur. „ Annuit summus pontifex; et tunc vicarius generalis de singulis provinciis plures principaliores fratres vocavit. De hac nostra provincia quinque fratres cum patre vicario, qui tunc erat frater Mattheus de Narnia, vocati Romam accessimus. Recedentibus vero nobis de civitate Tiburtina vascula nostra erant omnia vacua, et iter longum pro nobis, in via malum contingere potuisset. Regressus fui intra civitatem, parum vini pro eleemosyna querens a pluribus feminis, que erant in strata filantes. Una vasculum implendum suscepit; altera vero vetula in amaritudine cordis dixit : “ Quid est hoc, quod de vobis audimus, fili mi ? „ Respondi : “ Quid dicere velis, ignoro. „ Dixit illa : “ Omnes nos habebamus vos omnes „ pro luce nostra, et tamen lux ista est obscu- „ rata, et iam omnes semimortui sumus. Nam „ tot et tanta mala de vobis et isto vestro fratre[4] „ Roberto dicuntur, quod vix audire possumus. „ Estis enim quotidie in rixis et contentionibus ;
B „ et tota Romana civitas de vobis miro modo „ scandalizata est. „ Hoc audiens in veritate cor meum gladio doloris fuit valde confossum. Respondi : “ Mater mea, non mireris; nam quan- „ doque[5] inter apostolos Christi contentiones „ fuerunt, non vitiose sed virtuose. Unusquisque „ ipsorum ad bonum finem tendebat; erant „ tamen vie diverse, sic utique nobis contingit[6]. „ Et prout melius potui, responsum dedi.

Euntes vero per viam et notitiam quandam de contingentibus habentes confabulari cepimus. Quidam ex nobis de quibusdam fratribus, qui de conventibus[7] venerant, dubitabant. Tandem ego recolo me ita presumptuose dixisse : “ Dominum „ non timeo, quia Deus veritatis fautor est virtu- „ tumque defensor; creaturas non timeo, quia,
Rom. 8, 31. „ si Deus pro nobis, quis contra nos? Hoc unum „ timeo, scilicet ne nos simus divisi, quia omne
Luc. 11, 17. „ regnum in se ipsum divisum desolabitur. Si „ vero uniti sumus, Domino existente pro nobis, „ nec demones[8] nec homines timeo; victoria „ nostra est. „

C Postquam omnes Rome fuimus congregati, pater vicarius generalis omnes capitulariter congregavit et bellum contra nos motum intimavit et voluntatem summi pontificis, scilicet quod voluntatem fratrum circa hoc factum scire volebat, explicavit; vota fratrum scire volebat. Venerandus pater frater Petrus de Anquillaria, Romane provincie vicarius[9], primum inquisitus respondit : “ Patres mei, mihi videtur[10] quod modus „ vivendi a bone memorie Eugenio nobis tradi- „ tus pro nostra sit salute necessarius; et si „ habitus non esset, necessarium fore haberi. „ Unde pro me et pro fratribus mee cure com- „ missis respondeo : parati sumus labores et „ expensas pro ipsius defensione sustinere, imo „ si necessarium foret, et vitam ponere. „ Secutus est vicarius provincie Sancti Francisci, provincie Marchie, et reliqui per ordinem[11], omnes idem asserentes. Et tunc omnes surreximus dicentes : “ Ita volumus omnes. „ Tunc dixi : “ Cum fratribus[12] totum mundum[13] non timeo; „ victores sumus. „ Et pro ista vice ulterius non est processum.

Fratres igitur[14] omnes insimul congregati pro causa ista in Domino fuimus unanimiter confortati; et divinam bonitatem, que tempore necessitatis suos famulos non relinquit, toto corde ac mentis iubilatione laudavimus. Et unusquisque nostrum bono animo se preparavit ad pugnam, non offensionis, sed necessarie defensionis.

Cap. 15. De multiplici pugna[1] in curia Romana ab emulis et adversariis contra familiam excitata, et defensione divina et humana contra calumniantes assumpta.

Instabant quotidie cum summo pontifice emuli nostri, ut cancellatis bullis Eugenii surreptitiis et nullius momenti, secundum quod ipsi asserebant, E familia simpliciter sub obedientia[2] ministrorum rediret; sed sanctius fecissent vitam suam corrigere, quam bene vivere volentes calumniose molestare. Fratres vero familie auxilium divina providentia provisum hoc modo habuerunt. Quidam dominus Petrus de Noxeto, vir utique secularis (1), quondam[3] in seculo socius pape fuerat et ita dilectus, quod ab omnibus quasi alter papa teneretur (2). Vidi semel cardinalem quendam reverendissimum ad mansionem domini Petri humiliter accessisse, ut quam volebat a summo pontifice gratiam impetraret. Hic dominus Petrus quendam fratrem Archangelum de Ponte Tremulo, vicarii generalis socium[4], miro complexabatur[5] amore; fuerant etiam in seculo socii. Rogatus dominus Petrus a reverendo vicario[6] generali socioque suo fratre Archangelo, ad omnia que ipsis grata forent nostreque familie placita libenti animo se paratum[7] respondit. Et quia pugna erat continua et valde terribilis, et emulorum animi contra familiam duri, continuo indigebat auxilio remedioque opportuno. Unde dominus Petrus, vir prudens nosterque singularis amicus, vicario generali dixit : “ Hoc agite, ut frater F „ Archangelus omni die bis, mane videlicet et „ sero, ad me veniat; et de omnibus vos[8] advi- „ sabo, que circa facta vestra in curia contin- „ gent[9], ut remediare possitis. „ Et sic actum fuit. Veniebat ergo frater Archangelus; et quandoque pro nobis bona nova ferebat et, ut moris est[10], omnes communiter letabamur; quandoque mala, et contristabamur.

Semel rediit totus tristis et male contentus, et coram omnibus causam exposuit dicens. Quidam frater Philippus de Massa cum quodam domino episcopo sibi amicissimo dixit : “ Si dominus

[4] (v. f.) f. v. *Le; fratre in marg.* — [5] quoniam *Le.* — [6] contigit *Le.* — [7] (q. d. c.) *in marg.* — [8] (n. d.) *in marg.* — [9] (R. p. v.) *in marg.* — [10] *in marg.* — [11] *in marg.* — [12] dixi *delet. add.* — [13] *in marg.* — [14] ergo *Le.*

15. — [1] contra *delet add.* — [2] ut *delet. add.* — [3] *om. Le.* — [4] *in marg.* — [5] compelaxabatur *cod.* — [6] *in marg.* — [7] audit *delet. add.* — [8] ad vos *delet. add.* — [9] et *delet. add.* — [10] *in marg.*

(1) Et matrimonio iunctus. — (2) Petrus, Nucetanus dictus, Noceti, in Placentina dioecesi natus erat die 8 ianuarii 1397 diemque supremum Lucae, 18 februarii 1467, obiit. Primum a secretis fuit beato Nicolao Albergati, cardinali et episcopo Bononiensi, ibique arta vinctus amicitia cum Thoma Parentucelli de Sarzana, episcopalibus aedibus praefecto. Hoc fuit principium fortunae Petri de Noceto, quem Thomas Parentucelli, factus Nicolaus papa V, ad se ascivit summaque apud se valere gratia permisit. Illius vitam diserte descripsit C. MINUTOLI, *Di alcune opere di belle arti della metropolitana di Lucca*, in ATTI DELLA R. ACCADEMIA LUCCHESE, t. XXI (1882), p. 1-38. Hac inquisitione corrigantur ieiuna commentariola E. GERINI, *Memorie storiche di Lunigiana*, t. II (Massa, 1829), p. 198-200.

„ noster

AUCTORE B. BERNARDINO A FOSSA

„ noster non tractabit nos tanquam filios et suam „ nobis gratiam denegabit et ad petitionem fratris „ Roberti vel alterius cuiuscumque sub obedien- „ tia ministrorum, destructis bullis Eugenii, que „ nobis ad nostram salutem necessarie sunt, redu- „ cere velit, in veritate nos ad concilium Constan- „ tiense appellare persentiet. „ Ille vero dominus episcopus statim summo pontifici verba fratris referre curavit [11]; de quo summus pontifex fuit ita turbatus, quod per os suum ignem videbatur emictere. Vocavit [12] dominum Petrum et verba fratris cum maxima turbatione retulit et multis sermonibus cum domino Petro [13] de nobis suam lamentationem exposuit; tristatur dominus Petrus et summo pontifici valde compatitur. Accedit secundum morem frater Archangelus et dominum Petrum turbatum inveniens valde fuit male contentus. Dicebat dominus Petrus : " Ego vos pro „ viribus defensare conor, et vos videmini [14] „ vosmet ipsos velle destruere. „ His auditis, communiter omnes fuimus male [15] contenti.

Congregatis fratribus per vicarium generalem et audito novo [16], de remedio cepit opportuno
B tractare. Venit denique tempus [17], quod magister Seraphinus interrogatus respondere debebat, et respondit dicens : " Patres mei, de hoc verbo „ omnes contristamini; et ego dico vobis, quod „ non fuit sub celo verbum magis necessarium. „ Et puto, quod divina sapientia pro nostro bono „ hoc fuerit operata, ut summus pontifex, his „ auditis que in mentibus fratrum versantur, „ maturius in causa nostra procedat. Et ideo „ dico vobis, quod de isto verbo et summi pon- „ tificis turbatione [18] super omnia que hactenus „ relata [19] fuerunt consolari debemus. „ Et in veritate ego puto, quod summus pontifex iam multipliciter fatigatus ab emulis nostris et afflictus iam bullis Eugenii cancellatis ad obedientiam ministrorum familiam reductam esse voluisset; sed scandalum timens predictum, importunitati frenum imposuit [20].

Frater vero Robertus, contra familiam indignatus et in hoc facto [21] inimicus effectus, contra illam die noctuque pugnare publice et private nunquam cessabat. Una dierum inter nos simul congregatos habita locutio fuit, ut coram nobis vocaretur audireturque, quare tale scandalum
C contra familiam excitavit. Vocatus fuit et venit. Requisitus respondit : " Ego dixi videre meum, „ quod familia sub obedientia ministrorum „ deberet stare contenta. „ Dictum est ei, quare melius sub simplici obedientia ministrorum, quam isto modo viveret. Respondit : " Michi ita videtur, „ et ita omnibus audire volentibus dixi. „ Tunc magister Seraphinus dixit : " Vultis hunc punctum „ disputare? „ Respondit : " Non veni ad dispu- „ tandum, sed vocatus a vobis ad audiendum. „ Et plura verba dixit, precipue de predicatione, quod ipse authentice plus quam alius frater familie verbum Domini predicavit; et plura dixit, quorum memoriam minime teneo.

Videns denique, quod summus pontifex iuxta suum et patrum conventualium desiderium [22] non procedebat, quia etiam amici nostri in ista causa partem nostram cum pontifice defensabant, amplius se continere non valens, processit ad D
publicum, confidens in acceptatione populi et Dominum non timens. Et Rome in Campo Florum (3), ubi erant multa millia hominum, nostram familiam esse in peccato mortali 12 rationibus probare conatus est [23], secundum quod michi relatum fuit. Et pauperculus excecatus cecitate superbie, festucam in [24] oculis pauperum videre se putans, in suo nolebat aspicere trabem. In tali predicatione mortalissime peccavit contra caritatem fraternam, etiam si que dicebat vera fuissent, cum recte in caput et in conscientiam suam mentitus sit. Omnes enim sue rationes aut [25] fundate fuerunt in falsitate [26] et consequenter nulle erant; aut obedientia, que ministris a fratribus familie non exhibetur [27], et similiter procedere non possunt, quia summus pontifex hoc facere potuit; aut quod sit ordo divisus, et similiter non procedit, quia per bullas Eugenii ordo nulla potest dici ratione [28] divisus, secundum quod inferius latius et clare ostendetur; aut quod bulle Eugenii sint surreptitie et similiter, non procedunt, quia bulle canonice sunt et sancte. Suas rationes non audivi. E

In tantum enim ille bonus homo frater Robertus afflixit familiam [29] suis predicationibus publicis, quia in omnibus suis predicationibus aliquid contra familiam evomebat, aut privatis cum curialibus et romanis civibus, quod vix [30] fratres familie poterant invenire. Dominus tamen pro familia viriliter pugnavit, ipse vero cum suis sequacibus sicut satan ad ima deiectus est. Bene tamen paupercula familia de ipsis illud Isaiae dicere potuit : *Filios enutrivi et exaltavi, ipsi* Is. 1, 2.
autem spreverunt me.

Cap. 16. De scandalis Rome inter seculares exortis ex [1] predicationibus et moribus huius viri.

Tanta et tam maxima ista conquassatio fuit, quod non solum fratres observantes et conventuales tribulationem senserunt, sed etiam seculares. Relatum fuit michi, quod intra domos secularium in civitate Romana erant divisiones. Omnes enim qui erant contra familiam, hoc refugium et recursum habebant, quod fratres de
familia invidia moti fratrem Robertum substinere non possunt; vident enim, quod est ita F
acceptus et gratus populis [2], quasi esset angelus Dei, et quia ipsi hoc habere non possunt, et precipue principaliores, ideo ipsum multipliciter persequuntur. Amici vero nostri dicebant : " Frater Robertus est iuvenculus et presump- „ tuosus et vult dominari et sancte obedientie „ non vult submictere caput; imo persequitur „ istos pauperes et fratribus conventualibus ipsos „ submictere vellet; isti vero nolunt, quia non „ expedit eis. „ Et isto modo et similibus inter se erant divisi, ita quod in eadem domo erant partes. Imo in Transtiberim uno sero cives convicini ceperunt de fratribus habere sermonem, et de verbis [3] rationabilibus ad iniuriosa venerunt, et demum ad arma; sed, operante Spiritu sancto, eorum rixa in bona pace quievit.

[11] *in marg.* — [12] Vocans *Le.* — [13] *in marg.* — [14] (vos v.) nos videmus *Le.* — [15] *in marg.* — [16] *supra lin.* — [17] *in marg.* — [18] *in marg.* — [19] relati *cod.* — [20] (sed ... imposuit) *in marg.* — [21] factus *ante corr.* — [22] *in marg.* — [23] (p. c. s.) *in marg.*; nisus *pro* conatus *ante corr.* — [24] *supra lin.*; de *ante corr.* — [25] *om. Le.* — [26] fasitate *cod.* — [27] aut *delet. add.* — [28] vis *delet add.* — [29] *in marg.* — [30] poterant *delet. add.*

16. — [1] et *Le.* — [2] populo *Le.* — [3] rationibus *delet. add.*

(1) Prope palatium cancellariae pontificiae.

Item

A Item una dierum plurimi cives Romani insimul congregati de his que circa nos contingebant fari ceperunt; et sicut communiter accidit, quod unusquisque in suo sensu abundat, unusquisque dicebat que vertebantur in animo. Quidam dicebant : " Etiam fratres „ invidi sunt. „ Quidam vero dicebant : " Fatui „ essent, si sua iura non defensarent. „ Quidam dicebant : " Non sunt inter eos viri docti; „ ideo indocti contra doctos persecutiones ex „ invidia movent. „ Finaliter quidam civis antiquus et sensatus, Spiritu sancto inspirante, dixit : " Miror de vobis. Isti fratres observantes habent „ intra se doctos viros, qui etiam toti Ecclesie „ prebent fidei, bonorum morum et sanctitatis „ exemplum. Et sunt plerique ipsorum, qui xxx „ vel 40ª annis et plus et minus in observantia „ sue regule vitam maceraverunt. Et credere „ vultis quod frater Robertus, qui est iuvenculus „ et noviter de conventu venit ad observantiam, „ magis ipsorum facta noscat [4]? et magis fratri „ Roberto de factis eorum, quam antiquis et „ doctis patribus, qui vitam in observantia con-
B „ sumpserunt, credere vultis? Profecto res ista „ non est rationabilis. Et ideo vos videbitis fra„ trem Robertum superbum et elatum de sua „ superbia ruere in profundum. „ Et ita fuit.

Et ista erat maxima tribulatio nostra : persecutiones nos patiebamur et infamati eramus quod nostri persecutoris persecutores essemus. Frater Robertus suam predicationem omni die continuabat, et cepit paulisper discoperiri, et cives oculos aperire ceperunt et a sua ceperunt devotione cessare et fratribus familie compassionem habere; et familia cepit respirare. Postquam vero sua iniquitas discoperta fuit in conspectu secularium, etiam cives ad suas predicationes continuo accedebant. Una dierum frater quidam civibus quibusdam dixit : " Ecce vos dicitis quod „ iam fratri Roberto devotionem non habetis, „ quia, qualis sit, ipse seipsum ostendit. „ Qui responderunt : " Nos iam fratrem Robertum pro „ sua eloquentia, quia ita bene loquitur, et non „ pro sua devotione sectamur. „ Et ita pauperculus se ipsum confudit et familiam multo labore quassavit.

Demum pauperculi fratres post innumeras
C tribulationes habitas in curia Romana, per divinam gratiam actum fuit quod dominus Nicolaus papa quintus [5], auditis et perceptis falsis informationibus adversariorum familie, et nichil de bullis Eugenii penitus mutato, ad suas provincias non sine magna consolatione redierunt, divina gratia evidenter adiuti.

Et quia de fratre Roberto plura scripsi, nemo ex iniquitate aut passione me contra ipsum loqui suspicetur. In veritate valde, dum bene se gessit, me illum dilexisse fateor; sed postquam contra familiam quasi se capitalis inimicus erexit, fervens caritas tepescere cepit. Et nemo putet me mendacia scribere voluisse, imo de plurimis factis suis contra familiam pauca collegi. De ceteris factis suis, et que audivi et que novi nichil dicere volui, sed tantum de aliquibus, que contra familiam gessisse liquet. Postquam vero a persecutione familie cessavit, magister in sacra theologia factus est, magisterque Robertus postremo episcopus Aquini extitit electus, et episcopus Aquinensis nunc supervivens appellatur (1).

Cap. 17. De ruina plurium fratrum nostre familie post predictam conquassationem et aliquibus aliis memoria dignis, que [1] contigerunt.

Cessante conquassatione predicta in curia romana, plurimi fratres quasi de omnibus provinciis nostre familie [2] ad conventus fugere ceperunt (2). Et plerique nostri fratres fratris Marci vicarii generalis duritie adscribere volebant, quorum plerosque ea caritate, qua decet, redarguere studui. Non enim erat generalis vicarii E durities, sed fugientium mala voluntas; qui enim bonam voluntatem habebant, perstiterunt.

His temporibus prima vice in loco Sancti Nicolai prope civitatem Sulmonis fui vicarius electus ad huius nostre provincie Sancti Bernardini regendam familiam. Et a fratribus capituli venerabilibus fratribus fratri Liberato de Aquila, fratri Francisco de Pizulo et michi plena potestas data fuit, quod, si sine scandalo fieri posset, sancti Bernardini corpus relinqueretur (3). Accessimus Aquilam corpusque sancti relinquere tentavimus hoc modo. Ad dominos regiminis Aquilane civitatis, qui Quinque Artium nuncupantur, accedentes, proposuimus quod corpus sancti Bernardini aliis commendarent, quia pro nostra salute facere non videbatur in civitate morari. Dure hoc verbum tulerunt, et de die in diem nos procrastinantes tandem nichil agere potuimus; cives enim se strinxerant et nulla nobis ratione consentire volebant. Patres vero conventuales, his auditis, statim cursorem Bononiam direxerunt, ubi tunc eorum capitulum generale actualiter celebrabatur (4), que circa corpus sancti Bernardini inter nos et cives agebantur nuntiantes. Generale F vero capitulum hanc provisionem fecisse probavi : quendam fratrem Laurentium de Apulia, qui prius conventualis fuerat [3], deinde de familia, et iterum ad conventum reversus, guardianum Aquilani conventus instituit et, ut puto, xxxi vel [4] circa, qui de nostra familia ad conventus [5] accesserant, secum duxit fratres. Ipsorum intentio fuit sancti Bernardini corpus ad gubernandum, quod nos refutabamus, accipere, quod nullo modo melius facere posse putabant, quam sub obser-

[4] (magis ... noscat) *in marg.* — [5] V *Le.*
17. — [1] *in marg.* — [2] cepe *delet add.* — [3] *in marg.* — [4] *om. Le.* — [5] conventum *Le.*

(1) Electus est episcopus Aquinatensis die 25 octobris 1475; die autem 22 martii 1485 ad ecclesiam Liciensem translatus est; at eiusdem anni die 18 iulii iterum ecclesiae Aquin. episcopus praeficitur. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, vol. II, p. 104, nota 1. — (2) Haec parum commendant probam firmamque voluntatem multorum fratrum familiae, qui hactenus solo papalium excommunicationum metu severiorem observantiae regulam sectati fuerant. Iam vero, rebus ordinis perturbatis, in desuetudinem abierant censurae Eugenii IV, quibus prohibitum erat ne quacumque de causa ad conventuales transfugerent. Cf. bulla die 11 ianuarii 1446 data, apud WADDINGUM, *Annales Minorum*, ad annum 1446, n. II. — (3) Cur exuvias S. Bernardini in ecclesia conventuali Sancti Francisci a quibusdam fratribus observantibus custodiri aegre tulerit familia, rite explicat Waddingus (ad ann. 1454, n. XXXIII) : " Etsi sacratissimum pignus plurimi facerent, non tamen „ absque molestia et taedio in alienis aedibus habitabant, „ et in angusto sacello divina persolvebant officia. Ex con„ versatione et commoratione cum patribus conventuali„ bus aliquid adhaerebat indulgentioris vitae. Statuerunt „ itaque post decennii custodiam corpus prorsus relin„ quere conventualibus. „ — (4) Anno scilicet 1454.

vantie moribus vitam ducere[6]. Et in veritate michi fuit fratribusque meis tribulatio magna. Ceperunt predicare, honeste vivere, conventum bene officiare. Tandem Dominus nos iuvit; quia in veritate non incedebant, in brevi temporis spatio quasi fumus[7] evanuerunt.

Plures etiam fratres de nostra[8] provincia ad conventum recedentes, ut se iustificarent, nos inculpare non verebantur. Et erat maxima tribulatio; pro sua voluntate mala recedebant, et nos pauperculi insontes patiebamur calumniam. Et ut ceterorum facta quilibet legens intelligere valeat, unius[9] exemplum proponam. Quidam iuvenis absque ulla occasione a quoquam sibi data de nostra familia ad conventum accessit; requisitus et revocatus et rogatus pluries redire noluit. Una quidem die[10] consanguineus[11] eius me reperit et cum dolore cordis dixit: “ In veritate, pater, plurimi cives de tanta fratrum fuga mirantur, vestreque duritie atque indiscretioni communiter imputatur[12]. „ Dixi: “ Non est verum, sed est ipsorum mala voluntas. Et ut ita aperte cognoscas, vade et consanguineum tuum, fratrem
B
talem, voca et dicas ei qualiter ipsum recipere sum bona voluntate paratus; penitentiam de defectu commisso dare nolo, sed quam tu dederis ex nunc accepto. „ Ille miratus dixit: “ Potest hoc[13] esse? „ Replicavi: “ Ita sum in veritate contentus. „ Tunc ille gaudens dixit: “ Vere ipsum ad te reducam. „ Dixi: “ Vere non facies. „ Dixit ille: “ Immo. „ Accessit et consanguineum reperit; et respondit sibi: “ Usque ad tale breve tempus quibusdam, que expediturus sum, expeditis veniam. „ Reperi amicum et dixi: “ Ubi est frater talis? „ Respondit: “ Tali tempore veniet. „ Dixi: “ Crede michi quod non veniet. „ Venit tempus, et non venit frater. Reperi postremo civem et dixi: “ Quid tibi videtur? est prelatorum vel fugientium culpa? „ Respondit: “ Nunc fugientium et non prelatorum culpam esse cognovi. „

Nonnulli fratres, qui de familia recesserunt, speciale sibi nomen vindicare voluerunt, ut frater Iacobus de Civitate Ducali (1), frater et magister Sanctes de Penna, provincie Marchie; et loca pleraque ceperunt et sub obedientia ministrorum vivebant, qui a patribus conventualibus et a
C
nonnullis curialibus adiuti utinam ex caritate! nostre familie tribulationem magnam dederunt. Tales fuerunt quamplures, qui toti curie nos reddiderunt exosos propter multam frequentiam in curia et propter nonnulla scandala per ipsos perpetrata, que narrare non convenit.

Magister Sanctes predictus de conventu ad familiam venit et postea ad conventum rediit, et plura loca de novo edificavit, et cum magna honestate cum suis fratribus vivebat. Post mortem eius loca illa ad obedientiam familie redierunt[14]. Hic post bellum supra narratum, quo patres conventuales corpus sancti Bernardini a civibus Aquilanis auferre conati sunt, non a nobis, quia nos, ut supra dixi, relinquere eramus bona voluntate parati, aliud bellum movit. Cum magna auctoritate reverendissimi generalis Aquilam venit et maximum bellum nobis ingessit. Nam sub obtentu reformationis conventus, omnium portarum conventus claves sibi et fratribus suis fieri fecit. D
Tunc enim in conventu sancti Bernardini[15] corpus quiescebat, et ibidem in quadam separata mansione fratres nostri ad custodiam corporis et officiandum cappellam, in qua iacebat, continuo morabantur. Fratribus vero nostris nullam clavem dare voluerunt, unde multe nobis inconvenientie contingebant; et hoc totum ad hunc finem, ut tedio affecti corpus relinquere cogeremur. Item omni sero post completorium fratres de choro conventus, accensis luminaribus, ad cappellam et corpus sancti Bernardini cantantes ibant, ut hoc modo animos civium incitarent ad tradendum illis et quasi possessionem accepisse viderentur. Item amplius se continere non valens[16] in pulpito contra nos nonnulla verba eructare cepit, que omnia in caput suum retorta divina voluntate fuerunt. Item in hebdomada sancta ad dominos de regimine accessit, petens expresse ut sibi corpus sancti traderetur, omnino allegans multa; cui demum responsio data fuit, quod, cum longo tempore in manibus fratrum Sancti Iuliani stetisset et corpus sancti bene rectum, gubernatum et E
honoratum fuerit, civitasque tota consolata fuisset, erantque cives sui, nichil penitus innovare volebant. His auditis fuit mirabiliter conturbatus et in verba cepit iniuriosa prorumpere; cives honestissime se gesserunt. Tandem puncti punxerunt et iuxta verbum Salvatoris fecerunt: *Date et dabitur vobis.* Luc. 6, 38.
Et sic cum maxima confusione de civitate recessit. Pauca ex plurimis narravi, ne tediosus efficerer. Frater Iacobus vero de Civitate Ducali veniens ad montem[17] locum Montis Rotundi prope Romam, quem solum tenebat, fratribus suis consuluit ut nostre familie Romane provincie consignarent seseque sub obedientia familie omnino subicerent. Et ita divina gratia operante factum est.

Multas cartas scribendo consumerem, si omnia, que etiam nunc mente teneo, scribere vellem; dicta sunt satis iudicio meo sufficientia ad similium comprehensionem. Demum diabolus totis viribus cum suis satellitibus hanc familiam annichilare tentavit; et quanto magis diabolus tentavit opprimere, tanto magis divina bonitas pro sua[18] pietate erigere voluit. F

Cap. 18. De novo bello excitato contra familiam tempore[1] Calixti summi pontificis[2].

Non cessavit neque quotidie cessat diabolus hanc pauperculam familiam tribulare. Nam Nicolao quinto summo pontifice ex hac vita subtracto (2), Calixtus tertius[3] (3) in sede Petri sedere promeruit. Quo tempore aliud bellum magnum contra familiam factum fuit. Nam patres conventuales et plurimi, qui de nostra familia accesserant ad conventus, et nonnulli nostri emuli, duo precipue, contra nos allegabant, propter que familia ad obedientiam ministrorum redire debebat: primum, quod bulle Eugenii, quibus familia innitebatur, erant surreptitie et consequenter nullius momenti; ex quibus infere-

[6] *post corr.* — [7] furtim *Le.* — [8] familia *delet. add.* — [9] unum *Le.* — [10] *in marg.* — [11] consanguineis *ante corr.* — [12] imputant *Le.* — [13] ego *delet. add.* — [14] (post ... redierunt) *in marg.* — [15] Francisci *corr. Le.* — [16] volens *Le.* — [17] *om. Le.* — [18] bo *delet. add.*

18. — [1] (bello ... tempore) *in marg.; prius legebatur* modo vivendi familie propter bullam. — [2] et confectione dictarum bullarum *prius add., sed postea linea obduct.* — [3] secundus *cod.*

(1) Cittaducale, in regione Aprutina ulteriore II. — (2) Obiit 24 martii 1455. — (3) Electus 8 aprilis 1455.

bant

A bant [4] familiam totam in statu damnationis morari. Ista erat magna caritas, que movebat hos patres. Ad quod breviter respondeo illud esse falsissimum, quia beatus pater frater Iohannes de Capistrano erat optimus canonista et in actis curie expertissimus et homo sanctissime vite, sicut nunc Dominus in Vylac, ubi corpus eius requiescit, innumeris miraculis demonstrare dignatur (1). Is pater sanctus coram Deo et hominibus testatus est quod bulle erant canonice impetrate et sancte. Item dominus Blondus scriptor (2) omnibus audire volentibus asserebat, scilicet quod erant canonice et legitime impetrate. Reverendus vero dominus protector (3) dicebat se de illis bullis nullam notitiam habuisse, sed pater sanctus et dominus Blondus dicebant, quod ipso sciente et consentiente fuerant impetrate; quod autem harum memoriam non haberet, non erat mirum, quia innumeras occupationes habebat, nec potest quis omnium habere memoriam (4). Tamen si fuissent contrarii, illi magis inherendum videtur, cui divina sapientia tale
B testimonium prebet [5], ut innumeris miraculis clarere faciat; nec aliquo modo suspicandum est quod vir tante sanctitatis in conscientiam suam pro toto mundo errare voluerit. Item bone memorie Pius [6] summus pontifex bullas illas, quas [7] Eugenianas vocat, plenissima sententia confirmavit (5).

Secundum erat, quod per istas bullas, posito quod fuissent valide, secundum eos ordo erat divisus, et consequenter fratres de familia non fratres minores et sancti Francisci, sed fratres bullati vel alterius cuiuscumque nominis appellandi. Ad istam obiectionem respondit reverendissimus bone memorie dominus Bernardus de Narnia sancte Romane ecclesie cardinalis Spoletanus dictus (6), qui in studiis generalibus diu legit et erat forte singularis doctor in Ytalia in iure canonico; et allegavit, quasi canonum in terminis [8] in capite *Quod quidam de officio ordinarii* (7), ubi cum esset unus episcopus cuiusdam civitatis, in qua erant viri diversarum linguarum, puta ytalice et grece, et non posset ipse per se omnibus satisfacere, ipse in lingua sua satisfaciens, alteri lingue illius lingue alium
C episcopum instituit, quasi suum vicarium, ut per ipsum alteri lingue satisfacere posset, ubi licet sint duo episcopi, tamen quia secundus dependet a primo, non dicitur esse monstrum in civitate, scilicet quod unum corpus id est [9] una civitas duo capita dicatur habere, sed unum tantum. Et isto modo est in religione nostra, ut patet, et ideo non dicitur ordo divisus, sed unus, verus, bonus et sanctus. Patres itaque conventuales super ista materia, ut audivi, quinquaginta consilia diversorum doctorum habebant; sed quia consilia erant super falsitate fundata, non ex defectu doctorum, sed ex defectu informantium, ideo nullius poterant esse valoris. Nostri vero fratres viginti octo consilia super veritate fundata habebant.

Posita igitur querela per patres conventuales coram summo pontifice Calixto, diligenter auditi sunt. Petita gratia de remedio opportuno, summus pontifex ordinavit ut in conventu Assisii capitulariter patres conventuales et observantes congregaremur. Et summus pontifex legatum in ista causa misit quendam abbatem sancti Ambrosii de Mediolano, iuvenem quidem aetate, sed in iure doctissimum et virtutibus et discretione perfectum (8).

Audita fama adventus legati, patres conventuales per plura milliaria et dietas processerunt E
obviam sibi; et nobis in conclavi existentibus in Sancta Maria de Angelis venit legatus et ante fores ecclesie de equo descendens brevissimam orationem in ecclesia fecit, nec ita repente visitatores ad Dominationem suam destinare valuimus, quin ipse citius recesserit; nec nobis verbum aut signum aliquod humanitatis ostendit, sed insalutato hospite recessit. Is actus in mentibus nostris non parvam generavit admirationem; tamen quatuor notabiles fratres ad visitandum [10] Dominationem suam transmisimus, quibus benignissimum et gratissimum responsum dedit, de quo animi fratrum valde consolati fuerunt. Denique competenti tempore conventuales et observantes in conventu Assisii fuimus pariter congregati. Et reverendissimus dominus legatus ad ostensionem sue potestatis et auctoritatis bullas domini nostri [11] publice coram utraque parte legi fecit, ex quarum tenore admirationem et tristitiam non parvam accepimus; non enim ut paterne littere amorem et dilectionem sonare videbantur, sed invectiva potius quedam contra familiam videbatur esse directa. Tristati fuimus
et dolorati re, et quid agere deberemus [12] penitus F
ignorantes. Tunc reverendissimus [13] dominus

[4] isti *delet. add.* — [5] perhibet *Le.* — [6] secundus *add. Le.* — [7] *in marg.* — [8] *bis in cod. ante corr.* — [9] (id e.) videlicet *Le.* — [10] visitandam *Le.* — [11] *in marg.* — [12] debeamus *Le.* — [13] reverendus *Le.*

(1) BARBERIUS, *Gesta ... B. Ioannis a Capistrano* (Romae, 1662), appendix, p. 1-89. — (2) De Flavio Blondo (1388-1463), secretario apostolico, cf. J. GUIRAUD, *L'Église et les origines de la Renaissance*, p. 150-52, et passim. — (3) Fuit cardinalis Dominicus Capranica a Fermo (1445-1458). H. HOLZAPFEL, *Manuale historiae ordinis Fratrum Minorum*, p. 633. *Messer Domenico cardinale di Fermo fu singularissimo uomo, e santissimo di vita e di costumi*. Ita insignis illius viri vitam narrare incipit VESPASIANO DA BISTICCI, *Vita di uomini illustri del secolo XV* (ed. Ad. Bartoli, Firenze, 1859), p. 140-45. Cf. PASTOR, *Geschichte der Päpste*, t. I, p. 615-19, ubi cardinalis Capranica ad caelum fertur. — (4) Ceterum bulla prior ab Eugenio IV data est 31 iulii 1443 (WADDINGUS, ad an. 1443, n. VII), quando cardinalis Iulianus Cesarini protectorem ordinis Minorum agebat (1439-1444). H. HOLZAPFEL, l. c. Cui, dum cum Turcis pugnabat, occiso suffectus est anno 1445 cardinalis Capranica. — (5) Bulla data die 11 octobris 1458. WADDINGUS, l. c., ad an. 1458, n. XX. — (6) Berardus Eruli de Narnia, episcopus Spoletanus ab anno 1448, creatus est a Pio II S. R. E. cardinalis tit. Sanctae Sabinae die 5 martii 1460. Anno autem 1479, aprilis die 2 " die veneris Berardus episcopus Sabinensis cardinalis Spoletanus nuncupatus Romae diem clausit extremum. " EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, t. II, p. 47, annot. 377. Haec de ipso Vespasiano da Bisticci (op. c., p. 167): *Messer Bernardo Eruli da Narni fu cardinale e chiamossi di Spoleto. Fu lungo tempo auditore di Ruota, era grandissimo giurista e canonista, e con queste dua condizioni aveva aggiunta la integrità et la bontà d'essere uomo giusto; e per le sue proprie virtù venne alla degnità d'essere fatto cardinale.* — (7) Idem titulus in margine occurrit apud WADDINGUM, ad an. 1455, n. XLIII, quem videtur a Mariano mutuatus esse. Hoc loco commentatur Berardus Decretal. Gregorii IX, lib. I, tit. XXXV, cap. 14. — (8) Maioris S. Ambrosii Mediolanensi monasterio praefuit ab anno 1443 ad an. 1473 Blasius Ghilinus, ultimus monachorum Cluniacensium in hoc coenobio abbas, quod ad ordinem Cisterciensem translatum est. Ille Blasius summam sibi apud Eugenium IV, Calixtum III et Franciscum Sforza, ducem Mediolanensem, gratiam conciliavit. Barth. ARESIUS, *Insignis basilicae et imperialis coenobii S. Ambrosii maioris Mediolani abbatum chronologica series ab initio fundatae abbatiae ad haec usque tempora per compendium deducta* (Mediolani, 1674), p. 50.

legatus

legatus dixit : " Audistis voluntatem domini nostri. Estote ergo parati, ut, cum vos vocari faciam, coram nobis compareatis eo modo et forma, qui michi fuerit visus. "

Cap. 19. De principio confectionis bullarum domini Calixti Assisii facto per reverendissimum dominum legatum de modo vivendi simul patrum conventualium et fratrum de familia.

Reverendissimus dominus legatus domini nostri, abbas antedictus, nos vocavit et dixit : " Patres, loquar vobiscum confidenter et secure. Recepto mandato de vestra compositione et necessariis preparatis ad iter, quidam viri non parvi ponderis michi dixerunt : ' Vade et tantum ignem inter fratres accendere studeas, ut nunquam extinguatur. ' Verba ista timorem pariter michi et dolorem dederunt cautioremque me esse fecerunt. Unde de vestra bona concordia et pace cogitans, secundum quod est voluntas pontificis, scilicet quod aliqua capitula de communi utriusque partis [1] concordia [2] faciamus, quibus in posterum secundum Deum et vestram professionem vivere valeatis, et recogitans verba predicta de accensione ignis, ad cappellam accessi, in qua corpus beati Francisci requiescere creditur, ibique me in oratione posui summo desiderio dominum nostrum Iesum Christum eiusque fidelissimum servum Franciscum deprecans, ut sue religioni de opportuno remedio providere placeret, inter alia dicens : ' Domine Iesu Christe, potest hoc esse ut tale ac tantum membrum catholice fidei perire permittas? ' Et hec et similia verba dicens magna fui devotione ac lacrimarum effusione perfusus. Et tunc in mente mea divina gratia suum lumen immisit, ut vestra facta tractans atque compositionem, non vos simul conferre aut tractare permictam, quia animi plerique indignati sunt et consequenter nonnisi cum passionibus loqui possunt, et ita nichil boni facere possemus; et ideo vobiscum loquens voluntatem conventualium et e contra narrare intendo. Demum cum aliqua bona fecerimus, ad dominum nostrum redibo eique, iuxta quod michi commisit, utriusque partis concordiam et discordiam, id est [3] in quo concordant et in quo discordant, referre volo. Nam huius vestre cause michi decisionem nullatenus commisit, sed partes tantum audire, concordare et referre. "

Et dominus reverendissimus legatus proponens nobis aliqua capitula secundum desiderium patrum conventualium, cepimus de concordia habere sermonem. Et nota quod omnes nos simul et singillatim maximam reverentiam reverendissimo domino legato semper ostendimus, quod nobis videbatur omni iure debitum. Capitula plura fecimus, in quibus eramus concordes, et semper tantum cum reverendissimo legato in absentia conventualium; et ipsi e contra, in absentia nostra omnia capitula facta fuerunt (1). Est notandum quod reverendissimus generalis in ista congregatione, nescio qua ratione, non fuit, sed tantum quidam ministri atque magistri. Audita denique utraque parte, plura capitula fecimus, in quibus eramus concordes; et isto modo habita capitulorum concordia, dominus reverendissimus legatus Romam rediit.

Ante recessum eius de Asisio magno desiderio a sua Dominatione quesivimus ut saltem semel ad Sanctam Mariam de Angelis venire et nobiscum comedere dignaretur. Venit et videns locum, officinas et ortos miratus est; veniens vero ad mensam et fratrum religiositatem, silentium, puritatem et diligentiam et honestatem videns [4], tanta fuit devotione commotus, quod quasi continuo in mensa ploravit.

Demum facta compositione predicta dominus legatus Romam rediit. Et secundum ea, que postmodum subsecuta fuerunt, multa bona summo pontifici de familia retulit. Nam prius summus pontifex nos exosos habebat et, quasi de aliqua heresi familia sentiret, suspectos videbatur habere. Et hoc ideo, quia semel contra quosdam fraticellos, qui erant in Catalonia, hereticos sibi fuit facta commissio: suspicabatur enim, ne et nos aliquo modo sentiremus cum illis, quorum principalis et caput, si bene sum memor, Barbargallus [5] dicebatur (2). Sed per relationem sui legati et per experientiam certam didicit hanc familiam sedi apostolice reverentiam debitam habere et esse sancte fidei fidelissimos defensores; quasi pater nos omnes amabat, gratias multas fecit et quasi ensem pro nostra defensione suscepit. Verum quia res ista magni ponderis erat, Spiritu sancto inspiratus sana conscientia et absque calumnia facere volens in manibus reverendi patris fratris Iacobi de Marchia, qui erat vir ab utraque parte dilectus, mictere curavit. Unum tamen fuit, quod plerisque non placuit, scilicet quia de reverendissimo domino protectore nullam mentionem fecit.

Et notandum, quod ad [6] hunc actum maxime importantie vicarii omnium provinciarum et alii plerique fratres vocati fuerunt, qui videntes quod actus tendebatur in longum, omnia in illo agenda sex fratribus cum vicario generali fratre Baptista de Levanto [7] commissa fuerunt, quibus data fuit plena potestas omnia agendi et componendi, ac si tota familia presens foret. Dictorum venerabilium patrum nomina sunt hec : Frater Petrus de Anguillaria, vicarius provincie Romane, frater Alfonsus Hyspanus, canonista peritus et vicarius provincie Terre Laboris, frater Matheus de Narnia, frater Iohannes de Prato, frater Bernardinus Aquilanus de Fossa.

Recedente reverendissimo domino legato de Assisio et Romam pergente, recesserunt et fratres et Romam ierunt. In Sancta Maria de Angelis nomine congregationis, ne per nos soluta videretur, frater Augustinus de Monte Varoccio, frater Matheus de Narnia et ego, aliis Rome pugnantibus, in pace remansimus (3).

19. — [1] *in marg.* — [2] partis *delet. add.* — [3] (id est) sive *Le.* — [4] *deest in cod.* — [5] Barba Gallus *Le.* — [6] *supra lin.* — [7] (cum ... Levanto) *in marg.*

(1) Tenor articulorum tum a conventualibus, tum a familia propositorum legitur apud Waddingum, ad an. 1455, nn. LI et LII. — (2) Notat Waddingus (*Scriptores ordinum Minorum*, p. 315, s. v.) a S. Iohanne Capistrano scriptum fuisse *tractatum contra Philippum Berbegallum pontificias declarationes in regulam Minorum respuentem et novitates perniciosas in ordinem advehentem*. Quem Berbegallum Hispanum fuisse refert Nicolaus de Fara, in Vita Iohannis de Capistrano (*Act. SS.*, Oct. t. X, p. 444, num. 14). — (3) Cf. Waddingum (ad an. 1455, n. LIV), qui Bernardinum de Fossa designat *huius historiae scriptorem*. Sed videsis Comment. praev., p. 695, n. XIX.

Cap.

A **Cap. 20. De compositione bullarum domini Calixti facta per [1] reverendum patrem fratrem Iacobum de Marchia, cui papa commisit.**

Postquam reverendissimus dominus legatus Romam rediit et a summo pontifice audientiam obtinuit, secundum quod perpendere possumus, habita relatione de nobis, summus pontifex cogitavit sana conscientia et absque murmuratione istam compositionem facere; unde breve patri fratri Iacobo de Marchia, qui tunc erat in Marchia [2], ut ad se veniret, continuo destinavit. Veniens pater frater Iacobus et ad summum pontificem accedens, dixit illi pontifex : " Frater Iacobe, veni huc. " Qui statim accedens coram Sua Sanctitate genua flexit. Cui pontifex: " Iunge " manus tuas, " et ille iunxit in modum orantis. Cui pontifex : " Porrige mihi tuas manus iun- " ctas; " quod ille fecit. Pontifex suis manibus manus senis fratris Iacobi adstrinxit eo modo, quo faciunt prelati, quando aliquem fratrem novitium ad professionem assumunt: et tenens B manus eius dixit : " Frater Iacobe, ego quantum " ad istum actum spolio me papatu et te papam " instituo; vade et ordinem beati Francisci in " pace ponere studeas, advisans quod ego nolo " teneri domino nostro Iesu Christo et beato " Francisco, sed tenearis tu [3] in puncto mortis et " in die iudicii rationem reddere. " Cui pater resolutus lacrimis [4] et reclamans dixit : " Non, " beatissime Pater, non amore Dei, quia non est " talis actus pro me. " Cui pontifex : " Non opor- " tet te amplius replicare; sic volumus et in " virtute sancte obedientie precipimus. " Tunc senex lacrimans et male contentus ad locum Sancti Francisci trans Tiberim rediit et per totam illam noctem [5] in magna tribulatione positus nichil fere dormivit.

Tamen post multa ad palatium rediit, caput inclinavit et obedire voluit; tunc pontifex articulos per dominum legatum Assisii agitatos tradidit. Et causam agitare debita diligentia cepit. Hec omnia ipse retulit michi pater. Et notandum, quod patri fratri Iacobo causam istam ut supra, nulla de protectore facta mentione, papa commisit; quod reverendissimo domino protectori, C qui tunc erat dominus Dominicus de Capranica, dictus cardinalis Firmanus, valde displicuit.

Cepit ergo [6] pater articulos (1) componere. Et primus erat, quod omnes fratres Minores sive Conventuales sive de observantia nuncupati, sive citramontani, sive ultramontani, reverendissimo patri generali teneantur in omnibus et per [7] omnia obedire. Iste articulus omnibus fuit exosus, eo quod maiorem potestatem reverendissimo domino generali quam regula dabat. Alius articulus erat quod fratres de observantia nuncupati in capitulo generali conventualium convenire deberent, nec possent per se facere generalem [8] congregationem, et in eodem capitulo generali eligere sibi tres pro vicariis generalibus, sed unus, quem vellet generalis, preficeretur eisdem et vicarius vicariorum vocaretur. Iste articulus nobis fuit exosus pluribus rationibus, quas gratia brevitatis omicto. 3s articulus fuit, quod [9] vicarii [10] dumtaxat fratrum de observantia nuncupatorum vocem activam dumtaxat in electione generalis [11] haberent. Iste articulus contra nostram voluntatem fuit appositus. Semel tamen quidam dominus episcopus hoc audiens dixit : " In veritate, et activam [12] et passivam in ele- " ctione generalis [13] deberetis habere. " Cui repli- " cavimus : " Domine, nos nolumus istas voces " habere. " Respondit : " In veritate, vos non " bene facitis; videtur enim, quod hoc modo " Spiritui sancto resistere velitis. " In veritate puto, quod ille dominus erat bonus pastor et pater. Istum articulum patres conventuales habuerunt supra modum exosum; et propter istum puto quod nunquam istas bullas patres conventuales acceptare voluerunt.

Et sic pater frater Iacobus in ista causa procedens multos articulos composuit, de quibus utraque pars contenta restabat; nonnulli tamen ibidem erant articuli, qui nostris fratribus nulla ratione placebant. Rogabant patrem, ut articulos illos mutare aut mitigare dignaretur, et illos audire nolebat. Tunc michi scripserunt, ut E Romam irem. Pater frater Matheus de Narnia et ego iussi Romam accessimus. Recitaverunt que contigerunt, et michi dixerunt : " Cum tu sis " spiritualis filius patris nostri fratris Iacobi, quia " ipse te recepit ad ordinem [14], te forsitan " audiet; nos autem amplius audire recusat. " Accessi ad patrem, et ad nostram petitionem atque informationem nonnulla mutavit.

In ista confectione bullarum fuimus valde tribulati, quia causam nostram fovere nulla ratione poteramus. Papa, licet esset noster pater, nobis tamen erat incognitus. Generalis favebat suis, id est conventualibus; dico suis, quia in eadem erant [15] voluntate concordes. Protector (2) cum summo pontifice non poterat bene convenire, quia de tam magno negotio, quod sibi super omnes incumbebat, penitus erat exclusus. Aliis curialibus nulla erat nobis audacia recurrendi, quia unico verbo cum rubore [16] fuissemus expulsi, scilicet " quia causa est in manibus patris vestri " fratris Iacobi, nullam habetis causam querele. " Demum partibus per plures septimanas auditis, plena facta fuit in causa conclusio.

F **Cap. 21. De bullis Calixtinis et transumptibus; cum quanta difficultate et qualiter extracta fuerunt per medium reverendissimi domini protectoris.**

Facta articulorum compositione et utraque parte utcumque contenta, in magna tribulatione et fere desperatione positi eramus. Papa erat contentus secundum acceptationem fratris Iacobi; patres conventuales erant contenti taliter et qualiter. Tractabatur, ut secundum morem bulle conficerentur, et tamen pluribus septimanis laboravimus et nunquam, ut minuta saltem conficeretur, obtinere potuimus. Erat enim in itinere transversatus drago magnus, et nos pauperculi nulla noveramus ratione perpendere. Sepius concilia facientes manibus cancellatis more mulieris, cuius maritus defunctus est, tristes et anxii sedebamus in cella.

20. — [1] fr. *delet. add.* — [2] (qui ... Marchia) *in marg.* — [3] *in marg.* — [4] *in marg.* — [5] *in marg.* — [6] igitur *Le.* — [7] ob *delet. add.* — [8] *in marg.* — [9] fratres *delet. add.* — [10] tantum *delet. add.* — [11] generali *Le.* — [12] et passione *delet. add.* — [13] generali *Le.* — [14] (quia ... ordinem) *in marg.* — [15] *in marg.* — [16] re *in marg.*

(1) Quos integros legere est ibid., n. LV. — (2) Scilicet Dominus de Capranica, cardinalis Firmanus.

Frater

AUCTORE B. BERNARDINO A FOSSA

Frater Iohannes de Prato quodam sero, deposita aliquantulum vecordia, dixit: " Vere ego „ sum pregnans, oportet me parturire [1]. Iam „ multis diebus in mente mea revolvi quid dicam, „ nec dicere ausus fui. Si bene dixero, laudetur „ clementia Salvatoris, a quo *omne datum* [2] *optimum;* si vero male, imponatur [3] michi penitentia [4], quam libenter agam. Michi videtur, „ quod causam nostram in manibus reverendissimi domini protectoris simpliciter ponamus. Spero quod saltem pro honore suo causam nostram fideliter expediet. „ Respondit vicarius provincie Romane: " Vere ego similiter „ pluribus diebus pregnans vixi. „ Respondit vicarius provincie Terre Laboris et similem conceptum habuisse testatus est [5]. Demum omnes eramus in eadem voluntate atque timore concordes. Quoniam reverendissimus dominus protector aliqua signa [6] displicentie nobis ostenderat, nostram causam in suis manibus ponere timebamus.

Iac. 1, 17.

Hac denique deliberatione de sero conclusa, ad suam dominationem nuntios destinavimus, nostram deliberationem manifestantes eidem atque [7] tempus et locum audientie postulantes. Reverendissimus dominus protector audientiam secretam, gratam et longam benignissime dedit. Pater reverendus vicarius generalis, frater Babtista, tanquam caput familie, reverendissime dominationi sue nostram voluntatem exposuit, dicens: " Reverendissime domine et pater, omnes isti „ patres una mecum plenam potestatem habent „ a capitulo generali in omnibus que familiam „ contingunt, faciendi, disponendi, acceptandi, „ componendi etc. Iam novimus elapsis temporibus sinceritatem vestram versus hanc familiam; hinc est, quod confisi de vestra circa nos „ bona voluntate, prudentia et sagacitate, nomine „ nostro et totius familie non solum causam nostram, quam cum patribus conventualibus habemus, sed quidquid familiam contingit, totum „ reponimus in manibus reverendissime dominationis vestre; certi enim sumus [8], quod non „ nisi secundum Deum et sanctam iustitiam „ cuncta dispones. „

B

In veritate, difficile esset narrare, quantum ista nostra deliberatio sibi [9] cara fuerit. Cepit respondere, et quasi lacrime pre gaudio de oculis eius erumperunt [10], et dixit: " Aliquantulum tarde „ venistis, tamen regratior vobis; „ et in suis sermonibus ultra quatuor vices hoc verbum replicavit: " Regratior vobis. „ Hoc autem puto fuisse, quia, cum esset vir magne reputationis ubique, tamen in ista causa papa de ipso [11] nullam mentionem fecisse liquet, unde reputabat sibi pro confusione maxima; sed quia isto modo per manus suas bullas transire oportebat, ad honorem suum cessisse putavit. Quante reputationis vir iste foret, infra dicetur (1). Demum dixit: " Ostendite michi articulos, et faciemus „ minutam; quam cum fecero, vobis ostendam, „ et si quid aptandum fuerit, addendum vel „ minuendum, secundum quod melius esse videbitur, factum putate. „ Et cum in nostra presentia articulos legere cepisset, legit primum [12], qui dicebat quod in omnibus et per omnia omnes fratres obedire tenentur. Ait admirans: " In „ omnibus et per omnia; non bene sonant ista „ verba, sed dicamus: teneantur obedire, sicut „ in regula continetur. „ Et ne sermonem nostrum tendamus in longum, fecit minutam; vidimus, et placuit. Deinde fecit ingrossari (2). Et in bulla fuit clausula, quod transumptum subscriptum manu notarii reverendissimi domini protectoris eandem quam bulla auctoritatem haberet ubique. Hoc autem suam dominationem pro suo honore et nostra utilitate fecisse evidentissima ratione probatur.

C

D

Et isto modo bulle Calixtine circa patres conventuales et familiam confecte fuerunt (3); demum transumpta transcripsimus, ita quod unaqueque provincia nostre familie suum transumptum accepit. Et reverendissimus dominus protector de salario sui notarii transumpta subscribentis nulla nos voluit solutione gravari; sed ex tunc in posterum noster fuit totus.

E

Cap. 22. De bullis cruciate per summum pontificem Calixtum confectis, que nostre familie non parvam conquassationem dederunt.

Prefatus summus pontifex dominus Calixtus bullas cruciate confecit (4), in quibus clausulam posuit, quod etiam quicumque religiosi ad istam expeditionem etiam absque licentia suorum prelatorum accedere possent (5) et plenariam indulgentiam ut ceteri penitus obtinerent. Tali conclusione audita, plerique fratres simul conferentes diximus: " Vere maior et periculosior „ est ista temptatio quam conventualium persecutio, que iam quasi sopita videtur [1]; vere „ diabolus habet mille nocendi modos, et continuo temptat, ut saltem tedio vincat. Ista „ potestate concessa, plurimi levissimi fratres „ movebuntur et scandala innumera facient, et „ prelati remedium aliquod adhibere non poterunt. „ Et ita contigit; et ut verum fuerit, de multis aliqua succincte narrabo.

F

In civitate Neapoli de diversis partibus plurimi levisssimi fratres congregati fuerunt et plurima scandala faciebant querendo eleemosynas, discurrendo per civitatem, curias et portus, et seculares suis moribus scandalizantes; et prelati nichil eis nedum facere, sed nec dicere poterant, quia in pectore crucem portabant et se summi pontificis auctoritate tuebantur. Tamen Dominus providit, quia illa cruciata evanuit (6), et sic ad obedientiam prelatorum eos redire convenit. Idem Ancone contigit, et in omnibus civitatibus, que portus habent, illa fantastica multitudo [2] convenit.

21. — [1] si bene dixi *delet. add.* — [2] *in marg.* — [3] imponatis *Le.* — [4] poenitentiam *Le.* — [5] *supra lin.* — [6] *in marg.* — [7] que *in marg.* — [8] simus *Le.* — [9] *supra lin.* — [10] rum *in marg.;* eruperunt *Le.* — [11] (p. de i.) *in marg.* — [12] (l. p.) *in marg.*

23. — [1] videretur *ante corr.* — [2] *in marg.*

(1) CAP. 27. — (2) Ingrossare est maiore charactere exarare, seu luculentius scribere. Cf. DUCANGE, *Glossarium mediae et infimae latinitatis*, s. v. — (3) Haec bulla, quae incipit *Illius cuius in pace*, data die 2 februarii 1456, edita est a WADDINGO, l. c., ad an. 1456, n. CXXIX. — (4) De inflammato Calixti III in debellandos Turcas studio, cf. testimonium fratris Gabrielis Veronensis O. F. M., ap. WADDINGUM, op. c., ad an. 1455, n. LXXVII. — (5) Bullae *Ad summi apostolatus apicem* partim a RAYNALDO *Annales ecclesiastici*, ad an. 1455, n. XVIII, editae deest clausula hic a Bernardino commemorata; sed cf. speciminis gratia litteras privatas a Calixto datas, ap. WADDINGUM, ad an. 1457, n. XLII. — (6) Ob christianorum principum socordiam et simultates res in peius ruerunt. PASTOR, *Geschichte der Päpste*, t. I, lib. IV, cap. 3 et 4, p. 562-85.

Item

A Item accidit casus quod semel Romam pro necessitatibus nostre provincie vicarius assistens[3] accessi tempore vicariatus generalis fratris Babtiste de Levanto. Ille tunc quendam laicum nostre familie in loco detentionis tenebat inclusum, qui tribus annis crucem gerens et nauta existens quandam galeam gubernaverat; de quo plurimas informationes habuerat, quod multa gesserit non gerenda; et ut illum examinarem, plenam auctoritatem atque potestatem concessit. Accessi et examinavi, et bonam sibi gratiam impetravi; et licet sine defectu non esset, non tamen tam male se gesserat ut fuerat informatus [1]. Denique, aliquali discreta penitentia imposita, ut eum liberarem, commisit. Liberavi, et michi singularem concepit amorem. Paucis diebus elapsis, in dicto conventu Araceli existens bene se preparavit; venit pestis et percussit eum, et sic vitam istam relinquens migravit ad Dominum.

Quidam alius levissimus frater, quem optime noveram, non tantum levis, sed fantasticus, existens clericus, cum quodam alio semifatuo,
B quem noveram, societatem contraxit, ut transeuntes mare Turcum penitus debellarent. Divisi fuerunt ab invicem; fantasticus venit[4] ad me, ferens breviarium socii et volens sine socio Neapolim adire; vix breviarium de manu eius eripere potui. Demum solus Neapolim iturus viam carpere cepit, sed bene sibi contigit; nam ad primum locum provincie Terre Laboris applicans solus a fratribus unam bonam disciplinam accepit et expulsus fuit.

Et isto modo in pluribus partibus plures inconvenientie orte fuerunt. Demum videntes fratres pericula que per istam cruciatam contingebant, ad summum pontificem accesserunt et que contigerant scandala narraverunt. Summus vero pontifex de remedio opportune providit (1). Fuit insuper periculosa antedicta cruciata, quia plurimi ex nostris predicatoribus, qui magnam in populis acceptationem habebant, ex commissione pontificis predicarunt et bona plurima exegerunt (2); demum quia cruciata fuit, permittente Deo, in fumum conversa[5], fratres sue fame denigrationem consecuti sunt.

Insuper, quando summus pontifex Pius mare
C transire disposuit, magna ultramontanorum Anconam multitudo convenit; et non reperientes rem dispositam, secundum quod fuerat predicata, multas iniurias fratribus intulerunt et comminabantur, secundum quod ego ipse, dum Dalmatiam prima vice transire deberem (3), extra Anconam expertus fui. Et vidi societates ultramontanorum Anconam convenisse, et nulla preparatio facta fuerat, et tempus predicatum advenerat. Audivi quod multi desiderio honoris fidei tracti, ut venire possent, filios in pignus tradiderant. Unde divina sapientia bene providit; nam summus pontifex Pius Anconam venit ibique obiit (4). Pro certo, si non obisset, maxima confusio in ecclesia Dei parata erat; sed quia venit et obiit, multorum mentes quietate[6] fuerunt. Audivi tamen quod multi ex illis cruciatis ad propria redeuntes, ut puto, necessitate famis constricti, multa[7] scandala perpetrarunt depredando et debellando nonnullas patrias simul uniti.

Postquam B. Bernardinus enarravit quantum S. Iohannes a Capistrano dilatandae per Bohemiam, Austriam et Poloniam familiae regularis observantiae desuderaverit (cap. 23), quamque insignem victoriam christiani, duce Iohanne, apud Belgradum reportaverint (cap. 24), ita pergit :

Cap. 25. De capitulo generali Mediolani, in quo patres conventuales bullas Calixti acceptare noluerunt, et de aliis quibusdam ibidem contingentibus.

Tempore illustrissimi ducis Mediolani Francisci Sforsa sollemnissimum generale capitulum Mediolani estitit celebratum, in quo totus ordo conventualium et observantium, ultramontanorum et citramontanorum convenit (5). Reverendissimus generalis magister Iacobus de Mozanica, E
ut totus ordo simul in conventu (6) conveniret, fratribus nostris, ut nullam in loco nostro Sancti Angeli facerent provisionem de cibo et potu, per obedientiam precepit; et sic nulla ibi fuit facta provisio. Cives non parum de hoc admirantes indignati fuerunt et, fama diffusa negotii, per cives fere tota civitas commota fuit, et statim multiplices victualium currus ad locum venire ceperunt, ita ut omnes forenses mirabiliter stupefacti fuerunt[1]; omnes tamen ad conventum Sancti Francisci ad refectionem ibamus (7).

Venit tempus quo ad actus capitulares accedendum erat; et tunc, sicut supra tetigi, de factis patrum conventualium non parva nobis[2] orta suspitio[3] fuit, ne quid inconvenientie contra nos contingeret. Accessimus ad illustrissimum ducem, qui tandem mentes nostras bona sermocinatione placavit; et tunc in pace quievimus (8). Reverendus pater frater Babtista de Levanto, tunc vicarius generalis, videns quod patres conventuales secundum tenorem[4] bullarum Calixti nostros vicarios ad actus[5] capitulares admittere nolebant, previdit sibi iudicem, notarium et testes ut, si opus foret, sicut contigit, contingentem actum in publi- F
cam formam redigeret. Tangitur campanella[6], ut moris est, ad capitulum. Pater comparet cum vicariis familiae; generalis fugit et ipsos acceptare dissimulat. Pater frater Babtista sequitur eum; tandem ad hostium loci capituli ut intrarent accedunt. Generalis, videns quod amplius dissimulare non poterat, apertam licentiam dedit dicens: " Ite, pro factis vestris[7] nolumus quod „ intretis. „ Tunc pater frater Babtista[8] dixit: " Sitis vos, iudex et notarie et testes rogati, qua- „ liter reverendissimus generalis nostros vicarios „ ad actus capitulares secundum voluntatem „ summi pontificis non vult acceptare. „ Et isto modo delusi recessimus.

[3] *Legendum forsan* existens. — [4] fr. *delet. add.* — [5] *in marg.* — [6] quietates *ante corr.* — [7] *in marg.*

25. — [1] *ita post corr.* — [2] *ita post corr.* — [3] *in margine eadem manu.* — [4] nostros *add., sed post corr. delet.* — [5] conventus et *add., sed post corr. delet.* — [6] campalla *cod.* — [7] *in marg. eadem manu.* — [8] *in marg. eadem manu.*

(1) Litteris die 6 iunii 1458 datis Calixtus III vicario generali fratrum regularis observantiae facultatem concedit reprimendi nimiam quam cruciatae praecones sibi arrogaverant libertatem. WADDINGUS, op. c., ad an. 1458, n. II. — (2) Quod multa documenta coaeva referunt. WADDINGUS, op. c., ad an. 1457, n. XIII-L. — (3) Nempe mense iunio anni 1464. Cf. infra, cap. 29. — (4) Die 14 augusti 1464 obiit. De itinere quod Anconam instituit, cf. PASTOR, l. c., t. II, p. 246-50. — (5) Scilicet anno 1457. Cf. supra, p. 698. — (6) Nimirum Sancti Francisci, qui conventualium erat. — (7) Haec omnia quasi ad litteram ap. WADDINGUM, ad an. 1457, n. LIV. — (8) Cf. supra, sub an. 1457, p. 698.

AUCTORE B. BERNARDINO A FOSSA

In isto capitulo plura memoria digna contigerunt. Inter alia contigit quod quidam frater nomine vicarii et provincie Ungarie fratribus totius capituli capitulariter congregatis coram generali genua flexit et, irrequisitis fratribus nostre familie, altissima voce dixit: " Reverendissime pater, ego pro parte patris vicarii et totius provincie [9] nostre dico vobis et expono qualiter nos sub obedientia vicarii generalis familie ytalice [10] nolumus esse, sed secundum regulam sub obedientia reverendissime paternitatis vestre et successorum vestrorum intendimus esse. " Tunc frater Babtista, impetrata licentia a generali, dixit illi: " Quales sitis, mores vestri ostendunt. Nunquam familia ytalica vos quesivit. Vos venistis ad nos, et nos ex caritate vos fraterna recepimus. Bene facitis, quod pro receptis beneficiis [11] gratias redditis competentes. " Et cum generalis ex tunc illos acceptare vellet, pater frater Babtista dixit: " Reverendissime pater [12], vos non potestis hos viros acceptare, quia per bullas summi pontificis nostre sunt familie incorporati (1). " Et sic
B illos usque ad tempus suspensos reliquit [13] et non acceptavit. Postea constitutio facta fuit, quod fratres de observantia nuncupati, qui nostro vicario generali non subsunt, recipiantur in locis nostris ut conventuales. Et ex tunc constitutio servata est; et in veritate melius fuisse pro nobis evidenti ratione probatur, quia nobis maior pax subsecuta est.

Item indulgentia plenaria impetrata fuit per unam diem naturalem (2), secundum quod est de consuetudine ecclesie; et ad civitatem Mediolani magna multitudo hominum ista ratione concurrit. Et quia in descensu liminis ecclesie unus later deficiebat, multi ceciderunt in terram, et decem et septem per conculcationem pedum multitudinis interfecti fuerunt. Insuper fama erat, quod magnam eleemosynam conventus adquisivit, scilicet decem milium ducatorum (3); erat enim turba tam magna, quod, qui non vidisset, vix credere potuisset.

Item fuit acceptatum officium novum sancti Bernardini, quod incipit: *Bernardinus vir catholicus et preco evangelicus* (4), quod quidam frater
C de Adversa provincie Terre Laboris confecerat; nichilominus per subsequentem generalem cum aliquibus ministris et vicario generali in Sancta Maria de Angelis revocatum fuit (5).

Item fuit determinatum per totum generale capitulum et conclusum quod provincia ista, que prius provincia Pennensis vocabatur, ob reveren-
tiam sancti Bernardini, qui requiescit in illa, D
deinceps Sancti Bernardini provincia vocaretur (6).

Item una dierum illustrissimus dominus dux Franciscus cum illustrissima ducissa domina Blanca ad ostensionem peculiaris amoris et devotionis solis fratribus observantibus in loco nostro Sancti Angeli [14] convivium fecerunt; et mensis paratis in stratis hortorum ipsi cum fratribus comedere voluerunt, illustrissima domina ducissa in angulo horti cum pluribus dominabus honestissime sequestrata. Ex speciali tamen gratia impetravit ut, positis ad mensam fratribus, ipsa pro sua consolatione cum paucis honestissimis matronis fratres [15] omnes videndo transiret; transit domina, et fratres capitibus inclinatis in modum eorum quibus fluit sanguis de naribus, stabant rubore confusi.

In eodem loco capituli, ut in civitate Venetiarum sequens [16] generale capitulum fieret, certa fuit deliberatione conclusum,

Tandem soluto capitulo, paucis diebus elapsis, reverendissimus generalis magister Iacobus de
Mozanica vita functus est (7). E

Cap. 26. De capitulo generali Rome celebrato et electione novi generalis et pluribus aliis, que tunc contigerunt.

Expedito capitulo Mediolanensi atque magistro Iacobo de Mozanica generali ex hac vita subtracto, summus pontifex Calixtus [1], ut moris est in religione, vicarium generalem quemdam magistrum Catalanum instituit (8), et locum capituli generalis sua auctoritate mutavit et, quod Venetiis fieri debebat, Rome in Araceli fieri instituit; et hoc, secundum quod percipere potuimus, ad hunc finem facere deliberavit, ut illum Catalanum generalem faceret (9).

Capituli tempore adveniente, Romam perreximus et in magna fuimus dubitatione constituti, quia, cum patres conventuales bullas Calixtinas nunquam acceptassent, et summus pontifex nichil nobis neque amicis nostris neque reverendissimo domino protectori de factis nostris aliquid declararet, non parum suspicionis animas nostras dolore vexabat. Vigili sollicitudine
intentionem pontificis nosse curabamus et nulla F
ratione invenire valuimus. Summus pontifex fratribus intimavit, qualiter volebat quod reverendissimus dominus protector nostro capitulo interesset et potissime electioni generalis noviter eligendi. Summo pontifici diei capituli et ele-

[9] *in marg. eadem manu.* — [10] sed immediate sub obedientia *add., sed linea obductum.* — [11] *in marg. eadem manu.* — [12] *in marg. eadem manu.* — [13] *in marg.* — [14] (in ... angeli) *in marg.* — [15] *in marg.* — [16] *in marg.*

26. — [1] locum capituli g. *delet. add.*

(1) Tota lis dilucide exponitur in bulla pontificia 6 iunii an. 1458 data, qua demum dirimitur, prout ipse scriptor continuo declarat. Instrumentum integrum vide ap. WADDINGUM, ad an. 1458, n. III. — (2) Bulla Calixti III, 8 februarii 1457. WADDINGUS, ad an. 1457, n. LIII. — (3) Marianus, quem sequitur WADDINGUS (ad an. 1457, n. LII), refert, sicut auctor noster, et 17 viros fuisse exstinctos, et collecta aureorum decem milia. Quod iterum ex quo fonte haec hauserit, sicut multa alibi, indicat. Haec autem habet Mediolanensis compilator synchronus, Donatus Bossius, in sua Chronica, fol. 133: *Anno Domini MCCCCLVII, die quarto et quinto iunii, iubileus plenarius Mediolani in Sancto Francisco celebratus est, in quo tantus fuit advenarum concursus, ut vix urbs multitudinem caperet. Ferunt fuisse milia hominum centum de exteris duntaxat. Collisi sunt inter mares feminasque ab imprimente multitudine in ipso vestibulo templi numero quindecim* (Mediolani, per A. Zarotum, 1492). — (4) BLUME et DREVES, *Analecta hymnica*, t. XXV, p. 156-59. Ergo illud officium rythmicum de S. Bernardino conscriptum est inter 1450 et 1457. — (5) Iacobo de Mozanica, generali ministro, successit anno 1458 Iacobus a Sarzuela, qui sex annos ordinem gubernavit. Anno autem 1458, familia in generalibus comitiis Romae congregata, decretum est ut *di S. Bernardino si faccia l'ufizio con l'ottava, ma de comuni Conf. non Pont.* AGOSTINO DI STRONCONE, *L'Umbria serafica*, MISCELLANEA FRANCISCANA, t. V, p. 91. — (6) Videsis supra, p. 698. — (7) Die 9 iulii 1457. H. HOLZAPFEL, l. c., p. 620. — (8) Hic fuit Iacobus a Sarzuela, a die 19 augusti 1457 ad diem 20 mai 1548. Ibid. — (9) Erat enim Alfonsus de Borja, cardinalis et episcopus Valentinensis, postea Calixtus pp. III, ex Hispania oriundus.

ctionis

A ctionis generalis notificatio datur. Venit reverendissimus dominus vicecancellarius (1) et reverendissimus dominus protector (2), et in medio prime mense in refectorio collocantur. Expleto sono campanelle, ut moris est, ad capitulum vocantur fratres observantes citramontani et ultramontani, qui a conventualibus erant separati, ut pauci ipsorum ad locum celebrande electionis conveniant; et accesserunt octo, quatuor citramontani et quatuor ultramontani.

Tunc R. D. vicecancellarius legit coram omnibus breve summi pontificis huius tenoris, scilicet quod fratres de observantia nuncupati pro illa vice dumtaxat non haberent vocem in electione generalis et pro suo vicario eligant unum vel plures, secundum quod eis placuerit, aliis omnibus in bullis contentis in suo robore remanentibus. Tunc reverendissimus dominus protector annuit oculis nostris fratribus, ut genua flecterent et que pontifex petebat simpliciter acceptarent. Responderunt fratres, genibus flexis, quod hoc parum erat et quod ad ista et omnia, que Sua Sanctitas vellet, erant paratissimi. B Revertuntur fratres iocundi, et statim facientes capitulum fratrem Babtistam de Levanto generalem vicarium fecimus in multa hilaritate, unitate et caritate concordes.

Summus pontifex erat curtiscianus, antiquus, prudens et optimus canonista. Unde volens Cathalanum, iam vicarium ordinis institutum (3), facere generalem [2], cogitavit quod, si capitulum Venetiis factum fuisset, nichil ad votum venisset, sed, si coram oculis eius et in curia fieret, maiorem fratres respectum haberent. Eapropter de Venetiis ad Romam capitulum mutare voluit. Item si fratres observantes in electione generali vocem habebunt, Cathalanus meus non aliqua via mundi ad gradum generalatus ascendet, quia ipsi homines non timent, illum, quem conscientia dictaverit, generalem facient; quia conventuales divisi, ipsi sunt in voluntate concordes; et sic melius est inhibere illis [3], ne vocem dent hac vice dumtaxat in generalis electionem [4]. Et ut facilius animos fratrum ad suam voluntatem flecteret, quinque diebus toti capitulo expensas facere promisit; et quia fratres demum cum sua voluntate concordarunt, tres alios addidit et C octo diebus fecit expensas. Et quod Sua Sanctitas hoc gessisset in mente et fuerit operatus ut supra, hoc evidentissimo signo monstratur, quoniam summus pontifex cum aliquibus dicere consuevit, secundum relata cuiusdam reverendissimi domini cardinalis: “ Magna pro certo est gloria nationis Cathalane diebus nostris: papa Cathalanus, rex Aragonum et Sicilie Cathalanus, vicecancellarius Cathalanus, capitaneus Ecclesie Cathalanus (4), generalis ordinis Minorum Cathalanus. „

Patres vero conventuales in suo capitulo processerunt, et tandem Cathalanum illum secundum pontificis voluntatem generalem fecerunt. Et notandum, quod ille actus humilitatis fratrum nostrorum ita Sue Sanctitati fuit carus et acceptus, quod ex tunc in posterum noster fuit singularis amicus et pater. Demum completo capitulo, quatuor citramontani et totidem ultramontani observantes, impetrata audientia, ad Suam Sanctitatem accessimus pro receptis beneficiis gratias reddituri. Gratissimam audientiam dedit gratiasque plures desideratas concessit et se concessurum obtulit.

Soluto vero capitulo, pater vicarius generalis me secum Rome retinuit et patrem fratrem Marcum de Bononia. Tunc generalis novus novas bullas facere volens, quia Calixtinas acceptare noluerunt, et papa quasi cum ipsis velle concordare videbatur, de novis bullis et nova concordia cepit nobiscum habere sermonem; et ita large nobiscum loquebatur quod videbatur omnino mirandum. Quedam enim capitula fecit et nobis ostendit, dicens: “ Si vobis bona videntur, cum Dei benedictione acceptare dignemini; si videntur aliqua addenda, addantur; si minuenda, minuantur; si nova fienda, fiant. „ Et suis verbis ita mentes nostras commovit quod quasi eramus prope consensum. Pater frater Marcus dicebat: “ In veritate, si hoc factum in sola mea potestate consisteret, cum isto generali concordiam facerem, ex quo nobis tanta et talia [5] profert. „ E Dominus vero protector dicebat: “ State firmi, pauperculi, quia si unum iota de bullis minuitur, estis omnino destructi. „ Et sic constantes exstitimus, ita quod oblationibus generalis nunquam consentire voluimus.

Pater vero frater Marcus una dierum tristis et manibus cancellatis existens dixit: “ In veritate, ego nunquam sicut hodie nos [6] in tanto periculo vidi. Generalis Cathalanus, quandocumque [7] vult, intrat ad papam; reverendissimus dominus protector cum papa nichil potest; pauci sunt amici nostri, qui nos in veritate iuvare volunt. Ego reperio me male contentum. „ Ego vero ridere [8] cepi. Ille dixit michi: “ Tentatio, quid tu rides? „ Respondi: “ Quia, cum sis vir magnanimus, te video inani timore concussum. „ Respondit: “ Ego [9] mee dubitationis causam allegavi; tu quid pro te habes? „ Respondi: “ Nosti, quod a multis annis citra in omnibus familie tribulationibus simul fuimus. Multa secundum nostram providentiam fecimus; nunquam tamen nostra provisio habuit effectum. Divina tamen providentia facta nostra pro sua bonitate multo melius quam nos cogitavimus sua miseratione disposuit. F Certus sum quod etiam nunc suos pauperculos servos, qui iustitiam fovent, non relinquet. „ Respondit: “ Ego [10] non de divina, sed humana providentia loquor. Iste etiam summus pontifex secundum relata in una hora pluries mutatur. „ Dixi: “ Verum est in his que verbo promisit; in his vero que scripsit quasi turris videtur esse fortissimus; et ideo, si nos firmi steterimus, bulle nostre absque dubio manebunt intacte. „ Et ita fuit [11].

Nos vero audivimus, quod patres conventuales summo pontifici continuo suggerebant, ut de nullitate bullarum sententia daretur; et secundum quod estimare potuimus, papa dicebat, prout etiam quandoque dixerat [12]: “ Nos sanguine nostro istas bullas confecimus. Si alias bullas habere desideratis, sitis cum fratribus ipsis; et cum eritis in eadem voluntate con-

[2] (f. g.) *in marg.* — [3] illos *Le.* — [4] electione *Le.* — [5] (tanta et talia) *in marg.* — [6] *in marg.* — [7] quaecumque *Le.* — [8] *in marg.* — [9] allegavi *delet. add.* — [10] loquor *delet. add.* — [11] (et ita fuit) *in marg.* — [12] ego *delet add.*

(1) Cardinalis Rodericus de Borja, postea Alexander pp. VI. — (2) Dominicus de Capranica, cardinalis Firmanus. — (3) Scilicet Iacobum a Sarzuela. — (4) Petrus Ludovicus de Borja, Roderici frater.

 cordes,

„ cordes, nos advisate, et que vobis placita erunt „ nostra auctoritate roboris firmitatem accipient. „ Ideo generalis cum magistris tanta nos sollicitudine molestabant. Placuit tamen divine providentie quod nichil de bullis Calixti extitit innovatum.

Cap. 27. De obitu summi pontificis Calixti, serenissimi regis Alfonsi et reverendissimi domini Firmani protectoris.

Quia iam Rome nichil agebatur, pater vicarius generalis, ut Aquilam redirem michi licentiam concessit. Et prius tamen quam de Romana civitate recederem, quod serenissimus rex Aragonum et Sicilie Alfonsus ex hac vita transivit[1] (1) Romam fama pervenit. Tunc summus pontifex mirabile edictum in valvis ecclesie principis apostolorum poni fecit, cuius tenor erat talis : " Notum sit omnibus presentes litteras „ inspecturis, qualiter per obitum bone memorie „ filii nostri regis Alfonsi, regis[2] Siciliae et Aragonie, regnum Sicilie ad nos et sedem aposto-
B „ licam rediit. Audivimus quod nescimus quis „ Ferdinandus se pro rege gerit (2), et quod „ plerique illi iuraverunt homagium. Nos auctoritate apostolica omnes illos a iuramento absolvimus, et quod neque illi neque alii obedientiam prestent, sub pena excommunicationis „ late sententie districte precipiendo mandamus (3). „

Et statim suo nepoti, nomine Borges, quem exercitus[3] Ecclesie instituerat capitaneum, ut exercitum versus Terracinam dirigeret[4], in mandatis dedit; et ita ille facere cepit. Volebat enim illum omnino de regno expellere et regnum ipsum Ecclesie restituere. Romani vero cives hoc videntes, in magna fuerunt tribulatione constituti, videntes quod facta eorum male transibant, quoniam Romana civitas cum omnibus pertinentiis sine subsidio regni Sicilie vix vivere potest. Hinc sumpta occasione Romani cives, officiales et private persone, impetrata audientia, pontificem sunt allocuti, rogantes ut hanc guerram nulla quavis ratione moveret, allegantes multa et dicentes (4). Pontifex vero omnes quo potuit modo repulit meliori assentireque nullatenus
C voluit. Imo exercitus ecclesie continuo versus Terracinam tendebat, ut ibidem data opportunitate Ferdinandum et suos ea qua poterat virtute invaderet, eoque pulso ad sedem apostolicam regnum rediret.

Rebus ita confuse permanentibus, de Romana civitate recessi Aquilamque veni. Vix Aquilam reversus in terra pedes posueram, et summum pontificem Calixtum esse defunctum per totam civitatem vulgatur (5). Miror et stupeo; et nec miror nec stupeo. Miror et stupeo, quia incolumem paulo ante reliqui et mortuum esse ita D
repente persensi; non miror nec stupeo, quia, cum homo esset, mortis legi subiectus erat, que nec honori nec dignitati parcere consuevit.

Imo paulo post[5] rumor insonuit quod dominus reverendissimus cardinalis Firmanus et protector nostri ordinis mortuus est (6). Mirati fuimus et non sine tribulatione transivimus, quia mors[6] talium ac tantorum virorum ita repente secuta non sine magno conflictu contingere[7] poterat. Ubi notandum est quod primo summus pontifex obiit, deinde protector. Dominus vero Latinus de Ursinis, cardinalis Ursinus, dixit quod, mortuo Calixto et Firmano in infirmitate iacente, cardinales reverendissimi secundum morem Romane ecclesie in conclavi se clauserunt et dominum cardinalem Firmanum elegerunt. Unde predictus reverendissimus dominus de Ursinis dixit[8] : " Reverendissimus dominus cardinalis Firmanus „ et protector ordinis vestri mortuus est papa, „ quia paulo post electionem ex hac vita transivit (7). „

Iste summus pontifex fratri Iacobo de Marchia, E
de quo supra, singularem devotionem habebat; et hoc aliquibus signis ostendit. Nam, ut supra scripsi cap. 20, causam totius ordinis mira liberalitate commisit. Item semel existente coram ipso summo pontifice ipso fratre Iacobo[9] et fratre Gabriele de Verona, qui nunc sancte Romane ecclesie reverendissimus cardinalis existit (8), ad aures fratris Gabrielis ad se vocati voce submissa dixit : " Vides hunc patrem meum, „ fratrem Iacobum, vere ipse sanctus est; in veritate, si temporibus nostris morietur, catalogo „ sanctorum infallanter adscribam. „ Divine tamen providentie placuit, ut prius quam frater Iacobus summus pontifex ex hac vita transiret.

Cap. 28. De novo modo vivendi familie tempore Pii secundi introducto et nonnullis que tempore suo contigerunt.

Post obitum Calixti summi pontificis et reverendissimi domini cardinalis Firmani electi pontificis, ut supra (9), reverendissimi domini cardinales ad alterius electionem procedunt et, operante divina clementia, Pius secundus, qui prius Eneas vocabatur et poeta laureatus extite- F
rat, novus papa creatur; de quo dicunt, quod eodem anno episcopus Senensis cardinalis et papa efficitur[1] (10). Postquam vero divina clementia hunc populi sui pontificem habere voluit, tempore competenti reverendus pater vicarius generalis summi pontificis audientiam habere promeruit, cui nostras necessitates exponens dixit : " Beatissime pater[2], quantas altercationes „ cum patribus conventualibus hactenus habuimus propter bullas bone memorie Eugenii,

27. — [1] sivit *in marg.* — [2] (A. r.) *in marg.* — [3] *in marg.* — [4] *in marg.* — [5] et *add. Le.* — [6] *in marg.* — [7] contigerat *ante corr.* — [8] *in marg.* — [9] *in marg.*

28. — [1] creatur *ante corr.* — [2] (b. p.) *in marg.*

(1) Mortuus est die 27 iunii 1458. — (2) Ferdinandus ille filius erat nothus defuncti regis. — (3) Haec consonant cum bulla pontificia die 12 iulii 1458 data. LÜNIG, *Codex Italiae diplomaticus*, t. II, col. 1255-58. — (4) Summi pontificis agendi ratio Romanorum ingenia vehementer commoverat. PASTOR, *Geschichte der Päpste*, t. I, lib. IV, cap. IV, p. 599-603. — (5) Calixtus III die 6 augusti 1458 e vita cessit. — (6) Die 14 augusti. — (7) Haec paululum extenuanda sunt; nam cardinales conclave intraverunt biduo post cardinalis Firmani obitum. Sed verba cardinalis Ursini ita accipienda sunt ut, si vixisset, procul dubio electus fuisset supremus pontifex. Adeo unanimiter vota collegii cardinalium, dum Calixtus exeunte mense iulio graviter decumbebat, in cardinalem de Capranica ferebantur. PASTOR, l. c., p. 609-10. — (8) A die videlicet 10 decembris 1477. Obiit autem die 27 septembris 1486. EUBEL, *Hierarchia catholica medii aevi*, t. II, p. 18-19. — (9) Cf. supra, nota 7. — (10) Haec aliqua emendatione indigent. Aeneas Silvius Piccolomini, episcopus Tergestinus die 19 aprilis 1447 renuntiatus, ad episcopalem sedem Senensem die 23 septembris 1450 translatus est. Inter S. R. E. cardinales die 17 decembris 1456 cooptatus, ad summum pontificatus apicem ascendit die 29 augusti 1458.

„ Sanctitas

A „ Sanctitas Vestra novit. Demum propter plurimas contentiones in his habitas bone memorie „ Calixtus, Vestre Sanctitatis immediatus predecessor, novas bullas super nostro modo vivendi „ condidit et Eugenianas suspendit. Patres conventuales bullas domini Calixti nunquam voluerunt; Eugeniane sunt suspense, et Calixtiane „ non sunt acceptate per eos; propterea quo „ modo vivamus scire non possumus. Placeat „ Sanctitati Vestre de opportuno remedio providere. „ Respondit summus pontifex et dixit: “ *In verita, vui avete una gran rascione;* fiat ut „ petitur. „ Et tunc quatuor reverendissimis cardinalibus et duobus episcopis causam audiendam dumtaxat commisit; predictorum omnium dominorum nomina ignoro (1).

Hi autem reverendissimi domini, per quatuor menses [3] ab utraque parte causa [4] diligenter audita, postea domino nostro Pio antedicto retulerunt. Postea vero ambas partes, conventuales videlicet et de observantia nuncupatos, coram Sua Sanctitate vocari fecit eisque dixit: “ Isti fra„ tres mei domini reverendissimi cardinales et B „ episcopi retulerunt nobis [5] se causam vestram „ diligenter audisse; et ex eorum relatione cau„ sam vestram maiorem discussionem requirere „ intelleximus. Et quia ecclesia nunc est occupata „ in maioribus [6] (2), hinc est quod volumus et ita „ mandamus ut vivatis secundum tenorem bulla„ rum Eugenii bone memorie predecessoris „ nostri (3), hoc addito quod nulla partium „ alteri [7] audeat recipere [8] conventus vel mona„ steria sub pena excommunicationis late sen„ tentie, cuius absolutionem sedi apostolice „ reservamus, quousque aliud per Ecclesiam fue„ rit determinatum (4) „.

Habita predictorum notitia, ego dubius existens propter ultima verba Sue Sanctitatis, videlicet “ quousque per Ecclesiam, etc. „, idcirco ad dominum Franciscum de Thomeis Aquilanum, qui eo tempore [9] Aquile morabatur, repente perrexi; hunc [10] eius vicarium, dum esset Senensis episcopus, fuisse noveram, et eo tempore ecclesie principis apostolorum ab eo fuerat vicarius institutus; eius mores bene nosse putabam, et dixi: “ Pater et domine mi, dominus noster [11] ita con- C „ clusit, prout supra scripsi. Aliqualis tamen „ suspicio meam mentem conturbat, quia dici„ tur: “ quosque per Ecclesiam aliter fuerit deter„ minatum. „ Vellem a vobis scire, quid Vestra „ Reverentia credit, scilicet an papa sit in hac „ conclusione mansurus, vel intendat aliter immu„ tare. „ Tunc ille bonus homo et sacerdos Dei altissimi super caput suum manum posuit, dicens: “ Super caput meum credatis quod papa nullo „ modo intendit aliquid immutare, sed illa verba „ tantum apposuit ut importunitates conven„ tualium valeat evitare. Estote ergo contenti et „ certi quod tempore Sue Sanctitatis nulla immu„ tatio fiet. „ Et ita accidit ut ille pater michi predixit; nam ex illo tempore cum conventualibus familia in pace quievit.

Vellem quod ea que [12] nunc memorie commendo omnes nostri fratres notarent. In veritate michi videtur quod huic summo pontifici Pio valde obligati simus, eo quod in hoc singulare beneficium donavit. Quasi per totam Ecclesiam Dei eramus confusi propter oblocutiones conventualium, quod bulle Eugeniane, sub [13] quarum observatione familia vivebat, erant subrectitie [14]; et consequenter contra conscientiam [15] vivere monstrabatur. Et licet ista essent falsa, quia bulle erant vere et sancte, ut supra scripsimus, tamen familie fama in hoc apud ignorantes magnopere gravabatur, et talium mentes quietare impossibile videbatur. E Tamen iste noster pater et pastor, Spiritu sancto inspirante [16], illas bullas tanquam bonas, sanctas, catholicas et veraces proprio motu firmavit. Tanto fortius illi familia obligatur quanto nobis maius impendit beneficium.

Iste pontifex pro serenissimo rege Fertinando [17] fuit missus a Domino; quoniam, sicut Calixtus toto conamine de regno illum parabatur expellere, ita hic toto conamine hunc conatus est in regno firmare; erant enim prius amici; et sepius, ut audivi, dicere consueverat: “ Vere, si mantum „ sancti Petri expendere deberem, ipsum regem „ constituam. „ Dixit, et facta sunt. Nam rex Fertinandus [18] auxilio summi pontificis Pii regnum Sicilie tenet (5); et licet illustrissimus dux Mediolani iuverit illum, papa tamen fuit principale scutum. In hoc tamen fama Sue Sanctitatis gravata fuit quod, expulsa comitissa Celani, que partes regis omni studio foverat, nepoti suo comitatum illum tradidisse cernitur (6). Et extra dominium Neapoli obiit, licet corpus eius in locum Sancti Bernardini de Aquila dominus Petrus, eius filius, fecerit reportari; et in cappella Sancti Bernardini suis eleemosynis edificata quiescit. F

Denique, suspensis bullis Calixti, secundum mores bullarum Eugenii nostra familia vivere compulsa est; et quod longo tempore olim obti-

[3] *in marg.* — [4] causam *ante corr.* — [5] *in marg.* — [6] (in m.) *in marg.* — [7] alterius *Le.* — [8] vel *delet. add.* — [9] morabatur vigilanter *delet. add.* — [10] is *ante corr.*; hunc *in marg.* — [11] nostris *ante corr.*; noster *in marg.* — [12] quem *ante corr.* — [13] obser *delet. add.* — [14] subreptitie *Le.* — [15] *in marg.* — [16] inspiratus *Le.* — [17] Ferdinando *Le.* — [18] Ferdinandus *Le.*

(1) Nomina eorum prodeunt in bulla Pii II *Pro nostra ad beatum Franciscum* die 11 octobris 1458: “ Ea re aliquando cum nonnullis venerabilibus fratribus nostris S. R. E. cardinalibus communicata, venerabili Bessarioni fratri nostro episcopo Tusculanensi, necnon ordinis ipsius protectori, et dilectis filiis nostris Gulielmo tit. sancti Martini in Montibus Rothomagensi, ac Alano tit. sanctae Praxedis Avenionensi, necnon Nicolao tit. sancti Petri ad Vincula, presbyteris cardinalibus, et venerabilibus fratribus nostris Angelo Reatino et Ioanni Barcinonensi episcopis commisimus. „ WADDINGUS, ad an. 1458, n. XX. — (2) In bulla sic: *Et magnis nuper omniumque maximis occupationibus detineri coepimus, quae nostram et nostrorum omnium operam exposcunt.* — (3) Bulla *Ut sacra ordinis Minorum religio,* data die 11 ianuarii 1446. WADDINGUS, ad an. 1446, n. II. — (4) In bulla sic: *Quousque per nos, dante Domino, aut per sedem apostolicam, vocatis utrisque qui sunt vocandi, universali totius ordinis bono aliter providebitur.* Ceterum integra Pii II bulla his paucis B. Bernardini verbis accurate contracta est. — (5) Cf. RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici,* Pius II, ad an. 1458, n. XX-XXX. Obiit Ferdinandus I rex Siciliae (et Neapolis) die 25 ianuarii 1494. — (6) RAYNALDUS, op. c., ad an. 1463, nn. LXXVIII et LXXIX. Si fas est credere ipsi Pio II, Rogerottus Celani comes *privatam imperio matrem in carcere conieceral.* At devicto comite, Celani principatus matri non fuit restitutus, sed Antonio Piccolomini, pontificis nepoti, concessus. Nec mirum quod egregiae mulieris hic mentio a scriptore inicitur. Nam familiam observantium beneficiis suis cumulavit, ac potissimum exstruendo Capistrani coenobio liberalem operam contulit. Ex huius largitionis instrumento (WADDINGUS, ad an. 1447, n. LXIX) innotescit nomen eius, Cobellae nimirum, eiusque defuncti mariti, *Leonelli Acclozemora, comitis Celani.* Illi, teste Iohanne de Tagliacotio, peculiarem benedictionem S. Iohannes de Capistrano moribundus impertiit. Cf. epistulam Iohannis de Tagliacotio ad S. Iohannem de Marchia, die 10 februarii 1461 Florentia missam, *Act. SS.,* Oct. t. X, p. 398, num. 407.

nere

nere contendimus, hoc [19] preter nostram spem pietas divina concessit.

Iste Pius summus pontifex castrum de quo fuerat oriundus civitatem fecit et ut civitas Pia vocaretur instituit (1).

Cap. 29. De capitulo generali Sancte Marie de Angelis, et congregatione cruciatorum in civitate Anconensi, et nostro transitu ad partes Dalmatie.

Iste pontifex Pius animosus homo fuit; nam duos dominos temporales magne reputationis excommunicavit, quemdam ultramontanum, nomine Sigismundum, alterumque Ytalicum, eodem nomine vocatum (2). Iste insuper multos predicatores cruciate per orbem transmisit et ut omnes Ancone congregarentur, ubi omnia necessaria ad expeditionem pararentur, instituit. Adveniente denique tempore quo convenire debebant, multi ultramontani paratissimi venerunt Anconam et putantes omnia secundum promissionem fore parata, nullam preparationem penitus inve-
B nerunt; putantesque se fore delusos, in multa murmuratione manebant. Venit denique Anconam dux Venetiarum, quod nunquam Venetos fecisse ferunt. Denique venit et pontifex; et divine voluntati placuit ut post collocutionem sanctissimi pontificis et illustrissimi ducis pontifex repente infirmatur et moritur (3). Et ita omni murmuratione sedata, pauperculi cruciati redierunt ad propria, et cruciata pro illa vice fuit in fumum conversa.

Illis temporibus generale capitulum nostre familie secundum concessionem bullarum Eugenii in Sancta Maria de Angelis fuerat celebratum (4). Verum quia vicaria Bosne et provincia Dalmatie in non parva contentione vivebant ab D initioque vixerant (5), et quasi omnes principaliores nostre familie fratres ad illas per obedientiam missi accesserant, et nunquam de remedio opportuno his potuit provideri, cogitaverunt illas [1] per litteras summi pontificis fratres unire (6).

Obtentis litteris summi pontificis capituloque expleto, tabula legitur, in qua inter alia dicitur: *Frater Bernardinus de Aquila* [2] *vicarius provincie Bosne et Dalmatie.* Quod cum audissem, in magna fui tribulatione constitutus, cogitans quod omnes principaliores fratres nostre familie ad partes illas accesserant, eorumque differentie nunquam quietate fuerunt. Si ergo patres ex omni meliores me parte vix quidquam boni facere potuerunt, quid ego vermiculus facere potero? Tandem recogitans quod principale religionis fundamentum obedientia esse decernitur, vere, inquam, si mori deberem, omni mea fiducia in domino nostro Iesu Christo et eius matre gloriosa et patre nostro beato Francisco [3] et in virtute obedientie sancte posita, animosus accedam, sperans quod, tali fiducia sumpta, Dominus meus diriget gressus meos et oves suas ipse fovebit.

Sumptis sociis atque obedientia aliisque neces- E sariis, versus Anconam gressus dirigo ibique cruciatos, ut supra, vidi (7); navemque intravimus, ut ad terram Fluminis (8) applicaremus ad festum nativitatis Ioannis Babtiste [4] (9), quo festo ibidem nundine celebrantur; transactisque promonturiis et canali Quarnarii (10) iam sumpto, ut ad Flumen iremus, mala bestia borea contra nos mirabili furore surgente, vix Portum Longum (11) cum maximo labore capere [5] potuimus; ibique quidam iuvenis de partibus Sclavonie ad propria redire volens, peste infirmatus mortuus et in litore maris sepultus fuit. Omissis denique multis periculis et tribulationibus, quas per XIII dies in mari passi fuimus, demum artificiose

[19] divina pietate operante *delet. add.*

29. — [1] fratres per b. *delet. add.* — [2] (de A.) *in marg.* — [3] (et ... Francisco) *in marg.* — [4] *in marg.* — [5] *in marg.*

(1) *Corsinianum ex oppido* (ubi natus erat) *urbem Pientiam appellavit et aedificiis, urbe dignis, instruxit.* Ita CAMPANUS, *Vita Pii II,* RERUM ITAL. SCR., t. III, parte II, p. 985. — (2) Sigismundus, Austriae dux, die 8 augusti 1460, et Sigismundus Malatesta, eodem anno, die 25 decembris excommunicati sunt. RAYNALDUS, *Annales ecclesiastici*, ad
C an. 1460, nn. XXXIV et LXXII. — (3) Errat B. Bernardinus. Nam Pius II die 9 iulii 1464 Anconam appulit, dum dux Venetiarum eiusque classis, exigua quidem, post multas tergiversationes, die dumtaxat 12 augusti in conspectu portus apparuerunt. PASTOR, *Geschichte der Päpste*, t. II, lib. I, cap. VIII, pp. 249 et 256. Occubuit autem Pius II post duos dies. Haec habet Bossius, coaevus scriptor, op. c., f. 134v: *Decimo nono calendas septembris Pius secundus Romanus pontifex, ex itinere ac febre confectus, dum classem, quam summo labore in Turchos paraverat, expectaret, Ancone* (perperam *tudione*) *moritur. Vidit tamen, priusquam moreretur, advenientem e specula.* — (4) Assisii, die 21 maii 1464. — (5) Praecipua iurgiorum causa erat quod aliquot conventus, in Dalmatia sitos quique ad vicariam Bosnae ab immemorabili tempore spectabant, fratres provinciae Dalmatiae *omni ingenio ac totis viribus a vicaria Bosnae huiusmodi amovere et usurpare velle conantur.* Ita bulla Pii II, 8 maii 1460 data. A. THEINER, *Monumenta historica Hungariae*, t. II, p. 355. — (6) Iamdudum de hac unione perficienda fratres familiae solliciti erant. Ut haec et quae sequuntur facilius intellegantur, iuvat potiorem partem litterarum a Pio II, 16 februarii 1463 scriptarum, hoc loco referre: *Dudum per litteras nostras mandavimus dilecto filio fratri Baptistae de Levanto, tunc generali vicario vestro* (nempe annis 1458-61), *ut pro pace componenda inter provincias Bosne et Dalmatie personnaliter illuc accederet. Scripsimus insuper dilectis filiis generali et provincialibus vicariis ceterisque vocalibus ordinis vestri atque familie de observantia in generali capitulo apud Auximanum* (anno 1461) *congregatis, ut omnes et singulas differentias provinciarum vestrarum et presertim Dalmatie ac Bosne componere, decidere et determinare valerent. Et tamen accepimus nihil per predictos ex voluntate pro tunc invicem non conventium* (lege *convenientium*) *decisum aut determinatum fuisse, quin potius aliquos fratres provincie Dalmatie ab obedientia vicarii illius contra apostolica indulta, quorundam secularium dominorum favore ac patrocinio, se postmodum subtraxisse. Quod peri-* F *culosissimum decernentes, commisimus postremo ac mandavimus dilecto filio fratri Ludovico Vincentino, generali vicario vestro* (1461-1464), *ut, quam primum commode posset, personaliter accedens fratres predictos rebelles ad se vocaret, et per censuras eos compesceret a tali rebellione et temeraria locorum occupatione. Unde tandem ad aures nostras pervenit prefatas provincias necdum concordi pace mutuo se fovere. Volentes igitur auctoritate apostolica his finem imponere, vobis infra scripta declaramus et per apostolica scripta mandamus, primo videlicet quod de duabus provinciis Dalmatie et Bosne fiat una provincia, que vocetur provincia Bosne et Dalmatie. Secundo, ut huic provincie preferatur unus vicarius Italus, ut caput ambabus partibus indifferens; qui vicarius eligatur in singulis generalibus congregationibus vestris per generalem vicarium et definitores vestre generalis congregationis. Tertio, quod eius officium perseveret per tres annos sicut et officium generalis vicarii vestri. Qui tamen vicarius Dalmatie et Bosne subsit ac pareat vicario generali cismontano.* Eus. FERMENDŽIN, *Acta Bosnae potissimum ecclesiastica*, MONUMENTA SPECTANTIA HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM, t. XIII (Zagabriae, 1892), p. 152. — (7) P. 76. — (8) Fiume, Hungariae portus ad mare Adriaticum. — (9) 24 iunii. — (10) Quarnero nempe sinu, inter peninsulam Istriam et Dalmatiae litus interfluenti, in altum feruntur naves, quae e portu Fiume solvunt. *Transacta promonturia* ad extremum Istriae apicem, prope Polam, eminent. — (11) Porto Lungo aeque distat a primo sinus Quarnero ingressu et portu Fiume.

A Iadram (1) opus fuit intrare. Fratres vero illi [6] honorifice et cum magna caritate nos acceptarunt. Iadre quoque fratrem venerabilem Christoforum provincie Dalmatie vicarium reperimus, qui statim certificatus de voluntate pontificis et capituli generalis, sue provincie michi sigillum liberaliter assignavit. Et cum cepissem de dispositione facta cum fratribus habere sermonem [7], omnes dicunt se esse paratos; tamen fratres Ragusinos renitentes fore suspicantur.

Inito denique cum fratribus consilio quid facto opus sit, Ragusium accessimus, frater Christoforus antedictus et plerique Dalmatini una nobiscum. Fratres vero Bosnenses in aliqua bona quantitate et principaliores in loco Pasmani (2) morabantur, in quo statutum fuit debere celebrari capitulum [8]; quibus etiam conclusio suscepta complacuit. Perreximus denique Ragusium, et [9] ipsimeth nos etiam gratiose acceptaverunt.

Ad intellectum tamen plurium dicendorum est notandum quod breve summi pontificis sub pena excommunicationis late sententie precipiebat ut B omnes fratres huic unioni obedire deberent. Item est notandum quod Ragusini, existentibus fratribus congregatis in Sancta Maria de Angelis, quasdam bullas subreptitias [10] obtinuerunt, quarum auctoritate quatuor loca Bosnensium, que iuxta Ragusium sunt, de facto susceperunt, scilicet locum Stagni, locum Slani, locum Umble et locum Canalis (3). Cepimus igitur de unione ista cum fratribus Ragusinis habere sermonem; et quia ipsi illa quatuor loca susceperant animo retinendi et minime restituendi, et tamen excommunicationem timebant, post plurima me rogaverunt ut in executione brevis supersedere dignarer, quousque ad superiorem possent habere recursum. Compatiens infirmitati eorum et videns animos [11] eorum modicum paratos ad obedientiam, supersedere promisi [12].

Est notandum aliud, quod capitulum generale michi preceperat [13] quod cum illa parte que me acceptaret vicarius remanerem. Veni Corsulam (4), ut [14] Iadram [15] redirem, ibique fratres Bosnenses in bona quantitate congregatos inveni bona nova expectantes. Gesta narravi, et utrum cum solis Dalmatinis uniri vellent requisivi. C Annuerunt casu quo Ragusini nollent; insuper et addiderunt : " Postquam capitulum vobis „ iniunxit, posito quod nullum locum haberet „ unio, nos te in nostrum patrem et pastorem „ acceptamus. „ — " In bona, inquam, hora. „ Valefaciens eis Iadram adii, cuncta retuli que acta fuerunt, et utrum ipsi cum Bosnensibus, exclusis Ragusinis, uniri vellent, diligenter inquisivi; et ipsi bona voluntate se uniri velle dixerunt. " Videte, dixi, ne me decipiatis; quod facturi „ estis, liberaliter facite. „ Dixerunt finaliter : " Pater, hanc animo libenti, prompto et bono „ animo promissionem [16] facimus quod, durante „ triennio vestro, si deberemus mori, delibera- „ mus in unione persistere. „

Cap. 30. De unione provincie Dalmatie et vicarie Bosne facta per vicarium generalem et provincialem in capitulo Pasmani.

Dum tractarem Iadre dictos fratres secundum voluntatem summi pontificis et capituli generalis unire, ecce reverendus pater frater Marcus de Bononia generalis vicarius nuper electus Iadram venit, ut inde ad provinciam Sicilie transitum haberet, quod non sine divina providentia evenisse putamus. Ipse namque Siciliam navigare volebat; ego vero una cum fratribus evidenti ratione remanere coegimus, inter alia dicentes : " Spiritus sanctus te misit ad nos, ut factum hoc „ utique magnum expedire possimus. „ Tanquam bonus pater rationabili petitioni consensit (5), et finaliter de communi omnium fratrum consensu iterum Ragusium cum patre vicario generali navigavimus, cum fratribus iterum tractantes, si quo modo tandem sancte unioni consentire vellent. E Suspensis animis morantur, et nulla certa responsio [1] elici potuit. Vocatur pater et ego ad concilium civitatis, in quo plurima tacta fuerunt; petunt tandem ut de gratia speciali fratres sui ad capitulum Pasmani (6) ire minime compellantur. Annuit pater pro meliori ut, si venire volunt, veniant; si nolunt, minime teneantur (7). Et ita illi boni viri remanserunt nescio quomodo; ad capitulum vero Pasmani nullo modo venerunt.

Redivimus Pasmanum, ubi fratribus capitulariter congregatis ad definitores devenimus, et duo pro una parte et duo pro alia [2] electi fuerunt (8). Unioni locum et modum dare cepimus, in qua tot et tanta difficilia acciderunt [3], quod frater Marcus, qui erat homo virilis et magni sensus, quasi desperatus definitoribus et michi dixit : " Agite vos que agenda sunt. Angelus „ meus recessit a me, et quid agam nescio. „ Fecimus ergo nos. Post duos dies angelus eius ad eum rediit [4], et noviter agere cepit et bene. Postremo quedam discordia in re minima contigit, et Bosnenses ita dura cervice durabant, quod ego quasi de factis eorum fui totaliter desperatus, sic arguens : " Si ita presente vicario gene- F „ rali in re minima faciunt, quid ipso absente „ mecum erit in magnis? „ Tunc dixi : " Angelus „ meus recessit a me. „ Demum divine providentie placuit quod angelus meus ad me rediit; et post plurimas difficultates unionem Bosnensium et Dalmatinorum fecimus, capitulum celebravimus, et in bona concordia omnia terminata fuerunt.

Inter alia hoc unum fecimus, quod tota provincia sic unita cum custodibus regeretur, et ita omnes unanimiter assenserunt (9). Et vere testor quod talem provinciam, tot loca et tot fratres habentem, sine custodibus nulla ratione

[6] ille *ante corr.* — [7] sermones *Le.* — [8] *in marg.* — [9] de *delet. add.* — [10] quodam bul surre *ante corr.* — [11] animis *ante corr.* — [12] permisi *Le.* — [13] precepit *Le.* — [14] re *delet. add.* — [15] ut *delet. add.* — [16] (a. p.) *in marg.*

30.— [1] (n. c. r.) nullam certam responsionem *ante corr.* — [2] parte *add. Le.* — [3] (d. a.) a. d. *ante corr.* — [4] *in marg.*

(1) Zaram, Dalmatiae caput, secundum elementa computi ibi subiecta, die 3 iulii Bernardinus subiit. — (2) Maris Adriatici insula, prope Iadram.— (3) Cf. litteras fratris Marci de Bononia, vicarii generalis, apud Fermendžin, l. c., p. 261. — (4) Curzola, portus ad septentrionalem oram insulae eiusdem nominis, 78 chiliometris Ragusio distat. — (5) Haec ipse Marcus de Bononia de suo ad provinciale capitulum, Pasmani convocatum, adventu: *Ad quod nutu divino, ut puto, applicui et in eodem ego idem presens ac presidens fui, cum tamen intenderem toto affectu Siciliam navigare.* Fermendžin, l. c., p. 260. — (6) Die 31 augusti congregatum. — (7) Cf. litteras die 8 septembris a vicario generali datas, ibid., p. 263. — (8) Eorum nomina in litteris Marci de Bononia recensita sunt. Fermendžin, l. c., p. 260. — (9) De quattuor custodiis aliisque rebus in hoc capitulo provinciali decisis, cf. easdem litteras.

gubernare

gubernare valuissem. Et quia talem gubernationem expertus fui, in pluribus capitulis generalibus dixi quod michi, ut cum custodibus familia regeretur, optimum videretur. Et plures rationes assignasse me recolo; tandemque conclusi quod, si cum custodibus regeremus, volentibus me fratribus nullius provincie officium recusarem, aliter vero non nisi violentatus alicuius provincie officium acceptarem. Rationes illas gratia brevitatis omicto. Communitas fratrum dicit: " Nolumus tot superiores habere [5] ". Et in veritate fratres bonum suum non intelligunt. Ita expertus dixi, dico et dicam, quousque fuerit vita comes, et ad notitiam posterorum in scriptis relinquo.

Ex dictis notum factum est Ragusinos ab ista unione seclusos, nec tamen ab obedientia nostra, scilicet vicarii provincie, legitime separatos (1). Reverendus pater frater Marcus vicarius generalis, relicta Sicilie provincia, Italiam rediit; et accedens Romam breve summi pontificis urgentissimum, ut Ragusini unioni consentirent, impetravit (2) michique Sibinici in 40ª [6] predicanti destinavit et, ut visis presentibus Ragusium accederem, magna
B potestate precepit. Predicationem in media quadragesima male contentus reliqui, Ragusium [7] accessi et civitatem, in qua clausi erant fratres qui unioni resistebant, per medium secularium impeditus intrare non potui. Imo amplius nonnulli seculares me custodiebant in die, ne quis fratrum illorum, qui bonam voluntatem habebant, veniret ad me; tamen plerique de nocte venerunt. Et hoc totum agebant, quia, quidquid cum ipsis essem acturus, habita copia brevis, me priores noverunt.

Recessi de Ragusio et Catharum applicui ibique litteras reverendo domino archiepiscopo Ragusino destinavi; dederant enim ordinem Ragusini cives, ut omnes littere fratribus directe presentarentur concilio. Littere domino archiepiscopo directe erant huiusmodi: *Reverendo Domine etc. Dominationi Vestre notum facimus per presentes ad bonam gubernationem ovium vestrarum, qualiter talis frater et talis,* — et tres tantum michi notos nominavi, — *excommunicati sunt, quia voluntati summi pontificis sub pena excommunicationis late sententie precipientis contra-*
C *fecerunt, et contravenerunt de unione ipsorum cum fratribus vicarie Bosne* etc. Certior factus fui quod dominus archiepiscopus litteras habuit et concilio civitatis legit, cuius occasione [8] factum fuit, ut plurimi cives excommunicationis timore a fratrum et conventus conversatione cessarent (3).

Communitas fratrum, qui bono animo incedebant, tanquam angelum Dei me recipiebant dicentes: " Pater, tu es pastor, prelatus et pater " noster, et te solum volumus tanquam a nostris " patribus familie consignatum; tibi volumus " simpliciter obedire; ecce parati sumus. Si " placet, amore Dei nos tecum ducas, et ibi nos " colloca ubi tue videbitur caritati. " Ego vero eos quasi mater filios amplectebar et non parvam penam in anima sentiebam, quia non ut voluissem illos poteram gubernare. Tamen illis D
dicere consuevi: " In bono perseverate. Ego vos " quasi meos subditos et filios amplector et teneo; " et quousque per superiores alia fuerit facta " provisio, in bona ista voluntate perseverate, " egoque vos in bono statu conscientiarum vestra" rum esse decerno. "

Aliqui vero quandoque stimulo conscientie ducti, relictis locis illis, ad me veniebant; quos omnes paterno affectu recipiebam et in locis Dalmaticis ea qua decet caritate locabam. Ragusini barcam quandam armatam in quodam portu per XV dies stare fecerunt, ne fratres illos de locis illis moverem, suspicantes; et putantes me transisse ea die, qua inde transivi, recessit et me videre non meruit. Ego vero quantum volui cum fratribus fui; et nisi nuntios misissem de Dassa (4) Ragusium adventum nostrum nuntiantes, nichil de me sentire potuissent.

Si omnia que in illo nostro triennio in partibus illis [9] contigerunt narrare vellem, sermo noster valde tenderetur in longum. Quedam tantummodo magis necessaria narrare curavi, ut Ytalici E
fratres de gestis in partibus illis ex voluntate familie notitiam certam habeant, et quia communiter in capitulis generalibus illorum fratrum altercatione vexantur. Unum tamen, quod circa finem triennii contigit, nulla ratione relinquendum puto, tam pro preteritorum quam futurorum notitia. Quedam suspicio Bosnensium orta fuit quod Dalmatini fratres illis loca circa Iadram existentia auferre temptabant. Narrant michi et, si quid de his noverim, querunt. Respondi simplicem veritatem, dicens: " In veritate nichil scio, " neque verum puto. " Tamen, quia plures ex ipsis id michi [10] replicabant, dixi aliquibus ex ipsis: " Iadram ibo, et rem istam diligenter " inquiram. " Ivi, et subtilissime et valde rigorose quesivi, et nichil inveni. Bosnenses vero custodes et guardiani et alii plures Spalati congregantur et quod ego cum fratribus Dalmatinis loca illis Iadre auferre curem tenent, michique nuntios mictunt, suas suspiciones michi manifestantes hoc modo. Dixit enim nuntius: " Pater, nostri " patres Spaleti casualiter plures congregati sunt " et petunt a Reverentia Vestra [11] ut ad eorum " consolationem [12] unam litteram de vestra manu F
" faciatis, qualiter cum Dalmatinis fratribus, qui " nobis loca nostra auferre volunt, non consen" titis. " Dixi: " De mane venias ad me, et " respondebo tibi. " Super isto puncto de nocte cogitans, intra me dixi: " Vere generatio ista Cf. Deut. 32, 5.
" prava est et perversa. Per istas litteras discoperire hoc factum putaverunt; nam si iste scribit litteras istas, omni tempore et in omni loco et coram papa et cardinalibus illum confundere possumus; si vero scribere recusat, certi sumus, quod ipse cum Dalmatinis concordat. " Tunc scripsi necessitate compulsus innocentiam meam istius tenoris: *De habita suspicione, quod loca debent fratribus Bosnensibus a Dalmatinis auferri, nichil penitus novi, neque aliquid operatus sum verbo vel scripto per me neque per interpositam personam.*

[5] *bis ante corr.* — [6] quadragesima *Le.* — [7] et *add. Le.* — [8] *in marg.* — [9] *in marg.* — [10] (id michi) *in marg.* — [11] *in marg.* — [12] *in marg.*

(1) Cf. litteras 8 septembris a Marco de Bononia datas. FERMENDŽIN, l. c., p. 263. — (2) Breve *Accepimus quamplures hactenus*, die 30 martii 1465 vulgatum, censuras ecclesiasticas iis minatur qui praefatam unionem renuerint. WADDINGUS, ad an. 1465, n. III. — (3) Ast tam sollerter senatus ac magistratus Ragusinus per oratores suos cum Summo Pontifice egerunt ut Paulus II, litteris die 19 maii 1465 datis, fratres huius civitatis declaraverit ab omnibus censuris immunes. WADDINGUS, l. c., n. IV. Cf. D. FABIANICH, *Storia dei Frati Minori in Dalmazia e Bossina*, t. I (Zara, 1863), p. 224-26. — (4) Daxa, vicus prope Ragusium.

Imo

A *Imo fuit michi maxima pena illud audire; et ad hoc scandalum reparandum, Iadram veni et Iadre morabar. Habeatis iam et frigatis litteras innocentie mee coram omnibus ostendatis.*

Ex dictis lector perpendere potest, quomodo ista bene concordant. Ego Iadre facta ipsorum diligentissime faciebam, et illi Spaleti congregati michi mala, prout est de more ipsorum, reddere student [13]; faciam in his conclusionem [14] quod sunt viri duplices et suspecti. Ideo familia inter ipsos et Dalmatinos nunquam [15] bonam concordiam componere potuit. Dalmatini simplicius incedunt, utpote quia magis a fratribus Ytalicis in bonis moribus educati sunt; illi vero Bosnenses cum secularibus magis domestici sunt, utpote qui curam parochialem habere a Romana curia compulsi sunt, eo quod in partibus illis nulli seculares sacerdotes neque alterius cuiusquam religionis habentur. Ideo invicem concordare nunquam poterunt. Quia in moribus discordant, nequeunt esse in voluntate concordes. Ego vero tribus annis quasi incus inter [16] tres malleatores B vixi, et tamen Dominus meus bonam michi gratiam fecit; nam nostro triennio fuerunt in unione coniuncti. Ex uno latere Bosnenses, ex alio Ragusini et ex alio Dalmatini me cruciabant; non tamen nisi pro eorum communiter [17] passionibus ut plurimum et non meis michi molesti fuerunt; oportebat erui me inter ipsos, quasi medium omne conservans.

Cap. 31. De his que circa Bosnenses et Dalmatinos et Ragusinos acta fuerunt in capitulo Mantue celebrato.

Post triennium nostrum, quo Bosne et Dalmatie provinciam fui gubernare compulsus, ad capitulum Mantue necesse fuit accedere. Illud enim capitulum solemne fuit; ibi tamen familie fratres dumtaxat convenerunt. Fratres igitur Bosnenses, Dalmatini et Ragusini ad idem capitulum accesserunt, et usque ad molendina Mantue cum nostris naviculis, Domino duce, perreximus, non tamen sine labore.

Data temporis opportunitate, fui vocatus et, qualiter unio facta transierit, subtiliter inquisitus. Dixi: " Usque modo bene transivit, quia in C illa fratres durarunt; sed credant michi Reverentie Vestre, quia ego, qui fui medius inter ipsos, fui multipliciter malleatus; ex uno latere Bosnenses, ex alio Dalmatini et ex alio Ragusini me multipliciter percusserunt, potius inter se dissidentes, quam me affligere volentes. " Dixerunt iterum: " Estne unio ista duratura? " Dixi: " Vere non. In veritate dico vobis quod vix usque ad hoc capitulum manutenere potui. Nullo michi modo videtur posse durare; nam differunt moribus, oportet et voluntate differre. Bosnenses sunt in partibus illis parochiales [1], et ideo cum secularibus continuo conversantur; et ideo, quando ad partes Dalmatie veniunt, statim totam percurrunt civitatem, et hominum et mulierum cito familiaritatem capiunt. Dalmatini vero, qui ad mores Ytalie educati [2] sunt, tales familiaritates fugiunt. Cum itaque differant moribus, et voluntate non possunt esse uniti in caritate. "

Post hoc Dalmatini accesserunt, separationem petentes, aut, si volunt unionem confirmare, dimictant Bosnensibus provinciam ipsosque ad Ytaliam ducant. Fratres itaque capituli, videntes quod unio durare non poterat, separationem procurare a summo pontifice [3] voluerunt talemque separationem uni ex fratribus Dalmatinis [4] et uni ex Bosnensibus commiserunt (1). Dalmatinus se excusavit; ideo in solo Bosnense remansit. Continuo Romam perrexit obtentaque pontificis audientia, dixit: " Beatissime Pater, patres nostri volunt quod a fratribus Dalmatinis separemur; nos quod ipsi volunt facere oportet. Placeat Sanctitati Vestre breve separationis concedere. " Pontifex Paulus audiens et intelligens verba proposita, novit quod fratres unum verbo petebant et aliud mente volebant. Dixit: " Estne ista separatio in preiudicium E vestrum? " Respondit socius dicens: " Est in nostrum preiudicium, Beatissime Pater. " Et ita michi retulit unus ex ipsis. Dixit papa: " Nolumus quod fiat breve separationis, sed confirmativum unionis. " Et ita factum est.

Patres vero capituli me procuratorem sive commissarium in curia Romana fecerunt. Accessi Romam et inveni fratres Bosnenses et, si breve separationis secundum commissionem sibi factam impetrassent, quesivi. Responderunt quod non, sed necessarium erat [5] summum pontificem sollicitare, ut tale breve possent adquirere. Ego vero religiose et simpliciter incedens illis credebam. Hi boni viri omni die infallanter ad summi pontificis palatium accedebant; tandem quod breve confirmationis impetrassent comperi (2). Et hoc modo falsitates commiserunt: primam contra totam familiam (3), secundam contra me particularem, dicendo se non impetrasse, et tertiam, quod sub isto colore audientiam pontificis pro alia causa, quam ipsi norunt, habere querebant. Interrogati vero dicti fratres, si quo modo ipsi cooperati fuissent cum summo pontifice, me presente, vicario generali mendacium fecerunt, F dicentes quod non. Dixi: " Nonne vos dixistis michi quomodo fuistis operati? Non verecundamini in caput vestrum mentiri? " Et verbo hoc eos momordi; et cum hoc etiam unus ex ipsis negare vellet, remordens eius conscientia non sinebat libere verba proferre; huius occasione actum est ut omnes qui presentes erant ipsum pro confesso haberent.

Ragusini etiam principaliores fratres ad predictum capitulum venerunt. Insuper et cives Ragusini quosdam de nobilioribus civibus pro ambassiatoribus ad capitulum destinarunt, existimantes evenire quod contigit. Fratres [6] namque et patres capituli, informati plene de factis fratrum et intelligentes eorum rebellionem, sci-

[13] (r. s.) *in marg.* — [14] conclusiones *Le.* — [15] *in marg.* — [16] *in marg.* — [17] et non *delet. add.*

31. — [1] *in marg.* — [2] edicati *ante corr.*; u *in marg.* — [3] *in marg.* — [4] *in marg.* — [5] erant *ante corr.* — [6] et *delet. add.*

(1) Anno 1467, die 24 maii, Mantuae, in capitulo generali, praeside Fr. Marco a Bononia, *decisum est ut mittatur vicarius Bosne et Dalmatie a congregatione generali, qui utrique familie presit, quoadusque per Bosnenses fratres simul et Dalmatinos obtineatur ab apostolica sede licentia ut unaqueque familia vicarium sibi possit eligere.* Acta capituli generalis Mantuani, apud FERMENDŽIN, l. c., p. 270. — (2) Breve *Memores sumus*, die 25 iunii 1467 fratri Dominico de Gonissa datum, unionem fratrum Dalmatiae et Bosnae confirmat. Videsis hoc diploma apud D. FABIANICH, *Storia dei Frati Minori in Dalmazia e Bosnia*, t. I, p. 440-41. — (3) Cuius capitulum generale Mantuae congregatum statuerat *ut dictarum provinciarum fiat iterum divisio.* Ibid.

licet

Auctore B. Bernardino a Fossa

licet quia unioni consentire noluerunt, et spoliationem locorum fratrum Bosnensium, de qua supra scripsimus, in penitentiam eorum a familia preciderunt (1). Et licet Ragusini cives et ambassiatores pro defensione fratrum suorum valde pugnaverint, multis precibus rogando patres capituli, deinde cives Mantuanos, postremo dominum civitatis, qui est maximus Fratrum Minorum devotus pariter et amicus, ut per intercessionem ipsius fratribus ipsorum parceretur, nichil tandem[7] obtinere valuerunt. Steterunt itaque fratres Ragusini a familia precisi in punitione contumacie sue per aliqua tempora, sed per interpositionem reverendissimi domini Niceni protectoris (2), retentis locis Bosnensibus ablatis, ad familiam recepti sunt (3).

Cap. 32. De provisione fratrum provincie Bosne et Dalmatie in capitulo, et obitu vicarii generalis, et aliis quibusdam contingentibus tempore nostri commissariatus in curia Romana.

B Habita deliberatione per fratres in [1] capitulo Mantuano de separatione fratrum provincie Bosne et Dalmatie, hoc intermedio quo breve separationis impetraretur, frater Dominicus de Gonissa venerabilis pater, ad gubernationem illius provincie fuit destinatus (4), omnes fratres expectantes firmiter breve separationis. Verum quia factum fuit oppositum (5), opus fuit ad novum factum novam facere provisionem. Qualiter autem provincia illa fuerit gubernata michi non est notum (6); bene [2] novi, quod frater Dominicus ad Ytaliam rediit post parvum tempus, quia sua natura mare sustinere non poterat, et illa provincia sine accessu per mare regi non valet; imo puto me de tribus partibus temporis duas [3] consumpsisse per mare toto triennio quo fui executus vicariatus officium.

His temporibus Paulus secundus summus pontifex in sede Petri sedebat. Et Veneti legatos pro suis negotiis Romam destinarunt, quibus inter alia commissum fuit quod sex loca Bosnensium, que circa civitatem Iadre sunt, Dalmatinis fratribus applicarentur, quia Bosnenses fratres D suspectos habebant. Loca sunt ista : scilicet locus Ulliani (7), locus Castri novi, quod ipsi in eorum vulgari Novigrado [4] vocant (8), locus Pasmani, locus Crapani, locus Spaleti et locus Corsule (9). Pugnabant mirabiliter ambassiatores cum summo pontifice, qui etiam Venetus erat, ut loca illa Dalmatinis applicarentur omnino, eo maxime quia Bosnenses cum inimicis Venetorum continuo praticabant. Insuper et multa in speciali allegabant contra ipsos, que si vera erant nescio; ipsi tamen asserebant illa omnia probaturos. Circa hoc tamen dicam quod sentio. Dum essem in Dalmatia, officiales Venetorum et precipue Iadre [5], ubi tota eorum suspicio erat, multam michi molestiam dederunt. Ego vero in veritate fratres defensabam, dicens : " Quid est hoc amore Dei? Ego pluribus vicibus „ fratres cum multo rigore visitavi, et nunquam „ de talibus aliquod signum inveni. Miror de „ vobis; pauperculi fratres de minimis cogitatio„ nibus habent conscientiam, et vos putatis „ quod dominio vestro [6] civitates auferre tra„ ctent. Absit hoc a mentibus pauperum fra„ trum. „ Quanto magis illos excusare nitebar, E tanto eorum animus contra illos iracundia et indignatione magis accendebatur. Et michi dicebant : " Reverentia Vestra [7] religiose et simpliciter, ut „ decet, incedit; sed ista generatio prava a vobis „ veritatem abscondit. „ Hoc et multa similia et deteriora dicebant.

Videns vero quod ambassiatores antedicti procedebant in causa, rogavi ut placeret eis, que honeste poterant, michi indicare dignarentur. Hoc tantum habere potui, scilicet quod summus pontifex illis gratiam [8] facere pollicitus erat. Summus pontifex et reverendissimus dominus cardinalis Sancti Marci Bosnensibus favebant (10). Non possum omnia scribere; finaliter quoddam inhonestissimum breve contra illos miseros fratres Bosnenses obtinuerunt, scilicet continens infamiam et confusionem eorum (11). Miseros voco, quia Ragusini quatuor [9] loca et Veneti sex illis abstulerunt, et Turcus, secundum quod michi retulerunt, 38 loca destruxit (12); iam pauca

C [7] tamen *Le.*
32. — [1] de *ante corr.* — [2] unum *Le.* — [3] par *delet. add.* — [4] *in marg.* — [5] *in marg.* — [6] *in marg.* — [7] *in marg.* — [8] *in marg.* — [9] sex *ante corr.* F

(1) Decretum fuerat in capitulo generali Mantuano, anno 1467, *quod loca Raguseorum a familia sint precisa curaque reverendissimi patris generalis, declarando quatuor loca a fratribus Bosnensibus olim possessa, quantum in nobis est, apostolico rescripto aliud non decernente, eisdem Bosnensibus pertinere.* Fermendžin, l. c., p. 270. — (2) Cardinalis Bessarion a die 10 septembris 1458 ordinis protector designatus erat. — (3) Quod die 31 martii 1468 effectum est, misso ad Ragusinos fratres commissario, fratre Iacobo Paduano, qui ipsos nomine vicarii generalis regeret. Waddingus, l. c., ad an. 1468, n. i-iv. — (4) Fermendžin, l. c., p. 270. — (5) Cf. p. 721, nota 2. — (6) Nihil usque ad generale capitulum, quod anno 1469 convenit, immutatum est. Tunc vero " statutum est ut fratres Ragusini Dalmatinis uniti in unam coalescerent provinciam, et Bosnenses iuxta antiquum morem suum eligerent vicarium. „ Waddingus, ad an. 1469, n. viii. — (7) Ugliano, in eiusdem nominis insula, iuxta Iadram situm. — (8) Hodie idem nomen Novigrad adhuc obtinet. — (9) Geographicam tabulam inspicienti ilico compertum erit urbes Sibenicum (Sebenico), prope quam erat conventus Crapanensis in insula Kapri (Greiderer, *Germania franciscana*, t. I, lib. ii, n. 49), Spalato et Curzola circa civitatem Iadram non adeo vicinas exstare. — (10) Litteris die 9 augusti 1467 datis, Paulus II indefessum Fratrum Minorum Bosnae adversus Turcas ardorem extollit. Waddingus, ad an. 1467, n. xi. Marcus vero Barbus, a suo avunculo Paulo II creatus cardinalis titulo Sancti Marci die 18 septembris 1467, patriarcha Aquileiensis in Istria († 11 martii 1490), qui Bosnensibus fratribus favebat (cf. Greiderer, t. c., pp. 109, 569, 613), regionem incolebat, in qua eorum animos facili negotio exploratos habebat. — (11) Breve illud nobis impervium remansit. Sed quae dux Venetiarum, die 28 decembris 1468, ad suos Dalmatiae legatos misit, sat probrosa sunt fratribus Bosnensibus : *Pro certo tenebamus,* inquit, *quod fratres S. Francisci vicariatus Bossine, de quibus totiens et vos ad nos nosque ad vos scripsimus, eorum vita moresque sunt nobis suspectissimi et statui nostro Dalmatie periculosissimi, iam in executione mandatorum nostrorum ammoti istinc et licentiati fuissent, ita ut desinerent amplius versari et manere in locis nostris Dalmatie; sed ut videre videmur et certo nuper didicimus, nihil factum est, cum ipsi fratres maneant, sicut antea, et in libertate sua sit moliri que volunt.* Quam primum igitur amoveantur et in eorum *monasteriis et ecclesiis manere debeant. Et ita facere debeatis, fratres vicariatus Dalmatie, qui sunt viri probate vite fideique et nobis gratissimi.* S. Ljubić, *Listine,* t. X, p. 420-21, Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium, vol. XXII (1891). — (12) Haec ad verbum a Waddingo referuntur, sed perperam sub anno 1465, n. v. Die autem 14 iunii 1463, Dux Venetiarum summo pontifici scripsit Turcas nuperrime Bosna esse potitos. Ibid., p. 250-51.

loca

AUCTORE B. BERNARDINO A FOSSA

A loca et male disposita tenent. Ipsi vero, quod loca [10] circa Iadram a Venetis obtenta Dalmatini fratres fecerint, firmiter tenent, et in ipsa opinione, quod fratres Dalmatini hoc fieri fecerint, tenuerunt et tenent. Michi aliter non constat; veritatem Deus novit. Veneti, quod pro suo interesse facerent, asserebant.

Hiis temporibus contigit, quod reverendus pater vicarius generalis frater Babtista de Levanto (1) de provincia Terre Laboris ad patrem vicarium provincie et ad me litteras destinavit eiusdem tenoris, scilicet quod, cum esset a medicis pro sua infirmitate diffidatus, pro bono familie Romam venire cupiebat; ut pro se iremus, Dei amore petebat. Legi litteras eius non sine lacrymis; diligebam enim eum quasi virum multis virtutibus ornatum. Ivimus pro sua paternitate Gaietam [11], pater venerandus frater Iacobus de Corneto [12], vicarius provincie Romane, et ego. Verum quia graviter infirmabatur, equitare non poterat; hinc de Gaieta [13] ad Hostiam [14] fuimus navigare compulsi, deinde Romam. Vocantur medici; student, conferunt multa simul, ut hunc virum possent reddere sanitati.

Veniunt Bosnenses et causam suam cum illo reparare volebant. Respondit: " Ego sum, ut „ cernitis, semimortuus. Patri fratri Angelo de „ Bulseno (2) et patri vicario provincie Ro„ mane (3) et meo commissario causam audien„ dam dumtaxat commicto. „ Venerunt et omnia sua fundamenta super falsitate fundabant. Quibus dixi: " Amore Dei, si vultis audiri, dicatis „ veritatem (4). „

[10] bis *ante corr.* — [11] Gaetam *Le.* — [12] (et ego) *delet. add.* — [13] Gaeta *Le.* — [14] ostium *Le.*

(1) Baptista de Levanto, seu de Tagliacarne, ter generalem cismontanae familiae vicarium, ab anno 1455 ad annum 1479, quo decessit, summa laude egit. GONZAGA,
B *De origine seraphicae religionis franciscanae* (Romae, 1587), parte I, p. 37. Arturus a Monasterio illum suo Martyrologio franciscano die 25 novembris accensuit. — (2) Angelus de Bulseno seu de Vulsinio (Bolsena, Tusciae civitate) fuit anno 1457 *commissarius apostolicus supra negotium cruciatae* (GLASSBERGER, *Chronica*, ANALECTA FRANCISCANA, t. II, p. 376); idem rerum tractandarum peritissimus, generalis familiae cismontanae procuratoris munia per plures annos, saltem ab anno 1457-1463, egregie adimplevit. WADDINGUS, Indices, s. v. — (3) Baptistae de Levanto, mense februario defuncto, suffectus est auctoritate apostolica tamquam observantium commissarius vicarius E
provinciae Romanae, videlicet Iacobus de Corneto, qui generalia comitia in insulam Bisentinam, lacus Vulsini, convocavit. Tunc tertium renuntiatus est vicarius generalis Marcus Bononiensis, et commissarius curiae, loco Bernardini Aquilani, Albertus de Perusio. WADDINGUS, ad an. 1469, nn. II et V. — (4) Reliqua desunt. Vide Comm. praev., p. 688, num. 9.

DE BEATO ANTONIO BALDINUCCI

ANNO 1717

PRESBYTERO SOCIETATIS IESU

F. V. O.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

§ I. B. Antonii natales et in Societatem Iesu cooptatio.

Antonii iesuitae Florentini

1. *Anno 1717 die septimo novembris egregius Societatis Iesu alumnus Antonius Baldinucci, quem Leo XIII die 23 aprilis 1893 beatorum ag-*
C *mini ascripsit, inter ardua plebeiarum missionum vicennio exantlata ministeria, sanctissimae vitae finem fecit. Ex patricio stipite Florentino die 19 iunio 1665 natus, parentes habuit Philippum Baldinucci, virum rei litterariae artiumque peritissimum* (1), *atque Catharinam Scolari; a quibus caste pieque educatus, Societati Iesu die 21 aprilis 1681 nomen dedit.*

eiusque fratrum

2. *Quinque sortitus fratres, Iohannem Philippum, natu maximum, qui iam religiosam S. Dominici vestem induerat, peculiari affectu prosequebatur. Erat quippe vir summa morum probitate atque innocentia eximius ac provecta 91 annorum aetate anno 1751 in sancta pace quievit, postquam diligens animarum parochus 51 annos ecclesiam Sancti Marci, Fratrum Praedicatorum, Florentiae rexerat* (2). *Ipsius testimonium, non secus atque alius fratris, Francisci nempe Xaverii, qui causidicus Florentinus, caelibem 68 annorum inter scrupulos exactam vitam placide conclusit, saepenumero occurrit in iuridica de Antonii sanctimonia inquisitione. Tertius frater fuit Isidorus, presbyter saecularis, cuius* F
indolem fractam flebilemque, quasi paterna fuerit hereditas, beato nostro lubebat in suis litteris iocose irridere. Timidus quidem ad incertum quidpiam aut laboriosum aggrediendum, querulos et morosos dies per la strada di beatelle (3) *Florentiae usque ad annum 74 perduxit. Cum utroque fratre, qui in saeculo remanserant Antonius artissima consuetudine coniunctus, assiduum fovit litterarum commercium.*

litteris

Quae adhuc supersunt, numero 25 in seminario archiepiscopali Florentino (4) *prope Castello, 86 apud Fratres Praedicatores in Faesulano S. Dominici monasterio et 15 in tabulario Societatis Iesu, a R. P. L. Rosa S. I. sedulo fuerunt collectae atque editae. Quibus addas velim 27*

(1) Varia conscripsit opera haud spernenda, quorum praecipuum fuit *Notizie de' professori del disegno da Cimabue in qua.* Volumen I et II edita sunt annis 1681 et 1686. Cum autem III volumini evulgando morae intercederent, ut has abrumperet patrem pluries anno 1691 hortatus est beatus noster (L. ROSA, *Lettere inedite del B. Antonio Baldinucci*, 1899, pp. 20, 21, 26). Nihilominus anno dumtaxat 1728 tertium illud volumen publici iuris factum est, curante demortui patris filio, Francisco Xaverio (G. MAZZUCHELLI, *Gli Scrittori d'Italia*, vol. II, 1, p. 144). — (2) Ex Registro sacristiae S. Marci, ap. L. ROSA, l. c., p. 150-51. — (3) L. ROSA, l. c., p. 144. Et alibi : *Il Sig. Isidoro non sa distaccarsi da poche beatelle, dalle quali per lo più non se ne cava alcun costrutto, come pur troppo vedo dall' esperienza* (p. 181). — (4) Hae litterae, occasione beatificationis, phototypice, ut aiunt, expressae fuerunt : *Lettere famigliari del B. Antonio Baldinucci, riprodotte in fototipia dagli autografi custoditi nella biblioteca del seminario Fiorentino.* Harum exstant 50 exempla formae oblongae quae effigie beati nostri ab Hub. Vincent incisa in primo voluminis folio sunt adornata.

AUCTORE F. V. O.

epistulas plerasque ineditas, in archivo Postulationis generalis Societatis Iesu asservatas, quarum quinque ad Patrem Generalem nostrum, reliquas vero ad Praepositum provinciae romanae S. I. beatus noster scripsit. Prior quidem 126 epistularum manipulus verum suppeditat historicum penus. Nam non solum plura curiosa et mira de familiae Baldinuccianae vicissitudinibus nos edocent, sed nitidissimum quoque speculum praebent, in quo relucet beati Antonii, iam institutum Ignatianum amplexi, natura acris, firma, aequabilis, impigra, propositorum tenax, pia admodum et erga pauperes afflictosque misericors, laborum ac corporis vexationum insaturabilis. Quod abunde postea demonstrabitur.

probe innotescit illius indoles.

Quomodo Societatem Iesu ingressus sit, amplissima ipsius genitoris epistula explanat.

3. *Qualis autem antea fuerit, quam diu domi degit, quave repentina ratione a religione S. Dominici, in quam propendebat, ad Societatis Iesu sectandas normas se converterit, liquido monet documentum suo genere unicum, amplissimae nimirum litterae, quas ipsius genitor die 25 decembris ad P. Ludovicum Ristori dedit, qui filio eius Antonio in obeundis exercitiis spiritualibus ac vocatione discutienda modo dux praeiverat.* B *Huius epistulae, quae " ex originali attestatione „ domini Philippi Baldinucci genitoris servi Dei „ formaliter compulsata in eodem processu apos- „ tolico Florentino fol. 360ter „ iam bis saltem vulgata est integra* (1), *praestat potiores partes hoc loco inserere.*

Infans humi graviter decidit.

4. Per obbedire ai riveriti cenni di Vostra Paternità molto Reverenda, io noterò in queste carte i più principali avvenimenti della vita di Antonio mio figliuolo fino alla presente sua et à di quindici anni et mesi otto, affine che riconoscendo Vostra Paternità in essi alcun fatto o circonstanza, che intorno all' elezzione dello stato di lui, e sua effettuazione, possa servire all' accrescimento della gloria del Signore Dio, ed utilità dell' anima sua, possa ella farne quel capitale che sarà convenevole ... Aveva già il figliuolo ricevuto il battesimo et era stato riportato a casa, quando una antica donna, che serviva alla mia moglie, se lo prese addiacere sopra le ginocchia per acchetarlo dal pianto, e subito s'addormentò, ed in un tratto il bambino nato di tre ore gli cadde in terra, non altrimenti che se fosse stato da una mano C scagliato, perche il colpo fu così gagliardo, che la nutrice, che pure era in una stanza da basso, temendo di ciò che veramente era, spaventata corse al rumore. Il figliuolino divenne infiammato e nero in un tempo istesso. Pure a poco a poco ripreso lo spirito e con esso il colore e la solita vivacità, ritornò allo stato di prima ... Il fanciullo col crescer degl' anni, senza sapere che cosa fosse spirito di cristiane virtù, incominciò ed ha poi sempre seguitato a far conoscere di possederne molto e delle principali. Tali sono una grand' obbedienza ai maggiori ed agl' eguali, una vera umiltà nel soggettarsi ai fratelli, ai quali quasi che fosse un lor giumentino, colle sue poche forze sempre servì, pigliando sopra di se quelle fatiche, che ricusavano essi; una gran moderazione nel parlare, nel mangiare e nel desiderare, perche io non conservo memoria, che egli abbia mai voluto per se cosa particolare; una grand' applicazione e sodezza nelle cose divote, alle quali è stato sempre il primo, e quando poi è venuto il tempo, nel quale egli ha potuto comunicarsi, questa D devozione si è fatta sì matura, che io non posso dubitare, che egli non abbia avuto in dono un qualche spirito d' orazione, mentre egli tanto avanti che doppo quell'azione tutto raccolto in se stesso, non pare che sappia dar fine a quell'interiore ritiramento, se ne sta con gran fermezza di corpo, se non quanto per ridondanza dell' interior divozione nell'esteriore, egli fa alcuni moti non molto apparenti, ma tali però che aggiunti alle lagrime degl' occhi fanno credere, ch' egli abbia l'interno assai volto al Signore Dio. Veddesi però in lui fin dal comparir dell' uso di ragione, un certo spirito di emulazione, o vogliamo dire desiderio d'immitazione, con non voler restare, nè punto, nè poco indietro ai fratelli in ciò che apparteneva all' operar bene, del quale istinto si è, pare a me, servita la Maestà di Dio per farlo più fervente negli studi, proprio esercizio della Compagnia.

Adulescens variis virtutibus ac potissimum pietati deditus

in S. Dominici religionem propendebat,

5. Occorse poi l'anno 1678 alli 3. di febraro, che Giovanni Filippo mio maggior figliuolo dopo una fervente vocazione a stato religioso vestì l'abito dei Padri Predicatori nel celebre convento di S. Domenico di Fiesole di perfetta osservanza; e di poi che i Padri di quell' Ordine, volendo rimetter l'osservanza medesima in quella di S. Marco di Firenze lo fecero venire insieme con tre altri ferventissimi novizi in esso convento di S. Marco. Onde Antonio, che anche egli si sentiva tutto inclinato a stato di religione, innamoratosi della bontà di quei religiosi, che in occasione di visitare il fratello gli fecero gran carezze, e l'ammessero a gran familiarità, cominciò a desiderare di vestir quell' abito. A tale suo desiderio s' aggiunse l'affetto del Padre Zanobi Gherardi della congregazione dell' Oratorio, suo spiritual direttore, a quella religione, sichè si fecero nella mente del figliuolo quell' impressioni, che a V. P. molto Reverenda son note. Onde quando poi s'è venuto alle strette, a me non è mancato da patire, combattendo nella mente mia per una parte la fede, che io prestavo alle parole di quell' anima(2), e i rigori corporali di quell' Istituto, che io credevo non appropriati interamente alla complessione del figliuolo; e per l'altra il parlare della gente e delle persone religiose, dico del confessore del fanciullo e di quei Padri, F ai quali ogni mio piccolo indugio a consentire alla loro inclinazione pareva un sacrilegio, per così dire, tanto che dopo averne fatto fare grand' orazione, mi risolvetti come ella sà, di metterlo nelle mani di Vostra Riverenza per fargli fare gl' esercizi di S. Ignazio con antecedente partecipazione e consenso del Padre Gherardi suo confessore, e ciò per non mancare al debito di gratitudine verso di lui...

omnibus fere approbantibus;

6. Due giorni dopo venne a casa mia un superiore di quell' Ordine, a cui più che ad ogn' altro premeva l' aver questo mio figliuolo; e dopo varie persuasioni fattemi mi disse, che quei buon Padri e Novizi di S. Domenico di Fiesole facevano perciò grandi orazioni, e andavano in processione per tale effetto al santo presepio di lor chiesa... In tanto il figliuolo finì gl' esercizi, ne' quali ciò che passasse fra la bontà del signore, e l'anima di lui, è noto solo a Vostra Paternità. Questo è ben certo, che essendosi Vostra Pater-

(1) *Summarium super dubio an constet de virtutibus*, p. 12-18; L. ROSA, l. c., p. 124-132, nota; cf. P. VANNUCCI, *Vita del B. Antonio Baldinucci*, p. 16-18. — (2) Agitur de piissima femina, quam animo perplexus saepe in consilium vocavit.

nità,

A nità, come più volte mi fece intendere, astenuta sempre nel proporre al giovinetto l'elezione dello stato di porgli avanti la Compagnia, e questo affine di sfuggire ogni umana manifattura, e lasciar luogo d'operare a Dio ed al di lui libero arbitrio; ella finalmente era venuta in parere, che la sua vocazione fusse il vestir l'abito de S. Domenico, giachè intorno a tal deliberazione vedeva essersi sempre in quel ritiramento raggirati i suoi pensieri; se non quanto un certo naturale del fanciullo anzi melanconico che nò, congiunto colla tenerezza dell' età, e dal non aver egli fin dal primo conoscere e gustar che fece dello spirito avuto speciale d'altro istituto, che di quello la faceva restare in dubio, che ogni determinazione, che egli facesse allora sopra di ciò, potesse esser soggetta a mutabilità, che però non era lontana dal credere, che qualche discreta dilazione all' ultima deliberazione fosse per giovare.

sed, repente mutato consilio, Societatem Iesu amplecti statuit

7. Quando che essendosi egli già quasi licenziato dai Padri per uscire, stando in atto di orazione fu favorito dal Signore d'un lume ed impulso per avanti non più provato, nel quale si sentì accendere di desiderio di servire al signore Dio in stato di religione, nella quale con maggior assiduità si attendesse all' aiuto dell' anime, e non riconoscendo fra l'altre se non la Compagnia, già lasciato ogni pensiero dell' altra fin' allora desiderata, disegnava (mentre così fusse paruto esser bene) di rendersi religioso in quella. Sò altresì che per provare questo nuovo sentimento e questa repentina mutazione, Vostra Paternità lo fece star due altri giorni negl' esercizi, e che finalmente seguitando egli l'orazione, e continuando con essa il lume, per consiglio non meno del molto Reverendo Padre... Ministro (1), stato suo confessore negl' esercizi, che di Vostra Paternità, egli formò il proposito verso la Compagnia. Che tal deliberazione sia stata da Dio, oltre al parere di lor altri, Molto Reverendi Padri, pare che l'abbia confermata a tutta la nostra casa l'insolita allegrezza, colla quale egl'è uscito dagl' esercizi, e nella quale continua tutta via, le saggie riposte e ragioni, che egli adduce di tal mutazione, e molto più lo spogliamento che si conosce esser in lui d'ogni antico pensiero, ed il desiderio C che egli hà continuo dell' effettuazione.... E questo è quanto mi occorre il rappresentare a Vostra Paternità molto Reverenda in esecuzione dei suoi comandi, mentre le prego dal Signore vera felicità. Di casa li 25 decembre 1680.

egregius iuvenis.

8. *Huic vero epistulae alteram ad Praepositum Provincialem, Iohannem Antonium Caprini, praemiserat ipse Pater Ristori, ubi res, prout evenerant, candide exponebat. Addebatque :* Il giovane è posato, è fatto talmente alla religione che di religioso gli manca solo la veste : tutto composto, puntuale, che s'accomoda, dato all' orazione e mortificazione ed alla virtù, che in casa come in collegio non lo chiamano che l'angiolino; con tal diminutivo lo chiamano in riguardo alla statura alquanto bassa per l'età... Il padre Zunoni mi attesta esser giovanetto di buonissimo ingegno, ed io soggiungo che è di giudizio maturo, come ho osservato dalla notazione de' lumi e sentimenti avuti negli esercizi: ingenuo, aperto, accorto e non ducitur così facilmente da impeto, ma va per via di ragione e con essa esamina i suoi moti. Onde con le regole della discrezione de'spiriti ha esaminata e conferita la sua vocazione e perciò l'ha approvata e confermata. Io negli esercizi non gli ho mai suggerito di farsi della Compagnia, ma sempre il cercare di eseguire la volontà di Dio, acciò quanto egli risolvesse, fosse pure opera di Dio. Onde e per questo e per tutto il complesso spero che acquisterà la Compagnia un santarello (2). *At Provincialis Pater, etsi secura undequaque indicia accipiebat, de proposita tamen cooptatione mature deliberavit. Tandem, tribus post mensibus, copiam optimo iuveni fecit nostrum S. Andreae tirocinium, in monte Quirinali Romae situm, quam primum, si luberet, adeundi. Cui licentiae die 21 aprilis 1681, ut supra notavimus, morem Antonius gessit laetabundus. Dictitare enim solebat :* Hilarem datorem diligit Deus (3).

AUCTORE F. V. O.

§ II. Prima religiosae vitae experimenta.

E

Philosophiae vacans, Sinarum et Iaponiae missiones,

9. *Neque fugaci ardore caluit. Nam cum prima adhuc vitae nostrae religiosae experimenta strenuus novicius sustineret, flagrans animum eius cupiditas subiit proficiscendi in Sinam et Iaponiam, ut inter barbaros et infideles vitam et sanguinem profunderet. Immo hoc potissimum stimulo ad Societatem Iesu adductus fuerat. Ita enim sua placita recludit in perbellis litteris quas, philosophiae vacans, ad Patrem Thyrsum Gonzales, vix renuntiatum Praepositum Societatis Iesu Generalem* (4), *die 3 octobris 1687 dabat, eundemque monebat aliarum huiusmodi petitionum eius praedecessori iam factarum. Documentum edimus, secundum chirographum in tabulario Postulationis generalis S. I. asservatum* (5) :

iam antea concupitas,

10. Il desiderio grandissimo, che da molto tempo il Signore Iddio mi da di spender la vita et il sangue nell' Indie tra barbari et infideli, mi spigne, doppo più orationi e communioni, a questo fine di venire humile e supplichevole a piè di V. P.ª pregandola con tutto il mio spirito di questa gratia, da me altre volte domandata novitio al M. Rev.do P.e Carlo de Noyelle Generale (6). Et a ciò fare e istantemente domandare F più sono i motivi, i quali mi muovono. E primieramente l'avermi, come a me pare, il Signore, per sua infinita misericordia, fin dal principio della mia vocatione alla Compagnia, chiamato a quest' impresa; poichè, avendo io avuto più anni inclinatione ad altra religione (7), mi sentii a questa repentinamente tirare dalla speranza di poter in questa salvar molte anime et esercitarmi nelle missioni per la salute di esse. E fin dall' ora feci patto con un altro religioso d'altra religione d'offerire insieme con esso la santa communione e messa, quando ad essa pervenissimo, tutte le sollennità della Beatissima Vergine, pregandola sempre instantemente a volerci ottenere il favore di sparger il sangue tra gl' infedeli (8).

iterum

11. Entrato poi in religione, mai si è diminuita tal

(1) Minister domus S. Salvatoris tunc erat P. Benedictus Pierantoni. Ita VANNUCCI, *Vita del B. Antonio Baldinucci*, p. 19. — (2) VANNUCCI, l. c., p. 21-22. — (3) L. ROSA, l. c., passim in Antonii litteris. — (4) Ad hoc munus electus est die 6 iulii 1687. — (5) Minus accurate archetypum secutus est VANNUCCI, l. c., p. 33-35. — (6) Carolus de Noyelle electus est vicarius generalis S.I. die 28 novembris 1681 et Praepositus Generalis die 5 iulii 1682. — (7) Cf. supra, nn. 5 et 6. — (8) Agitur nimirum de pacto quod, paucis ante diebus quam Romam migraret, cum fratre suo primogenito, Iohanne Philippo, religioso ordinis S. Dominici fecit, ut sibi mutuo impetrarent *una grazia particolare*, cuius naturam significare neglegunt. Cf. huius pacti tenorem apud VANNUCCI, l. c., p. 24-25.

AUCTORE F. V. O.

tal brama e stimolo, aggiugnendosi sempre nuovi motivi a maggiormente cio desiderare. E benchè, per non aver corrisposto come dovevo alle tante gratie che il Signore mi ha fatte, abbi in più tempi provato aridità e non poco rilasssamento di spirito, in questi anni di studio di filosofia, nondimeno tal' impulso et speranza grande m'è restata sempre immobile e la stessa qual fu dal principio in ogni occasione e circostanza di tempo e luogo, offerendo perciò continovamente le fatiche de studii con altre occupationi religiose. A questo si aggiugne il sentir vivamente un continovo dolore di tante anime, che si perdono per non aver chi le aiuti e gli spezzi il pane della divina legge; et il veder quanto gran conto dovrò io rendere al Signore, se non metto tutti i mezzi possibili per aiutarle. L'inclinatione al luogo è stata sempre alla Cina e Giappone, e questi ho preso a coltivare con l'orationi e mortificationi fin dal mio novitiato, sperando certo che ad essi si abbi ad aprire la strada, al presente doppiamente impedita. Con tutto ciò stò indifferente a B qualunque luogo, nel quale il Signore, per mezzo della santa obedienza, degnerassi mandarmi; gia che tanto son anime ricomprate col sangue di Giesu Christo i barbari d'un paese quanto quelli d'un altro.

summis precibus

12. Supplico dunque la sua benignità e bontà con tutte le viscere e forze del mio cuore, acciò, non mirando alle mie tante imperfetioni, si degni contentare et appagare, porgendosene l'occasione, il maggior desiderio e brama che gia mai abbi avuto e, come spero, sia per aver in tutta la vita, qual è il poter spender tutte le mie misere fatiche e sudori et anco la vita in un impresa sì grande; della quale per tante mie imperfetioni e peccati mi vedo sì indegno et inabile, che niun luogo vi sarebbe a sperare una tal gratia, se non confidassi nell' infinita misericordia di Dio, la quale suole spesse volte servirsi di strumenti deboli e fiacchi per maggiormente manifestar la sua gloria, e nella bontà di V. Paternità, desiderosa sopra modo della salute delle anime.

iterumque efflagitat;

13. *Tribus annis post, cum animadvertisset a novo generali praeposito S. I. multos ad orientales plagas missos esse Evangelii praecones, spe erectus* C *supplicem iterum libellum die 29 septembris 1690 porrexit ut tanta gratia et ipse donaretur.* Prima di gittarmi, *aiebat,* in persona a piedi de V. Paternità per supplicarlo d'una gratia da me altre volte al P^e^ Carlo di Noyel di santa memoria ed a V. Paternità domandata, vengo con la presente a farne di ciò alla sua benignità caldissime e replicate domande. La gratia si è di poter mettere in esecutione l'ispiratione, che fin dal mio primo ingresso nella Compagnia mi sta fissa nel cuore, di andare alle missioni dell' Indie (1). *Sed, cum fragili admodum valetudine uteretur, pias eius preces vel inviti coacti sunt superiores abnuere. Interim tum magister in collegiorum Interamnensis (Terni) et Romani* (2) *scholis per quinque non integros annos desudans* (3), *tum theologicis disciplinis subsequenti quadriennio intentus, luculentum ingenii virtutisque specimen dedit, adeo ut sacerdotio initiatus, post absolutum, sicut norma apud*

sed obstitit virium debilitas.

D *nos viget, tertium tirocinii annum, ad sollemnem quattuor votorum professionem die B. V. Mariae in caelum assumptae sacro 1698 admissus sit* (4).

Post traditas quinquennio classes inferiores,

14. *Qua tempestate nullius eius praelatis negotii fuit statuere qualis ipsius dotibus atque industriae campus esset aperiendus. Mira quidem dicendi in publico facultate praeditus videbatur, quippe cui, nondum sacerdoti, dum in collegio romano magistrum 2^ae^ et 1^ae^ classis ageret, gravis provincia commissa fuerit contionandi diebus festivis in plateis civitatis et singulis dominicis coram 500 alumnorum coetu. Haec enim die 27 novembris 1690 ad matrem scribit :* Oltre all' occupazione della scuola mi è toccata quella di predicare ogni festa nelle piazze per le missioni continue, che si fanno in diverse parti di Roma. A questo s'aggiugne la congregazione che chiamasi del Salone; ove radunansi ogni domenica vicino a cinquecento scolari, a' quali, dopo cantato l'offizio, si fa una buona e lunga esortazione (5). *Ita plus aequo defatigabatur inter continua capitis stomachique incommoda.*

licet graviter decubuerit,

15. *At principio anni 1692, expleto docendi munere, in gravissimum incidit morbum " difficillimae indaginis ", prout testabatur collegii Romani medicus, " gravissimi periculi, nullius curationis "* (6). *Ipse autem aegrotus die 17 aprilis 1693 scribebat :* Il mio male è tale, che in un punto mi puo mandare all' altra vita, per gli accidenti che mi cagiona. Sia benedetto il Signore. Poco importa la mia vita; ma molto il fare la sua santa volontà (7). *Ut aliquid levaminis acciperet, coactus est bis extra religiosos parietes, apud parentes scilicet et amicos, quamvis id sibi molestum foret, diu rusticari* (8), *varia atque varia adhibere medicamenta* (9), *quorum illud singulare prorsus fuit, si aevum respicis, herba nicotiana seu, ut aiunt, tabacum, quod dentibus corrodebat aut in pulverem redactum naribus aspirabat. Cuius usum toto vitae publicae curriculo retinuit* (10). *Eo identidem vis mali increvit ut ipse Antonius litteris die 1 maii 1694 datis fassus sit se esse* tanto obbligato a detto medico, che non solo con infinita carità mi ha assistito per tre anni nella mia fastidiosa malattia, ma due volte mi ha liberato con istupore di tutti dalla morte (11), *declaretque die 23 iulii 1695 ex oppidulo Tusculano :* finiti con evidente miracolo i miei studii di teologia (12). *Quamquam igitur tam prompto atque facili ingenio erat ut, nisi virium imbecillitati parcendum fuisset, publicas de universa theologia theses propugnasset* (13), *aptus ad superiores disciplinas edocendas, liquido tamen patuit ipsi nocituram esse vivendi rationem placidam ac sedentariam, qualem requirunt ardua studia lectorisque munia. Cum autem in votis haberet omnibus nervis intendere in tradendas missiones inter infideles vel christianos* (14) *aspiraretque* alle missioni verso il regno di Napoli ... avendo in animo che questa debba esser la mia vita (15), *continuo post ultimum theologiae examen in domum nostram Tusculanam missus est* (16), *tum ut afflictam valetudinem subtili aere recrearet, tum ad operandum in vinea Domini, usque ad extremum mensem novembrem, anni nimirum 1695.*

theologiae studia ad felicem exitum duxit.

(1) Archivum Postulationis generalis S. I. — (2) Hic tempore autumnali 1690 ad opus se accinxit, prout ad matrem scribit : *Ho incominciata la mia scuola in Roma, nella quale ho da ottanta scolari, i quali però anderanno per qualche tempo sempre crescendo. La fatica non è piccola in governare tanti ragazzi chi piccolo chi grande, e tutti di non molto giudizio* (L. ROSA, l. c., p. 9). — (3) Ibid., p. 21. — (4) Ibid., p. 106. — (5) Ibid., p. 11-12. — (6) Ibid., p. 48, nota. — (7) Ibid., p. 83-84. — (8) Ibid., pp. 45-46 et 84. — (9) Ibid., pp. 65 et 72. — (10) *Summarium super dubio an constet de virtutibus*, pp. 317, 363 et 367. — (11) L. ROSA, l. c., p. 92. — (12) Ibid., p. 107. — (13) Ibid., p. 106. — (14) Ibid., p. 79. — (15) Ibid., p. 106. — (16) Ibid., p. 107.

§ III.

A

§ III. Intrepidi missionarii onera subit.

Peracto tertio probationis anno,

16. *Oportebat deinde ut in ascetica exercitia integro tertiae quam vocamus probationis anno pro more nostro incumberet. Quod et ipse putabat brevi obventurum esse, dum die 2 novembris 1695 Romae ad fratrem suum Franciscum Xaverium scribebat :* Credo che martedì o mercoledì partirò di Roma a codesta volta per fare nel collegio di Pinti (*Florentiae*) il terz' anno di noviziato. Fin' ora credevo più di no che di sì, giacchè per mancanza di Padri i superiori volevano trattenermi a far la buona morte in Frascati, dove per più mesi ho dimorato. Quando io non venga, ne lo farò avvisato. Quando io venga, non potrò venire a visitare il Sig. Padre, perchè subito si comincia un mese d'exercizii spirituali (1). *Sed res in alterum annum dilata est* (2), *ita quidem ut, peractis solidi mensis exercitiis spiritualibus, ad collegium Monte Santo* (*hodie Potenza Picena*), *in* B *amoeno et salubri litoris Adriatici clivo prope Maceratam sito, migraverit, ibi tertiam probationem inter contionandum et alia misericordiae opera mitius prosecuturus. Quo cum iter faceret, gravi febre Perusii decubuit* (3). *De quo ipse sedulo notavit :* Il mio male non è stato cagionato dal viaggio, perchè i viaggi mi giovano; ma l'ho portato da Firenze, dove ho avuto qualche patimento straordinario (4). *At novo vitae genere ad mare Adriaticum plures menses protracto, corporis vires sustentavit auxitque; spemque fovebat, tertia probatione ad finem vergente,* che i superiori m'impiegheranno nelle missioni da me chieste e desiderate, e nelle quali vedo che potrò patire qualche cosa per salute delle anime (5). *Quem faustum denique nuntium, paucis elapsis diebus, die nempe 28 augusti 1697 cum fratre suo Isidoro communicavit :* I superiori, *ait,* mi han fatto la grazia di destinarmi alle missioni, nelle quali spero trattenermi questi pochi giorni che mi restano di vita, fin ora tanto mal impiegata (6).

missiones adit

paratissimus.

17. *Neque imparatum invenerunt nova superiorum iussa. Nam a pluribus annis uberem sibi iam providerat contionum supellectilem. Cum enim has* C *cistula conclusas Florentiam anno 1700 misisset, fratrem Isidorum enixe rogavit ut harum curam gereret,* perchè se si perde, si perde la fatica di molti anni (7). *Solum querebatur quod impar erat* imparare a mente alcuna cosa per l'infelicissima memoria, che da ragazzo ho sempre avuta (8). *Hinc stationes quas vocant quadragesimales, in quibus recitanda ad verbum erat singulis diebus oratio studio limata, licet* due quaresimali con robba d'avanzo già radunata per comporne più altri *concinnasset* (9), *quantum potuit detrectavit; neque ante annum 1709, et quidem " natura vehementer obnitente „* (10), *huic ministerio navavit operam. Liburnum, quo missus est, verum ei evasit Calvarium. Neque quantum defatigatus est, tantum ibi animarum fructum, prout ipse probe sensit, reportavit. Scribit enim ad fratrem Isidorum die 16 martii 1609 :* Ci accostiamo al fine di Quaresima; e mi pare, che si sia avverata la prima parte della mezza profezia fattami da Fr. Giovanni Filippo (*S. Dominici alumno*) di faticare senz'altro frutto, che del proprio disonore. Vorrei che si verificasse l'altra parte, che il Signore mi concedesse tanto spirito, che per esso si degnasse che altri facessero quel frutto, che non fo io. Ho faticato, e fatico più di quello, che si può immaginare; ma si mastica stoppa, ed io mi sono non poco avvilito (11). *Subsequenti vero anno quadragesimalis stationis onus in civitate Tagliacotio ei rursus subeundum fuit; et ita porro sexies, nempe anno 1712 Antrodoco, anno 1713 Civita Ducale, anno 1714 Aquilae in Vestinis, 1715 Ortonae et 1717 in oppidulo Setino* (12).

Sed stationes quadragesimales, quas habuit,

Auctore F. V. O.

ob lentam memoriam ipsi graves fuerunt.

18. *Sed, quamvis ubique summo auditorum applausu atque animarum lucro seriem contionum sit prosecutus, obtusa tamen memoria et ipsi et laborum suorum quos secum ducebat sociis crux saepe exstitit molestissima. Ita Seti, ubi ultimo vitae suae anno stationem quadragesimalem praedicavit, si fidem damus Andreae Budrioli S. I., qui intimas eius cogitationes agendique rationem* E *toto quo cum eo vixit anno perspectas habuit, venerabilis Dei servus, ut indocilem memoriam domaret, cotidie sub vesperam contionem diei sequentis coram amico legebat* (13). *Mane autem* se ne stava tutta la mattina inchiodato al tavolino a leggere e rileggere con sommo suo tedio la predica, e così intendeva di dover fare (14). *Quamquam* certo è che per quanto studio egli ponesse ad imparare una predica, per lunga e continua esperienza che aveva di se, d'ordinario era sicuro di non averne poi in pulpito e raccapezzarne per lo più tre periodi, e talora neppure tre parole. " Anzi, „ dissemi più volte, " nelle missioni „ medesime, dove ridico tante volte l'istesso, mi „ trovo d'aver detta già in pulpito l'Ave Maria, „ ed ancora non sò quello che mi dirò. Ma la „ prima sentenza, che allora mi sovviene, dico „ quella e sopra quella. Onde, „ soggiunse, " in „ tanti anni che predico continuamente invito „ bensì un giorno per l'altro, ma non m'impegno „ mai à dire l'argomento, perchè non sò se man- „ terrò poi la parola. E così anche nelle missioni „ io non ho serie determinata di cosa; ma in „ mezzo ad una o subito dopo, secondo che F „ Iddio m'ispira, io ne determino l'altra. Il che „ ben veggo io che fa disperare i miei compagni, „ i quali ad ogni momento devono mettere e „ tenere all' ordine ogni cosa, e non sanno mai „ quale, perchè non lo sò neppur io. Ma tant' è „, conchiuse, " Iddio vuole io dependa da lui, come „ un mendico. E quando mi fa la limosina, io „ durerei un' anno a dire senza stancar me nè „ l'audienza. Ma quando egli ristringa la mano, „ io mi sento aggiacciata la lingua e vuota la „ testa; e pur dico io non sò come (15). „ *Quo tumultuario contionandi modo forte factum est ut alios atque alios, qui eum in exercendo ministerio apostolico adiuvarent, adhibere coactus sit* (16).

At insignem missionarium ipsum evasisse

19. *Nihilominus quot in agro Tusculano et Viterbiensi intra quinquaginta miliariorum circuitum missiones tradidit, tot ad divinam gloriam et*

(1) Ibid., p. 111. — (2) Ibid., epistulae 56 et 59, pp. 112 et 115. Notandum est litteras 57 et 58 anno 1697 fuisse scriptas ; annus assignatus 1696 computo Florentino respondet (*Anal. Boll.*, t. XIX, p. 375). — (3) Ibid., pp. 114, 117, 118 et 119. — (4) Ibid., p. 116. — (5) Ibid., p. 133. — 16) Ibid., p. 134. — (7) Ibid., p. 158. — (8) Ibid., p. 190. — (9) Testis Andreas Budrioli S. I., *Summarium de virtutibus*, p. 351. — (10) Rosa, l. c., p. 190. — (11) Ibid., p. 193-94. — (12) Vannucci, l. c., p. 214-28. — (13) *Summarium de virtutibus*, p. 238. — (14) Ibid.. p. 236. — (15) Ibid., p. 235. — (16) Elenchum nonnullorum sociorum vide ap. Vannucci, l. c., p. 54-57.

uberrimam

AUCTORE F. V. O.

uberrimam animarum salutem reportavit triumphos. Ex litteris quidem ipsius eruimus imitandum exemplar ei praefulsisse Paulum Segneri iuniorem, insignem huius tempestatis oratorem sacrum, cuius il nome d'apostolo d'Italia *recordatur* (1). *Illius siquidem vestigia, longo tamen intervallo, sectari exoptabat* (2), *postquam ipsi obtigerat prima apostolicae vitae stipendia mereri cum* i compagni ed allievi del Padre Segneri, da' quali conveniva che imparassi di portarmi bene nell' impiego, che ho per le mani (3). *Provincia autem ei concredita agrestem regionem complectebatur, quae Viterbium et Tusculum circumdabat, ad christianam fidem moresque quotannis per quattuor menses, at non continuos, evangelicis missionibus instaurandam.*

monstrant adversaria

Ita ipse in limine autographae memoriae praemonet, cui titulum dedit: Nota delle missioni fatte da Padri della Compagnia di Giesù nel circuito di Frascati (*e di Viterbo*), prescritto nel legato lasciato dall' Eccellentissima Principessa di Rossano. *Additurque alia manu:* Il seguente libretto è tutto di proprio carattere del V. servo di Dio B P. Baldinucci, eccetto il libretto de decretis de missionibus (*scilicet Viterbiensibus et Tusculanis; quibus decretis Praepositus Generalis S. I., Michael Angelus Tamburini, testamento rite exsequendo consuluit*) p. 6 e quella parte di Diario che descrive le missioni del 30 aprile 1707 fino al 10 settembre 1708; *quo nimirum tempore beatus noster in Viterbiense Societatis Iesu domicilium migravit. Porro in hoc codice autographo, formae 0m,18 × 0,13, scriptarum 52 paginarum, qui in tabulario Postulationis generalis S. I. adhuc conservatur, summatim ab an. 1697 ad an. 1717 ad usum collegii Tusculani recensetur quibus in locis, quam diu singulis annis quantisque expensis huic contionandi officio satisfactum sit.*

et commentarii eius manuscripti.

20. *Praeterea ibidem exstant alii commentarii amplissimi, et duplici quidem recensione distincti, venerabilis Dei servi manu exarati, formae 0m,27 × 0,21, foliorum scriptorum tum 292 tum 392, quorum priori codici praefixus est titulus :* Diarii delle missioni fatte da PP. della Compagnia de Giesù nel circuito delle cinquanta miglia intorno a Frascati prescritto dall' Eccell.ª Princi- C pessa di Rossano fondatrice delle medesime..., *alteri vero sed recentiore manu :* Ragguaglio d'alcune missioni fatte nel circuito delle cinquanta miglia intorno a Frascati e Viterbo, prescritto nel legato dall' Ecc.ma Principessa di Rossano, fondatrice di dette missioni. *Prioris codicis quaterniones videntur quaedam quasi adversaria seu tumultuarii libelli ante conficiendum librum praescripti. Saepe enim quae continua scriptione chartis mandaverat, ipse beatus retractavit, expunxit et emendavit; quae primum mente fugerant in marginibus adiecit; ac quia in exarando velox erat, nonnumquam accidit ut verbum quodpiam deficeret aut redundaret. Opusculi vero partes non capitulis definiuntur, sed sacris expeditionibus quae singulis annis binae fiebant, verno scilicet et autumnali tempore. Cum autem et principio et nonnullis insequentibus quaternionibus nomen Diarii superscriptum sit, mos paulatim invaluit ut ille codex nuncuparetur* Diarium. *Recte quidem, sed totam P. Baldinucci apostolicam vitam nequaquam complectitur. Incipit enim ab anno 1701 ac* D *desinit in mense iunii 1706. Alter codex, rasuris quoque et emendationibus, at non ita crebris respersus, solidum vitae apostolicae curriculum, ab anno scilicet 1697 ad annum 1717, describit. Quae autem in priore codice iam exposita fuerunt, haec prudens scriptor partim ad litteram, partim, quod ad dictorum significationem spectat iterum assumpsit. Cum autem medius in autumnalibus anni 1717 missionibus morte sublatus sit, ultima* Ragguaglio *folia alia manu exarata sunt, immo et concinnata, prout fol. 392r notatum est:* Io infrascritto fò fede che lo scritto dal foglio 380 fino a tutto il foglio 391 è mano mia propria e sono cose che tutte l' ho io vedute o pure l' ho intese dire dal servo di Dio Padre Baldinucci. In fede di che, questo dì 5 7bre 1723. Lodovico Cremonae compagno già nelle missioni del servo di Dio. *Quidnam vero discriminis intercedat, si contenta respicis, inter hos commentarios et libellum* Nota delle missioni *supra indicatum, ipse Antonius in suo* Ragguaglio *praefatus est:* Dall' anno poi 1697 si cominciò a darne (*missionum scilicet*) più distinta notitia, notandosi in un libro E tutti i luoghi delle diogesi che si coltivarono, i nome de padri ed il tempo che si spese in sì fruttuose fatiche. In questo RAGGUAGLIO si noteranno principalmente le funtioni fatte nelle missioni ed il frutto che si è degnato il Signore di cavarne.

Vitam vere apostolicam egit

21. *Quibus subsidiis instructus, facile aliquis perspiciet quanta indefessus evangelii praeco in adimplendo munere patraverit ac perpessus sit. Nudis namque pedibus, etiam per vias nive et glacie constrictas aut spinis testisque obsitas, in apostolicas expeditiones procedebat, tritis vestibus, nullis sarcinis, excepta sacra supellectili, quam religiosarum ceremoniarum apparatus requirebat, tamque veloci gradu ut citatum equum praecurreret* (4). *Quam assuetam ipse celeritatem Patri Andreae Budrioli, totiens iam memorato et memorando, ita lepide explanabat:* Gran pena era per lui l'imbattersi in uomini di gran flemma: così quando fu mandato col Padre Antonio Baldigiani, uomo lento e pesante, che non poteva fare dieci miglia al giorno. " Io ", mi disse, " che ero " buono per cinquanta, ebbi a disperarmi; e se F " non che presi il ripiego di dilungarmi di tanto " in tanto da lui e poi tornare addietro, come " fanno i cagnolini, certamente io morivo per la " strada " (5). *Iuvat vero ex eius calamo colligere quantam laboriosissimum missionarii onus atque munus contentionem afferret, prout illam in litteris ad fratrem suum Xaverium die 4 decembris 1702 datis ipse acriter describit: Versandum mihi est* con fatiche per altro intollerabili, ma con forze sempre uguali per grazia speciale del Signore, che mi vuole in questo impiego umanamente impossibile, attese le mie passate indisposizioni, non avendo mai un momento da respirare, ma sempre occupato o in prediche, o in dottrine (*rudibus et pueris explicando catechismo*), o in processioni di penitenza (*tribus saltem cotidianis*), o in confessioni, o in discipline (*id est flagellationibus publicis*), in viaggi a piè scalzi, e per strade per lo più fangose e dirupate. Oltre poi la continova sollecitudine d'accordar paci, toglier

(1) ROSA, l. c., p. 204. Obiit Paulus Segneri iunior die 15 iunii 1713. De cuius morte beatus noster relationem conscripsit et ad eius fratrem Isidorum misit die 4 iulii 1713. Vitam illustris iesuitae iusto volumine ediderunt Franciscus Galluzzi S. I. (In Roma, 1716) et Ludovicus Antonius Muratori (In Modena, 1720). — (2) ROSA, l. c., p. 169. — (3) Ibid., p. 161. — (4) *Summarium de virtutibus*, p. 111. — (5) Ibid., p. 351.

giuochi

AUCTORE F. V. O.

A giuochi di carte (1), amicizie cattive, ed altri scandali, e patire altri disastri di freddo, venti, pioggie, e tutto quello che va connesso con questa vita (2). *Varias insuper adhibebat industrias ut auditorum animos commoveret et ad salutarem frugem adduceret.* Alle volte andava scalzo girando per la terra dove faceva la missione con due grosse catene di ferro alli piedi, capestro al collo, corona di spine in testa, con una disciplina di ferro in mano battendosi più volte a carne ignuda e cantando lo SVEGLIARINO (3). *Interdum autem in suggestum calvariam ferebat ac vehemens et tenerum vicissim cum ea colloquium inibat: " Ubi oculi tui?... ubi capilli?... ubi genae?... ubi lingua?... " Vel squalenti paenitentium tunica indutus, lacerto flagellis armato comparebat. Dumque inflammata ad imaginem Iesu crucifixi verba dirigebat, paulatim umeros nudabat; ac sacerdotibus nonnullis psalmum* Miserere *praecinentibus, seipsum diu verberabat.*

per plures quotannis menses

22. *Iam vero hunc durissimum, at proximorum saluti tam proficuum vitae apostolicae tenorem quotannis per plures menses Antonius retinuit;* B *immo ultra quattuor a principissa Rossanensi definitos menses ipsum solitum fuisse perdurare facile colligitur tum ex eius litteris tum ex autographo ms.* Nota delle missioni (4). *Ita anno 1699 quinque menses* (5), *anno 1702 quinque menses et dimidium* (6), *anno 1703 a medio mense ianuario ad 17 iunii* (7) *in tradendis missionibus omnes nervos atque diligentiam contendit.* Tornai ieri mattina, *scribit die 19 iunii,* dalle missioni fatte per cinque mesi continovi; *et die 20 octobris iterum castra movet, ante duos menses haud reversurus* (8). *Anno 1706 idem iugum per quinque menses alacriter portavit* (9); *et die 15 iulii 1708 Viterbii scribebat:* Sto di ottima salute dopo aver fatto le missioni per quasi tre mesi in luoghi di aria assai cattiva, e con grandi stenti e fatiche (10). *At paulo post graviter decubuit et paene exstinctus est, uti liquet ex facetis litteris, quas die 11 decembris ad fratrem Xaverium dedit:* Nell' esercizio delle missioni... spero continovare fino alla morte, alla quale mi sono avvicinato nella passata estate, in cui stando in un luoghetto di poche case fui assalito da sì gravi dolori, che mi convenne in due giorni prendere i C santi sacramenti del viatico ed estrema unzione. E perchè tutte le cose le soglio far presto, il quinto giorno mi trovai libero a poter cominciare di nuovo le interrotte funzioni (11).

et inter continuos labores.

23. *Recuperatis autem viribus numquam magis abusus est vir intrepidus. Ab anno enim 1710 usque ad mortem sex saltem menses annuos innumeros vicos atque civitates, extra Tusculum sitas, ad pie, probe casteque vivendum invicto studio adhortatus est. Argumento sint nonnulla ab ipso raptim communicata. Sic die 11 septembris 1710:* Dopo aver fatto più di cinque mesi di missioni, mi conviene di nuovo per altri mesi andare in giro, ed in arie non molto buone (12). *Et in suis adversariis anno 1711 de seipso notabat:* (*Pater Baldinucci*) tornò a Frascati alli 15 giugno dello stess' anno, dopo essere stato fuori cinque mesi e sei giorni (13), *donec proximo tempore autumnali iterum profecturus esset. Et die 25 maii 1716 Ferentini scribebat:* Non si meravigli, se non scrivo ogni settimana, perchè mi trovo solo con popoli numerosi e con le faccende tanto affollate, che non so come sià vivo. Mi bisogna legere le lettere quando mangio, e dopo mangiato subito scrivere (14). *Neque minus Tusculi fervebat ei opus. Nam domum redux* mi trovo talmente occupato, *aiebat,* che non ho tempo da respirare. Questo è un paese dove la messe è copiosa, e vi è da faticare quanto in qualsivoglia missione; ed io sono quasi più stracco, quando mi parto per andare alle missioni, che quando ritorno (15). *Ultimo autem vitae anno fere toto a domo Tusculana afuit. Nam a die 24 augusti usque ad 26 novembris 1716 provinciam Asculanam incoluit.* E *Die 6 februarii 1717 stationem quadragesimalem Setiae obtinuit ac si esset danda vera missio, sicut mos eius erat, ac circumiacentem regionem pari studio usque ad diem 28 maii instituit* (16); *demum die 22 augusti in dioeceses Terracinensem, Ferentinatensem, Fundanam et Verulanam abiit* (17), *infractam Deo animam inter labores apostolicos die 7 novembris Pophiis in agro Verulano efflaturus.*

§ IV. Singularis eius usque ad mortem, quae serenissima fuit, erga Deiparam devotio.

Deiparae imaginem sollemniter coronandam curavit.

24. *At quattuor circiter mensibus priusquam e vita cessit, fortis Christi athleta qui, teste gravissimo et amicissimo Patre Francisco Galluzzi S. I.,* camminava d'ordinario per strada di aridità, unita con tentazioni orribili di fede (18), *suavissima consolatione recreatus est. Die namque 4 iulii 1717 imaginem beatae Mariae Virginis* Refugium peccatorum *nuncupatam, quam ab* F *anno 1708, ut ipse asserebat* (19), *secum in missionibus circumferebat confluentibus populis venerandam cuique innumeros favores attribuebat, aureo diademate capitulum basilicae Vaticanae in ecclesia Societatis Iesu Tusculana sollemniter coronavit. Quem honorem celebrioribus dumtaxat Deiparae virginis simulacris, et aut prodigiorum fama aut antiquitatis et stabilis sedis commendatione illustrioribus eatenus collatum ipse*

(1) Interdum loco consueti chartarum ludi alias B. Antonius invexit chartas, quarum parte superiori *vi fosse scolpita la Passione di Gesù Cristo, e al di dentro diversi motti, alcuni de' quali esprimevano gli atti orrendi di detta Passione, altri misteri della santa fede, ed altri erano mentali. E con queste carte si faceva la conversazione a guisa che si giuoca all' ombra, e si chiamava in aiuto una carta, come verbi grazia: la Spina di Nostro Signore mi aiuti,* etc. Quem locum graviter obiecit Promotor fidei, quasi foret rei sacrae profanatio (*Animadversiones R. P. Promotoris Fidei super dubio an constet de virtutibus,* p. 19). Sed id evincere frustra tentavit (*Responsio ad animadversiones...* pp. 104, 105). — (2) L. ROSA, l. c., p. 164. — (3) *Summarium de virtutibus,* p. 56. *Lo Svegliarino* opusculum erat piorum carminum, seu *Laudi spirituali,* quas singulis missionibus populo cantandas inculcabat Antonius. Haec ab ipso nequaquam cusa esse ita refert testis, die 12 maii 1732 interrogatus: " In certa occasione gli domandai se „ forse egli avesse composto lo Svegliarino. Rispose che „ veramente l' avea incominciato. Ma che poi avvedutosi „ de grandi spropositi, ne pregò un certo padre della Com„ pagnia. E questi, soggiunse, per verità l'ha fatto molto „ bene. „ (Processus Setinus, f. 787). — (4) Cf. supra, num. 19. — (5) Ibid., p. 4-5. — (6) Ibid., p. 10-12. — (7) Ibid., p. 15. — (8) L. ROSA, l. c., p. 165-67. — (9) Ms. *Nota,* p. 28-30. — (10) L. ROSA, l. c., p. 184. — (11) Ibid., p. 186. — (12) Ibid., p. 198. — (13) Ms. *Nota,* p. 40. — (14) ROSA, l. c., p. 209. — (15) Ibid., p. 147-51. — (16) Ms. *Nota,* p. 50-51. — (17) Ms. *Diario,* p. 380. — (18) *Summarium de virtutibus,* p. 304. — (19) Ita in litteris die 15 iulio 1708 datis. L. ROSA, l. c., p. 184. Erraverunt igitur biographi, qui id in annum 1709 reiciunt.

AUCTORE F. V. O.

ipse Antonius in suo Diario *abunde descripsit* (1). *Neque omisit breviter perstringere cur tantum suae imagini decus unice concupierit:* Alle gratie spirituali d'innumerabili conversioni che non ponno spiegarsi, onde meritossi il bel titolo di Rifugio de' peccatori, s'aggiunsero innumerabili gratie corporali di sanità, prodigiosamente restitute ed altri favori fatti a chi si ungeva con l'olio arso nelle molte lampade che avanti ad essa ardevano o si segnava con la cera arsa nel suo altare, o in altra maniera ricorreva al suo patronicio essendosene in questa stagione autenticate per mano di notaro più di cento. *Qua beatae Virginis misericordiae laude annales viginti annorum apostolatus quasi sigillo conclusit. Hodie imago illa B. Mariae Virginis celeberrima summo honore colitur Tusculi, in quodam ecclesiae* del Gesù *sacello affabre ornato et sub titulo Refugii peccatorum dicato* (2).

Sub cuius patrocinio, ultimo morbo afflictus,

25. *Cum vero Pophiis in dioecesi Verulana, quo die 18 octobris iam debilitatus advenerat, elapsis sex praedicationum diebus, acuta febre tabesceret sibique proximae mortis conscius esset, sacram* B *Deiparae effigiem in cubile suum deferri oculisque subici flagitavit. Quam tenerrimis devotionis obsequiis perinde excepit, ac si ipsamet divina parens aegrotantis cubiculum ingressa esset; eamque suavissimis verbis* Monstra te esse matrem *non cessabat prae gaudio compellare* (3). *Interea, ut vadem adducam omni exceptione maiorem, Ludovicum Valdina Cremona, quippe qui, assiduus illius comes, omnia a se visa et explorata iam anno 1720 subtiliter explanavit* (4), *venerabilis Dei servus* si confessò tre volte. La prima confessione la fece al P. Guardiano de Minori Osservanti Riformati di S. Pietro nel medesimo giorno che si pose malato in letto, e l'altre due volte al P. Giuseppe Mossi della Compagnia di Gesù (*a Praeposito nostro Generali misso ut aegrotum adiuvaret*), a cui volle fare la confessione generale, come il sudetto P. Mossi mi disse; e due volte si communicò, la prima per sua particolar divozione subito posto in letto, cioè dopo giorni trè di decubito, facendone di ciò premurosa istanza, e la seconda per viatico tre giorni prima della sua morte. E nell' istesso giorno le fù somministrata l'estrema unzione, richiesta con gran- C dissima istanza dal medesimo Padre. E detti sacramenti esso Padre li ricevè con grandissima divozione. *Neque obnubilatus est animus eius serenus atque hilaris,* facendomi *seraphici Francisci Assisiatis instar* cantare le laudi spirituali che stavano stampate in un libretto intitolato " Laudi spirituali ". E nel fine d'ogni strofa, con tutto che aggravato dal male, accompagnava gl'ultimi due versetti che finivano colle parole: " Giesù mio, dolce amore, io per te moro. " In oltre voleva che di quando in quando le venissero suggeriti due versetti del libretto detto " lo Svegliarino " (5), ed in particolare dove si tratta di Paradiso, dicendo: " Paradiso, oh paradiso, oh bella patria " (6).

placidam Deo animam efflavit.

26. *Ita alacri animo ad extremos agones se accinxit, quos creberrimo comitialis morbi impetu agitatus et loquendi facultate privatus duodeviginti horas sustinuit* (7). Quattr'ore però prima di D morire le ritornò la favella, sentendosi ben proferire i santissimi nomi di " Gesù et Maria speranza mia ", che continuamente replicò per infino all' ultimo respiro, alzando continuamente gl'occhi al cielo, e verso la Madonna santissima del Refugio (8). *Ita cecidit* bonus miles Christi *qui* non aveva altro desiderio che di morire avanti della sudetta santissima imagine, e parve anche grazia speciale che morisse nelle missioni... E morì con tutta rassegnazione e di buona voglia (9). *Obiit nimirum sicut vixerat, auream sententiam observando, quam in ultimis ad fratrem Xaverium litteris pro testamento legaverat:* Di tutte le cose che accadano prenderne il buono, e lasciare andare il cattivo, procurando di non affanarsi con timori e pusillanimità; ma vivere con un cuor grande e libero da ogni angustia. E per ottener ciò, oltre al chiedere aiuto al Signore, procurarsi di non fissarsi in pensieri malinconici, di non discorrere senza necessità delle miserie che sogliono accadere, e di non pensare a tutti i mali possibili ad accadere, ma a quelli che han di bisogno di presente riparo (10). E *Statim atque extremum effudit halitum, hospes eius, D. Livius de Carolis, defuncti vultum quattuor egregiis pictoribus exprimendum curavit* (11). *Probabile autem est inde fuisse asportatam effigiem, quae in Tusculana ecclesia* del Gesù *adhuc conspicitur.*

§ V. Pompa funebris; sacrarum exuviarum fata; prodigiorum ac sanctitatis eius praematura fama; praecipui biographi.

Splendido funere honoratae

27. *Porro magnificae pro loci mediocritate celebratae sunt exsequiae, toto eas stipante pago Pophiensi contiguisque oppidanis ad easdem cohonestandas certatim concurrentibus. Cor eius, cristallino vase inclusum, dono accepit insignis ille benefactor D. Livius; reliquum autem cadaver, balsamis inunctum ac duabus reconditum ligneis arcis, funebri pompa extulerunt non ad parochiale templum, sed ad ecclesiam Sancti Petri Reformatorum* F *strictioris observantiae S. Francisci, quos vocant* del Buon Ritiro, *extra oppidi moenia sitam, ut in gentilicio DD. de Carolis sepulcro ibi tumularetur. Septem autem post mensibus, die 18 aut 20 iunii 1718, praefatus D. Livius de Carolis cordi habuit recognitum corpus honorificentius in arcam plumbeam concludere et suo loco reponere* (12). *Quo non solum Pophienses incolae, sed et vicinorum pagorum populi ad vota et obsequia sacris exuviis persolvenda divertere non cessarunt, donec, grassantibus gallicae cisalpinaeque reipublicae tumultibus oportuit pretiosum depositum in tutiores latebras clam recondere. Qualia vero ulteriora fata subierit nobis impervium fuit explorare. Ast denique tandem in manus Postulatoris generalis causarum S. I. venit arcula e metallo facta, quae,*

sacrae eius exuviae diu latuerunt,

(1) Fol. 359. — (2) Minutam eius descriptionem vid. in *Della prodigiosa immagine di Maria Santissima venerata nella chiesa del Gesù in Frascati sotto il titolo Refugium peccatorum, detta ancora del P. Baldinucci, brevi notizie raccolte dal canonico D. Luigi* CECI *nell' anno 1867 ed ora di nuovo pubblicate nel secondo centenario del pubblico culto reso alla medesima dai cittadini di Frascati* (Frascati, 1909), pp. 12-15. — (3) Ita testis qui adfuit. *Summarium de virtutibus*, p. 518. — (4) In Processu informativo Setino, ms., f. 2132. — (5) Cf. supra, p. 729, nota 3. — (6) *Summarium de virtutibus*, p. 535. — (7) Ibid., p. 521. — (8) Ibid., p. 536. — (9) Ibid. — (10) L. ROSA, l. c., p. 218. — (11) *Summarium de virtutibus*, p. 521. — (12) Ibid., p. 523.

gravissimis

A *gravissimis asserentibus vadibus, Antonii Baldinucci cineres ossiumque fragmenta continebat. Hic vero loculus, ab auctoritate ecclesiastica Florentina die 3 novembris 1905 recognitus, in ecclesiam Patrum Societatis Iesu D. Mariae Virgini de Bono Consilio sacram translatus est ibidemque sub maiori altari prope caput statuae beati nostri expositus. Et haec de eius reliquiis dicta sufficiant.*

Expenduntur duo mira ipsi attributa.

28. *Continuo autem post mortem fama ipsius prodigiorum ac praedictionum longe lateque diffusa est. Nobis quidem non expedit illa ad historicum examen revocare, cum quae ex hoc fonte ad sanctitatem insignis servi Dei iuridice stabiliendam emanabant, a summae auctoritatis tribunali rite absoluta sint. Venia tamen sit, si duo, notissima quidem et ab ipso vivo mire exacta, attentius enucleamus. Fertur scilicet et matris suae mortem, subito ex suggestu, dum spiritum exhalabat, auditoribus revelasse* (1), *et alias effecisse vere novo ut, eo ipso momento quo immensum damnatorum numerum describeret, patula ulmus sub qua contionabatur omnibus foliis repente nudaretur* (2). *Iam*
B *vero portentum foliorum ex arbore excussorum alto premit silentio ipse beatus, quamquam et missionem quam in viculo Giulano prope Veliternum mense aprili 1706 exsequebatur, et contionem sub qua id evenisse dicitur, minute, uti solet, enarrat. Haec de contione:* Alli 12 detto, [*aprilis 1706, feria II*], detta all'alba la messa, dopo un brevissimo discorso, tirò dietro a se in divota ordinanza tutto il popolo mezzo miglio distante alla chiesa della Madonna della Consolatione; e fatta fuori di essa la predica della divina misericordia, escitò tutti a servirsene in tempo per non tirarsi a dosso i rigori della divina giustitia. Onde tornato alla chiesa parrochiale, dopo un breve sentimento, affollossi il popolo a confessionali (3). *Duo autem sacerdotes, qui decursu Processus beatificationis ad asserendum prodigium accersiti sunt, non suummet sed alius testimonium adducunt atque eventum in mensem maium alius anni reportant. " Neque animadvertit, ait testis posterior,* mulier che mi raccontò il fatto, se tirasse vento ". *Cumque dixisset* il Padre Baldinucci " Basta ", non sa però chi fu presente se dicesse " Basta " o per quietare lo
C spavento del popolo, o all'albore acciò non mandasse più foglie (4). *Quae cum ita sint, illud dumtaxat constare videtur patulae arboris in platea erectae folia ex improviso decidisse, et oratorem, hanc occasionem nactum, eo momento exclamasse : " Ecce quot animae in infernum detruduntur. " Neque veri similius est ei caelitus innotuisse matris obitum, quando " circa sei mesi prima della sua morte " coram adstantium corona in haec verba erupit :* " Recitiamo un Pater ed Ave, perchè in questo momento la mia madre è andata in paradiso ". *Nam mater eius nequaquam anno 1717, sed anno 1710 e vivis cessit. Cuius mortem ipse declarat se accepisse ex litteris fratris Isidori, quibus ita respondet die 23 aprilis 1710 :* Sento la nuova che mi da della nostra Signora madre, e mi conformo in tutto alla volontà del Signore : spero che in cielo si ricorderà di noi. *Adicitque se efflagitandis Praepositi Generalis supplicationibus hactenus supersedisse,* non sapendo ancora la certezza della morte (5). AUCTORE F. V. O.

Eius sanctitatem statim post mortem Luc. 24, 19.

29. *Sed haec mira et alia, qualiacumque sint, illius sanctitatem nec minuunt nec augent. Vir enim* potens in opere et sermone *plus quam triginta mediae Italiae dioeceses* (6), *profusis viribus atque vita, summo incolarum bono perlustravit. Talis ac tantus ab omnibus celebratur qui eum probe noverunt ac quorum testimonia bene multa et copiosa sedulo inquisita sunt. Eaque fama inter domestica Societatis Iesu claustra, ubi sua quisque virtute et operibus ponderatur, adeo invaluerat ut, vix post eius mortem elapso mense, Patri Francisco Mariae Galluzzi iniuncta sit opera scribendae illius vitae, prout ipse id refert in litteris die 23 decembris 1717 ad Franciscum Xaverium Baldinucci, defuncti missionarii fratrem, datis :* Quanto a me, le assicuro che lo venero tra i beati del paradiso, e E mi raccomando alla sua intercessione come a quella di ogni altro santo. Le particolarità delle sue virtù e della sua morte spero di potergliele far vedere, quando ne abbia scritta la Vita, come ne ho l'incombenza dal medesimo Padre Generale; e se ad essa V. S. potrà contribuire qualche notitia appartenente alla vita secolare del P. Antonio, oltre il foglio trasmessomi dal P. Sottomayor (7), mi sarà gratissima (8).

enarravit Fr. Galluzzi,

biographus aequalis et oculatus,

Luc 7, 22. *ragioni,* rispose: *prima, perchè in Frascati* pauperes evangelizantur; *poi, perchè quivi in tanti anni non hò mai avuto la gratitudine, non dirò di un regalo, ma neppure di un " ti ringrazio „ ; però,* conchiuse, *è un bel faticare in Frascati.*

Portava egli poi la pace non solo nelle case, ma nelle città, dove entrava e ne curava gl' infermi anche nel corpo, ma molto più nell' anima, mondandogli dalla lebra del peccato, e risuscitandoli alla grazia di Dio nel confessio-
Act. 4, 33; Matth. 7, 29. nario e dal pulpito, dove predicava *magna virtute, sicut potestatem habens,* come quello che non solo faceva insieme ed insegnava, non essendo credibile quanto gli ammirabili esempi d'una penitenza, ed astinenza, e carità tanto straordinaria, quanto era la sua, aggiungessero di forza alle prediche, ed ad ogni altro esercizio delle apostoliche sue missioni. Per il buon ordine delle quali mi disse egli che deputava subito i principali dellà città, e fra questi alcuno se ve n' era de' più scandalosi per così avere occasione di trattare con lui, e guadagnare prima l'affetto, e poi l'anima. Indi dava principio agli esercizi suoi apostolici, e ne voleva bensì continua la serie, dicendo che l'interromperla anche per poco era come levare un' anello di mezzo alla catena, però senza impegno, ma secondo che vedeva più o meno disposto il popolo dall' esercizio ante- E cedente, determinava la qualità del susseguente per continuare l'edifizio dove trovava lasciate le morse, e non fabricare il colosso di Nabucco, il quale cadde non per l'oro, nè per l'argento, nè per il bronzo, ma per il ferro, che non legava con la creta, e sapeva sì bene intrecciare le funzioni, ed aiutarle ancora con la comparsa esterna di oggetti proporzionati, e muovere gli animi, e portarle in fine con tanta leggiadria, decoro, e misura, che non che attediare con la lunghezza, con la varietà dilettavano. Ma il frutto affinchè fosse ampio e durevole, e non finisse in pochi giorni insieme con le funzioni, quattro principalmente erano, secondo che mi disse, le industrie del provido suo zelo: l'uno d'istituire, dove non erano, le congregazioni ed altre simili opere pie perpetue, lasciandole proviste d'ottime regole da lui perciò stampate in un libretto; l'altra d'introdurre o promuovere, dove parimente non erano, le arti, per tenere onestamente occupato il popolo, che ozioso fomenterebbe mille vizi. Così prima in Frascati, e poi qui in Sezze introdusse l'arte della lana, facendogliela mandare da Roma per mezzo del Signor Leonardo Libri, e suggeriva egli stesso alla povera gente le maniere più proprie, ed insieme più lecite d'avantaggiarsi con tale perizia dei loro mestieri, che con i villani pareva nato nella campagna, e con gli artegiani allevato nelle botteghe. La terza, di bene istruire ed assuefare alla pietà l'età tenera, che è docile, e non peranche preoccupata dal vizio. E l'ho sentito più volte dire che assai più fruttuosa di tutte le prediche d'un' intera quaresima stimava egli le altrettante istruzioni, che nell' istesso F tempo soleva fare ai fanciulli, perchè, diceva, ***ho esperienza che se fanno male le prime confessioni e communioni, raro è poi che ne faciano mai più una bene.*** La quarta, di migliorare quanto era possibile gli ecclesiastici, dicendo ***che il buon paroco fa buona tutta la parochia ed il buon clero tutta la città.*** Però mi aggiunse che, oltre agli esercizi della missione, a cui li voleva tutti insieme sempre presenti, per averli poi soli a tre particolari istruzioni, soleva licenziare gli altri, con dire ch' egli voleva rimanersi con i sacerdoti e ministri di Dio a piangere e pregare per il popolo, e lo faceva; mai poi prendeva a spiegare loro prima la dignità, indi le obbligazioni, ed in fine i mancamenti propri di quello stato con tanto zelo, che tutti ne uscivano compunti, e molti anche piangendo. Ma per poterlo fare insieme con tutta libertà, teneva fra tanto guardie alla porta, acciò niuno de' secolari si accostasse a sentire.

E veramente finissime erano le industrie della sua gran circospezione in questa ed in ogni altro accorrenza. Io riseppi da lui medesimo che per ovviare ad un gran disordine di un monastero, la sua cautela l'obbligò a portarsi in un giorno a tutti i monasteri d'una città, e parlare a tutte le monache ad una ad una, affine di non scuoprire neppure il monastero, non che la monaca, per cui andava.

Num. 13 — [1] Pag. 291 S. — [2] d'un' altro S. — [3] trovarne l'accusato stesso S. — [4] (Raccontando - male) *om.* S., ***sed alia p. 291-93 promit:*** Infatti sebbene in tante migliaia di volte che predicò quasi sempre a

14.

ac discretionis leges in omnibus observare.

14. Era [1] egli amantissimo dell' ordine, e costantissimo in osservarlo; dicendo, che lo spostare una sola funzione era un guastarle tutte. Per due volte in Sezze, ed altre altrove, anticipò un' ora in circa la processione con maraviglia di tutti, che non intesero il perchè, se non quando, rientrato in chiesa colla Madonna, immediatamente sentirono (ed in Sezze lo sentii ancor io) venir giù una gran pioggia. Ed era opinione molto comune, che in questi ed altri accidenti innumerabili, e massime nello scuoprimento delle coscienze, egli avesse un lume profetico [1].

Ond' è che al dono del consiglio in lui si unì quello d' una gran [2] discrezione: con la quale mi pareva che [3] distinguesse le cose vere dalle false, le certe dalle dubbiose, le utili dalle inutili, le necessarie dalle superflue, le opportune dalle intempestive, le obbligatorie dalle [4] supererogatorie, le buone dalle male o indifferenti: e tra queste quelle, che erano più o meno buone, e al tempo, al luogo, alla persona, alla cosa più o meno convenienti. E sapea determinare non solo che, ma da chi, e dove, e quando, ed in che modo, B e per qual motivo [5], e quanto, e sin a quanto ciascuna cosa dovesse farsi.

Ita quemque emendabat secundum ipsius indolem

15. Quindi non misurava egli da sè gli altri nè questi l'uno dall' altro, ma risguardava primieramente alla condizione di ciascuno. E se bene non fu mai accettator di persone, nè usò parzialità con veruno; pure trattava i nobili con più rispetto, et la gente bassa con più amorevolezza; e tanto che, laddove con quelli era rispettoso in maniera che più presto mostrava di prendersi, che di ricever soggezione, e con bel modo sì, ma liberamente li ammoniva; a questi per l' opposto volontieri consentiva anco l'ardire d'importunarlo, di comandargli, di sgridarlo [1].

Osservava [2] il naturale, la complessione e le inclinazioni d'ognuno: primo per distinguere ne' ben inclinati ciò che era natura da ciò che era virtù: e s' accorgeva benissimo, se uno ricusava un impiego per isfuggire più l' incomodo, che l'onore; o s' asteneva dal conversare più per fomentare la sua malinconia, che per scansare gl' incontri: e so, che per non lasciar solo qualche penitente suo ipocondriaco, ordinava ad altri, C che l'andassero a trattenere. Poi per alzare in ciascuno quell' edifizio di virtù, di cui trovasse gettati i fondamenti dalla natura, e adattare alla cura de' vizii quei rimedii che dallo stomaco dell' infermo venisser più abracciati, o meno rigettati; insegnando a santificare le passioni con migliorarne l'oggetto [3]: e così gli riusciva far d'un colerico un zelante, d'un flemmatico un paziente, d'un ardito un forte, d'un timoroso un cauto, d'un pusillanime un umile, d'un amante terreno un celeste. Se non che per tener il mezzo nella virtù, consigliava a propendere, almen da principio, verso l'estremo. E mi ricordo, che udendo [4] una volta disapprovare, quasi troppa [5], e però poco durevole la modestia, l'ubbidienza, l'umiltà, le osservanze [6], che la [7] Compagnia richiede ne' suoi novizi: " Ma se sì presto ", disse, " talora " abbiamo alcuno de' nostri giovani di modestis- " simo immodesto; a quest' ora di solamente " modesto non l'avremmo [8] immodestissimo? " La natura tira sempre all estremo [9] contrario " d'una somma virtù; poco viaggio le resta per " passare da una virtù mediocre al vizio. E guai " alla Compagnia, se mai mutasse maniera " d'allevare la sua gioventù! " E

AUCTORE ANDREA BUDRIOLI

et corporis animique vires.

16. Considerava le forze corporali d'ognuno. Quindi osservai che sebbene procurava, che le penitenze da imporsi, o da concedersi, fosser salubri, e adoperava più volentieri, dirò così, la sega per troncar la radice, che la falce per recidere i rami del vizio; solea però misurarle dalla quantità delle forze più tosto, che delle colpe, per non uccidere indiscretamente insieme co' vizii della carne, la carne medesima, o almeno indebolirla in modo, che s' impedisse al penitente l'uso dell' orazione, o [1] l'esercizio dell' uffizio suo.

Ma molto più mirava [2] alle forze dello spirito: e siccome ne' principianti distingueva [3] la sovrabbondanza della grazia, che allora li fa parere impeccabili, dalla debolezza della virtù, che poi non regge a' cimenti, non approvava in essi per allora l'ardir dell' incontro: così quando già eran provetti, ne disapprovava [4] la viltà della fuga. E di questi, e molto più di quelli, che di proposito attendevano alla perfezione, non lasciava di far le debite prove; non però quando li vedeva o desolati, o alterati, temendo che allora la prova degenerasse in tentazione. F

braccio, e spesso all' improviso, scendendo ancora molto al particolare nel riprendere i vizi, e pigliando continuamente occasione d'ammonire il popolo dai castighi di Dio, che nella città succedevano, è fama costante che non gli uscì mai di bocca parola o risentita, o meno rispettosa, o poco cauta, di cui potesse alcuno ragionevolmente offendersi, o querelarsi; ed io ne posso essere buon testimonio per quelle non poche volte, che m'incontrai a sentirlo. Pure nella missione di Rieti mi confessò egli che non gli mancarono calunniatori, i quali con sinistre interpretazioni si sforzarono di storcere le sue parole a sensi alienissimi del suono loro, non che dalla mente di lui. Indarno però, perchè la città tutta prese a difendere la di lui innocenza. Parimente quantunque egli fosse così lontano da ogni sorte d'interesse, che discorrendomi un giorno della sua Madonna: *Ella*, disse, *di Viterbo, dove fu dipinta, uscì per così dire contadina, ornata di carte e nastri. Poi a poco a poco s'incivilì da gentildonna; ma ora ch' ella si vede due mila e più scudi d'ornamenti attorno, la fa da principessa ed in breve* (*se a Dio piacerà ch' ella s'incoroni*) *la farà ancora da regina. Ma le sue entrate consistono in voti, non in denaro, perchè non voglio*, aggiunse, *che il popolo rozzo vada fantasticando, che io la porti d'intorno per altro, che per convertire peccatori, de' quali ella è il rifugio. Però se avviene che alcuno poco informato le porti denari, io subito avviso dal pulpito, che chi gli ha portati vada a ripigliarseli.* Pur nondimeno nella missione dell' Amatrice un criminalista di perduta coscienza, vedendo depositarsi avanti la Madonna insieme con altri voti tante armi proibite, e con ciò mancare il suo guadagno, che tutto era in far processi di risse ed omicidi, rappresentò in un memoriale al presidente dell' Aquila, qualmente era capitato colà, diceva egli, un negromante in abito di sacerdote a sovvertire il popolo, ed a fare quadrini ed armi per il re Filippo contro il re Carlo, e tacque il nome del negromante (per l'apostoliche sue fatiche pur troppo noto e venerato nell' Aquila) per non rivelare l'impostura. Spedì dunque il presidente una squadra di dieci soldati per farlo prigione, ma fu providenza di Dio che avendo egli portate altrove le missioni più non lo trovarono in regno; altrimente osando mettere le mani addosso al sant' uomo, il popolo senza dubbio faceva in pezzi tutti coloro, e troppi processi ne avrebbe avuto a far poi quel criminalista, il quale però poco dopo per altri suoi misfatti diè nelle mani della giustizia.

Num. 14. — [1] (Era - profetico) *om.* S. — [2] (ond'è - gran) non inferiore a questa sua gran circospezione e cautela fu quella S. — [3] egli *add.* S. — [4] da quelle di S. — [5] cagione S.

Num. 15. — [1] siccome io osservai continuamente *add.* S. — [2] risguardava S. — [3] (insegnando - l'oggetto) *om.* S. — [4] vedendo S. — [5] troppo S. — [6] (l. o.) la osservanza S. — [7] nostra *add.* S. — [8] l'averemo noi S. — [9] connaturale del vizio, però se noi non la tiriamo verso l'estremo *add.* S.

Num. 16. — [1] e S. — [2] per quanto mi accorsi *add.* S. — [3] distinguendo S. — [4] il timore e *add.* S.

17.

AUCTORE ANDREA BUDRIOLI

Ad peccatoribus succurrendum promptissimus,

17. Ma co' peccatori d' ogni sorta, massime co' recidivi, invecchiati [1], ostinati, e però sfiniti affatto di forze, chi può ridir le maraviglie dell' amorevole sua discretezza? Primieramente in accoglierli egli era uomo veramente di tutte le ore; e voleva che tutti fosser persuasi, che in qualunque tempo venissero, non solamente non l' incomoderebbero mai, ma gli farebbero cosa gratissima. E in Frascati, dove abitava verso la piazza, io [2] sentivo che ognun da sè lo chiamava. Ed egli anco di mezza notte, in un momento affacciatosi: " Eccomi ", rispondeva dalla finestra, ed in un altro [3] già era alla porta. Ma negli altri collegi: " Sentite ", dicea subito al portinaro, " chiunque a qualunque ora di giorno, o di notte " mi dimandi, chiamatemi subito; nè vi pigliate " mai l' arbitrio di rispondere, che non è tempo " allora, o che sono occupato, o che riposo, però " che torni tra poco. E se la divina ispirazione, che " allora gli tocca il cuore, non torna più? Ah! " fratello, noi andiamo in cerca delle anime, e " quando esse vengono in cerca di noi, voi le
B " volete trattenere o anco licenziarle? [4] " E perchè in Sezze [5] un uomo venuto assai di lontano per confessarsi [6], non avendo la pazienza d' aspettare il fine d' una funzione, che allora farsi doveva, con guardo dispettoso voltò le spalle e se n' andò, il buon padre dopo [7] la funzione: " Dov' " è quell' uomo ", disse, " dov' è? " E sebbene quella mattina si trovava più che mai affollato in confessionario, pure [8] più e più volte ne uscì in cerca; e non sapea darsi pace di non trovarlo, come egli stesso mi raccontò.

alacrem, benignum, lenem se exhibebat:

18. Vedendosi poi a' piedi il peccatore, è difficile a imaginarsi [1], non che a spiegare, quanto, non [2] dirò senza fretta, o noia, o avversione (chè i mali del prossimo non lo movevano mai che [3] a compassione), ma con festa, e con giubilo si faceva ad udirlo, ancorchè venisse dopo cento altri confessati già, e portasse più materia egli solo, che gli altri insieme. Con quanta pazienza si portava, o con gli scrupolosi, lasciandoli dire, finchè si dichiarassero soddisfatti, o co' piccoli e rozzi, ammaestrandoli di proposito nelle cose della fede, o con gli introdotti, dando loro volta per volta fino i punti da meditare, e con tutti, sop-
C portando benignamente i loro difetti o naturali, o morali. Con quanta moderazione ed avvertenza non [4] era nè ritroso, nè avanzato nel primo scuoprire agl' infermi le loro piaghe; ma, laddove a' peccatori arditi empiva il volto d' una salutar confusione, essagerando loro i proprii eccessi, per contrario de' vergognosi preveniva il rossore destramente interrogandoli, e in un certo modo indovinandone le colpe, con dissimularne per allora la gravezza: nè precipitoso, nè lento nel porvi la mano, ma pazientissimo in aspettare, ed attentissimo in pigliare il contratempo per dare il taglio alla piaga, quando la vedeva matura: perdonando talora alle ferite minori, benchè molte, per volgere tutta la cura a quell' una, che era mortale: nè rigoroso, nè largo, ma discreto D
nel prescrivere i remedii, e nel resto della condotta; volendo bensì che i suoi penitenti non fosser di quelli, che unicamente solleciti dell' esterior compostezza, e dell' osservanza scrupolosa di certe rubriche e regole, che essi da sè si prefiggono, di tante corone, visite di chiese, discipline, digiuni, poco frattanto attendono a mortificar le lor voglie e giudizii, a sradicar dal cuore i mali abiti, e piantarvi le virtù sode; nè, come altri, che riponendo tutta la perfezione nell' interna coltura dell' animo, sdegnano perciò, come inutile, l'esterna [6] della modestia, ritiratezza, orazioni vocali, umiliazioni, penitenze corporali; in queste però [7] si contentassero di quella mediocrità, che egli con sè non praticava: nè invaghiti del puro amor di Dio, trascurassero di assodarne l' amor col timore, e di quando in quando intermettessero opportunamente l'esercizio della virtù per poi ripigliarlo con più vigore; e sopra tutto, ciò che in questo e in altro mancasse loro di prudenza, lo supplissero coll' obbedienza al direttore. Con quanto studio finalmente E
si sforzava disporre tutti (massime i moribondi, per assistere a' quali aveva un talento singolare) a penitenza, adoperando ora l' amore, ora il terrore, ora le esortazioni, or le preghiere, or le minacce: con aggiungere alle parole i gemiti, i sospiri, le lacrime, e fino il sangue: gridando con la disciplina alla mano: " I " miei peccati sì, i miei peccati, più che i tuoi, ti " tengono ostinato. Ma ne farò ben io le ven- " dette. " E in così dire aspramente battevasi. Che se neppur così gli riusciva guadagnar quell' anima, allora egli sorpreso da certi come deliquii di zelo, sfinito e abbandonato inconsolabilmente languiva. E se pur taluno provavasi [8] a consolarlo con dirgli: " V. R. ha fatto la sua parte: " *Curavimus Babylonem et non est sanata.* Tal sia Ier. 51, 9.
" di lei. " — " Appunto ", rispondeva egli gemendo più che parlando, " come se io cercassi la mia " discolpa, e non piuttosto l'altrui salvezza. "

at obstinatis absolutionem fortiter denegabat.

19. Ma questa sì gran tenerezza in sanar l' altrui male tanto era lungi dall' indebolir punto la fortezza del suo zelo, che anzi l' avvalorava, stimolandolo a tentar ogni strada per ripararvi. Ma quando tutte le vedeva chiuse, s'addolorava F
bensì in estremo; non mai però si ammolliva in modo, che all' occasione non differisse, o anche negasse al peccatore indisposto ed ostinato l'assoluzione. E allora siccome per la somma ripugnanza, che aveva, di rimandare alcuno sconsolato da sè, permetteva a questo fulmine più d'un lampo, procurando con chiare ragioni [1] fare intendere al peccatore, che non era egli che non volesse assolverlo, ma esso che non voleva essere assoluto. Quando però incontrasse durezza grande e sordità, l' accompagnava [2] del tuono delle minacce, predicendogli vicina la divina vendetta; come pur troppo più e più volte, secondo [3] egli stesso mi raccontava [4], si avverò [5].

Num. 17. — [1] e *add.* S. — [2] bene spesso *add.* S. — [3] momento *add.* S. — [4] così egli disse al portinaio quì in Sezze *add.* S. — [5] (i. S.) *om.* S. — [6] una mattina *add.* S. — [7] finita S. — [8] nondimeno *add.* S.

Num. 18. — [1] imaginare S. — [2] *om.* S. — [3] se non S. — [4] *om.* S. — [5] sdegnato S. — [6] l'esterno S. — [7] voleva che *add.* S. — [8] come ancor io mi provai *add.* S.

Num. 19. — [1] di *add.* S. — [2] com' egli mi accennò *add.* S. — [3] che *add.* S. — [4] aggiungeva S. — [5] *Add. hic in* S. *longiusculus locus p. 294-95:* Ma se in ogni altra cosa fù il suo zelo sì moderato, e discreto, in una sola parve che oltrapassasse non poco i limiti del convenevole, cioè nel troppo operare a pro degli altri con pericolo, come tal' ora accadde, di trascurare fratanto se stesso, e per la difficoltà di far molto, e bene giovar poco ancora agli altri. Ma questo appunto fù il più bel campo della prudente sua discrezione. Imperocchè è vero che l'ardor del suo zelo gli manteneva sempre accesa nel cuore una brama tanto insaziabile di vedere glorificato in ogni cosa Iddio, e salvi tutti gli uomini, che sebbene faceva egli solo quanto e più che tutti insieme i Padri d'un collegio, pur gli pareva di non far nulla, e si doleva di non

20.

Tandem vir humillimus

20. Ecco il quarto bel pregio della sua virtù [1]. A [2] tante e sì rare doti di natura e di grazia univa il padre un'umiltà profondissima; la quale [3] cancellandogli nella mente ogni memoria della sua nobiltà e [4] de' suoi talenti, facea che si riputasse l' infimo di casa, il servitore di tutti, l' uomo da niente, togliendogli affatto di vista le sue virtù, e massimamente il gran bene, che operava nel prossimo, era cagione che si tenesse e trattasse da ingrato a Dio, da infedele, da scellerato in modo, che in Frascati, " ogni qual volta ", mi disse. " esco in missione, io tremo da capo a piedi " per la paura che i miei peccati non ne impediscano tutto il bene. " E ultimamente [5] in Sezze: " O Dio ", esclamò, " sono venti anni, che " vo in missione, e m' affatico, e stento a più non " posso. E pure ancora io non so s' io m' abbia " salvata un' anima! " Finalmente nascondendo lui a lui medesimo, gli lasciava d' innanzi agli occhi Iddio solo, a cui egli, come appunto non fosse al mondo, riferisse ogni cosa, e da cui ogni cosa aspettasse, raccomandandosi a lui del continuo, come un povero d' ogni bene, un impotente, un nulla.

B

Quindi, non che dolersi mai delle disgrazie, nè pur se ne maravigliava; ma tutte le attribuiva subito a' suoi peccati. Nè dopo il buon successo de' suoi affari vanamente si rallegrava, o n' era innanzi smoderatamente sollecito e timoroso.

etiam in consiliis dandis

21. Nemicissimo di comparire, io notai che fuggì sempre di farsi esempio e guida agli altri. E, siccome per il basso e niun concetto [1] di sè non si sarebbe mai indotto a dar consigli o ricordi a veruno, se la carità, che comanda all' umiltà e l'impiego apostolico che esercitava, non ve l'avesse obbligato: così punto non s'offendeva poi se il suo parere non fosse seguitato, o fosse posposto a quello d'altri [2]. Anzi spesso e volentieri egli si consigliava con persone ancora di minor senno e sapere; e udiva non solo le ammonizioni, ma anche le correzioni e riprensioni altrui e [3] molto pazientemente ed in silenzio; o se alcuna cosa diceva, non era per sua discolpa, ma per difesa della causa di Dio, o de' prossimi.

AUCTORE ANDREA BUDRIOLI

propriam laudem abhorrebat.

22. Dell' onore e della lode si offendeva, come d'una manifesta ingiustizia; e quanto volentieri lodava e vedeva gli altri nostri missionari applauditi e venerati, altrettanto era guardingo e rattenuto di non dire, o udir parola che ridondar potesse in sua lode. All' incontro non si saziava mai di biasimare ed avvilir sè medesimo ed ogni cosa sua; e quando era deriso e vilipeso, io più d'una volta m' accorsi che ne gioiva e facea festa appunto come gli Apostoli, quando *ibant gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Di modo che io, e chiunque volea dargli gusto, bisognava che mostrasse di non aver di lui, nè delle cose sue veruna stima: altrimenti non ne dissimulava il disgusto. Solo osservai che, quando era con persone capaci e d'accorgimento, allora egli più accorto di loro, sebben sentiva internamente disgusto alla lode e gusto a' dispregi, non però lo mostrava al di fuori, per non palesare la sua umiltà; ma disinvolto mandava la cosa in burla con qualche motto grazioso. Così al [1] P. Franc. M. Guelfi, che l'esortava a guarirmi, se bisognava, anche con un miracolo: " E un pezzo ", disse, " che non ne fo [2] più ". E a me e ad altri [3] in Sezze, che si maravigliavano [4], come con tante fatiche e sì poca cura di sè non si ammalasse; passando in fretta in fretta: " Eh! non ho tempo io ", rispose, " di star male " [5].

Act. 5, 41.

E

Il suo volto poi, il guardo, il parlare, il gesto, il vestito, e il portamento tutto della persona da ogni parte spirava umiltà, e pareva, qual' era appunto, un uomo che stesse sempre riconcentrato nel suo nulla, e dicesse: " Disprezzami. " E ben l'ottenne talora da chi non lo conosceva [6].

poter far egli solo ogni cosa per sodisfare alle richieste ed ai bisogni di tutti. *Però quantunque,* dissemi un giorno, *i quattro mesi delle mie missioni ormai si raddoppiano ad otto, pure io non sò mai d'onde m'incominciare le missioni, dove finirle: tante me ne restano ogni anno, e tante se ne offeriscono di nuovo. Che sì che io muojo alla fine vergognosamente fallito.* Ma rispondendo io parermi, che non solo nella Compagnia, ma pur anche nei collegi nostri egli operasse troppo, e che o le opere da lui introdotte, o almeno gli operari, che a lui succedessero, non potrebbero durarla molto: *Questa sarebbe,* disse, *risoluzione da servo pigro seppellire il talento per paura di non moltiplicarlo, o di perderlo. A noi tocca metterlo a traffico, ed insieme pregare il divino padrone, che o il banco non fallisca, o non manchi chi dopo noi proseguisca a trafficarvi. Nè perchè la messe è molta e pochi gli operarj, però devano questi tornarsene a sedere oziosi nel foro, e non anzi andare, come commanda il Signore, a cominciare con gran lena la mietitura, pregando frattanto Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Del resto quante cose, e nella Chiesa, e negli ordini religiosi prima lodevolmente introdotte, dipoi sono scadute, onde sovvente è bisognato che Iddio suscitasse lo spirito dei pontefici, e dei vescovi nei concili, e d'uomini santi nelle religioni a rimitterle? Solo di là eterno è il bene in paradiso, eterno il male nell' inferno. Qua, dove non abbiamo civitatem permanentem, è continua la vicenda del bene, e del male. Or ecco l'inganno. Il demonio vorrebbe del mondo fare un' inferno, e noi vorremmo farne un paradiso. Ma ne l'uno, ne l'altro è da sperarsi. Il male è che il demonio procura che il male sia più del bene, e l'ottiene. Noi procuriamo che il bene sia più del male, e per quanto facciamo, non ci riesce; che sarebbe dunque se invece di far molto, noi ci contentassimo di far poco?* Però era sì grande, e sì continuo lo sforzo suo, che prescindendo anche dalla sua poca sanità, dalle grandi astinenze e penitenze, e dagli altri patimenti suoi, che senza dubbio erano immensi, per quel tanto che operava in una sola missione, o quaresima e talora in una sola giornata, gran meraviglia era, che non morisse di pura fatica.

C

Num. 20. — [1] (Ecco - virtù) *om.* S. — [2] *Incipit p. 432* S. — [3] (la q.) e su questa come fondamento alzò tutto l'edifizio dell' eroiche sue virtù, questa S. — [4] (della - e) *om.* S. — [5] qui S. — [6] si dolesse S.

F

Num. 21. — [1] che aveva *add.* S. — [2] (a q. d.) all' altrui S. — [3] *om.* S.

Num. 22. — [1] nostro *add.* S. — [2] sò S. — [3] qui *add.* S. — [4] (si m.) ci maravigliavamo S. — [5] *Add.* S.: Ma alla gente semplice dava ad intendere ciò che voleva. Andò un giorno a palazzo, e dettogli da non sò chi nell' anticamera, che papa Clemente XI si era serrato dentro per scrivere ai prencipi, egli subito se ne partì. Ed era ancor su le scale, quando Sua Santità, che alla voce l'avea forse riconosciuto suonando il campanello ordinò che il richiamassero. Nel sentirsi correr dietro e chiamare ad alta voce, e da più d'uno, per poco non cadde giù dalle scale, tutto attonito e confuso l'umil servo di Dio. E dopo l'udienza, che non fù breve, nel ritornare a casa, rivolto al fratello che l'accompagnava e a molti, dai quali e in specie dal Padre Egidio Giuli l'ho risaputo io, raccontò questo fatto: " Non vi " stupiste già ", disse, " dell' avvenuto, nè lo staste a raccontare in casa, perchè noi missionarii, quando veniamo " a Roma, sempre abbiamo bisogno d'assoluzione ed " indulgenze. Et il papa, il quale sà che presto siamo di " partenza, ci ammette subbito e volentieri ancora ci " sente discorrere delle missioni. " — [6] *Add.* S.: Racconta il Sig. Marchese Baldinucci, tesoriere della Marca e suo parente, che l'anno mille settecento sedici nel ritorno dalle missioni d'Ascoli, quando andò ad incontrarlo con la muta, fermatosi poi e sceso da carozza: *Và,* disse ad Alessandrino suo figliuolo, *e bacia la mano al Padre tuo zio.* Avviossi il fanciullo per obbedire, ma poi veduto il servo di Dio sì macilente, scalzo, con barba lunga, e veste corta,

AUCTORE ANDREA BUDRIOLI

riputandosi ingannato dal padre, tornò addietro: ***E non è questo***, disse, ***il signor zio***. Con questa eroicità di virtù costa a me di veduta, che visse questo servo di Dio dal marzo del 1716 all'aprile del 1717, nel quale a dì 7 di novembre felicimente morì. E del medesimo parere, cioè fossero così eccellenti ed eroiche le sue virtù, so che furono dei nostri padri Ercole Gavotti, Silvio Ignazio Sciarra, Gentile Bilievi, ed altri suoi superiori, anzi era tutta la nostra provincia romana, che nella congregazione provinciale domandò, ed il padre generale Tamburrini, che con il consiglio dei padri assistenti ordinò che fosse inserito nel nostro menologio il nome di questo ven. padre con un' elogio molto distinto; e impose a me procurare, o almeno assistere a chi procurarebbe la sua canonizzazione. E degli esterni li parochi, vicari, vescovi, che lo conobbero nelle missioni, gli Eminentissimi Signori Cardinali Tanara, Barberini, Annibale Albani, Tolomei e Salerno, dei quali ho vedute le illustri attestazioni, ed anco i Sommi Pontefici Clemente XI. e Benedetto XIII., che avendolo conosciuto quello in Roma, e questo in Frascati ed in Benevento ne parlavano a piena bocca, come uomo veramente apostolico e santo; ne a questa santità ed eroicità sua ho mai sentito contradire da veruno. D

ACTA SANCTORUM

NOVEMBRIS

DIES OCTAVUS

SANCTI QUI VI IDUS NOVEMBRES COLUNTUR

SS. Quattuor Coronati Romae culti.

S. Clarus presbyter Primuliaci in Gallia.

S. Matrona hegumena Constantinopoli.

S. Kebius episcopus in Wallia.

S. Tremorus martyr in Britannia Armorica.

S. Deusdedit papa.

SS. Hiberni Barrfinnus, Columbus, Abdias et Finchannus.

S. Willehadus episcopus Bremensis.

S. Wiomadus episcopus Treverensis.

S. Gervadius confessor in septemtrionali Scotia.

S. Morocus episcopus vel abbas in Scotia.

S. Euphrosyna sanctimonialis Constantinopoli.

S. Godefridus episcopus Ambianensis.

A D

PRAETERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI

S. Alpini *Catalaunensis episcopi translatio ad hunc diem inscripta est in kalendario legendarii Catalaunensis saec. XIV* (1) *atque* missa in translatione S. Alpini *eodem, ut videtur, die in missali quodam saeculi etiam XIV legitur* (2). *Quaenam esset illa translatio, resciscere non potuimus. In multis enim, quos excussimus, libris tum de Catalaunensi ecclesia, tum de S. Alpino editis, nullum aliud translationis festum indicatum repperimus praeter illud quod die 2 maii saltem ab anno 1245 celebrabatur in memoriam reliquiarum saeculo IX Catalaunum translatarum. Cf. Ch.* Rapine, Annales ecclésiastiques du diocèse de Chaalons en Champagne (*Paris, 1636*), *p. 331;* Boitel, Histoire de S. Alpin (*Châlons, 1853*), *p. 125* (3). *De S. Alpino actum est ad d. 7 septembris, t. III,* B *p. 82-91.*

Angelorum synaxis *omnibus Graecorum kalendariis hodie inscripta est, et nunc quidem solius Michaelis mentio fit, ut in kalendario Morcelliano, nunc vero omnium archangelorum vel omnium angelorum seu, ut aiunt, omnium substantiarum incorporearum. Cum de hac sollemnitate iam dixerint Morcellius* (4), *Stiltingus* (5), *Martinovius* (6), *ad synaxarium ecclesiae Constantinopolitanae lectorem amandamas* (7), *idque solum notamus, verbum* σύναξις *nihil aliud primo designasse quam conventum fidelium ad celebrandam S. Michaelis victoriam. Subtilius postea quam verius ad conventum et concordiam angelorum sensus detortus fuisse videtur. — Coptica ecclesia S. Michaelem archangelum die 12 mensis athor concelebrat, qui est novembris octavus. Hoc festum Alexandriae habebatur in aedibus Sancti Michaelis in Caesareo, quod olim idolorum templum fuisse a Cleopatra regina instructum probabiliter, non tamen certo, creditur. Porro dies 12 mensis athor sacer erat cuidam e numinibus quae in templo Saturni colebantur. Haec omnia perpendens vir b. m. Basilius Bolotov more suo doctiori* C *quam temperatiori demonstrare conatus est festum S. Michaelis Alexandriae institutum esse ut festi paganorum sive celebritatem sive memoriam obscuraret* (8). *Quidni etiam ostendit quo tempore id actum esset! Nam parum probabile est festum S. Michaelis, quod Constantinopoli die item 8 novembris agebatur, ex Aegypto post dimidiatum saeculum VI invectum esse.*

Amarantus. *Vid.* Primus.

Austremonii, *qui in tribus Usuardi auctariis hodie memoratur, Acta dedimus 1 novembris.*

Caelestis, *al.* Celesinus. *Vid.* Eusebius.

Cassiodorus. *Vid.* Senator.

Damianus *qui in codice Corbeiensi primus inter Nicomedienses cum Eusebio ceterisque recensetur* (9), *die sequenti in hoc ipso et in aliis plerisque codicibus hieronymianis occurrit.*

Dominicus *Florentinus, gente Castiglioneus, qui S. Francisci ordinem amplexus toto religiosae vitae curriculo navissimam in curandis infirmis operam posuit, sanctissime, prout vixit, in conventu Sancti Onuphrii apud Vastum Aymonis, provinciae Sancti Angeli, animam exhalavit anno 1470, secundum Marcum Ulyssiponensem* (10), *anno 1471, testante Bzovio* (11), *anno vero 1460, si Waddingo, Mariani Florentini pedisequo, assentiri licet* (12). *In ceteris vero, quae de venerando Dei servo enarrant, plane conveniunt. Potissimum vero efferunt et portenta quae eius mortem subsecuta sunt, et ingentem populi ad funus concursum,* E *avidi sacrum ipsius corpus tangendi et omnimodam exhibendi reverentiam. Sed utrum haec pia alacritas perduraverit prorsus tacent; nec quicquam lucis affert Arturus a Monasterio, quamquam beati titulo Dominicum condecorat diemque eius emortualem hodie commemorat.*

Droctoaldus *episcopus Autissiodorensis notus est dumtaxat ex brevissima mentione inter* Gesta pontificum Autissiodorensium ab anonymis diversis consignata temporibus, collectore prorsus ignoto (13), *primum edita a Philippo Labbeo* (14), *ubi haec pauca de illo leguntur :* Droctoaldus episcopus obiit 6 idus novembris. Nihil aliud de eo memorabile reperire potuimus quod praesenti operi inserere quivissemus (15). *Id satis fuisse iudicavit Andreas Saussayus ut eius nomen signaret ad diem 8 novembris in Martyrologio Gallicano. Quem secuti sunt Claudius Castellanus in suo Martyrologio Universali et auctor Martyrologii Parisiensis edito anno 1727 iussu Cardinalis de Noailles. Sed nullum antiqui cultus ecclesiastici Droctoaldo tributi vestigium reperire potuimus* (16).

Egbertum (*al.* Ecgbert, Hechbert, Eambercht), F *archiepiscopum Eboracensem saeculo VIII, in suis martyrologiis benedictinis signarunt Hugo Menardus* (*1626*) *et Gabriel Bucelinus* (*1656*) *ad diem 8 et ad diem 19 novembris. In observationibus autem ad martyrologium suum* (17) *notavit Menardus eum qui annuntiatur ad diem 8 fuisse filium sororis alterius, huiusque in sede Eboracensi successorem, qui et Albertus nuncupatus est; alterum vero, qui colitur die 19, fuisse doctum illum virum quo magistro usus est Alcuinus quique nonnulla sui ingenii monumenta reliquit* (18). *Sed neque illud assertum neque omnino cultus ecclesiasticus Egberti alicuius*

(1) Cod. Parisiensis Bibl. Nat. lat. 802. Cf. *Catal. Lat. Paris.*, t. III, pp. 716 et 576. — (2) In cod. Parisiensi Bibl. Nat. lat. 845, f. 197. Legitur autem post missam de SS. Quattuor Coronatis et ante missam de S. Theodoro. Quo fit ut, cum desit in codice kalendarium, vel ad diem 8 (ita nos cum cod. 802) vel ad diem 9 (ita *Catal. Lat. Paris.*, t. c., p. 717) referri possit. — (3) Affirmat uterque scriptor festum illud anno 1245 esse institutum ; quod nulla ratione probant, videturque falsum. — (4) *Kalendarium ecclesiae Constantinopolitanae,* t. I (Romae, 1788), p. 218. — (5) *Act. SS.*, Sept. t. VIII, p. 6. — (6) *Annus graeco-slavicus*, p. 273. — (7) *Synax. Eccl. CP.*, p. 203. — (8) *Mikhailov den'. Počemu sobor sv. arkhistratiga Mikhaila soveršaetsja 8 nojabrja*, Khristianskoe Čtenie, 1892, II, 593-644. — (9) D'Achery, *Spicilegium*, t. II (Parisiis, 1723), p. 21. — (10) *Chronicas de la orden de los Frayles Menores*, Tercera parte, lib. V, cap. 46. — (11) *Annales ecclesiastici*, ad an. 1474, n. xxxvi. — (12) *Annales Minorum*, ad an. 1460, n. xxv. — (13) Cf. *Hist. litt. de la France*, t. XIV, p. 413-14. — (14) *Bibl. mss.*, t. I, p. 411 sqq. — (15) Ibid., p. 419. — (16) Videsis etiam de isto episcopo *Mémoires concernant l'histoire d'Auxerre et de son ancien diocèse,* par l'abbé Lebeuf, ed. Challe et Quantin, t. I (1848), p. 119. — (17) Una cum ipso martyrologio editis, p. 754. — (18) Cf. *P.L.*, t. LXXXIX, col. 377-454.

Eboracensis

A *Eboracensis episcopi ullo antiquo documento comprobatur sive apud Menardum sive alibi. Nisi quis satis efficax argumentum ad huiusmodi cultum demonstrandum esse censeat quod in tractatu quodam metrico de episcopis Eboracensibus, conscripto, ut videtur, extremo saeculo XIV* (1), *magister ille Alcuini appellatur* Egbertus sanctus (2). *Id autem iure affirmari non posse nuper luculenter ostendit unus nostrum* (3). *Nihilo minus Richardus Stanton, in recenti Menologio suo sanctorum Angliae, Egberti nostri memoriam consignavit ad diem 19 novembris, neglecto illo qui apud Menardum annuntiatur ad diem 8; sed et in Appendice tertia supplementi ad Stantoni opus* (4) *notatum est de illius cultu non satis constare.*

Eusebii, Caelestis (*al.* Celesini), Eustasi, Marii *nomina in hieronymianis collecta sunt sub hac loci designatione :* in Nicomedia. *Eusebio hodiernum diem rite assignari constat ex breviario syriaco; Nicomediensem fuisse ex eo haud improbabiliter colligas quod Nicomedia eius nomini adhaeret quotiens in latinis codicibus occurrit, non hodie tantum sed et heri et nudiustertius; adde* B *Nicomedienses laterculos in syriaco quam plurimos esse. Eusebium episcopum, in Arianis controversiis famosum, hunc nostrum esse, subdubitans opinatus est H. Achelis* (5), *quod nec negare neque affirmare ausim. Marium et Eustasium nullo iure cum Eusebio coniungi iam dictum est* (*supra, p. 322*). *De Caelesti, quisquis ille est, idem dicito.*

Eustasius *iam pridie* (*supra, p. 322*) *et etiam VIII idus novembres* (*p. 128*) *in hieronymianis codicibus recensetur. Nihil de eo praeter nudum nomen reperire contigit.*

Florentius *episcopus Argentoratensis hodie commemoratus est in exemplari Usuardi Hagenoyensi. De eo egimus ad d. 7, supra p. 395-403.*

Franciscus *Ximenes, e Cisneros in Palentina dioecesi oriundus, archiepiscopus Toletanus et S. R. E. cardinalis, liberalibus disciplinis, erudiendae iuventutis et tuendae religionis studio, rei publicae administrandae industria ac constanti arduarum virtutum exercitio praeclarum exstitit ordinis S. Francisci ornamentum. Anno 1517 Arandae in Hispania diem supremum piissime obiit. Non est hic locus vel summis labris tanti viri laudes delibare.* C *Adeo vitae sanctimonia eluxit ut, teste Patre Fortunato Hueber, " in Romana curia ad terminandum beatificationis eius processum propemodum sint solemnitates expeditae "* (6). *Cuius inquisitionis pars in Bibliotheca Nationali Parisiensi asservatur* (7). *Quod si divo numini placuerit causam illam e latebris eruere et ad felicem exitum perducere, gloriabimur et nos insignem et operosam praestantissimi illius atque illibati ingenii vitam digno commentario illustrare.*

Garsendae, *tertiariae O. S. F., quae Aptae in Gallia purissimam animam anno circiter 1320 Deo efflavit, aliquantum notitiae attulit intima cum S. Elzeario de Sabrano eiusque dignissima* D *coniuge Dalfina necessitudo. Nam, uti legitur in processu canonizationis S. Elzearii,* fuit cum domina Laudina, matre ipsius, per X annos, et fuit etiam morata cum ipso, et in servitio et hospitio fuit (8), *ubi* ipsa istum sanctum iuvenem in parte nutrierat (9); *eiusque mentio in Vita venerandi viri pluries recurrit. Cum autem et Elzearius egregium de Garsendae sanctitate testimonium tulerit,* cuius vita sancta, *uti uxorem monebat,* est per virtuosa opera et miracula multis nota, quae, ut scis, semper in sanctis operibus et virtuosis actibus a pueritia nos nutrivit (10), *cumque ipsa post mortem ambobus coniugibus apparuerit,* quos de sua gloria certificavit, *eiusque corpus sepultum sit* in ecclesia Fratrum Minorum de Apta prope tumulum sancti comitis et sanctae comitissae (11), *comparatum est ut posterioris aetatis scriptores franciscani, puta Arturus a Monasterio in suo Martyrologio ad diem 8 novembris, F. Hueber in suo Menologio et Elzear Borely* (12), *piissimam matronam inter beatos sui ordinis recensuerint. Id dum iam animadvertunt maiores nostri, nullum popula-* E *ris venerationis qualiscumque indicium reppererunt* (13). *Neque nobis datum est eorum inopiam supplere.*

Gaufridus, *patria Autissiodorensis, S. Bernardi abbatis Clarevallensis discipulus apprime carus ac per plures annos scriba ab epistulis et peregrinationum socius, egregiam in concinnandis magistri sui actis operam collocavit* (14). *Insignis et ipse Dei servus, idem monasterium per annos 1162-1165 abbas rexit aliisque postea gravissimis laboribus exantlatis e vita sanctissime transacta haud multo post an. 1188 cessit. Hunc Ch. Henriquez* (Menologium Cisterciense) *et eius vestigia premens Bucelinus* (Menologium Benedictinum) *inter beatos hoc die honoratos recensent; sed fuerintne eum vero umquam cultu prosecutae plebs vel gens ecclesiastica, nos prorsus latet.*

Gregorius *tertius abbas Einsidlensis die 8 novembris anni 996 obiit. De cuius rebus gestis supersunt pauca, at ea egregia testimonia, praesertim in epitaphio quod ei successor ipsius Verendus seu Wirunt abbas posuit, in diplomatibus imperatorum, in Annalibus Einsidlensibus, in Vita S. Wolfkangi, c. 10; quibus fabulae aliquae postea* F *admixtae sunt, quas scriptis tradidit saeculo XIV Georgius de Gengenbach in* Originali de cappella gloriose Virginis Marie ad Heremitas, *c. 5. Quae omnia post Mabillonium* (15) *et alios sedulo collegit et enarravit nuper v. cl. R. P. Odilo Ringholz, historiographus Einsidlensis* (16). *Etsi autem Gregorii memoriam summa, ut par erat, reverentia prosecuti sunt Einsidlenses, nullo tamen umquam cultu publico honoratus est vir ille magnus, neque in ullis martyrologiis, kalendariis, missalibus, breviariis, aliis huiusmodi libris, festum eius est inscriptum. In " directorio " autem officii liturgici abbatiae Einsidlensis haec tantum ad*

(1) Jac. RAINE, *The Historians of the Church of York* (inter RERUM BRITANNICARUM MEDII AEVI SCRIPTORES, LXXI), t. II (1886), p. XXVIII. — (2) T. c., p. 445. — (3) H. DELEHAYE, *Sanctus*, in ANAL. BOLL., t. XXVIII, p. 145 sqq. — (4) Ed. an. 1892, p. 738. — (5) *Die Martyrologien* (Berlin, 1900), p. 62. — (6) *Menologium S. Francisci* (Monachii, 1698), p. 2109. — (7) *Anal. Boll.*, t. V, p. 152. — (8) *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 560, num. 191. — (9) Ibid., p. 581, num. 23. — (10) Ibid., p. 591 num. 41. — (11) Ibid., p. 589, num. 55. — (12) *Les miracles de la grâce victorieuse de la nature, en la vie de sainte Dauphine* (Lyon, 1690), p. 44. — (13) *Act. SS.*, t. c., p. 535, num. 42. — (14) *BHL.* 1213-1221, 1227-1230. De Gaufridi vita ac litteraria supellectili, videsis *Hist. litt. de la France*, t. XIV, p. 431-51; G. HÜFFER, *Der hl. Bernard von Clairvaux*, I, p. 27-69 et p. 104-152; E. VACANDARD, *Vie de S. Bernard, abbé de Clairvaux*, t. I, p. XXIII-XXVI, ubi scriptor nervosius digessit quae primum tractaverat in *L'Histoire de S. Bernard. Critique des sources*, REVUE DES QUESTIONS HISTORIQUES, t. XLIII (1888), p. 337-73. — (15) *V(enerabilis) Gregorii abb. Einsidlensis elogium historicum* in ACT. SS. O. S. B., saec. V, p. 841-46. — (16) *Geschichte des fürstlichen Benediktinerstiftes U. L. F. von Einsiedeln*, t. I (Einsiedeln, 1904), pp. 44-53, 655-56.

A *d. 7 novembris iam a multis annis addita est commemoratio, utique non liturgica: " Cras incidit memoria felicis transitus B. Gregorii monachi et III abbatis nostri „.*

Hartwicus *episcopus Salisburgensis in Norico hodie annuntiatur a Ferrario in Catalogo generali, quo die sanctus praesul episcopus est ordinatus. De eo actum est ad diem 14 iunii, t. VI, p. 127-33; cf. p. 130, num. 14 extr.*

Hildulfi *Treverensis, ut dicitur, episcopi translatio in Medianum Monasterium ad hunc diem annuntiatur in psalterio Sancti Symeonis Treverensis saec. IX* (1), *in martyrologio Tullensi saec. XIV in.* (2), *in quibusdam exemplaribus interpolatis Usuardi et in nonnullis martyrologiis recentioribus. De translatione illa, quae medio saeculo X facta est, videsis ad d. 11 iul., t. III, p. 220, num. 66-68; de Hidulfo vero ibid., p. 205-38.*

Hugo, *Sancti Victoris apud Massiliam monachus, carum fertur* (3) *huius civitatis incolis reliquisse circa an. 1152 sui desiderium, quia deperditam S. Andreae apostoli crucem, quae ex Achaia in Galliam delata fuerat, contigit ei ex divina* B *revelatione reperire. Quae crux, nobile Massiliensium securitatis pignus, tempore etiam Saussayi (1638) christianis obsequiis exponebatur " in angulos rectos productos, non obliquos, quemadmodum a pictoribus perperam figuratur, porrecta. „ Procul dubio publicae erga hunc thesaurum pietati conexa prodiit laus venerandi viri qui illum detexit; sed num inde enatus sit cultus qualiscumque popularis vel ecclesiasticus S. Hugonis confessoris, uti eum Saussayus et Bucelinus concelebrant, nullo vestigio exprimitur.*

Iohannis *Duns Scoti, doctoris subtilis nuncupati, qui die 8 novembris 1308 Coloniae Agrippinae 33 annos natus in Domino obdormivisse traditur, non solum eximia doctrina, sed et intemerata vita, fides atque pietas ab universae familiae franciscanae sodalibus ad caelum extolluntur. Quin etiam posterioribus saeculis illum beatum fuisse habitum eiusque sanctitatis atque miraculorum famam toto orbe catholico percrebruisse certatim praedicarunt. Iam vero sedulo notandum est quicquid de actis eius atque sepultura circumfertur, praeter pauca a Bartholomeo Pisano memorata* (4), C *auctoritate niti scriptorum saeculi XV et XVI, ac proin caute accipienda esse* (5). *In Coloniensi ordinis S. Francisci ecclesia, ubi Scotum humatum fuisse dicunt, erectum est ei anno 1513 funebre monumentum, cui apposita est haec inscriptio:*

SCOTIA ME GENUIT, ANGLIA ME SUSCEPIT,
GALLIA ME DOCUIT, COLONIA ME TENET (6).

Compertum est quoque sacra illius ossa in eodem templo pluries esse elevata et honorificentissime recognita (7). *Cum autem Clemens papa XI bulla* D *die 6 decembris 1708 data indixisset festum immaculatae conceptionis B. Mariae Virginis ubique terrarum observandum esse " sicut alia festa de praecepto „, illudque privilegium doctor subtilis acerrime olim propugnasset, ministri generales variarum seraphici ordinis familiarum omnem lapidem moverunt ut decretum de cultu immemorabili Iohanni Scoto praestito ab ecclesiastica auctoritate nanciscerentur* (8). *Iam vero iudices ad dirimendam hanc causam ab archiepiscopo Coloniensi delegati, " visis depositionibus testium legitime inductorum, citatorum et examinatorum, „ visis scripturis et iuribus productis, visa sepulcri „ praefati Iohannis Duns Scoti visitatione per nos „ in ecclesia RR. PP. Minoritarum Colonien. „ iudicialiter facta, viso toto processu „, die 27 septembris 1707 sententiam tulerunt " non constare „ saepedicto Iohanni Duns Scoto cultum immemorabilem ante praedicta decreta (Urbani VIII) „ Coloniae aut in provincia Coloniensi exhibitum „ fuisse nec hodiedum exhiberi „* (9). *Neque fas est ex venerationis signis ab Arturo a Monasterio collectis* (10) *quicquam eruere quod publicum aut* E *liturgicum Iohannis cultum sapiat. At enim res aliter se habere videtur, si respicitur inquisitio a Francisco Maria Carafa, episcopo Nolano, die 12 aprilis 1710 conclusa. Cuius summam, inconsulte omissis assertorum auctoribus, Benignus Fremaut O. F. M. perstrinxit* (11). *Iam vero ad hunc processum Romam missum nulla a duobus saeculis accessit pontificia confirmatio. Occasione autem centenarii mortis eius iubilaei, anno superiore celebrati, accepimus arduam litem coram supremo tribunali iterum versari. Donec igitur mentem suam aperuerit, decet nos cultus rationibus magis enucleandis supersedere* (12).

Iustus. *Vid.* Primus.

S. Ludovici *O. F. M. episcopi Tolosani, qui die 19 augusti 1297 e vivis sublatus, supremos canonisationis honores die 8 aprilis 1317 a Iohanne XXII recepit, sacrum corpus Massiliae e medio choro templi Sancti Francisci, ubi iacebat, ad maius altare, iubente eodem summo pontifice, cum sollemni pompa hoc die anno 1319 translatum est. Cum autem decessor noster, qui S. Ludovici acta discussit, de anno quo haec translatio effecta esset anceps haeserit* (13) *cumque Waddingus temere* F *asseveret rem totam noctu peractam esse " ad evitandum populi tumultum et promiscuam plebis multitudinem „* (14), *iuvat testimonium a decessore nostro ignoratum referre Iohannis de Orta, synchroni et oculati testis, qui primigeniam Vitam conscripsit, a qua reliqui biographi omnes maximam partem dependent:* Anno vero Domini M°CCCXIX°, VI idus novembris, praesentibus

(1) Cod. 14 Bibl. civitatis Treverensis: *Hildolfi episcopi t.* — (2) Cod. Parisinus Bibl. Nat. 10018. Cf. H. QUENTIN, *Les martyrologes historiques* (Paris, 1908), p. 239. — (3) SAUSSAYUS, *Martyrologii Gallicani* pars posterior, Supplementum, ad diem 8 novembris; BUCELINUS, *Menologium benedictinum*, p. 766. — (4) Nempe in opere desinente saec. XIV scripto *De conformitate vitae B. Francisci ad vitam Domini Iesu*, ubi de Scoto legitur: *Hic primo in Anglia Oxoniae sententias legit, deinde in studio Parisiensi, ubi doctor factus est famosissimus et fuit*; additque compilator eum Coloniae iacere, ubi lector decessit (*Analecta Franciscana*, t. IV, pp. 337 et 548), praetereaque nihil. — (5) Omnium antiquissima est *Vita B. Iohannis Duns Scoti a Mariano Florentino conscripta circa annum 1480* (Genuae, 1904), p. 7-12. Haec nobis potius videtur esse epitome quam documentum primigenium. — (6) MÜLLER, *Biographisches über Johannes Duns Scotus* (Köln, 1881), p. 17. — (7) Ibid., p. 18-23. — (8) Benignus FREMAUT, *Den geestelycken Palm-Boom, in elke Maent nieuwe Vruchten gevende, oft Generale Legende van de Levens der Heiligen, Saligen, Dienaers ende Dienarissen Godts, uyt de Dry-vuldige Orden van den H. en Seraphinschen Vader Franciscus*, November (Ghendt, 1717), p. 339-42. Quae farrago, haud spernenda, in 12 volumina dispertita, nostra tempestate denuo impressa et gallice cum additamentis translata, abest a Sbaraleae repertorio eiusque editione novissima Nardecchiana. — (9) MÜLLER, op. c., p. 26-27. — (10) *Martyrologium franciscanum*, p. 547, §§ 10 et 12. — (11) Op. c., p. 182. — (12) De his cf. *Monumenta cultus immemorabilis, publici et ecclesiastici antiquissimi et extensissimi quibus fulcitur causa servi Dei Ioannis Duns Scoti.* Collegit ac chronologice ordinavit P. Franciscus Maria PAOLINI, Romae, 1907, in-8°, 55 pp. — (13) *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 799, num. 119. — (14) *Annales Minorum*, ad an. 1319, n. II.

pluribus

A pluribus cardinalibus, per summum pontificem ad hoc missis et pluribus praelatis aliis praesentibus, etiam Domino Roberto, Ierusalem et Siciliae rege, ipsius sancti uterino fratre, cum consorte sua et regina Franciae, ipsius sancti nepote, pluribusque principibus et baronibus aliisque personis sollemnibus, et immensa populi multitudine, qui omnes ad translationis ipsius festum honorandum eiusque vultum cum muneribus deprecandum convenerant, sacrum corpus ipsius translatum est et in pretioso sepulcro, ad eius gloriam praeparato, debito cum honore reconditum est in ecclesia Fratrum Minorum Marsiliae, in qua etiam iam pridem fuerat tumulatum (1). *A qua sede remotum est anno 1423 die 19 novembris ab Alphonso V, Aragoniae et Siciliae rege, qui, Massilia expugnata, pretiosas exuvias Valentiam in Hispaniam Tarraconensem devexit* (2). *Translationis vero primae festum fuisse diu celebratum die 8 novembris ostendunt liturgici codices bene multi saeculi XIV et XV* (3). *At generalia comitia Brugis Flandro-* B *rum anno 1484 habita, cum statuissent festum Omnium Sanctorum faciendum esse cum octava hancque recipiendam sub ritu duplici* (4), *officium Translationis S. Ludovici in diem 10 novembris, primum nempe diem liberum, reposuerunt. Quem usum usque ad extremum saeculum XVIII viguisse ex ordinis S. Francisci menologiis* (5) *et breviariis prelo excusis liquido constat. Interim sacrosanctam Andreae Avellini, anno 1712 inter sanctos relati, memoriam universae Ecclesiae eodem die 10 venerandam Clemens papa XI sanxit. Ita comparatum est ut festum liturgicum translationis S. Ludovici, cuius ceteroqui natalium commemoratio die 19 augusti sollemniter agitur, loco suo detrusum, paulatim obsoleverit. Cetera de ipso videsis in* Act. SS., *Aug. t. III, p. 775-822.*

Macharius. *Vid.* Primus.

Magnus *in codice Corbeiensi* (6) *hodiernum agmen claudit, undenam huc allatus non liquet.*

Marius. *Vid.* Eusebius.

Martyrum ordinis Carmelitarum *qui " anno 1268 in Montana Nigra „ Antiochiae proxima occubuerunt mentionem hoc die facit Philippus a* C *Visitatione* (7), *Lezanam* (8) *aliosque sui Instituti scriptores secutus, illosque titulo Sanctorum condecorat. At, quamquam probabile admodum est aliquot patriarchae Eliae sectatores cum tot aliorum religiosorum coetuum sodalibus, christianis feminis atque pueris, oppido Antiochia die 19 maii 1268 a soldano Baibars expugnato, hostili gladio* D *trucidatos esse* (9), *nusquam tamen quodpiam publicae venerationis signum revelatum est.*

Mathei *et* Gusmaei *martyrum translatio* (*A. D. MDCXXXVII*) *recolitur hodierna die ab ecclesia Grabedonensi ad lacum Larium* (10). *De hisce sanctis deque eorum translatione lege quae dicta sunt ad diem 11 septembris.*

Maturinus *confessor Liricantensis* (11), *etsi in martyrologiis fere ad d. 1 novembris, quo obiisse dicitur* (12), *nuntiatus est, quia tamen illo die celebratur sollemnitas Omnium Sanctorum, ideo agendo S. Maturini festo designatus est saepe alius dies, puta 3, 5, 6, 8 ac praesertim 9 novembris* (13).

Maurus *episcopus Virodunensis, hodie in martyrologio Romano aliisque nonnullis* (14) *annuntiatur. Quicquid de eo reperiri potuit, sedulo collegit Limpenius noster ad diem 4 septembris.*

Michael archangelus. *Vid.* Angelorum synaxis.

Modesti *martyris ad diem 8 novembris singularis est mentio in codice Parisiensi graeco 1190, fol. 73-77* (15). *Quae de hoc sancto disceptanda sunt, aptius remittuntur ad diem 16 decembris.*

Monachos 126 *Maioris Monasterii tamquam* E *martyres celebrat hodie eiusdem abbatiae martyrologium* (16) : In pago Turonico passio centum et viginti sex monachorum Maioris Monasterii, qui a Danis infidelibus in fidei odium trucidati sunt; *quae totidem verbis leguntur in Menardi Martyrologio Benedictino et in Saussaii Martyrologio Gallicano. Quibus martyribus verum et legitimum cultum praestitum esse cum nullo certo testimonio doceamur, satis nobis erit illos hic recensuisse, praesertim cum veri prorsus simile videatur* (17) *unum huius annuntiationis fontem esse tractatum illum spurium fabulisque plurimis et erroribus refertum, qui Odoni abbati Cluniacensi suppositus est,* de reversione B. Martini a Burgundia (BHL. *5653*); *in quo affirmatur* (18) *anno 856 monachos Maioris Monasterii 116* (centum viginti bis binos minus) *a Danis praedonibus, quos illuc Rollo misisset, gladio esse percussos. Iam vero id unum e documentis historicis constat anno 853, plus viginti ante annos quam Rollo in Galliam transiret, ipso die 8 novembris urbem Turonum esse incensam cum ecclesia et monasterio Sancti Martini ac ceteris adiacentibus locis* (19). *Monachos Maioris monasterii necatos esse non negaverim;* F *sed testem expeto Pseudo-Odone graviorem.*

Petrus *et* Paulus, *qui sunt, ni fallor, apostoli, cum turma cui Saturninus presbyter praeest, recoluntur in opere musivo Upennae* (*Henchir-Chigarnia*) *detecto in basilica. Integrum accipe titulum* (20) : Haec sunt nomina martyrum : Petrus, Paulus,

(1) *Anal. Boll.*, t. IX, p. 340. — (2) Waddingus, *Annales Minorum*, ad an. 1423, n. vi. — (3) Cf. exempli gratia *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 716. — (4) *Chronica fr. Nicolai Glassberger*, inter Analecta Franciscana, t. II, p. 489. — (5) Verbi gratia Benignus Fremaut, *Den geestelycken Palm-Boom*, November, p. 339-42. — (6) D'Achery, *Spicilegium*, t. II, p. 21. — (7) *Acies bene ordinata plurium sanctorum et beatorum utriusque sexus ordinis Carmelitarum*, edit. secunda (Valencenis, 1670). — (8) *Annales sacri*, t. IV (Romae, 1656), p. 391. — (9) R. Röhricht, *Geschichte des Königreichs Jerusalem* (*1100-1291*), (Innsbruck, 1898), p. 941-42. — (10) P. A. de Tattis, *Sanctuarium seu martyrologium sanctae Novocomensis ecclesiae* (Novocomi, 1675), pp. 199-200, 240-41. — (11) De quo *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 245-59. — (12) Cf. ibid., p. 254 e. — (13) De die 3 cf. ibid., p. 258 f, et *Catal. Lat. Paris.*, t. III, p. 714; de die 5 cf. supra, p. 4, et *Catal. Lat. Paris.*, t. c., p. 715; de die 6 cf. *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 247 e; de die 8 cf. ibid., p. 247 f, et *Catal. Lat. Paris.*, p. 717; de die 9 cf. *Act. SS.*, Nov. t. I, p. 259 a, et *Catal. Lat. Paris.*, p. 717. Vid. etiam E. Thoison, *Saint Mathurin* (Paris-Orléans, 1889), p. 106-222. — (14) *Act. SS.*, Sept. t. II, p. 225, n. 18. — (15) *Catal. Gr. Paris.*, p. 91. — (16) Huius superest apographum in Bibliotheca Nationali Parisiensi, inter collectanea D. Stephani Housseau, tomo XX. Locus allatus legitur fol. 56. — (17) Miror id ne suspicatos quidem esse E. Mabille, *Les invasions normandes dans la Loire*, in Bibliothèque de l'École des chartes, t. XXX (1869), p. 174, ann. 2, et W. Vogel, *Die Normannen und das Fränkische Reich* (Heidelberg, 1906), p. 142; qui in numero monachorum definiendo martyrologium potius quam tractatum Pseudo-Odonis sequendum esse censuerunt. — (18) C. 3 (*P. L.*, t. CXXXIII, col. 825). — (19) Annales Bertiniani, ad h. a. (ed. G. Waitz, p. 43). Cf. diploma Caroli Calvi die 22 augusti an. 854 datum (Bouquet, t. VIII, p. 536-37), Annales Engolismenses, ad an. 853 (*MG.*, Scr. t. XVI, p. 486); Annales Xantenses, ad an. 854 (ibid., t. II, p. 229). — (20) P. Monceaux, *Enquête sur l'épigraphie chrétienne d'Afrique*, IV, Mémoires présentés par divers savants a l'Académie des Inscriptions et Belles-lettres, t. XII (1908), n. 238, 334.

A Saturninus presbyter, idem Saturninus, Bindemius, Saturninus, Donatus, Saturninus, Gududa, Paula, Clara, Lucilla, Fortun, Iader, Cecilius, Emilius. Passi die IIII nonas augustas, depositi VI idus nobembres. — Gloria in escelsis Deo, et in terra pacs ominibus. *Die IIII nonas augustas nulla est in fastis horum martyrum mentio; nulla etiam VI idus novembres. Perendie quidem, seu IV idus novembres, haec habent hieronymiani :* In affrica Saturnini, (Donati), Anniboniae et aliorum XVII (*al.* XVIII). *Hanc tamen esse titulo inscriptam catervam contendere non ausim, cum Saturnini et Donati nomina in laterculis Africanis communissima sint. Ceterum non vera, id est corporum occisorum prope locum passionis, depositio hodie Uppennae recolebatur, sed, ut videtur, reliquiarum depositio sub altari.*

B. Philippi Tudertini, *fratris laici ordinis Minorum regularis observantiae laudem texuit, usus libris* Mariano-Memorialibus (1), *Marcus Ulyssiponensis* (2), *eiusque vestigia prementes Petrus Rodulphius Tossinianensis* (3), *Waddingus* (4) *et Iacobilli* (5). B *Quadraginta quidem annis artissimam oboedientiae, humilitatis et patientiae vitam professus, miraculis ante et post mortem claruit. Supremum autem diem obiit in conventu Sancti Francisci Montis Milonis, vulgo Castel d'Emilio, prope Anconam, in cuius ecclesiae thesauro diu conservatum est publicum de quindecim approbatis miraculis instrumentum* (6); *quae Waddingus breviter recensuit* (7). *Hinc paulatim factum est ut quotannis ad hoc usque tempus altera dominica post Pascha undique ad venerandum eius gloriosum sepulcrum catervatim concurreretur, allata etiam a municipio oblatione ad luminaria comparanda. Annum et diem mortis docet titulus inscriptus arcae qua beati reliquiae sunt conditae :* Corpus B. Philippi de Tuderto Ord. Min. Obiit in hoc conventu V idus octobris 1481 (8).

Primi, Macharii, Iusti, Amaranti et aliorum XXVIII (*al.* XVIII) *veluti martyrum africanorum* D *memoria in codicibus hieronymianis inscripta est. Quam incerta haec sint iam diximus supra, p. 324, n. 4.* Primus *aliquis iam heri occurrit (p. 321).* Macarii, Primi et aliorum VIII (*al.* VIIII) *etiam pridie idus apriles nomina recitari obiter noto.*

Reliquiarum in ordine Cartusiensi *festum hoc die celebrari refert Usuardi compendiosum Martyrologium excerptum ex Matricula Cartusiae Ultraiectinae. Sed, uti iam notavit I. B. Sollerius, ne innuitur quidem quorumnam sanctorum haec sint lipsana* (Martyrologium Usuardi, *p. 661*).

Rogatus, Prima, Donatus, Iulia, Gaudia et Balsamus, *de quibus hodie in auctario Usuardi Bruxellensi* (9), *ii sunt de quibus diximus die 7 (supra, p. 321) et etiam die 6 novembris (p. 128).*

Saturninus. *Vid.* Petrus.

Senatoris, Viatoris et Cassiodori *martyrum, cuius translatio in auctario Usuardi Bruxellensi nuntiatur* (9), *Acta expensa sunt ad diem 14 septembris, et nuper etiam denuo* (10).

De S. Sulino *abbate in dioecesi Macloviensi memoriam ad hunc diem facit Castellanus. De eo vid. ad d. 1 oct., t. I, p. 196-98.*

Verdinum *Hydruntinum, cuius corpus repertum fuit anno 1714 in ecclesia quadam Cisterciensium archidioecesis Cosentinae cum lamina argentea, in qua haec verba legebantur :* Cum sancta civitas fulgebit splendore stellae, sol iterum me videbit. Hoc est corpus abbatis Verdini Hidruntini, sepulti VI idus novembris MCCLIX (11), *hunc, inquam, beatum passim nuncupant scriptores qui de eo dixerunt* (12). *Donec ex indubiis monumentis constet cultum ecclesiasticum ipsi tributum fuisse, a nobis praetermittendus est.* E

Viator. *Vid.* Senator.

Victorini *martyris sacrum corpus, ex Urbe delatum, in ecclesia SS. Cosmae et Damiani Turbigi, dioecesis Mediolanensis, servatur* (13). *Cum hodie eius festum agatur, pronum est conicere huius loci incolas illum habere pro Victorino illo de quo infra sermo erit in Actis Quattuor Coronatorum.*

(1) De Mariani Commentariis cf. supra, p. 698, n. 12. — (2) *Tercera parte de las Chronicas*, lib. IV, capp. XXX et XXXI, fol. 121v-23. — (3) *Historiarum seraphicae religionis libri tres* (Venetiis, 1586), fol. 128. — (4) *Annales*, ad an. 1418, num. V-IX. — (5) *Vite de' santi e beati dell' Umbria*, t. III (Foligno, 1661), p. 19-22. — (6) MARCUS ULYSSIP., l. c., C fol. 123. — (7) L. c., num. VII-VIII. — (8) Annum non 1481, sed 1418 assignant Waddingus et Iacobillus. Diem 9 novembris etiam Iacobillus. — (9) SOLLERIUS, p. 660. — (10) H. DELEHAYE, *Saint Cassiodore*, in MÉLANGES PAUL FABRE (Paris, 1902), p. 40-50. — (11) G. COZZA-LUZI in *Rivista storica Calabrese*, t. VIII (1900), p. 43. — (12) R. DE CESARE, *Dal conclave di Leone XIII all' ultimo consistorio* (Città di Castello), 1899, p. LIII; L. MAGGIULLI, *Un profeta Salentino del secolo XIII. Ricordi storici* (Maglie, 1903), p. 3; *Il beato Verdino da Otranto* in RIVISTA STORICA SALENTINA, t. I (1904), F p. 190-91. — (13) P. P. BOSCA, *Martyrologium Mediolanensis ecclesiae* (Mediolani, 1695), p. 371.

DE SANCTIS QUATTUOR CORONATIS

ANNO 306 — ROMAE IN MONTE CAELIO — H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Acta sanctorum quattuor,

1. *Non sine longa dubitatione de Sanctis Quattuor hanc nostram tractationem inscripsimus, cum Acta illa antiqua, quibus illustrandis operam daturi sumus, geminae martyrum turmae gesta enarrent, utri vero " Coronatorum " appellatio competat inter doctissimos quosque disceptetur. Praecipua enim historiae pars est de martyribus Pannoniis Semproniano, Claudio, Nicostrato, Castorio atque Simplicio, clauditur vero passione quattuor martyrum Romanorum, quos alii anonymos asserunt, alii Severum, Severianum, Carpophorum, Victorinum nuncupant. Porro neque antiquis plane perspicuum fuisse quinam ex iis proprio vocabulo Coronatorum designandi essent, id vel varia in variis codicibus eorundem Actorum inscriptio docet. In aliis enim legitur :* Passio sanctorum Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii et Simplicii (*infra, cod. A1*); *in aliis vero vel* Passio sanctorum quattuor coronatorum Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii, Simplicii (*cod. B6*), *vel ita :* Passio sanctorum Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii, Simplicii et aliorum, *ad calcem vero :* explicit Passio sanctorum quattuor coronatorum (*Cod. B7*), *vel etiam :* Passio beatorum

A beatorum martyrum Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii et Simplicii, quattuor quoque coronatorum Severi, Severiani, Carpofori atque Victorini (*cod. C 11*). *Plurimos omittimus* (1) *quibus acta hodierna* Passio sanctorum quattuor coronatorum *simpliciter dicuntur* (2). *Levem et de solo nomine controversiam esse nemo opinetur, cum, nostro saltem iudicio, disputationis intricatissimae cardo in hoc fere dubio solvendo versetur.*

coronatorum per antonomasiam nuncupatorum,

2. *Ne rebus minoris momenti in sequentibus retardemur, breviter in ipso tractationis limine de ipsius* Coronatorum *vocis vi ac potestate dicamus. Est autem coronatus nomen dignitatis, quod de sacerdotibus provinciae maxime usurpatur saeculis saltem III et IV p. C., uti in his titulis:* M. Antonius Valentinus eques romanus ... sacerdos arae Augusti nostri coronatus Daciarum trium (3); C. Matrinio Aurelio C. f. Lemonia Antonino viro perfectissimo coronato Tusciae et Umbriae pontifici gentis Flaviae (4). *Item in ordine salutationis sub imperatore Iuliano in provincia Numidia :* B Primo senatores et comites ... tertio coronati [prov]in[ciae] ... (5). *De coronatis etiam mentio est in lege anni 407 :* quaecumque ad ecclesiam tantum pertinentia specialiter fuerint impetrata non per coronatos sed per advocatos (6), *ubi vel de honoratis vel etiam de clericis coronam seu tonsuram gerentibus intellegi posse nonnullis placuit* (7). *At, quicquid de usu vocabuli recepto censeas, nihil inde lucis in rem nostram diffunditur, quandoquidem cum sacerdotibus gentilium, cum ordinis cuiuscumque magistratibus, cum clero christiano nostris martyribus nihil prorsus commune sit. Non deerunt forsitan qui existiment coronatorum vocabulum cum corniculariorum, quo nomine quattuor martyres romani nuncupantur, commutari potuisse. Id autem priscae aetatis usibus plane non congruit; numquam enim cornicularii dicti sunt coronati, immo, in ordine salutationis modo allato, cornicularius a coronatis vel loco discernitur :* Primo senatores ..., secundo princeps, cornicularius, palatini; tertio coronati (8). *Restat ut coronatos intellegas martyrii corona insignitos, eo pacto quo Prudentius cecinit martyres Cordubenses Acisclum et Zoellum* tresque coronas, C *videlicet Faustum, Ianuarium, Martialem* (9). *Res iam placuit Rossio* (10), *nec melius quod afferamus habemus, eo magis quod coronam antiquissimum esse martyrum insigne multis comprobatur. Iam in Hermae* Pastore (*Sim. VIII, 3, 6*), *interroganti quinam sint* qui coronati sunt euntque in turrim, *reponitur :* Sunt ii qui pro lege passi sunt. *Id quoque notasse iuverit coronatorum vocabulum in ipsis martyrum Actis non occurrere, neque etiam in primigenio eorundem lemmate. Ecclesia autem Caelimontana, in qua sanctorum nostrorum veneratio antiquitus sicut et hodie floruit, a VI saltem saeculo* titulus sanctorum Quattuor Coronatorum *nuncupata est, cuius presbyter Fortunatus subscripsit concilio Romano anni 595* (11).

AUCTORE H. D.

lectu digna sunt, licet intricatissima.

3. *Acta sanctorum nostrorum, a Mombritio primum edita* (12), *diu neglecta, immo despecta* (13) *iacuere, donec e codice Gothano* (*nostro B 12*) *ea proferret W. Wattenbach* (14), *qui novis adhibitis curis eadem iterum* (15) *tertioque* (16) *edidit. Quae ut non minimi momenti esse, ita et paene insuperabilibus scatere difficultatibus statim perspexere viri doctissimi, qui eadem illustrare erudita aemulatione aggressi sunt Th. G. von Karajan* (17), E *Th. Keim* (18), *O. Hunziker* (19), *O. Benndorf* (20), *M. Büdinger* (21), *A. Duncker* (22), *I. B. De Rossi* (23), *M. Petschenig* (24), *C. Erbes* (25), *Edm. Meyer* (26), *P. Karlić* (27) *et alii nonnulli* (28) *qui carptim ea tetigerunt. Quantum ex horum omnium lectione profecerimus, singulae huius commentarii paginae lectorem docebunt. Non tamen omnia probare nostraque facere potuimus, cum saepissime in diversa abeant sententiae, neque ulla hucusque, quod sciam, totius rei enodatio doctorum omnium suffragium tulerit. Non ideo tamen, quotiens aliquem peccasse deprehenderimus, eius argumenta exponere atque confutare necessarium erit, nisi in infinitum abire voluerimus.*

§ I. De sanctorum Quattuor Coronatorum Actis antiquis.

Passionem antiquam

4. *Acta antiqua dicimus quae innumeris paene in legendariis ad diem 8 novembris exstant, quaeque, si rem attentius consideres, omnium prorsus narrationum, quas de sanctis nostris habemus, solum esse fontem facile perspicias. Iam, evoluto* F *longo librorum manuscriptorum ordine, lectio-*

(1) In fragmento passionarii conventus S. Francisci Assisiatis hoc lemma se legisse testatur I. B. De Rossi, *Bullettino di archeologia cristiana*, 1879, p. 83 : *Pass. scor. marm. IIII coronator. severus, severianus, carpoforus et victorinus*, primaque huius verba ita interpretatur : *Pas*s(*io*) *s*(*an*)*c*(*t*)*or*(*um*) *marm*(*orariorum*) etc., quae nova et ingens rerum confusio est. At, ni fallor, haud ita legendum est, sed potius *Passio sanctorum mar*(*tyru*)*m*, quae vulgata lectio est. — (2) Saepe etiam, ut in cod. Bruxellensi 7483 leguntur in lemmate nomina quinque sanctorum sine ullo addito, ad calcem vero: *Explicit passio sanctorum quatuor coronatorum*. — (3) *C.I.L.*, III, 1433. — (4) *C.I.L.*, XI, 5283. — (5) *C.I.L.*, VIII, 17896; O. Hirschfeld, in *Archaeologisch-epigraphische Mittheilungen aus Oesterreich*, t. IX (1885), p. 21; [*prov*]*in*[*ciae*] supplevit I. B. de Rossi, in *Ephemeris epigraphica*, t. V, p. 631. — (6) *Cod. Theod.* 16, 2, 38. — (7) Gudeman, in *Thesaurus linguae latinae*, t. IV, p. 992; cf. Gothofredus, ad hunc codicis locum, t. VI, p. 35. — (8) *C.I.L.*, VIII, 17896. — (9) *Peristeph.*, IV, 20. — (10) *Bullettino di archeologia cristiana*, 1879, p. 84. — (11) *Gregorii I Registrum*, V, 57a, Ewald-Hartmann, t. I, p. 367. — (12) *BHL.* 1837. — (13) Tillemont, *Mémoires*, t. IV, p. 745. — (14) *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der K. Akademie der Wissenschaften*, t. X (1853), p. 118-26. — (15) Büdinger, *Untersuchungen zur römischen Kaisergeschichte*, t. III (1870), p. 324-38. — (16) *Sitzungsberichte der K. Preussischen Akademie der Wissenschaften*, 1896, p. 1292-1302. — (17) *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der K. Akademie der Wissenschaften*, t. X, p. 127-37. — (18) *Eine christliche Quelle über die erste Regierungszeit Diocletians*, Deutsche Vierteljahrschrift für englisch-theologische Forschung, t. II (1863), p. 3-11. — (19) Ap. M. Büdinger, *Untersuchungen zur Römischen Kaisergeschichte*, t. II (Leipzig, 1868), p. 262-65; t. III, p, 3-11. — (20) Ibid., t. III, p. 339-56. — (21) Ibid., t. III, p. 357-79. — (22) *Zur Chronologie der Passio sanctorum IV Coronatorum*, Rheinisches Museum, N. F. t. XXXI (1876), p. 440-45. — (23) *Bullettino di archeologia cristiana*, 1879, p. 45-95. — (24) *Zur Kritik und Würdigung der Passio sanctorum Quatuor Coronatorum*, Sitzungsberichte der phil.-hist. Cl. der k. Akademie der Wissenschaften, t. XCVII (1880), p. 761-79. Cf. *Neues Archiv für aeltere deutsche Geschichtskunde*, t. VII (1881). p. 226. — (25) *Die Geschichte der SS. Quatuor Coronati*, Zeitschrift für Kirchengeschichte, t. V (1882), p. 466-87. — (26) *Forschungen zur deutschen Geschichte*, t. XVIII (1878), p. 577-603; *Ueber die Passio sanctorum Quatuor Coronatorum*, Wissenschaftliche Beilage zum Programm des Königl. Luisen Gymnasiums, Berlin, 1886. — (27) *Passio sanctorum Quatuor Coronatorum*, III Program c. k. Velike Državne gimnazije u Zadru, 1903-1904 (Zadar, 1904), p. 1-22. — (28) Quorum libros adducemus infra § 4, ubi de sanctorum Quattuor cultu et veneratione.

numque

AUCTORE H. D.

numque immensa supellectili perpensa, liquido apparuit duplice e stirpe codices omnes oriundos esse, quarum altera antiquissima est — non tamen primigenia, ut suo loco ostendere conabor — altera recentior, quae vetustam Passionem a capite ad calcem retractatam exhibet. *complures servarunt codices,* *Et illam quidem recensionem, quae purior vel, ut rectius loquar, magis horrida et agrestis* (**A**), *libelli nativam speciem melius referre ita perspicuum est, ut res nulla probatione egeat. Hanc vero* (**B**) *ornatioris esse stili et emendatioris, licet minime elegantem, ex singulis fere sententiis elucet. In primis autem XXI capitibus phrasim paene solam castigasse videtur, sententiam vix attigisse dicendus est qui libellum accommodavit; in ultimo vero capite verba quaedam interpolavit, quae eruditorum ingenia mirum in modum excruciarunt. Ubi enim recensio prior cornicularios anonymos inducebat:* quattuor quidam cornicularii conpellebantur ad sacrificandum, *nomina eorundem ille subiunxit, et haec scripsit quae in omnibus sequioris Passionis exemplaribus leguntur :* quattuor quidam corni-
B cularii, quorum nomina haec sunt Severus, Severianus, Carpoforus et Victorinus. *Quae undenam mutuatus sit non est huius loci disquirere, mox tamen, ut opinor, manifestum erit. Iam, haec altera Passionis recensio, in qua et multa obscura sunt et stili humilioris, ab aliis rursum librariis hinc inde castigata est, ab aliis, ut fit, paulalum retractata, saepe etiam contracta. Quorum omnium varietates ob oculos lectorum ponere, immensam aeque ac inutilem operam fore perspeximus.*

quorum series 5. *Omnibus proinde rite perpensis, plurimos codices removendos esse duximus, ne variarum lectionum inutili farragine obrueremur, nonnullos vero seligendos, quibus inspectis ilico pateret qua ratione ex uno fonte per varios rivulos sanctorum quattuor historia ad nos fluxerit, eosque potius adduximus quos viri doctissimi haud parvi facere visi sunt. Age iam, hi sunt codices quibus usi sumus.*

binas in classes praecipuas 6. **A 1** = *Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis lat. 10861, olim coenobii Sancti Petri Belvacensis, foliorum 123,* $0^m,255 \times 0,185$, *geminis columnis exaratus saec. VIII, inter varias martyrum Passiones* (1) *continet fol. 75v-82v Passionem SS. Simproniani, Claudii et sociorum, quam*
C *antiquissimam omnium esse iam perspexerat I. B. De Rossi* (2), *et ex eo codice edidit W. Wattenbach* (3), *postquam de scripturae aetate recte dixerat* (4). *Codicem rursum contulimus, eiusque scribendi rationem plane rusticam phrasimque paene barbaram intactas relinquere studioseque exprimere necessarium duximus, ita ut paucissimis in locis quae librarius incaute peccaverat emendaverimus.*

A 2 = *Codex bibliothecae Vallicellanae VIII, littera beneventana saec. XII exaratus* (5). *Inest Passio, fol. 155-159, initio mutila, incipiens medio capite 6 his verbis :* desidero et desideravi. *Plerumque consentit cum codice A 1.*

Utroque codice A traditum est Porphyrium quendam, censualem a gleba actuarium, de quo D *postea, Passionem scripsisse.*

7. **B 1** = *Codex bibliothecae Bollandianae 14, saec. X exaratus* (6). *Inest Passio fol. 116v-118v.* *dispescitur.*

B 2 = *Codex capituli Veronensis 95 (olim 90), membraneus, foliorum 272,* $0^m,308 \times 0,205$, *saec. IX exaratus. Inter plurimas sanctorum Vitas inest, fol. 24-34, Passio SS. Quattuor Coronatorum, quam nobis contulit vir doctissimus humanissimus A. Spagnolo, canonicus cathedralis Veronensis, bibliothecae capituli praefectus.*

B 3 = *Codex bibliothecae Ambrosianae B 55 inf., saec. XI exaratus* (7). *Inest passio fol. 210-214.*

B 4 = *Codex bibliothecae Vaticanae, lat. 1192, saec. XII exaratus* (8). *Inest Passio fol. 25-28v. In littera libelli initiali T depicta cernuntur capita quattuor cum hisce nominibus :* Severus, Severianus, Carpophorus, Victorinus.

B 5 = *Codex archivi capituli Sancti Petri in Vaticano A 5, saec. XI exaratus* (9). *Fol. 84v-90 inest Passio, multis emendationibus manu paulo recentiore ditata, quarum praecipuas tantum notari visum est.*

B 6 = *Codex bibliothecae publicae Bernensis 48, membraneus, foliorum 192,* $0^m,34 \times 0,23$, *paginis bipartitis saec. X-XI exaratus* (10). *Inest Passio fol. 77v-82v. Benigne annuente bibliothecae praefecto, codicem domi conferre potui. Eodem iam usus erat M. Petschenig* (11). E

B 7 = *Codex Monacensis latinus 4608, olim Benedictoburanus, membraneus, foliorum 329,* $0^m,220 \times 0,155$, *saec. XII exaratus* (12). *Inest Passio fol. 179-186, quam ex hoc ipso edidit Wattenbach* (13).

B 8 = *Codex Zwettlensis 14, membraneus, foliorum 201, formae maioris, saec. XIII exaratus, picturis litterisque ornatis decorus* (14). *Inest Passio fol. 133v-135v, quam annuente reverendissimo abbate, qui codicem nobis mitti iussit, in bibliotheca nostra conferre potuimus. Non paucas habet singulares lectiones, quas, licet minimi visae sint momenti, tamen notavimus.*

B 9 = *Codex Monacensis latinus 9506, olim monasterii Oberaltahensis, membraneus, foliorum 173,* $0^m,38 \times 0,27$, *saec. XII exaratus* (15). *Inest Passio fol. 74-76v. Hoc codice, quem cum sequente Bruxellas misit bibliothecae Monacensis praefectus, iam usus erat W. Wattenbach* (16). F

B 10 = *Codex Monacensis latinus 22244, olim Windbergensis, membraneus, foliorum 211,* $0^m,39 \times 0,27$, *saec. XII exaratus* (17). *Inest Passio fol. 130-134.*

B 11 = *Codex bibliothecae publicae Trecensis 1248, olim in bibliotheca Buheriana (an. 1721) signatus D. 65, membraneus, foliorum 141,* $0^m,24 \times 0,16$, *lineis plenis variis manibus plerisque saec. XI exaratus* (18). *Inest Passio fol. 92-97. Saepe concordat cum B 6. Hic obiter noto pro primi martyris nomine, quod* Simpronianus *erat,* Simpronius *saepe in rasura scriptum esse in codice Trecensi.*

(1) *Catal. Lat. Paris.*, t. II, p. 605-606. — (2) *Bullettino*, 1879, p. 68-70. — (3) *Sitzungsberichte der k. preussischen Akademie*, 1896, p. 1292-1302. — (4) *Neues Archiv ...*, t. V (1880), p. 228. — (5) *Catal. Lat. Rom.*, p. 329-335. — (6) *Anal. Boll.*, t. XXIV, p. 432-37. — (7) *Anal. Boll.*, t. XI, p. 252-64. — (8) *Catal. Lat. Vatic.*, p. 48. — (9) *Catal. Lat. Rom.*, p. 15-20. — (10) H. HAGEN, *Catalogus codicum Bernensium* (Bernae, 1875), p. 69-72. — (11) *Sitzungsberichte der k. Akademie*, t. XCVII, p. 762-765. — (12) *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis*, ed. altera, t. I (Monachii, 1894), p. 215. — (13) Apud BÜDINGER, t. c., p. 324-38. — (14) S. RÖSSLER, *Verzeichniss der Handschriften der Bibliothek des Stiftes Zwettl*, XENIA BERNARDINA, t. II (Vindobonae, 1891), p. 307. PERTZ in *Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. VIII (1843), p. 724. — (15) *Catalogus codicum latinorum bibliothecae regiae Monacensis*, t. II (1874), p. 94-95 — (16) Apud BÜDINGER, t. c., p. 323-38. — (17) *Anal. Boll.*, t. XVII, p. 116-18. — (18) *Catalogue général des manuscrits des bibliothèques publiques des départements*, t. II (Paris, 1855), p. 511.

A **B 12** = *Codex Gothanus fol. 64, membraneus, foliorum 238, 0m,43 × 0,325, geminis columnis saec. XIV exaratus. Inest fol. 101-106* (1) *Passionis recensio multis in locis emendata est. Ex hoc codice primum protulit Passionem SS. Quattuor W. Wattenbach* (2). *Cum hac editione contulimus sola capita 1, 2, 20-22.*

E = *Codex Einsidlensis 256, membraneus, paginarum 576, 0m,27 × 0,195. Inest Passio p. 276-284* (3). *Codicem inspicere non potuimus, sed lectiones variantes accepimus a R. P. G. Meier, bibliothecae monasterii praefecto. Licet bonas praebeat lectiones, minoris tamen momenti est, cum saepe phrasim contrahat et nonnulla omittat. Nolumus tamen penitus neglegere codicem quem I. B. De Rossi minime despexit, ideoque ex eo specimina dedimus ad cc. 1-3, 20-22.*

Qua ratione edita sint Acta antiqua,

8. *Hisce autem adhibitis subsidiis, Passionem ita edendam censuimus ut antiquam recensionem ex codice A 1 quam accuratissime exprimeremus, codicis A 2 ad infimam pagellam reiectis lectionibus; recensionem vero recentiorem B illuc etiam* B *amandavimus, quia reapse parvi facienda est et accessus ad illam patet in omnibus editionibus hucusque impressis, sola Wattenbachii tertia excepta. Codicum tamen singulorum lectiones plerasque notavimus, iis fere neglectis quae solam scribendi normam spectant, dum tamen de vera lectione constet. Quid enim interest quod* filisofi, phylosophi, fylosophi *passim scribunt cum de ipso vocabulo minime ambigatur? In nominibus personarum non levem hinc inde occurrere varietatem hic semel moneo. Ubi recentiores codices* Diocletianum *nominant, antiquiores* Dioclitianum *plerumque scribunt. Episcopus Antiochenus Cyrillus,* Cirillus *vel* Quirillus *dicitur; in uno codice* (*B 6*) *nunc* Simplicius, *nunc vero* Symplicius *legitur. Maioris momenti est quod qui primus est in ordine sanctorum nostrorum* Simpronianus, Sympronianus (*codd. A 1, B 6*), Simphronianus (*B 1*), Simphorianus, Symphorianus (*B 3, 7*), Simpronius (*B 11*) *variis in codicibus, varie etiam in eodem codice* (*vg. B 8, B 11*) *nuncupatur. In antiquissimo autem documento quod de sanctis quattuor mentionem habet, quae est romana Depositio martyrum, in antiquis etiam sacramentariis* (4). C Sempronianus *dicitur, et hanc esse rectam nominis scripturam tam Rossius* (5) *quam Petschenigius* (6) *probarunt. Ex nostrorum ergo codicum lectionibus* Simpronianus *cum antiquioribus praeferenda est, quae iam Sollerio nostro praeplacebat* (7).

quae Pannonica et Romana Passione constant.

9. *Geminata esse Acta sanctorum nostrorum planum est, et aptissimis nominibus utramque partem distinxerunt eruditi alteram passionem Pannonicam alteram passionem Romanam nuncupando. Et quidem qui Acta edidit, nemine repugnante, priorem capitibus 1-20 comprehendi censuit, alteram capitibus 21, 22 nostrae editionis. Nobis Pannonica Passio 1-21 potius capitibus constat, Romana solo capite 22, et in sequentibus rem ita intellegimus, neque id ex libidine. Si enim totam historiam attente perlegeris, narrationem, quae plano pede currebat usque ad cap. 21, hoc loco subito sistere perspicies, et libellum in his verbis* et posuit in domo sua *mutilum esse non dubitabis. Postquam enim hagiographus sanctorum artificum decoram confessionem inde a primordiis ad necem usque aptissime, licet stilo parum eleganti, evolverat, de reliquiarum eorundem fatis dicere incipit, nempe, absente Diocletiano, christianum quendam nomine Nicodemum corpora e flumine extraxisse et in domo sua posuisse. In privatis aedibus sacra pignora perpetuo remansisse nemini profecto probabile videbitur, neque etiam hagiographum, qui cetera accurate persequi solet, rem ita obiter tetigisse et ex abrupto ad alia transiisse, videlicet ad historiam martyrum Romanorum. Nobis igitur certum est primigeniam narrationem fine mutilam esse, atque ab eo qui Passionem Romanam Pannonicae assuit, ea omnia deleta esse quae post clausulam* et posuit in domo sua *merito exspectes, ut puta de condita post pacem ecclesiae basilica martyrum vel de eorundem corporibus Romam translatis. Quae causa hominem impudentem impulerit ut alterius scriptum temerario truncaret et ex ingenio resarciret, — id enim, ni fallor, egit ille, — in sequentibus quaerendum erit.*

AUCTORE H. D.

De quinto martyre Simplicio.

10. *Pannonicam Passionem attentius legenti animum suspicio subit Simplicii nomen hinc inde librariorum vitio ceteris quattuor accessisse. Nunc enim de solis quattuor Simproniano, Claudio, Nicostrato et Castorio mentio est (cc. 1, 5, 10), nunc vero de quinque, addito videlicet Simplicio (cc. 2, 3, 12, 13, 15, 16, 17, 18), et est ubi ea ratione Simplicius superveniat ut reapse incaute irrepsisse videatur. Verbi gratia in his locis : c. 3,* vocavit ad se Claudium, Simpronianum Nicostratum ET Castorium ET Simplicium; *c. 12,* dixerunt philosophi ad Claudium, Simpronianum, Nicostratum ET Castorium ET Simplicium, *ipsa locutio mira est; et postquam dictum erat a Diocletiano, c. 10,* volo columnas cum capita foliata abscidi de monte porfyretico dictantibus Claudio, Simproniano, Nicostrato et Castorio, *c. 12, audimus philosophos convicIantes* Claudium, Simpronianum, Nicostratum et Castorium et Simplicium. *Non negamus nonnullis in locis meliorem fore narrationis consequentiam si* Simplicium *deleas; sed et contra, si alibi eum induxeris sensum melius assequeris. Cum ergo constet hagiographum nostrum artis scribendi non ita peritum fuisse, nec singula caute perpendisse, ceterum Simplicii gesta cum ceterorum quattuor historia artissime conexa sint et* hii quinque *diserte exprimantur (cc. 12, 19), nulla coniectura emendanda sunt quae nulla forsitan emendatione indigent. Certe nimius fuit qui ipsum Simplicium tollere aggressus est* (8), *eumque non alium esse asseruit atque Simplicium illum qui ad Sextum Philippi martyrio coronatus est* (9), *utique in fluvium quoque praecipitatus, sed in Tiberim, neque propterea adiungendus martyribus qui in aquis Pannonicis suffocati interiere.* F

Acta graeca,

11. *Antiquae sanctorum nostrorum Passionis testem quoque proferimus graecam eiusdem versionem, quam unus nobis servavit codex bibliothecae Vaticanae 1608* (= **V**), *fol. 119v-125, in monasterio Cryptae Ferratae saec. XII-XIII exaratus* (10). *Versio concinnata est ab imperito monacho*

(1) FR. JACOBS, *Beiträge zur älteren Litteratur*, t. III, p. 262; W. ARNDT, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, t. X (Göttingen, 1870), p. 603. — (2) *Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der kais. Akademie der Wissenschaften*, t. X, p. 6-14. — (3) G. MEIER, *Catalogus codicum manuscriptorum qui in bibliotheca monasterii Einsidlensis O. S. B. servantur*, t. I (Einsidlae, 1899), p. 222-29. — (4) Teste Notkero : *Symphoriani, vel sicut in libro sacramentorum continetur Semproniani.* H. CANISIUS, *Lectiones antiquae*, t. II, p. 821. — (5) *Bulletino*, 1879, p. 33. — (6) *Sitzungsberichte der kais. Akad.*, t. XCVII, p. 765. — (7) *Martyrologium Usuardi*, p. 659. — (8) ERBES, *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. V, p. 477-78. — (9) DE ROSSI, *Bullettino*, 1866, p. 43; 1869, p. 15; *Roma sotterranea*, t. III, p. 647-64. — (10) *Catal. Graec. Vatic.*, p. 137-40.

AUCTORE H. D.

qui antiquam recensionem A prae manibus habuit et utriusque fere linguae aeque inscium se prodit, cum ineptissime saepe exprimat quae intellexisse videtur, sed nec semper quae legebat intellexerit. Et haec inculcanda sunt, ne quis existimet Acta illa graeca primigenia esse, e quibus derivata sint Acta latina. Quis enim primum graece haec scripta esse crediderit : ἐκπέφανται ὅτι χριστιανοὶ ἐστέ, claruit quia christiani estis, *c. 16;* κύριοι εὔσπλαγχνοι μεγαλοπρίγκιπες, domini piissimi principes; *c. 18, cum* εὐσεβεστάτους *saltem more recepto imperatores dixisset scriptor antiquus;* εὑρὼν ἀδείαν, invento silentio, *c. 18;* ὅπως μὴ τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ προσκρούσηται, ut Deum caeli non offendat, *c. 19;* μετὰ... τυπωμάτων ᾀδόντων, cum malis et herbacantis, *c. 10; quae omnia latinum exemplum apertissime produnt. Est et ubi voces latinas graecis litteris exscripserit, v. gr.* περίλυπος γενάμενος βεεμέντερε, contristatus est vehementer, *c. 8. Ceterum, latinam historiam in omnibus sequitur, nisi quod c. 3* Ἀστέριον *pro Castorio ponit et quaedam reticet quae vel in prototypo deerant vel graece enuntiare nescivit. Praeterquam quod sermone utitur admodum barbaro, pessimam quoque usurpat scribendi rationem suo tempore usitatam, et vocales perpetuo permiscet. Phrasim anonymi nostri italo-graeci ubique intactam reliquimus, neque nostras ipsi emendationes obtrudere aequum erat. Ne tamen legentibus nimium pararemus fastidium, modum scriptionis ad communiorem usum reduximus, lectore plerumque non monito. Acta illa saeculo circiter XII in coenobio Cryptae Ferratae scripta esse crediderim, nec umquam monasterii muros transiisse.*

pessime scripta,

nequaquam primigenia sunt.

12. *Quamvis de Actis italo-graecis veluti primigeniis traducendis neminem serio cogitaturum esse existimemus, praetermittendum tamen non est nonnullis placuisse Acta sanctorum Quattuor vulgata graece primum scripta esse, dein latine reddita. Et attulerat quidem M. Büdinger tenuiora quaedam indicia, ut est nomen graecum Asclepii pro Aesculapio et verborum coniunctiones ab usu latinorum alienas, verbi gratia :* inveniuntur viri doctiores horum huius artis, *ubi genetivus pro ablativo graecam manum arguere existimabat* (1). *Ipse tamen postea de re dubitavit, candideque fassus est argumentis allatis nullam inesse efficaciam* (2). *Meliora sibi occurrisse censuit Hunziker, dum ostendere conatus est locos integros, latino sapore destitutos, graecam originem olere, v. gr. :* si omnia opera eorum in nomine Christi sui magnifica esse noscuntur, non est crudele sed magis gloriosum (*c. 14*), *quae graece ita reddit :* εἰ πάντα τὰ ἔργα αὐτῶν ἐν ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ αὐτῶν μεγαλοπρεπῆ εἶναι γιγνώσκεται, οὐκ ἔστι δεινόν, ἀλλὰ μᾶλλον ἔνδοξον. *Et haec :* quodam die imperante Diocletiano (*c. 1*) *melius intellegi asserit si graece* κελεύσαντος Διοκλητιανοῦ *scriptum esse, non vero* βασιλεύοντος, *contendas* (3). *Nec desunt quae ad roborandam eius sententiam addideris, veluti haec:* multa opera ... facta est πολλὰ ἔργα πεποίητο, sanitates = ἰάματα, virtus = δύναμις, *etc. Verum haec non ita peritos permoverunt ut illam opinionem amplecterentur, quae neque Rossio* (4) *nec Meyero* (5) *placuit, quamque confutare aggressus est Petschenigius compluribus allatis exemplis ostendendo singula verba et dicendi genera, quae nonnisi e graeco ore prodire potuisse contendunt, iam saeculis saltem V et VI in usum loquendi et scribendi latinorum maxime ex sacrorum librorum versionibus transiisse* (6). *In his saepissime occurrit* (7) *v. gr. genetivus comparationis* (maior eius), *numerus singularis cum neutro plurali* (ut manifestetur opera, divulgabatur haec omnia verba) *et alia veluti* sanitates *pro* ἰάματα (8). *Ex his sane efficitur nihil obstare quominus Acta nostra latine concepta fuerint, quin, ideo id magis probabile videri quia in Pannonia, ubi eadem collecta esse censentur, lingua latina non graeca vulgaris erat. Verum etiam graece scribi potuisse, ita ut plurima in latina versione graeca vestigia remanserint, nemo non concedet.*

Acta SS. Flori et Lauri nostris similia.

13. *At apud graecos nullum omnino fragmentum Actorum nostrorum deprehensum est, neque in synaxariis eorum de sanctis Simproniano, Claudio, Nicostrato, Castore, Simplicio ulla mentio occurrit. Non tamen negaverim fabulatorem illum Alexium qui Acta SS. Flori et Lauri conscripsit* (9) *et ipsos sanctos se novisse mentitur* (10), *de historia martyrum Pannoniorum aliquid audiisse. Mira enim est gestorum similitudo, si minutiora non attendas. Erant enim sancti Florus et Laurus, si Pseudo-Alexio fidem praestes, lapicidae insignes, in Illyrico artem suam exercentes, praecipuaque Licinii imperatoris benevolentia gaudentes. Cuius iussu cum templum exstruxissent, primum apud imperatorem accusantur, sed ab eodem dimittuntur. Postea vero, audiens Licinius idola, quibus templum impleverat, ab ipsis eversa, crudis eos nervis caedi iubet et vivos tandem in puteum deici. Vide in rebus praecipuis quanta utriusque historiae convenientia. Quis casu et fortuito haec omnia iterato evenisse credat?*

Petri Parthenopensis paraphrasis,

14. *Passionis antiquae sanctorum Quattuor Coronatorum paraphrasim habemus a Petro quodam cognomini Petro Neapolitano episcopo dicatam. Petrum illum " Parthenopensis ecclesiae levitam " seu subdiaconum Neapolitanum esse, qui saec. X alias Passiones* (11) de caenoso rivulo, *ut cum ipso loquamur, elevavit* (12), *admodum probabile est. Tripartita est codicum series in quibus illam repperimus. Codices enim P ex antiquissimis Passionis exemplaribus A Petri paraphrasim deductam esse ostendunt. In codicibus Q recentioris B vestigia indubia reperire est, quippe qui nomina quattuor corniculariorum prodant. Plurimum a praecedentibus discrepant codices R, qui multis in locis magis ad Porphyrianum archetypum reducti videntur, quosque, ut ex sequentibus manifestum erit, Adoniana contagio invasit.*

in codicum

15. *Porro Petrinae lucubrationis codices praecipui hi sunt :*

P 1 = *Codex Casinas 148, membraneus, paginarum 526, 0m,44 × 0,30, duplici columna littera longobardica exaratus a Martino monacho, anno 1010, ut docet nota p. 513 inscripta* (13).

(1) *Oesterreichische Geschichte*, t. I (Leipzig, 1858), p. 31. — (2) *Untersuchungen zur Kaisergeschichte*, t. III, p. 371. Nomen Asclepii usitatissimum esse ibidem notavit, ex *Bullettino dell' Instituto*, 1862, p. 26. — (3) Apud BÜDINGER, *Untersuchungen*, t. III, p. 6. — (4) *Bullettino*, 1879, p. 63. — (5) *Forschungen zur Deutschen Geschichte*, t. XVIII, p. 589. — (6) *Sitzungsberichte der K. Akademie der Wissenschaften*, t. XCVII, p, 770. — (7) Exempla apud RÖNSCH, *Itala und Vulgata*, 2e Aufl. (Marburg, 1875), p. 435. Cf. H. VON SODEN, *Das lateinische Neue Testament in Africa zur Zeit Cyprians*, TEXTE UND UNTERSUCHUNGEN, t. XXXIII (Leipzig, 1909), p. 345-52. — (8) RÖNSCH, *ibid.*, p. 274. — (9) *BHG*[2]. 660-664. — (10) *Act. SS.*, Aug. t. III, p. 521. — (11) F. SAVIO, *Pietro suddiacono Napoletano agiografo del secolo X*, ATTI DELLA R. ACCADEMIA DELLE SCIENZE DI TORINO, t. XXXVI (1901), p. 303-17. — (12) *Anal. Boll.*, t. XX, p. 327-28. — (13) *Bibliotheca Casinensis*, t. III, p. 306.

Legitur

A *Legitur Passio p. 289-301, sub hoc lemmate:* VI id. nov. sanctorum quattuor coronatorum. *Tum prologus, tum scriptoris Neapolitani nomen desiderantur.*

P 2 = *Codex bibliothecae Regiae Bruxellensis 8936-38, qui est ex Collectaneis Bollandianis pro diebus nov. 8-10. Continet, cum aliis apographis, Passionem auctore Petro,* ex secundo codice monasterii Sanctae Caeciliae *trans Tiberim, quem habuit Baronius, nosque frustra quaesivimus. Apographum, quod diligenter collatum esse cum antiquo exemplari et nota margini ascripta et res ipsa docet, pro codice nobis erit. Lectiones aliquot, quae solam scribendi rationem attingunt (v. gr.* ammirabilis *pro* admirabilis) *silentio pressimus.*

P 3 = *Codex bibliothecae Vaticanae 6076, chartaceus, foliorum 171, 0m,413 × 0,275, paginis bipartitis exaratus anno 1601, et ex eodem passionali Sanctae Caeciliae exscriptus* (1). *Inest fol. 73v-76* Passio sanctorum quattuor coronatorum, *quam postquam obiter inspeximus, cum apographo codicis P 2 nullatenus censuimus conferendam.*

B 16. **Q 1** = *Codex bibliothecae Vallicellanae IX, membraneus, foliorum 216, 0m,516 × 0,35, paginis bipartitis manu beneventana exaratus saec. XI. Inest Passio fol. 153-157.*

Q 2 = *Codex Florentinus bibliothecae Laurentianae, olim Mugellanus de Nemore XIII, membraneus, foliorum 283, formae maximae, geminis columnis saec. XII exaratus* (2). *Passionem, quae integra est, multis licet mendis foedatam, contulimus. Hoc ex codice Petri prologum primus protulit Bandinius* (3).

tripartita serie servata,

17. **R 1** = *Codex Casinas 139, membraneus, paginarum 732, 0m,44 × 0,29, littera longobardica saec. XI exaratus. P. 182-195:* Passio sanctorum quattuor coronatorum, *anonyma, prologo destituta et in lectiones duodecim partita* (4). *Ex hoc codice edita est in* Bibliotheca Casinensi (5). *Postquam illam iterum contulimus, satius visum est ab eius lectionibus afferendis abstinere, ne mole superflua paginas nostras gravaremus. Ceterum facilis ad recensionem R accessus patet, et qui resciscere cupit quibusnam in locis maxime ab editione nostra discrepet, conferat in primis cc. 6 et sequentia, in quibus tamen nihil reperiet quo* C *dubia intricatissima nobis proposita solvat. Ultima Passionis verba, ut in codicibus R leguntur, exscribere operae pretium est:* Post duos autem annos martyrii supradictorum quinque martyrum, cum horum quattuor coronatorum nomina minime repperirentur, statuit beatus Miltiades episcopus ut anniversaria eorum dies sub nominibus predictorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen aliquot annis, cuidam sancto viro etiam nomina eorum revelata sunt; sed festivitas, ut fuerat statuta celebris, in aliorum martyrum festivitate permansit quattuor coronatorum nomine insignis. Ad laudem et gloriam domini nostri Iesu Christi, qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat Deus in saecula saeculorum. Amen. *Qui cum epitome Adoniana, ad 8 novembris, mox afferenda (infra, n. 38), haec contulerit, non res tantum sed et verba exinde deprompta esse perspiciet.*

AUCTORE H. D.

R 2 = *Codex Casinas 149, membraneus, paginarum 402, geminis columnis, littera beneventana saec. XI exaratus* (6). *P. 156-167:* Passio sanctorum martyrum quattuor coronatorum, *eadem quae exstat in R 1.*

a sola Passione antiqua pendet.

18. *Petri Parthenopensis paraphrasis, qualis legitur in codicibus P, Q, inedita est, eamque Actis antiquis subiungimus, quorum et lectiones aliquot et formam suo modo comprobat, novoque ostendit exemplo quanta posteris negotia creaverit qui Romanam Passionem cum Pannonica coniunxit. Neque enim Petro successit, etiam summo studio conitenti, eam faecem eliquare, unde etiam suo modo id aggressus est qui codicem Q 2 conscripsit, cum pro Miltiade nunc Gaium papam, nunc Gelasium posuit. Haec autem a scriptoris ingenio, ut temporum confusioni consuleret, profecta esse, minime vero a testibus antiquis accepta sedulo notandum est.*

§ II. De ceteris testimoniis ad eosdem referendis. E

Depositio martyrum Romana.

19. *Antiquissimum omnium de sanctis nostris testimonium praebet romana Depositio martyrum his verbis:* V idus novembris Clementis, Semproniani, Claudi, Nicostrati in comitatum, *de quo laterculo non pauca notanda sunt. Error librarii procul dubio est in die mensis, qui facile in VI idus corrigitur, ut postulat antiqua traditio etiamnum vigens.* Clemens *huc certo non pertinet, ab alio vicino loco, puta a IX kal. decembres* (7) *librariorum quoque vitio translatus. Castoris et Simplicii nomina utique reticentur. Nullum tamen dubium esse potest quin turma sanctorum Pannoniorum designetur, quorum proinde memoriam Romanam ecclesiam iam medio saeculo IV coluisse constat.*

Quid comitatus.

20. *Ancipites haeremus in ultimo hoc laterculi vocabulo* in comitatum, *cum satis constet in Depositione martyrum laterculos nomine loci ubi iacent martyres eorumque celebrantur commemorationes concludi, v.gr.* in Callisti, in Lavicana, in Trasonis, *nulla vero in litterarum monumentis de* Comitatu F *veluti loco urbano vel suburbano mentio occurrat. Comitatus accipitur pro comitibus principis itinerantis* (8), *et notissima est partitio militum comitatensium et palatinorum* (9); *dein paulatim adhibetur pro principis aula, ut in rescripto Diocletiani et Maximiani, anno 286 Nicomediae dato:* cum ... te[que] ob medendi curam comitatu nostro discedere non posse palam sit (10). *Nusquam tamen de certo loco usurpatum repperimus vocabulum quod nonnulli, in re nostra, de villa principis ad duas Lauros intellegere voluerunt, quae reapse* in via Labicana, miliario ab urbe Roma plus minus tertio *sita erat, ubi martyres nostri sepulti dicuntur* cum aliis sanctis in arenario (11). *Coniecturam probare non ausim, cum in fastis romanis haec coemeteria solo nomine viae designari soleant, v. gr.* V idus septem-

(1) *Catal. Lat. Vatic.*, p. 176-180. — (2) *Bibliotheca Laurentiana Leopoldina*, t. I (Florentiae, 1791), p. 566-78, — (3) T. c., p. 575. — (4) *Bibliotheca Casinensis*, t. III, p. 253-59. — (5) T. c., florilegium, p. 160-65. — (6) *Bibliotheca Casinensis*, t. III, p. 313-15. — (7) Ita opinatur L. DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. I, p. 12. Aliter DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 75: " ignoto o corrotto è Clemente. " Alium quoque Clementem esse censet LIGHTFOOT, *The Apostolic Fathers*, Part. I, vol. I, 1 (London, 1890), p. 251. — (8) O. SEECK ap. PAULY-WISSOWA, *Realencyclopaedie der classischen Altertumswissenschaft*, t. IV, p. 622. — (9) TH. MOMMSEN, *Das Römische Militarwesen seit Diocletian*, HERMES, t. XXIV (1889), p. 225-33; SEECK, t. c., p. 619-22. — (10) *Cod. Iust.* VIII, 35, 2. Cf. SEECK, t. c., p. 622. — (11) DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 76-77; G. TOMASSETTI, in *Archivio della R. Società Romana di storia patria*, t. XXV (1902), p. 79-92.

bris

AUCTORE H. D.

bris Gorgoni in Lauicana. *Aliam interpretandi viam ingressus est Muratorius, locum corruptum asserens atque INCOMITATVM scriptum fuisse pro IVCORONATORVM* (1); *quod ut argute et sollerter excogitatum, ita arbitrarium videtur et indoli kalendarii seu Depositionis martyrum minus consonum. Nec tamen certam esse lectionem* in comitatum *existimo; proinde, donec de eadem constet, ignorare malo quam divinare.*

Martyrologii hieronymiani codices antiqui;

21. *In martyrologio hieronymiano ita sancti nostri nuntiantur die* VI id. nov. Romae ad Celio monte Sinproniani, Claudii, Castoris, Nicostrati, *ut habet codex Bernensis* (2). *In reliquis codicibus de Caelio monte tacetur. Quod etiam pridie, scilicet VII id. nov., iidem sancti iam occurrunt, id ex communi huius centonis lege declarandum est, et scriptorum oscitantiae tribuendum. Quod vero etiam postridie, V id. nov., iterum recurrant, et hac quidem forma :* Romae Clementis, Simproni, *id ex martyrum Depositione, qualem fere habemus, depromptum esse manifestum est, ubi Clementem in laterculum irrepsisse et* V idus *pro* VI idus
B *scriptum esse deprehendimus. De* comitatu *nihil; nisi vestigium vocabuli reperias in laterculi principio :* in nicom., *quod ab hieronymianorum sordibus non abhorret, et equidem probarem, nisi Nicomedia iam pridie occurreret.*

codex Bernensis;

22. *Lectionem* Romae ad Celio monte, *quam solus praebet Bernensis, primigeniam esse mihi persuasum non est, cum soleat feriale romanum sepulturae martyrum locum commemorare, nec cuipiam in mentem venire possit sanctos nostros, e Pannonia allatos, in monte Caelio, id est intra muros, quod lege prohibebatur, depositos esse. Neque dixeris martyres in via quidem Labicana sepultos, in urbe vero basilicam habuisse in qua praecipue colebantur, et hanc esse sanctorum Quattuor ecclesiam Caelimontanam, a martyrologo designatam. Saeculo enim V ineunte martyrum depositio celebris habebatur in loco ubi requiescebant, neque tunc temporis ulla in urbe basilica vel titulus martyribus dicata cernuntur. Inscriptio igitur illa* ad Coelio monte *e kalendario romano vetustissimo, qui hieronymianorum fons est, minime fluxit, sed tempore sequiore, quando iam sanctis Quattuor Coronatis titulus Coelimontanus nuncupabatur, interpolata est.*

codices recentiores;

23. *Ex hieronymianis codicibus recentioris aevi nihil prorsus, quod supra allatis aliquid lucis affundat, accipitur. Quod enim nonnulli habent, cum Sangallensi 915, qui anno 956 exaratus est,* Romae sanctorum quattuor coronatorum, id est Severi, Severiani, Carpophori et Victorini, et aliorum quinque sanctorum martyrum, id est Claudii seu ceterorum (3), *e martyrologiis saeculi IX, vel ex ipsa Passione, qualis est in codicibus B, huc permanasse patet.*

laterculus diei 25 maii,

24. *Ne quicquam de sanctis nostris omisisse videamur, obiter quoque notabimus, in codicibus antiquis Bernensi et Wissenburgensi ad diem VIII kl. iun. haec legi :* Polegrati et aliorum IIII coronati, *quae hinc de Polycrate et sociis, illinc de martyribus Pannonicis seu Romanis interpretari pronum est* (4). *At nihil tale in prototypo scriptum* D
erat; nam si optimum Epternacensem codicem adduxeris, nullo negotio laterculum ita restitues : Policrati et aliorum IIII Gortuna civitate, *quippe* coronati *pro* Gortuna *inepte legerunt librarii.*

Martyrologium Bedae.

25. *Undenam desumpta sit annuntiatio Bedae* VI id. nov. Romae natale sanctorum quattuor coronatorum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii (5), *haud ita liquet; certe non ex hieronymianis, neque probabilius ex ipsis Actis, cum ea pro suo instituto auctor in epitomen redegisset. Ad sacramentaria confugiendum videtur, quorum antiquissima cum Beda plane consentiunt. Ita Gregorianum :* VI id novembris natalis sanctorum quattuor coronatorum. *Et sequitur oratio :* Praesta quaesumus, omnipotens Deus, ut qui gloriosos martyres Claudium, Nicostratum, Symphorianum, Castorium atque Simplicium, fortes in sua confessione cognovimus, pios apud te in nostra intercessione sentiamus. *Et praefatio :* Vere dignum et iustum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, pater omnipotens, aeterne Deus, cele- E
brantes sanctorum natalitia coronatorum... (6).

Sacramentaria : Gregorianum,

Gelasianum,

26. *Paulo aliter Sacramentarium a Gelasio dictum :* In natali sanctorum quatuor coronatorum Costiani, Claudi, Castori, Simproniani VI idus novembres, *ubi Costianus est pro Nicostrato et deest Simplicius. Haec autem recitatur oratio:* Annua martyrum tuorum, Domine, vota recurrimus, maiestatem tuam suppliciter deprecantes, ut cum temporalibus incrementis prosperitatis aeternae coronatorum capiamus augmenta (7). *In sacramentario Veronensi seu Leoniano,* in natali sanctorum quattuor. coronatorum, *eadem est oratio, sed ita desinit :* ut cum temporalibus incrementis prosperitatis aeternae capiamus augmentum (8). *Etiam proferre iuverit quae in nonnullis codicibus Gregorianis recentioris aetatis missae sanctorum quattuor praenotantur :* Quattuor coronatorum nomina haec sunt : Severus, Severianus, Victorinus et Carpophorus, quorum dies natalis, per incuriam neglectus, minime reperiri poterat; ideo statutum est ut in eorum ecclesia horum quinque sanctorum, qui in missa recitantur, natalis celebretur, ut cum istis eorum quoque memoria pariter fiat (9). *Quae clausulae Actorum recensionis B* F
paraphrasis est ita tamen concepta ut in singulis fere assertis eidem adversetur. Nam natalem neglectum ponit pro nominibus haud repertis et quidem per incuriam, et anniversarii utriusque coniunctionem omnino aliter, non tamen magis perspicue exponit.

Leonianum.

Glossa recentior.

Itinerariorum testimonia

27. *In Actis sanctorum nostrorum de Pannoniorum sepultura tacetur, Romanos via Labicana miliario plus minus tertio depositos esse asseritur. Qua de re audiendi sunt qui coemeteria et sacra urbis loca pie lustrarunt antequam martyrum corpora, urgentibus temporum procellis et reliquiarum colligendarum pia vesania, ubique distraherentur. Primo libellus qui* Notitia ecclesiarum Urbis Romae *inscriptus est et saeculo VII compositus videtur :* Ad Helena via Campania multi

(1) *Liturgia romana vetus* (*Opere*, t. XIII, 1, Arezzo, 1771), p. 72. — (2) *Act. SS.*, Nov. t. II, p. [140]. — (3) *Act. SS.*, t. c., p. [66]. — (4) DE ROSSI, *Roma sotterranea*, t. I, p. 145. — (5) *Act. SS.*, Mart. t. II, p. XXXVIII. Cf. QUENTIN, *Les martyrologes historiques*, p. 55. — (6) *P.G.*, t. LXXVIII, p. 147; M. RULE, *The Missal of St Augustine's Abbey Canterbury* (Cambridge, 1896), p. 119. In codice bibliothecae Capituli Mutinensis, II, 7, saec. IX-X (EBNER, *Quellen und Forschungen zur Geschichte des Missale Romanum*, Freiburg i. B., 1896, p. 94), suo loco legitur oratio cum nominibus sanctorum quinque. In margine vero, manus paulo recentior ascripsit binas orationes de sanctis quattuor coronatis Severo, Severino (*sic*), Carpophoro, Victorino. DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 86. — (7) H. A. WILSON, *The Gelasian Sacramentary* (Oxford, 1894), p. 203. — (8) Ch. LETT FELTOE, *Sacramentarium Leonianum* (Cambridge, 1896), p. 148. — (3) *P.L.*, t. LXXVIII, p. 147. Cf. quae inferius de Pseudo-Alcuino dicturi sumus.

martyres

A martyres pausant. In aquilone parte ecclesia Helenae primus Tiburtius martyr. Postea intrabis in speluncam : ibi pausant sancti martyres Petrus presbiter et Marcellinus martyr. Postea in interiore antro Gorgonius martyr et multi alii et in uno loco in interiore spelunca XL martyres et in altero XXX martyres et in tertio IIII coronatos et sancta Helena in sua rotonda (1). *Libellus* De locis sanctis martyrum, *qui eodem saec. VII scriptus esse censetur, eadem ita testatur :* Iuxta viam vero Lavicanam ecclesia est sanctae Elenae, ubi ipsa corpore iacet. Ibi isti sancti dormiunt : Petrus, Marcellinus, Tyburtius, sancti XXX milites, Gorgonius, Genuinus, Maximus, IIII coronati, id est Claudius, Nicostratus, Simpronianus, Castorius, Simplicius. Ibi et in cryptis innumera martyrum multitudo sepulta iacet (2). *Minus distincte Wilhelmus Malmesburiensis, qui fonte etiam saec. VIII antiquiore usus esse creditur :* Ibi sunt prope Petrus, Marcellinus, Tiburtius, Geminus, Gorgonius, et quadraginta milites et alii innumerabiles, et non longe sancti quattuor coronati (3).

de romana Quattuor Coronatorum sepultura.

28. *Ex hisce igitur testibus et ex Actis habemus Quattuor Coronatorum sepulcrum in coemeterio viae Labicanae quaerendum esse; attamen locus ab archaeologis diligenter quaesitus, hucusque repertus non est* (4). *Neque etiam ex allatis solvitur dubium, quinam sint illi martyres nomine Quattuor Coronatorum designati. Qui enim primum et tertium testimonium cum Actis contulerit, solos quattuor cornicularios seu martyres Romanos in Via Labicana iacuisse intelleget; ex libello vero* De locis *solos quinque Pannonios. Et hic rursum oritur magna controversia, quam non est huius loci dirimere. Id tamen notasse iuverit, hunc nostrum libellum non ex sanctorum Passionibus compilatum, sed ex ipsis sanctorum sepulcris inspectis materiem subministratam esse. Hinc nomina martyrum ab auctore in titulo sepulcrali lecta esse, haudquaquam ex libris excerpta non improbabiliter conieceris.*

Libri pontificalis,

29. *Maximi momenti nobis videtur et sedulo expendendus, non tantum ad historiam reliquiarum sanctorum Quattuor persequendam, sed ad Acta eorundem, qualiter in plerisque libris leguntur intellegenda, locus* Libri pontificalis, *in Vita* C *Leonis IV* (*847-855*), *qui ex presbytero tituli Quattuor Coronatorum assumptus est in summum pontificem :* Ipse vero a Deo protectus et beatissimus papa multa corpora sanctorum, quae diu occulta iacuerunt, summo studio summoque cordis affectu, ad honorem omnipotentis Dei, infra huius alme urbis menia congregavit mirifice. Nam et corpora sanctorum IIII coronatorum sollerti cura inquirens repperit; pro quorum desiderabili amore basilicam quae sanctorum fuerat nomini consecrata, quam ipse usque dum ad pontificii deductus est apicem, prudentissimo moderamine rexit, quae per solitana curricula temporum quassata vetustatis defectu et pene ruinis confracta diu antiquitus videbatur convulsa, supernae virtutis annuente clementia, in splendidiorem pulcrioremque statum perduxit a fundamentis, ad laudem omnipotentis Dei, eorumque sacratissima corpora cum Claudio, Nicostrato, Simphroniano atque Castorio et Simplicio, necnon Severo, Severiano, Carpoforo et Victorino, IIII fratribus, verumtamen Marius, Audifax et Abbacuc, Felicissimo et Agapito, Ypolito quidem cum suis familiis numero XVIII, Aquila et Prisca, Arseo, Aquino, Narcisso et Marcellino, Felice Simetrioque, Candida atque Paulina, Anastasio et Felice, Apollione et Benedicto, Venantio atque Felice, Diogene et Liberali, Festo et Marcello atque Superantio, Pudentiana et Benedicto, Felice et Venanto necnon et capite sancti Proti sanctaeque Ceciliae, sancti Alexandri, sanctique Sixti et sancti Sebastiani atque sacratissimae virginis Praxedis, pariter sub sacro altare recondens locavit, et alii multi, quorum nomina sunt Deo cognita (5).

AUCTORE H. D.

martyrum translationem referentis,

30. *Hic primum notasse iuverit pontificem corpora sanctorum e coemeteriis suburbanis congregasse et in* almae urbis moenia *intulisse; quod de plerisque satis constat, quos prius in diversis viis requievisse novimus, v. gr. Marium, Audifacem et Abbacuc in via Cornelia, Felicissimum et Agapitum in via Appia, coemeterio Praetextati, Hippolytum in Tiburtina. Porro Severus, Severianus, Carpophorus* E *et Victorinus, quorum nomina in Actorum recensione B inserta esse iam diximus* (6), *ii ipsi sunt* (*sed pro Severo lege* Secundum) *qui, teste Depositione martyrum, VI idus augusti colebantur et in Albano iacebant coemeterio* (7).

codex C alteri praestare videtur.

31. *Neque omittenda est gravissima lectionum varietas inter codicem Parisinum 5516* (= *D*), *qui ante medium annum 861 exaratus est* (8), *quemque exscripsimus, et Parisinum 5140* (= *C*), *saec. XI, cuius haec sunt de sanctis nostris verba :* Nam et corpora sanctorum martyrum IIII coronatorum sollerti cura inquirens repperit ... eorum sacratissima corpora, scilicet Claudii, Nicostrati, Simphoriani atque Castorii et Simplicii cum Severo, Severiano, *etc. Si primum sequaris, Quattuor Coronatos praeter Claudium et ceteros Pannonios repertos esse a pontifice intellegas necesse est; si altera lectio vera est, Claudium et socios ipsos esse Coronatos oportet. Utra eligenda sit vix dubium videretur, si sola codicum antiquitas pro argumento esset. At res ipsa perpendenda est. Fac enim pontificem non solos Pannonios Claudium cum sociis, sed et quattuor Romanos repperisse, quod D intellexisse videtur. Cum haec plane consona sint Actis, qualia* F *iam ab integro saltem saeculo legebantur, frustra exquiritur causa quare C haec emendanda censuerit, et unam pro gemina martyrum turma inventam esse voluerit. Contra si de solis quinque Pannoniis primum mentio erat, non ita mirum est scriptorem, qui Acta legerat, ad historiae normam libellum accommodare voluisse. Quae cum ita sint, codicem D hoc loco alteri anteponendum esse minime exploratum est.*

Geminus de reliquiis Caelimontanis

32. *In basilica SS. Quattuor Coronatorum in pariete ad laevam affixus est lapis cum bipartita inscriptione, quam lectoribus proponendam censemus. Undenam assumptus sit docent haec verba marmori insculpta :* Vetus hic lapis in ara maxima sanctorum corporibus erat impositus. *Porro haec legimus in parte lapidis sinistra.*

titulus,

† BEATVS LEO . IIII . PAPA
PARITER SVB HOC SACRO ALT(A)R(E)
REC(ON)DENS COLLOCAVI(T) CORPORA S(AN)C(T)OR(VM)

(1) De Rossi, *Roma sotterranea*, t. I, pp. 139, 178. — (2) C. L. Urlichs, *Codex urbis Romae topographicus*, p. 83; De Rossi, t. c., pp. 142, 178. — (3) Urlichs, t. c., p. 88; De Rossi, t. c., p. 179. — (4) O. Marrucchi, in *Nuovo Bullettino di archeologia cristiana*, 1898, p. 186. — (5) L. Duchesne, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 115-116. — (6) Supra, p. 750, n. 4. — (7) De his De Rossi, *Bullettino*, 1869, p. 65-78. — (8) Duchesne, t. c., p. II.

M(A)R(TYRVM)

AUCTORE H. D.

quorum prior

M(A)R(TYRVM) CLAVDII . NICOST<RAT>I . SIMPRONI
CAST(ORIS) ET SIMP(LICII) . ET IIII FR(AT)R(V)M . SEVERI
SEVERIANI . CARPOFORI . ET VICTO
RINI . MARII . AVDIFAX ET ABBACV(M)
FELICISSIMO . ET AGAPITO . YPPOL(I)T(O)
QVIDE(M) CV(M) SVA FAM(I)L(IA) NV(MER)O . X . ET
VIIII . AQVI(LI)NI . ET PRISCI . ARSEI
AQVI(LI)NI . NARCISI . ET MARCELLI
NI . FELICIS . SIMETRII . CANDI
DAE ATQ(VE) PAVLINAE . ANASTASII
ET FELICIS . APOLLIONIS .
ET BENEDICTI . VENANTII
ATQ(VE) FELICIS . DIOGENIS ET LI
BERALIS . FESTI . ET MARCELLI .
ATQ(VE) SVPERANTII . PVDENTIANE .
ET BENEDICTI . FELICIS ET BENE
DICTI . NEC N(ON) CAPITA SANCTOR(VM)
PROTI S(AN)C(TA)EQ(VE) CECILIA . E .
S(AN)C(T)I ALEXANDRI . S(AN)C(T)IQ(VE) XISTI
ET S(AN)C(T)I SEBASTIANI . ATQ(VE)
SACRATISSIME VIRGINIS
PRAXEDIS . ET ALIA MVLTA
B CORPORA SANCTORVM
QVORVM NOMINA DEO
SVNT COGNITA .

Ad dextram vero haec scripta sunt :

† ANNO AB INCARNATIONE
D(OMI)NI N(OST)RI I(ES)V CH(RIST)I MILLESIMO
CENTESIMO XI . INDICTIONE
IIII . V . IDVS IVNII DOMINVS
PAPA PASCHALIS SECVNDVS . XII
PONTIFICATVS SVI ANNO IVSIT
CAVARE SVB ALTARE
QVOD PRIVS COMBVSTVM
ET CONFRACTVM FVERAT
ET INVENIT DVAS CONCAS
VNAM PORPHERETICAM
ET ALIAM EX PROCONISSO
IN QVIBVS ERANT RECONDI
TA SACRA CORPORA SV
PRADICTORVM SANTORVM
IN TERTIA VERO DIE IVSIT
VNDIQVE MVNIRE CON
CAS . ET DESVPER ALTA
RE RENOVARE . AD
C MEMORIAM . ET ONO
REM SANCTORVM . ET
LAVDEM DOMINI
NO(S)TRI I(ES)V CH(RIST)I

Utrumque titulum eodem tempore, videlicet sedente Paschali II (1099-1118), tabulae incisum esse litterarum nota prodit (1).

exemplum antiquius exscribere videtur.

33. *Minoris momenti in re nostra est inscriptio Paschalis II, de qua id tantum notari velim* duas concas, unam porphereticam et aliam ex proconisso, *non tam ex rebus ipsis quam ex Actis (cc. 3, 4, 10, 12, 15, 16, 22) descripta videri. Prior vero titulus cum Libro pontificali conferendus est, quocum ita convenit ut ex eodem excerptum nonnullis visum sit* (2). *Fateor mihi contra Leonis IV gesta legenti statim in mentem venisse martyrum catalogum e titulo exscriptum esse, non illo quidem qui superstes est et saec. XII exaratus, sed ex eius archetypo, quod, sedente Leone, ad rei memoriam* D *positum esse conicere fas est. Porro notandum est ex inscriptione minime infirmari quod de lectione codicis C eiusque probabili praestantia superius dictum est* (3). *Nihil enim de Quattuor Coronatis veluti a Pannoniorum turma diversis asserit, et primo loco Claudium, Nicostratum et ceteros enumerat. Non nego rem aliter expediri a Rossio, cui* vox pariter, *initio lapidis expressa, grave indicium videbatur inventionis et translationis aliorum corporum, alterius etiam tituli deperditi, in quo Coronatorum Quattuor memoriam inscriptam fuisse autumat* (4). *Atqui hanc non esse vim vocabuli* pariter *mihi probabile est, quodque* etiam *seu* eodem modo *interpretatur Rossius, equidem* simul *seu* uno tempore *intellego; neque titulum deperditum, cuius nullum vestigium est, coniectura fingere consultum esse videtur.*

Acta S. Sebastiani.

34. *In Actis S. Sebastiani* (5), *quae ante saec. VII exstitisse perhibent* (6), *narratur (cc. 7, 11, 20), conversio et martyrium sanctorum Nicostrati, Claudii, Castorii, Simproniani vel Symphoriani* (7) *et Victorini, quae martyrum Pannoniorum nomina* E *sunt praeter Victorinum, qui in recensione B unus est ex quattuor cornicularii. Si tamen hagiographo fidem praestes, eorumque sanctorum gesta cum Actis Quattuor Coronatorum conferas, homines omnino diversos esse, sed cognomines, intellegas oportet. Nam Claudius commentariensis fuisse perhibetur, Nicostratus primiscrinius, cuius frater erat Castorius; Victorinus frater Claudii esse censetur, Symphorianus autem eiusdem filius; qui omnes a S. Sebastiano Romae fidei christianae initiantur, et a Polycarpo presbytero baptismo donantur. Dum autem martyrum corpora per ora Tiberina requirunt, a persecutoribus comprehensi sunt, iterum et tertio torti; tandem in mare praecipites dantur. Quamvis haec nullo pacto cum Actis nostris congruant, nulla ratione movemur ut Claudium, Nicostratum, Simpronianum, Castorium — ut de Victorino tantisper taceamus — alios esse a Pannoniis censeamus. Etenim Acta Sebastiani ea plane ratione concinnata esse patet qua usi sunt quicumque gesta sanctorum Romanorum conscripsere* (8). *Passiones videlicet martyrum ad instar dramatis sacri ita componunt ut personas plerasque notissimas, sed temporibus et* F *locis segregatas, undique conquirant, pro arbitrio novas inter easdem constituant cognationes, munera vero et officia eisdem affingant et singulis suas partes distribuant, nulla veritatis habita ratione, solo pietatis et delectationis intuitu. Ea plane audacia hagiographum qui S. Sebastiani gesta conscripsit egisse indubium est, et sanctos Pannonios, qui Romae colebantur, quosque fortassis Romanos existimabat, cum S. Sebastiano coniunxisse, quo lectorum iucunditati melius consuleret. Easdem ergo habemus personas, at historiam prorsus fictam proindeque neglegendam.*

Martyrologia Flori,

35. *Non neglexere qui saec. IX martyrologia, quae dicunt historica, conflarunt, sanctorum nostrorum gesta, atque rem iam pridem intricatam penitus perturbarunt. Et ut a Floro incipiamus, ille quidem intellexit utrimque, scilicet in Actis nostris et in Actis S. Sebastiani, eosdem comme-*

(1) Utrumque iam ediderunt P. A. GALLETTI, *Inscriptiones romanae infimi aevi Romae exstantes*, t. I, p. XXVI, et haud sine mendis V. FORCELLA, *Iscrizioni delle chiese ed altri edificii di Roma*, t. VIII, n. 717. — (2) ERBES, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. V, p. 481; DUCHESNE, *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 136. — (3) Supra, p. 755, n. 31. — (4) *Bullettino*, 1879, p. 82. — (5) *BHL*. 7543. — (6) H. HAGEN, in *Sitzungsberichte der kais. Akademie der Wissenschaften*, phil. hist. Classe, t. CVIII (1885), p. 25-50. — (7) *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 276, annot. *a*. — (8) *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 235-52; t. XIX, p. 444; H. DELEHAYE, *Les légendes hagiographiques*, p. 44.

morari

A *morari martyres, quorum et debita die nomina recte recitat, verum, ut brevem eorundem historiam texeret, relictis Actis Quattuor Coronatorum, quae fortasse ignoravit, ad S. Sebastiani Passionem recurrit. Eius verba accipe* (1) : VI id. nov. Romae, natale sanctorum quatuor coronatorum Claudii, Nicostrati, Symphroniani, Castorii et Simplicii, quos [praefectus urbis] cum [per decem dies minis et blanditiis in nullo penitus movere potuisset, tertio tormentis] atrocibus vexatos [iussit in medio mari praecipites dari]. Sicque [immensis arctati ponderibus ac pelagi fluctibus] immersi, [in loco mundo inter aquas, coronam martyrii celebrarunt]. *Nempe, laterculo 8 novembris, quale apud Bedam legitur, nulla habita ratione Victorini, martyrii historiam ex verbis — uncis ea comprehendimus — Actorum S. Sebastiani contexuit.*

8 novembris ex Actis S. Sebastiani;

Adonis,

36. *Adoni res aliter visa est, quippe qui martyres quinque, S. Sebastiani discipulos, a Pannoniis nostris secernendos esse censuerit. Et illos quidem laudat die VII iulii his verbis, quae ex S. Sebastiani Actis excerpsit* (2) : Romae, natalis beatorum martyrum [Nicostrati primiscrinii, Claudii commentariensis, Castorii, Victorini, Simphroniani], quos beatus Sebastianus credere in Christum docuit, et sanctus Polycarpus presbyter baptizavit; qui cum [corpora sanctorum per ora Tyberina requirunt, tenti sunt, et ad Urbis praefectum perducti. Erat iudex Fabianus, qui eos hortabatur ad sacrificandum, per decem dies minis et blanditiis] cum eis [agens], et nullum [penitus potuit commovere. Tunc fecit de eis suggestionem imperatoribus : qui]que [iusserunt eos tertio torqueri. Cumque nulla ratione compulsi cederent, iusserunt eos in mare praecipites dari. Immensis] itaque [arctati ponderibus, pelagi fluctibus dati sunt], ut [in loco mundo inter aquas coronam martyrii celebrarent.] *Porro, qua ratione ductus fuerit ut haec nonis iulii primus enarraret, quando in antiquis martyrologiis nihil tale occurrit, in aperto est* (3). *Qui enim S. Sebastiani gesta conscripsit, S. Nicostratum cum sociis ilico inducit postquam de S. Tranquillino dixerat eum* apostolorum natalicii octavo die *seu pridie nonas iulias martyrium subiisse* (4). *Tranquillinum*

7 iulii ex Actis S. Sebastiani,

C *proinde die 6 iulii Ado nuntiavit, postridie vero Nicostratum et socios, licet ex ipsis Actis colligere posset, eos decem saltem dies S. Tranquillino supervixisse.*

8 novembris ex Actis nostris,

37. *Die autem 8 novembris haec habet Ado* (5): VI idus novembris. Romae natalis sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii, imperantibus Diocletiano et Maximiano (6). Hi cum essent artifices insignissimi et marmorum caesores probatissimi, imperatori Diocletiano valde facti sunt accepti... *Tum pergit in narranda breviter historia quinque Pannoniorum nunc suis, nunc ipsorum Actorum verbis utendo; tandem ita concludit :* Post dies autem XLII venit quidam Nicodemus christianus, et levavit cum ipsis loculis corpora martyrum et in domo sua honorifice posuit. Passi vero sunt VI idus novembris.

38. *Dehinc subiungit* (7) : Eodem die, natale sanctorum quatuor coronatorum, id est Severi, Severiani, Carpophori et Victorini. Hi cum impellerentur [ad sacrificandum, reluctantes, nec consensum impiis praebentes], persliterunt in fide. [Nuntiatum est] autem [Diocletiano imperatori] qui [ilico iussit ut ante simulacrum] Aesculapii [ictibus plumbatarum caesi deficerent. Quorum corpora iussit in platea canibus iactari] et[iacuerunt ibi diebus quinque. Tunc] pii christiani venerunt, et collecta corpora sepelierunt [in via Lavicana, miliario ab urbe tertio, in arenario,] iuxta corpora sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii. Passi sunt autem sexto idus novembris, post duos tamen annos passionis horum quinque martyrum. Cum autem [nomina eorum minime reperirentur], statuit [beatus Melchiades episcopus ut anniversaria] quatuor coronatorum dies sub nominibus sanctorum quinque martyrum [recoleretur]. Intercurrentibus tamen annis, cuidam sancto viro etiam nomina eorum revelata sunt. Festivitas vero ut fuerat statuta, celebris in aliorum martyrum festivitate permansit, ac locus quatuor coronatorum nomine insignis. E

Auctore H. D.

39. *Ex uno fonte hanc ultimam Passionem haustam esse, videlicet ex Actorum recensione B, nullus dubito. Inde enim accepit Ado nomina Quattuor Coronatorum seriemque rerum gestarum, quas tamen ita enarravit ut quae pugnantia inter se esse perspiceret emendare, quae obscura illustrare conaretur. Quapropter sequentia ex ingenio confinxit :* a) *Ubi legebat S. Sebastianum cum Miltiade episcopo noctu venisse et corpora collegisse, pios christianos anonymos id officii genus martyribus praestitisse scripsit, quandoquidem Sebastianum non sub Miltiade sed sub Gaio vixisse ex eius Actis compertum habebat.* b) *Verba* cum aliis sanctis in arenario *de martyribus quinque Pannoniis interpretatur :* iuxta corpora sanctorum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii. c) *Sententiam satis intricatam :* quod factum est eodem tempore, sed cum post duos annos evenisset *etc. ita planam reddit :* Passi sunt VI id. nov. post duos tamen annos passionis horum quinque martyrum. d) *Cum intellegeret repugnantia esse hinc quattuor cornicularios Severum, Severianum cet. nuncupari, illinc vero eorum nomina minime reperiri potuisse, nodum solvit addendo post annos aliquot sancto cuidam viro eadem revelata esse, sed non ideo distinctam festivitatem institutam esse, omnia quippe, uti a Miltiade constituta fuerunt, in usu permansisse.* F

ab Adone

40. *De parvo Romano, uti dicunt, martyrologio nihil addendum, si verum est illud ipsum ab Adone compilatum esse* (8). *Ceterum mihi persuadere nequeo Adonem primum omnium nomina Severi Severiani cet. quattuor cornicularis dedisse. In omnibus enim vulgatae recensionis B codicibus, quorum nonnulli Adonis aetatem vix non attingunt, ea nomina leguntur, neque verisimile est anonymum scriptorem, qui ea ex Adone interpolaverit, revelationem illam* cuidam sancto viro *factam neglexisse, quae aptissime excogitata est ad difficultatem omnibus obviam componendam, et ad mentem huius aetatis plane accommodata. Qua via turma sanctorum Albanorum in Acta Quat-*

partim emendatis.

(1) H. Quentin, *Les martyrologes historiques*, p. 275. — (2) Giorgi, *Adonis martyrologium*, p. 320. Hic quoque intra uncos verba ipsa Passionis allata sunt. — (3) Quod iam perspexerat Sollerius noster, *Act. SS.*, Iul. t. II, p. 462, n. 4. — (4) *Act. SS.*, Ian. t. I, p. 276, n. 75. — (5) Giorgi, t. c., p. 567. — (6) De Maximiano nulla est in Actorum codicibus mentio. — (7) Giorgi, t. c., p. 567. Uncis rursum discernimus quae ex ipsis Actis Ado mutuatus est. — (8) Quentin, t. c., p. 649-752.

tuor

AUCTORE H. D.

tuor Coronatorum irrepserit, alio loco expendetur.

Martyrologium Usuardi,

41. *Adonem de more sequitur et aliquantulum contrahit Usuardus, tum ad 7 iulii, ubi sanctorum* Nicostrati, Claudii, Castorii, Victorini, Simphroniani *elogium adducit* (1), *tum ad 8 novembris, ubi primo loco nuntiatur :* Romae via Lavicana passio sanctorum Claudii, Nicostrati, Simproniani, Castoris et Simplicii, qui prius in carcerem trusi..., *dein :* Item via Lavicana natalis quatuor coronatorum Severi, Severiani Carpofori et Victorini, qui iubente Diocletiano, *cet.* (2). *Adone quoque usus est Notkerus, haud temere, ut solent qui sanctorum fastos componunt, sed tanto ingenii acumine ut antiquam martyrologiorum traditionem ab illo eversam esse notaret. Recitatis enim ad 7 iulii nominibus Nicostrati, Claudii, Castoris, Victorini, Symphoriani, statim observat :* vel sicut in libro sacramentorum continetur Simproniani. Quorum natalem sexta die iduum novembris catenus nos celebrasse credidimus, donec venerabilis pater Ado alios et alios pro eis nobis honorandos insinuaret, de quibus suo loco, vita comite, B commodius disseretur. " *Porro, quid disseruerit* ", *ut cum Sollerio nostro loquamur,* " *nescimus, cum* " *post 26 octobris reliqua eius martyrologii desiderentur* (3) ". *Ceteros martyrologos silentio premere praestat, cum sese mutuo id genus hominum certatim exscribant.*

Notkeri.

Actorum epitomae : anonyma,

42. *Neque diu immorandum est variis Actorum summariis quae in codicibus leguntur, v. gr. in codice Bernensi 114, fol. 100v-202, ubi habemus lectiones tres* In natali quattuor coronatorum (4) *ex Actis nostris excerptas, quae ita incipiunt :* Hodie sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Simproniani, Castorii atque Simplicii Romae celebratur natalis. *Tertia autem lectio ita clauditur :* Hodie quoque quattuor coronatorum celebratur natalis id est Severi, Severini, Carpophori, Victorini... Passi sunt autem VI idus novembris. Post duos autem annos passionis eorum cum minime nomina eorum repperirentur, statuit sanctus Melciades episcopus ut anniversaria quattuor coronatorum dies sub nominibus supradictorum quinque martyrum recoleretur. Intercurrentibus tamen annis, cuidam sancto viro C etiam nomina eorum revelata sunt, *cet.* (5). *In his Adonem audis, nonnihil retractatum ; nam apud Adonem duo anni decurrerunt inter utriusque turmae Passionem, non vero inter Passionem et statutum Miltiadis. Vincentius Bellovacensis in* Speculo, *lib. XIII, duo habet capita, de sanctis nostris :* VIII. De quatuor coronatis. Ex gestis eorum. IX. De passione eorum et quatuor cornicularis, *ex Actis antiquis fideliter digesta, cum hac brevissima clausula, quae Adoniana est :* Horum autem quatuor coronatorum nomina, quae post eorum passionem interiectis annis, domino revelante, ostensa sunt, ista sunt : Severus, Severianus, Carpophorus, et Victorinus.

Vincentii Bellovacensis,

Iacobi de Voragine,

43. *Ad eosdem fontes reducenda est memoria Quattuor Coronatorum in Legenda aurea* (6), *licet multum ab iisdem discrepet :* Quatuor coronati fuerunt Severus, Severianus, Carpophorus et Victorinus, qui iubente Dyocletiano usque ad mortem ictibus plumbatorum caesi sunt. Horum nomina cum reperiri non possent, tandem post multos annos, domino revelante, reperta sunt, statutumque fuit ut eorum memoria sub nominibus aliorum quinque martyrum scilicet Claudii, Castorii, Symphoriani, Nicostrati et Simplicii recoleretur, qui post duos annos a martyrio praedictorum passi sunt. Isti enim martyres, cum omnem sculpturae artem haberent et Dyocletiano ydolum quoddam sculpere nollent, nec sacrificare aliquatenus consentirent, iussu ipsius Dyocletiani in loculos plumbeos vivi missi sunt et sic in mare praecipitati circa annos domini CCLXXXVII. Sub nominibus igitur istorum V statuit Melchiades papa praedictos IV honorari et IV coronatos vocari, scilicet antequam nomina eorum reperirentur, et licet postmodum nomina reperta fuerunt, usus tamen obtinuit ut IV coronati deinceps vocarentur. E *Ubi praecipue notandum est passionem martyrum Romanorum biennio ante Pannonicam collocari, annumque quo haec circiter secundum Iacobi de Voragine computum contigit, diserte exprimi. Apud Petrum de Natalibus bina de sanctis nostris leguntur in libro X capita :* XXXVI. De sanctis Claudio, Nicostrato et sociis martyribus. XXXVII. De sanctis quattuor coronatis martyribus, *utrumque ex Actis depromptum, cum hac clausula :* Horum nomina cum minime possent inveniri, quattuor coronati vocati sunt. Statutum est autem a Melchiade papa ut memoria eorum sub nominibus aliorum quinque martyrum praedictorum et dies anniversaria recolatur. Et licet processu temporis nomina reperta fuissent, *cetera ut in Legenda Aurea.*

Petri de Natalibus.

Pseudo-Alcuinus.

44. *Adone usus est auctor libri* De divinis officiis, *Alcuino suppositi, in capite 31, quod inscribit :* De nominibus quattuor coronatorum. *Et sequitur ilico :* Quatuor coronatorum nomina haec sunt : Severus, Severianus, Victorinus et Carpophorus. Quorum nomina et dies natalis per incuriam neglectus, minime reperiri poterant; ideo statutum est ut in eorum ecclesia quinque ceterorum sanctorum, qui in missa recitantur, natalis F celebretur, id est Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii atque Simplicii, ut cum istis eorum quoque memoria pariter fieret; postea vero eorum nomina revelata sunt. Solemnitas tamen, ut statuta fuerat, in aliorum sanctorum nomine celebris permansit (7). *Hic non nomina tantum sed et natalem habes per incuriam oblivioni data, et postquam de memoria quattuor Romanorum cum quinque Pannoniorum celebranda dictum est* (8) *additur clausula Adoniana.*

(1) SOLLERIUS, *Usuardi martyrologium*, p. 385. — (2) SOLLERIUS, l. c., p. 659. — (3) T. c., p. 386. — (4) H. HAGEN, *Catalogus codicum Bernensium*, p. 170. — (5) In codice Vallicellano H 3, p. 368-76, legitur Passionis antiquae retractatio, nullius prorsus momenti, quae hic obiter notanda est : *Passio sanctorum Claudii, Castorii, Simphoriani, Simplicii atque Nicostrati et sanctorum quatuor coronatorum. Ex antiquis tum nostrae bibliothecae tum aliorum codicibus manuscriptis.* Ita incipit : *Tempore Diocletiani Augusti reperiebantur excellentissimi in arte quadrataria sculptores nempe Cl. C. Simph. Simpl. atque N. qui occulte, uno excepto Simplicio, christiani erant et custodiebant mandata Dei.* Desinit vero : *Passi sunt autem post duos annos a passione dictorum quinque martyrum supra proxime positorum, eodem scilicet die hoc est sexto idus novembris. Horum nomina cum minime possent inveniri, quatuor coronati vocati sunt. Statutum est autem ut memoria eorum sub nominibus aliorum quinque martyrum praedictorum et dies anniversaria recolatur. Et licet processu temporis eorum nomina reperta fuissent, usus tamen obtinuit ut quatuor coronati deinceps vocarentur.* — (6) GRAESSE, p. 739-40. — (7) *P.L.*, t. CI, p. 1230. — (8) Cf. notam in recentioribus sacramentariis Gregorianis positam, supra, p. 754, n. 26.

§ III.

A

§ III. Historiae sanctorum Quattuor Coronatorum explorata vestigia.

Monumentorum partitio.

45. *Quae hucusque attulimus monumenta de sanctis, quorum hodie memoriam facimus, ita loquuntur ut in quinque veluti classes distribui debeant. Prima est eorum quae solos martyres Pannonios enumerant, nullo coronatorum addito cognomine, ut sunt romana Depositio martyrum, martyrologium Hieronymianum, titulus in Caelimontana ecclesia* (1). *Secunda eos ipsos Pannonios Coronatos nuncupat, neque alteram turmam cum iisdem commiscet, quod est apud Bedam* (2) *in sacramentariis Gregoriano et Gelasiano* (3), *in libello* De locis martyrum (4), *et fortassis etiam in* Libro pontificali (5). *Tertium genus testimoniorum de solis Quattuor Coronatis indistincte dicit, v. gr.* Notitia ecclesiarum, *itinerarium Willelmi Malmesburiensis* (6) *ut taceam ipsum ecclesiae Caelimontanae nomen.* B *Quarto loco veniunt ea scripta in quibus martyres Pannonii perspicue discernuntur a quattuor cornicularii anonymis, qui Coronati esse intelleguntur. Ita in Actorum antiquorum recensione A, et eius genuina propagine. In quinta classe turma corniculariorum anonyma non est, sed cognominis turmae martyrum Albanorum, v. gr. in Actorum recensione B, apud Adonem, al.*

Delenda nomina Severi, Severiani et sociorum

46. *Et ab hac ultima statim nos expedire iuvat. Verba illa:* quorum nomina haec sunt Severus, Severianus, Carpoforus et Victorinus *in Passione Romana interpolata esse ex inspectis codicibus palam fit* (7); *nomina quattuor corniculariorum ea non esse, sed martyrum Albanorum* Secundi, Severiani, Carpofori, Victorini (8) *nemo, ni fallor, in dubium revocabit, qui nolit urgere Albano agmini non* Severum *sed* Secundum *praeesse* (9). *Atqui hac ipsa paucarum syllabarum commutatione via ostenditur qua Albani martyres in Romanam Passionem irrepserunt. Etenim, tum in Libro pontificali, tum in Caelimontana inscriptione* Severum *etiam pro* Secundo *legimus, quem errorem a lapide antiquiore, aetate Leonis IV parieti infixo, profectum esse putamus* (10). *Quicquid id est,* C *ex reliquiarum catalogo, perperam intellecto, Actorum antiquorum interpolatorem sibi finxisse nomina quattuor corniculariorum ea esse quae protulit, vix ambigi potest. Audiens enim Leonem papam IV sub altare collocasse tum corpora sanctorum Claudii et ceterorum Pannoniorum, tum* IV fratrum Severi, Severiani, Carpofori et Victorini, *utramque illam esse turmam quae in Actis celebrabatur facili ratiocinatione collegit, et eadem Acta emendare statim aggressus est.*

saeculo IX Actis perperam inserta.

47. *Statim, inquam, cum intra annos 847-855 sacrae reliquiae repertae sint, et Acta emendata Adoni (c. 860) iam praesto fuerint. Neque mirum est tunc temporis de Actis sanctorum quattuor iterum edendis cogitatum esse, quando ex reliquiarum inductione novum decus eorundem basilicae accedebat et novum venerationis incitamentum. Ex eo autem quod* quattuor fratres *eosdem ac cornicularios esse censuit hagiographus, illud etiam infero nullam aliam in ecclesia Caelimontana inscriptionem exstitisse, in qua de Coronatis quattuor, praeter martyres Pannonios et ceteros eodem tempore inventos, et* pariter *sub altari collocatos, quae coniectura Rossio placebat* (11), *mentio esset. Secus enim de Severo et sociis pro cornicularii anonymis traducendis nullo pacto cogitasset. Sed et illud praecipui momenti ex dictis inculcandum est nullam esse libello B auctoritatem, ac proinde, ubi de Actis sanctorum nostrorum agendum est, codices A solos esse respiciendos.*

Auctore H. D.

In Actis magna rerum et temporum perturbatio;

48. *Age iam ad Acta accedamus, qualia in his libris tradita sunt, ex gemina Passione Pannoniorum quinque et quattuor anonymorum composita, quae prima quidem fronte veluti optimae notae nemo non praedicarit, verum, si quis attentius ad normam probatae historiae et ad temporum rationem expendat, intricatissima esse et mendis referta fateatur necesse est. Ad haec in primis advertendum est, Diocletianum tum in Pannoniae metallis, tum Sirmi, tum Romae praesentem exhiberi; inter* E *confessores ad metalla damnatos episcopum Antiochenum Cyrillum tres annos vixisse; cornicularios quattuor biennio post martyres Pannonios caesos esse et a Melchiade papa ac S. Sebastiano sepulturae mandatos. Porro, Diocletianum imperatorem in Pannonia degisse novimus a mense septembri anni 293 ad augustum 294* (12), *Romam ultimo reliquisse exeunte anno 303, mense vero maio anni 305 in privatam vitam concessisse. Cyrillo autem Antiocheno Tyrannus episcopus suffectus est anno 301/2* (13), *Miltiades vero Romae sedit ab anno 311 ad 314. Haec varii varie cum Actis componere tentarunt, nemini tamen res ita successit ut nullum gravissimum dubium relinqueret. Nam si praesente imperatore martyres quinque passi sunt, id nondum orta persecutione accidisse oportet, Cyrillo procul dubio Antiochiae etiam tum commorante; nec biennio post Diocletianus Romam intravit, neque tunc temporis Miltiades ecclesiae praeerat. Si saeviente in christianos procella Pannonios damnatos esse dixeris, neque Diocletianus in Pannonia tunc morabatur nec etiam Romae quando cornicularii martyrium subiere, et ita porro* (14). F *Nam quicquid tentaveris, novis rem implicas difficultatibus, nisi ad desperatam quandam recurras emendationem ut est illa qua Claudius Gothicus* (15) *vel etiam Galerius* (16) *pro Diocletiano scribitur, et iure optimo reicitur ut quae arbitraria sit neque omni dubio occurrat.*

non tamen in Actis Pannonicis seorsum,

49. *Priusquam ad intricatissimum nodum solvendum nos quoque accedamus, utramque Actorum partem seorsum considerare oportet. Et Acta quidem Pannonica sincera esse iudicarunt quotquot tanto labore enixi sunt ut eadem illustrarent et ab omni, si fieri posset, suspicione vindicarent. Neque immerito. Hinc enim locos illos communes quibus uti solent hagiographi infimae aetatis frustra in iis requiras, etiam cruciatuum longam*

(1) Supra n. 20, 21, 32. — (2) Supra, n. 25. — (3) Supra, n. 26. — (4) Supra, n. 27. — (5) Supra, n. 29, 31. — (6) Supra, n. 27. — (7) Supra, n. 4. — (8) Depositio martyrum et martyrologium hieronym. ad diem 8 augusti. Cf. De Rossi, *Bulletino* 1869, p. 68-72. — (9) Eosdem martyres Albanos partim sibi vindicarunt Novocomienses, qui die 7 augusti tamquam suos colunt *Carpophorum, Exanthum, Cassium, Severinum, Secundum et Licinium,* de quibus *Act. SS.*, Aug. t. II, p. 187. — (10) Supra, p. 755, n. 32. — (11) Supra, p. 756, n. 33. — (12) Mommsen, *Zeitfolge der Verordnungen Diokletians,* Abhandlungen der k. Akademie zu Berlin, 1860, p. 349-447; *Gesammelte Schriften,* t. II, p. 195-291. — (13) *Eusebii chronicon,* Schoene, p. 187. Cf. Harnack, *Die Chronologie der altchristlichen Litteratur,* t. II, 1, p. 217. — (14) E scriptoribus quos initio adduximus (supra, p. 749), in primis legendi sunt Hunziker, De Rossi, Meyer. Quibus adde A.-J. Mason, *The persecution of Diocletian* (Cambridge, 1876). p. 259-271. — (15) Büdinger, *Untersuchungen,* t. III, p. 368, — (16) De Rossi, *Bulletino,* t. c. p. 72.

AUCTORE H. D.

seriem et varii generis portenta; illinc vero ad vivum delineata videntur ab homine qui inter marmorarios degit et accuratissime, plaudentibus archaeologis (1), *de arte et metallis loquitur. Etiam praeter hagiographorum morem, Diocletianum minime ut crudelissimam feram christianorum sanguini inhiantem depingit, sed ut erat optimarum artium studiosum, cupiditate aedificandi* (2) *incensum, in idoneos artifices, etiam christianos natura benignum, ex alieno tantum impulsu severum* (3). *Adde Cyrillum, episcopum Antiochenum, nobis quidem ex Eusebio notum, sed hominem ceteroquin obscurum, a quodam fabulatore huc adductum verisimile non esse.*

quae optimae notae sunt;

50. *Neque his praeiudiciis obest temporum ratio, si tamen solam Pannonicam Passionem respicimus. Ponamus enim Cyrillum paulo post edictum anni 303 ad metalla damnatum esse, statimque Tyrannum in eius locum successisse, unde unus annus computo Eusebiano addatur oportet* (4); *igitur iam anno 306 triennium compleverat. Porro, tunc temporis Diocletianus Salonas concesserat, ubi non oleribus colendis totus intentus erat, sed et*
B *villae seu palatio construendo, explendaeque, ibidem et aliis forsitan in locis, qua tenebatur, aedificandi cupiditati. Quod saepius, dum otio fruitur, metalla vicina obierit, ut artifices ad operam excitaret, quod etiam in his locis, quae proprii iuris erant, supremam tunc potestatem exercuerit, etsi imperium purpuramque deposuerat, nil mirum. Atque hinc probabile fit quinque marmorarios Pannonios tum exornandae Salonitanae Diocletiani villae aliisve, quae moliebatur, decorandis aedificiis operam adhibuisse* (5), *tum etiam ab imperatore, instigantibus* philosophis *damnatos esse VI idus novembres anno 306, quo etiam Cyrillus Antiochenus transivit ad Dominum.*

Acta Romana conficta sunt

51. *Ad Acta Romana animum convertamus. Plurima in iis carpenda esse facile astruitur. Et quidem nullo pacto effici potest ut Diocletianum Romam venisse credamus sedente Miltiade (311-314). Utique pro Miltiade scripsit aliquis Gaium* (6); *verum, id minime e fontibus accepit, sed Gaium intulit ex Actis S. Sebastiani in quibus legebat hunc martyrium sub Diocletiano imperatore et Gaio pontifice subiisse* (7). *Adde, iam vigente Galerii edicto* (8), *Miltiadem episcopum creatum esse,*
C *nullosque proinde martyres sepelire, neque cum Sebastiano tum inter vivos agente, congredi potuisse. Sunt et quibus displicet quattuor praefecturae urbanae cornicularios simul conumerari. Singulos enim pro singulis officiis cornicularios fuisse contendunt* (9). *Nullam certe fidem merentur quae de anniversario quattuor cornicularum a Miltiade instituto asseruntur. Quis enim credat pontificem nomina martyrum, qui in ipsa urbe passi erant, quorumque corpora suis manibus collegerat,* reperire minime potuisse; *et si demus haec ignota mansisse, duarum turmarum memoriam in fastis sacris commiscuisse, quando* D
e contra satagendum erat ut ambae apprime discernerentur? Haec omnia parum cohaerere, et cum historiae veritate pugnare quis non intellegat? Quanti igitur Acta Pannonica facienda sunt, tantum despicienda videntur Acta Romana, et factum eis subesse, seu, ut aiunt, nucleum historicum, nisi id melioribus comprobabitur argumentis, nemo prudens crediderit.

ut de nomine quattuor coronatorum

52. *Iam vero quattuor fuisse Romanos martyres a Pannoniis diversos ex sola Passione Romana eiusque subole deducitur. Silet enim Depositio martyrum, silent prisca martyrologia, silent tum antiquissimi libri liturgici, tum itineraria, tum etiam, si quid video, ipsi tituli* (10), *ita ut nisi exstaret Passio Romana, sanctos Claudium, Nicostratum cum sociis ipsos esse Quattuor Coronatos nemo dubitaret, quod ceterum unus idemque anniversarius dies satis superque clamat. Et martyres quidem Pannonios, qui numero quinque sunt, vulgari appellatione Quattuor Coronatos dici potuisse non est cur miremur. Etenim, in Actis eorum inde a principio Claudius, Castorius, Simpronianus et* E
Nicostratus praecipuas partes agunt, et eo ipso a ceteris seclusus et velut humiliore loco constitutus videtur Simplicius quod prius gentilis erat, dein vero tamquam eorundem filius spiritualis exhibetur. Porro, ita rem actam esse prorsus existimo, videlicet Pannonios nomine Quattuor Coronatorum seu quattuor illustrium martyrum (11) *designari coepisse, eisque, ut fit, nulla re obstante, vocabulum perpetuo adhaesisse; ita enim nomina a vulgo excogitata comparata esse novimus, ut nulla ratione immutentur.*

quinque martyribus indito

53. *His dictis, facili negotio declaratur quo pacto Pannoniis quinque adiuncta sit turma quattuor corniculariorum. Id enim saepius occurrit in re hagiographica, ut variis nominibus varias personas subesse existiment, et ubi unus idemque geminato vocabulo nuncupetur, geminos quoque homines sibi fingant, quibus singulis singulas historias aptent. Hinc ex uno Theodoro binos fecerunt Theodorum tironem et Theodorum ducem, binos item Procopios, Martinos, trinos quoque binarios Cosmam et Damianum, ut tritissima tantum exempla afferam* (12). *Nec aliter de sanctis nostris evenit quos nunc Claudium, Nicostratum, Simpronianum, Castorium et Simplicium, nunc Quattuor Corona-* F
tos vulgus appellari audiebat, quae res eo certius duplicis turmae cogitationem animis immittebat quo significantior erat numerorum discrepantia. Ita paulatim de sanctis quattuor veluti a sanctis quinque diversis invaluit opinio, quam scripto expressit et, quantum poterat, probabilem reddidit qui sanctorum Pannoniorum Acta genuina truncavit et nova illa clausula foedavit, quae est Passio Romana.

ratio redderetur,

54. *Fine mutilam esse Passionem Pannonicam iam superius diximus* (13); *haud aliter quippe tra-*

(1) BENNDORF, *Archaeologische Bemerkungen*, ap. BÜDINGER, t. III, p. 339-56; A. VON COHAUSEN - E. WÖRNER, *Römische Steinbrüche auf dem Felsberg an der Bergstrasse* (Darmstadt, 1876), p. 52-63. — (2) LACTANTIUS. *De mortibus persec.*, c. 7. — (3) De his lege MEYER, *Ueber die Passio sanctorum Quatuor Coronatorum*, p. 12. — (4) Quod non improbavit HARNACK, *Die Chronologie*. t. c., p. 217. — (5) De his lectu digna sunt quae scripsit F. BULIĆ, *Proviene qualche cosa del palazzo di Diocleziano a Spalato, per es. qualche colonna, qualche pezzo architettonico od ornamentale, qualche statua dalle lapidicine di Sirmium (Fruška Gora nella Slavonia)?* BULLETTINO DI ARCHEOLOGIA E STORIA DALMATA, t. XXX (1908), p. 111-27. — (6) Supra, p. 753, n. 18. — (7) *Act. SS.*, Iun. t. II, p. 275-77. — (8) *De mortibus persecutorum*, cc. XXXIII, XXXIV; EUSEBII *Hist. eccl.*, VIII, 17. — (9) O. HIRSCHFELD, in *Epigraphische und archaeologische Mittheilungen*, t. IX (1885), p. 22. Lege tamen CAUER, in *Ephemeris epigraphica*, t. IV, p. 412. Cf. E. BRECCIA, ap. E. DE RUGGIERO, *Dizionario epigrafico*, s. v. *Cornicularius*. — (10) Supra, n. 32. Ex fragmentis Damasianis in ecclesia Caelimontana repertis, ART ... ASSI, etiamsi *m]art[yrium p]assi* legere volueris, non video quid efficiatur. DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 81; cf. MEYER, *Ueber die Passio sanctorum Quatuor Coronatorum*, p. 13-14. — (11) Supra, p. 756, n. 33. — (12) De his dixi in libello *Les légendes grecques des saints militaires* (Paris, 1909), p. 16, et passim. — (13) Supra, p. 751, n. 9.

dita

Auctore H. D.

A *dita est atque Acta illa Felicis episcopi Thibiucensis* (1) *quorum omnia exemplaria mutila sunt et depravata additamento ad eum solum finem excogitato ut Felicem illum non alium esse probaret a sancto cognomine quem Venusini et Nolani colebant* (2). *Ita quoque Passio Romana conficta est et Pannonicae agglutinata ut solveretur dubium iam dudum enatum de quinque martyribus et aliis quattuor eodem die eodemque in loco ab ecclesia Romana cultis. Neque sollerti ingenio opus erat ad Acta Romana conficienda, quod ceterum raro admodum produnt huius furfuris hagiographi, ut puta ille qui S. Theodorum ducem veluti a Theodoro tirone diversum laudavit. Ut enim utriusque Theodori Acta in multis similia sunt, et recentiora cum antiquioribus intime conexa* (3), *ita et nostra Passio Romana a Pannonica pleraque mutuatur. Hinc enim Diocletianus in Pannoniam venit, et* eadem hora *templum aedificari praecipit (c. 2) et Asclepii simulacrum fieri ex lapide* porphyretico *(c. 12); id autem renuentibus sanctis martyribus, ab aliis artificibus sculpitur statua* ex metallo proconnisso *(v. 16) tandemque, postquam* renuntiatum B *erat* gestum Diocletiano augusto *(c. 17), Claudius cum sociis quattuor* ante templum Solis *(c. 20) capitis damnantur; quorum corpora post dies XLII a Nicodemo colliguntur. Ita quoque in Passione Romana, Diocletianus Romam veniens* statim iussit templum aedificari, *simulacrum Asclepii fieri* ex lapide proconnisso; *cumque idolo tus offerre nollent quattuor cornicularii, essetque* nuntiatum Diocletiano augusto, *plumbatis ad necem usque caedi iubentur* ante ipsud simulacrum; *quinque autem elapsis diebus, eorundem corpora a S. Sebastiano cum Miltiade collecta sunt et sepulta. Ut vides, et res et ipsa verba plerumque Pannoniorum Passio suggessit; quod autem non quosvis milites sed quattuor cornicularios induxerit hagiographus, ex quattuor coronatorum vocabulo facile declaratur.*

suntque ex Actis Pannonicis desumpta.

Thermae Traianae.

55. *In Traiani, non vero in Diocletiani thermis, quod potius exspectes* (4), *tragoediam illam agi non est cur miremur. Thermae enim Traiani basilicae Caelimontanae vicinae erant* (5), *voluitque hagiographus ex loco martyrii propinquo intellegi vocabulum Quattuor Coronatorum vetustae eccle-*C *siae inditum. Unde primum infero templum Aesculapii seu Asclepii in thermis Traiani, de quo ex sola nostra Passione docti loquuntur* (6), *hagiographi figmentum probabilius habendum esse. Alterum, Acta sanctorum Pannoniorum prisca retractata esse et ad hodiernam formam redacta saeculo VI decurrente, si tamen verum est anno 499 ecclesiam Caelimontanam Quattuor Coronatorum titulum nondum audisse; nullus enim huius tituli presbyter concilio anni 499 subscripsisse legitur, anno vero 595 primum occurrit* Fortunatus, presbyter sanctorum Quattuor Coronatorum (7).

De Porphyrio

56. *Ex codicibus A nomen hagiographi qui Acta Sanctorum nostrorum concinnavit, accipimus :* Censualis a gleba actuarius nomine Porfyreus gestam scripsit, *quod et in codice quo utebatur legebat Petrus Parthenopensis, sed suo modo paraphrastice reddidit :* quorum sacras passiones quidam philosophus (*vocabulum ab ipsa Passione mutuatum patet*) censualis Porfirius nomine seriatim animadvertens, *etc. De munere censualis actuarii alii doctiores dixerunt* (8), *neque inter omnes convenit* (9). *Ad censum a Diocletiano indictum a Galerio institutum et agrorum mensurationem cum eo conexam refert Rossius* (10); *aliis tamen visum est non ita posse tempus coartari* (11), *et hoc quidem iure optimo. Attamen, ad saeculum IV potius quam ad VI pertinere videtur, indeque colligo Porphyrium Acta sanctorum Pannoniorum scripsisse, non vero illum esse qui ea retractavit et cum fabula Romana commiscuit. Ceterum, quisquis ille est qui primus Pannoniorum quinque historiam enarravit, certe in Pannoniis metallis commoratus est, et licet minime videatur cum martyribus egisse eorumque Passioni interfuisse, procul dubio a testibus idoneis accepit quinque sanctorum gesta, non scripto ab initio consignata, sed qualia post annos aliquot ore circumferebantur, vera quidem et sincera, sed et nonnihil, ut fit, ornata et aucta.* E

candido Actorum scriptore.

De sanctis quattuor variae fabellae.

57. *Nullam prorsus fidem merentur traditiones, quas dicunt, variis in locis servatae, de operibus quae suis manibus sancti martyres perfecerint, maxime in thermis Diocletiani et villa Salonitana. Haec v. gr. de Diocletiano scribit Thomas archidiaconus († 1268) :* Praeter alia quidem multa edificia Rome fecit fieri thermas, in Pannonie partibus in confinio Rutenie quoddam construxit edificium ex lapidibus porfireticis satis excellens, quod adhuc, licet dirutum, magnum tamen inde transeuntibus admiracionis spectaculum prestat, sicut legitur in istoria quatuor coronatorum (12). *In* Mirabilibus urbis Romae *narratur ab eis thermas Diocletianas picturis ornatas fuisse* (13). *Et ita Chronicon Ecconis de Repgow :* An den silven tīden Dioclecianus buwede dat palas to Rome, dat geheten is Termae Diocleciani, dat wart vollenbracht an tein jaren; an deme werke worden sere genodegit de kerstenen : de waren mestere an deme stenwerke Claudius, Nicostratus, Castorius unde Simplicius de let de silve woderich marteren, so se F Kristes verlochnen nicht ne wolden (14). *Pura putaque haec esse figmenta, qualia solet immanium aedificiorum aspectus plebeculae mentibus inicere, doctissimi quique probe noverunt. Huc etiam illud referendum est quod legitur in Vita S. Antonii Patavini, corpus sancti depositum fuisse in arca pulcherrima, quam* quattuor sanctorum martyrum manu factam *dicunt* (15).

(1) *BHL.* 2894, 2895. — (2) *Anal. Boll.*, t. XVI, p. 27. — (3) *Les légendes grecques des saints militaires*, p. 39. — (4) In Diocletiani thermis Asclepii templum fuisse habetur ex libello *Mirabilia.* — (5) JORDAN-HUELSEN, *Topographie der Stadt Rom im Alterthum*, t. III (Berlin, 1907), p. 310-14. — (6) JORDAN, *De Aesculapii Fauni Veiovis Iovisque sacris urbanis*, COMMENTATIONES PHILOLOGAE IN HONOREM THEODORI MOMMSENI (Berolini, 1877), p. 356-69. — (7) *Gregorii I Registrum*, V, 5ª, EWALD-HARTMANN, t. I, p. 367. — (8) DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 68-72; O. SEECK, ap. PAULY-WISSOWA, *Realencyclopaedie*, s. v. *censualis.* — (9) Qui de verbo *actuarius* dixit in *Thesaur. linguae latinae*, locum Passionis SS. Quattuor Coronatorum affert, additque: *nescio quod munus subsit.* — (10) *Bullettino*, l. c. — (11) MEYER, *Ueber die Passio sanctorum Quatuor Coronatorum*, p, 13. — (12) *Historia Salonitana*, c. IV, RACKI in *Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium*, Script. t. III, p. 10. — (13) URLICHS, *Codex Urbis Romae topographicus.* p. 137. — (14) H. F. MASSMANN, *Das Zeitbuch des Eike von Repgow*, BIBLIOTHEK DES LITTERARISCHEN VEREINS IN STUTTGART, n. 42 (Stuttgart, 1857), p. 152. — (15) *BHL.* 598, HOROY, p. 491.

§ IV.

AUCTORE H. D.

§ IV. De sanctorum Quattuor Coronatorum cultu et veneratione.

Sanctorum quattuor titulus Romanus,

58. *Ecclesiae Caelimontanae* (1), *quae a saeculo saltem VI titulus Sanctorum Quattuor Coronatorum nuncupatur (1), priscam appellationem fuisse* titulum Aemilianae *bonis non tamen certissimis, quod ipse fatetur, argumentis asseruit v. cl. L. Duchesne*(2). *Quandonam coepta sit sanctorum martyrum venerationi praecipue deputari, non liquet*(3). *Honorius I (625-638), teste Libro Pontificali,* fecit (*lege refecit, nam prius exstabat*) ecclesiam beatorum martyrum quattuor coronatorum, quam et dedicavit et donum optulit (4). *Hadrianus I (772-795),* sarta tecta tituli sanctorum quattuor coronatorum quae in ruinis existebant, trabes ibidem plures imponens, omnia noviter restauravit (5), *et Leo IV (847-855),* basilicam quae sanctorum fuerat nomini consecrata, quam ipse, usque dum ad pontificii deductus est apicem, prudentissimo moderamine rexit, quae per olitana curricula temporum quassata vetustatis defectu et pene ruinis confracta diu antiquitus videbatur convulsa ... in splendidiorem pulcrioremque statum perduxit a fundamentis (6).

saeculo IX,

B

saeculo X,

59. *Anno 975, in litteris Benedicti VII* (7) *die ianuarii 18 datis, non quidem de ecclesia, sed de* cella quatuor coronatorum *mentio est, quod de monasterio, iam tunc temporis cum basilica coniuncto, intellegendum existimo* (8). *Eam videlicet pontifex ascribit Theodorico archiepiscopo Treverensi (965-977) eiusque successoribus :* Notum sit omnibus nos cum auctoritate beati Petri apostolorum principis gratuitoque sacerdotum clericorumque totius Romanae plebis assensu, eidem sanctae Treverensi ecclesiae cellam Quatuor Coronatorum condonasse in perpetuum possidendam, cum omnibus appenditiis suis, aquis scilicet aquarumque decursibus, pratis, pascuis, vineis, silvis, cultis et incultis, curtibus et mansionibus. Quae omnia eidem fratri nostro Theodorico sanctae Treverensis ecclesiae archiepiscopo vicarioque nostro carissimo in partibus totius Galliae et Germaniae ac per eum cunctis successoribus in perpetuum possidenda, tenenda ac ordinanda per huius nostrae apostolicae praeceptionis seriem tribuimus.

C

saeculo XI,

60. *Paschalis II (1099-1118) ecclesiam sanctorum Quattuor Coronatorum,* quae tempore Roberti Guiscardi Salernitani principis destructa erat [*an. 1085*] a fundamentis refecit atque consecravit anno pontificatus sui XVII [*an. 1116*] mense ianuario die XX° (9). *Verum, ut constat ex eiusdem litteris 24 maii 1116 datis,* minoribus spatiis *eam reparavit* (10) *institutaque ibi congregatione monachorum, univit ecclesiae beatae Mariae quae dicitur in Michaele* (11). *A variis pontificibus locupletata est* (12) *maxime a Leone III (798-816), a Leone IV (847-855), a Stephano V (885-891).*

D

ad saec. usque XVI.

61. *Iam anno 1138 inter possessiones monasterii S. Crucis de Saxo vivo in Umbria, Innocentius p. II enumerat* Romae ecclesiam SS. Quatuor Coronatorum (13), *quae eidem subiecta remansit ad saeculum usque XV* (14); *inde ab anno 1521 ecclesiam obtinuerunt Camaldulenses* (15). *Interim a cardinali Alphonso Carillo* (16) *quae* veteri prostrata ruina *iacebant reparaverat,* dum sedet extincto Martinus scismate quintus (*1417-1431*).

Martyrium SS. Quattuor Cantuariae.

62. *Antiquissimum venerationis sanctis nostris extra Urbem praestitae habemus apud Anglos, in civitate Doruvernensi, seu Cantuaria, sedente Mellito episcopo (619-624). Refert Beda infelici casu civitatem igne consumi coepisse, et ita pergit :* Erat autem eo loci, ubi flammarum impetus maxime incumbebat, martyrium beatorum IIII Coronatorum. Ibi ergo perlatus obsequentum manibus episcopus coepit orando periculum infirmus abigere, quod firma fortium manus multum laborando nequiverat. Nec mora, ventus, qui a meridie flans urbi incendia sparserat, contra meridiem reflexus, primo vim sui furoris a laesione locorum quae contra erant, abstraxit (17). *Vetusta ecclesia iam dudum diruta est, nec ullam aliam sanctis quattuor dedicatam in Anglia* (18), *nec etiam in aliis regionibus, praeter unam quae in Sirmiensi dicione olim exstiterit* (19), *repperimus.*

E

Reliquiae sanctorum nostrorum Romae,

63. *Reliquias sanctorum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii et Simplicii a Leone IV in ecclesiam inductas supra diximus, atque combusta ecclesia cum altari, Paschalem II easdem recognovisse et honorifice reposuisse* (20). *Ex ipsis titulis antiquis haec rursus saec. XVII gemino in marmore enarrata sunt, tum a dextris tum a sinistris ad chori ingressum posito* (21), *ita tamen ut nonnulla adderentur quae in prototypo desiderabantur, v. gr. :* Beatus Leo IV pontifex maximus, reaedificato templo cuius titulum ante pontificatum gesserat anno domini DCCCXXXXVIIII, pontificatus sui III, sub ara maxima collocavit inventa a se corpora sanctorum martyrum Claudii, Nicostrati, Symphoriani, Castorii, Simplicii et quatuor fratrum coronatorum Severi, Severiani, Carpophori et Victorini..., *ubi id maxime notandum est verbum* coronatorum *interpolatum esse. Aliis deinceps in locis sanctorum nostrorum reliquias, nescio unde allatas, reperiri nemo mirabitur. Verbi*

F

(1) Praeter ea quae scripsit DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 45-90, aliosque libellos mox afferendos, de ecclesia Caelimontana dixit D. MEMMOLO, *Della vita, chiesa e reliquie de sancti quattro coronati*, Romae, 1757, XI-47 pp. — (2) *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. VII (1887), p. 221 ; *Le Liber pontificalis*, t. II, p. 43. — (3) Supra, p. 754. — (4) DUCHESNE, t. I, p. 324. — (5) *Ibid.*, p. 512. — (6) DUCHESNE, t. II, p. 115. — (7) JAFFÉ-LOEWENFELD, *Regesta pont. Rom.*, 3779. Harum meminit auctor qui *Gesta Boemundi archiepiscopi Trevirensis* conscripsit, *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 470. — (8) DUCANGE, *Glossarium*, s. v. *cella*. — (9) DUCHESNE, t. c., p. 305 ; cf. p. 310 et *Chronici Isidoriani continuatio*, *MG.*, Scr. t. XXIV, p. 117. — (10) Cf. A. L. FROTINGHAM, *The monuments of christian Roma* (New-York, 1908), pp. 90, 167, 350, 411. — (11) P. KEHR, *Regesta pontificum romanorum*, t. I, *Eccl. SS. Quattuor Coronatorum*, n. 5. — (12) Locos collegit KEHR, t. c., p. 41. — (13) KEHR, *Regesta*, t. IV, *Sassovivo*, n. 2. — (14) KEHR, *ibid.*, n. 8, 9; GUIRAUD, *Le titre des saints Quatre Couronnés au moyen âge*, ÉTUDES D'HISTOIRE DU MOYEN AGE DÉDIÉES A GABRIEL MONOD (Paris, 1896), p. 235-52. Hic obiter noto in instrumentis anni 1380 haud semel occurrere *casale ecclesiae SS. IV Coronatorum, quod dicitur Casale de Santi quattro.* Cf. Cod. Vatic. lat. 7930, fol. 98ᵛ, 137ᵛ, 138. In agro romano, ad sinistram viae Tusculanae exstat etiam " Tor dei Santi Quattro. " *Carta d'Italia dell' istituto geografico militare*, fogl. 158. — (15) MITTARELLI, *Annales Camaldulenses*, t. III, p. 190. — (16) FORCELLA, *Iscrizioni delle chiese e d'altri edificii di Roma*, t. VIII, n. 720. — (17) *Historia eccl. gentis Anglorum*, II, 17, PLUMMER, t. I, p. 94. — (18) F. ARNOLD-FORSTER, *Studies in Church Dedications*, t. II (London, 1899), p. 528. — (19) In loco Kapela dicto in Andrijevno, *Glasnik Biskupije Bosanske i Sriemske*, t. XV (1877), p. 245. — (20) Supra, p. 755, n. 32. — (21) FORCELLA, t. c., n. 725, solam inscriptionem quae a dextris collocata est, exhibet, altera omissa.

gratia

A *gratia Romae in ecclesia Sancti Adriani in tribus Foris, a Gregorio p. IX anno 1228 consecrata,* in abside super columnam recondita sunt corpora Trium puerorum, S. Sebastiani et Fabiani, Cosmae et Damiani, Quatuor Coronatorum, XL martyrum... (1). *In ecclesia Sancti Laurentii sub Capitolio anno 1241 dedicata, etiam SS. Quattuor Coronatorum reliquiae in altari depositae sunt* (2). *S. Nicostrati reliquias ecclesiam Sancti Blasii in via Iulia habuisse ex inscriptione constat* (3).

Tolosae

64. *SS. Claudii, Nicostrati et sociorum trium corpora etiam in ecclesia Sancti Saturnini servari gloriantur Tolosani* (4). *Inter* Nomina sanctorum quorum corpora requiescunt in ecclesia Sancti Saturnini Tholosae, *saec. XIV descripta, haec leguntur :* corpus beati Claudii martiris; item, corpus beati Nychostrati martiris; item, corpus beati Simphoriani martiris; item corpora sanctorum Castoris et Simplicis (5). *De iisdem etiam* Inventarium corporum sanctorum, reliquiarum, iocalium et aliarum rerum et bonorum existencium infra monasterium Sancti Saturnini et etiam subtus terram loco vocato vulgariter als B corps Sainctz, factum et inceptum die xii^a decembris anno Domini millesimo ccccLxxxIx° (6). Item in tribus vasis lapideis marmoreis unus supra alium corpora quatuor coronatorum et sancti Aymondi, regis Anglie quondam, quorum in vase inferiori corpora Claudii et Nycostrati; in secundo vase sunt corpora Sinphoriani et Castorii, et in superiori vase corpus dicti beati Aymondi (7). *Habetur et inventarium diei 22 mensis iunii anni 1646 :* Dans la chapelle dédiée à sainct Aymond, roy d'Angleterre, martir ... ont esté treuvés troys armoires. Dans celluy qu'est du costé de l'evangille et le unziesme a été treuvé une chasse de menuzerie bien dorée et peinte, dans laquelle repozent les corps des saintz Claude, Nicostrate et Simplice, martirs... Dans le trectziesme armoire quy est du costé de l'epitre de laditte chapelle, a esté treuvée une chasse de menuzerie dorée et peinte comme celle du unziesme armoire dans laquelle repoze les corps de sainct Simphorien et Castor martyrs... Dans le quinziesme armoire joignant ladicte chapelle [*de St. Gilles*] a esté treuvée une teste ou reliquaire dans lequel sont conservées les testes des C saintz Claude, Nicostrat, Simphorien, Castor et Simplice martyrs, couverte d'argent en divers endroitz avec diverses plates d'argent (8). *Quo tempore et qua via sacra corpora ad eos delata sint plerique se ignorare fatentur* (9); *nonnullis tamen placuit a Carolo Magno cum aliis multis eas reliquias Tolosam missas fuisse* (10); *quod correxerunt et ad Carolum Calvum transtulerunt qui recordati sunt easdem Romae iam mortuo magno imperatore inventas fuisse* (11). *Ferunt archiepiscopum de Montchal die 13 novembris anni 1644 ritu sollemni eas recognovisse* (12). *Altera recognitio anno 1807 peracta est* (13).

AUCTORE H. D.

alii in locis.

65. *Unum S. Claudium in sua ecclesia quiescere asseverant Metenacenses* (*Maynal, Jura*), *eumque velut marmorarium depingunt* (14). *De hoc sancto Claudio iam nostri dixerunt* (15); *quis tamen fuerit nec illi compertum habuerunt neque nos habemus. Eiusdem Claudii, quisquis ille est, servabantur reliquiae in quodam oratorio in vico Denezières* (*Jura, arrondissement de Saint-Claude*), *eiusque festum celebre habebatur die 8 novembris* (16). *Basileae servabatur anno 1425* caput S. Claudii Spoletani qui legitur fuisse unus de quatuor coronatis martiribus (17). *Inter reliquias quas abbas Megingozus monasterio Burano dedit, anno 1063, numerantur* de corpore sanctorum martyrum quatuor coronatorum Claudii, Nikostrati, Simphoriani, Castorii (18). E *In ecclesia monasterii Tegernsee* visuntur pone altare maius tres loculi ex marmore ad parietem ordinati, quorum unus est S. Quirini ecclesiae patroni, alter Chrysogoni martyris, tertius Castorii itidem martyris unius ex quatuor coronatis (19). *Augustae Vindelicorum, in basilica SS. Udalrici et Afrae servantur reliquiae IV Coronatorum* (20).

Marmorariorum patroni in Italia,

66. *Rem notissimam esse existimo medio aevo Quattuor Coronatos multis in locis* (21) *veluti patronos ascitos fuisse a collegiis marmorariorum, lapicidarum et caementariorum. Celeberrima est Universitas marmorariorum et sculptorum Urbis, cuius oratorium est ad ecclesiam SS. Quattuor in Caelio monte, cuiusque historiam persequi non vacat* (22). *Florentiae congregatio lapicidarum et fabrorum artium suarum tutores eosdem venerabatur, eorumque statuas posuit ad Hortum Sancti Michaelis, seu Orsanmichele* (23). *Aretii in ecclesia Sancti Francisci, sacellum Quattuor Coronatis dicatum est, picturis decorum* (24). *Similem in aliis Italiae civitatibus sanctorum nostrorum venerationem testantur eorum effigies variis in locis servatae* (25).

in Germania,

67. *In Germania habemus quidem altare ecclesiae Aquisgranensis in honorem sanctorum Quattuor Coronatorum martyrum et Caroli Magni confessoris, anno 1474 consecratum ab Hieronymo episcopo Forosempronensi* (26). *Sed multo maioris momenti*

(1) F. M. TORRIGIO, *Le sacre grotte vaticane*, terza impressione (Roma, 1675), p. 275. — (2) TORRIGIO, t. c., p. 277. — (3) GALLETTI, *Inscriptiones romanae infimi aevi Romae exstantes*, t. I, p. CCCLVII. — (4) A. DU SAUSSAY, *Martyrologium Gallicanum* (Parisiis, 1637), p. 843. — (5) C. DOUAIS, *Documents sur l'ancienne province de Languedoc*, t. II (Paris, 1904), p. 447-48. — (6) DOUAIS, t. c., p. 94. — (7) DOUAIS, t. c., p. 96. — (8) DOUAIS, t. c., pp. 315, 316. Exstat et inventarium anni 1857 (*ibid.*, p. 580-81) in quo legitur : *Une châsse en bois revêtue de lames de cuivre doré renfermant les reliques des saints Claude, Nicostrate et Simplice martyrs. Une châsse en bois revêtue de lames de cuivre doré renfermant les reliques des saints Castor et Symphorien, martyrs.* — (9) R. DAYDÉ, *Histoire de S^t Sernin ou l'incomparable trésor de son église abbatiale de Toulouse* (Toulouse, 1661), p. 83; *Les corps saints de l'insigne basilique Saint-Saturnin de Toulouse* (Toulouse, 1881), p. 12. — (10) *Antiennes et oraisons à l'usage de ceux qui auront la dévotion de visiter les sacrées reliques qui reposent dans l'insigne église abbatiale Saint-Sernin de Toulouse* (Toulouse, 1762), p. 6-7. — (11) A. S[ALVAN], *Histoire de Saint Saturnin* (Toulouse, 1840), p. 176; A. BREMOND, *Histoire de toutes les reliques conservées dans l'insigne basilique de Saint-Saturnin* (Toulouse [vers 1860]), p. 44. — (12) DAYDÉ, t. c., p. 130; BREMOND, t. c., p. 44. — (13) BREMOND, t. c., p. 44. — (14) *Vie des saints de Franche-Comté*, t. IV (Besançon, 1856), p. 558-62. — (15) *Act. SS.*, Iun. t. I, p. 675-76. Cf. CHASTELAIN, *Martyrologe universel* (Paris, 1709), pp. 769, 786. — (16) *Vies des saints de Franche-Comté*, t. c., p. 561. — (17) Archives de l'État. Bâle, couvent de Sainte-Marie-Madeleine, Parchemin 399. Misit v. cl. E. A Stückelberg. — (18) *M.G.*, Scr. t. XVII, p. 322. — (19) MABILLON, *Iter Germanicum*, p. 76. — (20) B. HERTFELDER, *Basilica SS. Udalrici et Afrae* (Augustae Vindel., 1627), p. 116. — (21) Pauca de re collecta habes penes C. PURDON CLARKE, *Vestigia Quatuor Coronatorum*, ARS QUATUOR CORONATORUM, t. XII (London, 1899), p. 196-201. — (22) G. TOMASSETTI, *Quinto centenario della Università dei Marmorarii di Roma*, Roma, 1906, 20 pp. — (23) VASARI, *Le vita de più eccellenti pittori*, t. III (Firenze, 1848), p. 56; P. FRANCESCHINI, *L'Oratorio di San Michele in Orto* (Firenze, 1892), p. 83; A. SCHMARSOW, *Die Statuen an Orsanmichele*, FESTSCHRIFT ZU EHREN DES KUNSTHISTORISCHEN INSTITUTS IN FLORENZ (Leipzig, 1897), p. 44. — (24) VASARI, t. c., p. 150. — (25) Infra, n. 69. — (26) F. BOCK, *Rheinlands Baudenkmale des Mittelalters*, III Serie, *Die Hubertuskapelle am Aachener Münster* p. 6.

est

AUCTORE H. D.

est quod architectorum lapicidarumque casae eosdem martyres patronos habebant (1), *suaque edicta nomine Sanctorum Quattuor proponere solebant. Ita in ordinatione anno 1459 edita :* In Namen des Vaters, des Suns und des Heiligen Geists und der würdigen Mutter Marien und auch ir seligen Diener der Heiligen Vier gekrönten, zu ewiger Gedechtnisse (2). *Neque multo aliter in Anglia, ut vel patet ex carmine edito ab I. D. Halliwell, e codice Musei Britannici Royal XVII, A. 1,* Constitutiones Artis Gemetriae secundum Euclydem (3), *cuius ultima pars his incipit :*

in Anglia,

Ars Quatuor Coronatorum.

Pray we now to God almyght,
And to hys swete moder Mary bryght,
That we mowe keep these artyculus here
And these poyntes wel al y-fere,
As dede these holy martyres fowre
That yn thys craft were of gret honoure... (4).

Nostris quoque diebus in Anglia sanctorum Quattuor patrocinium agnoscit coetus quem dicunt liberorum caementariorum (Freemasons), floretque Londinii sub hoc vocabulo : Quatuor Coronati Lodge (5). *Nullo tamen in loco olim et etiamnum eorundem memoria celebrior est quam in Belgio nostro* (6) *exstantque in plurimis civitatibus, puta Antwerpiae* (7), *Bruxellis* (8), *Brugis* (9), *Gandavi* (10), *Lovanii* (11), *Mechliniae* (12), *Tenremundae* (13), *Sonegiis* (14), *Amstelaedami* (15), *Lugduni Batavorum* (16), *Middelburgi* (17), *Goudae* (18), *Dordraci* (19), *Leowardiae* (20), *Harlemii* (21), *Buscoduci* (22), *indubia piae maiorum nostrorum in sanctos martyres venerationis monumenta.*

maxime in Belgio.

Patronorum nomina.

68. *Piis illis artificibus patronorum nomina plerumque sunt quattuor e quinque Pannoniis, ut v. gr. Antverpiae, in numismate legebatur :* CLAUDYN. NYCOSTRATVN. SIMPHORIANVN. CASTORIVM. DE. VIER. GECROONDE. 1546 (23). *Aliter Middelburgi :* CLAUDUS, NICOSTRACIUS, DICIDERYUS, SYPLYCIUS (24). *Undenam habeant Desiderium non liquet. Mirum in modum corrupta sunt nomina Castorii et Simproniani in instrumento Rochlitzii dato anno 1462:* Auch alle diese Artigkel sinndt gemacht worden auss dem Texte des alden Haubtenrechtes, das do haben gemacht die Heyligen wirdigen gekrönten mertern, genannt Claudius, Christorius und Signifikamus... (25). *Apud Goudanos quattuor martyres Romanos pro coronatis cultos reperimus :* De vier gekroonde broeders Martelaaren Severus, Severianus, Carpophorus en Victorinus (26); *nec aliter apud Gandavenses* (27). *Lugduni Batavorum olim martyrum Pannoniorum sub coronatorum iconibus legebantur :* Claudius, Nestorianus, Castorianus, Sempronianus (28).

icones.

69. *Sanctorum nostrorum imagines quam plurimae variis in locis servatae sunt. Praecipuas tantum notasse satis erit, quae sunt Romae in eorundem basilica* (29), *Perugiae, nunc in Acade-*

(1) F. JANNER, *Die Bauhütten des deutschen Mittelalters* (Leipzig, 1876), pp. 198 225. — (2) JANNER, t. c., p. 251. — (3) *The early History of Freemasonry in England*, London, 1840, p. 12-40; *Latomia, freimaurerische Vierteljahrs-Schrift*, t. I (Leipzig, 1842), p. 241-65; H. J. WHYMPER, *Constituciones Artis Gemetriae secundum Euclydem, a facsimile of the early poem on Freemasonry*, London, 1889. Carmen germanice redditum non semel editum est. Cf. J. G. FINDEL, *Geschichte der Freimaurerei* (Leipzig, 1866), p. 75. — (4) Cf. R. F. GOULD, *The history of Freemasonry*, t. I (London, 1882), p. 81; ID., *A concise history of Freemasonry* (London, 1903), p. 204-209; H. BOOS, *Geschichte der Freimaurerei* (Aarau, 1894), p. 54. — (5) Qui de his plura cupiat, adeat libellos a sociis quotannis editos inde ab anno 1887 : *Ars quatuor coronatorum being the Transactions of the Quatuor Coronati Lodge, nº 2076, London*, et librum *Quatuor Coronati Lodge Bylaws, Regulations, Legend*, London, 1895. — (6) GOBLET D'ALVIELLA, *The Quatuor Coronati in Belgium*, ARS QUATUOR CORONATORUM, t. XIII (1900), p. 78-84; ID., *Les Quatre Couronnés en Belgique*, extrait du BULLETIN DES TRAVAUX DU SUPRÊME CONSEIL DE BELGIQUE, du 1er nov. 1899 au 1er nov. 1900, Bruxelles, 1901, 29 pp. Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVIII, p. 220-22; A. V(AN) H(OUCKE), *Les Quatre saints Couronnés*, BULLETIN DES MÉTIERS D'ART, t. II (Bruxelles, 1902-1903), pp. 222-23, 253-55; AD. DE CEULENEER, *Les Quatre saints Couronnés*, tiré à part du BULLETIN DES MÉTIERS D'ART, 1906, 11 pp. — (7) C. VAN CAUWENBERGHS, *La corporation des Quatre Couronnés d'Anvers ou les architectes anversois du moyen âge (1324-1542)*, BULLETIN D'ACADÉMIE D'ARCHÉOLOGIE DE BELGIQUE, IVe série, t. I (Anvers, 1885), p. 565-613. — (8) A. HENNE-A. WAUTERS, *Histoire de la ville de Bruxelles*, t. II (Bruxelles, 1845), p. 590. — (9) GAILLARD, *De ambachten en neeringen van Brugge*, t. II (Brugge, 1854), pp. 22, 82. — (10) F. DE POTTER, *Gent*, t. III, pp. 389-95; 417-29; 530 32. In tabulario civitatis servatur registrum collegii dicti Vrije neeringhe van de metsers ende steenhouders, in quo nou semel depicti sunt sancti Quattuor Coronati (*Severinus, Severianus, Carpophorus, Victorinus*), Reeks 177, reg. nr 2. Cf. V. VAN DER HAEGHEN, *Inventaire des archives de la ville de Gand* (Gand, 1896). Anno 1827 ibidem constitutum est collegium tenuiorum (maatschappij van onderlingen bijstand) *De Vier Gekroonden*, quod etiamnum exstat. Cf. etiam L. MINARD-VAN HOOREBEKE, *Description des méreaux et autres objets anciens des gildes et corps de métiers, églises* etc. (Gand, 1877), p. 222. — (11) VAN EVEN, *Louvain dans le passé et dans le présent* (Louvain, 1895), p. 369. — (12) Duplex ibidem nostris diebus exstat coetus operariorum *Gilde der Vier Gekroonden* dictus, quorum alter recens coadunatus est inter socios collegii Katholieke Werkmanskring nuncupati; alter antiquus est, de quo SCHOEFFER, *Historische aanteekeningen rakende de kerken ... der stad Mechelen*, t. III, p. 28-60; VAN DOREN-HERMANS, *Inventaire des archives de la ville de Malines*, t. VIII (Malines, 1895), p. 46-48. — (13) Sodalitatis SS. Quattuor Coronatorum monumenta nonnulla in museo civitatis Tenremundanae exstare mihi testis est v. cl. A. De Ceuleneer. — (14) A sexaginta saltem annis in hac civitate quotannis sollemniter agitur festum SS. Quatuor Coronatorum a lapicidis, qui in gemino coetu coadunati sunt, quorum alter *Société des Quatre Couronnés* an. 1871-72 conditus est, alter vero, *Les vrais Quatre Couronnés* anno 1903. — (15) J. WAGENAAR, *Amsterdam* (Amsterdam, 1765), p. 367 : *Aan de noordzijde* [*der Nieuwe-kerk*] *hadt men het Metselaars- of Viergekroonden-Choor*. Haec addit p. 368, not. 6 : *Ondertusschen vindt men, in eene keure voor 't Metselaars-Gilde hier te stede, van den agttienden may des jaars 1532, dat de Bosmeesters, jaarlijks op Vier-gekroonden-dag, rekening moesten doen.* — (16) J. ALBERDINGH-THIJM, in *Dietsche Warande*, Amsterdam, 1857, partie française, p. 13. — (17) DE STOPPELAER, *Oudheidskamer ten raadhuize van Middelburg* (Middelburg, 1876), p. 77. — (18) J. W[ALVIS], *Beschrijving der stad Gouda*, t. II (Gouda, 1714), p. 30. — (19) L. C. SPOORMAN, *De O. L. Vrouwekerk te Dordrecht*, BIJDRAGEN VOOR DE GESCHIEDENIS VAN HET BISDOM HAARLEM, t. V (1877), p. 15. — (20) *Op den Vier Gecroenden dach zullen alle gildebroeders ende zusters 't Oldenhoven ter kercken komen, misse hooren, een oirt stuver offeren ende statie holden* (Ordonnantie van 1547). E tabulario Leowardiano accepit nobisque humaniter misit v. cl. A. J. Flament. — (21) A sociis coementariis etc. quotannis agebatur festum sanctorum Quattuor Coronatorum. *Keure van de gildebroeders van de metselaers, tegeldekkers en kalkbranders binnen der stede van Haerlem, 1547*. E tabulario Haarlemensi accepit nobisque misit laudatus A. J. Flament. — (22) L. H. C. SCHUTJES, *Geschiedenis van het bisdom s' Hertogenbosch*, t. IV (St. Michiels-Gestel, 1873), p. 198. — (23) GÉNARD, *Catalogue du musée du Steen* (Anvers, 1904), p. 249. — (24) Vel etiam: *Claudus, Nicostracius, Diciderius, Siplicus*. J. DIRKS, *De Noord-Nederlandsche Gildenpenningen*, t. I (Haarlem, 1878), p. 354-55. — (25) Ap. JANNER, *Die Bauhütten*, p. 213. — (26) J. WALVIS, t. c., p. 30. — (27) Ita in registro (de quo supra not. 10), fol. 6. — (28) J. ALBERDINGK-THIJM, in *Dietsche Warande*, t. c., p. 13. — (29) LEFENESTRE-RICHTENBERGER, *Rome. Le Vatican, les églises* (Paris, 1903), p. 303.

mia

AUCTORE H. D.

A *mia* (1), *Sienae in cathedrali* (2), *Aretii in ecclesia S. Francisci* (3), *Papiae in arca S. Augustini* (4), *Venetiis in palatio ducum* (5), *Florentiae in Orsanmichele* (6), *Ferrariae olim in ecclesia S. Nicolai* (7), *in civitate S. Dionysii in basilica* (8), *Stiriae* (*Steyer*) *in Austria superiore* (9), *Gandavi* (10), *Insulis* (11), *Bruxellis* (12), *Antwerpiae* (13), *Buscoduci* (14), *Londinii* (15). *Multo plures adduci posse non dubitamus, et ab iis exspectamus qui talia colligendi provinciam assumpserunt. Varie varii artifices sanctos quattuor effingere consueverunt. Vel enim Coronatos eos vocari ex eo intellegi voluerunt quod coronas capitibus eorum imposuerunt, vel marmorarios fuisse ex scalpro, malleo, linea quae in manibus dederunt, vel utrumque ex coronulis quibus ipsa ferramenta fabrilia ornaverunt. Exempla sunt inter ea quae modo attulimus.*

(1) WESSELY, *Iconographie Gottes und der Heiligen* (Leipzig, 1874). p. 134. — (2) *Ibid.*, p. 134. — (3) VASARI, *Le vite de' più eccellenti pittori*, t. III, p. 150. — (4) P. R. MAJOCCHI, *L'arca di S. Agostino in S. Pietro in Ciel d'oro* (Pavia, 1900), pp. 17, 41, Tav. 16. — (5) DIDRON, *Annales archéologiques*, t. XVII (Paris, 1857), p. 193-94. — (6) Supra, p. 763. — (7) S. REINACH, *Répertoire des peintures du moyen âge* (Paris, 1905), p. 364. — (8) WESSELY, t. c., p. 135. — (9) *Berichte und Mittheilungen des Altertumvereines zu Wien*, t. IX (1866), p. 106; *Verhandlungen des historischen Vereins von Oberpfalz und Regensburg*, t. XXVIII (1872), p. 197. — (10) *Inventaire archéologique de Gand*, t. I, pll. 114, 196-97. — (11) LENGLART, *Catalogue du musée de Lille* (Lille, 1893), p. 73. Fuit olim Bruxellis in ecclesia Sanctae Catharinae. Ap. DE CEULENEER, *op. cit.*, p. 80. Cf. WOLTMANN und WOERMANN, *Geschichte der Malerei*, t. III (Leipzig, 1888), p. 473. — (12) Musée communal. Cf. GOBLET D'ALVIELLA, *op. cit.*, p. 4, 9. — (13) Musée de peinture, n. 158-162; ap. DE CEULENEER, *op. cit.*, p. 7; Musée du Steen, VAN CAUWENBERGH, *op. cit.*, p. 571. — (14) C. F. X. SMITS, *De Kathedraal van 's Hertogenbosch* (Brussel, 1907), p. 185. — (15) British Museum, cod. add. 18851. Imaginem exhibet in fronte libellus *Ars Quatuor Coronatorum*, de quo supra, p. 764, not. 5.

B E

I. PASSIO SS. QUATTUOR CORONATORUM AUCTORE PORPHYRIO

Edita ex codicibus Parisiensi 10861 (= **A 1**), *Vallicellano VIII* (= **A 2**), *Bollandiano 14* (= **B 1**), *Veronensi 95* (= **B 2**), *Ambrosiano B 55 inf.* (= **B 3**), *Vaticano 1192* (= **B 4**), *Capituli S. Petri A 5* (= **B 5**), *Bernensi 48* (= **B 6**), *Monacensi 4608* (= **B 7**), *Zwettlensi 14* (= **B 8**), *Monacensi 9506* (= **B 9**), *Monacensi 22244* (= **B 10**), *Trecensi 1248* (= **B 11**), *Gothano fol. 64* (= **B 12**), *Einsidlensi 256* (= **E**). *Versio graeca edita est ex codice Vaticano gr. 1608* (= **V**). *Cf. supra, p. 750-51.*

Incipit passio sanctorum Simproniani, Claudii, Nicostrati, Castorii [1] et Simplicii [2].

In Pannoniae lapicidinis

1. Tempore [1] quo Dioclitianus [2] perrexit Pannoniis [3] ad metalla (1) diversa sua praesentia de montibus abscidenda, factum est [4] dum [5] omnes artifices metalli [6] (2) congregaret, invenit inter eos magnae peritiae [7] artis [8] inbutos homines nomine [9] Claudium, Castorium, Simpronianum [10] et Nicostratum [11], mirificos in arte quadrataria (3). Hii oculte christiani erant [12], custodientes mandata Dei [13], et quidquid artis operabantur [14] in sculptura [15], in nomine domini [16] Iesu [17] Christi [18] sculpebant [19]. Ventum [20] est [21] (4)

Lemma. — [1] Castori A 1. — [2] mense nov. die VIII *add.* B 1; passio sanctorum quatuor coronatum B 2, 9, 12; incipit p. s. q. c. B 3; passio q. c. B 8, 10; passio sanctorum martyrum IIII coronatorum mense novembri die VIII B 5; sanctorum q. c. passio incipit B 4; passio sancti Simphoriani, Claudii, Nicostrati et aliorum B 7; incipit p. s. q. c. S. C. N. C. S. quae est VI////to id//// B 6; passio beatorum mar-
C tyrum Sympronii, Claudii *etc.* quatuor quoque coronatorum Seueri, Seueriani, Carpofori atque Victorini B 11.

1. — [1] illo *add.* B 3. — [2] Diocletianus B 6, 8, 9, 10, 11, E; Dyoclitianus *hic* B 12; augustus *add.* B. — [3] Pannonias B 2, 9, 10, 11, 12; B 1 *corr.*, *prius* Pannoniis; Pannoniam B 3, 4, 5, 8. — [4] autem *add.* B 1, 3, 7, ut *add.* B 8; factum est /////// B 5. — [5] cum B 5, 12. — [6] metallicos B. — [7] *corr.* B 1. — [8] arte B 12, *om.* B 9, 10. — [9] *om.* B 1, 3, 6, 7, 9, 10, 11, 12. — [10] Simpronium *corr.*, Simphronium B 1, 11 (*in ras.*); Simphorianum B 3; Symphorianum B 7, 8, 9 (*corr. ex* Symphronianum), 10; Simphronianum E; Cl. Simpr. Cast. B 5, 8. — [11] Nic. C. S. et Simplicium B 10; Simplicium *add.* B 9. — [12] erant christiani B 12. — [13] *om.* B 11. — [14] operabantur artis B 4. — [15] *corr. prius* scultura B 1; in sc. operabantur F
B 12. — [16] nostri *add.* B 3, 4, 7, 12, E — [17] *om.* B 8, 9, 12. — [18] *om.* B 8. — [19] fecerunt E. — [20] inventum B 1 (*corr.*), E, factum B 8, 9, 10. — [21] autem *add.* B 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 11, 12.

Μηνὶ νοεμβρίῳ η'. Μαρτύριον τῶν ἁγίων τετραστέφων μαρτύρων.

1. Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ Διοκλητιανὸς ἐπορεύθη ἐν τοῖς μέρεσιν Παννονίας πρὸς μέταλλα παντοδαπά, ἐκέλευσεν τῇ αὐτοῦ [1] παρουσίᾳ [2] ἐξ ὀρέων ἐκκοπῆναι διαφόρων ποιοτήτων ἰδέας. Ἐγένετο δὲ μετὰ τὸ ἅπαντας τοὺς τεχνίτας καὶ μεταλλικοὺς συναθροισθῆναι, εὑρέθη ἐν αὐτοῖς μεγίστη ἐξερεύνησις τέχνης εὐφήμοις καὶ μεγίστοις ἀνθρώποις ὀνόματι Κλαυδίῳ, Καστορίῳ, Συνπρου-

1. — [1] ἐκέλευσεν τι αὔτην *cod.* — [2] παρουσίαν *cod.*

(1) Hac voce *metallum* tum materia quae effoditur tum ipsa fodina significatur. Hic usurpatur pro lapicidina. H. BLÜMNER, *Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste bei Griechen und Römer*, t. III (Leipzig, 1884), p. 69-84. De metallorum administratione disseruit O. HIRSCHFELD, *Die kaiserlichen Verwaltungsbeamten bis auf Diocletian*, zweite Aufl. (Berlin, 1905), p. 145-90; C. DUBOIS, *Étude sur l'administration ... des carrières dans le monde romain*, Paris, 1908; de christianorum ad metalla damnatorum condicione, I. B. DE ROSSI, *Dei cristiani condannati alle cave dei marmi nei secoli delle persecuzioni*, BULLETTINO DI ARCHEOL. CRIST., 1868, pp. 17-25, 47. — (2) Praeter damnatos ad metalla, *artifices metallicos* liberos vel servos ibidem degisse ostendit DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 52. — (3) *Ars quadrataria*, a lapide quadrato, quo ad aedificandum vulgo utebantur lapidarii, dicta. Lapidariis praestabant marmorarii a nobiliori materia nuncupati. In Passione nostra *quadratarius*, *ars quadrataria* pro sculptore et sculptura usurpatur. BLÜMNER, t. c., p. 6-7; MARQUARDT-MAU, *Das Privatleben der Römer* (Leipzig, 1886), p. 623. — (4) *Ventum est* = evenit, ut ex aliis locis colligit PETSCHENIG, *Sitzungsberichte der k. Akad. der Wissenschaften*, t. LXXIX, p. 772.

quodam

Auctore Porphyrio

quodam [22] die inperante Dioclitiano [23], ut simulacrum Solis [24] cum quadriga (1) ex lapide taso [25] (2) artifices cum omni argumento (3) currum [26], equos vel omnia [27] ex uno [28] lapide sculpirent [29]. Eodem [30] tempore omnes artifices cum phylosophis (4) cogitare [31] coeperunt artis huius delimare sermonem [32]. Et cum incidissent lapidem magnum ex metallo taso [33], non conveniebat ars sculpturae [34] secundum praeceptum augusti [35] Dioclitiani [36], et multis diebus erat contentio [37] inter [38] artifices et phylosophos.

quattuor sculptores christiani

2. Quodam [1] die convenerunt [2] omnes artifices [3] sexcenti viginti duo cum phylosofis quinque ad textum (5) lapidis et coeperunt venas [4] lapidis [5] perquirere, et erat mira intentio [6] (6) inter artifices et phylosofos. Eodem tempore Simpronianus [7] D confidens in fidem [8] quam tenebat [9], dixit ad coartifices [10]: Rogo vos [11] omnes, date mihi fiduciam [12] et ego [13] invenio [14] cum [15] condiscipulos meos Claudium, Simplicium Nicostratum, et Castorium [17]. Et quaerens [18] venam metalli coepit [19] sculpire [20] in nomine domini [21] Iesu Christi [22] artem, et bene consequebatur [23] sculptura [24]; et [25] secundum praeceptum augusti [26] facta est [27] sculptura [28] sigilli (7) Solis [29] in pedibus viginti quinque.

iubentur a Diocletiano

3. Hoc autem nuntiatum est [1] Dioclitiano augusto et [2] laetificatus est. Eadem [3] hora ibidem [4] in partis [5] Pannoniae praecepit aedificare [6] templum (8) in loco (9) qui appellatur ad montem

[22] quadam B6, 8. — [23] Diocletiano *ab hinc* B1; *de ceteris p. 751, et supra n. 2;* augusto *add.* B *praeter* B12. — [24] et Dianae *add.* B 10. — [25] *ita infra* A 1, *hic* tasu *nisi forte* tasii; thaso B, E. — [26] currus et B 1, 11; et *add. celeri codd.* B. — [27] *supra lin.* B6. — [28] hoc C *praeter* B 1. — [29] sculperent B 1 (*corr.*), B 3, 4, 5 (*corr.*), B 7, 8, 9, 10, 11, 12. — [30] autem *add.* B *praeter* B 8, 12. — [31] cogitautes B, E. — [32] *supra lin.* B 11. — [33] thaso B, E. — [34] B 1 *corr.*, *prius*
B sculturae; sculturę B6. — [35] *om.* B 12. — [36] Diocletiani *corr. ex* Diocletiano B 6. — [37] *corr. prima manu* A 1, *prius* contio; certamen *in ras.* B 11. — [38] *in marg.* B 11.

2. — [1] quadaın autem B, E; *haec et sequentia usque ad* phylosophos *om.* B 11. — [2] in unum *add.* B, E. — [3] numero *add.* B. — [4] *om.* B 9, 10; venam B 12. — [5] *om.* B 9, 10. — [6] contentio B 1 (*corr. rec.*), B 3 (*item*), B 4, 7, 9, 10, E. — [7] (eodem t. S.) ///// tunc (*in ras.*) Sympronius (*in ras.*) B 11; Sympronianus autem B 12. — [8] fide B 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 11, 12. — [9] (confidens - tenebat) *om.* E. — [10] artifices suos fratres B, *praeter* B 12; coartifices suos fratres B 12, E. — — [11] ¡rogo vos fratres B8. — [12] inducias B 3; fiduciam mihi B 4. — [13] *om.* B 3. — [14] inveniam B4, 6, 7, 9, 10, 11, 12; textum lapidis huius *add.* B 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 9, 10, 11, 12, textum lapidis *add.* B 8. — [15] *del. corr.* B1. — [16] condiscipulis meis B 1, 2, 5, 7, 9, 10, 11, 12; discipulis meis B 6, 8. — [17] Claudio ... Castorio B 1, 2, 4, 5, 6, 7, 8 (Çast. et Nic.), 9, 10, 11, 12. — [18] quaerentes E. — [19] coeperunt E. — [20] sculpere B 1, 2, 3, 4, 12, E; *om.* B 11. — [21] nostri *add.* B 3, 4, 6, E
7, 9, 10, 12, E. — [22] *om.* B 9. — [23] sequebatur B 4, 12. — [24] *corr.*, *prius* scultura B 1; sculpturam B 10. — [25] *om.* B, E; B 3 /;///////). — [26] et *add.* E. — [27] autem *add.* B 3, 8, 11, 12. — [28] B 1 *ut not.* [24]. — [29] *om.* B 6, 8.

3. — [1] hoc vero (*prius* autem) cum nuntiatum fuisset B 11. — [2] *om.* B 11. — [3] vero *add.* B 1-10; autem *add.* B 11. — [4] ibi B 9, 10. — [5] partes B 1, 2, 3, 4, 5, 6, 8, 11; parte B7, 9, 10. — [6] edificari B 3, 5, 11 (*corr.*).

νιανῷ καὶ Νικοστράτῳ θαυμαστοῖς [2] ἐν τῇ τέχνῃ τῶν τετρακταδῶν. Οὗτοι δὲ ἐν τῷ κρυπτῷ χριστιανοὶ ὑπῆρχον, φυλάττοντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ· καὶ ὁποίαν δ' ἂν τέχνην εἰργάζοντο, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν κατεσκεύαζον. Τοίνυν βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ ἐτρακταΐσθη [3] ἔν τινι ἡμέρᾳ ἵνα τὸ ἱερὸν τοῦ ἡλίου μετὰ τῶν τετρακτηνῶν ἀπὸ λίθων τασίων οἱ τεχνῖται μετὰ πάσης ἐπιστήμης καὶ ἁρμάτων ἱππέων ἅπαντα ἐξ ἑνὸς λίθου γλύψουσιν. Ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ καιρῷ ἅπαντες [4] οἱ τεχνῖται μετὰ πάσης ἐπιστήμης μετὰ καὶ τῶν φιλοσόφων μεριμνῶντες ἤρξαντο τέχνας τοιάσδε ῥαψωδίζεσθαι ῥήμασιν· καὶ ἐν τῷ διακόπτειν λίθον μέγιστον ἐκ μετάλλου τάττεσθαι οὐ συνήρχετο τέχνη γλυπτὴ κατὰ τὴν [5] πρόσταξιν Αὐγούστου Διοκλητιανοῦ καὶ πλείσταις ἡμέραις ἦν μάχη καὶ θόρυβος μεταξὺ τῶν τεχνιτῶν καὶ φιλοσόφων.

2. Ταύτῃ δὲ ἡμέρᾳ συνῆλθον ὁμοῦ ἅπαντες οἱ τεχνῖται ἑξακόσιοι εἴκοσι δύο μετὰ καὶ φιλοσόφων πέντε πρὸς τὴν θέαν τοῦ λίθου, καὶ ἤρξαντο τὰς φλέβας τοῦ λίθου ἐκζητεῖν· καὶ ἦν θαυμαστὴ ἡ ἐκζήτησις ἀναμεταξὺ τῶν τεχνιτῶν καὶ φιλοσόφων. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ ἐκείνῳ Συμπρινιανὸς πεποιθὼς
C ἐπὶ τῇ πίστει ᾗ ἐκράτει, εἶπεν πρὸς τοὺς συντεχνίτας· « Παρακαλῶ ὑμᾶς ἅπαντας, δότε μοι ἀνοχὴν καὶ F
ἐγὼ ἔρχομαι μετὰ τῶν συμμαθητῶν μου Κλαυδίου, Συμπλικίου, Νικοστράτου καὶ Καστορίου καὶ ἀνιχνεύομεν τὴν φλέβαν τοῦ μετάλλου. » Μεθ' ἡμέρας δέ τινας ἀπελθὼν ἤρξατο ἐκζητεῖν καὶ εὑρὼν ἐπεχείρησεν τῇ τέχνῃ τοῦ γλύφειν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ κάλλιστα συνήρχετο ἡ γλύψις τῆς σφραγῖδος τοῦ ἡλίου ἐν ποσὶν εἴκοσι πέντε.

3. Τούτου τοίνυν σαφηνισθέντος Διοκλητιανῷ τῷ Αὐγούστῳ, εὐφράνθη πανοικί. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ

[2] θαυμαστοὶ *cod.* — [3] ἐτρακτα ΐσθη *cod.* — [4] ἀπάκτες *cod.* — [5] κατὰ τὰ τὴν *cod.*

(1) Simulacri solis cum quadrigis non pauca supersunt exempla de quibus Th. PANOFKA, *Le lever du soleil sur un vase peint du Musée Blacas*, Paris, 1833; ID., *Von einer Anzahl antiker Weihgeschenke* (Berlin, 1840), Taf. I, 2; E. CURTIUS, *Neue Funde in Ilion*, ARCHAEOLOGISCHE ZEITUNG, t. XXX (1873), p. 58, Taf. 64; S. REINACH, *Peintures de vases antiques* (Paris, 1891), Millin, II. 49; W. AMELUNG, *Die Sculpturen des Vaticanischen Museums*, t. I (Berlin, 1903), p. 710, Taf. 76. — (2) *Thasius lapis* ap. SENECAM, epist. 86, 6, ex insula Thaso. BLÜMNER, t. c., p. 33-36. Hic intellege, ex marmore Thasio simili; erat enim lapis Pannonius. — (3) *Argumentum*, materia pingendi, caelandi, sculpendi. Cf. *Thesaurus linguae latinae*, s. v. CIC. *Verr.* II, 4, 56 : *ex ebore diligentissime perfecta argumenta erant in valvis.* — (4) Philosophos intellegi posse architectos et machinatores, quemadmodum ex ipsa historia patet, variis ex locis probant BENNDORF, *Archaeologische Bemerkungen*, p. 343-344; DE ROSSI, *Bullettino*, 1879, p. 57-59. — (5) *Textus, textum, textura* referri solet ad pannum, hic ad lapidis venas. — (6) *Intentio* alias quoque usurpatur pro *contentio*. PETSCHENIG, t. c., p. 766. — (7) *Sigillum* deminut. a signo, quod de statua, effigie cet. dici nemo ignorat. In *Anthologia lat.* I, 347, legitur epigramma *de sigillo cupidinis aquas fundentis*, RIESE, p. 275. — (8) Templum Solis in ipsa statione marmorum aedificatum esse existimat O. BENNDORF, *Archäologische Bemerkungen*, p. 347. Titulus ibidem allatus (... *Sacerdos dei solis stationis marmorum* ...) adulteratus est. *C. I. L.* VI, 684*. Locum ubi templum Solis erat distinctius nonnulli designant : " A Gradac nella località detta *Pustinkova Glava*, a mezza ora da Kipovno, se vedono avanzi di grosse mura. Si dice che quì sia stato tempio del Sole dedicato da Diocleziano secondo la citata *Passio*. „ F. BULIĆ, in *Bullettino di archeologia e storia Dalmata*, 1908, p. 117. Est autem Gradac in montibus dictis Fruschka Gora ad Danubium. *Specialkarte des oester. Alpengebietes* (*Militärgeogr. Institut*), Zone 25, col. XXI, 45° 10′, 37° 25′. — (9) Locus videtur esse pro certa parte lapicidinae seu officina, ut ostendit DE ROSSI, *Bullettino*,

pinguem

varia artis opera incidere,

pinguem[7] (1). Et ibidem[8] constituit et posuit[9] simulacrum, et[10] deauravit[11] (2). Et coepit in eodem loco sacrificiis et unguentis[12] et odoribus laetare[13], et dedit[14] dona magna[15] artificibus. Eodem tempore dilectatus[16] in artem[17], nimio amore captus praecepit ut[18] ex metallo porfiritico[19] columnas[20] vel[21] capitella columnarum (3) ab[22] artificibus inciderentur[23]. Et vocavit ad se Claudium, Simpronianum, Nicostratum et Castorium[24] et[25] Simplicium; quos cum gaudio suscipiens dixit ad eos: Desidero[26] peritiam[27] artis vestre[28] capitella columnarum ex monte porfyritico[29] incidi.

et in nomine Christi,

4. Et ex praecepto[1] abierunt[2] cum multitudine artificum et phylosofis[3]. Venientibus[4] autem ad montem porfyreticum[5] qui dicitur[6] igneus (4), coeperunt incidere lapidem[7] in pedibus XL. Claudius autem[8] omnia[9] in nomine domini[10] Iesu Christi faciebat. Et bene[11] sequebatur eum[12] ars. Simplicius autem, qui erat gentilis, omnia quaecumque faciebat non erat[13] convenientia. Quodam[14] die dixit ad Simplicium Nicostratus: Frater, quomodo tibi[15] ferramentum tuum[16] confrangitur[17]? Dixit[18] Simplicius[19]: Rogo te[20], tempera (5) mihi[21], ut non confrangatur[22]. Respondit[23] Claudius[24] et dixit[25]: Da mihi omnem[26] ingenium (6) artis. Et dum[27] dedisset[28] omnem sculpturam[29] ferri[30] (7), dixit Claudius: In nomine domini[31] Iesu Christi, sit hoc ferrum[32] forte et sanum ad facienda opera[33]. Et[34] ab eadem ora coepit Simplicius omnem artem quadratariam cum ferramenta sua[35], sicut Simpronianus bene et recte operare[36]. Tunc Simplicius miro[37] amore et studio coepit inquirere a Simproniano quod esset genus temperamenti, quia numquam frangebantur

AUCTORE PORPHYRIO

mirante Simplicio gentili,

[7] pinguiem A 1. — [8] ibi B 8. — [9] et posuit *om.* B 4. — [10] *om.* B 6, 11. — [11] deauratum B 6, 11; adoravit B 8. — [12] ungentis B 8, 10. — [13] laetari B, delectari *in ras.* B 11; litari *coniecit* BENNDORF, *apud* BÜDINGER, *Untersuchungen*, III, 325. —
B [14] deditque B. — [15] *om.* B 11. — [16] laetatus (delectatus B 4, 5, 8) est Diocletianus augustus B. — [17] arte (arte ///// B 5) eorum et B, *praeter* B 2 *qui om.* in arte. — [18] *om.* B 11. — [19] porphiritico B 1, 8; purphiretico B 2, 9, 10; porphiretico B 6, 11; porfiretico B 4; porfyro B5; porphyretico B 7. — [20] B 5, 8, 10. — [21] et B 3. — [22] *om.* B 3. — [23] incidi B 6, 11. — [24] Castorium, Nicostratum B 8. — [25] atque B 1, 2, 4-11. — [26] delector B 8; te *add.* B 3; per *add.* B 4,5, 7 (*sup. lin.*). — [27] peritia B 2 (*corr.*), B 3, 6 (*corr.*), B 8, 10. — [28] columnas vel *add.* B. — [29] B 1, 2, 4, 7 *ut supra not.* [19], *quam adi deinceps.*

2. — [1] *ita* P 1, tosonnis nomine Q 2, lapide ///////////// Q 1, taso nomine P 2. — [2] semus Q 2. — [3] Iobis P 1. — [4] quodam Q 2. — [5] gloriam P 1. — [6] colum Q 2, caelicolam P 2. — [7] soli? P 1. — [8] Heliam P 2, *corr.* P 1. — [9] implere Q 2. — [10] fiebant P 1. — [11] magnam intentionem P 1. — [12] talis *add.* P 2, Q 2. — [13] confitendo Q 2. — [14] nomine Q 2. — [15] nostri *add.* Q 2. — [16] sapientiam Q 2. — [17] ita quia est P 1. — [18] *om.* Q 2. — [19] ceteris Q 2. — [20] simulacris Q 1. — [21] coeperunt P 2. — [22] gloriosa Q 2. — [23] perferunt P 1, perfecerunt P 2, Q 2. — [24] *om.* P 2.

3. — [1] aedificare P 1. — [2] deauratum R, *melius ex Passione* I, 3. — [3] cernerent Q 1.

Claudium

A Claudium et [4] Simpronianum, Nicostratum atque Castorium, et praecepit ut ad ornamentum praedicti templi columnas et epistolia illarum ex monte porfiretico [5] qui dicitur igneus inciderent. Qui eius iussa perficientes coeperunt incidere lapidem in longitudine pedibus [6] quadraginta. Unus autem ex eis nomine Claudius erat; qui cum ceteri [7] acies ferramentorum sedule dum retunderentur exacuerent [8], ille nullatenus taliter agebat; sed semper suum opus sanctae crucis signaculo muniens omnia quae patrabat [9], in nomine domini Iesu Christi mirifice inchoabat et sine discrimine perficiebat [10], nec immerito [11], quia illum invocabat cui omnia possibilia sunt et cunctae oboediunt creaturae.

Simplicium gentilem

4. Quod [1] mirabile opus dum [2] unus ex eis, nomine Nicostratus, animadverteret, dixit ad quemdam virum ethnicum illius artis magistrum nomine Simplicium :

" Obsecro, frater amans [3], quod quaero pande [libenter;
Quare tuum ferramentum sedulo [4] retunditur [5], Claudii autem minime? „

B Cui dixit Simplicius : " Hoc a te potius dignoscere [6] cupio, quoniam et valde mirabile est et scire [7] nimis utillimum. „ Cum audisset autem praedictus Claudius talia, interserens se quaestioni illorum dixit Simplicio : " Affer mihi omnia instrumenta artis tuae, et ego per auxilium magistri mei qui me docuit, faciam ut neque retundantur neque frangantur quantocumque tempore cum eis operatus fueris. „ Ille autem gavisus celerius imperata complevit. Claudius autem signans ea signaculo [8] sanctae crucis ait : „ Obsecro [8], domine Iesu Christe, ut [9] tuo sancto nomine haec instrumenta neque retundantur neque frangantur, sed semper in sua permaneant firmitate. „

Mira Dei virtus, miraque potentia Christi!

fidem Christi

Ex tunc sedule [10] Simplicius artem exercebat, et instrumenta [11] illius nunquam deficiebant. Attonitus ad ista Simplicius magna prece inquirere Simpronianum [12] coepit ac [13] dicere : " Obsecro, carissime, tuam dulcissimam [14] dilectionem, indica [15] mihi quod genus temperamenti esse dicitur, de quo tale miraculum patratum [16] esse videmus, quoniam quidem quia pretiosius est,

C cognoscere et discere [17] illud cupio. „ Respondentes autem Simpronianus et Claudius dixerunt : " Quia Christi [18] caritas omnia suffert, et sacra

Luc. 6, 30. scriptura dicit : *Omni petenti* [19] *te tribue,* noveris omnino quoniam creator [20] omnipotens, qui creavit caelum et terram, dominus Iesus Christus, quem nos colimus et adoramus, ipse nobis tribuit hanc virtutem ut tale opus mirifice faciamus, qui olim populo suo tribuit, ut vestimenta illorum per [21] quadraginta annos non veterescerent [22] et manna ad comedendum non deficeret. „ Respondit Simplicius ille gentilis: " Nunquid [23] deus Iupiter quem Iovem vocamus, non praevalet talia [24] sua virtute [25] patrare? „ Cui ille [27] : " Sile, frater [26], et conticesce, quoniam quidem quid loqueris omnimodo [27] ignoras. Numquid non intelligis quia ipsum Iovem et Solem, quos [28] fatuitas ethnicorum ut deos adorat [29], cotidie [30] manibus nostris sculpimus [31] et operamur? Avertat hoc dominus Christus a corde [32] servorum suorum. „ Respondit Simplicius : " Semper desiderio desideravi pervenire ad veram et veri Dei culturam; namque scrupulum dubiae intentionis inerat in corde meo dicendo : quomodo adoramus et colimus illos deos quos nos [33] sedule de montibus secamus omnemque figuram compagemque artificio nostro configuramus et transformamus. Quapropter, obsecro [34], viam lucis mihi ostende [35] et de tenebris ignorantiae libera [36] animam meam. „

edocent,

Dicit ei Claudius : " Haec est enim fides nostra : credimus itaque [37] in Patrem et Filium et Spiritum sanctum, et hos tres [38] in personis esse et unum in deitate, substantia [39], majestate, ipsumque dominum Iesum Christum incarnatum, crucifixum, mortuum ac sepultum, resurrexisse a E mortuis et [40] ascendisse in caelum [41], iterumque [42] venturum esse iudicare vivos et mortuos et reddere sanctis praemia sempiterna. Si hanc religionem consequi cupis, et sacro te baptismate abluis, ab omnibus maculis purificaberis peccatorum et gaudiis perfrueris sempiternis [43]. „ Respondit Simplicius : " Nihil dubietatis in corde meo remansit; tantum quod dictis astruitis, operibus citius confirmate. „

et ad Cyrillum episcopum

5. Tunc coeperunt inquirere sacerdotem, qui sanctam religionem more solito [1] ministraret; inveneruntque in custodia [2] carceris quendam episcopum religatum, nomine Cyrillum [3] Antiocenum [4], qui multis verberibus iam tribus annis fuerat [5] cum aliis confessoribus pro Christi nomine maceratus. Quem rogare coeperunt ut baptizaret eum. Beatus autem Cyrillus [6], gaudio magno repletus, dixit Simplicio : " Vide, fili, si ex toto corde credis; nam nos omnia sacramenta Christi [7] libenter [7] tibi praebemus. „ Cumque omnem ordinem sanctae religionis [8] illi insinuaret, dixit ei [9] : " Quomodo cognovisti virtutem domini [10] Iesu Christi in [11] artificio tuo, sic modo fideliter crede in sanctae Trinitatis fidem [12], et te continuo crede F purificari ab omnibus sordibus delictorum [13]. „ Respondit ille cum lacrimis et dixit : " Quomodo [14], pater sancte, ostendere valeo credulitatem meam? „

ut baptizetur adducunt.

Respondit Cyrillus [15] : " Crede Patrem et Filium et Spiritum sanctum unum esse Deum omnipotentem, creatorem caeli et terrae, visibilium et invisibilium, qui omnibus in se credentibus peccata relaxat [16] et gaudia condonat aeterna. „ Exclamavit [17] ille et dixit: " Omnia quae ex ore tuo prolata sunt, sanctissime pater, fideliter credo et devotissime teneo; tantum [18] succurre et libera animam meam. „ Tunc baptizavit

[4] *om.* Q 2. — [5] porferitico Q 1, porhiritico Q 2. — [6] pedum Q 2. — [7] *om.* Q 1, ceteris P 2. — [8] exacueret *corr.* Q 1. — [9] parabat Q 2. — [10] (et - perficiebat) *om.* Q 2. — [11] in merito Q 2.

4. — [1] cum *add.* Q 2. — [2] *om.* Q 2. — [3] amantissime Q 2, *erasum in* Q 1. — [4] sedule P 1. — [5] (f. s. r.) sedulo retunditur ferrum Q 2. — [6] dinoscere Q 1. — [7] mihi *add.* Q 2. — [8] signans se signo P 2. — [6] (quantocumque - frangantur) *om.* Q 1. — [10] sedulo P 2. — [11] strumenta Q 2. — [12] Simpronium P 2 *hic et saepius deinceps.* — [13] hac P 1. — [14] verissimam Q 1. — [15] et indices Q 2. — [16] paratum P 2. — [17] discernere Q 1, 2. — [18] carissimi P 2. — [19] omnipotenti P 1, 2, Q 2. — [20] creatum Q 2 *in rasura.* — [21] (ill. p.) ipsius qui Q 2. — [22] veterascerent P 2. — [23] num P 2. — [24] *om.* Q 1. — [25] virtute sua P 2. — [26] simile Q 2. — [22] omnino P 2. — [28] quod Q 2. — [29] adoret Q 2. — [30] quotiens Q 1. — [31] culpimus Q 2, scalpimus P 2. — [32] corde serde *ita* Q 2. — [33] *om.* P 2. — [34] te ut *add.* Q 2. — [35] ostendas Q 2. — [36] liberes Q 2. — [37] *om.* P 2. — [38] hunc trinum Q 2. — [39] et Q 2. — [40] *om.* P 2. — [41] ad caelum P 2, in celis Q 1. — [42] iterum P 2, Q 2. — [43] (et - semp.) *om.* Q 2.

5. — [1] subito Q 1. — [2] custodiam Q 2. — [3] Cirillum Q 2. — [4] P 1, 2, Q 1, 2. — [5] fuerit P 2. — [6] Cirrillus *hic* Q 2. — [7] omnia s. C. nos Q 2. — [8] religioni P 2. — [9] (d. ei) *om.* Q 1. [10] nostri *add.* Q 1, P 2. — [11] isto *add.* P 2. — [12] fide Q 1. — [13] idolorum Q 1. — [14] quoniam o. Q 1. — [15] Cirillus Q 2. — [16] relaxabat Q 2. — [17] autem *add.* Q 2. — [18] *om.* P 2.

cum

AUCTORE PETRO

eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti in eodem carcere; et benedicens dimisit eos. Illi autem reversi ad officium suum, omnia quae operabantur in nomine Domini et sanctae crucis signaculo, mirabiliter et gloriose sine omni reprehensione fiebant.

De fide christiana

6. Unus autem de philosophis, attentius intuendo opera illorum [1], cum vidisset quod sine signo crucis nihil facerent, admiratus est vehementer et dixit : " Hoc genus magicae artis esse dignoscitur; propter quod ad poenam et crudelitatem iniquorum male patrantium [2] olim inventum [3] est, et nunc <nescio [4]> qua [5] ratione artificibus istis beneficium potius quam detrimenta largitur; unde datur intelligi quod sine ingenio magicae artis hoc fieri nullatenus possit. " Respondit Claudius et dixit : " Quod dixisti genus hoc esse tormenti, verum dixisti, et propterea ab initio inventum est. Sed ex quo tempore in eo vita pependit, iam non mortem sed vitam se venerantibus subministrat. " Respondit ille philosophus et dixit : " Quae fuit illa vita quae in
B ipso pependit? Et quomodo hoc fieri potuit, cum vita non sit corpus sed spiritalis [6] substantia [7]. " Respondit Claudius et dixit : " Vita fuit dominus Iesus Christus, qui creavit coelum et terram; cuius substantia gemina [8] esse dignoscitur, hoc est humana atque divina; sed [9] hoc intelligere minime praevales [10], nisi vere in illum credideris. " Philosophus dixit : " Recte suadere poteras ut in illum credere desiderarem, si, quomodo tu astruis, ipse [11] vita esset, qui fecit caelum et terram, et in ipso crucis tormento mortua non fuisset; vita etenim [12] mori nullatenus potest, quae [13], ut praefatus sum, non corporalis sed spiritalis [14] substantia est. " Ad haec Claudius coepit rationem illi ponere dicens : " Iam superius insinuavi quod dominus Iesus Christus in duabus consisteret [15] substantiis, hoc est [16] humana atque divina; et proinde dicitur de illo in sancta fide catholica: perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali et humana carne subsistens. Hoc [17] quia ita est, noli credere illum mortuum ut ceteros homines [18] mortales, qui post mortem nihil praevalent agere vel operari; nam ille quando voluit [19], tunc animam suam posuit, sicut ipse testatus est dicens : *Potestatem habeo*
Io. 10, 18. *ponendi animam meam* [20] *et iterum sumendi eam.* Et caro sola mortua est, fallendo diabolum qui eum purum hominem aestimabat, ut morte sua potestatem eius destrueret et iustos quos retinebat resurgens ab inferis liberaret. " Hoc cum audisset ille philosophus, conticuit nec ultra potuit rationem [21] ponere. His [22] taliter altercantibus, plurimi ex artificibus crediderunt in dominum Iesum Christum.

disceptant cum gentilibus.

Opera varia exsculpere

7. Post haec autem invidia ducti praedicti [1] philosophi, ut sanctos Dei perdere possent, suggesserunt Diocletiano dicentes : " Quia [2] praecipuos artifices invenisti et pretiosa metalla repperisti, non pereat ingenium artis, sed diversa et gloriosa opera per vestram sapientiam fieri praecipiantur maxime autem simulacrum magni et venerandi Asclepii. " Quibus auditis, Caesar delectatus est et praecepit praedictis quinque artificibus, hoc est Claudio, Nicostrato, Simproniano, Castorio atque Simplicio, diversas concas praecidere, inclitas victorias designare [3], atque Asclepii statuam mirabiliter patrare. Illi vero praeceptis eius faventes, omnia mirabiliter perfecerunt [4] et Caesari detulerunt, praeter Asclepii statuam, intelligentes quod templum illi vellet [5] construere, sicut simulacro Solis, ad christicolarum subsannationem. De quibus ille laetus effectus, talem eis contulit [6] rationem : " Gaudeo in [7] studio artis vestrae, et digni estis magnis muneribus remunerari; sed quia illud neglexistis agere quod prae omnibus praecipue facere debuistis, remunerationem vestram penitus perdidistis. "

a Diocletiano iubentur.

Asclepii statua,

8. Videntes autem iniqui philosophi indignationem regis, inflammaverunt animum illius et dixerunt : " Noverit clementia celsitudinis vestrae quoniam malefici christiani sunt, et ideo Asclepii statuam facere contempserunt. Hoc audiens Caesar praecipit sanctos Dei ad se vocari et E
dixit : " Optime namque scitis quo [1] affectu nostram vobis ostenderimus [2] clementiam propter industriam artis vestrae mirificam. Cur [3] ergo contempsistis imperium meum, in statuam Asclepii non patrando? " Respondit beatus Claudius et dixit " Scriptum habemus, o rex : *Subditi* [4] *estote omni humanae creaturae propter Deum.* I Pet. 2, 13.
Secundum hoc praeceptum hactenus oboedivimus [5] potestati vestrae, ut Deum non contemneremus; et ideo statuam Asclepii non fecimus, quem vos sicut deum adoratis, quoniam [6] non est deus, sicut vos aestimatis, sed homo fragilis et mortalis fuit, et suppliciis aeternis deputatus est; et iterum alia scriptura dicit: *Similes illis*
fiant qui faciunt ea [7] *et omnes qui confidunt in eis.* " Ps. 113 8.
Praefati namque philosophi vehementer Caesarem inflammabant [8] dicentes : " Numquid non praediximus istorum saevitiam? Quid amplius [9] execrabile quaeris audire, o Caesar? " Quibus ille respondit : " Non est obstinatio neque ignorantia cordis quod facimus, sed potius prudentia et imperii gloria, pro eo quod similes istis habere nequimus ad tam mira opera facienda. "
F At illi dixerunt : " Nihil tibi sit curae de talibus, quoniam quidem nos inveniemus doctiores istis nostra religione [10] imbutos. Quid enim prodest artifices habere propitios et deorum numina contemnere? " Caesar dixit : " Si hoc ita esse poterit, facite quod vultis. "

quam fingere renuunt,

ab aliis artificibus conficitur.

9. Tunc philosophi invenerunt alios artifices ethnicos, qui statuam Asclepii fecerunt, et post dies triginta obtulerunt [1] Caesari dicentes : " Ecce completa est voluntas vestra, o Caesar, de imagine sacrati numinis et de artificibus optime peritis, qui nostram excolunt religionem et vestram perficiunt voluntatem; attamen illi sacrilegi, qui vestra praecepta contempserunt et sacratissima numina adorare nolunt [2], videlicet Claudius, Nicostratus, Simpronianus atque Castorius [3] simulque Simplicius tantum coartentur

6. — [1] eorum Q 2. — [2] patrandum Q 2. — [3] inventus Q 2. — [4] *supplevi, om.* P, Q. — [5] qui Q 2. — [6] spiritualis P 2. — [7] substantiè Q 1. — [8] geminata Q 2. — [9] sic P 1. — [10] privales Q 2. — [11] ipsa Q 2. — [12] enim P 2, Q 2. — [13] quia P 1. — [14] spiritualis P 2. — [15] subsisteret P 2. — [16] in *add.* P 1. — [17] et P 1. — [18] hominum P 1. — [19] valuit Q 2. — [20] *om.* P 2. — [21] ratione P 1. — [22] hic Q 2.

7. — [1] *om.* Q 2. — [2] quam Q 1. — [3] adsignare P 2. — [4] fecerunt P 2. — [5] vellent Q 2. — [6] *om.* Q 1. — [7] *om.* Q 2.

8. — [1] quocum Q 2. — [2] ostenderemus Q 1, 2. — [3] cum P 2. — [4] subdite P 2. — [5] obedibimus P 1. — [6] et Q 2. — [7] *om.* Q 2. — [8] infl. Caesarem Q 1. — [9] *om.* Q 1. — [10] nostras religiones Q 2.

9. — [1] (et post - obtulerunt) *om.* Q 2. — [2] colunt Q 2. — [3] Simp. atque C. *om.* Q 2.

ut

A ut[4] crucientur, donec sacrificia sacris diis exhibeant, ne forte per incantationum carmina corda tuorum ad suam convertant culturam. „ Tunc iussit cuidam tribuno, nomine Lampadio, ut eos cum philosophis[5] iunctus[6] sub moderatione inquireret, et si ita esset ut accusatio prodiderat, scilicet ut christicolae ostenderentur, poenalis[7] eos sententia puniret. Igitur Lampadius[8] tribunus iussit consilium praeparari in eodem loco ante Solis templum, et praefatos Christi milites cum philosophis[9] simul adduci. Quibus praesentibus dixit : “ Omnis accusatio per quatuor personas iuste discernitur, hoc est per[10] iudicem, testes, accusatores[11] et[10] accusatos; scilicet ut accusatoribus criminantibus[12] accusati se vindicent, testes dicant quid[13] viderint vel audierint[14], iudex definiat[15] quod[16] iustum inter partes esse cognoverit. Hanc aequitatem aequissimus Caesar retinens proposuit ut accusatio quae facta est a philosophis istis super hos quinque artifices rectissime definiretur. „ Exclamaverunt[17] philosophi ac praedicti ethnici artifices[18], dicentes : “ Quia religionem paternarum traditionum fideliter tenemus et credimus, quam totus mundus et sacrum veneratur imperium, quod sentimus de istis silentio tegere[19] nefas ducimus. Scimus enim pro certo quia Christi cultores sunt et deos nostros derident; insuper[20] etiam per suam nequam doctrinam multos seducunt; quid amplius ex eis nequius requiris? „ Respondit Lampadius tribunus[21], dicens : “ Vos estis accusatores; qui[22] sunt testes qui talia approbant? „ Responderunt ceteri ethnici artifices, submissi a philosophis[23] invidiose, et dixerunt : “ Nos sumus testes horum obiectorum[24]; attamen si veritatem invenire satagitis[25], praecipite deum Solem adorari[26] et mox illorum[27] pandetur[28] intentio. „ Placuit tribuno consilium[29] convocavitque ad se Christi milites, et dixit : “ Una solummodo restat probatio, per quam omnis vestra destruetur accusatio, hoc est si deum magnificum Solem adoraveritis. „ Sancti autem[30] responderunt : “ Olim figuram solis, o iudex, Caesare praecipiente, manibus nostris de lapide praecidimus et operati sumus; proinde non adoramus lapideam figuram, quae sine sensu esse dinoscitur; sed illum adoramus Deum omnipotentem, qui fecit caelum et terram, mare et omnia quae in eis sunt dominum[31] Iesum Christum. „ Hoc audientes illi philosophi dixerunt Lampadio : “ Ecce auribus tuis audisti et corde intellexisti omnem ordinem rei; si ex hoc dilationem[32] aliquam ultra habueris, factio potius vel conspiratio in te esse decernitur et contra divum Caesarem agis. „ Haec[33] autem[34] audiens iudex animositatem Caesaris pertimescens, iussit eos retrudi in custodia publica, et Caesari omnia seriatim enuntiare curavit. De quibus ille praecepit ut, si sacrificare contempserint[35], diversis tormentis eos necarent.

Coram Lampadio tribuno

B

sistuntur sancti martyres

C

AUCTORE PETRO *iterum*

10. Mox praefatus iudex Lampadius[1] iussit eos alia die ante templum Solis astare, et dixit : “ Quod iussit sacratissimus imperator iam vobis optime[2] cognitum est, scilicet ut divis numinibus[3] sacrificia offeratis et quam maxime deo Soli. „ Responderunt sancti et[4] dixerunt : “ Scriptum est enim : Verba bilinguis[5] quasi simplicia, sed ipsa perveniunt ad intima ventris. Verba tua videntur mollia et quasi salutifera; sed ipsa sunt prorsus pestifera, quae ducunt ad tartara et mortem aeternam. Quid amplius quaeris, o iudex[6] ? Quid vis discere a nobis? Quod semel diximus firmum retinere de nostra fide, quod nulla penuria[7] separat nos a Christi dilectione, qui nos de tenebris vocavit in admirabile[8] lumen suum. „ Iudex dixit : “ Et quis tam claram lucem praebere valet, quemadmodum deus Sol, qui in oriente[9] oriens statim in occidente[10] apparet, et totum mundum sua irradiat claritate? „ Respondentes sancti dixerunt : “ Si vos magno[11] habetis solem et veluti deum illum veneramini, nos illum pro famulo habemus, quoniam Deus ille[12], quem nos adoramus, ipse illum creavit ad utilitatem[13] totius mundi et nostram[14]. Qua[15] etenim ratione potest esse deus ille, qui creatus est, et ex quo factus est, vadit et revertitur, nec una hora in die[16] vel nocte requiem invenit et nullam habet stabilitatem. Unde scriptum est : Oritur[17] sol et occidit et ad locum suum revertitur, ibique renascens girat per meridiem et flectitur ad aquilonem lustrans[18] universa circuitu suo, et alibi :

Per duodena regit mundum sol aureus astra. „ Tribunus dixit : “ Quantam affectionem quantamque[19] benevolentiam clementissimus imperator omnibus exhibeat[20], maxime autem deicolis et templorum cultoribus, optime vobis notissimum est. Ob quam rem quia et vos non estis incogniti, etiam et[21] famulatum illi ex vestro ingenio exhibuistis, commonere vos studeo ut et illius[22] gloria perfrui curetis, et florem[23] tantae non perdatis nectareae iuventutis. „ Christi autem martyres dixerunt : “ Si clementia[24] Caesaris omnibus placita[25] est[26], sic debet esse ut non faciat perdere illum qui eos creavit, qui post mortem praevalet animam perdere in gehennam. „ Tunc tribunus, dum vidisset illorum constantiam, quod nulla eos ratione flectere posset, nuntiare studuit omnia Caesari. Caesar ait : “ Quia omnimodo[27] illos cupio[28] acquirere propter incomparabilem[29] illorum et proficuum artificium, praecipimus ut verberibus et scorpionibus eos affligatis; forsitan[30] resipiscent et nostrae obedient[31] voluntati. „

Prov. 18, 8.

E

Eccl. I, 5, 6.

VERG. Georg. I, 232.

F

11. Tunc ille post dies quinque ante templum Solis resedit[1] et iussit eos[2] introduci. Quibus ob nimium terrorem ostendit eis omnia[3] genera tor-

et tertium.

[4] et Q 1. — [5] philosophos Q 1. — [6] *ita* P 1, Q 1; iunctos P 2, vinctos Q 2. — [7] poenali P 2. — [8] Lampa Q 2. — [9] *corr., prius* philosophos Q 1; philosophi P 1. — [10] *om.* P 2. — [11] accusatorem P 2. — [12] *om.* Q 2. — [13] quod Q 2. — [14] (vel aud.) *om.* Q 1. — [15] *om.* P 2. — [16] quid Q 2. — [17] exclamaverint Q 2. — [18] (rectissime - artifices) *om.* Q 1. — [19] tenere Q 1. — [20] et super Q 2. — [21] L. tr. respondit Q 2. — [22] et ubi Q 2. — [23] a philosophi P 1, Q 1. — [24] obi. horum Q 1. — [25] satagis Q 2. — [26] adorare Q 1, odorari Q 2. — [27] eorum P 2. — [28] panditur P 2, Q 2. — [29] consilio Q 1. — [30] (s. a.) sic aut illi Q 2. — [31] *om.* P 2; deum Q. — [32] si ex dilatione Q 1 *corr.* — [33] hoc Q 1. — [34] *om.* P 1. — [35] contempsissent Q 2.

10. — [1] Lampidius P 2. — [2] *om.* P 1. — [3] ut diis istis manibus P 1, Q 1, 2. — [4] atque Q 1. — [5] vilingus P 1. — [6] et *add.* Q 2. — [7] tribulatio Q 2. — [8] ammirabile P 1. — [9] orientem P 1, horiente Q 1. — [10] oriente P 2. — [11] P 1, Q 1; magno P 2; magnum Q 2. — [12] *om.* Q 1. — [13] hutilitatem P 1, in utilitate Q 2. — [14] nostra Q 2; ut nostram et totius mundi Q 1. — [15] quam P 1. — [16] hora diei P 2. — [17] orietur P 1. — [18] illustrans P 1. — [19] quantam P 1, Q 1. — [20] exhibebat Q 2. — [21] *om.* Q 2. — [22] illis Q 2. — [23] flore P 1. — [24] clementiam P 1. — [25] placita Q 2; placida P 1, 2, Q 1. — [26] *om.* P 2. — [27] omnimodis Q 1; omnino P 2. — [28] cupio illos Q 1. — [29] comparabilem Q 2. — [30] forsitant Q 2. — [31] P 2, obediunt P 1, Q 1, 2.

11. — [1] resedis Q 2. — [2] *om.* Q 1. — [3] *om.* Q 2.

AUCTORE PETRO

Scorpionibus caesi

mentorum dicens : " Si vultis esse gloriosi inter amicos sacri imperii, sicut iam praediximus, sacrificate deo Soli; sin autem, omne genus hoc[4] tormentorum in corpore vestro experietur. Responderunt sancti et dixerunt : " Quod dicere debuimus, iam diximus tibi; quia nec terrores nec blandimenta nos separant a charitate domini[5] Iesu Christi[6]. „ Tunc iratus tribunus iussit eos exspoliari et scorpionibus caedi. Sed ut ostenderet Dominus potentiam nominis sui et virtutem sanctorum suorum, eadem hora Lampadius tribunus arreptus a daemonio exspiravit. Quod audiens uxor et familia eius ad philosophos cucurrerunt, ut rem gestam[7] Caesari nuntiarent. Tunc Caesar iratus praecepit locellos[8] plumbeos fieri ac[9] vivos eos in illis[10] recludi et iactari in flumine. Interea Claudius quidam togatus, qui fautor erat Lampadio[11], secundum Caesaris dictum peragens, vivos eos atque reclusos in locellos in flumine proiecit, et sic per triumphum martyrii perceperunt gaudia sempiterna. Praefatus[12] autem sanctus[13] Cyrillus episcopus hoc audiens[14] gratias

in flumen proiciuntur.

B

retulit omnipotenti Deo quod in sancta confessione finem[15] fecissent[16]; in eadem carceris afflictione migravit ad Dominum. Quidam vero Nicodemus religiosus[17] christicola abstulit occulte locellos[18] cum[19] quibus corpora sanctorum recondita erant et posuit in domo sua.

Quattuor cornicula- riorum

12. Igitur Diocletianus[1], post menses undecim reversus a Syrmio[2], Romam ingressus, in thermas Traiani iussit templum Asclepii aedificari et simulacrum fieri ex lapide proconisso[3]; iussitque omnibus magnatibus sacrificia celeberrima exhiberi. Cumque omnes compellerentur ad sacrificandum, quatuor quidam cornicularii reperti sunt[4] qui praeceptum regis contemnentes, pro eo quod christicolae essent, sacrificare idolis contempserunt. Quorum sententias[5] Caesar agnoscens, iussit eos ante ipsum simulacrum plumbatis ictibus deficere. Quorum corpora praecepit in platea canibus iactari; quae per dies quinque integra permanentia[6], beatus[7] Sebastianus cum sancto Miltiade[8], Romanae sedis pontifice, noctu ea[9] collegit et sepelivit in via Lavicana milliario ab urbe tertio cum sanctis aliis in arenario. Quae res[10] de istis[11] quatuor cornicularibus martyribus cum eodem tempore quod[12] et sancti quatuor coronati, sed post duos annos evenisset et nomina eorum reperiri minime potuissent[13], iussit sanctus Miltiades episcopus[14] ut sub nomina[15] praedictorum[16] martyrum anniversarius dies eorum[17] coleretur. Passi sunt autem Christi martyres quatuor coronati cum beato Simplicio et ceteris martyribus sexto idus novembris. Quorum sacras[18] passiones quidam philosophus censualis Porfirius nomine seriatim animadvertens[19] studiose scribere procuravit ad laudem et gloriam domini nostri[20] Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

D

martyrium

et festum.

E

[4] *om.* P 1. — [5] nostri *add.* Q 2. — [6] d. I. C. *om.* Q 1. — [7] istam P 1. — [8] lucellos Q 1. — [9] et Q 2. — [10] illos P 2. — [11] Lampadii Q 2. — [12] prephatus P 1. — [13] *om.* Q 1. — [14] cum esset in carcere *add.* P 2. — [15] *om.* Q 1. — [16] qui et ipse *add.* P 1 — [17] vir *add.* Q 1. — [18] locellum Q 2. — [19] in P 2.

12. — [1] Dioclitianus Q 2. — [2] P 2; Sirmio Q 2; Sirmo P 1, Q 1. — [3] porphiretico Q 2. — [4] quorum nomina hec sunt Severus, Severianus, Carpoforus et Victorinus *add.* Q 1, 2. — [5] sentias *sic* Q 2. — [6] permanentes Q 1; permanserunt Q 2. — [7] itaque *add.* Q 2. — [8] Gaio Q 2, Meltiade P 2. — [9] *om.* Q 1. — [10] tunc contigit *add.* Q 2. — [11] isti P 1. — [12] quo P 2. — [13] (et nomina - potuissent) *om.* P 1, Q 1. — [14] (quod et - episcopus) ignota extiterunt eorum nomina constituit Gelasius papa Q 2. — [15] nominibus P 2. — [16] supradictorum Q 2. — [17] et istorum Q 2. — [18] sacra P 1. — [19] animadvertens P 1. — [20] *om.* P 2.

DE SANCTO CLARO PRESBYTERO

PRIMULIACI IN GALLIA

SAEC. IV EXTR.

H. D.

F

Clarus, S. Martini discipulus,

1. *Ut pauca sunt, ita illustria quae habemus de Claro, S. Martini discipulo testimonia* (1). *Virtutum enim et meritorum laudatores habuit Sulpicium Severum et Paulinum Nolanum. Et ille quidem tam religiose Clarum coluit, ut in domestica ecclesia, quam Primuliaci* (2) *exstruxerat, eum sepelierit, hic vero, ut versus conscriberet lapidi ad eius memoriam posito insculpendos. Severum primum audiamus qui binis in locis, id est in Vita S. Martini, c. 23, et in epistula ad Aurelium eius meminit.*

laudatur a Sulpicio Severo

2. *Haec autem scribit in Vita S. Martini* (3) : Clarus quidam, adulescens nobilissimus, mox presbyter, nunc felici beatus excessu, cum relictis omnibus se ad Martinum contulisset, brevi tempore ad summum fidei virtutumque omnium culmen enituit. Itaque cum haut longe sibi ab episcopi monasterio tabernaculum constituisset multique apud eum fratres commorarentur, iuvenis quidam ad eum, Anatolius nomine, sub professione monachi omnem humilitatem atque innocentiam mentitus, accessit habitavitque aliquamdiu in commune cum ceteris, dein procedente tempore angelos apud se loqui solere dicebat. Cum fidem nullus adhiberet, signis quibusdam plerosque ad credendum coartabat. Postremo eo usque processit, ut inter se ac Deum nuntios discurrere praedicaret, iamque se unum ex profetis haberi volebat. Clarus tamen nequaquam ad credendum cogi poterat. Ille ei iram Domini et praesentes plagas, cur sancto non crederet, comminari, postremum in hanc vocem erupisse fertur : " Ecce hac nocte vestem mihi candidam Dominus de caelo dabit, qua indutus in medio vestrum diversabor; idque vobis signum erit, in me Dei esse virtutem, qui Dei veste donatus sim. „ Tum vero grandis omnium ad hanc professionem exspectatio. Itaque ad mediam fere

(1) Quaecumque de S. Claro tradita sunt diligenter expenderunt TILLEMONT, *Mémoires*, t. X, p. 352; HIERONYMUS DE PRATO, *Sulpicii Severi opera*, t. I (Veronae, 1741), pp. 155-46, 346-47; E. LE BLANT, *Inscriptions chrétiennes de la Gaule*, t. II, p. 388-411. — (2) De loco illo lege quae collecta sunt apud DEVIC et VAISSETTE, *Histoire générale de Languedoc*, t. II (Toulouse, 1876), pp. 85, 86; LE BLANT, t. c., p. 388. Cf. quae notantur infra, n. 5. — (3) HALM, *Sulpicii Severi libri qui supersunt*, p. 132-33.

noctem

A noctem fremitu terram insultantium commoveri omne monasterium loco visum est; cellulam autem, qua idem adulescens continebatur, crebris cerneres micare luminibus, fremitusque in ea discurrentium et murmur quoddam multarum vocum audiebatur. Dein facto silentio egressus unum de fratribus (1) ad se vocat tunicamque ei, qua erat indutus, ostendit. Obstupefactus ille convocat ceteros, ipse etiam Clarus adcurrit, adhibitoque lumine vestem omnes diligenter inspiciunt, erat autem summa mollitie, candore eximio, micanti purpura, nec tamen, cuius esset generis aut velleris, poterat agnosci; curiosis tamen oculis aut digitis adtrectata non aliud quam vestis videbatur. Interea Clarus fratres admonet orationi insistere, ut manifestius eis Dominus quidnam id esset ostenderet. Itaque reliquum noctis hymnis psalmisque consumitur. Ubi inluxit dies, adprehensum dextera ad Martinum trahere volebat, bene conscius inludi illum diaboli arte non posse. Tum vero reniti ac reclamare miser coepit, interdictumque sibi esse dicebat, ne se Martino ostenderet. B Cumque invitum ire conpellerent, inter trahentium manus vestis evanuit. Unde quis dubitet hanc etiam Martini fuisse virtutem, ut fantasiam suam diabolus, cum erat Martini oculis ingerenda, dissimulare diutius aut tegere non posset.

in Vita S. Martini

et in epistula ad Aurelium;

3. *In epistula II, ad Aurelium, haec sola ad Clarum referuntur* : Nec multum post sanctum Clarum presbyterum, discipulum illius, qui nuper excesserat, video eadem qua magistrum via scandere (2). *Haec plana sunt. Ad primum locum observat Hieronymus de Prato haec verba* nunc felici beatus excessu *a Severo postmodum addita fuisse, illud enim* nunc *non respicere tempus quo liber de vita Martini scriptus fuit, sed quo editus; secus enim dicere oporteret, ita ille, Clarum nonnullos annos ante Martinum obiisse; praeterea ea verba scripta videri post epistulam ad Aurelium atque adeo post Martini ad beatam vitam transitum* (3). *Certe, paulo ante Martinum Clarus ad superos evolavit, et haec sola, ni fallor, ratio fuit Baronio, quare martyrologio Romano tertio ante Martinum die Clari memoriam inscriberet. Eodem quo Martinus anno sanctum nostrum obiisse ex Severi testimonio colligere pronum est.* C *Hunc tamen annum, de quo inter doctos disceptatur, definire huius loci non est, et quaestio aptius ad commentarium de S. Martino amandabitur.*

item a Paulino Nolano,

4. *Ter in epistulis ad Severum Clarum celebrat Paulinus Nolanus. In epistula XXIII, 3, de Victore, altero Martini discipulo, loquens, ita habet :* Vere recognovimus in eo sanctorum formulam beatorum Martini et Clari, quem proximo intervallo inlustris magistri sequacem te auctore cognovimus (4). *Et in epistula XXVI, 3, ubi ipsum Severum laudat :* Ineffabile mihi est quanta me voluptate perfuderint, cum referrent et actus et sermones tuos et perfectum cor tuum caritatis divinae scientia; qua humilis et excelsus, pauper et dives, servus et liber, famulis conservus, fratribus servus, pauperibus dives in visceribus misericordiae, divitibus pauper in spiritu mansuetudinis, humilis virtute pietatis, arduus sublimitate virtutis et servus Deo, liber Mammonae, totum in te spirare Martinum, florere Clarum, maturari evangelium praedicabant (5).

AUCTORE H. D.

qui triplex eius epitaphium

5. *Perbrevibus allatis testimoniis praestant elogia tria vel si mavis, epitaphia, quae epistulae XXXII, 6,* de basilicarum dispositione *dictae inseruit.* Cum hos operibus unanimitatis tuae manufactis dedissem, illam non manufactam in domestica tua ecclesia (6) gratiam Dei, qua perpetuum tibi hospitem in ea Clarum largitus est, silere non potui. Itaque sanctae ipsius memoriae versus, non quia aliquid divinis eius meritis dignum loqui possem, sed ut studium plurimae in illius anima caritatis exprimerem, ausus sum facere et unanimitati tuae mittere. Quos tu coram Domino sanctae et cohospitanti tecum semper in domino animae eius recitans excusabis audaciam meam et commendabis obsequium.

Nominis ut titulo, sic mentis lumine Clarus
Presbyter hoc tegitur; sed membra caduca sepulchro, E
Libera corporeo mens carcere gaudet in astris,
Pura probatorum sedem sortita piorum.
Sancta sub aeternis altaribus ossa quiescunt,
Ut dum casta pio referuntur munera Christi,
Divinis sacris animae iungantur odores.

Item de eodem, ut quos malueris eligas; sed ego scio in hoc te potius ambigere debere, non ut aliquos ad titulum eligere, sed ne ullo debeas iniuriam sancto Dei facere.

versibus concinnavit.

Presbyter hic situs est meritis et nomine Clarus,
Martino studiis comes et meriti modo consors.
Digna pio domus est altaria, sub quibus artus
Conditur, exanimo; nam spiritus aethere gaudet
Discipulumque pari sociat super astra magistro.

Clare fide, praeclare actu, clarissime fructu,
Qui meritis titulum nominis aequiperas,
Casta tuum digne velant altaria corpus,
Ut templum Christi contegat ara Dei.
Sed quia tu non hac, qua corpus, sede teneris,
Qui meritis superis spiritus involitas,
Sive patrum sinibus recubas Dominive sub ara F
Conderis aut sacro pasceris in nemore,
Qualibet in regione poli situs aut paradisi,
Clare, sub aeterna pace beatus agis.
Haec peccatorum bonus accipe vota rogantum,
Ut sis Paulini Therasiaeque memor.
Dilige mandatos interveniente Severo
Quos ignorasti corpore sic meritos.
Unanimi communis amor sit fomes utrisque
Perpetui summo foederis in domino.
Non potes inplicitos divellere; si trahis unum,
Unus adhaerentes, qua rapitur, rapiet.
Ergo individuos pariter conplectere fratres,
Utque sumus, sic nos dilige participans.
Sic Deus accivit, sic nos Martinus amavit;
Sic et tu pariter, Clare, tuere pares,
Non meritis sed amore pares tu, sancte, valebis

(1) Hic addit Clm. 6324 : *Sabatium nomine.* — (2) HALM, p. 143. — (3) T. c., p. 156. — (4) HARTEL, *S. Pontii Meropii Paulini Nolani opera*, t. I (Vindobonae, 1894), p. 160. — (5) HARTEL, t. c., p. 239-10. — (6) Ecclesiam illam Primuliaci exstructam esse ex eo patet quod initio huius epistulae (n. 1) de duabus basilicis eodem in loco, interposito baptisterio diserte loquatur Paulinus, hic vero de unica ecclesia, in loco ubi commoratur; postea vero addit (n. 7): *vos aliam apud Primuliacum nostram et priore maiorem basilicam praeparasse cognovimus.* Habemus ergo illinc binas cum baptisterio basilicas, hinc basilicam unam cui altera mox adicietur, videlicet Primuliaci. Cf. *Epist.* XXXI, 1. HARTEL, t. c., p. 267.

Exorare

AUCTORE H. D.

Exorare pares et meritis fieri,
Si cum Martino socia pietate labores,
Ut vincant vestrae crimina nostra preces,
Et simul in vestri ducamur sorte Severi
Vestraque nos semper protegat ala sinu (1).

Primuliacensis basilica.

6. *Aliam apud Primuliacum, et priore maiorem basilicam praeparari audierat Paulinus. De martyrum reliquiis deque sanctae crucis benedictione in ea deponendis carmen cum eadem epistula mandat Severo, cui in ultimis versiculis bona cuncta apprecatur, sancti Clari memoria non omissa:*

Quaque tuum socio Martinum adscendere Claro
Vidit, et ipse tuo munere vectus eat (2).

Cultus S. Clari

7. *Neque Turonibus, neque aliis in locis S. Clari in fastis antiquis ulla memoria est, et in indice festorum, sub Perpetuo episcopo Turonensi, eius nomen desideratur* (3). *Primus, ni fallor, Baronius Clarum sanctorum catalogo inscripsit his verbis :* Turonis, S. Clari presbyteri, cuius S. Paulinus epitaphium scripsit, *quando pro Turonibus Primuliacum scribere debuisset, ubi Clari anniversariam commemorationem a Severo saltem actam esse probabile est. Illud tamen praeterire nolo quod scribit Ruinart, loquens de ecclesia Sanctae Radegundi dicata prope Turonense Maius Monasterium :* Vicinum est huic aliud sacellum sancto Claro nuncupatum, cuius martyrium in fenestrae vitris ab annis amplius 400 depictum cernitur (4). *Martyrem non fuisse S. Clarum nostrum satis patet, et Ruinartium calamo in hoc lapsum esse crediderim. Sacellum Sancto Claro sicut et ceteris qui sub S. Martini disciplina vixerunt aliquando erectum esse non dubito, sed solum hoc esse extra Primuliacum eius cultus monumentum, postquam eruditos Turones frustra interrogavi, mihi persuasum esse debet.*

vix supersunt monumenta.

(1) HARTEL, t. c., p. 280-82. — (2) HARTEL, t. c., p. 283. — (3) GREGORII TURON. *Hist. Francorum*, l. X, 31, 6. — (4) *S. Gregorii episcopi Turonensis opera* (Lutetiae Parisiorum, 1699), p. 1404.

DE SANCTA MATRONA

SAEC. V

MONIALIUM MAGISTRA CONSTANTINOPOLI

H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Matrona, Domitiano nupta,

1. *Si hagiographorum dictis fidem adhibeas, eorum numero sanctorum accensenda est S. Matrona quorum gesta admiratione potius quam imitatione digna sunt, et excusari postulant non laudari. Haec quippe de Matrona tradit biographus anonymus, qui ceteris omnibus eius laudatoribus, quod ostendemus, materiem subministravit. Pergae in Pamphylia nata est, ibidem educata, et Domitiano cuidam matrimonio copulata, a quo et filiam unam, Theodoten, suscepit. Iam omnium virtutum exercitiis intenta erat, quando cum marito Constantinopolim profecta est. Urbem autem regiam ingressa, coepit discurrere per ecclesias sanctorum, totam ibi diem et noctem saepe transigere, facultates pauperibus impertiri, carnisque stimulos aptis exercitationibus sopire, Eugeniae cuiusdam piae virginis exemplis excitata* (*c. 2*). *Hucusque vix non optime.*

virili veste induta,

2. *Haec tamen aegre ferebat Domitianus, sinistrasque de uxore suspiciones fovebat, adeo ut sacrorum coetuum accessum illi vetaret. Sanctos apostolos in ipsorum templo intentius comprecata, et Eugeniae magistrae auditis consiliis, sanctissima erga suos officia immoderato rerum divinarum studio postponere constituit, primumque filiam suam Theodoten Susannae cuidam piae mulieri custodiendam tradit* (*c. 3*). *Mox, inscio marito, ne ab eo impediretur, vitam monasticam amplecti nititur, atque in somnis, ut sibi videbatur, a Domino docetur qua ratione propositum assequatur simulque maritum lateat. Coma abrasa, eunuchi habitum induit et ad Bassiani monasterium, quod virorum erat, se confert. Ubi Babylam se vocari mentita, numero monachorum ascribitur, sociosque omni laborum et virtutum exercitatione superare contendit, ita ut omnibus admirationi esset* (*c. 4*).

Bassiani monasterium ingreditur.

3. *Iam, cum Barnabas quidam monachus eius aures perforatas esse deprehendisset, propemodum ut mulier agnita est, sed omni spe in Deum reiecta, tunc saltem periculo evasit* (*c. 5*). *Quadam vero die Bassianus, visu primum monitus, dein ab Acacio archimandrita monasterii Abraamii, qui similem viderat visionem, tandem et ex verbis evangelii, fusa oratione, repertis :* Simile est regnum caelorum fermento quod acceptum mulier abscondit in farinae sata tria donec fermentaretur totum (*Luc. 13, 21*), *Matronam accersit eamque severo vultu alloquens reprehendit quod tentationum pericula in monasterium induxerit et nudo capite ad sacramenta accedere praesumpserit. Illa autem rem totam abbati humiliter aperit, sancta desideria, mariti saevitiam, visionem quoque exponit* (*c. 7, 8*). *Quae cum audisset Bassianus eamque vitae monasticae minime renuntiaturam intellexisset, aptis eam monitis instruxit, iussitque vittam capiti propter legem naturae imponere, et vespere e monasterio exire* (*c. 9*).

Ut maritum lateat

4. *Interim Theodote, Matronae filia, e vita excessit; unde voluptatem magis quam dolorem mater concepit. Et apud Susannam quidem, postquam Bassianum reliquerat, aliquantisper latuit. Eius autem gestorum fama paulatim serpebat; Domitianus vero, postquam reliqua obierat monasteria, uxorem repetiturus, ad Bassiani quoque domum accessit, et fores pulsans atque vociferans, coniugem sibi reddi exposcebat. Sed postquam et ab Eugenia et a monachis mendacibus audivit non mulierem sed eunuchum sacrum habitum induisse eundemque Hierosolyma profectum esse, maerens domum reversus est* (*c. 10*). *Bassianus autem, de anima Matronae sollicitus, praecipuorumque auditis consiliis monachorum, Marcelli diaconi suasu Emesam illam mittit, in monasterium*

A *rium Hilarae, ubi benigne accepta, tanta alacritate virtutum studio incumbere visa est, ut omnibus esset exemplo et, mortua hegumena, coenobio praeficeretur (c. 11).*

Emesam petit,

5. *Porro dum Emesae degit, ibidem inventum est caput S. Iohannis Baptistae, et in templum, magno cum populi concursu, sollemniter introductum. Cum ceteris monialibus aderat et Matrona. Quae cum ex unguento, e sacro capite defluente, accepisset, omnibusque impertiretur, caecus quidam a nativitate omnes praetercurrens ad ipsam accessit petens ut oculos suos inungeret. Quod cum fecisset, statim ille visum recuperavit (c. 12). Hinc plurimum fama sanctitatis eius crevit, ita ut mox ad Domitiani aures perveniret. Emesam ille petit, monasterium reperit nititurque ad Matronam accedere. Haec autem non negat quidem, sed septem dierum indutias postulat, interim vero latenter domo exit et Hierosolyma proficiscitur (c. 13). Uxorem insequitur Domitianus, vixque eius notitiam evadit Matrona, quae per solos tres dies Paneada se diversuram simulans, montem Sina petit. At rursus, cum id rescivisset Domitianus,* B *eam insequitur. Re comperta, Matrona habitum mutat et ad partes Beryti secedit, ubi in antiquo idolorum delubro latere constituit (c. 14).*

dein Berytum,

6. *Quo in latibulo dum psalmodiae nocturnae operam dat, daemones contra psallentes et voces turpes emittentes audiebat signoque crucis repellebat (c. 15). Cum vero fame sitique cruciaretur, mirabili Dei misericordia cibum potumque in loco deserto nacta est (c. 16). A proposito illam revocare conatur diabolus, sub specie formosae mulieris primum (c. 17), dein vetulae, eam conveniendo; vidensque Matronam nullam sui rationem ducere, maiora eidem certamina in senectute reservanda minatur. Tum sancta divinitus trium virorum psallentium, forsitan angelorum, visione recreata est (c. 18).*

ubi socias congregat,

7. *Iam fama eius rursum vicina loca et ipsam civitatem pervadebat multique ad eam accedebant, et nonnulla emulieres gentiles, quas inter Sophrone quaedam, ipsi adhaeserunt, rogantes ut eius ope ab idolorum vanitate retraherentur; quas cum doctrina christiana imbuisset, baptizari curavit (c. 19). Adhaerebat quoque Matronae idolorum quaedam* C *sacerdos. Quod cum rescivissent gentiles, ad idolorum delubrum, quod erat sanctae habitaculum, concurrunt, minanturque aedibus ignem submittere ni revertatur puella (c. 20). Haec autem sacris christianorum initiari et cum sancta commorari instanter postulabat. Matrona igitur postquam impiorum minas se contemnere palam ostendit (c. 21), rogavit episcopum ut mitteret sacerdotem, diaconum et diaconissam (c. 22), quibus puellam docendam et baptizandam tradidit. Haec vero post baptismum ad Matronam reducta, et Euche ab ea nuncupata, cum aliis septem in rebus divinis exercitari coepit. Quicumque autem Matronam conveniebant, sanctitate eius permovebantur et aegre ab ea discedebant (c. 23).*

cum quibus CPolim redux

8. *Iam, cum vereretur ne Domitianus rursum vestigiis suis insisteret, simulque teneretur desiderio Bassianum conveniendi, scindebatur animus Matronae gemina cogitatione hinc Alexandriam vel Antiochiam abeundi, ne in mariti manus incideret, illinc Constantinopolim remeandi, ut patris spiritualis consortio frueretur (c. 24). Ut ex tribus locis regiam urbem eligeret Dei placitum esse ex mira visione intellexit (c. 25). Maerentes primum reluctari sorores; tandem eius proposito favent (c. 26), et postquam easdem binis diaconissis, ab episcopo destinatis, commisit (c. 27), cum mulieribus saecularibus duabus et una ex filiabus, Sophrone, navim conscendit citoque Constantinopolim appulit. Quamprimum arcessitur diaconus Marcellus, cui singula quae hucusque evenerant, Matrona enarrat (c. 28).*

AUCTORE H. D.

monasterium constituit

9. *Marcellus rem totam pandit Bassiano, qui habitaculum sanctae festinanter parari iubet. Tum illa monasterium Bassiani adit cum mulieribus quas itineris comites habuerat, accipitque a patre tres eulogias, cingula tria et tria pallia (c. 29). Hic etiam, Matronae rogatu, sorores quas illa Beryti reliquerat, Constantinopolim adduci iubet, Marcelloque mandat eisdem de necessariis providere (c. 30); quas tandem, postquam eis Bassianus benedictionem impertitus erat, ad Matronam duxit Marcellus (c. 31). Haud multo post tempore compluribus manifesta fuit, imprimis Verinae imperatrici, quam simplici affectu excipiebat, nec tamen ab ea quicquam expostulabat (c. 32).*

in Severianis,

10. *Hortatu Euphemiae, Anthemii uxoris, Antiochiana, Sphoracii coniux, quae gravi morbo laborabat, Matronam adiit ut eius manibus sanaretur, statimque ex eius attactu levamen experta est, volebatque usque ad perfectam liberationem cum sancta commorari (c. 34).* E *Videns autem Matronam in angustis iisque pretio conductis aedibus habitare, praedium unum ex suis, quodcumque illa elegisset, ei obtulit (c. 35). Oblata non recusavit Matrona et, suadente Marcello, locum delegit Severiana nuncupatum; quem ilico tradidit Antiochiana donumque scripto firmavit (c. 36). Huc ergo sancta migravit habitavitque, grege feliciter crescente. Ad angustias iterum redacta, spem in Deo perpetuo reponebat (c. 37).*

quod Athanasia amplificat.

11. *Et hic quidem hagiographus haud brevem inserit historiam Athanasiae, quae amplas facultates Matronae attulit. Haec quippe, cum casu monasterium ingressa esset, adeo delectata est ut continuo in eo habitum suscipere vellet (c. 38). Sorori tamen eius, quae ipsam comitabatur, res displicuit, neque probavit Matrona ut sanctis desideriis statim obsecundaretur (c. 39), suasitque diaconus Marcellus ut domum rediret (c. 40). Mortuo quem habebat filio, ad monasterium revertitur, didicitque quaecumque tum a Matrona tum a monialibus agebantur (c. 41). Tum regreditur seceditque in villam; et cum audisset sibi a marito* F *pecuniam surreptam esse, honestam sibi offerri existimavit occasionem seiunctionem ab eo moliendi (c. 42). Interim Matronam in omnibus imitari satagebat (c. 43). Tandem, postquam a marito consensum obtinuit, Matronae seipsam suasque facultates obtulit (c. 44). Athanasiae bonorum administrationem suscipere Matrona dubitabat (c. 45); sed Bassiani audita sententia, iisdem ita usa est ut partem pecuniae consumeret in variis aedibus ad usum monialium exstruendis, reliqua aliis monasteriis distribueret (c. 46). Porro, post quindecim annos in Matronae monasterio sancte transactos, moritur Athanasia (c. 46).*

In extrema senectute obit.

12. *Matrona autem, gregi suo semper intenta, a tentationibus minime vacabat (c. 48); sed instante dissolutionis suae tempore, vitae beatae visione recreata est (c. 49); cumque magistri sui Bassiani sedulam imitatricem etiam in ordinando monasterio sese praebuisset (c. 50), in aetate centum fere annorum obiit, die septima novembris (c. 51, 52).*

Codices

13. *Vitam Matronae enarravimus secundum biographum antiquum, cuius libellum, hucusque ineditum, nacti sumus in tribus hisce codicibus :*

A = *Codex bibliothecae Nationalis Parisiensis 1519,*

AUCTORE H. D.

Vitae antiquae,

1519, paginarum 768, 0m,375 × 0,265, geminis columnis saec. XI exaratus. Menologium novembris a die 1 ad 13 (1), in quo ad diem 7 legitur, pag. 164-188, Vita S. Matronae. Habet ι adscriptum. Cum libellum solus integrum servarit, et melius quam in ceteris traditum, nec omnino suppetant subsidia ad scriptum primigenium certo assequendum, huius codicis sententias vix non ubique expressimus, emendatis utique vocalium corruptione falsisque verborum coniunctionibus, ceterorum vero codicum lectionem segregavimus, licet saepe minime spernenda sit.

P = Codex Vaticanus Palatinus 80, foliorum 209, 0m,26 × 0,185 lineis plenis saec. XII exaratus. Tribus completur sanctorum Vitis (2) quarum tertia est, fol. 181-209, Vita S. Matronae, quae mutila deficit medio capite 41; desunt quoque folia inter f. 203 et 204 (= c. 27 med. - c. 32 med.). Phrasis saepe recedit ab A, plerumque brevior, ita tamen ut solo fere stilo discrepet.

V = Codex Vaticanus 807, foliorum 315, 0m,405 × 0,25, geminis columnis saec. X exaratus. Menologium totius novembris (3), in quo est fol. 58-
B 72v Vita S. Matronae, acephala, incipiens in c. 15. Recensio etiam ab A diversa, saepe sententias breviores praebens, hinc inde, non tamen plerumque, cum P adversus A conveniens.

Vitae metaphrasticae,

14. Altera quae in multis codicibus servata est Vita S. Matronae Symeonis Metaphrastae menologio inserta est ad diem 9 novembris (4). Hanc latine primum vulgavit Lipomanus, iterumque Surius, eamque solam legisse videntur quicumque de sancta nostra hucusque disseruere (5). Vitam antiquam secutus est Symeon, sed saepe decurtavit, maxime autem longioribus eam sermonibus exoneravit. Ceterum suo illam stilo ita vestivit, ut scriptoris antiqui vix phrasim agnoscas ideoque levioris est adiumenti ad prototypi rationem investigandam. Hi sunt codices ex quibus eam expressimus.

M1 = Vaticanus 804, membraneus, foliorum 244, 0m,335 × 0,25, paginis bipartitis saec. XII exaratus. Menologium novembris a die 1 ad 16 (6). Ad diem 9, sicut et in sequentibus, fol. 84-100v legitur Vita S. Matronae.

(1) Seu, recentiore vocabulo, insula Anglesey. — (2) Hunc locum censet v. cl. Baring-Gould eundem probabiliter C esse qui postea a Kebii nomine appellatus est Llangybi, non procul a portu Pwllheli in meridionali parte comitatus wallici de Carnarvon. — (3) Quae sequuntur (*Et dixit sanctus Kepius ... pastoribus Rosuir cum domina sua*) non leguntur in altera versione latina Vitae S. Kebii; in hac autem leguntur paulo inferius (initio capitis sequentis, post voces *ad sancti Kebii casulam refugii causa velociter cucurrit*), at manifeste suo loco mota sunt et forte ab huius versionis auctore vel exscriptore interpolata. Ea potius hoc loco inserere visum est. — (4) De quo Gildas Sapiens in *Historia Brittonum*, cap. 62 (ed. Th. MOMMSEN in *MG.*, Auct. ant., t. XIII, 1898, p. 205), et in epistula *De excidio et conquestu Britanniae*, cap. 33-36 (t. c., p. 44-48), ubi multis et vehementer eius immania vitia carpit. Cf. de illo SIDNEY LEE, *Dictionary of national Biography*, t. XXXV (1893), p. 305-306. — (5) Castellum istud inde appellatum est *Caer Gybi*, id est castellum seu oppidum Cybi, vel etiam *Bangor* (monasterium) *Cybi*, postea vero et hodieque *Holyhead*, in extrema parte occidentali insulae Anglesey. In genealogiis sanctorum Britannorum *sanctis collegii Cybi in insula Mona* accensentur F Patricius filius Alfredi (*Iolo Mss.*, p. 104 [vers. angl., p. 500], n. 73), Gwyddvarch (ibid., p. 104 [p. 501], n. 82), Mygnach et Tegvan (ibid., p. 109 [p. 507], nn. 175, 176). Sed potuerunt ad hoc collegium pertinere, in quo non minus quingenti sancti, id est monachi, aliquando numerabantur (ibid., p. 151 [p. 557, lin. 8]), Kebio iam dudum defuncto. Eodem autem tempore quo Kebius, si traditioni populari fides habeatur, degebant in insula Mona duo sancti viri, Elian nempe, cognomine Ceimiad seu Peregrinus (cf. *Iolo Mss.*, p. 101 [p. 497], n. 21), ex quo nomen accepit ecclesia de Llan-Elian (*Myvyr. Arch.*, p. 740, n. 50) et Seiriol de Penmon, quibuscum frequenter convenire consueverat Kebius ad spiritualia colloquia miscenda (RICE REES, *Essay on the Welsh SS.*, p. 267). — (6) Cf. Comm. praev., num. 10.

VITA II D

II. VITA SANCTI KEBII

Ex codice Londonensi Mus. Brit. Cotton. Vesp. A. XIV, fol. 91v-93r. — Cf. Comm. praev., num. 1.

Incipit vita sancti Kebii episcopi VI idus novembris.

Kebius, in Cornubia natus, 1. Igitur beatus Kebius, unus ex bonis servis uranici patris, ex regione Cornubiorum illustrium natalium oriundus; cuius nativitatis fundus infra duo flumina que Tamar nuncupantur atque Limar extitit. Cuius genitor Salomon vocatur, filius Erbin, filius Gereonti, filius Lud, olim princeps milicie. Verumtamen in primis pueritie annis in literarum gimnasiis fuit educatus.

ibi 27 annis, 2. Beatus vero Kebius septennis erat quando literis cepit informari. Deinceps autem viginti annis in sui deguit nativitatis regione. Dein *postea Hierosolymis, postea Pictavii, 50 annis degit :* quippe Ierosolimam peregre profectus est dominicum adoraturus sepulchrum. Exin vero petiit sanctum Hilarium Pictavensem episcopum; quo fere quinquaginta annis deguit, necnon illo quidem cecos illuminavit, leprosos mundavit, paraliticos curavit, mutorum linguas absolvit, vesanos sanavit, ab inerguminis sancti Spiritus virtute cacodemones eiecit.

a S. Hilario factus episcopus, in patriam redit, sed ab ea, recusato regno, proficiscitur. 3. Postea a beatissimo Hylario presule Pictavensi in gradum pontificis gratanter promovetur commonitusque est ab angelo Domini quatinus repatriaret; quod et faciens, ibique parvum temporis stetit. Qua tempestate postulatus admodum ut et super gentem Cornubiorum regnaret, ceterum prorsus seculi presentis accipere potestatem renuit. Deinceps igitur ad patriam rediens dein comitatus discipulis, quorum nomina subiciuntur : Meliauc scilicet, Libiau, Paulin, Kengar, cum reliquis sex.

Ab Ethelic rege primo male exceptus, 4. Denique sanctus Kebius pervenit ad regionem Etheliciaun, Ethelico rege tunc temporis superstite. Descendit itaque sanctus Kebius in medio prati premissi regis illucque tentorium suum tetendit. Qua de re direxit ille virum perscrutari qui essent homines qui sine nutu ipsius descendere in eiusdem prato presumpse- C runt. Qui revertens ad eundem regem, dixit : " Monachi sunt. " Et statim surrexit Ethelicus rex cum omni familia sua, quo de feudo suo monachos eicerent. At protinus in via de sompnipede cecidit, equusque mox exspiravit, rege nichilominus eodem cum omni domu sua confe- *postea adiutus,* stim excecato. Quapropter idem basileo in facie prostrato, beato Kebio veniam sibi suisque enixius supplicavit, Deo necnon et eodem viro corpus et animam suam commendavit. Ilico nempe per orationem eiusdem sancti memoratus Ethelich cum omnibus satellitibus suis una cum equo sospitati restitutus est. De cetero rex itidem duas ecclesias sancto Kebio perpetuo donavit, quorum una Lankebi, alia vero Landeverguir vocatur; in qua parvam ac variam nolam suam *Meneviam adit,* dimisit. Tunc agius Kebius benedicens Ethelic regi, perrexit Meneviam civitatem Sancti David, ibique tribus diebus totidemque noctibus commoratus est.

inde Aran insulam, Hiberniae ; 5. Inde autem transfretavit Hiberniam ad insolam Aryin, in qua plane quatuor annis sedit et in honore Omnipotentis ecclesiam construxit. Consobrinus itaque ipsius, vocabulo Kengar, erat senex; cui prescriptus vir Dei emit vaccam cum vitulo, quoniam nullum solidum cibum pre senectute commedere quiverat. Ergo almi Kebii discipuli fortiter ibidem tellurem coluerunt. Quadam *in qua cum Fintano presbytero* nempe die contigit quod quidam auditor prenotati sancti viri, cui nomen Melauc, exiit quo terram coram ostium cubiculi cuiusdam homunctionis nomine Crubthirfintam foderet. Idem autem vir id prospiciens, admodum iratus, quantocius prohibuit eum, dicens : " Noli solum ante " ianuam habitaculi mei fodere. " Quocirca agius Kebius et prelibatus Crubthirfinta pariter abbatem insule Aryin, Enna vocatum, uti pacificarentur, petierunt. Quod et factum est; nam pacificati ad invicem recesserunt.

6. Denique quodam die contigit quod vitulus *inimicitias agit,* Kenegari depasceretur messem prefati Crubthirfinte; quod eiusdem clientes conspicando, tenue- E runt vitulum necnon ad arborem magnam innexuerunt. Sanctus itaque Kebius quendam ex discipulis suis ad Crubthirfintam, uti solveret vitulum, transmisit; at ille renuens in sua iracundia perseveravit. Agius vero Kebius exoravit Dominum, quatinus idem vitulus ad matrem suam remearet, quoniam quidem Kengarus senex inedia lactis vexabatur; bos enim illa nil lactis absente vitulo prebebat. Igitur exaudivit Deus deprecationem illius et mirabiliter eundem vitulum ad matrem cum arbore radicitus avulsa cui vinciebatur direxit. Tunc Crubthirfinta deprecatus Dominum ut fugaret deleretve de insula Aruin almum Kebium, quia Deus amator ipsius extiterat. Qua de re venit angelus Domini ad eum, dicens : " Discede hinc ad orientalem plagam. " Cui sanctus Kebius respondens inquit : " Deleat " Dominus Crubthirfintam ex hac insula. " Dixitque ei angelus : " Sic erit. "

7. Inde profectus est ad australem partem *ut cogatur ipsam Hiberniam petere,* regionis Mide, ibique XL diebus cum totidem noctibus commoratus est. Construxit etiam inibi ecclesiam, que huc usque ecclesia magna Macop nuncupatur. Verum enimvero sepedictus Crub- F thirfinta percipiens quod vir Dei eo maneret, venit ad eum dicens : " Vade alias; adhuc enim " ista terra mei iuris est. " Tunc beatus Kebius ternis ieiuniis continuans diebus, obnixius Omnipotentem flagitans quatinus eidem ostenderet quid agendum foret. Angelus autem Domini affatus est illum, prosequens : " Perge ad orientem. " Fecitque iussa, progrediens in campum qui vocatur Bregh, ac sedit illic septenis diebus.

8. Audiens autem eiusdem sancti prescriptus *in ea domicilia mutare* adversarius almum Kebium ibi manere, venit ad eum, dicens : " Ad alium locum progredere. " Tunc beatus vir taliter ora resolvit : " Exoro Deum " omnipotentem quo mihi quid agam mani- " festet. " Cui angelus Domini : " Transi hinc ad " dextralem provinciam. " Fecitque ita, profectusque est ad regionen Vobiun, atque eo loci bis senis commoratus est diebus. Necdum Crubthirfinta destitit eum persequi; ceterum illum prosecutus ait : " Recede hinc et transfreta. " Tunc agius vir nimis iratus, ait illi : " Omnes ecclesie " tue in tantum sint deserte ut nunquam tres " inveniantur in Hibernie insula. "

9. Tunc sanctus Kebius direxit discipulos suos *ac tandem* ad

A *ad insulam Moniam traicere.* *Ps. 67, 36.*

ad silvam, ut materiam fabricandi lembum inciderent. Qua precisa, statim lembum construxerunt. Prememoratus autem Crubthirfinta properius adveniens ait illis : “ Intrate in lembo sine corio salumque traicite, si vere Dei servi consistitis. „ Quem sanctus Kebius prophetico responso affatus, inquiens : “ Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi[1] sue, benedictus Deus. „ Ast agius Kebius auditoribus suis inquid : “ Ponite lembum in ponto. „ At illi confestim imposuerunt. Almus igitur vir cum discipulis suis lembum corio carentem ingressus est. Ilico namque tempestas valida surrexit, discipulos suos oppido perturbando perterruit. Dominus vero, sanctum prelibatum se enixius orantem exaudiens, enormem scopulum in duas partes diduxit; miroque modo lembus sursum divino nutu prosiliens inter duos scopulos adhesit, demumque Monie insule applicuerunt. Agius itaque Kebius rupem quandam baculo percussit, et actutum latex emanavit.

Ubi, miraculo ab eius discipulo patrato

10. Inde venit ad locum qui dicitur Cunab, eoque aliquandiu commoratus est. Quodam vero die precepit Caffo cuidam discipulo suo ut ignem afferret. At ille preceptori suo parens ad domum cuiuslibet fabri, nomine Magurnus, progreditur. A quo unde venisset interrogatus, respondit : “ A magistro meo Kebio. „ At ille quid vellet sciscitans : “ Ignem „, inquid, “ habere vellem. „ Cui Magurnus : “ Focum tibi non dabo, nisi in sinu tuo gestaberis. „ Responditque Caffo : “ Depone ignem in sinu meo. „ At ille deposuit. Ilico vero reversus est Caffo ad Kebium didascalum suum, depromitque ei focum in sinu eius repositum, nec saltim est conbustum fimbria de toccula eius, quo quippe genere vestimenti in Hibernia potitur.

et controversia cum rege Mailgun composita,

11. Namque tunc temporis Mailgun rex omnis Guenodotie provincias, que anglice Snaudune nuncupatur, moderabatur. Quodam die contigit quod ad montana sive promunctoria venandi gratia graderetur, capreamque conspiciens, umbrem seu molosum suum instigavit, ut eam comprehenderet. At illa vite consulens, mox causa refugii ad casulam beati Kebii confugit. Quapropter confestim rex Mailguntius, insequens capram, habitaculum agii Kebii petiit illamque verbis comminacibus ab eo exegit, dicens : “ Dimitte capream. „ At ille respondit : “ Nequaquam dimittam, nisi dederis ei vite refugium. „ E contra rex : “ Si minus dimiseris, expellam te de loco isto. „ Et prosequitur vir Dei : “ Non est in tua potestate me repellere de terra ista; ceterum divine potentie est facere de me quicquid sibi sederit. Veruntamen ea conditione tibimet istam capream dimittam, ut Deo omnipotenti mi-chique tribuas totam terram quam ipsa cane vestro post eam instigato girabit. „ Ad hoc rex : “ Libenter „, inquid, “ exhibebo. „ Dimisit itaque beatus Kebius capream; que[1] continuo per totum promunctorium, eam prelibato cane prosequente, fugiens, demum ad prenotati viri dei tugurium girato haut minimo soli denuo redit intersticio. Denique rursus altercationis conflictus inter regem Mailgun et almum Kebium ortus est; ceterum nullatenus famulo Dei resistere valuit. Iccirco basileus castellum suum Deo omnipotenti fidelique suo clienti Kebio in perpetuam elemosinam pro salute anime sue contulit.

VITA II E *vita fungitur.* *Matth. 25, 34.*

12. Quo iam silicer' finem[1] mortalis et transitorie vite mansit, ibidemque dierum suorum feliciter cursum consummato, VI idus novembris obdormivit in Domino, per quem mortem perdidit et vitam sempiternam invenit. Ubi iugiter in celesti regno cum deo deorum et rege cunctorum regum tripudiat et exultat[2] perfruens eterna gloria, quam preparavit a constitucione mundi Deus sibi et diligentibus se; ubi est dies sine nocte, tranquillitas sine metu, gaudium sine mesticia, vita sine morte, iuventus sine senectute, pax sine dissensione, lux sine tenebris, sanitas sine dolore, regnum sine commutatione, ubi Deus erit omnia in omnibus, victus, vestis et cetera que velle potest mens pia. Qui vivit et regnat per omnia secula seculorum. Amen.

9. — [1] *cod.* plebis. 11. — [1] *cod.* quam. 12. — [1] *Ita cod.; locus corruptus.* — [2] *cod.* exultet.

C F

DE S. TREMORO SEU TREMORIO

SAEC. VI

MARTYRE IN BRITANNIA ARMORICA

C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Tota legenda S. Tremori *ex ea parte Vitae S. Gildae excerpta est*

1. *Venerationem antiquam, certe saeculo XVI antiquiorem, demonstrant legendarium Trecorense saeculo XV conscriptum, quod servatur in bibliotheca nationali Parisiensi inter codices latinos signatum numero 1148, et breviarium seu sanctorale Corisopitense, cuius, si fides habenda est Fr. Plaine, unicum exemplar notum est, in bibliotheca Bollandiana Bruxellis asservatum* (1). *In iisdem legendario et sanctorali exhibetur Legenda S. Tremori, quae ad litteram fere excerpta est ex Vita S. Gildae saepius edita, novissime vero a cl. v. Theodoro Mommsen* (2). *Quam qui nuper sedulo examinavit v. cl. Ferdinandus Lot* (3), *probabiliter censuit conscriptam esse a Vitali abbate Ruiensi (1038- post 1067), non ante annum 1045, atque, ut videtur, inter annos 1060- circ. 1067; in ultima parte componenda (c. 32-45), quae est de rebus recentioris aevi atque ipsius etiam saeculi XI, ea maxime rettulisse Vitalem quae vel ipse vidisset, vel a testibus aequalibus audisset; in narranda autem Gildae historia monumenta antiquiora eaque scripta praesto illi fuisse de iis quae Gildas in Anglia egisset (c. 1-15), nullum vero huiusmodi documentum adhibitum esse in parte media (c. 16-31), qua referuntur res a Gilda in Britannia Armorica gestae, sed ea a Vitali relata esse quae*

(1) PLAINE, *Vie inédite de S. Corentin* (Quimper, 1886), p. 6, not. 1. — (2) *MG.*, Auct. ant. t. XIII, p. 91-106. — (3) *Mélanges d'histoire bretonne. VII. La Vie de saint Gildas*, in ANNALES DE BRETAGNE, t. XXIII (1908), p. 274-92.

fama

AUCTORE C. D. S.

quae fidem non meretur,

fama vulgari in his locis traderentur; quam famam post tot saecula prorsus incertam et nulla fide dignam esse liquet. Fabulis utique popularibus maxime accensenda sunt ea quae narrantur c. 20-25 (1), etsi Vitalis nomina quaedam virorum ex Gregorio Turonensi et ex chronico Fredegarii, qui dicitur, accepta narrationi immiscuerit, quibus illi species aliqua verae historiae accedere videretur.

addita clausula magis etiam fabulosa.

2. *Eandem Vitae partem, seu c. 20-25, totam exscripsit is qui legendam illam concinnavit quam exhibent legendarium Trecorense et breviarium Corisopitense, nisi quod clausulam prorsus aliam adiecit. Etenim scriptor Vitae Gildae, postquam breviter rettulerat matrem Tremori in monasterio quodam virginum reliquam vitam post editum filium transegisse, haec pauca de ipso Tremoro subiunxit:* Filius vero eius et ipse clarus virtutibus et miraculis beatam, quam duxerat, vitam beato fine complevit; *quae sane indicant vitam monachicam, eamque non ita brevem, vel potius ostendunt iam nullam superfuisse memoriam Tremori praeter venerationem, qua ut sanctus colebatur. At legendae Trecorensis seu Corisopitensis* B *auctor eum admodum iuvenem, dum litteris addiscendis daret operam, a nefando patre suo occisum et inde martyrii decore insignitum ait. Dignus sane totius illius popularis, ut videtur, commenti exitus, cui nullum aliud documentum praeter hanc* D *narrationem astipulatur.*

A quo tempore,

3. *Unum restat afferendum testimonium, unde cultus S. Tremori ineunte saeculo X iam celeber fuisse comprobatur. Inter sanctorum lipsana nempe, quae occasione incursionum Normannorum saeculo X ex Britannia una cum corpore S. Maglorii Parisios translata sunt, memoratur* pars pretiosorum corporum Melorii et Tremorii *et* Wigantonis abbatis (2).

quibus in locis,

4. *Haec ab Arthuro de la Borderie* (3) *indicantur monumenta cultus S. Triphinae et S. Tremorii. Nimirum in ecclesia vici Laniscat (dép. Côtes-du-Nord), dedicata S. Gildae, depicta visitur historia S. Triphinae. Ipsius Triphinae nomine insignita sunt ecclesia et vicus quidam (Sainte-Tréphine, dép. Côtes-du-Nord), ubi requiescere dicuntur corpora sanctae et filii eius S. Tremori. Denique in oppido Carhaix (dép. Finistère) S. Tremorus patronus fuisse fertur antiquae ecclesiae collegiatae.*

quo die sanctus colatur.

5. *S. Tremori memoria ad d. 8 novembris recolitur non solum in legendario Trecorensi et in breviario Corisopitensi, de quibus num. 1, sed* E *etiam in kalendario monasterii Sancti Maglorii Parisiensis saec. XV* (4) *et in aliquot martyrologiis recentioribus, v. gr. Parisiensi anni 1727 et Ebroicensi anni 1752.*

(1) De his cf. ibid., p. 293-96. — (2) Ap. MABILLON, *Annales O. S. B.*, t. III, p. 720; A. DE LA BORDERIE, *Miracles de S. Magloire*, in MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE ET ARCHÉOLOGIQUE DES CÔTES-DU-NORD, 2e sér., t. IV (1891), p. 329. — (3) *Études historiques bretonnes*, 1re série (Paris, 1884), p. 325. — (4) F. DUINE, *Bréviaires et missels des églises et abbayes bretonnes de France* (Rennes, 1905), p. 217.

LEGENDA SANCTI TREMORI

Ex codice Parisiensi Bibl. Nat. lat. 1148 (= **1**) *et breviario Corisopitensi edito* (= **2**).
Cf. Comm. praev., num. 1.

De sancto Tremorio martyre.
VIII novembris.

Vita Gildae, c. 20.

Ut Cognomero tyranno, uxores gravidas iugulare solito,

Lect. I. — Erat autem in diebus illis quidam tyrannus nomine Cognomerus (1) in superioribus partibus regionis Britanniae, perversa crudelitate diabolica fraude seductus. Qui consueverat ut, quotiescumque cognovisset suam uxorem concepisse in utero, statim eam iugulabat. Acceperat enim responsum a diabolo quod filium erat habiturus qui eidem Cognomero praevaleret. Et cum iam multas interemisset mulieres nobili prosapia exortas, coeperunt parentes earum multum super hoc constristari et longius se ab eo submovere. Nullus itaque alicuius discretionis homo nec colloquendo neque ullius negotii causa in aliqua re ei adhaerebat neque mandata ei dirigebat, ut non particeps fieret malitiae ipsius. Videns itaque se despici ab omnibus, sancto Gildae mandat ut verborum ipsius petitionem perciperet. Verum sanctus vir Gildas calliditatem malitiae eius perspiciens, nullo modo assensum ei praebuit, sed longe promotus ab eo est, ne quomodolibet per interlocutionem eius nobiles et principes regionis illius penitus deciperentur.

Trifinam

filiam diu negatam despondeat Nerocus comes Venetensis,

Lect. II. — Et ipse praefatus tyrannus non valens pertingere ad hoc quod petebat, misit ad Nerocum nobilem comitem Venetensem (2), mandans ei ut daret ipsi in coniugem filiam suam nomine Trifinam. Quod cum Nerocus comes audisset, statim ad nuncios eius retulit: « Quomodo possem dare mucroni » domini vestri nefando interficiendam? Nunquid non » audivi stragem quam fecit de mulieribus quae fuerunt F » ei in matrimonio copulatae? Nequaquam id » faciam. Filia enim mea mortem non incurret, dum ab » ea potero ipsam repellere. » Regressi itaque nuncii ad praedictum maleficum retulerunt ei quae Nerocus dixerat. Ille autem non desistens ambire quod inceperat, iterum atque iterum ad Nerocum mittit dicens: « Quoscunque volueris obsides vel » fideiussores tibi dabo; tantum fac quod posco. » Cui Nerocus respondit: « Vana est petitio tua et frustra » cogitando laboras. Nisi enim beatum virum Gildam » mihi fideiussorem dederis, nunquam quod quaeris » impetrabis, quia nisi per manum ipsius nulli eam » tradam. » At ille mox nuncios ad beatum Gildam destinavit, postulans ab eo ut quantocius veniret et puellam de manu patris sui fide sua media reciperet et sibi in coniugem legitimo traderet matrimonio.

Vita Gildae, c. 21

fideiubet

Lect. III. — Sanctus itaque vir eorum verba

(1) Chonomorem comitem Britanniae saec. VI nominat GREGORIUS TURONENSIS, *Hist. Franc.*, l. IV, c. 4. Eiusdem nominis virum vel viros invenit Vitalis abbas Ruiensis tum in Vita S. Samsonis in qua sermo est de *Conmoro* tyranno (*Act. SS.*, Iul. t. VI, p. 586, l. I, c. 59), tum maxime in Vita antiqua S. Pauli Leonensis (*BHL.* 6585), quam Vitalis non solum legit, sed ipse contractam edidit (*BHL.* 6586), et in qua (c. 8) laudatur rex Marcus *quem alio nomine Quonomorium vocant* (ed. CUISSARD, in *Revue celtique*, t. V, p. 431; cf. ed. PLAINE, *Anal. Boll.*, t. VI, p. 226, ubi perperam scriptum est: *Quonomonus*). — (2) Warocus comes Britanniae, de quo saepe GREGORIUS TURONENSIS (*Hist. Franc.*, l. IV, c. 16; l. V, c. 26; l. IX, c. 18; l. X, c. 9. *In glor. mart.*, c. 60) atque etiam Chronica quae dicuntur Fredegarii, l. III, c. 77, 80 (ex Gregorio).

renuens,

S. Gildas; renuens, respondit dicens : « Nostis quia dominus vester » callidissimus est et tyrannica feritate perversus. » Si consensero ei et me fideiussorem posuerit, et » postea puellam occiderit, gravi lapsus sum peccato » apud Deum et parentes eius, dum, me procu- » rante, seducti essent et paterentur orba- » tionem carissimae prolis. Sed tamen vobiscum » proficiscar et utrorumque voluntates discutiam, » parentum scilicet et eius qui vos ad me misit. » Tunc veniens simul cum eis, reperit ipsos principes ob huiuscemodi causam in unum convenisse. Et dum de hac re loquerentur ad invicem inter se, pater puellae dixit beato Gildae : « Si manu tua susceperis filiam » meam, tibi credam et eam tibi tradam. Quod si illam » suscipere nolueris, hic eam nunquam habebit. » Cumque recepisset beatus Gildas iuramentum a Cognomero quod nihil inferret ei mali, dixit Neroco : « Mihi eam trade, et ego protectus Dei virtute, » eam sanam tibi restituam. » Praefatus itaque tyrannus de manu sancti Gildae recepit in coniugio sibi copulandam.

quam **Lect. IIII.** — Beatus itaque Gildas revertitur ad suum monasterium, pollens claris virtutibus. Peractis igitur nuptiis, coepit tyrannus sponsam suam fovere et amicabiliter pertractare. Sed ut cognovit eam concepisse in utero, cogitavit eam occidere more solito. Pertimescens vero iusiurandum quod fecerat beato Gildae, dixit apud se : « Non possum fallere sanctum » virum. » Timebat enim iram Dei incurrere, si mulierem, quam de manu viri Dei acceperat, nefando interimere ense conaretur. At diabolus e contra occasionem sibi ministrat, asserens non oportere eum tantum sanctitatem viri sancti Gildae timere ut quod facere decreverat velut timidus et nullius audaciae homo propter quendam monachum ad effectum ducere dimitteret. Interea <mulier> pluribus indiciis percipiens animum ipsius furibundum adversum se, eo quod gravida esset, timore perterrita in fugam latenter conversa est. Quod ut cognovit vir eius maleficus, maiore iam ira succensus, insecutus est eam, et iuxta viam sub frondibus eam reperiens occultatam, ipsam proprio mucrone iugulavit, corpusque eius truncum et caput iuxta positum ibidem abiens dereliquit.

Vita Gildae, c. 22.

a Cognomero occisam

Vita Gildae, c. 23.

Lect. V. — Pater igitur illius audiens quod accidisset filiae suae, magno dolore concussus, cum magna festinatione mox misit ad beatum Gildam, dicens : « Redde mihi filiam meam, quia propter tuam inter» cessionem tradidi eam. Cognosce enim quia in » coniugio de manu tua eam accepit, et proprio gladio » eam iugulavit. » Super hoc igitur sanctus vir valde commotus, quantocius venit ad quandam munitiunculam, ubi praefatus tyrannus habitabat, volens ab eo audire utrum ipse coniugem suam, sicut rumor ferebat, interemisset. Verum tyrannus, ut sensit beatum Gildam appropinquare, praecepit ostiario domus ne ullo modo sanctum virum ad se permitteret ingredi. Sciebat enim se in Deum et in sanctum Gildam deliquisse per hoc quod uxorem suam occiderat. Sed quamvis hoc non ignoraret, orare tamen sanctum Dei dedignabatur ut suis precibus obtineret apud Deum, quatinus daret ei cor contritum et humiliatum ad agendam paenitentiam de malo quod egerat.

C

dolens,

domo tyranni **Lect. VI.** — Cum igitur sanctus Gildas diu pulsasset ad ianuam tyranni et nullus ei aperiret, sed potius ab his qui intus erant derideretur, oravit ad Dominum ut, si in melius eius vita non esset mutanda, ut dignaretur malitiae ipsius finem imponere. Completa igitur oratione, circuiens totam munitionem in qua pessimus tyrannus habitabat, accepit pusillum terrae et proiecit super illam habitationem; quae statim, Deo volente, corruit tota. Sed nondum tyrannus fuit exstinctus, licet graviter laederetur. Deinde abiit vir sanctus Gildas ad locum ubi exanime iacebat cadaver mulieris interfectae, prolem in utero habentis.

Legenda

deiecta,

Vita Gildae, c. 24.

Lect. VII. — Et illico beatus Gildas, profusis lacrimis, flectens in terra genua sua, oravit ad Deum, dicens : « Domine Deus, qui hominem de limo » terrae formasti, te invoco, ut me exaudias (1). » Et facta oratione, cepit caput et adiunxit corpori trunco, dicens : « Trifina, dico tibi, surge et sta super pedes » tuos. » At illa continuo surrexit sana et illaesa ab omni corruptione, quasi de somno excitata fuisset.

a morte excitat,

Lect. VIII. — Tunc beatus Gildas duxit eam ad patrem suum et, accepta manu eius dextra, tradidit eam ei, dicens : « Ecce depositum quod mihi dedisti. » Custodi eam ut filiam, et prolem, quam gestat in » utero, diligenter fac enutrire, cum nata fuerit, donec » ad intelligibilem aetatem perveniat. » At illa sub iureiurando aiebat : « Quia numquam te deseram, pater. » Cui beatus Gildas respondit : « Non licet mulierem » sequi monachum quolibet modo. Sed mane interim » in domo patris tui, donec parias, et cum pepereris, » inducemus te in monasterium virginum, ut cum » ceteris virginibus vitam castimoniae ducere possis. » Tunc placuit ei sermo viri Dei, et remansit in domo patris sui paucis diebus.

parenti reddit,

E

postea in monasterio virginum victuram.

Lect. IX. — Non multo post peracto tempore, cum beata Trifina filium suum peperisset, nuntiatum est ad beatum Gildam; qui iussit puerum baptizare nomenque suum ei imponere fecit et nutrire, donec lacte nutricis suae carere potuit. Et tunc fideli doctori tradidit eum liberalibus litterarum studiis instruendum; matremque eius in monasterio virginum una cum ceteris ancillis Dei permanere fecit. Quae postea in castitate Deo serviens in ieiuniis et orationibus vitam Deo ducens, tandem a Domino vocata [1] beato fine in pace quievit. Filius quoque eius, qui primo fuit nominatus Gildas, a Britonibus nuncupatus fuit Tremorus. Qui adhuc existens in puerilibus annis semper fuit bonae indolis, humilis, pudicus, castus et omni morum honestate praeclarus. In studiis quoque liberalium artium replevit eum Spiritus sancti gratia ultra modum naturae. Summos doctores in brevi edoctus tempore mirabiliter excedebat. Et vitam, quam virtutibus et innumeris miraculis duxerat, beato fine complevit. Nam quadam die dominica, cum deambularet spatiando post missam cum sociis suis more scholarium apud Corisopitum, praefatus tyrannus pater eius nefandissimus Cognomerus caput eius gladio amputavit. At ille Tremorius elevans caput suum de terra super quendam lapidem, ubi nunc sua ecclesia est constructa, propriis manibus praesentavit. Et ita felici martyrio sexto idus novembris migravit ad Dominum Iesum Christum, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Vita Gildae c. 25.

Trifinae filius Tremorius,

puer egregius,

F

a scelesto patre trucidatur.

IX. — [1] vocato 2.

(1) Multo longior est oratio in Vita S. Gildae; quam, sicut et alia in hac lectione, contraxit legendae scriptor.

A D

DE SANCTO DEUSDEDIT

ANNO 618

PONTIFICE ROMANO

C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Pauca de S. Deusdedit monumenta supersunt

1. *Queritur Baronius* (1) " *tanti pontificis facta „ scriptorum inopia adeo obscura esse relicta, „ quae quidem oportuit insignia fuisse, cum ipsum „ antiquitus Ecclesia Dei coluerit sanctum eoque „ titulo receperit inter sanctos atque annua com- „ memoratione assidue sit venerata. „ At nullum ecclesiastici cultus antiquitus illi pontifici exhibiti indicium vel ipse Baronius affert, vel usquam reperire est. Certe, ut ait Antonius Pagius* (2), " *sancti „ Deodati nomen in martyrologio romano Galesinii et in antiquioribus non legitur; sed Baro-* B *„ nius ob praeclaras eius virtutes illud martyro- „ logio Romano a se auctoritate apostolica emendato „ ad diem VIII novembris inscripsit. „*

in Libro pontificali et in epitaphio.

2. *Duplex documentum summae auctoritatis de vita Deusdedit habemus : alterum nempe compendium vitae illius in Libro pontificali* (3), *alterum epitaphium in eius memoriam positum ab Honorio I R. P. secundo eius successore (an. 625-638)* (4). *Compendium autem vitae ab auctore coaevo eidem Honorio pontifici conscriptum esse colligit cl. v. L. Duchesne tum ex eo quod formulae quaedam loquendi singulares reperiuntur in Vitis decem pontificum qui sederunt ab anno 536 ad annum 625* (5), *tum quod seditionem Ravennatum, quae facta est paulo post initium saeculi VII* (6), *ut vulgo notam ac proinde ut recentem memorat* (7). *Quae indicia sane rem valde probabiliter evincunt.*

Scripta ei tributa sunt spuria.

3. *Praeterea duas Deusdedit nomine inscriptas epistulas proferunt veteres canonum collectores* (8), *itemque decretum de electione Romani Pontificis* (9). *Sed illa pontifici falso ascripta esse iam dudum pronuntiarunt viri eruditi* (10).

Videtur obiisse anno 618.

4. *Praecipua quaestio hic nobis tractanda versatur circa tempus quo sederit Deusdedit. Novimus ex Beda* (11) *Bonifatium V,* qui post Deusdedit ecclesiae praefuit, *sedisse* anno incarnationis dominicae 619. *Sed, ut recte notatum est apud Haddan et Stubbs* (12), *non satis liquet ex textu Bedae utrum anno 619 intellegendus sit Bonifatius V in sedem pontificalem evectus fuisse an eo anno eius epistula pervenerit ad Mellitum et Iustum Anglorum episcopos. Quod si primum verius iudicetur, cum Deusdedit sederit annos tres et dies viginti tres* (13) *vel, secundum unum ex viginti quinque aut triginta universis codicibus qui Librum pontificalem repraesentant, (praeter annos tres) dies decem; secundum quattuor* (14), *dies viginti* (15); *secundum tres, dies viginti quattuor; cumque secundum quosdam codices antiquiores, idem depositus sit die 8 novembris, iam satis secure ex his concludendum est pontificatus illius exordium illigandum esse medio mensi octobri anni 615* (16). *Cui sententiae adhaeserunt praestantissimi recentiores critici* (17). E *Attamen, ex variis coniecturis circa errores vel menda a librariis, ut censent, admissa, terminos eiusdem pontificatus statuit Alphonsus Ciaconius* (18) *annos 613 et 616, Baronius* (19) *et Garnerius* (20) *annos 614 et 617, Papebrochius* (21) *annos 617 et 619.*

Ante pontificatum presbyter fuit,

5. *Deusdedit ex subdiacono creatum fuisse Romanum Pontificem asseruit Baronius, ex corrupto nempe quodam exemplari Libri pontificalis quod prae manibus habebat et in quo pro lectione* ex patre Stephano subdiacono *initio Vitae Deusdedit legebatur :* filius Stephani, ex subdiacono. *At nullum ex veteribus codicibus Libri pontificalis huiusmodi gravi mendo infectum esse manifestant accuratissimae operis editiones recentiores* (22), *et efficacissime refutatur opinio illa ex epitaphio ab Honorio I R. P. in memoriam decessoris sui posito, in quo nimirum hic praedicatur* (23) quatuor denos *complevisse* presbiter annos *antequam senex* (24) *Ecclesiae regimen susciperet.*

forsan SS. Iohannis et Pauli.

6. *Minus itaque improbabiliter Ciaconius* (25), *quem secutus est Papebrochius* (26), *ait Deusdedit ante pontificatum fuisse presbyterum sanctorum Iohannis et Pauli. Haud scio tamen an aliud argumentum huius opinionis non habuerit praeterquam quod presbyter quidam illius nominis et tituli legitur subscripsisse decreto Gregorii M. in synodo Romana die 5 iulii anni 595 lato* (27) *et rursus nominatur in diplomate eiusdem pontificis dato die 5 octobris anni 600* (28). *Sed et alter Deus-*

(1) *Annal.* ad an. 617, n. I. — (2) *Crit. in Annales,* an. 617, n. II. — (3) Recens accuratissime edito a cl. v. Ludovico Duchesne (*Le Liber pontificalis, texte, introduction et commentaire.* Paris, 1886), et iterum a Th. Mommsen (*MG.,* Gesta Rom. Pont. t. I). — (4) Editum a I. B. de Rossi, *Inscriptiones christianae Urbis Romae,* t. II (1888), p. 127. — (5) *Lib. pont.,* Introd., chap. VI, n. 27 (t. I, p. CCXXXII). — (6) Cf. L.-M. Hartmann, *Untersuchungen zur Geschichte der Byzantinischen Verwaltung in Italien* (1889), p. 13. — (7) *Lib. pont.,* p. 319, annot. 2. — (8) Jaffé-Loewenfeld, *Reg. Pont. Rom.,* nn. 2003, 2004. — (9) Ibid., Suppl., n. 2004 a (t. II, p. 739). — (10) Ibid., ll. cc. Cf. F. Pagi, *Breviarium hist. RR. PP.,* t. I (1730), p. 297; Mansi, *Conc.,* t. X. p. 536-38 (Migne, *P. L.,* t. LXXXI, p. 361-62). — (11) *H. E.,* lib. II, c. 7 (ed. Plummer, t. I, p. 94). — (12) *Councils relating to Great Britain and Ireland,* t. III, p. 71. — (13) Vid. infra compendium vitae ex Libro pontificali. — (14) Quartum, saeculo VIII exaratum, citatum videsis apud Duchesne, *Lib. pont.,* t. I, p. 29. — (15) Quae lectio ceteris praeferenda videtur. Cf. infra annot. 17. — (16) Quod et inde confirmatur quod post obitum Deusdedit, ut in fine compendii Vitae eius legitur, *cessavit episcopatus mens. I, dies XVI,* ac proinde circa festivitatem Nativitatis dominicae pontifex constitutus est Bonifatius V, et ita annus 619, cuius primus dies, secundum stilum Bedae, in hanc festivitatem incidebat, primus annus eius pontificatus computandus est. — (17) Jaffé-Loewenfeld, *Reg. RR. PP.,* t. I, p. 222; Duchesne, op. c., t. I, p. CCLXII; Mommsen, t. c., p. LX. Qui omnes certum diem indicarunt 19 octobris; unde tempus pontificatus Deusdedit computasse annos tres dies viginti iudicandi sunt. Cf. Duchesne t. c., p. CCLVI, annot 4. — (18) *Vitae S. R. E. Cardinalium* (1677), t. I, p. 431. — (19) *Annal. eccl.* ad hos annos. — (20) *Lib. diurn.* — (21) *Conatus chronico-hist...* in *Act. SS.,* Propyl. Maii, p. * 95. — (22) Cf. supra, annot. 3. — (23) Versu 13. — (24) Ibid., v. 14. — (25) Loco citato supra, annot. 18. — (26) Loco citato supra, annot. 21. — (27) *Gregorii I papae epistolae,* ed. Ewald et Hartmann inter *MG.,* Epist. t. I, p. 367. — (28) Ibid., t. II, p. 275.

dedit

AUCTORE C. D. S.

A *dedit, presbyter tituli Sanctae Praxedis, synodo anni 595 subscripsit, et in epistulis Gregorii M. alii duo aut tres leguntur homonymi,* Deusdedit *nimirum diaconus et postea episcopus Mediolanensis* (1), Deusdedit *notarius* (2) *et* Deusdedit gener Felicis de Orticillo *in Campania* (3); *ut eo tempore non adeo insuetum hoc vocabulum fuisse iudicandum sit.*

Cetera, quae ad gesta sancti pontificis spectant, in annotatis ad eius Vitam elucidare conabimur.

Primus illum in sanctorum fastos invexit Baronius.

7. *Neque est cur de Deusdedit gloria postuma agamus. Etenim, ut in exordio huius Commentarii diximus, nullum prorsus ante Baronium cultus ecclesiastici illi exhibiti indicium reperitur. Asserit quidem Baronius eius memoriam miraculi cuiusdam fama illustrem fuisse. Etenim, luem illam elephantiasis memorans, qua Italia Deusdedit pontifice desolata est :* " *Tuncque accidit* „ *ait* (4), " *ut cum afflictatae Urbi prospiceret ipse sanctissimus pontifex Deusdedit praesensque visitaret* „ *aegrotos, miseratione commotus, unum ex illis,* „ *in quo Christum... contemplatus exosculatusque,* „ *divino miraculo ab eodem morbo reddiderit mundum. Testantur id veterrima ecclesiastica monu*„ *menta, ex quibus in eius natali die, cum fieri* „ *ipsius solet in Ecclesia commemoratio anniver*„ *saria, eiusmodi miraculum decantatur.* „ *Sed* veterrima *illa* monumenta *distinctius a Baronio non indicantur et, ni fallor, reducuntur ad Martyrologium Romanum ab eodem editum, cui hoc Deusdedit pontificis elogium inseruit ad diem 8 novembris :* Romae, sancti Deusdedit papae, qui tanti meriti fuit ut leprosum osculo a lepra sanaverit.

(1) *MG.*, Epist. t. II, pp. 266, 274, 361, 396. — (2) Ibid., p. 438. — (3) Ibid., t. I, p. 163. — (4) *Annal.*, an. 615, n. VIII.

B E

SUMMA VITAE S. DEUSDEDIT

Ex Libro pontificali. — *Cf. Comm. praev., num. 2.*

Deusdedit, natione Romanus, ex patre Stephano subdiacono (1), sedit annos tres, dies XXIII (2). Hic clerum multum dilexit et clerum ad loca pristina revocavit (3). Eodem tempore veniens Eleutherius patricius et cubicularius Ravenna, et occidit omnes qui in nece Iohanni exarchi et iudicibus reipublicae fuerant mixti (4). Hic venit Roma, susceptus est a sanctissimo Deusdedit papa optime. Qui egressus de Roma venit Neapolim, qui tenebatur a Iohanne Compsino intarta (5). Qui (6) pugnando Eleutherius patricius ingressus est Neapolim et interfecit tyrannum (7). Reversus est Ravenna, et data roga (8) militibus facta est pax (9) in Italia (10). Hic constituit secunda missa in clero (11). Eodem tempore factus est terrae motus maior mense augusto (12),

(1) Cf. Comm. praev., num. 5. — (2) Cf. Comm. praev. num. 4. — (3) *Hic clerum-revocavit.* In haec verba notat cl. v. L. Duchesne : " Il faut voir ici le souvenir d'une „ réaction contre un système suivi antérieurement (*revo*„ *cavit*), sans doute sous Boniface IV, qui, étant un fidèle „ disciple de saint Grégoire, aura montré aux moines plus „ de bienveillance que n'en comportait l'opinion du „ clergé „ (*Lib. pont.*, t. I, p. 319, annot. 1). Iam de Sabiniano (R. P. an. 604-606), de quo legitur in eius Vitae compendio : *Hic ecclesiam de clero implevit,* dixerat idem doctissimus vir : " Cependant on ne mentionne pas d'ordi-
C „ nation. C'est sans doute que Sabinien rendit au clergé „ des postes que saint Grégoire avait confiés aux moines „ (ibid., p. 315, annot. 6). Has coniecturas sane non ausim improbabiles dicere, sed neque satis certas. — (4) *Eodem tempore - mixti.* Haec de seditione Ravennae mota, in qua Iohannes exarcha occisus est, dumtaxat ex hoc loco Libri pontificalis novimus. Cf. HARTMANN, loco cit. supra, p. 832, annot. 6. — (5) *Intarta,* pro *antarta,* idest rebelli. Vid. DUCANGE, s. v. *Antartes.* — (6) Secundum aliam codicum classem *Contra quem.* Cf. MOMMSEN, *MG.*, t. c., p. 166. — (7) Alias *eumdem tyrannum, simul cum eo alios multos et sic.* Ibid. — (8) *Roga* est " donativum „ honorarium quod proceribus et magistratibus atque „ etiam populo ab augustis, vel clero a summis pontifici„ bus *erogari* solebat. „ DUCANGE, s. v. — (9) Alias additur *magna.* MOMMSEN, l. c. — (10) *Qui egressus - in tota Italia.* Ex hoc loco et ex Vita Bonifatii V desumpsit Paulus diaconus ea quae leguntur *Hist. Langob.*, lib. IV, c. 34 (*MG.*, Scr. rer. langob., p. 128). De Eleutherio plura videsis apud continuatorem Havniensem Chronici Prosperi Aquitani (*MG.*, Auct. ant. t. IX, p. 339, n. 21-23). — (11) *Hic - in clero.* In haec verba notavit Victor Baldini (cit. ap. MIGNE, *P.L.*, t. CXXVIII, p. 687) : " Ex iis qui de rebus liturgicis tractatus instituerunt nullus est qui hunc locum Anastasii non vexet, ubi de missae iteratione in eadem ecclesia sermo incidat. Cardinalis Bona in aureo tractatu rerum liturgicarum, lib. I, c. 14, n. 14, postquam ex Leone Magno in epistola ad Dioscorum Alexandrinum iubente iterari sacrificium, cum fidelium multitudo tanta est ut omnes simul basilica suscipere non possit, probare conatus fuerat viguisse ab eo usque tempore consuetudinem Romae pluries eodem die sacrificium offerendi, sibi opponit praefatum textum inquiens : " De sancto pontifice Deusdedit auctor Pontificalis sic scribit : *Hic constituit secundam missam in clero.* Ad quae verba Petrus Urbevetanus in scholiis ait : *Quia tum forsitan ad instar Graecorum non cantabatur in ecclesia nisi una missa, quod magis aedificabat secundum antiquos.* „ Et statim subdit : " At ex allato Leonis testimonio patet morem iterandi sacrificium multo ante in romanam ecclesiam inductum fuisse. „ Bona tamen venia eminentissimi scriptoris, quando quis tueri velit interpretationem Urbevetani, videlicet ad tempora F usque beati Deusdedit obtinuisse ritum celebrationis unius tantum missae in singulis ecclesiis, auctoritatem ex dicta epistola Leonis facile elevabit, explicando Leonem iussisse iterari sacrificium in casu tantum novae plebis basilicam implentis, in iis locis in quibus una tantum basilica exstaret, et ab eodem presbytero; constitutum autem fuisse tunc primum a beato Deusdedit ut in clero post sollemnem missam altera privata ab altero ex clero haberetur, sive nova plebs in basilica conveniret sive non, sive una esset sive plures basilicae. Tunc certe primum in Ecclesia latina inductus ritus esse videtur ut plures missae in eadem ecclesia celebrarentur pluraque altaria pro iis celebrandis constituerentur. Unum quippe altare in unaquaque basilica primis Ecclesiae saeculis fuisse extra controversiam est unamque dumtaxat missam super eodem celebratam fuisse; quod utrumque Ecclesia graeca retinet. „ Hactenus Baldini. At cl. v. L. Duchesne (*Lib. pont.*, t. I, p. 320, annot. 5) : " Les commentateurs ne semblent s'être occupés de ce passage que pour montrer ou déclarer qu'ils n'y entendent rien. Je ne saurais, de mon côté, présenter qu'une conjecture : c'est qu'il s'agit peut-être ici d'un second office imposé aux clercs, un office du soir, appelé improprement *missa.* Du reste, ce terme de *missa* paraît avoir ce sens dans le canon 30 du concile d'Agde (506). Il me semble découvrir une allusion à ce règlement dans le cinquième distique de l'épitaphe ci-dessus „ (cf. infra, Epitaph. ab Honorio positum, v. 10.) — (12) Alias *VIII id. aug.*, MOMMSEN, l. c.

indictione

Ex Libro pont.

indictione VI. Post haec secuta est clades in populo, percussio scabearum (1), ut nullus poterat mortuum suum cognoscere (2). Quo defuncto, sepultus est ad beatum Petrum apostolum (3). Hic demisit pro obsequias suas ad omnem clerum rogam unam integram (4). Hic fecit ordina- D tiones III, presbyteros XIIII, diaconos V, episcopos per diversa loca XXVIIII (5). Et cessavit episcopatus mens. I, dies XVI (6). Depositus die VIII mens. novemb. (7).

(1) Hanc scabierum percussionem morbum fuisse opinati sunt qui vulgo vocatur elephantiasis. — (2) ***Eodem tempore - cognoscere.*** Haec etiam exscripsit Paulus diaconus ***Hist. Langob.***, lib. IV, c. 45 (***MG.***, t. c., p. 135), sed ea perperam referens ad tempora Rotharis regis. — (3) Alias additur ***VI id. nov.*** Mommsen, l. c. — (4) ***Hic demisit - integram.*** In hunc locum notat cl. v. L. Duchesne (t. c., p. 320, annot. 8) : " Voici la première fois que le ***L. P.*** parle des libéralités funéraires des papes. Elles seront souvent enregistrées dans les notices pontificales de ce siècle. *Obsequiae* a ici le sens du mot français *obsèques ;* la distribution était faite sans doute à la fin de l'enterrement sous forme de *sportula*. Quant au terme de *roga*, employé habituellement pour désigner la solde militaire, il a évidemment ici le sens de traitement fixe. Le clergé romain recevait, sur les revenus des patrimoines, une somme déterminée, suivant l'ordre et la fonction. Déjà dans la première moitié du VI[e] siècle il est question de *solemnes erogationes* touchées par les clercs (voir le ***Praeceptum Felicis IV,*** cité plus haut, p. 282). Nous ne sommes B pas bien renseignés sur la façon dont cet usage se combinait avec l'ancienne règle de partager entre les clercs le quart des revenus de l'église. " — (5) De auctoritate huius generis indiciorum circa ordinationes factas a romanis pontificibus cf. cl. v. L. Duchesne, ***Lib. pont.***, t. I, introduction, p. CLIV, n. 85. — (6) His numeris praemittendum esse ***annum I*** iam monuit Ant. Pagius (***Crit. in Annales***, ad an. 617, n. III) et confirmavit cl. v. L. Duchesne, haec scribens (t. c., p. CCLVI): " La durée du pontificat de Boniface V, 5 ans et 10 mois, additionnée avec les deux vacances avant et après ce pape, donne juste six ans moins un jour et nous conduit au commencement de novembre 624. Or il est sûr, par les documents de la correspondance pontificale, que Boniface V siégeait encore en 625 et qu'Honorius lui succéda vers la fin de cette année. Il y a donc erreur d'un an, soit dans les chiffres de vacance entre Deusdedit et Boniface V, soit dans les chiffres de siège attribués à Boniface V. La première hypothèse est la seule admissible, en raison d'abord de la différence d'autorité des deux chiffres, ensuite parce que la vie de Boniface V place avant son ordination la révolte de l'exarque Éleuthère, et nous fournit ainsi l'explication d'une vacance plus longue que de coutume. Nous admettrons donc 1 an, 1 mois et 15 jours de vacance après Deusdedit. " — (7) ***Depositus - novemb.*** Haec sententia deest in plerisque codicibus; legi- E tur tamen in codicibus septem, quorum unus est saeculi octavi et duo sunt saeculi noni.

EPITAPHIUM S. DEUSDEDIT AB HONORIO I POSITUM

Ex editione I. B. de Rossi. — Vid. Comm. praev., num. 2.

Cur titulata diu torpuerunt iura sepulchri
et populi nullus perstrepuit gemitus?
Segnities non culpa fuit, quicumque requiris;
nam dolor inclausus plus lacerare solet.
Pande, dolor, gemitum, meritisque quiesce beatis,
ut libeat summi gesta referre patris.
Hic vir ab exortu Petri est nutritus ovili,
sed meruit sancti pastor adesse gregis.
Pura fides hominis, votis fundata benignis,
excuvians Christi cantibus hymnisonis.
Simplicitas sapiens, vivax sollertia, simplex,
serpentina fuit simplicitate vigens.
Cumque quater denos compleret presbiter annos,
sera senectutis mens tamen alma fuit.
Culmen apostolicum (1) coluit tres ferme per annos,
perfectum numerum terque quaterque gerens.
Hoc tibi pro meritis successor Honorius amplis
marmore construxit munus epytaphii.

(1) De his verbis cf. F. Lanzoni, *Culmen apostolicum*, in Rivista storico-critica delle scienze teologiche, t. IV (1908), p. 733-39.

C F

DE SANCTIS HIBERNIS

BARRFINNO, COLUMBO, ABDIA ET FINCHANNO

C. D. S.

De Abdia et Finchanno nihil novimus;

1. *Ad hunc diem quattuor commemorantur sancti in martyrologiis hibernicis, apud Aengussium quidem solus Barrfinnus, in martyrologiis autem Mariani Gormani et Dungallensi praeter eum Columbus, Abdias filius Uodachi et Finchannus. De utroque posteriore nihil repperimus extra martyrologia. De prioribus singulis pauca dicenda.*

de Barrfinni

2. I. Barrfinnus *iam annuntiatur ad hunc diem 8 novembris in antiquissimo Festilogio Aengussii* (1), *inde in martyrologio Mariani Gormani* (2) *et in Dungallensi* (3). *In documentis latinis vulgo vocatur* Barrinus (4), Barrindus, Barinthus.

genere pauca,

3. *Genealogiam Barrfinni ex Sanctilogii genealogici cap. 14 tradit Colganus* (5) *ascendentem usque ad Feidhlimidhum Rechtmar, i. e. Legislatorem, qui secundum Annales Quattuor Magistrorum fuit*

(1) Ed. Whitley Stokes (1905), p. 232-33. Annuntiationem ita interpretatur cl. editor : ***In heaven (is) the shout of Claudinus : a fair train went without satires, at the festival that fills territories of Barrfind the great son of Aed.*** — (2) Ed. W. Stokes (1895), p. 214-15. Addita est a scholiasta haec nota : ***Son of Aed, in Achad Caillten in Húi Drona, to the west of (the river) Barrow in Húi Rethe to the south of Lethglenn.*** Quae nota legitur et in Lebar Brecc adiecta ad textum Aengussii, additis praeterea his verbis : ***and he was a brother of Findbarr of Inis Temli.*** Vid. Stokes, in prima ipsius editione Aengussii (1881), p. CLXVIII; cf. alteram ed., p. 240-41. — (3) Iisdem verbis quibus apud scholiasten de quo annot. 2, his adiunctis : ***He is of the race of Eochhaidh Finn-Fuath-Airt, from whom Brighit (is descended).*** — (4) Ita in kalendario Drummondensi ad h. d.: ***Et in Hibernia sancti confessoris Barrini.*** — (5) ***Trias thaumaturga***, p. 613, c. 3.

rex

A *rex Hiberniae ab anno Christi 110 ad annum 119* (1). *Unde colligitur haec avorum eius successio : Feidhlimidh Rechtmar — Eochaidh Finn-Fothart — Aengus Meann — Cormac — Cairpre-Niadh — Art Corb — Bricc — Eoghan — Brian — Aedh — Barrfinn. — Multis praeclaris inter Hibernos sanctis cognatus genere fuit Barrfinnus, ut ex antiquis tabulis genealogicis constat* (2).

de eius historia forsan

4. *Non improbabile videtur, quod alii iam affirmarunt* (3), *de sancto nostro agi in capite ultimo Vitae S. Comgalli* (4), *ubi haec narrantur :* Transacto iam multo tempore post obitum sanctissimi patris Comgalli, supradictus sanctus Fyachra venit ad monasterium Beannchor; et elevatis de sepulcro honorifice sancti Comgalli reliquiis, elegit sanctus Fyachra brachium sancti Comgalli portavitque ad fines Laginensium, suam provinciam. Dum autem iter ageret in regione Laginensium, pervenit ad arcem cuiusdam ducis ibi, qui dicebatur Aedhus. Tunc filius ipsius ducis Aedha ductus est ad sanctum Fyachra, ut baptizaret eum. Aperiens iam Fyachra sanctus scetham suam, ad ducendum inde librum baptismi, brachium sancti Comgalli in aerem sursum velociter avolavit. Ibi viri sancti ieiunantes, et genua flectentes, et orantes longe, tandem venit ad eos de caelo brachium, et ingrediens terram inter illos nusquam apparuit inde. Per triduum itaque fodierunt terram et non invenerunt. Hoc videns dux Aedhus illam arcem cum suis agris obtulit reliquiis sancti Comgalli in aeternum ; ibique iam sanctus Fyachra abbas clarum monasterium in honore nostri patroni Comgalli construxit et in nomine sanctae Trinitatis... Amen. *Inde sequeretur Barrfinnum floruisse circa medium saeculum VII ; Comgallus enim, cuius discipulus fuit Fiachra, obiit anno 600* (5).

aliquid ;

5. *Locus autem Achadh Cailten ex descriptione quae legitur apud annotatores martyrologiorum Aengussii et Gormani* (6), *situs erat in baronia Idrone occidentali, in comitatu Carlow.*

6. II. COLUMBUS, *secundum Marianum Gormanum,* filius Aedi Curvi (*addit scholiastes :* de Cuil-Damain, i. e. de Cuil-Bruin), *apud eundem iterum annuntiatur ad diem 11 decembris, ubi in textu solum eius nomen signatum est, scholiastes vero addidit :* filius Aedi Curvis, de Cuil Bruin. *In martyrologio autem Dungallensi videtur aliquatenus duplex distingui. Nam ad hunc diem 8 novembris memoratur* Colum, filius Aedi, de Cuil-Damhain, *ad diem vero 11 decembris :* Colum, filius Aedhi Curvi, de Cuil-Briuin. *Eum hunc Columbum esse existimat Colgan* (7) *de quo narratur in Vita S. Columbae, auctore Adamnano* (8) :

vix quaedam de Columbo

Eodem in tempore Conallus episcopus Culerathin, collectis a populo campi Eilni paene innumerabilibus xeniis, beato viro hospitium praeparavit, post condictum supra memoratorum regum, turba prosequente multa, revertenti. Proinde sancto advenienti viro xenia populi multa, in platea monasterii strata, benedicenda assignantur. Quae cum benedicens aspiceret, xenium alicuius opulenti viri specialiter demonstrans, " Virum ", ait " cuius est hoc xenium, pro misericordiis pauperum et eius largitione Dei comitatur misericordia. " Itemque aliud discernit inter alia multa xenium, inquiens : " De hoc ego xenio viri sapientis et avari nullo modo gustare possum, nisi prius veram de peccato avaritiae paenitudinem egerit. " Quod verbum cito in turba divulgatum audiens, occurrit Columbus filius Aidi conscius, et coram sancto flexis genibus paenitentiam agit, et de cetero avaritiae abrenunciaturum se promittit, et largitatem cum morum emendatione consecuturum. Et iussus a sancto surgere, ex illa hora est sanatus de vitio tenacitatis. Erat enim vir sapiens, sicuti sancto in eius revelatum erat xenio. *Floruisset itaque Columbus noster extremo saeculo VI.*

De loco Cuil-Damhaim seu Cuil-Briuin nullam notitiam reperire valui, neque alia quae ad Columbi huius historiam spectant.

(1) *Annal. 4 Mag.* ad hos annos. — (2) *Trias thaum.*, l. c. Cf. TODD, *St. Patrick*, p. 252-53 ; SHEARMAN, *Loca Patriciana*, tab. 5 (p. 90). — (3) SHEARMAN, l. c. — (4) *Act. SS.*, Maii t. II, p. 588 ; C. PLUMMER, *Vitae sanctorum Hiberniae* (Oxonii, 1910), t. II, p. 21. — (5) *Annal. 4 Mag.*, ed. O'Donovan, I, 224-25. — (6) Cf. supra, num. 2. — (7) *Trias thaum.*, p. 381, not. 107. — (8) Lib. I, c. 50 (ed. FOWLER, p. 63-64).

DE S. WILLEHADO

PRIMO BREMENSI EPISCOPO ET INFERIORIS SAXONIAE APOSTOLO

ANNO 789. — A. P.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Vitam et miracula S. Willehadi,

1. *Ecclesiae Bremensis et Hammaburgensis origines et prima evangelicae praedicationis in superiore Germania initia ut honestarunt viri praeclari Willehadus, Anskarius, Rimbertus, ita posteris felici fortuna patefecerunt scriptores antiqui, graves atque locupletes, qui trium horum apostolorum Vitam litteris mandatam reliquerunt. Postquam autem in his* Actis *editae iam sunt Vitae S. Anskarii* (BHL. *544*) *et S. Rimberti* (BHL. *7258*), *reliquum est ut ad hunc diem 8 novembris, quo in martyrologio Romano comparet S. Willehadus, etiam illius Vita proferatur. Quae non solum ideo magni est habenda, quod hac vix non sola docemur quicquid de egregio illo inferioris Saxoniae primo apostolo memoriae est traditum, sed etiam quod de historia huius regionis quaedam refert, non multa quidem, at eo pluris facienda quo pauciora de rebus his temporibus ibi gestis ex Annalibus antiquis comperimus.*

ante an. 745 in Northumbria nati,

2. *Natus erat Willehadus in Britannia illa, ex qua ortum duxerant priores Fresonum Saxonumve apostoli, Willibrordus, Suitbertus, Ewaldi duo, Bonifatius, et quidem communem cum Willibrordo patriam habuit Northumbriam. Quo anno natus sit, definire non valemus. Etsi enim constat illum, cum iam sacerdotio initiatus esset ac proin annos haberet saltem triginta, in continentem terram non post annum 774 se contulisse, atque porro non*

AUCTORE A. P.

non post annum 744 natum esse, fieri tamen potuit tum ut iam anno 765 ex Anglia proficisceretur (1), *tum ut eo tempore annum ageret plus quam tricesimum; neque ulla suppetit ratio cur certum tempus intra annos circiter 730-740 statuere possimus. Quam enim affert v. cl. A. Hauck* (2), *in litteris anno 789 ad abbatem quendam in Saxonia degentem datis ita de Willehado scribere Alcvinum, ut illum se natu maiorem esse innuat, hanc equidem non capio. Ita enim Alcvinus* (3) : Et saluta millies dilectissimum mecum Vilhaed (4) episcopum. Multum me paenitet quod recessi ab eo. Utinam videam eum et sit cursus vitae meae consummatus in peregrinatione. *Haec porro, si bene video, amicitiam magis quam reverentiam sapiunt, atque si qua in verbis reverentia subest, ea debebatur et habebatur viro episcopali iam dignitate ornato. Non tamen diffiteor locum hunc explicatu esse difficilem neque constare quando vel ubi cum Willehado conversatus sit Alcvinus, quidve sibi velit hoc quod dicitur, non Willehadum ab Alcvino, sed Alcvinum a Willehado recessisse. Alii quidem*
B *opinati sunt Willehadum Alcvini discipulum fuisse* (5); *alii ex eo quod amicitiae vinculo coniuncti erant, collegisse sibi visi sunt Willehadum haud secus atque Alcvinum Eboraci inter Egberti archiepiscopi discipulos esse numeratum* (6); *omnia incerta.*

Fresonum ab anno circiter 765

3. *Igitur sacerdos factus Willehadus, cum ardenter optaret ad Fresones et Saxones evangelii praedicandi causa proficisci, licentia a rege Anglorum* Alachrat *impetrata, consentientibus episcopis aliisque viris ecclesiasticis bene multis, peregrinationem suscepit. Id intra annos 765 et 774 factum est, quibus Alchredus rex Northumbris imperavit* (7); *cum autem antequam in Saxoniam a Carolo Magno evocaretur, quod anno 780 accidit,* multo tempore *in Fresia constitisse dicatur* (8), *veri prorsus simile est illum potius sub initiis regni Alchredi quam ultimis temporibus eiusdem e Britannia discessisse* (9). *Venit porro inde in septemtrionalem Fresiam, et quidem* ad locum qui dicitur Dockynchirica (10), quod est in pago Hostraga, ubi et domnus Bonifacius episcopus iam olim martirio coronatus fuerat (*Vita, c. 2*). *Passus erat S. Bonifatius anno 754, postquam, anno 718 Bri-*
C *tannia relicta, Fresonibus, Saxonibus ceterisque Germaniae populis Christo acquirendis operam navaverat. Quae qui perpenderit et cum tempore, quo Willehadus Fresiam adiit, contulerit, statim corriget ea quae Baronius, cui nota non erat Vita S. Willehadi tunc nondum edita, in martyrologium Romanum intulit :* Bremae sancti Willehadi, primi eius civitatis episcopi, qui una cum sancto Bonifacio, cuius discipulus fuit, in Frisia et Saxonia evangelium propagavit. *Praedicavit quidem tum in Fresia, tum in Saxonia, non tamen cum Bonifatio, quem ne semel quidem vidit, sed aliquanto post eum tempore. Neque iis assentiendum videtur, qui censent Willehadum primo Traiectum se contulisse, quo convenire solebant* D
tum Angli, tum alii, qui praedicando inter gentiles Fresones evangelio operam navaturi erant, atque inde ab iis qui toti rei praeessent, Dockingam in septemtrionalem Fresiam esse destinatum (11). *Esto enim Traiecti constituta erat praecipua quaedam sedes praeconum fidei, in his tamen quae de Willehado memoriae tradita sunt, ne verbum quidem de Traiecto factum est; immo non a Traiectensibus sed ab episcopis et monachis Anglis dicitur Willehadus in Fresiam esse missus, iter autem sic enarratur :* quantotius mare, quod erat adiacens, transmeavit, venitque in Fresiam ad locum qui dicitur Dockynchirica... (*Vita, c, 2*).

et Saxonum

4. *Postquam autem primo in Fresia, in pago Hostraga, multo tempore commoratus opus evangelicum a decessoribus suis incohatum et feliciter promotum feliciore etiam exitu persecutus est, consilium iniit ut aliam partem Fresiae, eamque totam gentilem, dominico agro adderet. Abiit ergo orientem versus in pagum Humarcha; a cuius barbaris incolis cum non solum repulsam passus esset, sed et in summum vitae periculum venisset,* E
inde casu ereptus nihilque perterritus, maiora etiam adoriri coepit. Partes ergo meridionales adiens, in ipsam Saxoniam, in pagum Thrianta (Drenthe) transiit ibique diutius immorans *non sine fructu Christi doctrinam praedicavit. Infeliciter tamen factum est ut ex discipulis eius aliqui, dum idolorum fana confidentius quam prudentius diruunt, incolarum animos ita offenderent ut Willehadus fustibus caesus plagisque admodum affectus vix e manibus furentium evaderet. Cum autem pagani miraculo exterriti ipsum cum sociis illaesum abire passi essent, videtur in eodem pago permansisse, donec haud multo post Carolus Magnus, audita fama viri Dei, strenuum operarium ad se accersivit et in interiorem Saxoniam, ad pagum Wigmodiam misit,* quo inibi auctoritate regali et ecclesias instrueret, et populis doctrinam sanctae praedicationis inpenderet.

ab anno 780

5. *Quod cum anno 780 coepisset, tanto studio tantoque fructu maius illud ministerium implevit, ut* in secundo anno, *hoc est* anno incarnationis Domini 781, *tam Saxones quam et Fresones in circuitu commorantes omnes se pariter fieri promitterent christianos.* Verum sequenti anno, *h. e. 782, cum Widukindus Saxones ad seditionem* F
concitasset, iterum eversa est messis quam coluerat Willehadus, socii illius necati, ipse fugam inire coactus. Ex qua postquam in Francorum regnum se receperat, haud multo post (12) *in Italiam iter fecit; in quo itinere, ut erat anglus ille advena Carolo Magno principibusque Francorum ex animo addictus, Pippinum Italiae regem, tum paucos annos natum, invisere non neglexit, praecipue vero Romanum pontificem Hadrianum I convenit, a quo confortatus et consolatus in Franciam rediit et, dum furet Saxonum rebellio, in monasterio Epternacensi faustiora tempora exspectare*

(1) Vid. quae mox dicturi sumus. — (2) *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II², p. 351. — (3) *MG.*, Epist. t. IV, p. 31. — (4) Hoc est verum nomen anglosaxonicum sancti, qui recepto more Willehadus dici solet. — (5) G. DEHIO, *Geschichte des Erzbistums Hamburg-Bremen*, t. I (Berlin, 1877), p. 14; cf. *MG.*, l. c., annot. 2. — (6) HAUCK, l. c. — (7) Cf. B. THORPE, *The Anglo-Saxon Chronicle* (London, 1861 = RER. BRIT. MEDII AEVI SCRIPT. XXIII), t. I, p. 91; t. II, p. 45. — (8) Vita, c. 2. — (9) Cf. HAUCK, l. c. — (10) Iam Dokkum. Vocatur hic locus *Dockinga* in presbyteri Traiectensis (Radbodi episcopi ?) Vita S. Bonifatii (*BHL.* 1401). Indicat vox Dockynchirica ibidem tunc constructam fuisse ecclesiam; quod aliunde etiam, v.g. ex presbytero illo Traiectensi, notum est. — (11) DEHIO, op. c., p. 14. Contra dicit HAUCK, t. c., p. 350. — (12) Siquidem Roma redux per biennium Epternaci substitit Willehadus atque anno 785 in Saxoniam est regressus. Ex quo manifestum est veritati non consentire id quod tradit, quamquam non multum asseveranter (*dicitur*), Adamus Bremensis (lib. I, c. 12), Willehadum simul cum Liudgero Romam profectum esse. Non solum enim de Willehado tacet Altfridus ubi iter Liudgeri narrat (*BHL.* 4937, lib. I, c. 21), tacet de Liudgero Vita Willehadi (c. 7), sed ab Altfrido docemur (l. c.) Liudgerum non ante mensem augustum anni 784, post mortem Albini episcopi (21 aug. 784), in viam se dedisse.

statuit;

A *statuit; in quo monasterio simul cum discipulis, qui propter metum persecutionis dispersi erant, nunc vero cum eo denuo congregati, duobus fere annis demoratus est.*

apostoli

6. *Anno 785 Carolum Magnum, qui Saxones rebelles domuerat atque tunc in castro Eresburch resederat, ultro adiit Willehadus ut, ipso iubente, coeptum opus, quod iam resumi posse videbatur, sine mora aggrederetur. In quo cum, ecclesiis restauratis, fidei praeconibus in singula quaeque loca missis, ipsa gente Saxonum iterum ad Christum conversa, mirum in modum profecisset vir egregius, censuit rex Carolus res postulare ut in Saxonia constitueretur episcopus. Itaque*

atque Bremensis episcopi,

anno 787, die 13 iulii (1) *Willehadum consecrari fecit episcopum, dioecesimque illi assignavit quae pagis sex ad ostia Visurgis fluminis constaret, saxonicis duobus (Wigmodia, Laras), quattuor fresonicis (Riustri, Asterga, Nordendi, Wanga). Willehadus igitur, qui ante vocatus erat episcopus et certe partes episcopi quadamtenus egerat, nunc vero reapse factus erat antistes, sedem episcopalem constituit in loco qui dicebatur Brema; ubi domum* B *Dei aedificavit mirae pulchritudinis, quam dedicavit die 1 novembris anni 789* (2). *Qua veluti coronide operi suo imposita, cum strenuus praesul iter ingressus esset, ut populos sibi creditos in sua parrochia, hoc est dioecesi, visitaret et in fide corroboraret, in loco Pleccateshem ad Visurgim flumen in febrim incidit atque mox sexto idus novembres, qui dies erat dominicus* (3), *post solis ortum in Christi nomine requievit (Vita, c. 10).*

Cuius corpus postquam magna populi frequentia Bremam delatum est et in basilica nova, quam construxerat, sepultum, interiectis aliquot annis, cum Willericus Bremensis episcopus hanc basilicam, quam ligneam Willehadus fabricaverat, lapideam faceret, sancti reliquias e priore sede transtulit et in oratorio, quod prope basilicam ad meridiem exstruxerat, recondidit (4); *ex quo tamen postea, die 8 novembris anno 860 vel etiam aliquot annis antea* (5), *in ipsam basilicam a S. Anskario, qui eam novo opere reaedificaverat, est reportatum.*

AUCTORE A. P.

referunt duo libelli,

7. *Quae omnia praecipue atque vix non unice libellis illis duobus comperimus, qui de vita et miraculis S. Willehadi sunt compositi* (BHL. *8898, 8899*). *Et prior quidem a quodam clerico Bremensi* (6) *certe post annum 838, quo obiit Willericus episcopus* (7), *forsan ante annum 860 conscriptus est, cum translationem quae temporibus* bonae memoriae *Willerici episcopi facta est commemoret, taceat vero illam quae ab Anskario anno circiter 860 est peracta; alter vero libellus miracula complectitur, quae omnia anno 860 videntur accidisse* (8) *atque forsan hoc anno, certe non multo post* (9) *a S. Anskario sunt scriptis mandata* (10), *cum alia ipse praesens vidisset, alia fama percelebri tradita audivisset* (11). *Sed et libellum priorem, qui Vitam S. Willehadi complectitur, Anskarii quoque esse et Adam Bremensis affirmavit* (12), *et plerique olim crediderunt. Rem tamen dubiam videri et ab Anskario solum librum miraculorum conscriptum esse monuit G. Dehio* (13),

alter de vita a clerico Bremensi,

alter de miraculis a S. Anskario conscriptus;

(1) Annum, quem tradit chronicon Moissiacense (*MG.*, Scr. t. I, p. 298), recte traditum esse comperimus his tribus collatis : 1° rem actam esse Wormatiae, dum ibi Carolus rex degeret (Vita, c. 8); atqui in medio anno 787 in hac civitate rex cum regina Fastrada convenit et ibi synodum congregavit (cf. BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I², n. 290 cd); 2° septem ante annis quam episcopus factus est, in his locis primum consedisse Willehadum et vocari solitum esse episcopum, etsi presbyter tantum esset (Vita, c. 8); vidimus autem anno 780 Willehadum illuc advenisse; 3° mansisse Willehadum in episcopatu annis duobus, mensibus tribus, diebus viginti sex (Vita, c. 11); cum autem vita functus sit die 8 novembris anni 789 (vid. infra), inde non solum annum, sed et diem ordinationis colligere possumus, quem 13 iulii fuisse praeterea perhibent tum ipsa Vita Willehadi (c. 8), tum chronicon Moissiacense (ubi pro *in id. iul.* C legendum esse *III id. iul.* monuit PERTZ, *MG.*, Scr. t. II, p. 257, et iterum M. TANGL, *Mittheilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung*, t. XVIII, p. 65, annot. 2), ac proinde fons utriusque communis, de quo mox plura. Mirum quidem est Willehadum non die dominica esse consecratum, cum anno 787 non dies *III id. iul.* (quod falso existimavit Pertz, l. c.), sed ipsa dies *id. iul.* in dominicam incideret. Verum graviora videntur esse testimonia illa bina Vitae S. Willehadi (c. 8 et 11), quam ut ab his recedere audeamus. Annum quidem 788 perhibet diploma Caroli Magni (BÖHMER-MÜHLBACHER², 295 [286]), quod ex archivo Bremensis ecclesiae exscripsit Adamus Bremensis (lib. I, c. 13; cf. c. 12). Verum istud haud genuinum esse omnes consentiunt; quin ille etiam qui non ita pridem ostendere conatus est has spurias litteras ex tribus genuinis diplomatibus esse compositas (Georg HÜFFER, *Korveier Studien*, Münster, 1898, p. 133-54), praeterquam quod non videtur id evicisse (cf. HAUCK, t. c., p. 389, not. 1), ipse censet anno 787 constitutam esse sedem Bremensem atque hoc anno diploma genuinum, quo usus esset falsarius in conficiendo illo quod superest, datum esse. Omitto alterum diploma, quod etiam anno 788 datum fingitur (BÖHMER-MÜHLBACHER², 296 [287]), quippe quod adeo stolide fabricatum sit, ut nemo sanae mentis illud defendere vel tentet. — (2) Diem tradit Vita S. Willehadi, c. 9: *kalendis novembris die dominico*; ex quibus etiam annus certo colligitur. — (3) Ergo ipso anno 789, quem tradit etiam chronicon Moissiacense, l. c. Cum quo convenit id quod dicit Anskarius in libro miraculorum, c. 1, in festo Pentecostes anno 860 evolutos esse annos circiter septuaginta (reapse septuaginta annos et menses aliquot) a beati viri transitu. — (4) Vita, c. 11; Miracula, c. 37; quae distinctius explicat ADAM BREMENSIS, lib. I, c. 20. — (5) Diem tradit Anskarius (Mirac., c. 37), annum vero neque ipse neque Adamus Bremensis (lib. I, c. 33) docet. Etsi enim diserte affirmat Anskarius miracula anno 860 post Pentecosten patrari coepta esse (Mirac., c. 1; quod viri aequalis testimonium solum audiendum est, neque fides adhibenda Adamo Bremensi, qui scribit l. c. *ab anno Domini 861* miracula esse ostensa), quaeri tamen potest utrum miracula, quae singillatim narrat, translationem antecesserint, an eandem sint secuta. Hoc suadere videtur scriptor, cum saepe dicat locum in quo requiesceret S. Willehadi corpus, dum miracula fierent, fuisse basilicam Bremensem, ecclesiam Bremensem (Mirac. c. 1, 2, 3, 5, 12, 13, 23, 28, 35), cuius commemorat etiam atrium (c. 28). Videtur ergo S. Willehadi corpus ex oratorio, in quo F illud Willericus episcopus posuerat (num idem " oratorium " c. 11 designetur, non ausim affirmare), in novam basilicam iam esse translatum; quod non tardius quam die 8 novembris 859 factum esse oportet. — (6) Vita, prol.: *Unde et nos beati patris nostri Willehadi ... dignum duximus conscribere vitam.* — (7) Cf. HAUCK, t. c., p. 405, annot. 4.— (8) Confer capita 1 et 37. — (9) Anskarius enim anno 865 vita functus est. — (10) Mirac., prol.: *Anskarius, Bremensis ecclesiae praesul, universis ... pacem ... in Christo orat sempiternam ... Quapropter nostra quoque humilitas ea... litteris indagare censuit.* Cf. c. 37 : *Verum nos... haec et alia multa intermisimus... Corpus autem ipsius sanctum ... nos cum maxima fidelium turma... in nova, quam tunc dedicavimus, collocavimus basilica.* Pauci quidam in dubium vocarunt utrum haec ab Anskario an potius ab aliquo falsario essent scripta; verum ista dubia prorsus futtilia erant et nulla ratione nixa, ut confutatione digna non sint. — (11) Mirac., c. 1: *Quae cum per multorum ora volitarentur et tam in praesentia nostri quam etiam absentibus nobis, publice multi ibidem sanitatis adipiscerentur commoda...*; c. 37 : *Haec et alia multa intermisimus, quae tamen plurimorum ore vulgata in populis habentur.* — (12) Lib. I, c. 33 : *Ipse enim qui transtulit* (id est Anskarius), *et vitam et miracula eius singulis libris comprehendit*; c. 14: *Extat vitae actuumque eius insignis liber, quem successor eius quartus fideli stilo exaravit Anscarius.* — (13) Op. c., t. I, Anmerk. und krit. Ausführ., p. 51.

atque

AUCTORE A. P.

atque tum Wattenbachio (1) *tum ceteris recentioribus probavit. Sane non magni momenti hac in re est Adami Bremensis testimonium, cum facillime accidere potuerit ut duos libellos qui de eodem Willehado ante trecentos et amplius annos compositi erant quorumque alterum Anskarii nomen praeferebat, sive Adamus sive aliquis ante eum ab uno eodemque Anskario conscriptos esse coniceret.* *a quo Vitam etiam compositam esse* *Coniecturam autem non valde felicem fuisse inde colligimus, tum quod librum miraculorum a se conscriptum esse aperte et graviter profitetur Anskarius* (2), *scriptor autem Vitae neutiquam nomen suum innuit, tum quod ne verbo quidem indicat auctor Miraculorum se antea Vitam conscripsisse. Atque haec satis esse videntur ut veri simile non sit Vitam ab Anskario esse narratam; quamquam multo minus moveor ceteris argumentis quae a Dehio vel a Wattenbachio prolata sunt* (3). *Quod enim hic affirmat, prologum Vitae et prologum Miraculorum longe diverso stilo exaratos esse, id neque omnibus manifestum fuit* (4), *neque quicquam efficit, cum ad rem explicandam sufficiat ut alter libellus aliquanto tempore post* B *primum sit compositus. Frustra etiam videtur esse Dehio ubi ostendere nititur non solum a duobus scriptoribus confectos esse duos libellos, sed insuper alterum ab alterutro cognitum non esse ac proinde Vitam Bremae non esse scriptam. Quae omnia ex hoc colligit quod queritur Vitae scriptor miracula S. Willehadi non esse litteris tradita* (5); *quod duo miracula, quae in ultimo Vitae capite narrantur* (6), *in libro Miraculorum minime comparent; quod reticet Vitae scriptor cuncta miracula quae in altero libello leguntur. Atqui haec nullius sunt momenti. Fac enim, — quod saltem probabile est,— Vitam aliquot annis ante Miracula esse compositam, iam nodus, si quis est, prorsus expeditur.* *perperam quidam docuerunt.* *Non poterat enim scriptor Vitae miracula cognoscere quae postea, hoc est anno 860, contigerunt, multo minus ipsum librum miraculorum; Anscharium autem, dum solas res hoc anno gestas narrat, iterare vel commemorare debuisse duo illa alia miracula quae pridem in baculo et in calice S. Willehadi facta erant, quo iure statuemus? Nihil igitur obstat quominus non solum libellus miraculorum, sed et Vita Bremae sit conscripta.*

8. *Conscripta vero est quinquaginta aut amplius annis post obitum S. Willehadi, quo tamen tempore summa rerum quae gesserat primus episcopus Bremensis, in ipsius ecclesia satis fideliter servari poterat.* *Vita, ad quam componendam* *Sed praeter haec ore hominum tradita, scriptis etiam monumentis adiutum esse Vitae scriptorem est cur credamus. Si enim e Vita dempserimus et pauca quaedam quae e communi fama accepta videntur et fabulam sapiunt* (*v. g., c.* 7), *et multo plura quae mere ad aedificationem scripta sunt et cuiuslibet sancti episcopi veluti formam seu typum exhibent, supersunt loci breves, perspicui et* E *qui verae historiae speciem prorsus praebeant. Iam vero in aliquot ex his locis mirum in modum convenit Vita S. Willehadi cum chronico Moissiacensi; quod etsi longe a Brema atque a Saxonia conscriptum est, nihilo minus solum inter cetera monumenta saeculi IX de S. Willehado quaedam memoriae tradidit* (7). *Ordinationem atque obitum sancti episcopi refert, et quidem ad ipsum annum quo reapse evenerunt, etsi nullus annus diserte in Vita est traditus; sed et in priore loco quaedam habet quae ad verbum cum Vita conveniunt* (8).

CHRON. MOISSIACENSE.	VITA WILLEHADI.
Ad an. 787. Et beatus Villeadus ordinatus est episcopus in (*immo* III.) id. iulii super Wimodia, et super Riusteri, et Asterga, et Lara, vel Nordedi et Wangia; et ibi docuit verbum Dei...	*C. 8.* ... servum Dei Willehadum consecrari fecit episcopum tertio idus iulii, constituitque eum pastorem et rectorem super Wigmodia, et Laras, et Riustri, et Asterga, necnon Nordendi ac Wanga, ut inibi ... doctrina ... prodesse studeret.

Utrobique autem de Carolo Magno die 25 decembris anni 800 in imperatorem consecrato ea relata sunt, quae ut inter se et etiam cum Annalibus Laureshamensibus conveniunt, ita a ceterorum antiquorum documentorum narratione discrepant. Sed et utrobique verba similia eaque notatu digna de Roma dicta sunt (matrem imperii ... caput imperii).

C F

ANNALES LAURESH.	CHRON. MOISSIAC.	VITA WILLEHADI
An. 801 ... qui ipsam Romam tenebat, ubi semper Caesares sedere soliti erant, seu reliquas sedes quas ipse per Italiam seu Galliam necnon et Germaniam tenebat...	*An. 801* ... quia ipsam Romam matrem imperii tenebat, ubi semper Caesares et imperatores sedere soliti fuerant, seu reliquas sedes quas ipse in Italia et Gallia necnon et Germania tenebat...	*C. 5* ... quoniam ipse et eandem quae caput imperii fuerat, et multas alias tunc in orbe videbatur tenere provincias...

Etsi autem desunt haec ipsa verba in Annalibus, ex quibus hoc loco Chronicon exscriptum est, alibi tamen prorsus similia de Widukindo tum in Annalibus, tum in Chronico, tum in Vita Willehadi legimus :

ANNALES LAURESH.	CHRON. MOISSIAC.	VITA WILLEHADI
An. 785 ... Widuchind tot malorum auctor ac perfidie incentor...	*An. 785* ... Widuchint tot malorum auctor ac perfidiae incentor...	*C. 8* ... totius mali auctor incentorque perfidiae Widukindus...

(1) In praefatione ad versionem germanicam Vitae Willehadi (*Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit*, 2. Gesammtausgabe, XIV, 1888, p. 91). — (2) Vid. p. 838, annot. 10. — (3) Multo etiam minus iis quae congessit A. WETZEL, *Die Translatio Alexandri* (Kiel, 1881), p. 39-41. — (4) Aliter videbatur Rivetio, *Hist. litt. de la France*, t. V, p. 280. — (5) C. 11 : *cum inibi quamplura etiam per divinam dicatur operatus potentiam, non sunt ab aliquo recondita memoriae, quae multorum assertio veraci probat impleta miraculo.* — (6) Eodem cap. 11. — (7) *MG.*, Scr. t. I, p. 298; t. II, p. 257. — (8) Minime sibi constitit Pertzius cum altero loco (*MG.*, Scr. t. II, p. 257) Vitam in chronico, altero autem (ibid., p. 383) chronicon in Vita exscriptum esse censuit.

Quibus

usus est scriptor recensione iam perdita Annalium Laureshamensium,

Quibus omnibus collatis, quoniam veri simile minime est chronicon in longinqua regione compositum Vitae scriptori notum fuisse, multo minus Vitam, quae ceteroqui post chronicon scripta videtur, ab auctore chronici esse lectam, sapienter coniecit B. Simpson (1) *utrumque pro se quemque ex Annalibus Laureshamensibus hausisse, quos chronici Moissiacensis fontem praecipuum esse omnes norunt, non tamen ex his Annalibus quales nobis sunt traditi, verum ex recensione quadam ampliore iam deperdita. Nullo siquidem negotio intellegitur tum in Annalibus Laureshamensibus, quorum scriptor — etiamsi solam recensionem nobis servatam inspicimus — rebus Saxoniae animum intendebat atque de his bene erat edoctus, sermonem factum esse de S. Willehado, tum istos annales a scriptore Vitae Willehadi esse lectos.*

neque vero commentariis Bremensibus de sancto episcopo,

9. *Aliter totam rem explicaverat Dehio* (2): *ea quidem quae de Willehado perhibet chronicon Moissiacense ex recensione ampliore Annalium Laureshamensium hausta esse, non vero hunc fuisse fontem Vitae S. Willehadi. Opinabatur* B *enim statim vel certe non multo post mortem Willehadi scripto mandatas esse sive Bremae sive in vicinia breves quasdam de sancto praesule annotationes; transiisse illas 1° in Annales Laureshamenses (ampliores) atque ex eis in chronicon Moissiacense; 2° in* Librum donationum sive traditionum Bremensis ecclesiae, *quem affert Adam Bremensis, non tamen ubi de Willehado, sed ubi de successore illius Willerico sermonem habet* (3); *3° in Vitam Willehadi. Verum praeterquam quod nullo firmo argumento haec coniectura nititur* (4), *ipsa veri non est similis; quam enim facile intellegitur in Annalibus regni narratam esse coronationem Caroli Magni in imperatorem, tam improbabile videtur illam in brevibus notis, quas dicunt de Willehado in Saxonia conscriptas esse, non dico commemoratam, sed et explicatam. Merito igitur, posthabita illa coniectura, censuit Simson ex Annalibus Laureshamensibus partem quandam Vitae S. Willehadi, exiguam quidem sed optimam, esse desumptam. Reliquae eaeque multo maiores partes, ut non tanti habendae sunt, nequaquam tamen sunt spernendae. Etsi enim paulo tardius composita est Vita atque coepta iam erant, inter ea quae de* C *S. Willehado tum ferebantur, quaedam ad ornatum immisceri, nihilo minus laudandus est scriptor quod quae de sancto pridem mortuo ignorabat malis artibus non compensavit, sed narratione brevi, simplici et in rebus miris aut piis commentationibus parca, ea protulit quae generatim fidem concilient et de initiis christianae fidei in Saxonia antiquissimum simul et locuples testimonium perhibeant. Qui ab Anskario compositus est libellus de miraculis, etsi ieiuna narratione vix pauca refert quae ad rem historicam faciant, non tamen vel ipsis historicis inutilis est, cum nomina personarum et praesertim locorum bene multa exhibeat, et de moribus atque opinionibus horum temporum quadamtenus nos faciat certiores.*

simplex est et fide digna;

AUCTORE A. P.

neque inutilis liber miraculorum.

Utrumque libellum pluries editum

10. *Utrumque libellum primus edidit* (5) *Philippus* CAESAR, Triapostolatus septentrionis, vita et gesta S. Willehadi, S. Ansgarii, S. Rimberti *(Coloniae Agrippinae, 1642), p. 1-39, ex praevetusto, ut ait, et authentico Hamburgensis ecclesiae codice manuscripto; quo fideliter usus est* (6). *Cuius editionem nihil mutatam exscripsit Io. Albertus* FABRICIUS, Memoriarum Hamburgensium *volumine II (Hamburgi, 1710), p. 652-92.*

E *Neque multum mutavit, sive emendando, sive depravando* (7), *Io.* MABILLONIUS, Acta SS. O. S. B., *saec. III, 2, p. 404-18, cum Vitam edidit ex libro Philippi Caesaris et ex apographo ms. codicis Corbeiae Novae (Corvey) in Saxonia. In quo codice deerant et Vitae prologus et ultima duo capita Miraculorum. In ceteris vix a codice Hamburgensi discrepabat Corbeiensis, praeterquam in capitibus 34-36 libri miraculorum, quae partim aliis verbis enarrata exhibebat.*

Duabus editionibus tum Mabillonii tum Fabricii in sua paranda usus est LANGEBEK, Scr. rer. Danic. *t. I, p. 343-60.*

Bene de S. Willehado meritus est PERTZIUS, MG., *Scr. t. II, p. 379-90, cum Vitam et Miracula ad codicem olim Abdinghofensem, iam Monasteriensem, expressit, collatum cum editionibus Fabricii et Mabillonii.*

Quo neglecto, satis habuit MIGNE, P. L., *t. CXVIII, p. 1013-32, Mabillonii textum recudere* (8).

ad codices superstites recognovimus.

11. *Ipsi vero codices in primis adivimus* (9):

1 = *codicem olim abbatiae Abdinghofensis, qui nunc Monasterii Westfalorum in archivo regio provinciae servatur signatus I. B. 228. Membraneus est, foliorum 87 (0^m,237 × 0,141), exaratus* F *ante annum 1123, partim (fol. 1^r-81^r) ab Euerhardo*

(1) *Die überarbeitete und bis zum Jahre 741 fortgesetzte Chronik des Beda*, in FORSCHUNGEN ZUR DEUTSCHEN GESCHICHTE, t. XIX (1879), p. 133-34; cf. etiam F. KURZE, in *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. XXI (1896), p. 27-28. — (2) Op. c., t. I, Anmerk. und krit. Ausführ., p. 52. — (3) Illas breves de Willerico annotationes Dehio simillimas existimabat iis quae de Willehado in Vita ipsius discernere sibi videbatur. In his autem quae de Willerico erant affirmabat idem vir doctus tempus designari solitum esse non ex annis Christi, sed ex annis imperatorum vel episcoporum. Ad quae reponendum est solo loco Vitae Willehadi in quo tempus distincte indicetur, id fieri designato *anno incarnationis Domini;* sed et in his quae Adam de Willerico tradit bis tantum computum fieri ex solis annis imperatorum vel episcopi (lib. I, c. 15 et 17), ter autem etiam ex annis Domini (ibid. c. 18 et 20). Unde manifestum est quam infirmum sit fundamentum quo praecipue in tota re explicanda nititur Dehio, — (4) Vid. annot. 3. — (5) Iam dudum edita erat libelli prioris seu Vitae S. Willehadi versio quaedem germanica, contractior tamen illa et satis, si dici fas est, libera; quam ex Passionali anno 1497 Lubecae impresso (*Passionael efte dat Leuent der Hyllighen*) recudit LANGEBEK, *Scr. rer. Danic.*, t. I, p. 360-65. Vitae epitomen exhibuerant etiam cum alii, tum Surius ad d. 8 novembris (ed. an. 1618, t. XI, p. 207). — (6) Gravius aequo carpsit Pertzius editorem, quod Anskarii stilum, correxisset. Si enim mere orthographica non respicias, vix ille aliqua verba emendatius, ut sibi videbatur, scripsit, v. gr. *quaedam* pro *quaelibet*, *aliquo* pro *alicubi*, alia huiusmodi. Videantur amplae atque scrupulosae Notae verbales generales, quas Caesar editioni suae praefixit (apud FABRICIUM, p. 649-52). — (7) Editione Mabillonii magis magisque depravatum textum exhiberi censuit Pertzius. Sed neque hoc vere dictum est. Ceterum quaedam lectiones falsae, quas tamquam Mabillonianas affert Pertzius, Mabillonii non sunt, sed Pertzii. — (8) Versionem germanicam Vitae et Miraculorum ediderunt C. MIESEGAES, *Leben des St. Willehad's und St. Ansgar's ... aus dem Lateinischen übersetzt* (Bremen, 1826), p. 1-48; aliam C. M. LAURENT inter DIE GESCHICHTSCHREIBER DER DEUTSCHEN VORZEIT, quam iterum edidit W. Wattenbach, DIE GESCHICHTSCHREIBER... Zweite Gesammtausgabe, t. XIV (Leipzig, 1888), p. 93-123. Ex eadem maximam partem libri Miraculorum exscripsit I. C. WULF, *Sanct Villehad*, p. 82-100. — (9) Neglieximus epitomas breves easque nullius momenti quas praebent Sanctilogium Iohannis Gielemans, fol. 671^v-672^v (cod. Vindobonensis, bibliothecae privatae Caesaris Austriaci 9397 a, tomo III, qui exaratus est anno 1479; cf. *Anal. Boll.*, t. XIV, p. 41) et legendarium Korsendoncanum, tomo I, fol. 310^v-311^v (cod. Bruxellensis, Bibl. Reg. 858-861, scriptum anno 1490; cf. I. VAN DEN GHEYN, *Catalogue*, t. V, p. 95, n° 156).

AUCTORE A. P.

quodam, partim (fol. 82-87) a S. Vicilino. Legitur enim fol. 81^{v} *:* Laudat ut absentem monet hęc scriptura legentem. Euerhardum huius libelli scriptorem, ut me pro eo pia oratione apud Deum semper habeat laudatorem. Qui vivit et dominatur per inmortalia secula seculorum. *Quibus continuo subiuncta sunt alia manu, eadem, ut videtur, qua folia 82-87 exarata sunt :* Obsecro lectorem Vicilini peccatoris esse memorem (*cf.* MG., *t. c., p. 378*). *Tempore autem Fritherici Bremensis episcopi († 1123) a S. Vicilino, qui tunc Bremensis canonicus erat, dono datum est volumen abbatiae Abdinghofensi ; quod docemur annotatione quae saec. XII — quantum ex apicibus perspici potest, qui recentiore tempore atramento superinducto sunt renovati — fol. 1 descripta est et inde* MG., *t. c., p. 379 edita (cf. fol.* 87^{v}*, manu saec. XV :* Liber beatorum apostolorum Petri et Pauli monasterii Pad. in Abdinghoff). *Fol. 1 ante annotationem de qua diximus descriptus est saec. XII (apices hic etiam sunt renovati) index festorum SS. Willehadi, Ansgarii et Rimberti editus in* MG., *t. c.,*
B *p. 378-79. Folii 1 margo a muribus corrosus est; foliorum 13-16 pars inferior a nebulone excisa est, qui pergamena egebat; perierunt etiam singula folia post fol. 3 (superest exiguum fragmentum), 12 et 79. Insunt in codice, praeter alia, fol.* 1^{v}*-10* Vita B. Willehadi episcopi (BHL. *8898), omisso prologo; fol.* 10^{v}*-*21^{v} Virtutes et miracula *eiusdem* (= BHL. *8899); fol.* 21^{v}*-*24^{v} De S. Willehado *antiphonae et responsoria (Inc.* O gloriose Willehade in grege sanctorum velud lilium) *neumatibus ornata, ceterum parvi momenti.*

2 = *codicem olim Epternacensem, iam Parisiensem Bibl. Nat. lat. 9738, saec. XII. Insunt (fol.* 47^{v}*-52) Vita et (fol. 52-*55^{r}*) Miracula. In miraculorum capitibus 12-31 quaedam sunt contracta.*

3 = *apographum codicis Corbeiensis ad Mabillonium olim missum, quod nunc servatur in codice Parisiensi Bibl. Nat. lat. 11774, saec. XVII, fol. 275-*299^{r}*. Insunt Vita absque prologo et liber miraculorum; in quo alia legitur recensio capitum 33-35, desunt vero ultima capita 36 et 37.*

Periit vel certe nondum repertus est ipse codex Corbeiensis. Videntur etiam alia exemplaria periisse, Hafniense quod anno 1689 viderat
C *O. Sperlingius iunior* (1), *liber ille qui in catalogo nescio cuius bibliothecae saec. XI recensebatur* (2) *atque codex Hamburgensis quo usus est Philippus Caesar ; hunc tamen*

4 = *editione Caesaris supplevimus, annotatis etiam*

4a = *iis quae, teste eodem Caesare, manus altera in codice Hamburgensi correxerat.*

Quoniam vero ipsos fontes et novimus et adire possumus e quibus textum suum hausit Mabillon, ex eo (**Mab.**) *paucae dumtaxat coniecturae erant annotandae, quas editor proposuit.*

Ceteri scriptores

12. *Iam vero etsi postea de S. Willehado multi scripserunt, ad cognoscendam tamen sancti viri historiam vix ullam utilitatem conferunt, cum nihil aliud egerint nisi ut ea quae in Vita narrantur ipsi iterarent vel etiam, quod saepe saepius accidit, perversis interpretationibus aut fabulosis additamentis corrumperent. Cuius rei exemplum insigne habemus in Adamo Bremensi; qui cum Willehadi gesta narraret, quaedam* de Vita eius ad sensum excerpta *ita protulit ut in mentem venire potuerit viro rei criticae non perito* (3) *Adamum ex alia Vita, quae a S. Anskario conscripta esset, nunc autem perierit, non ex illa quae superest, ea quae profert accepisse. Immo Vitam nostram ab Adamo lectam esse ceteri iure ac merito censuerunt. Ea enim est Vitam inter et Adamum tum in rebus narratis, tum etiam in ipsis verbis convenientia* (4) *ut statuere coactus sit Wetzelius Vitam perditam, quam ab Anskario conscriptam autumabat, non solum ab Adamo, sed etiam ab auctore Vitae quae superest esse lectam :*

atque ipse Adamus Bremensis

E



narrationi Vitae antiquae nihil addiderunt

Atqui hac explicatione nihil est explicatum. Quoniam enim et manifestum est, et mox ostendemus, ubicumque dissentit Adamus a Vita quam habemus, ibi eum a vero dissentire, alterutrum putandum est : vel errores illos, quos in Adamo deprehendimus, Anskarii libellum infecisse, ab auctore autem Vitae BHL. *8898 esse sublatos, — quod quantum veri sit dissimile, dictu opus non est; — vel corrupisse Adamum ea quae ab Anskario recte scripta essent; age vero, cur non aeque potuit ea quae in Vita anonyma* BHL. *8898 narrata erant male reddere? Liquet ergo minime necesse esse ut statuamus Vitae anonymae praeivisse Vitam illam alteram, quae ab Anskario composita esset; quod vel ideo minus probabile est quod cum constet, Wetzelio ipso fatente, librum miraculorum ab Anskario scriptum Adamo usui fuisse, liber iste in omnibus qui supersunt codicibus, atque in his etiam qui in Saxonia servabantur — Hamburgi dico, Paderbornae (Abdinghof), Corbeiae Novae — cum Vita anonyma* BHL. *8898 coniunctus reperitur, ut nulli sapienti dubium esse possit Vita illa anonyma usum esse Adamum Bremensem.* F

praeter falsas interpretationes

13. *Infeliciter autem ea est usus* (5). *Cum enim in Vita legisset Willehadum in Fresiam venisse* ad locum (*Dockingam*) ... ubi et domnus Bonifacius episcopus iam olim martyrio coronatus fuerat (*c. 2*), *in his exponendis non una re erravit. Willehadum siquidem statim post mortem Bonifatii illuc advenisse censuit* (6) *atque Dockingam*

(1) Cf. Ioh. MOLLERUS, *Cimbria literata* (1744), t. III, p. 34. In hoc codice aderat et *Sermo de festivitate S. Willehadi* latinus, adhuc ineditus neque alibi repertus, qui Anskarii nomen, verene an falso incertum, praeferebat. Cuius haec erant prima verba : ***Annuam beatisssimi patroni nostri festivitatem...***, ultima autem : ***Haec nos beatus Willehadus suo exemplo exercere obtineat, ut quandoque etiam patrociniis eius locum aliquem consequamur, ubi ille feliciter gaudet in regno domini nostri Iesu Christi, cui cum Patre... Amen.*** — (2) Descriptus est hic catalogus in codice Sangallensi 831. Cf. *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. X, p. 169, annot. 3. — (3) A. WETZEL, *Die Translatio S. Alexandri. Eine kritische Untersuchung* (Kiel, 1881), p. 41-48. — (4) Singulos locos affert WETZEL, p. 46-47. — (5) Cf. I. M. LAPPENBERG, in *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, t. VI (1838), p. 791-93; K. KOPPMANN, in *Forschungen zur deutschen Geschichte*, t. VIII (1868), p. 635. — (6) Quod non tantum inde liquet quod narrat paganos aliquos ex iis qui Bonifatium occiderant facti paenitentes a Willehado esse baptizatos (lib. I, c. 12), sed maxime quia tradit Willehadum praedicasse ***tam Fresos quam Saxones post martyrium sancti Bonifacii omnes annos triginta quinque*** (lib. I, c. 14; iam vero a morte Bonifatii [5 iunii 755, ut putabat Adamus (lib. I, c. 11)] ad mortem Willehadi (8 novembris 789) sunt anni 34 cum mensibus 5. Adamum secuti sunt olim scriptores aliquot, ita ut alii Willehadum anno 755, alii etiam anno 750 in Fresiam traiecisse narrarent. Cf. Ioh. MOLLERUS, *Cimbria literata*, t. II, p. 985.

habuit

Auctore A. P.

A *habuit locum non martyrii tantum, sed et sepulturae S. Bonifatii. Etsi autem illo* olim *quod in Vita S. Willehadi legebat meliora doceri poterat, excusandus tamen videtur quod primum tempus, quo sanctus ex Anglia in Fresiam transierit, perperam definivit, cum nobis illud ideo dumtaxat quadamtenus assequi liceat quod annos regni Alchredi regis Northanhumbrorum comperimus, quos ille vix nosse poterat. Quod etiam de adventu Willehadi in Saxoniam graviter lapsus est, ubi scripsit (lib. I, c. 12) :* Septem annos praedicasse dicitur eandem regionem usque ad annum rebellionis Saxonum duodecimum (*776/777-783*), *quando tres annos in Saxonia tunc versatum esse Vita luculenter tradit (c. 5, 6), id etiam aliquam patitur excusationem, cum Vitae scriptor, postquam ostenderat Willehadum a Saxonia per aliquot annos (782-785) exsulasse, his verbis non ita iam luculentis exposuerit eundem septem post annos quam in Saxoniam venerat (780), factum esse episcopum (787) :* septem annis prius in eadem presbiter est demoratus parrochia (1). *In ceteris* B *autem in quibus a Vita recedit Adam, dum aliquid vel addit* (2), *vel mutat* (3), *aut nulla aut exigua tantum fides viro de historia Bremensi alias optime merito est adhibenda.*

et paucas quasdam fabulas.

14. *Multo minorem fidem tribuemus sequioris aetatis scriptoribus, qui forsan quia apud Adamum legerant Willehadum ideo in Fresiam properasse, quod esset* fervens amore martyrii (*lib. I, c. 12*), *eundemque,* licet gratia Dei maioribus eum praedestinaret titulis, suae tamen voluntati et studio nichilominus fuisse ad martyrium (*ibid.*), *ipsum reapse martyrium fecisse finxerunt* (4); *qua in re tum a Vita, tum ab Adamo, tum a liturgica Bremensis ecclesiae traditione prorsus recedunt. Generatim tamen accidit feliciter ut Willehadi gestis, progrediente tempore, non nisi paucissimae immiscerentur fabulae* (5) *atque, id quod laude et admiratione dignum est, ab his qui nostris diebus sancti vitam piis fidelibus enarraverunt* (6), *minime reciperentur.*

De cultu S. Willehadi liturgico.

15. *Superest ut de cultu S. Willehadi pauca, quae memoriae tradita sunt, colligamus. Illum haud diu post obitum a Bremensibus ut sanctum coli coeptum esse toti libelli duo de vita et miraculis satis innuunt, atque testis est Anskarius suo tempore die 8 novembris festum et depositionis et translationis sancti praesulis agi consuevisse* (7); *quibus postea accessit die 13 iulii memoria ordinationis eius, quae in codice Abdinghofensi saec. XII in. inscripta est* (8). *Etsi autem ad diem 8 novembris sanctus praesul in martyrologio Romano erat inscriptus, in ipsa tamen Germania, postquam saeculo XVI a fide catholica magnam partem defecerat, in desuetudinem abire visus est cultus in non paucis dioecesibus ei tributus. Qui ut in integrum restitueretur, instantibus episcopis Monasteriensi, Hildesiensi et Osnabrugensi, concessit anno 1901 Sacra Rituum Congregatio ut in honorem S. Willehadi missa et officium sub ritu duplici minore die primo libero post sancti natalicium celebrarentur.*

De eius reliquiis.

16. *Sacrum Willehadi corpus, postquam ab Anskario anno 860 in ecclesiam cathedralem reportatum erat et* honorifice compositum, *ibidem* E *quievisse atque mausoleum ipsius magno honore habitum esse videtur* (9), *donec Reformationis illius, quae dicitur, tempore, abiecto cum fide catholica sanctorum cultu, hae reliquiae in neglectum venerunt atque, ut videtur, perierunt* (10). *Antea tamen harum particulae quaedam aliquot ecclesiis dono datae erant* (11), *v. gr. intra annos 1120-1124 abbatiae Abdinghofensi apud Paderbornam* (12) *et tempore incerto ecclesiae Sancti Willehadi Wiburgi in urbe Iutiae. Quae ecclesia, ante annum 1200 condita* (13), *vestimentorum sancti particulas atque ossa etiam nonnulla possidebat in scrinio composita; illud autem scrinium cum post Reformationis tempora in maiorem ecclesiam Wiburgensem deportatum esset, cum ea anno 1726 incendio periit.*

De libro miraculorum Wiburgensium deperdito.

Ad has reliquias patrata dicebantur plurima miracula, ut de his etiam libellus anno circiter 1320 a monacho Wiburgensi in membranis conscriberetur; quod volumen vidisse se testatur, litteris ad Ericum Pontoppidanum datis, Chr. Ty-

(1) Vita, c. 8. Hunc locum ab Adamo respici, cum scribit illud *dicitur*, vix ambigendum est. — (2) V. gr. Willehado C in itinere Romano socium adfuisse S. Liudgerum. Cf. supra, p. 836, annot. 12. — (3) V. gr. ubi refert Adamus, commota anno 782 persecutione in christianos, socios Willehadi ***dispersos esse ad praedicandum***, dum in Vita legitur : (*Saxones*) ***servos Dei per loca quaeque vagantes dispergere coeperunt*** (c. 6), quin etiam : ***discipuli qui propter metum persecutionis passim dispersi fuerant*** (c. 7). — (4) Ita v. gr. carmen germanicum quod in aedibus curiae urbanae Bremensis appictum est imagini anno 1532 depictae, qua Carolus Magnus et S. Willehadus exhibentur tamquam ecclesiae Bremensis conditores. Imago delineata est carmenque editum in ***Denkmale der Geschichte und Kunst der freien Hansestadt Bremen***, Abth. II. ***Das Rathaus zu Bremen*** (Bremen, 1862), tab. V; inde vero apud Wulf, ***Sanct Villehad***, in limine libelli. Cf. etiam Ioh. Mollerus, t. II, p. 988. — (5) V. gr. quod Bremensi civitati a Carolo Magno libera iura impetraverit (ita Gerardi Rynesberch et Herbordi Schene chronicon Bremense vernaculum, apud I. M. Lappenberg, ***Geschichtsquellen des Erzstiftes und der Stadt Bremen***, Bremen, 1841, p. 56-57); quod ab eodem multas res pretiosas seu ***insignia, quae in eadem*** (Bremensi) ***ecclesia honorifice conservantur***, dono acceperit (ita " Vetus scriptum de ecclesia Bremensi " quod post Lindebrogium edidit Langebek, *Scr. rer. Danic.*, t. I, p. 366, quodque non saec. X/XI, immo vix ante finem saec. XIV est compositum). De his cf. Dehio, op. c., t. I, Anmerk. und krit. Ausführ., p. 52-53 : " Die spätere Ueberlieferung über Willehad ". Huiusmodi etiam est narratiuncula ex nescio quo recentiore chronico accepta, anno 787 Widukindum, principem regni factum, Wormatiam cum Willehado venisse atque sanctum virum Carolo regi " praesentasse " ut episcopus consecraretur (cf. Wulf, op. c., p. 51-52). — (6) P. Feenstra jr., ***Willehad, een apostel der Friezen***, in De Vrije Fries, t. XIV (Leeuwarden, 1881), p. 157-89; J. E. Wulf, ***Sanct Villehad, Apostel der Sachsen und Friesen an der deutschen Nordseeküste und erster Bischof von Bremen***, Breslau, 1889, in-8°, 5 ff., xiv-100 pp.; Anton Tappehorn, ***Das Leben des heiligen Willehad, ersten Bischofs von Bremen***, Dülmen, 1901, in-16, 50 pp. — (7) Mirac., c. 38. — (8) ***MG.***, Scr. t. II, p. 378. Cf. Historiam archiepiscoporum Bremensium saec. XIV in. compositam, ap. I. M. Lappenberg, t. c., p. 8 : ***Transitus eius celebratur festivis gaudiis VI. idus novembris, ordinatio autem eius III. idus iulii.*** — (9) Narrat Adam Bremensis (lib. II, c. 78) corpus egregii antistitis Alebrandi († 1043) ***in medio novae, quam ipse orsus est, basilicae tumulatum esse, in quo scilicet loco primum altare maius situm fuerat iuxta mausoleum sancti patris Willehadi.*** Porro cum et anno 860 et saeculo XI sepulcrum sancti nostri intra ipsam basilicam positum videamus, nescio quid sibi velint haec, quae auctor Vitae S. Rimberti († 888) rettulit (***BHL.*** 7258, c. 24), Rimbertum sepultum esse *foris basilicam prope tumbam sancti Willehadi extra murum ecclesiae orientalem.* — (10) Vid. Wulf, op. c., p. 74; cf. quae ad Mabillonium scribebat Adolfus Overham, Corbeiae Novae bibliothecarius, *Act. SS. O. S. B.*, saec. III, 2, p. 418. — (11) Cf. Wulf, l. c.; Tappehorn, op. c., p. 48. — (12) Annotationem hac de re in codice Abdinghofensi exaratam post Mabillonium (l. c.) edidit Pertz, ***MG.***, Scr. t. II, p. 379. — (13) Cf. E. Jörgensen, ***Helgendyrkelse i Danmark*** (Köbenhavn, s. a. [1909]), p. 155.

chonius

AUCTORE A. P.

chonius cathedralis Wiburgensis sub "reformata" religione pastor ac praepositus dioecesanus, a quo vix non omnia accepimus quae de cultu S. Willehadi apud Wiburgenses nobis innotuerunt (1); *libellus adhuc ineditus ubinam lateat resciscere non contigit, neque qui de eo postea meminerunt* (2) *quidpiam iis addunt quae apud Pontoppidanum docet Tychonius.*

Cetera cultus monumenta.

17. *Sancto praesuli dicatas esse et olim et nuper aedes sacras vix opus est commemorare* (3). *Illum autem non apud solos viros ecclesiasticos, neque Bremae tantum et in Dania in honore fuisse, sed pridem etiam a Fresonibus nautis esse in periculis invocatum, testatur Adam Bremensis non illepida narratione rerum audacter a nautis illis gestarum, quas ab Adalberto Bremensi episcopo didicerat* (4).

(1) Eius testimonium edidit E. PONTOPPIDANUS, *Marmora danica selectiora*, t. II (Hafniae, 1741), p. 213-14. — (2) V. gr. I. C. H. DREYER, *Notitiae librorum manuscriptorum historiae Cimbricae* (Rostochii, 1759), p. XXXII; C. MIESEGAES, *Chronik der freyen Hansestadt Bremen*, t. II (Bremen, 1829), p. 122; WULF, t. c., p. 74; JÖRGENSEN, t. c., p. 9-10. — (3) Cf. WULF, p. 76-80; TAPPEHORN, p. 47-48; JÖRGENSEN, p. 155. — (4) *Gesta pontif.*, lib. IV, c. 39, 40.

I. VITA S. WILLEHADI

Ex codicibus (**1.**) *Monasteriensi, archivi regii sign. I. B. 228;* (**2.**) *Parisiensi, Bibl. Nat. lat. 9738; ex apographo exemplaris Corbeiensis deperditi, in codice* (**3.**) *Parisiensi, Bibl. Nat. lat. 11774, et ex editione quam paravit Philippus Caesar ad codicem* (**4.**) *Hamburgensem etiam perditum, annotatis iis*
B *quae* (**4a.**) *altera manu in hoc codice correcta erant, et* (**Mab.**) *coniecturis Iohannis Mabillonii. — Cf.* E
Comm. praev., num. 11. Scribendi rationem eam retinuimus qualis in codice 1 est observata, etsi apices neglexímus quibus ibi nomina quaedam aliquotiens, minime tamen constanter, sunt notata.

Incipit prologus in vitam sancti Willehadi confessoris [1].

Laudati sunt sancti

Cum sanctorum laudes et actus religiosa fidelium depromit affectio, Christum profecto in eis praedicare, Christum nititur glorificare. Ipsius enim facti sunt virtute victores, cuius gratia probati fuerant in bona conversatione fideles. Gratia
I Cor. 15, 10. namque Dei secundum apostolum sunt sancti quod sunt. Et quia gratia ipsius semper est bona, per hanc quoque fiunt [2] homines voluntatis bonae. Ipsa quoque Dei [3] fit gratia ut ipsa bona voluntas, quae iam coepit esse, augeatur in bono et ita crescendo multiplicetur; quo possit iustus quilibet divina implere mandata quae voluerit, cum [4] plene perfecteque voluerit. Laudandi itaque sunt sancti propter bona merita ipsorum, quin immo magis [5] in eis Christus est laudandus, cuius gratia perceperunt ut boni ac sancti fierent. Quae tamen laudis praeconia cum multis in hac vita pie reli-
C gioseque viventibus fidelium devotione merito impertiantur [6], melius tamen ac rationabilius post bene peractam ac feliciter consummatam huius saeculi periculosissimam vitam sanctis exhibentur hominibus, quia tunc [7] potissimum sanctitatem cuiusque convenit extollere ac praedicare quando nec qui laudatur elatione tentari nec laudans adulatione poterit notari. Unde et mos sanctae ecclesiae iustissimus inolevit ut sanctorum qui in hac vita miraculis et fidei devotione ac bonorum operum perfectione clari ac laudabiles extiterunt, post eorum discessum conversatio ac religiositas describatur, ut posteri habeant in quo exemplum virtutis imitentur, habeant etiam in quo gratiam divinae miserationis contueantur, nec desperent se posse quae forte impossibilia videbantur, cum haec in illis cernant impleta quaeque ut ipsi fragili hic carne circumdati mira atque eximia divina adiuti gratia perpetrarunt. Cum vero haec a fidelibus cunctis iure impendenda sint [8] sanctis, illius videlicet supernae [9] patriae beatissimis civibus [10], diligentius tamen hoc unusquisque illis exhibere debebit quorum patrociniis specialius se tutari atque adiuvari nempe [11] indubitanter atque fideliter credit. Unde et nos beati patris nostri Willehadi, primi Bremensis ecclesiae episcopi, religiosam et in omnibus Deo devotam dignum duximus conscribere vitam, quo triumphum virtutis eius enarrantes et divinam praedicemus in eo [12] gloriam, et exemplum sanctitatis eius ad imitandum aliis proponamus.

praesertim ab eorum clientibus.

Explicit prologus [13].

Incipit vita beati [1] Willehadi episcopi [2].

Willehadus, in Northumbria natus,

1 [1]. Fuit itaque vir venerabilis de genere [2] Anglorum ex Nordhumbris, nomine Willehadus, qui ab infantia [3] sacris eruditus litteris ac spiritalibus [4] instructus disciplinis, studiose in Dei coepit [5] cultura vivere, et ieiuniis vigiliis atque obsecrationibus die noctuque intentus in Dei omnipotentis servitio devotus extitit. Fueruntque [6] eius acta cunctis illic habitantibus sicut honesta et bona, ita quoque amabilia et laudabilia. Quique etiam, succedente aetate [7], cunctorum favore [8] per electionis gratiam ibidem ad honorem est provectus sacerdotalem. Quod ille sanctitatis merito ac praecipuis bonorum operum exercitiis magis ac magis semper exornare atque augmentare studebat. Denique, accepta consecratione presbiterii, audivit quod Fresones atque Saxones populi hactenus increduli atque pagani, relicta idolorum cultura, fidei catholicae quodammodo iam coepissent ambire mysteria [9], ac baptismi sacramento vetustatis cuperent maculis emundari. Hoc itaque audito, magno vir Dei repletus est gaudio, et in-

et presbyter factus,

Prologus. — (*Deest in* 1, 3). — [1] Caput I. Prologus in v. s. W. 4. — [2] sunt 2. — [3] *om.* 2. — [4] *om.* 4. — [5] *om.* 2. — [6] imperitantur 2. — [7] (q. t.) t. enim 2. — [8] *om.* 2. — [9] *om.* 2. — [10] (b. c.) c. b. 2. — [11] non 2. — [12] (p. in eo) in eo p. 2. — [13] (E. p.) *om.* 4.

[1] sancti 2, 3, 4. — [2] et confessoris *add.* 2, 3, 4.

1. — (*Vitam in capita divisam non exhibent* 1, 2). — [1] Caput II. De patria eius et quid in ea egerit *add.* 3, 4. — [2] gente 3, 4. — [3] sua *add.* 2. — [4] spiritualibus 2. — [5] opere vel *add.* 2. — [6] fuerantque 2. — [7] *om.* 2. — [8] (c. f.) f. c. 2. — [9] ministeria 3, 4.

timo

a rege et episcopis Anglorum impetrat

Cf. Matth. 5, 15.

timo succensus amore inhianter quaerere coepit, qualiter pro Dei amore illas in partes sese transferret. Et quia divino instinctus [10] spiritu servus Dei huiuscemodi zelo de die in diem exardescebat, non potuit lucerna accensa latere sub modio in tenebris, sed posita est super candelabrum, ut luceret palam omnibus [11] qui vel tunc vel futuri erant in domo Domini. Accessit ergo ad regem qui tunc temporis in gente Anglorum dominabatur, nomine Alachrat (1), et quo [12] ad Domini esset servitium [13] zelo accensus illi lacrimabiliter intimavit, petivitque ut eius permissu atque licentia ad praedicandum verbum Domini patrias iam praedictas sibi adire liceret. Qui, comperta eius sanctissima voluntate, convocato ad se episcoporum aliorumque Dei servorum non minimo conventu, coram omnibus eius ferventissimam [14] insinuavit devotionem, omniumque pari consensu, — quippe quia et cunctis iam pridem eiusdem beati viri probabilis fuerat sanctitas [15], — eum supernae commendatum gratiae ad praedicta loca causa praedicandi verbum Domini destinavit.

ut in Fresiam mittatur,

2[1]. Quam ille peregrinationem [2] libentissimo suscipiens animo, quantotius mare, quod erat adiacens, transmeavit, venitque in Fresiam ad locum qui dicitur Dockynchirica [3] (2), quod est in pago Hostraga[4] (3), ubi et domnus [5] Bonifacius episcopus iam olim martirio coronatus fuerat (4). Ibi ergo quoniam [6] per praedicationem memorati martiris multi antea ad fidem instructi fuerant, cum magno ab eis est honore susceptus, ibique docens ea quae Dei sunt, multo tempore habitavit. Nam [7] et plurimi nobilium infantes suos ipsi ad erudiendum ibidem tradiderunt. Quos ille tam verbo doctrinae quam exemplo piae conversationis ad divinum iugiter incitabat [8] amorem multosque errantes olim a fide ad veram et catholicam revocavit scientiam, seque maximum lumen supernae claritatis [9] eodem in loco exhibuit. Gentilium quoque quam plurimam catervam, verbo sanctae praedicationis instructam, ibidem baptizavit.

ibique in pagis Hostraga

et Humarcha,

3[1]. Inde vero procedens, transivit fluvium Lovekę [2] (5), venitque ad locum qui dicitur Humarcha (6); ibique barbaris coepit nomen Domini praedicare ac persuadere ut, relicta supersticione idolorum, unius [3] veri Dei notitiam susciperent, quo per sacri baptismatis ablutionem [4] peccatorum suorum veniam promereri [5] potuissent, dicens insanum esse et vanum a lapidibus auxilium petere, et a simulacris mutis et surdis subsidii sperare solatium. Quo audito, gens fera et idololatriis [6] nimium dedita, in ira magna pariter omnes excitati, stridebant dentibus in

C

VITA AUCTORE ANONYMO

eum, dicentes non debere profanum longius vivere, immo reum esse mortis qui tam sacrilega [7] contra deos suos invictissimos proferre praesumsisset eloquia [8]. Quidam tamen inter eos saniori consilio suadebant ceteris, dicentes ignotam sibi hanc esse religionis normam, utrum ex divina sit voluntate proposita; virum [9] quoque ipsum nulli prorsus [10] obnoxium crimini; qua de re nec oportere eum tam dubia nece perire, verum magis mittendam esse sortem, quo demonstraretur caelitus an dignus esset interitu; sin alias, ut dimitterent eum liberum, et ipsi in nullo penitus noxii probarentur. Factum est ergo uti persuaserant, ac secundum morem gentilium missa est sors super eo, vivere an mori debuisset (7). Gubernante itaque divina providentia, sors mortis super eum cadere non potuit; quapropter nec nocere illi in aliquo sunt ausi, sed, inito concilio, dimiserunt eum a se abire illaesum.

postea in pago Thrianta evangelium praedicat.

4[1]. Qui inde transiens venit Thrianta (8), ibique [2] dum praedicaret verbum Domini, plurima multitudo gentilium credidit ac baptismi sacramentum percepit. Quo in loco ipse diutius immorans, et non credentes instruere, etiam credulos in via veritatis tam verbis quam et exemplis sedulus corroborare studebat; coeperuntque plurimi, imitantes [3] bonam vitam magistri [4], et errores gentilium odio habere, et christianam, quam profitebantur, religionem devota intentione venerari. Unde contigit ut quidam discipulorum eius, divino compuncti ardore, fana in morem gentilium circumquaque erecta coepissent evertere et ad nihilum, prout poterant, redigere; quo facto, barbari, qui adhuc forte increduli perstiterant, furore nimio succensi, irruerunt super eos repente cum impetu, volentes eos funditus interimere; ibique Dei famulum fustibus caesum multis admodum plagis affecere [5]. Quorum etiam unus, evaginato gladio [6], super servum Dei irruit, conatus ei capud abscidere. Verum beatus vir ipso in tempore capsam [7] cum sanctis reliquiis in collo suspensam habebat. Cumque ictus ferientis super collum eius decideret, corrigiam quidem capsae partim [8] praecidit, ipsum vero in nullo penitus vulnerare potuit. Quo miraculo pagani exterriti ipsum ac socios eius illaesos abire passi sunt, nec ulterius in aliquo eis molesti esse praesumpserunt.

E

F

Inde, iubente Carolo Magno,

5[1]. Post haec vero gloriosissimus Francorum rex Karolus, qui iam multociens in gente Saxonum elaboraverat, quo ad fidem christianae religionis converterentur, — sed illi aversi semper cordibus susceptam fidem saepius deserentes, pristinis magis [2] implicabantur erroribus, — audita fama viri Dei, ad se eum accersiri prae-

[10] instinctu 1. — [11] (p. o.) o. p. 2. — [12] quod 2. — [13] (e. s.) s. e. 2. — [14] (e. f.) f. e. 2. — [15] (f. s.) s. fuit 3, 4.

2. — [1] Caput III. Quomodo in Fresiam venerit et quomodo res ei procedere ibi coeperit *add.* 3, 4. — [2] predicationem 2. — [3] Docruchyrica 2; Docyncyrca 3, 4; Docyncyrea *Mab.* — [4] Hostrocha 2; Hostracha 3, 4. — [5] dominus 3, 4. — [6] qm̄ 1; quō 2; cum 3; quum 4. — [7] Tunc 4a. — [8] *ita etiam Mab.* — [9] scientię 2.

3. — [1] Caput IIII. Quomodo occidendus et sorte divinitus liberatus sit *add.* 3, 4. — [2] Loueke 2, 4; Loveke 3. — [3] *abhinc excisum est folium in* 1. — [4] absolutionem *Fabricius*; abluitionem *Pertz.* — [5] (v. p.) p. v. 2. — [6] idolatriis 2. — [7] sacrilegam 2. — [8] sententiam 2. — [9] utrum 2. — [10] *om.* 3.

4. — [1] Caput V. Quomodo plagis et gladio caesus miraculose servatus sit *add.* 3, 4. — [2] ibidemque 2. — [3] *om.* 3, 4. — [4] diligere *supplevit Mab.* — [5] affececere 2 *ante corr.* — [6] *abhinc rursus* 1. — [7] capsis 1. — [8] *om.* 3, 4.

5. — [1] Caput VI. Quomodo a Karolo imperatore in Saxoniam missus sit *add.* 3, 4. — [2] *om.* 1.

(1) Alchred rex Northumbriae an. 765-774. Cf. supra, p. 836, num. 3. — (2) Dokkum. Cf. ibid., annot. 10. In explicandis locorum nominibus Pertzii et Laurent annotationibus plurimum adiuti sumus. — (3) Oostergoo in Fresia occidentali. — (4) † 754. — (5) Lauwers. — (6) Pagus (Humsterland) quem fluvius Loveke dividit a pago Oostergoe. Cf. Altfridi Vita S. Liudgeri (*BHL.* 4937), lib. I, c. 22: *Qui* (Carolus Magnus) *constituit eum* (Liudgerum) *in gente Fresonum ab orientali parte fluminis Labeki* (= Lauwers) *super pagos quinque, quorum haec sunt vocabula : Hugmerthi* (al. *Hugmerchi*) et q. s. — (7) Similia habemus in Vita S. Willibrordi, c. 11 (supra, p. 442). — (8) Drenthe pagus, qui pago Humarcha continens erat inter orientem et meridiem.

cepit.

VITA AUCTORE ANONYMO

anno 780 in Saxoniam proficiscitur; *ubi cum multos ad fidem converteret,*

cepit. Quemque[3] ad se venientem honorifice ac reverenter suscipiens, eius confabulationi ac doctrinae libenter animum attendebat[4], probatumque sanctis moribus ac fidei non fictae constantia, misit in partes Saxoniae ad pagum qui dicitur Wigmodia (1), quo inibi auctoritate regali et ecclesias instrueret, et populis doctrinam sanctae praedicationis inpenderet, atque viam salutis aeternae libere cunctis illic habitantibus nunciaret. Quod ille ministerium devote susceptum officiosissime peregit, ac pertransiens cunctam in circuitu diocesim, multos ad fidem Christi ęuvangelizando convertit, ita ut in[5] secundo anno tam Saxones quam et[6] Fresones in circuitu commorantes omnes se pariter fieri promitterent christianos. Hoc itaque factum est anno incarnationis Domini DCCLXXXI, regni vero memorati principis serenissimi[7] Karoli XIIII^mo^, qui tamen necdum imperiali[8] fuerat apice sublimatus. Quem postea per manus reverentissimi[9] Leonis apostolici[10] imperatorem Romae consecratum anno regni eius XXXIIII° catholica Europae[11]
B consistens Christi venerata pariter et gratulabunda suscepit ecclesia. Siquidem imperialis potestas, quae post Constantinum[12] piissimum augustum apud Graecos in Constantinopolitana hactenus regnaverat sede, cum, deficientibus iam inibi viris regalis prosapiae, feminea magis dicione[13] res administraretur publica, temporibus ipsius per electionem Romani populi in maximo episcoporum aliorumque Dei servorum concilio, ad Francorum translatum est dominium; quoniam ipse[14] et[15] eandem, quae caput imperii fuerat, et multas alias tunc in orbe videbatur tenere provincias; ob quod et iure caesarea dignus esset appellatione. Praefato itaque regni[16] eius tempore servus Dei Willehadus per Wigmodiam ecclesias coepit construere ac presbyteros super eas ordinare[17], qui libere populis monita[18] salutis[19] ac baptismi[20] conferrent gratiam.

rebellantibus (anno 782) Saxonibus,

6[1]. Verum sequenti anno (2), instigante diabolo totius boni invido, quidam extitit perversioris consilii Widukindus[2], qui rebellare contra regem nisus[3] Karolum, multam secum Saxonum multitudinem aggregavit. Quique etiam unanimiter eos qui in fide Christi stabiles videbantur
C persequi ac punire, servos quoque Dei per loca quaeque vagantes dispergere atque a finibus suis effugare coeperunt. Qua persecutione commota, servum Dei contigit secundum mandatum Domini praecipientis: *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, de Wigmodia transire in Utriustri[4] (3), ibique conscendens navim, mare circa Fresiam transfretavit, sicque, opitulante Christi gratia, persecutionem eorum evasit. Porro Saxones crudelitatem, quam circa magistrum nequiverant, in discipulos ipsius, exardescente ira, ferventius exercuerunt. Siquidem Folcardum[5] presbiterum[6] cum Emmiggo[7] comite in pago denominato Leri (4), Beniamin autem in Ubhriustri[8] (5), Atrebanum vero clericum in Thiatmaresgaho[9] (6), Gerwalum quoque cum sociis suis in Brema, odio nominis christiani, gladio peremerunt. Et ipsis quidem ita[10] ad regna caelestia effusione proprii sanguinis feliciter evocatis, persecutionis[11] procella diutius postmodum rebellantibus desaevit Saxonibus.

in Fresiam fugere cogitur; Cf. Matth. 10, 23. *discipuli autem eius, qui remanserant, sunt necati.*

Romam profectus,

7[1]. Quo facto, vir Dei cognoscens nullam sibi tunc temporis praedicandi oportunitatem inesse, arrepto itinere, Pippinum[2] Langobardorum[3] regem adiit (7), sicque prospero cursu Romam pervenit. Ubi consistens, multis lacrimis et precibus ad sedem sacratissimam beati Petri apostolorum principis se[4] cunctamque fidelium[5] turmam sedulus ac devotus divinae commendabat clementiae, illos praecipue quorum cura maxime cordi erat, ne forsitan[6] suscepta in partibus Saxoniae christianitas machinatione diabolica tunc penitus annullaretur. E Inde autem discedens, et consolatione venerabilis papae Adriani (8) non modice corroboratus, servus Dei gaudens repedabat in Frantiam. Quo itinere[7] contigit divinam in eo etiam operatam fuisse virtutem. Namque minister viri Dei, vocabulo Aldo, qui alimenta procurabat magistri, quandam habebat patenam ligneam, quae[8] vulgo scutella vocatur, quam iugiter mundam et nitidam ad mensam ipsius coram eo ponere solitus erat. Quam praefatus minister quodam die casu fractam repperit. Tempore itaque refectionis cum eam vir Dei requireret, minister neglegentiam, quae contigerat nequaquam ei celare voluit, sed hanc fractam fuisse narravit. Quam ille ad se, qualis erat, statim deferri praecepit. Sed minister ad locum ubi iacebat rediens, quam antea fractam reliquerat, ac si nichil umquam detrimenti habuerit[9], integram repperit. Quam allatam coram ipso laetus et hilaris posuit, qui antea tremebundus et pavens iram iustae correptionis pertimuit. Quod ob gratiam sancti viri caelitus factum non dubitatur, quamvis ipse[10] elationem fugiens magis in abscondito quam publice id fieri F cupiverit. Igitur ab itinere concepto reversus, transivit ad locum qui dicitur Afternacha[11] (9), ibique discipuli eius, qui propter metum persecutionis passim dispersi fuerant, ad eum sunt denuo copulati. Quos ille benigna consolatione refocilans, ut pro fide Christi constanter in omnibus

in Franciam redit *et in monasterio Epternacensi*

[3] Quem 3,4. — [4] intendebat 2. — [5] *add. sup. lin.* 1. — [6] *om.* 2. — [7] *om.* 3, 4. — [8] (n. i.) i. n. 3. — [9] reverendissimi 3, 4. — [10] apostolicę sedis episcopi 2. — [11] Erope 1 *ante corr.* — [12] Constantium 2. — [13] directione 3, 4. — [14] (q. i.) i. enim 2. — [15] (i. et) et i. 3, 4. — [16] *om.* 2. — [17] (s. e. o.) o. s. e. 2. — [18] *om.* 3, 4. — [19] darent *add.* 2. — [20] baptismatis 3, 4.

6 — [1] Caput VII. Quomodo Widikindi persecutionem fugerit et quid socii eius passi sint *add.* 3, 4. — [2] *ita etiam* 4; Widikindus 2, 3; Widdikindus *Fabricius*. — [3] visus 3, 4. — [4] ut ruistri 2; Vtristi 3; Utriustigen 4a. — [5] Forcardum 1. — [6] *sequitur littera erasa in* 1. — [7] Emmingo 2, 3, 4. — [8] Ubruistri 2; Cibhriustri 3, 4; Cibhriustrigen 4a. — [9] Thiatmaresgao 3. — [10] *om.* 2. — [11] tamen *add.* 2, 3, 4.

7. — [1] Caput VIII. Quomodo durante persecutione Romam profectus sit et in Fresiam redierit *add.* 3, 4. — [2] Pipinum 3. — [3] Longobardorum 4a. — [4] ·s· 2. — [5] *om.* 2. — [6] forsan 3, 4. — [7] itenere 2. — [8] quo 3. — [9] habuisset 2. — [10] *add. m. pr. sup. lin.* 1. — [11] ępternacha (ępt- *al. m. sup. ras.*) 2; Asternacha 4, *Mab.*

(1) Pagus inter Visurgim et Albiam flumina, in quo sita erat urbs Bremensis. — (2) Anno 782. Vid. Annales Laurissenses et Annales qui dicuntur Einhardi ad h. a. — (3) Id est in partem exteriorem pagi Riustri (Rustringerland), qui ad occidentem pagi Wigmodiae situs erat ultra fluvium Visurgim. Alluebatur oceano britannico seu fresonico. — (4) Alius est pagus Laras de quo saepe infra. Leri autem situs erat in occidentali parte fluminis Huntae. Cf. C. H. NIEBERDING, *Geschichte des ehemaligen Niederstifts Münster*, t. I (Vechta, 1840), p. 55-65. — (5) In parte superiore pagi Riustri. — (6) In Ditmarsia (Ditmarschen), supra ostia Albiae fluminis ad septemtrionem. — (7) Filium Caroli Magni et Hildegardis et regem Italiae. Qui tunc annos circiter quinque natus erat. Cf. BÖHMER-MÜHLBACHER, t. 1², n. 508 d. — (8) Hadriani I, 772-795. — (9) Epternacensis abbatia, de qua supra, p. 428, num. 37.

duos annos commoratur.

bus se agerent, pie admonere studuit. Quique in eodem loco duobus fere annis demoratus, elegit solitariam inclausus [12] ducere vitam. Ubi etiam [13] non mediocriter [14] vivens, cum lectioni et [15] orationi continue [16] operam daret, tum praecipue scriptioni interdiu [17] deditus erat. Namque scripsit ibi epistolas beati Pauli in uno volumine aliaque quam plurima, quae a successoribus ipsius [18] ob monimentum [19] sanctae recordationis eius servata, hactenus manent inconvulsa. Multi quoque in eodem loco exemplis eius et monitis ad meliorem sunt vitam correcti et ad servitium Domini non ignaviter [20] accensi.

In Saxoniam (anno 785) reversus,

8 [1]. Post haec autem iterum venerandus Domini sacerdos Willehadus [2] regem adiit Karolum, qui tunc forte in castello consederat Saxoniae Eresburch [3] (1), praeponens [4] voluntatis suae devotissimam in praeparatione euuangelii pacis affectionem, atque ipsius in hoc aequissimam requirens praeceptionem. Qui pro consolatione laboris ac praesidio subsequentium eius dedit ei in benefitium quandam cellam in Frantia, quae B appellatur Iustina (2), praecepitque ei ut iterum pro nomine Christi coeptam repeteret parrochiam. Quod ille gratanter ac religiose suscipiens, rursus venit Wigmodiam, et fidem Domini publice ac strenue gentibus praedicabat. Ecclesias quoque destructas restauravit, probatasque personas, qui populis monita salutis darent, singulis quibusque locis praeesse disposuit.

fidem Christi non frustra praedicat

Sicque ipso anno, divino ordinante instinctu [5], gens Saxonum fidem christianitatis, quam amiserat, denuo recepit. Sed et totius mali auctor incentorque [6] perfidiae Widukindus [7], eodem anno regi se subdens Karolo, baptismi est gratiam consecutus (3). Sicque ad tempus sedata sunt mala quae illius fuerant ingesta pernitię. Post haec vero cum omnia pacifica viderentur, et sub leni [8] iugo Christi Saxonum ferocia licet coacta iam mitescerent colla, memoratus praecellentissimus princeps, in Wormatia positus civitate,

atque (anno 787) episcopus consecratur,

servum Dei Willehadum consecrari fecit episcopum III idus [9] iulii (4) constituitque eum pastorem atque rectorem super Wigmodia [10] et Laras (5) et Riustri [11] (6) et Asterga (7), necnon Nordendi (8) ac Wanga (9), ut inibi [12] auctoritate episcopali C et praeesset populis et, uti coeperat, doctrina salutari operibusque eximiis, speculator desuper [13] intentus, prodesse studeret. Sicque ipse primus [14] in eadem diocesi sedem obtinuit pontificalem. Quod tamen ob [15] id tam diu prolongatum fuerat, quia gens credulitati divinae resistens, cum presbiteros aliquociens secum manere vix compulsa sineret, episcopali auctoritate minime regi paciebatur. Hac itaque de causa septem annis prius in eadem presbiter est demoratus parrochia (10), vocatus tamen episcopus, et secundum quod poterat cuncta potestate praesidentis ordinans. Percepta vero consecratione pontificali, coepit in omnibus etiam devotius [16] se agere, et virtutum studia, quae prius exercuerat, multiplitius augmentando cumulare.

Vita auctore anonymo

vir multis virtutibus insignis

9 [1]. Namque a primaevis temporibus magnae vir iste fuit continentiae ac devote Domino omnipotenti ab ineunte servivit aetate. Vinum et siceram ac omne unde inebriari potest non bibit. Aesca autem eius erat panis et mel, holera et poma. Namque ab esu carnium, a lacte et piscibus temperabat, nisi quod memoratus apostolicus Adrianus ei iam in novissimo propter valitudines [2], quas in corpore tolerabat frequentes, quo piscem comederet praecepit. Cuius auctoritati ipse obtemperans, paululum indulgentius in hac parte agere coepit. Praeterea [3] nullus fere E dies transivit quo non sacra missarum sollempnia cum magno fletu ac contricione cordis celebraret. Intentus erat iugiter lectioni atque meditacioni sanctae doctrinae. Psalmodiae quoque pariter studiosissime invigilans, ita ut paene cotidie [4] psalterium [5], aliquamdiu [6] etiam duo vel tria, decantaret.

et in apostolico opere sedulus.

His itaque et aliis bonorum operum exercitiis [7] vir Dei suffultus, magnam populis in suimet ostentatione gratiam Domini praetendebat. Sicque doctrina eius duplici praefulgebat oraculo, dum quod praedicabat ore, confirmabat exemplo. Pertransivit itaque in circuitu suae diocesis vir iste [8] beatus, confirmans populum christianum, qui olim baptizatus fuerat, et praedicationis verbo multorum ad viam salutis errantia [9] corda compungens.

Sede episcopali Bremae constituta,

Aedificavit [10] quoque domum Dei mirae pulchritudinis in loco qui dicitur Brema; ubi et sedem esse constituit episcopalem; ac dedicavit eam kalendas novembris die dominico (11) in honore [11] domini nostri Iesu Christi sub invocatione sancti Petri [12].

paulo post, dum dioecesim peragrat,

10 [1]. Post haec vero cum studio piae intentionis cunctam saepius [2] in circuitu perlustraret parrochiam, ac docens ea quae Dei sunt plurimos F in fide corroboraret, pervenit ad locum qui dicitur Pleccateshem [3] (12), ibique consistens gravi coepit corporis febre vexari; et de die in diem languor crescebat fortissimus, ita ut cum eo

[12] inclusus 2, 4a. — [13] *om.* 2. — [14] medicriter 1 *m. pr.* — [15] atque 2, 3, 4. — [16] *om.* 3, 4. — [17] interdum 2, 3, 4. — [18] eius 2. — [19] monum- 2 *ante corr.* — [20] non inignaviter 2.

8. — [1] Caput IX. Ordinatio sancti Willehadi in episcopum *add.* 3, 4. — [2] *om.* 3, 4. — [3] Eresburc 2; Eresbur 3, 4. — [4] proponens 2, 3, 4. — [5] (d. o. i.) o. i. d. 2. — [6] *ita etiam* 1 *m. pr.*; incensorque 1 *corr. al. m.* — [7] Widikindus 3, 4. — [8] leui 2. — [9] kł. 2. — [10] Wigmodiam 4. — [11] Ruistri 3, 4. — [12] inbi 2. — [13] dessuper 1 *ante corr.* — [14] (i. p.) p. i. 2. — [15] *om.* 3, 4. — [16] devotus 3, 4.

9. — [1] Caput X. Continentia eius et alia pia opera *add.* 3, 4. — [2] valttudines 1 *m. pr.*; invalitudines 4a. — [3] pretea 2. — [4] (p. c.) quotidie p. 3. — [5] spalterium 2. — [6] aliquando 3, 4. — [7] exerciis 1 *ante corr.* — [8] bonus atque 2. — [9] errantium 3, 4. — [10] aedifficavit 1 *m. pr.* — [11] honorem 3, 4. — [12] apostoli *add.* 2, 3, 4.

10. — [1] Caput XI. Quomodo in Plexem aegrotaverit et mortuus sit, Bremae autem sepultus *add.* 3, 4. — [2] *om.* 3, 4. — [3] Pleccatheshem 2.

(1) Eresburg (Stadtberge) ad Timellam (Diemel) fluvium. Ibi multo tempore anno 785 commoratus est Carolus. Cf. Böhmer-Mühlbacher, t. I², n. 267 fg; G. Richter, *Annalen des Fränkischen Reiches im Zeitalter der Karolinger* (1885), p. 91. — (2) Cuius situs incertus est. Aliis eadem est Iustinna quae recensetur in Divisione regni Hlotharii II an. 870 (*MG.*, Capitularia t. II, p. 194, l. 6), quam Hadr. Valesius opinabatur esse Montjustin, dép. Haute-Saône, arr. Vesoul, cant. Noroy (*Notitia Galliarum*, p. 258), Krause autem conicit forsan esse Jussan prope Vesontium (*MG.*, l. c.). Alii nominant Justine, dép. Ardennes, arr. Rhétel, cant. Novion-Porcien (cf. Böhmer-Mühlbacher, t. I², n. 268 g). — (3) Cf. Böhmer-Mühlbacher, t. I², n. 268 i. — (4) 13 iulii 787. Cf. supra, p. 837, annot. 1. — (5) Laergau inter flumina Visurgim et Huntam. Cf. supra, p. 844, annot. 4. — (6) Cf. ibid., annot. 3. — (7) Ostringien, pagus vicinus pago Riustri ad occidentem. — (8) Pagus in quo urbs Norden, qui pago Riustri ad occidentem, pago Asterga ad septemtrionem situs est. — (9) Wangerland, pagus continens pago Nordendi ad Orientem. — (10) Id est: septem annis antea in haec loca primum venerat. Quae verba, utique non omnino luculenta, perperam intellexit Adamus Bremensis. Vid. supra, p. 841, num. 13. — (11) Anno 789. — (12) Blexen in pago Utriustri ad ostia Visurgis.

positi discipuli illius de vita eius ulteriore iam desperare coepissent. Quorum unus, qui beato viro forte familiarius loqui solebat [4], nomine Egisrik [5], accedens ad eum, qua [6] ipsi [7] de obitu eius trepidatione metuerent [8] ei lacrimabiliter ac questuose innotuit. Intentans etiam plebis commissae destitucionem admodum periculosam, qui [9] sub [10] pastoris regimine tunc tandem divino cultui parere videbantur [11]: "Noli", inquiens [12], "venerande sacerdos, quos nuper Domino adquisisti tam cito deserere; noli populum vel clerum tuo studio aggregatum tam mature relinquere, ne grex adhuc in fide tenellus luporum pateat morsibus devorandus [13]. Noli nos humiles clientulos tuae sanctitatis defraudare praesentia, ne

Cf. Matth. 9, 36.

videamur, sicut oves non habentes pastorem, errabundi vagare [14]." Cui beatus vir in haec compunctus verba respondit: "Noli", ait, "fili mi, me a Domini mei diutius avocare [15] conspectu; noli mihi temporalis molestiam vitae questuosis [16] depromere vocibus. Nec hic longius vivere appeto, nec mori pertimesco; tantum Deum

B meum, quem toto semper corde [17] dilexi, cui tota intentione servivi, precari volo, ut mercedem bonae remunerationis, qualem ipsi placuerit, mihi pro laboribus meis clemens ac propitius conferre dignetur. Oves autem, quas mihi credidit, ipsi tuendas committo, quia et ipse, si quid boni facere potui, illius potitus [18] virtute peregi. Non deerit eius vobis [19] clementia, cuius

Ps. 32, 5.

pie moritur

misericordia omnis plena est terra." Pia ergo devotione vir Domini caelo semper intentus, et orationis suae ad Deum iugiter vota praemittens [20], VI[a] idus novembris, die dominico, post solis ortum confessor Domini preciosus in Christi requievit nomine. Cuius ad exequias plebs undique devota accurrens, patrem et doctorem

et Bremae in basilica sua sepelitur.

beatissimum cum laudibus et ymnis ad sedem devehunt Bremensem, ibique eum in basilica nova, quam ipse aedificaverat [21], cum honore et reverentia condigna sepulturae tradiderunt.

In alteram basilicam

11 [1]. In quo loco multis et evidentibus persaepe demonstratum est signis quod isdem beatus vir [2] vere Domini sit miles electus. Quae tamen incuria et neglegentia praetermissa, non sunt alicubi

C descripta, licet non pauci extiterint [3] qui se scisse [4] faterentur [5] divinam in eodem loco saepius apparuisse virtutem. Sed et in alteram postea translatus ipse [6] basilicam, temporibus successoris ipsius bonae memoriae Willerici episcopi (1), cum inibi [7] quam plura etiam per divinam dicatur [8] operatus potentiam, non sunt ab aliquo recondita memoriae, quae multorum assertio veraci probat impleta miraculo. Non est tamen occultandum silentio quod ad gloriam beati viri divinitus patefactum, hactenus in Bremensi [9] conservatum manet ecclesia. Siquidem baculus hominis sancti, quem episcopali more ipse gestare consueverat, post obitum eius devotione fidelium [10] in quadam fuerat arca repositus. Contigit autem domum in qua haec eadem arca degebat subitaneo flagrare [11] incendio, et cum domo pariter etiam arca, cum omnibus quae intus recondita fuerant, penitus est consumpta. Sed baculum ipsum in nullo funditus ignis attingere potuit, verum in medio ignis ita est repertus incolumis ut nec signum quidem ardoris in eo ullum apparuerit. Unde Deus omnipotens in sanctis suis vere est laudandus, qui in minimis etiam rebus meritum ipsorum suis declarat fidelibus. Aliud quoque contigit, quod aeque beatum E

mox translatus,

miraculis claret, ex quibus

duo dumtaxat

virum magni coram Domino fuisse meriti praemonstrat. Calicem quippe eius, cum [12] quo sacrifitium Domino offerre continue [13] solebat, in quodam loco reconditum, discipulorum eius fidissima conservabat affectio. Ubi etiam [14] cum ingestus ignis cuncta consumeret, ac si [15] quid forte metalli fuerat opere fabricatum calore liquefactum deflueret, ipse, cum esset argenteus, omnino integer est repertus. Et vere miranda in eo Domini potestas apparuit, ut qui vero igne divini amoris vivens accensus fuerat, in eius reliquias post mortem ipsius terrenus ignis non valeret. Creatura enim, creatoris subiecta imperio, etiam vim naturae perdit, cum iussum dominantis [16] attendit. Nec potest aliquid detrimenti, quamvis natura dictante, perficere, cum vis uniuscuiusque naturae in creatoris pendeat omnipotentissima voluntate [17]. Mansit autem in episcopatu beatus Willehadus electus Dei [18] pontifex annis duobus, mensibus tribus, diebus viginti sex, et peracto boni certaminis cursu, feliciter migravit ad Dominum, cui est honor et gloria [19], potestas et imperium, per infinita saecula saeculorum. Amen. F

memoriae sunt tradita.

Quam diu episcopus fuerit.

[4] (f. l. s.) familiarior erat 2. — [5] Egesrik 2; Egisriki *Mab.* — [6] quasi 3, 4. — [7] ipse 1; *om.* 3, 4. — [8] -ret 1 *sup. ras.* — [9] quae 3, 4. — [10] (q. s.) quibus 2. — [11] videbatur 4a. — [12] inquit 3, 4. — [13] devorandos 3. — [14] vagari 3, 4. — [15] revocare 4a. — [16] questiosis 1 *ante corr.* — [17] (s. c.) c. s. 3, 4. — [18] potius 3, 4. — [19] *om.* 3, 4. — [20] promittens 1 *ante corr.* — [21] aedifficaverat 1 *ante corr.*

11. — [1] Caput XII. Miracula circa eum post mortem eius tam in sua quam altera, in quam translatus est, basilica *add.* 3, 4. — [2] (i. b. v.) idem v. b. 2. — [3] exliterunt 3, 4. — [4] cisse 2. — [5] fateantur 2. — [6] *om.* 2. — [7] in inib' 2. — [8] dicitur 2 *post corr.* — [9] Bremens 1 *m. pr.* — [10] (d. f.) f. d. 2, 3. — [11] fragrare 2 *ante corr.* — [12] in 2. — [13] (o. c.) quotidie o. 3. — [14] *om.* 2. — [15] *om.* 2. — [16] divinitatis 2. — [17] volutate 1 *m. pr.* — [18] Domini 3, 4. — [19] et *add.* 3, 4.

(1) Bremensis, 804/805-† 838. Cf. A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II², p. 405.

A

MIRACULA AUCTORE S. ANSKARIO

II. MIRACULA S. WILLEHADI

AUCTORE S. ANSKARIO EPISCOPO BREMENSI

Ex iisdem exemplaribus ex quibus Vita. — Cf. supra, p. 842.

Incipiunt[1] virtutes et miracula, quae per merita beati Willehadi in ęcclesia Bremensi sunt ostensa.

Praefatio Anskarii.

[1] Dono omnipotentis Dei, qui gratuita pietatis suae praeordinatione quosque in ecclesia sancta pastores constituit ac doctores, Anskarius[2] Bremensis ecclesiae praesul universis[3] per orbem concordi fraternitate degenti fidelium societati[4] pacem et beatitudinem in Christo orat sempiternam.

Ut merito reliquorum sanctorum laudes

Laudes Dei, quas sanctorum eius acta miranda testantur, non debere silentio praeterire[5] multotiens iam exemplis patrum addiscimus, qui plurima eorum quae Domini pietas per servos suos in hoc exercuit saeculo studiosius litteris commendavere[6], quae non solum viventium religiosam portenderent sanctitatem, verum etiam perenni vita cum Christo regnantium immortalem praemonstrent[7] gloriam. Revera enim qui hinc translati, adhuc tamen miraculis et diversarum ope virtutum hic populis adesse cernuntur, magnam nobis suae glorificationis dignitatem ostendunt, et quanti aput Deum sint meriti luce clarius fidelium patefaciunt cordibus. Set et magnum catholicae in hoc fidei declaratur indicium, dum quod invisibiliter divina peragit sublimitas, ac si oculis visa[8] conspiciat, indubitanter caelitus factum christiana non diffidit credulitas; et sanctorum acta deputat[9] meritis quae in eis fiunt locis ubi sacratissimae eorum conditae et habentur et venerantur reliquiae; quia, licet solus
Ps. 67, 36. sit omnipotens[10] Deus Israel, qui dat virtutem et fortitudinem plebi[11] suae, tamen mirabilis ipse in sanctis suis praedicatur et colitur, quorum precibus fit[12] ac[13] meritis[14] ut prodigia[15] et signa maiestas operetur divina. Nec tamen solum-
C modo ibi sancti prodesse cernuntur ubi temporaliter in cineribus suis ac reliquiis praesentes fore videntur, verum ubicumque fideliter invocati, per eum qui ubique praesens est, potentia et maiestate creatoris meritum ipsorum remunerantis,
Ps. 102, 22. in omni loco dominationis[16] eius fidelibus suffragari creduntur. Quod multis iam et evidentibus saepius patefactum constat remediis, quia plurimi sive inter tempestates ac procellas fluctuum, seu inter alia quoque discrimina positi, ad invocationem cuiuslibet sancti subito se divinitus senserunt adiutos. Unde si qua Dominus per sanctos suos miranda dignatus fuerit operari, iure ad noticiam plurimorum transfertur[17], ut posteris in memoria maneat spei quod priores ob gratiam perceperunt fidei. Quapropter nostra quoque humilitas ea quae in diebus nostris per potentiam divinae operationis ad ostendenda merita beati pontificis et confessoris[18] Willehadi patefacta claruerunt, litteris indagare censuit, ut quae in antiquis olim venerata iure praedicavimus sanctis, nunc in temporibus nostris ab eo qui huius nostrae, Bremensis videlicet, ecclesiae primus extitit pontifex, innovata, toto cordis gaudentes annisu, suscipiamus pariter ac collaudemus miracula. Non enim inmemor Deus adhuc populi sui deseruit quos redemit, verum inter innumera paganorum infestantium discrimina omni paene solatio destitutis hanc supernae visitationis voluit inpendere gratiam, ut de divina multo certius praesumerent clementia qui tantum[19] tamque Deo acceptum patronum in spiritu veluti et[20] in corpore secum manere cognovissent; nec timerent licet vastatam denuo inhabitare patriam, in qua sibi adesse sanctissimi patris non diffiderent merita. Immo laeti desertas repeterent sedes, quas[21] licet hostilis incursio fecerit exules, bonis exuberantes divina rursus reconciliaverit benignitas. Nec desperent sibi praesidia sancti in omnibus semper[22] affutura, cuius virtutem tam multiplicem in sanandis varie[23] vexatorum senserunt flagrare corporibus.

et miracula celebrantur, *ita narranda sunt S. Willehadi recentia miracula,* E

1 [1]. Anno itaque incarnationis dominicae DCCCLX, regni vero domni[2] nostri serenissimi principis Hludowici[3] XXVIII°, indictione VIII^a^, in ecclesia Bremensi coeperunt divinitus agi miracula, et de die in diem semper multiplicius crescere, ita ut iam longe lateque per populos rumor increbresceret plurimus, vere divinam in eodem loco apparuisse gloriam, et merita beati Willehadi in eadem basilica requiescentis honorabili virtutum flore pullulare. Quae cum per multorum ora volitarentur[4] et tam in praesentia nostri quam etiam absentibus nobis publice multi ibidem sanitatis adipiscerentur commoda[5], decrevimus haec eadem litteris conpręhensa posterorum tradere memoriae, quo una nobiscum Deum, qui in sanctis suis operatur, omnis fidelium natio gavisa collaudet. Et sicut praesentes per singula, quaeque[6] tunc forte miranda contigerint, in Domini laudibus tripudiando conclamant, ita etiam post futura religiosorum societas caelestem in beato viro congratulans admiretur potentiam. Abhinc[7] igitur miraculorum gesta ordire[8] incipientes, primo tempus quoque[9] ipsum quo haec agi coeperunt insinuamus, scilicet[10] post pentecosten anno nativitatis Domini supradicto, post transitum vero beati viri circiter annis evolutis septuaginta, qui tamen prius et in multis Deo dignus apparuit, quamquam haec, neglegentia abolita, non fuerint celebri pervulgata[11] ser-

quae ab anno 860 patrari sunt coepta, F

[1] (Incipiunt ... ostensa) *om.* 2; Explicit Vita sancti Willehadi episcopi. Incipit de miraculis ipsius 3, 4.

Prologus. — [1] Caput XIII. Praefatio sancti Ansgarii in miracula sancti Willehadi *add.* 3, 4. — [2] Ansgarius 3, 4. — [3] universę 2. — [4] societate 1 *ante corr.* — [5] praeteriri 3, 4. — [6] commendare 2. — [7] permonstrent 2; praemonstarent 3, 4. — [8] *om.* 3, 4. — [9] deputas 2. — [10] (s. o.) o. s. 3. — [11] plebis 1 *ante corr.* — [12] *om.* 2. — [13] et 2. — [14] merit sit 2. — [15] progia 1 *m. pr.* — [16] dominationes 1, 2. — [17] transferatur *Pertz; om.* 3, 4; deducuntur *supplevit Mab.* — [18] Christi *add.* 2. — [19] (q. t.) quantum 2. — [20] *om.* 2. — [21] quos 2, 3. — [22] *om.* 4. — [23] vere 2.

1. — (*Nullas capitum divisiones exhibet* 2, *non omnes* 1). — [1] Caput XIV. Tempus miraculorum S. Willehadi *add.* 3, 4. — [2] domini 3, 4. — [3] Hludovici 3, 4. — [4] *ita 1 m. pr.*, 2; volutarentur 3, 4; volitarent 1 *corr.* — [5] comoda 1 *m. pr.* — [6] quae 3, 4 a. — [7] Adhinc 1 *m. pr.* — [8] ordiri 3, 4. — [9] (t. p.) q. t. 2. — [10] *abhinc periit folium in* 1. — [11] provulgata 2.

MIRACULA AUCTORE S. ANSKARIO

mone. Deinde et nomina eorum qui sunt curati una cum valitudinis morbo, sed et loca quoque in quibus vel progeniti vel conversati fuerant, partim, prout res se habebat, interserendo texuimus, quo et veritas miraculorum multiplicius attestata commendetur, et singuli ex propinquis vel vicinis suis eius subsidio medicatis, quantam[12] beati viri persenserint[13] gratiam, devotius recognoscant.

in duabus

2[1]. Igitur femina quaedam de Osleveshusun[2] (1), Tida[3] nomine, per septem annos caecata, dum quodam sabbato dominam suam peteret, quo ad ecclesiam procederent, illaque responderet sibi tunc non licere, sed in crastinum mane die dominico se simul ituras, illa statim mature diluculo surgens suam acceleravit praeire dominam atque ad ecclesiam, quadam deducente se anicula[4], gressu properare veloci. Quo cum pervenisset, ibique orationi dedita solo prostrata incumberet, subito divini muneris dono lumen recepit amissum. Cumque post eam veniens domina ipsius basilicae penetraret intima, eamque ex ipsa[5] loquela praesentem adesse cognosceret, repente ad illam accurrit gaudens et dicens: " Mea[6] domina desideratissima[7], gratias Deo " omnipotenti et laudes refero, quia meritis beati " Willehadi te oculis meis videre promerui. " Quod factum illa ammirata cunctis ibi astantibus confestim enarravit, et quod vere illuminata fuerit, multorum testimonio approbante, patefecit; sicque haec virtus in populo ad clarificationem Dei publice manifestata est.

B

feminis caecis,

3[1]. Rursus de pago Emisga[2] (2) femina quaedam, nomine Wimod, novem annis caecitatem perpessa, cum quodam die vespertino tempore ad ecclesiam conveniret praedictam, ibi[3] facta oratione, post[4] vesperas hospitium ubi erat mansura repeteret, subsequenti nocte ei quod ex amisso lumine salutis ibi esset remedium perceptura in visu est denuntiatum. Cui rei ipsa ex votoutcumque credula, ecclesiam statim adire studuit, ibique merita sancti toto invocans corde, divina adiuta gratia, luminis quod amiserat[5] recepit officium. Quod etiam ad gloriam Dei multorum attestatione continuo patefactum[6] claruit.

in septem infirmis,

4[1]. Post haec autem die nativitatis sancti Iohannis Baptistae in conventu populi[2] maximo[3] septem languidi a diversis sunt infirmitatibus liberati. Quod quia per singula enarrare non necessarium duximus, duo tamen eorum quae peracta sunt miraculorum singillatim[4] perstrinximus, quo ex his etiam caetera valeant intellecta[5] perpendi. Nempe una ex ipsis femina quaelibet[6] fuit ex villa in proximo sita Liudwineshusun[7] (3), nomine Simod[8], quae tribus aut eo amplius mensibus oculorum privata lumine, ibidem nutu Dei gratiam pristinae visionis recępit. Altera[9] quoque[10] de villa ipsius loci, videlicet Brema, extitit, morbo contracta femina; quae in infantia dum fortuitu[11] ignis adustione pede cremaretur, nulla subveniente medicina, articuli sursum versi paene ex toto pedem ei subverterant[12]. Quae multis annis eandem perpessa molestiam, praefato die, cunctis astantibus, pedis et articulorum extensione sanitatem promeruit.

D

in femina curvata et in puella caeca,

5[1]. Porro ex Laris de villa Slutra[2] vocabulo[3] (4) quaedam femina fuit, per multos annos incurvata; quae non aliter ambulare nisi manibus reptando poterat, nec omnino[4] sursum respicere. Ad postremum quoque ita, morbo perurgente[5], debilitata[6] fuerat ut non, nisi portaretur, alicubi[7] devenire potuisset. Quae etiam habebat filiam, quam ex ipsa infantia nativo lumine[8] caecitas obscuraverat. Hanc[9] itaque, audita miraculorum virtute, simul cum filia propinqui vel vicini ad ianuam Bremensis detulerunt ęcclesiae[10]. Quae inibi posita, cum fide aliorum subvecta advenisset, miseratione divina et de filiae illuminatione gaudere promeruit et semetipsam gestans ac sursum erecta, propriis gressibus notas repedavit ad sedes.

E

in duabus feminis,

6[1]. Item ex Laris de villa Falathorp (5) duae feminae, una contracta et altera orba, cum ad eundem locum deductae fuissent, divini muneris largitate incolumes ad propria[2] sunt reversae.

in adulescente paralytico,

7[1]. Ex pago quoque supra dicto de villa Bokkenhusun (6) quidam adolescens, multo iam tempore paraliticus, ad eundem locum deductus, divino nutu incolomitati pristinae redditus, ad propria rediit sanus.

in femina paralytica,

8[1]. Ceterum de pago Ostarburge[2] (7), ex villa nomine Baldrikeswich[3], quaedam femina, vocabulo Adsuit, paralysi valde[4] graviter et diu vexata, cum quadam die dominica eo advecta[5] esset[6] et multi in eadem die, septem videlicet vel octo, ex diversis curati fuissent languoribus, ac post missae celebrationem hoc idem populo denuntiaretur, et pro exhibitis miraculis tam clerus quam et populus laudes Deo debitas modolatis[7] decantaret vocibus, subito ipsa e medio populi surgens, ad gradus altaris, ubi alii aegroti sanati iacebant, coepit accurrere. Quae cum a circumstantibus, ne in chorum clericorum canentium forte prosiliret, retineri conaretur, ipsa quod sibi praeceptum fuerit, quo ante altare cum aliis sese[8] collocaret, mente[9] alacri fatebatur. Visum namque ei fuerat, quod sacerdos qui de aliorum sanitate populo annuntiaverat, ei

F

[12] quantum 2. — [13] praesenserint *Fabricius*.

2. — [1] Caput XV. 3; Caput IX. 4; De quatuor in aliis post mortem eius factis miraculis *add.* 3, 4. — [2] Osleveshusim 2; Osseveshusun 3. — [3] Dida *Mab.* — [4] annicula 2. — [5] (ex i.) i. ex 2. — [6] mi 2 *et forsan* 4 (*cf. Ph. Caesar, " Notae verbales ", § 3*). — [7] desiderantissima 2.

3. — [1] II. 3, 4. — [2] Emisgao 2. — [3] ibique 2. — [4] *abhinc rursus* 1. — [5] ammiserat 1 *m. pr.* — [6] *om.* 2.

4. — [1] III. 1, 3, 4. — [2] populo 1 *m. pr.* — [3] multo vel maximo 1 (*glossa textui inserta*). — [4] singulatim 2, 3, 4. — [5] intellectu 3, 4. — [6] quaedam *Caesar* (*cf. " Notae verbales ", § 4*). — [7] Liuduuineshusen 1; Hliuduuineshusun 2; Luidwinenshusun 3, 4. — [8] Sy simod 1. — [9] altero 3. — [10] vero 3. — [11] fortuito 3. — [12] subvertebant *Mab.*

5. — [1] IIII. 1, 3, 4. — [2] Sluttra 3, 4. — [3] nomine 2. — [4] omnia 4. — [5] perurguente 2; perungente 4, *corr. a* 4a. — [6] debilitati 1 *m. pr.* — [7] aliquo 3, 4. — [8] nati volumine 2. — [9] hac 4a. — [10] *om.* 2.

6. — [1] Çap. XVI. Alia quinque sancti Willehadi miracula. V. *add.* 3, 4. — [2] propia 1 *m. pr.*

7. — [1] V. 1; VI. 3, 4. — [2] Bokkenhusim 2.

8. — [1] VI. 1; VII. 3, 4. — [2] Ostarburgę 2. — [3] Baldriksesuuih 2. — [4] *om.* 2. — [5] adducta 3, 4. — [6] est 1; fuisset 2, 3, 4. — [7] modulatis 1 *corr. al. m.*, 3, 4. — [8] se 2. — [9] menti 3, 4.

(1) Oslebshausen infra Bremam ad Visurgim. — (2) Pagus ad inferiorem Amasim seu Emisam fluvium (Ems). — (3) Lunsen ad Visurgim, a Brema inter orientem et meridiem. — (4) Schlütter ad Delmam flumen, haud procul a Delmenhorst. — (5) Falldorf prope Syke, haud ita procul a Brema ad meridiem. — (6) Bücken ad Visurgim. — (7) Osterburge ad Visurgim, multo longius a Brema, etiam ultra Mindam urbem ad meridiem.

quoque

A quoque ut surgens cum ceteris ad altare procederet manu annuerit. Cuius requisita infirmitate ac sanitate patefacta, omnes ad laudandam omnipotentiae divinae maiestatem atque extollenda beatissimi viri merita, tanto instantius quanto et iterata virtute obtabilius, corde compuncti lacrimisque prae gaudio obortis, denuo alacres personuerunt.

in femina caeca,

9[1]. Denique[2] ex Waldsatis[3] (1) quaedam fuit femina de villa[4] Willianstedi (2), nomine Ikkia, quae septem annis visus[5] fuerat caecitatem perpessa. Cui cum de praefato loco signa miraculorum iam, fama vulgante, ubique percrebrescerent[6], quaelibet[7] vicina sua exhortans dixit : « Quare non et tu sanctum Dei exquirere conaris, ut tibi quoque lux oculorum patefacta clarescat? » Illa autem se libentissime ita velle respondit, verum hoc tantum suo repugnare desiderio quia non haberet ductorem. Cui illa denuo subiunxit : « Ecce, si alium non habes, ego te, quomodocumque potero, illuc deducam ». Cuius illa promissum, quia aliud sibi nesciebat refugium, gratantissime[8] accepit. Erant autem B ambo[9] pauperculae. Arrepto itaque itinere ipsae duae tantummodo, Domini secum comitante gratia, ad praefatum tandem pervenerunt sanctuarium[10]. Ubi cum precibus devote[11] insisterent, illa quae caeca fuerat subito illuminatur et conversa ad sociam[12] suam[13], subridens atque congratulans, dixit : « O quam bene, quam bene mihi tuum contigit audisse consilium, ut sanctum Dei perquirerem; ecce una tecum lumen caeli video. » Hoc itaque factum statim publice praedicatum, magnam populis divinae miserationis spem dedit; quoniam secundum psal-
Ps. H. 10, 14. mistae[14] dictum illi[15] derelictus est pauper, ideoque et ipse refugium est pauperum in tribulatione; pupillo quoque et orphano ipse promptus semper erit adiutor. Recepto itaque luminis visu, ipsa, iam non socia ducente, set pariter comitante, ad suum sana rediit tugurium, Domini laudes ore[16] semper cantando, et comparis suae salutaria monita gratias referendo iugiter[17] extollens.

in femina paralytica,

10[1]. De pago autem[2] supradicto[3] quaedam femina aeque Ikkia vocata fuerat; quae per multa[4] annorum curricula a cingulo usque deor-
C sum paralisi ita contracta[5] extitit ut de menbris ipsis nichil penitus sentiret, nec quoquam[6] ire nisi cum scabello sese trahendo posset. Quae ad sanctum perveniens locum, Domini miseratione viribus reparatis, suis se pedibus quo voluit ipsa subvexit.

MIRACULA AUCTORE S. ANSKARIO

in aliis infirmis quos S. Alexander martyr

11[1]. Quidam vero homo indigena, causa paupertatis circumeundo stipendia quaerens, ad basilicam sancti dudum convenerat Alexandri (3). Qui habebat filiastram secum circumeuntem caecam, et ipse quoque duplici poena multo tempore orbitatem[2] sustinens. Ubi cum morarentur, contigit meritis sancti praedictam filiastram ipsius unius oculi visionem percipere. Quo dono exhilarati, [3] ulteriora progredientes, ad oratorium pervenerunt Bremense; ubi in oratione positi, beati Willehadi intercessione multiplici sunt fęnore ditati. Nam et ipse amborum visionem percepit oculorum, et filiastra ipsius alterius quoque illuminatione est gavisa. Quod cum fidelium qui affuerant denuntiaretur testimonio, plebs omnis exultando dedit laudem Deo[4].

partim dumtaxat sanaverat,

12[1]. Praeterea ex pago Nordwidu[2] (4) quidam homo ad limina memorati martiris olim transierat Alexandri; qui mutus simul et surdus, diutino labore ab infantia miserabili potiebatur vexatione. Meritis igitur[3] praefati martiris[4] auditum percepit. Ultro[5] vero tendens et ad basilicam Bremensis ecclesiae perveniens, divinae largitatis clementia loqui pariter et audire, beato Willehado interpellante, promeruit.

in puella debili,

13[1]. Item[2] ex Laris de villa Otishusun (5) cuiusdam Frideberni[3] filia omnibus menbris diutino fuerat contracta languore. Quae ad praedictam deducta basilicam, per dies septem gravissimam in corpore molestiam pertulit, ita ut iam paene exanimis prae doloris crederetur magnitudine; sed tandem, divina annuente clementia, levius agi coepit, et ad pristinum reparata offitium, meritis sancti incolomitatem recępit. Quae paternam revisens domum, omnibus sana menbris, parentibus ac vicinis festivum plane exhibuit gaudium.

in femina surda,

14[1]. De[2] Steoringis[3] (6) quoque ex villa Gandrikesarde[4] (7), quaedam femina, Herimod nomine, duobus annis surda extiterat; quae ad praedictum deveniens locum, intercessione sancti audiendo redire meruit.

in duabus feminis,

15[1]. Item[2] de Laris ex villa Falathorp[3] (8) duae illuc advenerant[4] fęminae, una incurvata,

9. — [1] VII. 1; VIII. 3, 4. — [2] *om.* 2. — [3] ualosatis 2. — [4] *om.* 2. — [5] *ita cod. omnes*; visa *Pertz*, *perperam.* — [6] percrebescerent *Pertz.* — [7] quaedam 3, 4. — [8] gratanter 2. — [9] ambae 2, 4. — [10] scāiariū 2. — [11] (p. d.) d. p. 3. — [12] *om.* 2. — [13] *om.* 3. — [14] spalmistę 2. — [15] ille *Pertz.* — [16] *om.* 3, 4. — [17] iugitͧ 1 (= iugiter, *non* iugitur, *ut legit Pertz*; *cf. in Vita c. 2, ubi* 1 *ita* : ad divinū iugitͧ); (r. i.) i. r. 3, 4.

10. — [1] VII. *iterum* 1; IX. 3, 4. — [2] *om.* 3. — [3] *om.* 2, 4; eodem 3. — [4] multorum 2. — [5] contra 2. — [6] quodam 2.

11. — [1] Caput XVII. Alia sex sancti Willehadi miracula. X. *add.* 3, 4. — [2] orbitantem 3. — [3] ad *add.* 2. — [4] (d. l. D.) l. D. d. 3.

12. — [1] VIII. 1; XI. 3, 4. — [2] norduuido 2. — [3] *om.* 3, 4. — [4] (p. m.) sancti Alexandri 2. — [5] Ultra 3; (Ultro ... promeruit) apud beatum autem Willehadum linguae absolutionem promeruit 2.

13. — [1] VIIII. 1; XII. 3, 4. — [2] *Totum caput ita contrahit* 2 : Item quędam puella omnibus (omnis *m. pr.*) membris contracta ad predictam basilicam est perducta pristinaque sospitate recepta gaudens remeavit ad propria. — [3] Friderberni *Fabricius.*

14. — [1] X. 1; XIII. 3, 4. — [2] *Totum caput ita contrahit* 2 : Item quędam erat femina duobus annis auditu aurium privata, quę huc adducta meritis sancti Willehadi est protinus curata. — [3] Steornigis 3, 4; Steorgis 3 *ante corr.* — [4] Gandrikesard 3, 4; Grandikehard *Mab., qui annotavit :* « al. Gandrikesard. »

15. — [1] XI. 1; XIV. 3, 4. — [2] (Item ... praesidium) Hinc duę fuerant feminę, una incurvata, altera orba. Hę sancti Willehadi implorantes auxilium 2. — [3] Falathorpe 3, 4. — [4] advenerunt 3.

(1) Pagus a Brema inter orientem et septemtrionem situs. — (2) Wilstedt in praefectura Ottersberg. — (3) Wildeshusae. Cf. *BHL.* 283. Honestum inter sanctos de iuvandis infirmis certamen, quod saepe in aliis libellis hagiographicis recurrit, de SS. Alexandro et Willehado narrat c. 11 et 12 Anskarius, disertius autem explicat ADAM BREMENSIS, *Gesta pontificum*, lib. I, c. 34: *Sique temporum seriem computemus, ipsum est tempus* (annus 861, cf. c. 33) *quo in Saxoniam translatio sancti Alexandri contigit* (immo contigit anno 851). *In qua illud memorabile videtur, confessorem nostrum* (S. Willehadum) *cum advena martyre certasse, quis eorum videretur esse maior et in gratia sanitatum populis acceptior.* — (4) Norden in Fresia orientali. — (5) Oiste ad Visurgim in praefectura Hoya. — (6) Pagus ultra Visurgim prope Bremam inter occidentem et meridiem. — (7) Ganderkesee. — (8) Cf. supra, p. 848, annot. 5.

nomine

MIRACULA AUCTORE S. ANSKARIO

nomine Hathaburch[5], et altera orba, nomine Marcswid[6]; quae divinum ibi flagitantes praesidium, ambae cum sanitatis gaudio proprias sedes laetabundae[7] repetierunt[8].

in puella infirma,

16[1]. Porro de Wege[2] villa publica (1) quaedam puella, multo tempore omnibus infirmata menbris, nihil omnino virium in proprio retinebat corpore[3]. Ad confessionem itaque deducta sancti, divinae largitatis munificentia et virium possibilitatem et totius corporis recępit sanitatem.

in duabus feminis caecis,

17[1]. Ceterum de Sturmi[2] (2) ex villa Ekina quaedam fęmina, vocabulo Gerswid[3], caecitatem multo tempore passa, in eodem loco posita, lumine[4] est privato donata.

18[1]. Similiter quoque de Stenthorpe (3) pagi[2] quaedam femina diutius caeca, dum orationi decumberet, auxiliante beato viro, luminis est curata[3] remedio.

in viro caeco,

19[1]. Denique ex Fresia de villa Westanko[2] (4) vir quidam caecus Meinradus, eo adveniens, superna illustratus gratia[3], luminis recepit offitium.

in femina caeca,

20[1]. De[2] Laris autem[3] ex villa Hahtho (5) Reinmuod[4] nomine, novem annis caecata, sanctissimi viri precibus longe optatam ibi recipere visionis[5] promeruit gratiam.

in viro contracto

21[1]. Ex[2] Wihmodis[3] autem de villa Midlistanfadaruurde[4] (6) quilibet[5] homo manu multis admodum contractus annis, ibidem, Domino tribuente, incolumis est redditus[6].

in femina caeca,

22[1]. Item[2] de Wigmodis ex villa Westristanbeverigiseti[3] (7) fęmina, Thiadgardis nomine, diu caeca, ibidem est illuminata.

in viro vulnerato

23[1]. De[2] Sturmi vero ex villa Ekynon[3] (8) Akko quidam vocabulo iam quondam[4] in brachio vulneratus fuerat. Cui[5] cum nulla subveniret medicina, armum ad omnia opera multis annis inertem[6] habuit. Qui illo adveniens[7] et dierum suorum ociosam consumptionem[8] deplorans, auxiliumque[9] beati viri expostulans, superna donante gratia, cum diu dolore brachii torqueretur, tandem sanatus porrectam extendit dexteram. Pro cuius incolumitate cum omnes Deo gratias retulissent, ille domum reversus, fiducia iam suae[10] sanitatis admonitus et de Dei misericordia certissime confisus, uxorem suam, quae multo iam tempore in caecitate permanserat, secum ipse[11] ad eandem reduxit[12] ecclesiam. Ubi cum pro concesso remedio vir fide corroboratus mulieri benefitium, et mulier quoque viri sui doctrinis admonita Dominum sibi inhianter posceret adesse propitium, caelitus inspirato lumine, subito mulier clare coepit cuncta[13] videre. Quod statim in populo declaratum, magna fidei tribuit incitamenta, et cunctorum animos ad credulitatem divinae confirmavit potentiae. Cumque pro eorum salute clerus ac populus personaret[14], ipsi ad propria gaudentes reversi, tanto alacrius atque studiosius[15] labori coeperunt insistere[16] quanto se meminerunt ociose vacantes[17] dies multos antea perdidisse.

et muliere caeca,

in viro muto,

24[1]. De Laris quoque[2] concepta iam dudum[3] divina creverunt miracula. Nam quidam Hruodwig[4] ex villa Stenbiki[5] (9), tribus annis mutus, cum inibi positus[6] auxilium beati viri imploraret tacitus, divina miserante gratia, aperto ore, subito Domini coepit enarrare magnalia[7].

in femina contracta,

25[1]. Item[2] de villa Rehterefled[3] (10) quaelibet[4] fęmina multis fuerat annis morbo ita contracta ut nec in lecto se in alteram partem absque adiutorio posset movere, nec ullius menbri[5] aliqua prorsus commoditate potiretur. Quam cum amici, fide excitati, ad confessionem deveherent sancti, ibique in medio posita crabatto[6], ac si feretro tamquam mortua[7] decubaret, subito sana prosiluit[8] e lecto, et prorumpens in medium, laudes concinebat[9] Domino; nec iam curans[10] crabatti[11] praesidia,[12] in pace dimissa, viam qua advecta fuerat propriis gressibus ambulabat intrepida.

in femina debili,

26[1]. Porro[2] de villa Buochem[3] (11) ex pago Lohingao[4] (12) quaedam fęmina, Siberin[5] vocata, cum infirmitate cogente omnibus esset menbris invalida, ita ut nichil ei virium[6] in proprio esset corpore, meritis beati viri[7] ibidem sanitatem adepta est integerrimam.

in femina manca,

27[1]. Rursus de Laris ex villa Eggrikeshusun[2] quaedam fęmina ab infantia ita extiterat manca ut nulli[3] umquam usui apta ei[4] altera fuerit manus. Quae[5] cum in sancto posita loco, auxilium divinae miserationis corde posceret intimo, subito sana, manibus plaudens[6] utrisque,

C [5] Hathaburg 3, 4. — [6] Macswid 3, 4. — [7] *om.* 2. — [8] revisenrunt 2.

16. — [1] XII. 1; XV. 3, 4. — [2] uuge 1 *ante corr.* — [3] (in p. r. c.) in c. r. p. 2.

17. — [1] XIII. 1; Caput XVIII. Alia septem sancti Willehadi miracula. XVI. 3, 4. — [2] Sturim 2. — [3] Gersuid 2. — [4] lumini 2.

18. — [1] XVII. 3, 4. — [2] *ita codices, nullo spatio vacuo;* " forsan pago " *annotat Mab.* — [3] (e. c.) data 2.

19. — [1] XIIII. 1; XVIII. 3, 4. — [2] *ita* 1, 3, 4; uuestenko 2; Vestanko *Mab., Pertz.* — [3] (s. i. g.) *om.* 2.

20. — [1] XV. 1; XIX. 3, 4. — [2] (De ... nomine) Quędam ibi femina 2. — [3] *om. Mab.* — [4] (H. R.) Hahthoreinmud (-mod 4) 3, 4; Hahthoreimund *Mab.* — [5] (i. r. v.) *om.* 2.

21. — [1] XVI. 1; XX. 3, 4. — [2] (Ex W. a. de v. M.) *om.* 2. — [3] Wigmodis 4 — [4] Midlistanfadarvurd 3, 4. — [5] quidam 2 *corr. man. rec.*, 3, 4. — [6] (i. e. r.) r. e. i. 2.

22. — [1] XVII. 1; XXI. 3, 4. — [2] (Item ... nomine) Femina quędam 2. — [3] Westriftanbeverigisaeti 4; Westrifranbeverigisaeti *Fabricius.*

23. — [1] XVIII. 1; XXII. 3, 4. — [2] (De ... fuerat) Akko quidam vocabulo quondam fuerat vulneratus in brachio 2. — [3] Ekgnon *Mab., qui annot.:* " alias Ekynon ". — [4] quodam 3, 4. — [5] Huic 2. — [6] inermem *Mab.* — [7] veniens 2, 3, 4. — [8] consumptiem 3. — [9] -que *om.* 2. — [10] (i. s.) s. i. 3. — [11] *om.* 2. — [12] perduxit 2. — [13] *om.* 2. — [14] personasset 2. — [15] (a. s.) *om.* 2. — [16] (c. i.) insistebant 2. — [17] (o. v.) v. o. 2. F

24. — [1] XVIIII. 1; Caput XXIX. Alia quinque sancti Willehadi miracula. XXIII. 3, 4. — [2] *om.* 2. — [3] (c. i. d.) d. i. accepta 2. — [4] *om.* 2; Rhoudwig 3, 4. — [5] Stenbike 3, 4; (ex v. S.) *om.* 2. — [6] (i. p.) *om.* 2. — [7] (e. m.) m. e. 2.

25. — [1] XX. 1; XXIV. 3, 4. — [2] (I. de v. R.) *om.* 2. — [3] Rehtereflet 3, 4; Restereflet *Mab.* — [4] quaedam 2, 3, 4. — [5] membris 2 *ante corr.* — [6] grabatto 2; grabato 3, 4. — [7] praemortua 2, 3, 4. — [8] prosilivit 2. — [9] concinnebat 1. — [10] (n. i. c.) non curabat 2. — [11] grabatti 2; grabati 3, 4. — [12] sed *add.* 2.

26. — [1] XXI. 1; XXV. 3, 4. — [2] *Totum caput ita contrahit* 2: Quędam femina omnibus ex infirmitate membris invalida meritis beati viri sanitatem a. est i. 2. — [3] Bouchem 3, 4. — [4] Lohingaho 3 (*non* 4). — [5] Hiberin *Mab.* (*male lecto codice* 3). — [6] iurium 4. — [7] (m. b. v.) b. v. m. 3.

27. — [1] XXII. 1; XXVI. 3, 4. — [2] -husum 2. — [3] (nulli ... manus) numquam ulli sibi usui manus apta fuerit altera 2. — [4] (a. ei) aptari 3, 4. — [5] Quē 1. — [6] laudans 2.

(1) Kirch-Weihe et Süd-Weihe in praefectura Syke. — (2) Citra confluentem Visurgis et Alerae, in dioecesi Werdinensi. — (3) Stendorf prope Lesum, a Brema inter occidentem et septentrionem — (4) An Wester-Accum? PERTZ. — (5) Zur Hache in praefectura Bruchhausen. — (6) Misselwaarden in terra Wursten, quae est in septemtrionali parte Wigmodiae ad oceanum Fresonicum. — (7) Wester-Beverstedt. — (8) Cf. supra, annot. 2. — (9) Steimke prope Barrien in praefectura Syke. — (10) Rechtenfleth ad Visurgim. — (11) Forsan Büchten prope Ahlden. — (12) Leinegau, pagus ad Laginam (Leine) flumen.

iubilationem

A iubilationem Deo in voce reddebat exultationis.

in femina muta,

28 [1]. Sed et de Liastmona (1) quaedam fuerat [2] ancilla venerandi comitis Herimanni [3], quam ipse causa operis textrini in domo sua Hethas (2) cum aliis ancillis esse praeceperat; quae [4] cum ibidem posita dominico inesset servitio, occulto quidem sed recto Dei iudicio [5], alias sana, loquelae tantum est amissione dampnata. Qua cum diutius molestia premeretur [6], nec aliquid prorsus loquendo resonare valeret, praedictus comes, miseratione Domini compunctus, libertatem ei pro animae suae tribuit remedio, sicque inde dimissam ad propria redire permisit liberam. Deducta igitur a comitibus, [7] Bremam pervenit, statimque ecclesiam adire devota, ut creditur, intentione curavit. Namque rerum effectu claruit quid ipsa fideli mente tractaverit. Properans quippe ad fores ecclesiae, statim misericordiam Domini sibi obviam sensit; nam in ipso [8] introitu basilicae, cum ingrederetur fores atrii, impedimento linguae repente [9] soluto [10], altius exclamare ac laudes Deo canere coepit. Cuius cum B causam coram positi requirerent, quae gesta fuerant plane ac dilucide enarravit; sicque haec [11] virtus, aliorum etiam testimonio in populo declarata, beati viri merita cumulavit eximia. Quae inde ad paternam se transferens domum, cum ipsa [12] hilaris iret [13] ac laeta, sanitate [14] simul ac libertate donata, parentes quoque ac propinquos ex suo fecit adventu ac prosperitate gaudere.

in puella muta et contracta,

29 [1]. Item [2] de Bremis puella quaedam, nomine Wige [3], diu muta et omnibus quoque menbris contracta, ita ut non alicubi [4] nisi ab aliis delata [5] sese transferre posset, in [6] eodem loco meritis beati viri et loquelae usum et menbrorum omnium recepit offitium.

in femina manca,

30 [1]. Post haec etiam de Upriustri [2] (3) quaedam fęmina [3], ex dextera parte a tempore nativitatis manca, nomine Tethildis [4], Domino auxiliante, ibidem est sanata.

in femina caeca,

31 [1]. De [2] Wigmodis autem ex villa Medemahem (4) femina quaelibet [3], Ida vocabulo, novem annis caecitatem passa, ibidem Domini gratia oculorum donata est luciflua claritate [4].

in femina lusca,

32 [1]. Ceterum de Riustri [2] ex villa Scmalonfleet [3] (5) quaedam fęmina, Dislith nominata [4], C per undecim menses uno oculo caecata, illo adveniens meritis beati viri [5] amborum se gavisa est potitam lumine [6].

Miracula auctore S. Anskario

in femina paralytica,

33 [1]. Ex [2] villa quoque Tadinghem [3] (6) quaedam fęmina, Egilmarc [4] vocata, quattuor [5] annis paralitica, ibidem [6] a parentibus in carruca adducta, adiuvante superna gratia, propriis gressibus gaudens remeavit ad propria.

in femina caeca,

34 [1]. Denique [2] ex loco Utrothe [3] nuncupato quaedam fęmina anno uno et [4] dimidio luminibus oculorum orbata, exorante [5] beato viro, ibidem sanitatem recępit illuminata [6].

in femina clauda,

35 [1]. Porro [2] de Liastmona quaelibet [3] fęmina, Hrotgardis [4] vocata, multis iam annis uno pede clauda, cum duobus baculis [5] praefatam adiens basilicam, gressu [6] amissi pedis sibi reddito, sensit beati viri vere divinitus concessam in eodem loco flagrare virtutem.

in multis aliis.

36 [1]. Fuerunt praeterea multi [2] causa recuperandae salutis ad eundem locum properantes, meritis beatissimi pontificis in via sanati [3]; quorum aliorum [4] relatione innotuit sanitas, quia nequaquam ipsi, uti coeperant, locum sanctum expetere curaverunt, verum magis sanitate E donati, ex itinere redeuntes, ad propria festini cum gaudio sunt reversi, Dominum et beatum Willehadum magnificis laudibus praedicantes.

Corpus sancti ab Anskario

37 [1]. Verum nos [2], ne prolixior narratio [3] onerosa [4] fiat legentibus, haec et alia multa intermisimus, quae tamen plurimorum ore vulgata in populis habentur. Corpus autem ipsius sanctum [5], quod iam tunc a loco requietionis suae in alterum [6] translatum fuerat locum [7], nos cum maxima fidelium turma ac cleri innumerabilis conventu exinde sublatum feretroque inpositum, magnis populorum vocibus in laudem Dei ac beati viri concrepantibus, die depositionis [8] illius in nova, quam tunc [9] dedicavimus, collocavimus basilica.

in novam basilicam translatum.

Ubi honorifice compositum, magnifice postmodum atque innumeris claruit virtutum indiciis, et de die in diem meritis beati viri multiplicia inibi crescunt miraculorum signa. Agitur autem dies [10] depositionis eius simul et translatio [11] corporis VI idus novembris, ad laudem et gloriam nominis domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre et Spiritu sancto unus et verus Deus vivit et dominatur per inmortalia secula seculorum. Amen. F

28. — [1] XXIII. 1; XXVII. 3, 4. — [2] fuit 2. — [3] *ita etiam* 3 *ante corr.;* Hirimanni 3 *post corr.*, 4 *et Mab.;* Heremanni 2. — [4] quo *Fabricius*. — [5] servitio 1 *ante corr.* — [6] promeretur 1 *m. pr.* — [7] ad *add.* 2, 3, 4. — [8] (n. in i.) in i. enim 2. — [9] *om.* 2. — [10] resoluto 3, 4. — [11] *om.* 1. — [12] (c. i.) *om.* 2. — [13] *om.* 2. — [14] (sanitate ... gaudere) propinquis suo ex adventu ac sospitate attulit gaudia 2.

29. — [1] XXIIII. 1; Caput XX. Alia septem sancti Willehadi miracula. XXVIII. 3, 4. — [2] *om.* 2. — [3] (n. W.) *om.* 2. — [4] aliquo 3, 4. — [5] dilata 1 *m. pr.* — [6] (in e. l.) *om.* 2.

30. — [1] XXV. 1; XXIX. 3, 4. — [2] (e. de U.) *om.* 2. — [3] *om.* 2. — [4] Tethileis 3, 4; (n. T.) *om.* 2.

31. — [1] XXVI. 1; XXX. 3, 4. — [2] (De ... vocabulo) Quędam fem. voc. Ida 2. — [3] quaedam *corr. Caesar*. — [4] (o. d. e. l. c.) lucifluę o. claritati e. d. 2.

32. — [1] XXVII. 1; XXXI. 3, 4. — [2] Rustri 2. — [3] Smalonfleot 2; Smalonflet 3, 4. — [4] (D. n.) *om.* 2. — [5] (m. b. v.) b. v. m. 4. — [6] (g. e. p. l.) oculorum lumina est gavisa 2.

33. — [1] XXVIII. 1; XXXII. 3, 4. — [2] (Ex ... femina) F. q. ex v. T. 3. — [3] Tadighem 1; Tadinghē 2; Thadingen 3; Tadinghem 4. — [4] Egilmare 3. — [5] (quattuor ... propria) fuerat, quae longo tempore morbo paralytico horrendum in modum afflicta, tandem miseratione divina ad sanctum perveniens locum ibidemque instanter Deum deprecans, paralysi liberata, reparatis viribus, Deo gratias egit et cum gaudio domum rediit 3, *Mab.* — [6] eadem 4.

34. — [1] XXVIII. 1; XXXIII. 3, 4. — [2] (Denique ... illuminata) Similiter quoque in loco Citirothe nuncupato quaedam fęmina luminis officio diu destituta, cum primum ad eumdem locum pervenit ibique orationi dedita solo prostrata incubuit, subito divini muneris dono lumen recepit amissum 3, *Mab.* — [3] Cithirothe 4. — [4] ac 2, 4. — [5] exoratae 1 *ante corr.;* exorantae 1 *corr.* — [6] illumina 1.

35. — [1] XXX. 1; XXXIV. 3, 4. — [2] (Porro ... virtutem) Rursus de Liastmona nomine Rotgardis femina qnaedam clauda, cum illic auxilium beati viri serio imploraret, divina miserante gratia, sanata propriis gressibus cum summa animi voluptate ambulabat intrepida 3, *Mab.* — [3] quaedam *corr. Caesar*. — [4] Hrotgard 2; Rotgardis 4. — [5] scabellis vel baculis 2. — [6] gressum 2 *ante corr.*

36. — (*Hoc caput om.* 3). — [1] XXXI. 1; Caput XXI. Conclusio miraculorum sancti Willehadi 4. — [2] multis 2. — [3] sunt sanitati redditi 2. — [4] aliaorum 2.

37. — (*Hoc caput om.* 3). — [1] XXXII. 1. — [2] *erasum in* 1. — [3] narra 1 *ante corr.* — [4] -ner- *sup. ras. in* 1. — [5] sancti 4. — [6] alteram 4 (*non* 2). — [7] basilicam 2, 4. — [8] deposionis 1 *m. pr.* — [9] *om.* 2. — [10] (a. d.) d. a. 2. — [11] translationis *Mab.*

(1) Lesum ad Wemmam (Wümme) flumen. — (2) Hesen haud procul ab Hoya? — (3) Cf. supra, p. 844, annot. 5. — (4) Medhem, curtis in parochia Achim prope Bierden. — (5) Schmalenflet ad Visurgim. — (6) Thedinghausen.

DE

A D

DE SANCTO WIOMADO

EPISCOPO TREVERENSI

ANNO 791 A. P.

Weomadus saltem annis 762-791,

1. *Wiomadus* (1), *qui in cunctis catalogis antiquis episcoporum Treverensium veluti decessor Richbodi episcopi († 804) recensetur* (2), *idem videtur esse Wiomodus episcopus quem anno 791 vita functum esse Annales Maximiniani docent* (3). *Idem nominatur in diplomate quo Carolus Magnus circa annum 782 testatur ab illo monasterium Medolacum ecclesiae Trevericae in iudicio esse vindicatum* (4): a partibus Sancti Petri Treverecensis, ubi Weomadus archiepiscopus pontifex esse videtur (5); ... ut suprascriptus Weomadus archiepiscopus tale praeceptum vel iudicium evindicatum de iam dicto monasterio Medolaco... B accipere deberet (6). *Anno circiter 779 ab Hadriano I papa designatus est* Viomagus *episcopus ut cum Tilpino Remensi archiepiscopo et cum Possessore incertae sedis episcopo de ordinatione Lulli Moguntini episcopi deque illius fide, doctrina et moribus quaestionem haberet* (7). *Petente* viro apostolico Weomado sancte ecclesie Treverice episcopo, *Carolus Magnus anno 772 immunitatem confirmavit quam illi ecclesiae decessores ipsius contulerant* (8). *Anno 764 subscripsit* Automadus Treverorum episcopus *chartae fundationis monasterii Laureshamensis* (9); *anno 762* Wiemadus episcopus *subscripsit diplomati a Pippino rege Prumiensibus concesso* (10).

neque vero ab anno 753,

2. *Ultra hunc annum 762 nihil certi habemus. Spurium enim est diploma Pippini quod anno 760 datum fingitur, quo ecclesiae Treverensi, petente* Wiomado archiepiscopo, *possessio cum aliorum bonorum, tum etiam monasteriorum Sancti Maximini, Sanctorum Paulini et Eucharii atque Sanctae Mariae Orreensis confirmatur* (11). *Quod autem recentes scriptores Wiomadum anno 753 episcopum factum esse dixerunt* (12), *id nullo firmo argumento probatur. Ratio affirmandi fuit Liutwinum* C *Treverensem episcopum anno circiter 713 vita functum esse; Milonem, qui Liutwino successit,* per quadraginta circiter annos *sedem Treverensem obtinuisse; Miloni continuo suffectum esse Wiomadum. Et hoc quidem probabile est: antiquiores enim catalogi episcoporum Treverensium hanc seriem exhibent: Liutwinus, Milo, Wiomadus* (13), *atque in solos recentiores inter Milonem et Wiomadum irrepsit S. Hildulfus* (14), *qui numquam Treverensis episcopus fuit* (15). *Neque iis assentiendum crediderim qui Miloni successisse volunt Harthamum* (16), *qui episcopus quidem fuit, Treverensis tamen fuisse non videtur. Non solum enim in nullo catalogo episcoporum huius sedis recensetur, sed id tantum docet diploma Caroli Magni* (17) E *ex quo uno Harthami nomen comperimus: Liutwinum Treverensem episcopum Medolacense monasterium, quod condidisset, ecclesiae Treverensi tradidisse; Miloni, qui Liutwini filius idemque successor fuit, illud monasterium a Carolo maiore domus et a Pippino rege in " beneficium " esse donatum; a Milone episcopo abbates, qui illud regerent,* de ipsa civitate *missos esse: quendam Ebreo, dein Ratbertum episcopum, postea Harthamum; post mortem Milonis Harthamo monasterii possessionem a Pippino rege esse confirmatam; filios cuiusdam Lantberti monasterium invasisse et Harthamum episcopum eo spoliasse; contentione exorta, statuisse iudices ut viri isti monasterium ecclesiae Treverensi redderent,* ubi Weomadus archiepiscopus pontifex praeesse videtur. *Iam vero his nequaquam cogimur ut Harthamum Treverensem episcopum, sed ut unum ex illis episcopis fuisse dicamus, quos multos hoc tempore in monasteriis degisse novimus nulli certae sedi seu dioecesi praepositos.*

Treverensis episcopus fuit.

3. *Veri igitur est simile Miloni successisse Wiomadum; sed quando vita vel saltem officio defunctus sit Milo, ignoramus. Minime enim lucu-*

(1) Dictus etiam Wiemadus, Wiomodus, Wiomudus, Weomadus, Viomagus, (Automadus). — (2) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 298-301. — (3) Ibid., p. 22: *Anno 791 perrexit domnus Carolus cum Francis ... et cum ceteris populis suis in Pannoniam ultra Omundesthorf, et cum triumphi gloria rediit et hiemavit in Reganesburc. Engilrammus, Wiomodus, Sindperhtus episcopi obierunt.* Mirum prorsus est haec ita a quibusdam intellecta esse quasi tres illi episcopi Caroli Magni agmina in Pannoniam secuti essent et in expeditione essent mortui. Ita v. gr. Alexander WILTHEIM, in *Annalibus coenobii Sancti Maximini* manu scriptis (cod. Bruxellensi, Bibl. Reg. 3169, parte II, fol. 40); cf. etiam *Gallia christiana*, t. XIII (1785), col. 389; F. W. RETTBERG, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. I (1846), p. 471. Quae interpretandi ratio si reciperetur, ex eisdem Annalibus Maximinianis ad an. 795 (*MG.*, l. c.) accipiendum esset Hadrianum I papam in Saxonia obiisse. — (4) BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I^{2}, n. 261 (252); *MG.*, Dipl. Karolinorum t. I, p. 200-202; cf. p. 566. — (5) *MG.*, t. c., p. 201, l. 34. — (6) Ibid., l. 45. Cum diplomatis istius nullum supersit exemplar saeculo XIV antiquius, nemo mirabitur a librariis pro *episcopo* scriptum esse *archiepiscopum*; reapse autem non nisi post initium saeculi IX Treverensis sedes iterum facta est archiepiscopalis. — (7) Epistula Hadriani I apud FLODOARDUM, *Hist. Remensis ecclesiae*, lib. II, c. 17 (*MG.*, Scr. t. XIII, p. 463). Cf. JAFFÉ-EWALD, n. 2411. Cf. A. HAUCK, *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. II^{2} (1900), p. 205, annot. 4, 5. — (8) BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I^{2}, n. 145 (142); *MG.*, Dipl. Karol. t. I, p. 95-97; cf. p. 563. — (9) *MG.*, Scr. t. XXI, p. 342, l. 26. Servata nobis est charta in chronico Laureshamensi, quod saeculo XII est compositum; facile autem intellegitur huius auctorem in exscribendo nomine episcopi insolito lapsum esse. Idem docet (t. c., p. 348, l. 18/19) anno 774 Wiomudum episcopum consecrationi ecclesiae Laureshamensis interfuisse. — (10) BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I^{2}, n. 95 (93); *MG.*, Dipl. Karol. t. I, p. 24. — (11) BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I^{2}, n. 92 (90); *MG.*, t. c., p. 50-52. Spuria etiam sunt diplomata quae a Carolo Magno, petente Wiomado nostro, annis 774 et 802 finguntur concessa; cf. BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I^{2}, nn. 168 (164), 389 (382); *MG.*, Dipl. Karol. t. I, pp. 304-6, 391-93. — (12) Ita, ut alios omittam, *Gallia christiana*, t. XIII (1785), col. 388; A. GOERZ, *Regesten der Erzbischöfe zu Trier* (1861), p. XIII; GAMS, *Series episcoporum*, p. 318. — (13) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 298. — (14) Ibid., p. 300-301. Cf. Gesta Treverorum (*MG.*, Scr. t. VIII, p. 162-63); Vita S. Hildulfi tertia *BHL.* 3947-3948 (*Act. SS.*, Iul. t. III, p. 231, num. 14). — (15) Cf. RETTBERG, t. c., p. 467-69; Chr. PFISTER, *Les légendes de saint Dié et de saint Hidulphe*, in ANNALES DE L'EST, t. III (1889), p. 400-403. — (16) S. ABEL-B. SIMSON, *Jahrbücher des Fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen*, t. I (1888), p. 436, annot. 1; PFISTER, l. c. Contra dicit A. HAUCK, t. c., p. 51, annot. 3. — (17) De quo supra, annot. 4.

lentus

A *lentus est locus Hincmari in vita S. Remigii* (1): adeo ut Milo quidam tonsura clericus, moribus, habitu et actu inreligiosus laicus, episcopia Remorum ac Trevirorum usurpans insimul per quadraginta circiter annos pessum dederit, *cum et numerus incertus sit* (circiter), *neque constet de utra ecclesia, Remensi an Treverensi, potissimum sit dictus, atque alibi Hincmarus ipse pro* per quadraginta annos *obscure scripserit :* per multos annos (2). *Ex omnibus igitur quae attulimus id tandem colligere possumus Weomadum certe non post annum 762, forsan aliquot annis antea factum esse episcopum, et anno 791 vita esse defunctum* (3).

Dicitur fuisse abbas Sancti Maximini et Medolacensis

4. *De rebus ab eo gestis praeter ea quae ex litteris seu diplomatibus supra collegimus, tam ieiuna quam certa, pauca admodum novimus. Illum abbatem monasterii Sancti Maximini fuisse non ipsa Gesta Treverorum, sed recensiones huius operis B et C, saeculo XII multis rebus additis auctae, affirmant* (4). *Contra affirmant etiam Medolacenses Wiomadum ex abbate sui monasterii factum esse episcopum Treverensem. Scribebat enim* B *paulo ante annum 1095 monachus Medolacensis in miraculis S. Liutwini, c. 3* (5), *solitos esse Treverenses,* decedentibus illorum pastoribus, de Mediolacu eligere sibi patronum. Quicumque enim Mediolacensium abbatis fungebatur officio, Treverensium dignus estimabatur episcopio. Unde Wiomadus, Ricbodus, Hetti, Thietgaudus, Bertolfus... et Rabodo Mediolacensium quidem monachica ordinatione abbates constituti, pro sanctitatis merito ac singularis sapientie prerogativa ad honorem episcopatus sancte Treverensis ecclesie per ordinem sunt promoti. Qui tamen prepositos, qui locum regerent ac confratres vita moribusque ad spiritualis vite exercicia preirent, sub se habebant, ipsi autem excellentia ordinis et titulo utriusque nominis, episcopi scilicet et abbatis, effective fulgebant. *Si ergo testi illi, utique non valde antiquo, aures praebemus, cum olim* abbates in ipso monasterio (*Medolaco*) ex ipsa civitate (*Treverensi*) mitterentur (6), *iam postea contra fiebat ut de monasterio in civitatem episcopi accerserentur atque ita non tam monasterium inter possessiones sedis Treverensis, quam sedes Treverensis inter nescio quae " beneficia „* C *monasterii accenseretur; cuius rei fides penes scriptorem illum esto.*

atque corpus S. Castoris transtulisse.

5. *Monente Martio quodam presbytero, cui in visione ostensum erat quo in loco corpus S. Castoris presbyteri esset absconditum, Weomadum episcopum venisse Caradonum in vicum ad Mosellam situm et corpus illud in ecclesiam vici, quae S. Paulino sacra erat, transtulisse narrat Vita S. Castoris* (7), *incertae aetatis* (8), *fidei etiam non satis exploratae* (9).

Controversiam de cella S. Goaris

6. *Multo certiora sunt quae anno 839 rettulit Wandalbertus monachus Prumiensis in illa " Commemoratione quemadmodum et a quo cella Sancti Goaris fuerit monasterio Prumiae sociata „, diplomate usus Caroli Magni, quod in monasterii archivo legerat quodque iam periit* (10). *Ita ille* (11): Regnante vero post patris obitum Magno Carolo, orta est inter Trevirorum pontificem tunc Weomadum et abbatem Asuerum pro eadem cella contentio, asserente episcopo eam ad suae ecclesiae ius pertinere, abbate contra dicente esse illam regis lege hereditaria possessionem, neque in ea posse sibi aliquid ecclesiam vindicare, quae et sibi esset a rege Pippino commissa et in dominium clarissimi Caroli successionis iure transmissa. Ita eis diu multumque certantibus et re ad controversiam saepe deducta, directi sunt ex latere regis et semel et iterum ac tertio legati fidelissimi et veraces, qui causam diligenter inquirerent litemque congrue terminarent. Quique rem examinantes, non aliud quam quod abba protestatus fuerat invenerunt, regii scilicet quam ecclesiastici iuris possessionem loci sepedicti existere. Sed cum episcopo haec nequaquam sufficerent, famosissimus princeps, habito in Saxonia super E fontem qui Lippia dicitur generali conventu, sub praesentia totius prope regni primatum et utriusque ordinis clarissimorum virorum rem per se examinandam suscepit, omniumque qui tunc adfuere iudicio iurisiurandi condicio causidico monasterii, tunc Ratberto nomine, est constituta; qua ille postea cum aliis duodecim firmavit possessionem sepedictam non ecclesiae Trevirorum, sed dominio regio tantum competere. Hoc ergo modo re definita et episcopo tandem adquiescente, famosissimus rex cum suorum consensu cellam sancti viri monasterio Prumiae tradidit, edito traditionis eiusdem privilegio *et q. s.* Haec quemadmodum sint gesta atque statuta poterit qui volet, relecto eodem, qui hodieque in archivis ipsius monasterii integerrimus manet, privilegio, scire.

cum monachis Prumiensibus habuit.

7. *Et sic quidem res anno, ut videtur, 782 est composita* (12); *quando autem controversia illa agitari coepta sit, nescimus. Certe iam tunc exorta erat quando Asuerus abbas in illo loco basilicam supra corpus S. Goaris aedificavit. Qua perfecta, ita narrat Wandalbertus* (13), ubi iam tempus, F quo divino nomini esset consecranda, successit, missi sunt ab excellentissimo principe Carolo Lul Moguntiaci archiepiscopus,... Basinus Nemeti, quae civitas nunc Spira vocatur, et Mehingodus urbis quae trans Rhenum sita sermone barbaro Wirziburc appellatur, episcopi..., ut per eos et ecclesia consecrari et corpus viri beatissimi in eum quo nunc situm est locum transferri deberet. *Age vero, vix non certum est ideo consecrationi et translationi illi non interfuisse ipsius dioecesis praesulem Wiomadum* (14) *neque ullum ex com-*

(1) Praef. (*MG.*, Scr. rer. merov. t. III, p. 251, l. 16-19). — (2) Epistula de iure metropolitanorum, c. 20 (*P.L.*, t. CXXVI, col. 200) : *adeo ut Milo quidam tonsura ... usurpans insimul per multos annos pessum dederit.* — (3) Olim multa atque varia de tempore mortis S. Wiomadi protulerunt viri docti, alia in diplomatibus spuriis, alia in vanis coniecturis nixa, ut dicerent Wiomadum mortuum esse alii anno 776, alii anno 781, alii multo tardius atque non ante annum 808. Cf. v. gr. LE COINTE, *Annales ecclesiastici Francorum*, t. VI (1676), p. 121-22, n. XXXIII-XXXIV; *Nomina archiepiscoporum et episcoporum ex monasterio S. Maximini desumptorum*, ed. F. DE REIFFENBERG, in *Compte-rendu des séances de la Commission royale d'histoire*, t. V (Bruxelles, 1842), p. 29. — (4) *MG.*, Scr. t. VIII, p. 163, l. 21. Mira coniectura est Stephani BEISSEL, *Geschichte der Trierer Kirchen*, I (Trier, 1887), p. 227, Wiomadum se episcopatu abdicasse, ut ultimos vitae dies in monasterio Sancti Maximini transigeret — (5) Ibid., t. XV, p. 1262. — (6) Cf. supra, num. 2. — (7) *Act. SS.*, Febr. t. II, p. 665-66, num. 10, 11. — (8) Servatum est exemplar eius saeculo XIII exaratum in codice Treverensi Bibl. publicae 453 (prius 962), fol. 43r-46v. — (9) Cf. *Act. SS.*, t. c., p. 662, num. 6. — (10) Cf. BÖHMER-MUHLBACHER, t. I², n. 253 (244). — (11) *MG.*, Scr. t. XV, p. 372-73. — (12) Cf. ABEL-SIMSON, t. c., p. 423-25; O. HOLDER-EGGER, in *MG.*, t. c., p. 373, annot. 1. — (13) Miracula S. Goaris, c. 1 (*MG.*, t. c., p. 364, l. 13 sqq.). — (14) " Sancti Goaris reliquias in novum templum ab Assuero abbate Prumiensi exstructum magna gloria ex antiqua ecclesia transtulisse „ mira vel audacia vel ignorantia affirmavit ille qui lectionem de *provincialibus*

AUCTORE A. P.

provincialibus episcopis, atque a Moguntina provincia arcessendos seu mittendos fuisse Lullum, Basinum et Megingaudum, quod Prumienses inter et Wiomadum lites et inimicitiae intercedebant (1).

In officio neglegentem eum fuisse non liquet.

8. *Quamvis autem et confirmandis* (2), *et augendis* (3) *ecclesiae Treverensis possessionibus sedulam operam impenderet Wiomadus, diplomate tamen Ludowici IV anno 902 edito* (4) *docemur* Trevericae civitatis monetam, theloneum, censales, tributum atque medemam agrorum cum fiscalibus hominibus quondam tempore Wiomadi eiusdem urbis archiepiscopi de episcopatu abstracta et in comitatum conversa *esse. Quod quomodo contigerit, vi et iniuria hominum potentium an episcopi collusione vel incuria, nusquam memoriae est traditum, ut miremur haec satis fuisse v. cl. Alberto Hauck ut coniceret Wiomadum in episcopi muneribus et officiis neglegenter esse versatum. Cuius suae opinationis aliam utique rationem affert vir clarissimus* (5), *sed eam magis etiam miram, id est quod Wiomadus cum octo* B *aliis episcopis subscripserit anno 762 diplomati Pippini regis Prumiensibus concesso* (6), *non autem accesserit ad societatem precum quam continuo postea inierunt sex ex illis octo episcopis. Iam vero res ita est : tempore incerto, probabiliter tamen post mensem iulium anni 760 et ante finem anni 762 celebrata est Attiniaci synodus episcoporum 25 et abbatum 17* (7), *in eaque, inter alia salubriter sapienterque definita, societas quaedam precum est inita; porro inter episcopos hos 25 recensentur sex ex illis novem qui privilegio Pippini, de quo supra, subscripserunt, non vero tres reliqui Wiomadus Treverensis, Berethelmus Coloniensis, Basinus Spirensis. Quod sex illi Attiniaci etiam affuerunt, ea utique visa est ratio haud improbabilis cur eodem anno 762 synodus coacta esse coniceretur quo editum erat Pippini diploma Prumiense. Verum cur afuerint tres episcopi Coloniensis, Spirensis, Treverensis, quis novit aut sapienti coniectura assequi potest?*

De eius cultu

9. *Cultu ecclesiastico diu caruisse videtur Wiomadus. Ubi enim traditam invenimus seriem sive longiorem sive breviorem episcoporum Treverensium qui ut sancti colebantur, nusquam illum* C *nominatum repperimus, idemque omnino de eo dicendum est quod de S. Fibicio diximus* (8) : *non comparere Wiomadum extremo saeculo X inter 14 s a n c t o s episcopos Treverenses quorum depictae sunt imagines in celebri codice Gertrudiano* (9), *sed neque inter novem s a n c t o s praesules quorum imaginibus ornata est eodem tempore theca qua in* D *maiore ecclesia Limburgi ad Laganam " baculus sancti Petri " inclusus custoditur* (10); *quin etiam in seriebus episcoporum Treverensium saec. XI et XII exaratis, in quibus non pauci episcopi " sancti " appellatione cohonestantur, nudo nomine Wiomadum insertum esse* (11). *Praeterea in nullis antiquis vel libris liturgicis, vel martyrologiis, etiam ipsius abbatiae Sancti Maximini* (12), *nomen eius inscriptum invenimus. In hac tamen abbatia, in cuius ecclesiae crypta Wiomadus sepultus fuisse dicitur* (13), *illius honorandi initium factum est tempore nescio quo. Cuius rei primum testimonium, quod quidem repperimus, habemus in martyrologii Usuardini editionibus Coloniensi et Lubecana anni 1490, in quibus ad diem 8 novembris legitur* (14) : Treveris in monasterio Beati Maximini natale sancti Weomadi episcopi et confessoris. *Brevius editio Greveni, quae dicitur, anno 1515 vulgata, ad eundem diem* (15) : Treveris sancti Weomadi episcopi et confessoris. *Reapse in illo monasterio cultum esse sanctum nostrum docet* Breviarium secundum usum monasteriorum E sanctorum Maximini, Vuillibrordi et Naboris *in ipso imperiali monasterio Sancti Maximini anno 1600 editum, in cuius kalendario ad diem 8 novembris inscriptum est festum* Vueomadi episcopi et confessoris semiduplex (16).

et reliquiis.

10. *Anno 942, cum consecraretur ecclesia huius monasterii novis curis aedificata, corpora sanctorum episcoporum Maximini, Agricii, Nicetii, Basini et Wiomadi in cryptam, quae sub altare maius exstructa esset, translata esse affirmant scriptores aetatis recentis* (17); *etsi mirum est in antiqua annotatione de rebus in hac consecratione gestis solos nominari Maximinum, Agritium et Nicetium* (18). *Quicquid id est, anno 1621, die 29 augusti, cum templum iterum a fundamentis nuper exstructum consecraretur, " geminorum " sanctorum corpora Basini et Weomadi... ex " obscuriore cryptae loco in apertam templi lucem " ad nobilius conditorium ante chorum sub minus " templi odeum transtulerunt " monachi* (19), *seu, ut alibi legitur, " die 29 augusti Antonius episcopus " Vigiliarum, nunciatura apostolica defunctus, " celebravit translationem sanctorum Basini et* F *" Weomadi episcoporum Trevirensium eademque " corpora e crypta ecclesiae Sancti Maximini " desumpta decentius collocavit super duobus altaribus iuxta chorum. "* (20). *Postquam autem, gallicis exercitibus Treverensem patriam invaden-*

S. Wiomado composuit inserendam Lectionario Treverensi anni 1645, de quo infra annot. 16. — (1) Paulo aliter rem explicavit decessor noster I. VAN HECKE, *Act. SS.*, Oct. VII, p. 1070-71, num. 64-68, Wiomadum eo quod in hac controversia causa cecidisset, aegritudinem animi concepisse atque ad consecrandam Goarianam basilicam venire recusasse. Verum vix non certum est consecrationem illam ante factam esse quam ultima sententia contra Wiomadum ferretur. — (2) Cf. supra, p. 852, num. 1. — (3) Cf. supra, num. 6, 7. — (4) BÖHMER-MÜHLBACHER, t. I², n. 2002 (1950). — (5) T. c., p. 51, annot. 3. " Es ist auffällig, " dass er, wie seine Amtsgenossen in Köln und Speier, dem " unmittelbar darauf geschlossenen Totenbund nicht " beitrat. Nimmt man hinzu das unter ihm nachweislich " Entfremdungen von Kirchengut stattfanden (Urkunde " Ludwigs IV...), so liegt die Vermutung nahe, dass er es mit " seinen bischöflichen Pflichten nicht allzu ernst nahm. " — (6) Cf. supra, p. 852, annot. 10. — (7) *MG.*, Capitularia t. I, p. 221; Ibid., Concilia t. II, p. 72-73. — (8) Supra, p. 64, num. 10. — (9) Cf. F.-X. KRAUS, *Die ältern Bischofskataloge von Trier*, in JAHRBÜCHER DES VEREINS VON ALTERTHUMSFREUNDEN IM RHEINLANDE, XLIV/XLV (1868), p. 165-66. — (10) Cf. KRAUS, l. c., p. 166-67; ID. *Die christliche Inschriften der Rheinlande*, II Theil (1894), p. 212-13. — (11) *MG.*, Scr. t. XIII, p. 296-301, ser. II, III, VI. — (12) V. gr. in psalterio saec. XIII (cod. Treverensi Bibl. publ. 435), in martyrologio saec. XII (ibid., cod. 1634). — (13) Cf. infra, num. 10. — (14) *Martyrologium Usuardi*, ed. SOLLERIUS, p. 661. — (15) Ibid. — (16) Cf. Proprium sanctorum partis aestivalis, p. 669. Vid. etiam *Lectionarium de sanctis quibusdam Trevirensis officii* (Augustae Trevirorum, 1645), p. 114-15 : ibi lectio IX edita est, legenda die non 8, sed 7 novembris, quo secundum kalendarium Lectionario praefixum fiebat tunc Treveris festum S. Willibrordi cum commemoratione S. Weomadi. — (17) Cf. BROWERUS, *Antiquitates Trevirenses* (1626), p. 557; BROWERUS-MASENIUS, *Antiquitates Trevirenses* (1670), t. I, p. 455; *Act. SS.*, Mart. t I, p. 314, num. 4; Maii t. VII, p. 33, append. num. 1; *Illustriores reliquias ... monasterii S. Maximini*, ed. F. DE REIFFENBERG, t. c., p. 26; Philipp DIEL, *Die Geschichte der Kirche des heiligen Maximinus und ihrer Reliquien* (Trier, 1886), pp. 4, 14, 65. — (18) *MG.*, Scr. t. XV, p. 1269-70. — (19) BROWERUS-MASENIUS, op. c., t. II, p. 469. — (20) *Gesta Trevirorum*, ed. WYTTENBACH et MÜLLER, t. III (1839), p. 69.

tibus,

A *tibus, monachi ex insigni illa abbatia disturbati sunt ipsumque monasterium ad profanos usus delapsum, perierunt utriusque sancti reliquiae* (1); *cultus S. Wiomadi in desuetudinem abiit atque in amplo Proprio officiorum dioecesis Treverensis, quod anno 1888 editum est, ne nomen quidem illius comparet.* AUCTORE A. P.

(1) Cf. DIEL, t. c., p. 65.

DE SANCTO GERVADIO

SAECULO IX VEL X?

CONFESSORE IN SEPTEMTRIONALI SCOTIA

C. D. S.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

S. Gervadii

1. *Antiquissimum testimonium scriptum cultus S. Gervadii praebet breviarium Aberdonense* (1), *in cuius kalendario ad diem 8 novembris annuntiatur memoria* Gervadii conf. IX lect., *in corpore autem partis aestivae ad eundem diem recitantur lectiones propriae sex, quibus continetur compendium eius Vitae. Has infra exscribemus.*

incertus est

2. *In his lectionibus nequaquam exhibetur Gervadius episcopali dignitate fuisse ornatus, sed anachoreticam vitam duxisse cum aliis quibusdam sanctis viris eius discipulis. Diversam vero traditionem refert Thomas Dempsterus, in suo Menologio Scotico ad d. 8 novembris* (2) *ita scribens* (3): Elgini, Gervadii Moraviensis episcopi, qui sub Achaio rege foederis cum Gallia perpetuum feriendi autor fuit et sanctis Alcuino, Clemente, Rabano et Ioanne ad S. Carolum Magnum amandatis (4), ipse in Scotia substitit, ut populum verbo et exemplo instrueret. K. *Per litteram* K *in fine adiectam invocatur auctoritas Adami Regii* (*King*), *qui utique in suo kalendario* (5) *ad diem 8 novembris annuntiavit:* S. Gervade confess. and bischop of Murray under King Achaius (6). *Hos secuti sunt Philippus Ferrarius in suo Catalogo generali sanctorum qui in Martyrologio Romano non sunt* (*1625*) *:* Elgini, S. Gervadii episcopi Moraviensis; *David Camerarius, qui in kalendario inserto suo operi* De Scotorum fortitudine (7) *bis Gervadium memoravit, primo scilicet ad diem 21 iunii :* Sanctus Gervadius episcopus Brechinensis in Scotia (8) *et iterum ad diem 9 novem-* C *bris :* Sanctus Gernadius (*sic*) episcopus Moraviensis (9); *ac denique Richardus Challonner in* Memorial of ancient British piety (*1761*), *ad diem 8 novembris:* In Scotland the festivity of the saints Gervad bishop and Morok confessor (10), who flourished in the beginning of the ninth century.

episcopatus,

3. *Utrum episcopus ille Brechinensis, qui annuntiatur apud Camerarium ad diem 24 iunii, diversus iudicandus sit a Gernadio seu Gervadio cui colendo assignatus est apud eundem dies 9 novembris, deficiente omni vetustiore testimonio, in incerto nobis relinquendum est. Sunt autem dioeceses Brechinensis et Moraviensis in septemtrionali Scotiae parte Aberdonensi contiguae, prior ad meridiem, ab occidente altera, cuius praecipua urbs est Elginum, quam et praecipuam cultus S. Gervadii sedem indicavit Dempster. Moraviensis autem regionis* (11) *episcopum fuisse Gervadium nulla extremo saeculo XVI vetustior auctoritas asseruit, neque ulla omnino antiqua testimonia episcopos in septemtrionali Scotia ante saeculum XI fuisse memorant* (12). *Omnino autem* E *perperam titulum episcopi Moraviensis Gervadio attributum interpretatus est Adalbertus Müller, ubi annuntiavit ad diem 8 novembris :* Gervadius, Bischof in Mähren (13).

incerta historia,

4. *Achaii regis nomen et foederis ab eo cum Carolo Magno imperatore editi traditionem hausit Dempsterus, ut conicere fas est, ex fabulosis* (*quod spectat ad hanc remotam aetatem*) *Scoticis chronicis seu historiis quas conscripserunt Iohannes a Fordun, Hector Boethius et Georgius Buchanan. Itaque nullam huius traditionis rationem habuerunt eruditi scriptores recentiores historiae sive Caroli Magni sive rerum Scoticarum Sigurdus Abel et Bernardus Simson* (14), *W. F. Skene* (15), *A. Bellesheim* (16).

incertum tempus.

5. *Evacuata iam auctoritate relationis Dempsteranae, cum vix maior aliqua tribuenda sit legendae breviarii Aberdonensis, quae unde desumpta sit prorsus nescimus, neque etiam probabiliter definire possumus quo tempore vixerit Gervadius. Adamus Regius quidem eiusque sequaces* (17), *cum Gervadium coaetaneum Achaio regi et hunc Carolo Magno facerent, consequenter asseruerunt sanctum floruisse ineunte saeculo* F *nono. Skene vero* (18), *qui de Gervadio agens unum testimonium breviarii Aberdonensis memorat, eius aetatem paulo ante medium saeculum decimum statuendam censet, quoniam eo tempore vixisse legitur* (19) *quo Angli Scotiam invaserunt ; id autem factum ait Skene anno 934, Athelstano rege Northumbriorum.*

De eius cultu.

6. *Cultus S. Gervadii, praeter annuntiationes martyrologorum supra allatas* (20), *unum vestigium reperimus a recentioribus scriptoribus indicatum, caveam nempe et fontem e rupe scaturientem prope Elginum oppidum, illius nomine apud regionis incolas insignita* (21).

(1) Primum editum Edinburgi anno 1509-1510 et iterum, secundum illam editionem, Londini anno 1854, 2 vol. in-4°. — (2) Primum edito Bononiae anno 1622. — (3) Ap. Alex. Penrose FORBES, *Kalendars of Scottish Saints* (1872), p. 218. — (4) Ed. *a mandatis.* — (5) Primum edito Parisiis anno 1588. — (6) Ap. FORBES, op. c., p. 167. — (7) Primum edito Parisiis anno 1631. — (8) Ap. FORBES, op. c., p. 238. — (9) Ibid., p. 242. — (10) Cf. infra, p. 857. — (11) Vulgo *Moray* vel *Murray* ; cuius regionis pars erat hodiernus comitatus Elgin. — (12) Cf. A. BELLESHEIM, *Geschichte der katholischen Kirche in Schottland*, t. I (1883), p. 492-96. — (13) *Allgemeines Martyrologium* (1860), p. 565. — (14) *Jahrbücher des Fränkischen Reiches unter Karl dem Grossen* (1883-88). — (15) *Celtic Scotland* (1876-80). — (16) Op. cit. supra. — (17) Cf. supra, num. 2. — (18) *Celtic Scotland*, t. II, p. 369. — (19) Vita, c. 2. — (20) Num. 1, 2. — (21) SKENE, t. II, p. 369; BELLESHEIM, t. c., p. 187.

VITA D

VITA S. GERVADII

Ex breviarii Aberdonensis parte aestiva (Londini, 1854), fol. cxlviii.

Gervadius, natu hibernus, cum in Scotiam transisset,

1. Gervadius confessor Christi eximius, quem tellus ybernica ex parentibus produxit. Hic, divino excitatus nutu, genitale deseruit solum et verbum vite predicando per Scociam ad Moravie pervenit territorium (1). Quo in loco plurimos sibi associavit in Christo comilitones et ab angelo, ut fertur, accepto oraculo, in loco qui Kenedor (2) dicitur oratorium seu cellulam quandam construxit, ut ocius contemplacioni se daret; in quo ipse ieiuniis et oracionum studiis, nullis penitus secularibus preoccupatus negociis, ut anachorita divinam contemplatus est gloriam (3). Quo in loco lectulum habebat lapideum, in quo artus lassos oracioni fatigatos refoveri solebat.

multis ibi

2. Nec sua sancta et devota contemplacio absque miraculorum presagio pretinebat. Nam B cum Anglorum rex adversus Scotos suscitaret bella, quidam Anglus beatum Gervadium humiliter rogavit quatenus pro eo Deum depre<ca>retur ut, quia bellum erat agressurus, quatenus a peccatis suis absolveret. Tunc beatus Gervadius, misericordia et pietate motus, quia christianus erat, prefato viro dixit: " Dominus Iesus Christus „ peccata tua dimittat teque celestis regni parti„ cipem faciat. „ Commissoque altero die gravi bello, Anglici funditus per Scotos in terram prosternebantur. Sed reliqui superstites in fugam sese dederunt. Sed Anglus, de quo supra memoravimus, fugiendo in medio suorum decollatus est et vitam meritis beati viri in pace Deo reddidit salutariam. Tunc sanctus Gervadius, hoc audiens, iussit discipulis suis ut illius corpus portarent occisi. Qui renuentes dixerunt: " Qualiter nos „ illius cadaver inter multorum corpora noscere „ possumus? „ Beatus vero Gervadius respondit: " Signum a Deo accipietis per quod illius cadaver „ intelligetis. „ Tunc ministri illius, ubi multitudo fuerat occisa respicientes cadavera, supra singula eorum volucres nigras, supra vero illius ad quod venerant portandum volucrem albam sedere viderunt. Quod divinitus insinuatum intelligentes, lavaverunt, ponentes in grabato; caput vero eius non invenerunt. Qui revertentes beato nunciaverunt Gervadio quod ei caput deesset. Ille vero deprecans et a Domino petens ut caput intimaret occisi. Cumque orasset, vidit lupum illud ducentem ad locum ubi corpus erat humatum.

miraculis

3. Alio vero tempore, dum beatus Gervadius boves ad arandi officium haberet, lupus unum ex eis occidit. Beatus Gervadius, rem discens gestam, in nomine Domini Iesu Christi lupo illius E quem occiderat bovis opus sustinere iussit, donec arandi tempus perficeretur. Qui illius iussioni obediens, in toto arandi tempore cum bobus innocens permansit.

illustratur.

4. Insuper vero, cum beatus Gervadius non haberet ligna, cum quibus ecclesiam suam construeret (4), a quodam discipulo suo ligna ecclesie sue postulavit; qui eidem libenter concessit. At cum non haberet animalia aut equos, unde huiusmodi ligna duceret ad locum ecclesie sue edificande electum, divina virtute ea nocte tonitrua facta sunt immania atque pluvia de celo ultra solitum morem discedebat. In tantum pluvie in altum elevate sunt quod basilicam dicti sui discipuli in terram concuciebat et alveum, in cuius littore construebatur, contra naturam in alienum cursum dirigebat, dicta ligna ad cellam beati Gervadii transvexit.

(1) Cf. Comm. praev., num. 3. — (2) Seu Kinnedar, qui vicus nunc pars est vici Drainie, qui distat ab oppido Elgin circiter miliaria anglica quattuor seu fere chiliometra sex cum dimidio ad septemtrionem. Eo in loco resederunt primi episcopi Moravienses usque ad annum 1215, quo sedes C episcopalis translata est ad vicum Spynie et brevi post, anno 1224, ad oppidum Elginum. Cf. Bellesheim, t. c., p. 187; Sam. Lewis, *A topographical Dictionary of Scotland* (1846), sub vocibus *Drainie* (t. I, p. 290), *Spynie* (t. II, p. 481; ubi tamen, contra quod dictum fuerat sub voce *Drainie*, indicatur ad Spynie a primum constituta anno 1057 dioecesi Moraviensi fuisse huius dioecesis sedes episcopalis), *Elgin* (t. I, p. 397). — (3) Censent quidam hoc loco repraesentatam esse primaevam formam instituti Celideorum seu Culdeorum, quam anachoreticam seu eremiticam fuisse aiunt (cf. Skene, *Celtic Scotland,* t. II. pp. 247-61, 275-77). Verum quaestio illa de indole instituti Celideorum adhuc valde implexa videtur. Cf. W. Reeves. *The Culdees of the British Islands* (1864, from the Transactions of the Royal Irish Academy, Section of Antiquities, vol. XXIV, 1860); Bellesheim, t. c., pp. 121-28, 133-34. — F (4) Hinc etiam colligere indicium fas est, quo indicetur Gervadius ad prisca tempora christianae Scotiae pertinuisse, quibus ecclesiae ligneae passim construi solebant. Ab ineunte quippe saeculo IX iam lapideae aedificari consueverunt. Cf. Skene, t. c, pp. 291, 297.

DE

A D

DE SANCTO MOROCO

EPISCOPO VEL ABBATE IN SCOTIA

TEMPORE INCERTO — C. D. S.

Moroci, abbatis

1. *De S. Moroco, sicut de S. Gervadio, duplex exstat traditio : altera, quae illum episcopum fuisse ait; altera, quae abbatem vel confessorem appellat. Posteriorem exhibent ii martyrologi qui S. Gervadium episcopum fecerunt* (1). *His praeivit Adamus Regius, in cuius kalendario ad diem 8 novembris annuntiatus est:* S. Moroke confess. in Scotland under King Achaius, 817 (2), *eumque rursus secuti sunt Dempsterus in Menologio Scotico :* In Scotia Marnoci confessoris Achaio regi charissimi. K. (3); *Philippus Ferrarius :* Eodem die S. Marnoci confessoris, qui regi praedicto Achaio charissimus fuit (4) *et Richardus Challoner* (5). *Unus vero David Camerarius eum abbatem fuisse tradidit et monasterium cui praefuerit indicavit, ita scribens in suo kalendario ad diem 8 novembris :* Sanctus Morocus abbas antiquissimi illius apud Scotos monasterii cui Dunkel sive Duncalidonia nomen (6), *Gervadii autem memoriam ad diem sequentem remisit.*

B

vel etiam episcopi,

2. *Episcopum autem S. Morocum vocat duplex antiquum documentum liturgicum Aberdonense, martyrologium nempe, in quo ad diem 8 novembris mentio fit :* In Scotia sancti Moroci episcopi, cuius ecclesia cum sepultura apud Lekraw prope Striveling (7), *omissa commemoratione S. Gervadii, et kalendarium in capite breviarii* (8), *ubi ad eundem diem signantur nomina* Moroci episcopi confessoris... ix lect. Gervadii conf. ix lect. *At in corpore breviarii ad diem 8 novembris nullae traduntur lectiones propriae de S. Moroco, sed recitandae indicantur lectiones de communi confessoris pontificis. Aberdonensi kalendario consentit vetus kalendarium Arbuthnotense ad eundem diem festivitatem annuntians* sancti Moroci episcopi, ix. lect. (9).

historia obscura.

3. *De historia vero Moroci id solum memoratum reperimus, idque apud unum Camerarium* (10), *ipsum abbatem fuisse monasterii Dunkeldensis seu Duncaldoniae in territorio hodierni comitatus Perth. Monasterium autem istud conditum fuit circa annum 850* (12) *et sedes episcopalis ibi constituta est exordio saeculi XII* (12). *Neque huic traditioni contradicit, sed potius eam confirmat quod legitur in breviario Aberdonensi* (13) *in capite annuntiationis officii S. Moroci :* Sancti Moroci episcopi et confessoris in Dunblanensi dyocesi, *quae scilicet erat Dunkeldensi dioecesi ad meridiem contermina; nam vicus Lekraw seu Lecropt prope Stirling* (14), *ubi secundum martyrologium Aberdonense servabantur sacra Moroci lipsana* (15), *quamvis in dioecesi Dunblanensi situs, subiectus erat sedi Dunkeldensi, sicut non pauca alia loca extra fines huius dioecesis* (16). *Unde autem Adamus Regius, quem fere exscripserunt Dempsterus et Ferrarius, hauserit quod refert de familiari Moroci cum aliquo Achaio rege consuetudine* (17), *divinare non potui.*

E

De eius cultu.

4. *Praeter vicum Lekraw, ubi dicitur Morocus notus esse sub vocabulo* Maworrock, *alios nonnullos indicat Gulielmus Forbes* (18) *quos cultui S. Moroci addictos existimat. Sed vereor ut aliud ei adsit huius opinionis argumentum praeter ipsorum locorum nomina,* Kilmorick, Kilmorack, Kilnamoraik; *quibus tamen designari potuerunt ecclesiae quae patronos agnoscerent Moroco nostro fere homonymos Marnanum seu Marnocum et Mernocum* (19).

C

(1) Cf. supra, pag. 855, num. 2. — (2) Ap. FORBES, *Kalendars of Scottish SS*, p. 167. — (3) Ibid., p. 218. — (4) *Catal. sanctorum qui in Mart. Rom. non sunt,* ad d. 8 novembris, annot. — (5) Cf. supra, p. 855, num. 2 extr. — (6) Ap. FORBES, t. c., p. 242. — (7) Ibid., p. 136. — (8) Cf. supra, p. 855, num. 1. — (9) Forbes, t. c., p. 107. — (10) Cf. supra, num. 1 extr. — (11) SKENE, *Celtic Scotland*, t. II, p. 307; *The Life of St. Columba,* by ADAMNAN, ed. W. Reeves (1857), p. 296-98; ed. alt. (1874), Introd., p. LXXI; BELLESHEIM, *Gesch. der kath. Kirche in Schottland,* t. I, p. 59. — (12) SKENE, t. c., pp. 368, 370; BELLESHEIM, t. c., p. 187-88. — (13) Part. aest. fol. cxlvii'. — (14) Cf. Sam. LEWIS, *Topogr. Dict. of Scotland,* sub vv. Lecropt et Stirling. — (15) Cf. supra, num. 2. — (16) FORBES, op. c., pp. 395, 414. — (17) Cf. supra, num. 1. — (18) Op. c., p. 414. — (19) Ibid., pp. 392, 398. Cf. *Act. SS.*, Oct. t. XI, p. 649-50.

F

DE

A D

DE S. EUPHROSYNA IUNIORE

SAECULO X — VIRGINE CONSTANTINOPOLI — H. D.

COMMENTARIUS PRAEVIUS

Vita Euphrosynae uno in codice servata.

1. *S. Euphrosynae iunioris — iunior more graecorum dicitur prae Euphrosyna Alexandrina, quae saeculo V floruisse censetur — huius inquam Euphrosynae memoriam unus nobis servavit codex Florentinus Bibliothecae Nationalis signatus Conventi soppressi B1, Camaldoli 1214 (=* **A**), *variis manibus saeculo XIV exaratus, Vitis sanctarum mulierum refertus* (1), *quarum una est, fol. 12-35, Vita et conversatio et brevis miraculorum narratio sanctae matris nostrae Euphrosynae iunioris, quae Constantinopoli ascesim exercuit, scripta a Nice-* B *phoro Callisto Xanthopulo, mensis novembris die 8, quem eiusdem esse emortualem ex ipsa Vita* (*c. 36*) *habemus, legenda. Codex tam indiligenter quam eleganter scriptus est, mendisque scatet, et nonnulla hinc inde omissa esse patet. Vitam Euphrosynae, ut fieri potuit, edidimus, codicemque, plerumque non monito lectore, emendavimus ubi a consueta ratione scribendi recedit. Castigationes admodum paucae, quas orationis consequentia postulare videbatur, cautissime receptae sunt, codicis lectione ad infimam paginam reiecta. Emendationes quae littera* **K** *signatae sunt suggessit v. cl. Ed. Kurtz, qui in his quoque graecis plagulis emendandis operam perhumaniter praestitit.*

Vitae synopsis.

2. *Audi brevem historiae expositionem. Postquam communia quaedam deprompsit biographus de Vitis sanctorum cum fructu legendis* (*c. 1, 2*), *rhetorum more laudat sanctae patriam Peloponnesum — in Calabria educata fuit, — parentes virtutibus, divitiis et dignitate conspicuos* (*c. 3*). *Qui cum liberis carerent, precibus Euphrosynam impetrant triennemque baptizant; tum, monastica veste indutam in asceterium quoddam mittunt divinis litteris imbuendam; mox illa* C *omnium virtutum exercitio ceteris exemplo est* (*c. 4*). *Tum Constantinopolim mittitur Euphrosyna, in domum Agelastorum, qui ex eius cognatione erant. Porro Agelastus, eius avunculus, a quo veluti filia diligebatur, iuveni cuidam ex proceribus eam despondet. Et iam omnia parata erant ad nuptias, quando sponsi caelestis amore capta, Euphrosyna veste mutata noctu clam aufugit, domunculam*

Euphrosyna, relicto sponso,

desertam et paene collapsam cuiusdam molendinarii subit, ibique, solo pane et aqua contenta, tres menses latitat (*c. 5*). *Interim Agelastus civitatem circumire suosque ad domicilia amicorum mittere; loca sacra et deserta et latibula quaevis scrutari iubet, profugam nusquam reperit* (*c. 6*).

in monasterio virorum

3. *Tertium post mensem in visione monetur molendinarius ut Euphrosynam ad se vocet. Monitum primum spernit; sed iterum et tertio instat caelestis adhortatio. Interim ab uxore iam detecta erat Euphrosyna in casula. Currunt ambo, sanctam orantem reperiunt, eamque domum reducere conantur. Illa autem perturbationem et spiritualia damna metuens, noctu exit et, cum ad maris litus navem vidisset, eam conscendit et ad os maris Euxini navigat* (*c. 7*). *Tum muliebrem vestem virili commutat, et Iohannis nomen accipit; varia dein coenobia et asceteria visit, donec tandem monasterium virorum reperit in monte arboribus consito, in eodemque admitti postulat* (*c. 8*). *Hic strenuum init cum adversario certamen, virtutum omnium exercitationi intenta, sanctaque cum fratribus aemulatione contendens, et hoc per quindecim solidos annos* (*c. 9*).

In hegumenum electa,

4. *Moritur interea hegumenus, eique fratres Iohannem seu Euphrosynam sufficiunt. Haec autem, omnibus insciis, noctu e monasterio exit, aliaque ad loca quieta secedit; et cum iterum monasteria et speluncas lustrasset, sanctum quendam senem reperit, in specu commorantem, eique adhaerendi cupidine accenditur* (*c. 10*). *Senex de nomine et vita interrogat. Respondet illa Iohannem se vocari, ducemque ad caelestem patriam sequi optare. Tum ille omnes deserti aerumnas atque molestias eius oculis subicere, sed frustra; nam Euphrosyna nihilominus in proposito persistit. Tandem annuit pater eamque secum commorari iubet. Illa autem rebus divinis intenta, patri simul in domesticis rebus famulatur, aquam a longinquo afferens et cetera officia praestans* (*c. 11*).

desertum petit.

5. *Post decem annos ea ratione in senis societate transactos, cum quadam die extra speluncam vestem a pediculis purgaret, coram cernit unum ex suis olim familiaribus, quem illa statim agnoscit, quin tamen ab eo, ut erat corpore extenuata vesteque virili induta, agnoscatur* (*c. 12*). *Miserat quippe eius pater servos ad requirendam filiam; quorum unus, desertum peragrans, in eam specum casu inciderat. Blandis illam verbis alloquitur, pecuniam offert, quam illa respuit, tandemque de Euphrosyna inquirit. Porro, ad suorum memo-* F *riam ita sancta mulier commovetur, ut lacrimas celare cogatur, et servi quaesita eludens, hominem tandem dimittit* (*c. 13*). *Tunc daemon Euphrosynam variis terriculamentis turbare tentat, lapidibus impetit vocibusque inconditis eam interpellat* (*c. 14*). *Quibus de praestigiis a sene interrogata deque muliere, cuius nomen in ore daemonum resonabat, securum illum esse verbis apte compositis iubet, sed mox speluncam montesque clanculo relinquit rursumque pergit ad ora maris Euxini* (*c. 15*).

Constantinopoli, in spelunca latitans,

6. *Paulo post vestem muliebrem resumit, Constantinopolim ingreditur, loca sacra circuit et ad templum Beatae Mariae Fontis ita nuncupatum accedit; ubi monasterio virginum aggregari postulat, tantaque fortitudine vitae sanctioris munera exercet ut omnium admirationem moveat. Cupiens autem hominum oculis celari, latibulum sibi subterraneum excavat, in quo seipsam includit, semelque in hebdomada cibum sibi afferri postulat* (*c. 16*). *Non tamen diu latet, multique ad eam concurrunt, inter quos erat et Leo imperator* (*886-*

(1) *Anal. Boll.*, t. XV, p. 406-408.

911),

A *911), qui Euphrosynae vitae rationem stupens, Deo gratias agebat quod tantam suis temporibus sanctitatem fulgere permisisset (c. 17); longa cum optima muliere de rebus caelestibus colloquia miscebat; haec autem cum sancta libertate de officiis boni imperatoris disserere non verebatur (cc. 18-21).*

invisitur ab imperatore Leone,

7. Petierat autem imperator velum capitis Euphrosynae, quam magna apud Deum gratia gaudere sciebat, eiusque precibus et meritis haeredem, quem frustra a quattuor uxoribus exspectaverat, obtinere sperabat (c. 22). Euphrosyne viro suasit ut ad Deiparam τῆς Πηγῆς *recurreret, suas quoque orationes promittens (c. 23). Iam, nocte quadam in somnis audit preces suas auditas esse, regique prolem masculam concessum iri. Rem ilico iubet scripto consignari, bonumque nuntium regi afferri. Rei veritatem mox comprobat eventus, nasciturque regi filius, cui Constantino nomen dedit (c. 24). Fausti eventus notitia simul cum Euphrosynae fama late spargitur; concurrit ad monasterium multitudo, ut vivam in sepulchro inclusam aspiciat; convenit et rex, ut sanctae gratias referat* B *(c. 25); accessit quoque Zoes augusta, ut primum a partus molestiis se liberam sensit, ipsumque filium gestans, Euphrosynamque veram eius matrem pronuntians, quippe quae orationibus suis illam peperisset. Tum sanctam rogavit ut prolem baptizare vellet; quod illa primum recusavit, deinde tamen assensit (c. 26).*

ab eiusdem uxore

8. Abhinc coepit imperatrix Euphrosynam crebro convenire. Metuens autem ne in humili Dei famulatu nimium turbaretur, rogavit Euphrosyna Nicolaum eunuchum, cuius famulatu in multis utebatur, ut aliam sibi latebram quaereret (c. 27). Et reperit quidem domum, cum sacello Sanctae Trinitatis, prope portam τοῦ Καλάγρου, *intra urbem, utrumque vetustate fatiscens. Quae cum emisset, eo introducit Euphrosynam, quae sub sacello speluncam sibi angustissimam fodit. Tempore autem labente, duodecim sibi eiusdem propositi socias adiungit, parvumque eo in loco monasterium constituit (c. 28). Duos autem et paulo amplius post annos, ab imperatoris emissariis novae deteguntur latebrae. Euphrosynam convenit imperator, fugamque ei leniter exprobrat (c. 29). Tum Euphrosyna totam gestorum suorum seriem ei aperit, rogatque ut in pace degere sinatur* C *(c. 30). De facultatibus monasterii interrogat imperator, eiusque necessitatibus aliqua ratione providere cupit. Abnuit primum mater; tandem aureorum quadraginta stipendium monasterio dari non recusat; quod litteris rubricatis imperator sanxit. Quae pecunia usque in hodiernum diem, ita hagiographus, monasterio solvitur (c. 31).*

aliisque proceribus.

9. Romano drungario praedicit Euphrosyna eum summa rerum potiturum (c. 32). Mox moritur Leo Sapiens (an. 911), cui succedit Alexander, Leonis frater, qui tredecim post menses etiam e vivis eripitur (an. 912). Supererat Constantinus, Leonis filius, tenerae adhuc aetatis. Tum Romanus primo quidem imperatoris pater a senatu constituitur, dein rerum omnium gubernacula suscipit (an. 920). Neque in suprema dignitate constitutus Euphrosynae oblitus est, tantaque illam veneratione et fiducia prosequebatur, ut, quotiens ad pugnam pergeret, eiusdem cilicio sub lorica indutus incederet (c. 33).

10. Iam, cum in Scytharum irruptione multum belli tumultibus gravaretur, exit a latebra et monasterium τῆς Σκέπης *petit, ubi etiam parvam sibi accommodat specum, et consuetas virtutes exercet (c. 34). Quibus cum, instantis mortis praescia, solito ferventius insisteret, coepit aegrotare, ita ut mox immobilis iaceret. Multi autem cum e saecularibus tum e clero ad antrum concurrebant, ut faciem ascendentis ad Deum cernerent (c. 35). Porro, moritur die 8 novembris, in festo SS. Angelorum, annos nata sexaginta novem. Visa est autem facies eius et tota domuncula luce perfusa multique aegroti et energumeni ad sacrum corpus concurrerunt. Adfuit quoque imperator cum uxore Theodora, ipseque cum comitatu reliquias Euphrosynae veluti thesaurum in terra recondunt (c. 36). Sed mox miraculis fit gloriosum eius sepulcrum. Porro antiquioribus miraculis enarrandis supersedet Nicephorus (c. 37), et nonnulla recens patrata paulo fusius exponendo (c. 38-47) Euphrosynae laudationem absolvit.*

Miracula post obitum.

11. Si annos vitae recte computavit biographus, anno circiter 854 nata est Euphrosyna. Vixit enim annos 69 (c. 36), eiusque funeri interfuit Theodora Romani uxor (921-923). Atqui, si 16 nata sponsum reliquit, videlicet anno 870, cum post annos 33 vestem virilem, quam tunc assumpserat, se deposuisse testetur (c. 30), anno circiter 903 Constantinopolim regressa est. Tempora igitur nihil obstant quominus vera esse credamus quae de procerum illius aetatis cum Euphrosyna familiaritate a biographo referuntur. Tempora inquam, nam plurima addit quae creditu difficilia sunt, nonnulla etiam aperte falsa, ut v. gr. quae tradit de baptismo regiae proli ab Euphrosyna collato (c. 26). Certissimis enim testimoniis constat Constantinum, Leonis VI filium, a Nicolao patriarcha, 6 ianuarii anni 906 baptizatum esse (1).

Temporum ratio.

12. Utinam id solum occurreret quo Acta Euphrosynae caute legenda esse moneremur. Sanctae enim facinora, quae ante eius ad monasterium τῆς Πηγῆς *adventum laudantur, eius generis sunt quae ex locorum communium penu deprompta esse videantur. Quotiens enim ab hagiographis audivimus fabulam illam de puella sponsum instantibus nuptiis clanculo relinquente, sub veste virili* F *in monachorum coenobio recepta, ab iisdem in hegumenum electa, et a suis ubique locorum frustra requisita* (2). *Sunt et in hisce narrationibus multa quae cum nostrae Euphrosynae historia arte conexa sunt, ut sunt gesta alterius Euphrosynae, Alexandrinae nuncupari solitae, quae sub nomine Smaragdi inter viros latuisse fertur* (3), *et Hilariae* (4) *cuiusdam, Zenonis imperatoris filiae, quae non secus ac Euphrosyna Constantinopolitana eunuchus habita est et Iohannes nuncupata* (5). *Habes igitur in tritis illis historiis non res tantum quae in prima sanctae nostrae Vitae parte exponuntur, sed et ipsa nomina. Communia etiam sunt quae de eximiis Euphrosynae virtutibus deque eius tentationibus adducuntur. Non aeque vulgaria videntur quae de sanctae variis in locis regiae urbis commoratione addit biographus, de latebra eius subterranea, deque fama sanctitatis qua cum apud populum tum apud principes gaudebat. Verum, plurima in his offendimus quae non*

Vita, in qua plurima carpenda,

(1) Καὶ ἐβαπτίσθη τὰ ἅγια Θεοφάνεια ὑπὸ Νικολάου πατριάρχου. SYMEON MAGISTER, *De Leone Basilii f.* 17, BEKKER, p. 709. Cetera ap. MURALT, *Chron. Byz.*, p. 483. — (2) *Les légendes hagiographiques*², p. 226. Haud multum ab his discrepant quae supra, p. 786-823, in Vita S. Matronae legimus. — (3) *BHG*². 625, 626. — (4) Nota *Hilariam* sicut et Euphrosynam laetitiae nomen habere. — (5) Cf. *Anal. Boll.*, t. XXVII, p. 169, ad nov. 27.

ita

AUCTORE H. D.

auctor est Nicephorus Callistus,

ita veri similia sunt ut, nullo alio teste accedente, ilico credantur.

13. *Atqui de Euphrosyna eiusque gestis nullum omnino exstat testimonium praeter Vitam quam edimus, cuius auctor quattuor paene saeculis rebus narratis recentior est. Scripsit enim intra annos 1295-1320, quandoquidem Andronicus simul et Michael* ὁ ἐμὸς βασιλεὺς *ab eo nuncupantur* (*c. 38*). *Utique Nicephorum Callistum veluti fabulatorem atque mendacem minime traducimus, sed fontes ex quibus hausit investigare necesse est. De his quidem ille penitus tacet, et id unum prima fronte legenti manifestum est, duabus diversissimis partibus componi Vitam Euphrosynae, altera qua eius gesta continentur, quae nec auctor vidit nec a testibus audivit* (*c. 1-37*); *altera quae, neglectis antiquioribus, sua aetate sanctae precibus patrata miracula exponit* (*c. 38-49*) *:* ἀλλ' ἡμεῖς τῶν ἔκπαλαι γεγενημένων τέως ἀφέμενοι, ἐπὶ τὰ τῷ καθ' ἡμᾶς χρόνῳ τῇ μακαρίᾳ γεγενημένα τὸν τοῦ λόγου ῥοῦν τρέψομεν (*c. 37*).

qui et miracula Deiparae ad Fontem

14. *Porro, ut de Vita Euphrosynae aequum iudicium feratur, iuvat Nicephori scripta de templo et miraculis Deiparae* τῆς Πηγῆς *commemorare, quippe quae cum Vita aliqua ratione conexa videantur. Ut enim illa ex monumentis bibliothecae monasterii procul dubio collegit, ita et ex iisdem accepisse credendus est quae de Euphrosyna conscripsit; novam enim et illustriorem famam* τῇ Πηγῇ *sanctam mulierem conciliasse novimus, eiusque memoria, si usquam, certe in libris monasterii servabatur. De templo Deiparae ad Fontem ter saltem scripsit Nicephorus Callistus. Et primo quidem libellum edidit ita inscriptum :* Λόγος διαλαμβάνων τὰ περὶ τῆς συστάσεως τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῆς ἀειζώου Πηγῆς, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελεσθέντων ὑπερφυῶς θαυμάτων κατὰ μέρος διήγησις, ἀφ' οὗ συνέστη μέχρι τῆς σήμερον. *Exstat in codice Vindobonensi Bibliothecae Caesareae Hist. 103* (1), *unde typis expressus est anno 1802 ab Ambrosio Pampereo* (2). *Lingua quoque vulgari et aliquantulum contractus non semel postea prodiit* (3). *Latine eundem reddere aggressus est Kollarius :* Nicephori Callisti Xantopuli de miraculis beatae Virginis ad Fontem, *non tamen ultra miraculum X processit* (3). *Etiam in* Historia ecclesiastica, *l. XV, c. 25, 26 de initiis deque forma templi a Fonte dicti quaedam attulit Nicephorus, ex priore libello transsumpta, ut ipse testatur :* Ταῦτα δὴ τῆς Πηγῆς ἃ διαφόρως ἐνήργησε θαύματα, ἡμεῖς ἐν ἰδίῳ συντάγματι διελάβομεν, ἀνδρῶν τινων φιλοθέων εἰς τοῦτο διερεθισάντων ἡμᾶς· ἐξ οὗ καὶ τὰ περὶ τῆς Πηγῆς ὧδέ μοι λελεγμένα ἀποτεμόντες, τῇ παρούσῃ συνετάξαμεν πραγματείᾳ(4). *Asseritur praeterea Nicephoro Callisto* ἀκολουθία *seu officium festi dedicationis templi ad Fontem, quae edita est in Pentecostario* (5), *cuiusque synaxarium deprompsit Lambecius* (6), *quae synopsis quodammodo est libelli prolixioris.*

C

enarravit

15. *Ceteris neglectis, ad primum opusculum convertamus orationem. Libellum exorditur tum* ἔπαινος τῆς πόλεως, *tum* ἔπαινος τῆς ἁγίας Σοφίας, *geminamque laudationem excipit series miraculorum ad Fontem patratorum, in quattuor sectiones divisa, quarum prima in vicesimo quarto, secunda in quadragesimo octavo desinit, quae omnia sunt miracula antiqua, a quinto ad decimum saeculum impetrata. Sectio tertia inscripta est* Ἀρχὴ τῶν νέων θαυμάτων, *seu miracula recentioris aetatis, quorum enarratio et in quarta continuatur. Ultimum est* θαῦμα ξγ', *de Macario, monacho Serris oriundo; qua narratione absoluta, sequitur epilogus libelli. De miraculis novissimis nunc silere praestat. Primum totius collectionis miraculum, ubi disserit Nicephorus* περὶ τῆς συστάσεως τοῦ νεὼ τῆς Πηγῆς καὶ ἔκφρασις αὐτοῦ, *paucis expendatur necesse est, quoniam nonnullis occasio fuit de Nicephoro velut de scriptore vano fabularumque consarcinatore sinistre loquendi* (7), *quippe qui Procopio, Iustinianum de condito templo ad Fontem laudanti* (8), *aperte adversetur; narrat enim Leonem* τὸν Μακέλλην (*457-474*), *tunc privatum, a beata Virgine monitum, caeci cuiusdam oculos limo Fontis inunxisse, visum ei restituisse, et postquam ad imperium, quod ei ipsa Deipara promiserat, evectus esset, templum excitasse, quod deinceps a Iustiniano aliisque imperatoribus amplificatum et restauratum sit.* D E

ex antiquo libello.

16. *Iam vero neque haec neque alia quae libello suo complexus est primus enarravit Nicephorus, sed desumpsit ex libro antiquiore, quem in bibliotheca Vaticana reperire contigit, edendumque censemus, tum ut Nicephori scribendi ratio melius perspiciatur, tum ut antiquum de celebri* τῆς Πηγῆς *ecclesia documentum promatur. Inest in codice Vaticano 822, membraneo, foliorum 247, 0m,330 × 0,235, paginis bipartitis saec. XII exarato, fol. 180v-208, menologio metaphrastico* (9) *insertus. Fragmentum eiusdem libelli* (*inde a c. 30*) *exstat in codice coenobii Cutlumusiani 109, ex quo breve excerptum attulit M. Gedeon* (10). *Totus est de miraculis Deiparae ad Fontem, et inde a miraculo primo de Leone imperatore usque ad ultimum, quod saeculo X recentius non est, respondet primae et secundae sectioni libelli Nicephori.*

Qua ratione Nicephorus

17. *Iam si hunc cum narratione anonyma conferas, statim apparet Nicephorum nullo modo res undique diligenter conquisitas studio summo composuisse, sed exemplum pedetentim secutum esse, eademque prorsus quae legebat pluribus verbis et phrasi exquisitiore enarrasse. Ubi haec scribit anonymus :* Λέων ὁ οὕτως καλούμενος Μακέλλης πρὸ τοῦ εἰς τὴν βασίλειον ἀνελθεῖν τοῦ κράτους περιωπήν (*c. 2*), *Nicephorus hac utitur paraphrasi :* Λέων τοιγαροῦν ἐκεῖνος, ᾧ Μακέλλης μὲν τὸ ἐπώνυμον, μέγας δὲ ταῖς ἀληθείαις τὸ γνώρισμα, πρὶν ἢ Θεοῦ νεύσει τὸν βασίλειον κατακοσμῆσαι θρόνον, ἐς ἰδιώτας ἔτι ταττόμενος καὶ τὸν χειρωνάκτην μετερχόμενος βίοτον... (11). *C. 5 plane et simpliciter inducit, scriptor antiquus Glyceriam, Theodorae imperatricis cognatam :* Γλυκερία ἡ συγγενὶς Θεοδώρας τῆς βασιλίσσης, *quae satis inepte dilatat Nicephorus :* τῷ μεγάλῳ τούτῳ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ γυνὴ Θεοδώρα ἐτύγχανεν οὖσα, ταύτῃ δὲ προσῆν συγγενὴς Γλυκερία τοὔνομα (12). *Quae initio c. 9 de Thecla legebat :* Θέκλα δὲ ἡ τοῦ βασιλέως Θεοφίλου θυγάτηρ, ἀφ' ὅτου ἡ F

(1) LAMBECIUS-KOLLARIUS, *Commentar.* l. VIII, p. 127. — (2) *BHG*². 1073. — (3) Tres editiones affert A. PAPADOPOULOS-KERAMEUS, in *Byzantinische Zeitschrift*, t. XI, p. 38-39. — (3) In codice Vindobonensi latino 9724, fol. 131-146. — (4) *Hist. eccl.* l. XV, c. 26, *P.G.*, t. CXLVII, p. 77. — (5) Cf. BÉNAY, *Le monastère de la Source à Constantinople*, ÉCHOS d'ORIENT, t. III (1899-1900), p. 228; L. ALLATIUS, *De libris ecclesiasticis graecorum*, dissert. 2. — (6) *BHG*². 1074. — (7) BÉNAY, t. c., p. 225. — (8) *De aedificiis*, I, 3. — (9) *Catal. Gr. Vatic.*, p. 75-76. — (10) Βυζαντινὸν ἑορτολόγιον, p. 126. — (11) Περὶ συστάσεως κτλ., θαῦμα α', p. 8. — (12) *Ibid.*, θαῦμα γ', p. 17.

τῆς

A τῆς ὀρθοδοξίας λαμπρότης συνεργίᾳ τῆς ταύτης μητρὸς Θεοδώρας εἰς τὸν κόσμον διέλαμψεν, *multis frigide enuntiat :* Παρίτω καὶ βασιλὶς ἑτέρα τῇ τῶν ὅλων βασιλίδι συγκροτοῦσα τὸν ἔπαινον· Θεοδώρα ἡ βασιλίς, ᾗ ἀνὴρ μὲν ὁ ἄναξ Θεόφιλος· ὀρθοδοξία δὲ αὐτῇ τὸ ἐπίσημον. Ταύτῃ θυγάτριον ἦν ἀστεῖον τὸ εἶδος καὶ εὐφυές, ἄλλως δὲ αὐτῇ τῶν ἄλλων παίδων κατάκρως πεφιλημένον, Θέκλα τῷ κορίῳ τὸ ὄνομα (1).

suis utatur fontibus.

18. *Pauca sunt nec magno labore acquisita, quae anonymi dictis interserit. C. 8, ad nomen imperatricis Irenes erudite notat :* Εἰρήνην, ἣ τὴν ἑβδόμην ἀνεκρότησε σύνοδον. *Longus est c. 2 additus locus de templo Deiparae a Fonte dicto* περὶ τοῦ νεὼ τῆς Πηγῆς καὶ ἔκφρασις αὐτοῦ (2), *brevior alter c. 3,* περὶ τοῦ μεγάλου τῆς Πηγῆς νεὼ (3), *ubi et Procopium exscribit* (De aedif., *I, 3*). *Miraculorum autem seriem persequitur qualem illam in prisco libello reppererat, nisi quod inter c. 40 et c. 41 ponit ceu* θαῦμα μζ' *narrationem de Iohanne patriarcha Hierosolymitano, qui imperante Isaaco Angelo ad Fontem Deiparae sanatus est. Rem autem non e* E *scripto quodam compererat, sed in tabulis depictam conspexerat :* τὸ δὲ ῥηθησόμενον, οὐ γραφῇ προσλαβών, οὐδ' ἀκοῇ διακούσας ἀλλ' ἐν εἰκόσιν ἰδών, διηγήσομαι (4). *Anonymi cum Nicephoro collationem late persequi non vacat. Cui id egisse placebit, is compertum habebit Nicephorum opus alienum assumpsisse stiloque emendatiore, ut sibi videbatur, exornasse, additis artis rhetoricae blandimentis. Haud semel talia aggressus est; nam aliena quoque in suos usus convertisse dicendus est cum historiam ecclesiasticam concinnavit, non primum a se, sed ab anonymo chronographo, ut videtur, multis e libris collectam* (5).

Vita Euphrosynae

19. *Vitam Euphrosynae ad aliud referendum esse genus litterarum, et ab ipso Nicephoro eius fontes variis e tabulariis studiose congregatos esse nulla ratio suadet. Vitae antiquioris paraphrasim nos habere libentius crediderim, ad normam libelli miraculorum a novo metaphrasta tractatam. Quod autem soleat Nicephorus duces suos clausis quasi oculis sequi, vel ex iis patet quae de Zoe eiusque filio Constantino Porphyrogeneto tum in Vita Euphrosynae tum in libello miraculorum adducit. Et in hoc quidem ita rem narrat :* Ναὶ μὴν καὶ τὴν Αὐγοῦσταν Ζωὴν τὴν μήτραν πεπηρωμένην, ὅσα τε καὶ λίθος διακειμένην πρὸς τὰς γονάς, ἐρρωμένην πρὸς τέκνων ἀναδόσεις καθίστησι. Πλέγμα γάρ τι τῶν ἐκ σηρικῶν νημάτων πεποιημένον ἴσον τῇ τῆς θεομήτορος εἰκόνι, τῇ τοῦ σωτῆρος ἐκ δεξιῶν ὑπεράνω τοῦ ἁγιάσματος ἐπὶ στοᾶς ψηφῖσιν ἐμπέπηγεν, ἐκεῖσε ἀπαιωρήσασα, εἶτα τὰς λαγόνας κύκλῳ τούτῳ διαλαβοῦσα καὶ τὴν ὀσφὺν περισφίγξασα, τὴν γονὴν εἰσρυεῖσαν ταύτῃ συνέχει, τὰ πρῶτα ἐξίτηλον γινομένην καὶ διαρρέουσαν, καὶ Κωνσταντῖνος ἐντεῦθεν αὐτῇ κατὰ τὴν πορφύραν πρώτιστος γίνεται... (6). *Haec sola phrasi differunt ab his quae narrat anonymus in libelli c. 26. Quae si contuleris cum Vitae Euphrosynae cc. 22-24 neque biographum de miraculis aliquid accepisse, neque anonymum Vitam legisse inferas necesse est. Porro neque Nicephorus ex Miraculis Vitam neque ex Vita Miracula ullo modo tinxit, et utrumque exemplum vecordi quadam imitatione rettulit.*

Auctore H. D.

paraphrasis Vitae antiquioris

20. *At si in Vita Euphrosynae vetustius sub Nicephoriana phrasi documentum discerni probabile est, non ideo tamen eius fontes distincte attin-* E *gimus, et id solum in universum perspici potest, eos optimos non esse et liquidos, sed plurima tum falsa tum artificiosa cum veris et genuinis commixta habere. Temeritatis tamen expers censeatur qui certum exploratumque habeat saec. XIII exeunte Euphrosynam quandam virginem sacram, Constantinopoli in monasterio Deiparae ad Fontem ut sanctam cultam fuisse, famaque miraculorum celebrem memoriam habuisse. De his enim Nicephorum audimus ceu de rebus aetate sua gestis testimonium ferentem. Ceterum probabile est, eandem Euphrosynam saeculis IX-X vixisse videturque eius nomen lectum fuisse a biographo in litteris Leonis VI imperatoris, de quibus c. 31. Miror tamen in libris liturgicis, et maxime in synaxariis eius memoriam desiderari. Unde si quis coniciat Euphrosynae venerationem haud statim post mortem sed aliquot post annis coepisse, ut puta saec. X exeunte, et tunc tandem eius Vitam ex eis quae ore tradebantur paucisque scriptis collectam fuisse, libenter assentiar.*

cuius fontes latent.

C (1) *Ibid.*, θαῦμα ζ', p. 22. — (2) *Ibid.*, p. 11-14. — (3) *Ibid.*, p. 15-17. — (4) *Ibid.*, p. 59. — (5) Cf. K. Krumbacher, *Geschichte der Byzantinischen Literatur*², p. 291. — (6) *Ibid.* θαῦμα κζ', p. 49. F

VITA S. EUPHROSYNAE

E codice Florentino Conventi Sopp. Camaldoli 1214 (= **A**). — *Cf. Comm. praev., num. 1.*

f. 12. [1]Βίος καὶ πολιτεία καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Εὐφροσύνης τῆς νέας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀσκησάσης, συγγραφεὶς παρὰ Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου[2].

f. 12v. **1.** Μέγα τι χρῆμα πρὸς παράκλησιν ἀρετῆς ψυχῇ φιλοθέῳ καὶ μαρτύρων ἆθλος εὐπρεπῶς διηγούμενος καὶ βίος ἐν ἀσκήσει διαπρεπὴς ἀνάγραπτος προτιθέμενος· ἔχει γάρ τι καὶ πρὸς ἀμφοτέρων περὶ τὸ βέλτιον ἐντυποῦσθαι, ᾧ τρυφᾶν τοῖς τοιούτοις ἐστὶ σπουδή, ἔνθεν μὲν ἐκείνου τὸ πρὸς τὰς βασάνους ἀνένδοτον θεωροῦντι ἅτε δὴ τῷ περὶ τὸ θεῖον ἔρωτι ἐξημμένου, ἐντεῦθεν πάλιν τὸν[3] ἀσκητὴν αὐτὸν ἑαυτῷ[4] τὰ πάντα γινόμενον, οὐκ ἐλάττους μέντοι τὰς βασάνους ἑαυτῷ προσεπάγοντα καὶ πρὸς τὰς ἀρχὰς τοῦ σκότους σφοδρῶς ἀντικαθιστάμενον, ὡς ἂν τὴν τῆς προαιρέσεως ἐπὶ τὰ χείρω ῥοπὴν τῷ προσήκοντι τῶν τρόπων ἀποχρώντως ἡνιοχήσας[5] εὐήνιον οὕτω τὸ τῆς ψυχῆς ἀφιστάμενον καταστήσῃ καὶ οὕτω τὸν τῆς

Prologus.

Col. 1, 13.

1. — [1] *initio* μηνὶ νοεμβρίῳ η' A. — [2] εὐλόγησον μῆτερ *add.* A. — [3] τὸ A. — [4] *ita legendum videtur, paene del. in* A. — [5] ἡνιοχήσαντα A.

νίκης

Vita νίκης ἐπίσης ἐκείνῳ στέφανον ἀναδήσηται. Λαμπρὰ μὲν δὴ καὶ ἄμφω ταῦτα τὸν συνετὸν διεγεῖραι[6] καὶ κέντρου δίκην παραθῆξαι ψυχὴν ἐσάπαξ τρωθεῖσαν τῷ οὐρανίῳ καλῷ[7]· οὐχ ἧττον μέντοι διανιστᾶν ἔχει καὶ πρὸς τὸν ἴσον ζῆλον διερεθίσαι ὁ[8] βίου[9] ἕτερον τρόπον τούτοιν ἔχων κἀκ πλούτου καὶ κοσμικῆς φαντασίας μετὰ καινῆς πολιτείας ὑπερφανείς· μᾶλλον γὰρ οὗτος ἀκριβῶς ἀνθάπτεσθαι τῶν ἴσων διερεθίζει τὸν ἀκροώμενον καὶ πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ μίμησιν διεγείρει καὶ δείκνυσι μηδὲν εἶναι[10] πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς εὐδοκίμησιν καὶ πρὸς τὸ καθᾶραι ψυχὴν ἐμποδὼν καὶ τὰς πρώτας ἀπελάσαι ταύτης κηλῖδας αἱ καθ' ἑαυτὰς τοῦ γένους ἐπιμιξίαι καὶ ἡ μετὰ τῶν πολλῶν ἴσως καὶ ἀλλοτρίων συνδιαγωγή, ἀλλὰ δὴ προαιρέσεως ἀσφαλοῦς καὶ καρδίας ἀκλινῶς πρὸς τὸ ὄντως ὂν ἐξημμένης[11], καὶ οὐχ ἧττον ταῦτα προσίσταται· μᾶλλον μὲν οὖν καὶ ὕλη ταῦτα τῷ τῆς ψυχῆς προσγίνεται εὐγενεῖ, πάντα πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ μετουσίαν εὐφυῶς
B μετατρέπουσα. Ἂν δὲ ταῦτα καὶ γυνή, ἀνδράσι[12] μέσοις τὴν πολιτείαν ἀστράψασα καὶ ἐν ἐρημίᾳ καὶ περιφανεῖ τῇ πόλει ὅπως δήποτε βούλοιτο στερρῶς καὶ ἀνδρικῶς διαφέρουσα, ὅσην ἄρα παρέξει[13]
f. 13. τὴν μίμησιν καὶ παράκλησιν | τοῖς κατὰ Θεὸν αἱρουμένοις βιοῦν.

Euphrosynae **2.** Καὶ πολλὰ μὲν ἴσως ἄν τις εὕρῃ τούτων τὰ παραδείγματα, μάλιστα δὲ τοῦτο παριστᾶν ἔχει καὶ ἡ νῦν ἡμῖν εἰς ὑπόθεσιν προκειμένη, ἡ μακαρία δηλαδὴ καὶ ἀοίδιμος Εὐφροσύνη, ἧς τὸν ὑπερφυᾶ βίον καὶ τὰ κατ' ἐχθρῶν ἀγωνίσματα καὶ παλαίσματα τῷ λόγῳ πρόκειται διελθεῖν. Ἐμοὶ γοῦν περιττὸν εἶναι λελόγισται τῶν κατὰ Θεὸν βιωσάντων τὴν πατρίδα καὶ τὸ γένος προσεξετάζειν, εἰ περιφανὴς ἡ προαγαγοῦσα πόλις εἴη καὶ εὐφυΐᾳ καὶ θέσει τόπου τὸ κράτιστον[1] περιβάλλεται, εἰ τὸ γένος τῶν ἐπισήμων καὶ δόξῃ καὶ τιμῇ τῶν πολλῶν προέχον καὶ χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ περιλάμπεται ἅμα καὶ καταλάμπεται, καὶ τἆλλα δι' ὧν ὁ πολὺς ἄνθρωπος καὶ περὶ τὰ κάτω δὴ κεχηνὼς τὸ εὔδαιμον ἐρανίζεται· ἀποχρήσει γὰρ ἐκείνοις ἀντὶ πάν-
C των τὸ περιφανέστατον ὄντως κτῆμα ἡ ἀρετή, ὥστε καὶ πατρίδα καὶ γένος εὐπρεπῶς κοσμῆσαι, εἴγε τέως καὶ τούτων ἄμοιρος εἴη. Ἀλλ' ἵνα μὴ κἀν τούτοις ἔλαττον αὕτη τῶν ἄλλων ἔχουσα ἐγκληθείη, εἰ καὶ μηδὲν ἐκείνη πρὸς λόγον τὰ μὴ πρὸς λόγον, φέρε καὶ ταῦτα προσθήσομεν.

patria, **3.** Πέλοπος ἡ νῆσος τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ πατρίς, περὶ ἧς ὅσα σεμνὰ ποιηταῖς καὶ λογογράφοις παρήσειν δοκῶ μοι τῷ τὸν κόρον θέλειν φεύγειν· Καλαβρία ἡ θρεψαμένη καὶ εἰς φῶς τὴν ἀγαθὴν ταύτην βλάστην προαγαγοῦσα· πατέρες δὲ αὐτῇ ἀγαθοὶ καὶ ἐξ ἀγαθῶν, πλοῦτον μὲν πρῶτον ἄφθονον καὶ ἀκένωτον ἐπιεικῶς πλουτήσαντες, τὴν εὐσέβειαν, οὐκ ἔλαττον δέ τινος ἐνεγκάμενοι τῶν ἐν τῇ πατρίδι κἀν τῷ δευτέρῳ τούτῳ, ὅσος ἐν D
χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ καὶ τοῖς διαχρύσοις ἐσθήμασιν, ἔτι δὲ πλέθροις[1] γῆς καὶ οἰκίαις περιλάμπροις καὶ κτήνεσι καὶ τοῖς ἄλλοις, οἷς ὁ πάνυ δῆτ' ἐφηδόμενος ἐν σεμνῷ ποιεῖται τὰ καθ' αὐτόν, ὅσον δὲ αὐτοῖς καὶ τὸ ἐν βασιλείοις κράτος αὐλαῖς, καὶ *parentes genere* στρατηγίαις δή τισι καὶ δήμων ἀγωγαῖς ἀκμαζόντων· ἑπτάκις καὶ γάρ φησι τὸν πατέρα τῆς μακαρίας τὴν τοῦ Πέλοπος πᾶσαν ἐγχειρισθῆναι, τὴν στρατηγίδα περιεζωσμένον ἀρχήν· οὕτω δ' ἦσαν ἐρασταὶ τοῦ καλοῦ καὶ τὸν πλοῦτον | ὡς χρεὼν f. 13v.
διιθύνοντες, ὡς μηδὲν ἄλλο δι' αὐτοῦ πραγματεύσασθαι ἢ τὸ παραπέμψαι τοῦτον διὰ πενήτων Θεῷ καὶ διὰ τῶν φθειρομένων ὡς ἑνὸν κτήσασθαι τὰ οὐράνια· ὡς γὰρ ἄλλοις καὶ οὐχ ἑαυτοῖς θησαυρίζοντες, οὕτω διέκειντο ὅλαις ἀπαντλοῦντες[2] χερσὶ *et pietate praestantes,* καὶ τῷ σπεύδειν κενοῦν μᾶλλον ἑτέρῳ τρόπῳ βλύζειν παρασκευάζοντες[3]· δι' ὧν καὶ γέρας οἶμαι τῶν καλῶν τουτωνὶ σπερμάτων τὴν μακαρίαν ταύτην ἐβλάστησαν, πᾶσι τοῖς ὡραίοις βρίθουσαν τῶν E
χρηστῶν καὶ τοῖς τῆς ἀρετῆς πυρσεύμασι διαλάμπουσαν. Ἦσαν μὲν γὰρ οὕτως ἀβρῶς τῶν ἐν βίῳ καλῶν ἀπολαύοντες[4], τοῦ γε μὴν προσήκοντος καὶ οἰκείου κόσμου ἐνδεῶς μάλα εἶχον.

4. Παιδὸς γὰρ ἀμοιροῦντες ἦσαν, ὃ καὶ μᾶλλον *qui filiam precibus impetrant* ἠνία τούτους καὶ τὴν λοιπὴν τῶν ἀγαθῶν κτῆσιν παρ' οὐδὲν ἐτίθει· ἀμέλει τοι καὶ Θεῷ δι' ἐντεύξεων συνεχῶς ὡμίλουν, τῇ τοῦ Σαμουὴλ Ἄννῃ τὰ ἴσα ὁσίως ἀφοσιούμενοι· τὸ γὰρ δοθὲν ἀντιδοῦναι αὖθις τῷ δεδωκότι καθυπισχνοῦνται καὶ ὥς τι θῦμα πάλιν ἀφιερῶσαι τῷ παρασχόντι. Ὁ γοῦν καρπὸς τῆς εὐχῆς εἰς ὥρας ἥκων ἤδη προέρχεται τῆς γαστρός, ἀστεῖος μάλα καὶ πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν ἐκ πρώτης, ὅ φασι, τῆς ἀφετηρίας ἐπιδεικνύμενος. Ἐν αὐτοῖς καὶ γὰρ σπαργάνοις ἦν ὁρᾶν ὡς ἐν σκιαῖς τισιν ἀμυδραῖς τὴν μέλλουσαν τῆς ἐν πνεύματι διαπλάσεως μόρφωσιν. Ὡς δὲ τριετῆ τὴν ἡλικίαν ἤδη παραμείβουσα ἦν, εὐθὺς μὲν ἀπέσχετο γάλακτος, τῷ δὲ τῆς παλιγγενεσίας θείῳ λουτρῷ μεταπλάττεται (1)· τὴν δευτέραν δ' ἡλικίαν ὡς ἑνὸν παραθέουσα, τῷ δεδωκότι, ὥσπερ ὑπόσχεσις, F
ἀντιδίδοται. Αὐτίκα γὰρ ἀμφίοις περισταλεῖσα *sacrisque litteris imbuunt.* μοναδικοῖς ἀσκητηρίῳ τινὶ ἐκδίδοται καὶ τὰ ἱερὰ ἐκπαιδεύεται γράμματα. Τὴν ἐν μέσῳ γοῦν ἡλικίαν, ὥς γ' ἐχρῆν ἐκείνην, διαγαγοῦσα, εὐταξίᾳ πάσῃ δηλαδὴ καὶ σεμνότητι, οὐδὲν αὐτῇ παρεῖτο λαθὸν τῶν ὅσα δὴ προσῆκεν εἰς τὴν τοῦ σχήματος σύστασιν· μέτριον μὲν γὰρ αὐτῇ εὐθὺς τὸ φρόνημα ἦν, ἐπὶ ῥίζῃ βαθείᾳ καθεστηκὸς νοῦ σώφρονος· ἐντεῦθεν πραότης καὶ τὸ | ἀόργητον αὐτῇ πρὸ f. 14.
πάσης ἄλλης ἀρετῆς ἐπεχόρευον· σιωπῆς οὐδὲν προτιμότερον ἥγητο, νηστείᾳ δὲ καὶ τῇ λοιπῇ ἐγκρατείᾳ τοσοῦτον τὰς προγενεστέρας[1] πολλῷ τῷ μέσῳ διήνεγκεν, ὡς εἰς αὐτὴν ἀφορᾶν τὰς τῷ

[6] διεγείρει A. — [7] καλόν A. — [8] K, καὶ A. — [9] K, βίον A. — [10] *ita* A, ὅτι μηδέν εἰσιν *exspectes.* — [11] K, ἐξημμίης A. — [12] ἐνδράσι A. — [13] παρέζει A.

2. — [1] κάτιστον A.

3. — [1] K, πλέθρων A. — [2] ἀπαντλοῦντας A (?). — [3] (οὕτω - παρασκευάζοντες) *bis scriptum semel deletum in* A. — [4] ἀπολάβοντες A.

4. — [1] *ita* A; *melius* τῶν προγενεστέρων?

(1) Baptismus puerorum in ecclesia graeca multum saepe differebatur. Ita S. Symeon stylita post biennium baptizatur, *BHG*[2]. 1690, n. 9; etiam S. Theodorus Edessenus, *BHG*[2]. 1744, n. 4; S. Stephanus iunior post menses sex, *BHG*[2]. 1666. Exstat novella Leonis VI decernens ut infantes nonnisi post quadraginta dies, extra necessitatem, baptizentur. C. E. Zachariae a Lingenthal, *Ius graeco-romanum*, pars III (Lipsiae, 1857), p. 89.

χρόνῳ

A χρόνῳ προβεβηκυίας καὶ τὸν ταύτης βίον ὥσπερ τι ξένον κεκτῆσθαι ἀρχέτυπον.

Constantinopolim mittitur. 5. Ἐπεὶ δ' οἱ πατέρες αὐτὴν ἑώρων οὕτω τοῦ κατὰ Θεὸν ἔρωτος μάλα ἐξεχομένην, ἔγνωσαν δὴ τῇ Κωνσταντίνου ἐπιφοιτῆσαι καὶ σεμνείῳ τινὶ τῶν ἄγαν ἠκριβωμένων ταύτην ἐγκαταστῆσαι· ηὔχει καὶ γὰρ πολλοῖς σεμνυνομένη τότε θείοις ἐνδιαιτήμασιν. Ἀμέλει καὶ ὥς γε προσῆκον ἦν ταύτην ἐνσκευασάμενοι χρυσῷ τε πολλῷ καὶ ἀργύρῳ ταύτην ἐφοδιάσαντες διαπόντιον τῇ Κωνσταντίνου ἐγκαθιστῶσι καὶ τῇ τῶν Ἀγελάστων (1) οἰκίᾳ φέροντες ἐκδιδόασι. Προσήκοντες δ' ἄρα ἦσαν οὗτοι ταύτης τῷ γένει, οὐκ ἐλαχίστην ἐν βασιλείοις τῷ τότε πλουτοῦντες τὴν εὔκλειαν. Καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ἡ θαυμαστὴ Εὐφροσύνη τῇ τοῦ Βύζαντος παραπέμπεται. Καὶ τοίνυν τῇ εἰρημένῃ οἰκίᾳ ἐνδιατρίβουσα, τῶν συνήθων καὶ οὕτως εἴχετο πόνων, Θεὸν ἀντὶ πάντων ἐγκολπουμένη καὶ διὰ τῶν ῥεόντων τὴν ἀθάνατον δόξαν

B μνηστευομένη. Ἡ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦν· οὐκ ἐλαχίστου δὲ τριβομένου ταύτῃ τοῦ χρόνου, τῶν εἰς φῶς ταύτην προαγαγόντων μήπω καταλαβόντων τὴν Βύζαντος, ἐπείπερ ὁ πρὸς πατρὸς αὐτῇ θεῖος *Ne matrimonium inire cogatur,* Ἀγέλαστος τὴν θυγατέρα πρὸς ὥραν ἤδη γάμου ἥκουσαν ἀνδρὶ τῶν τότε περιφανῶν κατηγγύα καὶ ὁ καιρὸς ἐκάλει καὶ τὰς ἐπιθαλαμίους ὑπανάπτειν ἤδη λαμπάδας, ηὐτρέπιστο δὲ ἡ παστὰς καὶ προυχώρει μὲν ὁ ὑμέναιος, χορὸς δ' ἐκ πάσης ἡλικίας τὴν οἰκίαν περιελάμβανε καὶ ὁ τῆς κόρης πατὴρ λαμπρῶς εἱστία μάλα τῆς παστάδος τὸν θρίαμβον, — τότε δὴ τότε νυκτὸς ἄρτι ἐπιλαβούσης αὕτη τῷ τοῦ ἀληθινοῦ νυμφίου σφοδρῶς ἔρωτι ἐκκαυθεῖσα, τὸν καιρὸν δραξαμένη, — συνεργὸς δὲ καὶ ἡ νὺξ τῷ ἔργῳ μάλα καθίστατο — παρ' οὐδὲν λογισαμένη καὶ ὃν ἐπεσύρετο πλοῦτον καὶ τὰ τοῦ γένους καὶ τἄλλα πάντα δεύτερα τοῦ κατὰ Θεὸν ἔρωτος f. 14v. ἐννοήσασα, ἠρέμα | τὴν στολὴν βραχὺ μεταλλαξαμένη ἔξεισι τῆς οἰκίας, πολλὴν ὅτι τοῦ λαθεῖν πρόνοιαν ποιουμένη· καὶ οὐ πόρρω δὴ τὴν φυγὴν ἵστησιν, ἀλλ' ἐγγύς που μάλιστα γενομένη, τῷ *aufugit et latitat,* μᾶλλον λαθεῖν κρύπτεται παρ' οἰκίδιον δυστυχὲς καὶ παντάπασιν ἠμελημένον μυλωροῦ τινος, πάλαι διερρωγὸς καὶ σχῆμα φαῖνον μὲν οἴκου ἄλλως δὲ ἀφεγγὲς[1] καὶ ἡλίῳ εἰς τὸ παντελὲς ἀθεώρητον. Ἐκεῖσε τοίνυν λαθοῦσα εἴσεισι βραχύ τι ζωῆς ἐφόδιον ἐπιφερομένη, ἄρτον ξηρὸν δηλαδὴ καὶ ὀλίγον τι πάνυ τοῦ ὕδατος· ἃ καὶ μόλις προσίετο ἐξ ἡμερῶν διαστήματος. Μῆνες ἐκείνῃ παρῆλθον τρεῖς οὕτως ἐχούσῃ ἀπροΐτῳ πάμπαν καὶ Θεῷ μόνῳ οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ τῶν ἁπάντων γινωσκομένῃ, προσευχῇ καὶ δεήσει τὸ σύμπαν διανυούσῃ τοῦ χρόνου.

frustra ubique requisita. 6. Ὁ μέντοι θεῖος ταύτης[1] Ἀγέλαστος τῶν ἐκ τῆς ῥαστώνης τοῦ γάμου μικρὸν ἀνεὶς ἑαυτόν, ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν Εὐφροσύνην μάθοι[2], οὐκ εἶχεν ἑαυτὸν οἰκτεῖραι τῆς συμφορᾶς, ἀλλ' εὐθὺς τὴν τοῦ γάμου χαρὰν θρῆνος ἄληκτος διεδέχετο· καὶ ἦν ἰδεῖν — τὸ τοῦ Ἡσαΐου — εἰς πένθος στραφεῖσαν τὴν ἑορτήν. Καὶ τοίνυν αὐτίκα μικρὸν ἀνασχὼν ἁπανταχοῦ περιῄει καὶ τοὺς οἰκείους ἄλλον ἀλλαχοῦ διεπέμπετο ἀνιχνεύων, εἴ που τὸ θήραμα περιλήψοιτο· ἠρευνῶντο φίλων οἰκίαι, ἰδίων καταγωγαί, οἱ παριόντες ἀκριβέστερον ἐξητάζοντο, οἱ τῆς πόλεως στενωποί, τὰ ἔρημα οἰκημάτων χωρία, τέλος τὰ ἱερὰ καταγώγια καὶ ὅπου δήποτε τόπος δι' ὑποψίας ἐτύγχανεν. Ὡς δὲ πάντα πράττοντες οὐδὲν μᾶλλον ἤνυον καὶ τοῦ ζητουμένου πόρρω ἠλαύνοντο, καὶ ταῦτ' οὐ πάνυ πόρρω διεστηκότος, τέλος ἀπειπόντες ἐν θρήνοις ἦσαν <καὶ[3]> ἀβίωτον εἶναι τὸν βίον ἐνόμιζον· « Τί γὰρ ἄν, φασί, καὶ δράσαιμεν, τῶν πατέρων ταύτην ἀνακαλουμένων ὅσον τε οὔπω καὶ αὐτῶν ἤδη παρόντων, καὶ ταῦτ' ἐπ' ἐκείνῃ μόνῃ τὰς τοῦ ζῆν σαλευόντων ἐλπίδας; » Ἀλλ' οὕτω μὲν ἐκεῖνοι κέντροις λογισμῶν ἐτιτρώσκοντο, ἡ δὲ παρὰ τὸ δωμάτιον ἦν ἀπρόϊτος ὅλη, Θεῷ δὲ μόνῳ δι' ἐντεύξεως ἀκριβέστατα ἐγνωσμένη. E

Vita

Amos 8, 10.

f. 15. 7. Καὶ τοίνυν ὡς ἐκείνῃ τρίτος μὴν ἤδη | τῷ οἰκήματι, ὥσπερ εἴρητο, ἐπεραίνετο, νυκτὸς ὄψις τῷ μυλωρῷ γίνεται· ἡ δὲ ὄψις θεία τις εἶναι ἐῴκει *Visione monitus,* καί· « Τὴν δούλην τοῦ Θεοῦ, φησίν, ἀναστὰς Εὐφροσύνην κάλει πρὸς ἑαυτόν. » Ὁ δὲ ἐνύπνιον ἄλλως ἐκ τοῦ παρήκοντος οἰηθεὶς εἶναι τὴν ὄψιν, κατημέλει τοῦ λόγου καὶ οὐδ' ὁτιοῦν ἐκείνῳ διὰ φροντίδος ἦν. Πάλιν νὺξ καὶ πάλιν ἡ αὐτὴ ὄψις καὶ εἰσήγησις, τῆς προτέρας κατ' οὐδὲν διαφέρουσα. Ὁ δὲ διυπνίζετο καὶ τῇ γυναικὶ πρὸς λόγους ἰὼν τὰ τοῦ φάσματος ὡς εἶχε διηγγειλεν ὅπως τε τὰ πρῶτα φωνῆς ἀκούσοι[1] Εὐφροσύνην τινὰ ζητεῖν κελευούσης καὶ πρὸς ἑαυτὸν μεθιστᾶν, καὶ ὡς ἀμελήσοι[2] τῶν ἠκουσμένων καὶ ὡς πάλιν ἡ αὐτὴ ὄψις ἐπέστη τὰ ἴσα διαγορεύουσα· « Ἀλλὰ σκέψομαι, φησίν, ὦ γύναι, καὶ εἰ κἀκ τρίτου πάλιν τὸ ὄναρ ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπισταίη, θείαν που πάντως εἶναι τὴν ὄψιν ἐκλογισαίμεθα. » Ὡς δὲ καὶ αὖθις τρίτη ἐπεγένετο νύξ, ὁ τὸν μύλον ἐπιτετραμμένος εὐχαῖς ἐκδοὺς ἑαυτὸν οὕτω δὴ κατεκλίνετο· ἀλλὰ F καὶ πάλιν ἡ ὄψις τὰ αὐτὰ παρεγγυῶσα ἐφίσταται *molendinarius quidam cum uxore* καὶ σφοδρότερον ἢ πρότερον. Ὁ δὲ διυπνισθεὶς ὑπανίστατο καὶ σύντρομος τῇ γυναικὶ ἐξηγεῖτο τὸ ὅραμα καὶ ποῦ ποτε γῆς ἂν εἴη τὸ καθ' ὕπνους ὁρώμενον ἐζήτει μαθεῖν. Ἡ δὲ γυνὴ σώφρων ἄλλως οὖσα καὶ τὸν ἄνδρα τῆς τοσαύτης αἱρουμένη φροντίδος δῆτ' ἀπαλλάττειν· « Θάρσει, ἔφη, γλυκύτατε ἄνερ, καὶ μὴ ἐπὶ τόσον φροντίσιν ἀνιᾶσθαι αἱροῦ· ἔνδον γὰρ ἀρκύων τὸ θήραμα (2)· θείᾳ γάρ τινι καὶ ἐξαισίᾳ ῥοπῇ χθὲς ἐν νῷ θεμένη τὰ καθ' ὕπνους σοι ὁραθέντα, ἁπανταχοῦ περιῄειν ζητοῦσα εἴ που ἐφεύροιμι καὶ εὑρόν γε ἀνιχνεύουσα· παρὰ γὰρ τὴν καλύβην ἐκείνην καταλαμβάνω ταύτην συχνῶς εὐχομένην καὶ Θεῷ τὰ μάλιστα προσανέχουσαν. » Ὁ δ' αὐτίκα τῆς φροντίδος ἀπολυθεὶς ᾗ ποδῶν εἶχε πρὸς τὴν καλύβην ἀνέτρεχεν ἔτι νυκτὸς ἐπεχούσης· ἀλλ' οὐδὲ ἡ γυνὴ

5. — [1] ἀφεγγείς A.
6. — [1] ταύτη A. — [2] μάθη A. — [3] K, *om.* A.

7. — [1] *ita* A; ἀκούσειε *exspectes* K. — [2] *ita* A; ἀμελήσειε *potius scripseris* K.

(1) Ex Agelastis erat Leo protospatharius de quo CONSTANTINUS PORPHYROGENITUS, *De administrando imperio*, 50.

— (2) Proverbium. Cf. CEDRENUS, *Hist. Comp.*, BEKKER, t. II, p. 347.

 τῆς

VITA τῆς τοιαύτης καλῆς ὁδοιπορίας ἠμέλει, ἀλλὰ καὶ
αὐτὴ κατόπιν ἐδίωκεν· ἐπεὶ δὲ τῆς σκηνῆς ἐκείνης
ἔνδον ἐγένοντο, φῶτα κηρῶν διαρπάσαντες ὁρῶσι
f. 15v. θέαμα | ξένον, αὐτὴν μὲν ἀκλινῆ καὶ ὅλην ὄρθιον
ἀνεπτερωμένην[3], Θεῷ χεῖρας ὅλας εἰς ὕψος αἴρου-
σαν καὶ ὅλην ἐξεχομένην αὐτοῦ καὶ τῆς ἄνω
πορείας ἐφιεμένην καὶ τάδ', ὥσπερ ἦν εἰκός,
Ps. 41, 1. ὑποψιθυρίζουσαν· «῞Ον τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ ἔλαφος
ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ καὶ
ἐκλείπει ἡ ψυχή μου πρὸς σέ, ὁ Θεός.» Ταῦτ' οὖν
ἐκεῖνοι παρὰ δόξαν ἰδόντες, δέει σχεθέντες ἠρέμα
τοῖς ὄπισθεν ὑπεχώρουν. Ἐκείνη δὲ δακρύων
ὄμβροις καὶ συχναῖς γονάτων κλίσεσι προσκει-
eam orantem reperiunt in tugurio, μένη, ἀπεδίδου τὰ τῆς εὐχῆς. Ἐπεὶ δὲ μόλις πρὸς
ὄρθρον ἔληγε, κεκμηκυῖα διανεπαύετο· οἱ δ' ἐκ τοῦ
σχεδὸν εἰσιόντες ταύτην ἠσπάζοντο καὶ τὰς κεφα-
λὰς τῇ γῇ προσερείσαντες ᾔτουν τὴν εὐλογίαν καὶ
πρὸς τὰ οἴκοι ταύτην, καὶ βίας ἐπάγοντες οὐκ
ἐλάχιστον, μετεστέλλοντο[4]..... καὶ ὑπερετίθει τὴν
B αἴτησιν. Τὸ δὲ καλὸν ἐκεῖνο ζεῦγος οὕτω τὴν
μακαρίαν ἀπαγορεύουσαν <ὁρῶν[5]> τὴν ἐξέλευσιν
καὶ τὰ τοῦ φάσματος προσετίθει. Καὶ ὡς· « Οὐχ
ἡμεῖς, ἔλεγον, οἴκοθεν, ἀλλ' ἄνωθεν ὄψις ἡμῶν
νυκτὸς τὰ σὰ καθυπέδειξεν, » ἐκείνη πρὸς νοῦν
βαλοῦσα, ὡς ἔγνωσται ἤδη καὶ οὐκ ἐξέσται αὐτῇ
τοῦ λοιποῦ μὴ θορύβων ἐκτὸς τὴν κατὰ σκοπὸν
ἀνύειν πορείαν, ὑφορωμένη δὲ μὴ καί τις ὑφερπύσῃ
δόξης ἔρως ὁ πάντα τὸν θησαυρὸν εἰδὼς ἀπόλλειν
τῆς ἀρετῆς κἀντεῦθεν καὶ ἀνηνύτοις δόξει ἐπιχει-
ρεῖν καὶ πρὸς τοὐναντίον τὰ τοῦ σκοποῦ ταύτῃ
μεταρρυήσεται, τὴν ἐκείνων αἴτησιν δῆθεν εἰσδεξα-
quod noctu relinquit. μένη καὶ ἀνύσαι κατεγγυησαμένη, νυκτὸς ὡς πορ-
ρωτάτω δὴ γενομένης, λάθρα τῆς καλύβης ἀπάρασα
παρὰ τὴν θάλασσαν γίνεται. Πλοίου δὲ πρὸς
ἀναγωγὴν εὐτρεποῦς ἐκ τοῦ σχεδὸν εὐτυχήσασα,
ὃ πρὸς τὸν Ἀνάπλουν (1) ἔμελλε διαπλεῖν καὶ πρὸς
αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ Εὐξείνου γίνεσθαι Πόντου,
εὐθὺς αὐτοῦ ἐπιβαίνει.

Vestem induta virilem **8**. Ἐπεὶ δὲ καὶ πρὸς ὅρμον ἦν τὸ σκάφος, ἀκιν-
δύνως μάλα τὸν τῆς θαλάττης πλοῦν διελθόν,
αὐτίκα τὴν γυναικείαν πρὸς ἀνδρῴαν μεταμφιασα-
μένη στολὴν καὶ ἀντὶ Εὐφροσύνης τὴν Ἰωάννου
κλῆσιν μετακληθεῖσα, ὅλη τῆς κατὰ Θεὸν πορείας
ἐγίνετο. Τὰ ἐκεῖσε δὲ πάντα φροντιστήρια διελ-
f. 16. θοῦσα | καὶ οἷά τις φιλεργὸς μέλισσα ἐξ ἁπάντων
ἐρανισαμένη τὰ κράτιστα καὶ ὅσα φωτίζειν οἶδε
μάλα τὸν νοῦν καὶ τὸ γλυκὺ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου
διὰ τῆς κατὰ βραχὺ συλλογῆς ἀπολεξαμένη, τέλος,
ἐπεὶ ἐξ αὐτῶν ὅσον χρήσιμον ἠρανίσατο — οὐδὲ
γὰρ σπήλαιον ἢ φροντιστήριον ἢ ἄλλο τι ἀρετῆς
ἐργαστήριον παρεῖτο ταύτῃ λαθόν, ὃ μὴ πολὺν
ἐκείνῃ τὸν τῆς ἀρετῆς ἐνετίθει πλοῦτον, — τοῖς
περὶ τὸν Εὔξεινον εἰσβαλοῦσα Πόντον — πλεῖστα
δὲ ἦσαν ἐκεῖσε τὰ μοναστήρια, ἔνθα δὴ πολλοὶ τῶν
ὑπὲρ ἡμᾶς φιλοπονώτερον τὸ τῆς ἀρετῆς μέλι, ὡς
χρεὼν τοῖς αἱρουμένοις ζῆν ὁσίως, ἀπεθησαύρι-
σαν, — περὶ μίαν που κορυφὴν ὄρους ἀποτόμου, D
ὃ δένδρεσι παντοίοις συνηρεφὲς ἦν, ἄνδρας
εὑροῦσα τῷ πνεύματι ζέοντας καὶ τῷ Κυρίῳ δου-
λεύοντας, ξένην δέ τινα καὶ τὴν ἀγωγὴν καὶ τὴν *in monasterio recipitur.*
δίαιταν ἐπιδεικνυμένους, ἐνταῦθα τὴν περιφορὰν
ἵστησιν· οὐδὲ γὰρ εἶναι πρὸς λόγον ἔκρινε τὸν
πνευματικὸν καρπὸν ἐνεγκεῖν μέλλοντα ἔνθεν
κἀκεῖθεν μεταρρέπειν καὶ ἀεὶ μεταβαίνειν, ὥσπερ
οὐδὲ τῶν φυτῶν ἃ συνεχῆ τὴν φυτείαν πάσχει,
πρὸς καρπῶν ἀνάδοσιν καθίσταται γόνιμα· βεβη-
κέναι γὰρ ὡς ὄρος χρὴ τῆς Σιὼν τὸν καθάπαξ ἐπὶ
Κύριον πεποιθέναι αἱρούμενον· διό τοι[1] κἀκείνη
δεῖν ἐνομίζετο στῆναι μὲν τῆς πλάνης καὶ τῷ
Χριστοῦ ζυγῷ τὸν αὐχένα ὑποβαλεῖν· καὶ δὴ τὴν
μετὰ τῶν θεοφόρων ἀνδρῶν ἐκείνων αἱρετισαμένη
διαγωγήν τε καὶ ξυναυλίαν, τῷ μοναστηρίῳ
ἐγκλείεται.

9. Ἐνταῦθα δὲ γενομένῃ τῇ μακαρίᾳ, ὅσος ὁ *Certamina cum adversario;*
παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπανίσταται πόλεμος· ὅσῳ γὰρ
ἐκείνῃ πρὸς ἀνάληψιν ἀρετῆς ἡ σπουδή, τοσοῦτον E
ἐκείνοις ἐξ ἀντιρρόπου τὸ πάντα κάλων κινεῖν (2)
νεκρὸν ἐκείνης τὸ πρόθυμον καθιστᾶν καὶ ἄλλως
δεδίττεσθαι καὶ μὴ ἐφικέσθαι πείθειν τοῦ ἐγχειρή-
ματος. Αὐτὴ δὲ ὥσπερ ἀντικαθισταμένη μάλα γεν-
ναίως, σπουδαιοτέρᾳ προσέβαλλε τῇ ἀσκήσει,
φιλονεικοῦσα μὴ μόνον τοὺς ἐκεῖσε πάντας καὶ
μιμεῖσθαι καὶ ὑπερβαίνειν, ἀλλ' ἁμιλλωμένη καὶ
πρὸς τὴν ἀ|ρετὴν τῶν πάλαι διαπρεψάντων παρεξι- f. 16v.
σοῦσθαι· ἀμέλει καὶ πᾶν εἶδος ἀσκήσεως ἐν βραχεῖ
διελθοῦσα, θαῦμα μὲν καὶ τοῖς ἐν τῷ φροντιστη-
ρίῳ μέγιστον, ἔκπληξις δὲ καὶ δαίμοσι καὶ οἱονεί τι
φόβητρον ἦν, φύσιν οὕτω γυναικείαν ὁρῶσι καὶ
ἁπαλὴν οὐκ ἀπολιμπανομένην τῆς τῶν ἀνδρῶν, *sancta aemulatio;*
ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ πολλῷ μέτρῳ[1] καὶ τόνῳ δὴ τῆς
ἀσκήσεως καὶ πρὸς τὴν ἀγγελικὴν παρελαύνουσαν
πολιτείαν, οἷα δὲ αὐτῇ καὶ τὰ κατορθούμενα.
Βάθρον μὲν οὖν καὶ οἱονεί τις ἀρραγὴς προκατε-
βλήθη ταύτῃ θεμέλιος τὸ τῆς ὑπακοῆς σύντονόν τε
καὶ ἀνυπόκριτον· οὐδὲ γὰρ ἦν τι, ὃ τῷ προεστῶτι
ῥηθὲν οὐκ εὐθὺς ἠνύετό τε καὶ ἐσπουδάζετο, κἂν
ἠπείλει ταύτῃ τὸν ἔσχατον κίνδυνον· μετὰ τοῦτο F
τῆς ἐγκρατείας ἁπάσης αὐτῇ καλὸν διαφερόντως
κατώρθωτο· ἅπαξ γάρ που ἢ καὶ δεύτερον ἐσιτεῖτο *ieiunia et vigiliae;*
τῆς ἑβδομάδος· ἄρτος δὲ ἦν καὶ ὕδωρ ποτὸν ἡ
τρυφή· ἐντεῦθεν ἀγρυπνία καὶ στάσις πάννυχος
καὶ χεῖρες αἰρόμεναι πρὸς Θεόν, πτέρυγες οἱονεί
τινες τὴν γεηρὰν ὕλην πρὸς οὐρανὸν ἀνέλκουσαι
καὶ μετεωρίζουσαι· εἰ δέ που δεήσειε[2] ταύτῃ καὶ
κατακλίνεσθαι ἡττωμένῃ[3] τῇ φύσει, ἵνα μὴ καὶ
φάσμα καὶ φύσις ἄλλη τις ἀλλοτρία πάμπαν ἢ
ἀνθρωπίνη λογίζοιτο, ψίαθος ἦν αὐτῇ ἡ στρωμνή,
οὐκ ἐπ' ἐδάφους ἡπλωμένος ψιλοῦ, ἀλλ' ἐπὶ λίθοις
καὶ τούτοις[4] ἀνωμάλοις ἐπαιωρούμενος, ἵνα καὶ
αὐτοῦ τοῦ ὕπνου μὴ πρὸς ἡδονὴν καὶ κόρον ἀλλὰ
βραχέος μάλιστα καὶ ἀδρανοῦς παραγεύοιτο· βάθος
πρὸς τούτοις ταπεινώσεως αὐτῇ πρὸς Θεοῦ ἐπε-

[3] ἀνεπτερωμένη A. — [4] *nonnulla deesse patet.* — [5] *om.* A.
8. — [1] διά τοι A.

9. — [1] μέτρον A. — [2] K, δεήσει A. — [3] ἡττωμένην A. —
[4] οὗτος A.

(1) De Anaplo cf. J. Pargoire, *Anaple et Sosthène*, Isviestija russkavo archeologičeskavo v Konstantinopolje instituta, t. III (Sofia, 1898), p. 60-97. — (2) Proverbium. Leutsch-Schneidewin, *Corpus paroemiographorum graecorum*, t. II, p. 104.

κέχυτο·

6. *Cetera a testibus, quorum aliquot nominat vere locupletes, scriptor accepit : a Rohardo Suessionensis ecclesiae decano,* quem idem Dei servus ab ipsis cunabulis — nam erat ex sorore ipsius, quae dicebatur Hodierna, nepos — secum retinens educavit et ad reverendos mores provexit,... qui de illo tanto valet verius proloqui quanto ipsius praeclara dicta vel gesta... familiarius intueri promeruit (*prol.*); *a Reingerio monacho Sancti Quintini de Monte,* qui ab ipso puerili aevo istius nostri praedicandi Godefridi felici discipulatui inhaesit (*prol., cf. III, 18*), *a Gisleberto* viro aeque per omnia fidelissimo, qui individuus terra marique usque ad exitum vitae illius comes indissociabilis exstitit (*prol.*)*; ab alio, ut videtur, Gisleberto, qui postquam S. Godefridi coquus fuerat, mortuo episcopo in coenobio Sanctae* F
Mariae de Novigento monachus erat factus (*I, 21*)*; ab Andrea, qui eiusdem coenobii sub S. Godefrido abbate monachus, deinde ipse abbas fuit* (*I, 28*)*; ab Odone abbate suo, qui eo tempore quo monasterio SS. Crispini et Crispiniani praeerat — iam enim erat factus abbas Sancti Remigii Remensis — Cartusiam adiit ibique multa de Godefrido audivit* (*III, 10*)*; ab aliis monachis sui monasterii* (*I, 16*)*; ab Herberto et Waltero archidiaconis Tarvannensibus* (*III, 25*)*; a quo-*

(1) Nomen non omnino certum. ***Rohardus*** scribitur in unico Vitae codice, eoque saeculo XVI non antiquiore; ***Rothardus*** apud Guibertum de Novigento, ***De vita sua***, III, 14, quod opus ex apographo saec. XVII est editum; ***Rehoardus*** in litteris anni 1132 ed. ***Gall. christ.***, t. X, instr. col. 112 c. — (2) Id quod docet Nicolaus in prologo : ***Rohardi etiam venerabilis viri ... nam erat ex sorore ipsius, quae dicebatur Hodierna, nepos.*** Cf. Guibertus de Novigento, ***De vita sua***, lib. III, c. 14 (p. 205) : ***Hoc episcopi nepos Rothardus clericus retulit.*** Cum Godefridi parentes in pago Suessionensi habitarent, optime intellegitur sororis filium in huius dioecesis clerum esse cooptatum. Cur autem Suessionensis decanus sollicitus fuerit ut episcopi alienae dioecesis Vita conscriberetur, optime intellegitur, tum ex cognatione qua cum eo coniunctus erat, tum ex eo quod Godefridi corpus Suessionibus erat humatum. — (3) Vid. v. gr. lib. I, c. 24; lib. III, c. 9, 14 extr. — (4) Egregiam illam garrulitatem etiam in minimis quibusdam patefecit vir bonus. Exempla saltem duo afferam vix non ridicula, lib. III, c. 2 : ***Erat autem sabbatum ac vigilia praecelsi martyris Sebastiani, c u i u s a e q u e c e l e b r i t a s i n c r a s t i n o, i d e s t p r i m a s a b b a t i, e r a t f u t u r a;*** lib. III, c. 22 : ***Nam quinta sabbati, vigilia videlicet beati apostoli Bartholomaei, c u i u s a e q u e s o l l e m n e f e s t u m f i d e l i u m d e v o t i o i n c r a s t i n o s u s c e p t u r a s i m u l e t c e l e b r a t u r a e r a t...*** — (5) Vid. v. gr. lib. I, c. 3. — (6) Cf. ***Gallia christiana***, t. X, instr. col. 111-12. — (7) Ibid., col. 115-16. — (8) III, 30 : ***Theulpho quoque piae memoriae.*** — (9) III, post c. 42 : ***Hoc, inquam, gestum vidimus...*** — (10) III, 40 : ***Recolo me conventui fratrum psallentium admixtum, et ecce, ut opinor, quinque anus*** et q. s.

dam

AUCTORE A. P.

A *dam magno viro ecclesiastico qui familiariter cum Godefrido vivebat (II, 4). Etsi igitur, ut ipse docet,* magis audita quam visa protulit (*prol.*), *bene tamen de multis potuerat edoceri. De rebus quidem in regenda Ambianensi ecclesia gestis, quae magis erant in propatulo, nullum testem affert; de ceteris, quae vel antiquiore tempore vel in loco remotiore contigerant, habebat testes optimos, Rohardum de familia et de primis annis, Reingerium de pueritia et adulescentia in coenobio Sancti Quintini transactis, Gislebertum cum de aliis plurimis, tum etiam, ut videtur, de itinere italico; Andream abbatem de vita in monasterio Beatae Mariae de Novigento; Odonem abbatem de tempore quo Godefridus in Cartusia degit. Narrationes autem Guiberti de Novigento non tam neglexisse quam ignorasse videtur Nicolaus. Guiberti enim libri* De vita sua *pro eorum indole non multum cogniti, nedum vulgati erant* (1), *atque vix non certum est Nicolaum, ut erat famae Godefridi sui studiosissimus, si eum a Guiberto reprehensum et vituperatum scivisset, acriter fuisse contradicturum.*

fideliter est usus,

7. *Quae acceperat, fideliter referre voluit* non adulterando sed ex sinceritate *(prol.)*, nihil extrinsecus apponentes quam quod fidelium, ut iam fati sumus, rata relatione cognovimus (*II, 1*); *ideoque sibi credendum affirmavit,* quia, ut iam praemisimus, non ex propriis commentamur, sed ex fidelium, qui videre et audiere haec omnia, pia relatione didicimus (*III, 1*). *Ne tamen sibi non credatur, se vereri aliquando manifestat :* Quod si quisquam contra nos mordaci dente oblatrare tentaverit, ut quid magis audita quam visa protulerim... (*prol.*). *Item :* Quod si quisquam incredulus fuerit, ipse peccabit. Recolo quendam, cuius nomen parvi pendo ad medium deducere, nuper mihi dixisse quare tantis naeniis seu deliramentis festinarem scedulas implicare. O virum miserabilem et, ut ita dixerim, daemone deteriorem! *et q. s.* (*III, 1*). Istud autem praeclarum relatu Herberti simul et Walterii archidiaconorum, peritia litterarum non infimorum, qui tunc interfuere, accepimus, ne quis nos frivola proferre calumnietur (*III, 25*). *Quae utique fraudis alicuius suspicionem dare possunt, cum notum sit libenter huiusmodi asseverationibus mendaces etiam scriptores uti et animi conscientiam nudare. Verum*

C *quo saepius Nicolaum nostrum iterum atque iterum perlegi et eius veluti societate usus sum, eo firmius mihi videbar probare virum illum bonum res quidem more laudatorum augere et amplificare, orationes aliaque id genus ad ornatum fingere, pauca etiam quaedam affirmare — de quibus paragrapho insequenti — quae dubia vel etiam falsa videantur, minime tamen mendacem fuisse, immo vix non semper, ad summam saltem rerum quod attinet, vera et fide digna narrasse. Certe ubicumque ferme res ab eo relatas cum aliis documentis conferre licuit, sive homines nominat, sive concilia, controversias aliosque eventus commemorat, deprehendimus vel omnia ita ut ipse dixit contigisse, vel saltem ea quae profert cum his quae aliunde nota sunt bene congruere.*

etsi in celebrandis sancti laudibus modum excessit

8. *Caute tamen legendus est. Quod enim iam monuimus, cum Godefridi sui fervidus sit laudator, partes quas is in variis rebus habuit nimis celebrat atque etiam auget; ut cum concilium Bellovacense anni 1114* ob id quam maxime *coactum esse affirmat,* quod urbs Ambianensium, *postquam Godefridus ad Cartusiam recesserat,* destituta cerneretur proprio pastore (*III, 9*), *cum tamen sciamus causas multo maioris momenti in eo esse agitatas atque reapse concilium a cardinale Conone, sedis apostolicae legato, praesertim contra Henricum V imperatorem eiusque fautores esse celebratum* (2). *Ut autem illum de sua in scribendo imperitia rhetorico more plane falsa dictitantem deprehendimus, ita a veritate prorsus etiam alienus est ubi asseverat :* Ne notam mendacii incurreremus, simplicem historiae sensum magis quam doctorum faleras verborum expressimus (*II, 1*), *vel se* magis rei prosecutum esse veritatem quam comptorum eloquiorum accumulasse exaggerationem (*III, 42*). *Immo vero exaggerationem huiusmodi, ut cum illo loquar, mirum in modum accumulavit et indefesso studio per tres libros, quibus Vita constat, doctorum verborum faleris et commentis seu eloquiorum fucis immaniter est abusus. Non tamen diffidendum esse illi tum in his, tum ubi instanter fidem suam praedicat et segniores ad credendum, si qui essent,* E *increpat, sed haec omnia habenda esse ut nescio quae fervidi viri ornamenta dicendi et orationis flosculos, manifestum fieri opinor ex c. 6 libri III, quod ita incipit :* Quoddam compendio dicturus sum, quod forte incredibile videbitur, nisi illius revelatione ac multorum qui interfuere astipulatione ratum haberetur, nisi adeo quis infidelis sit ut aestimet Godefridum de se velle frivola commentari, seu ceteros ob gratiam ipsius captandam de illo posse mendacia praeconari; *desinit vero:* Fides Christi nihil me nisi fidelia compellit promere, quamquam non dubitem auditorum animos super his titubare. Sed condonandum censeo, nec cuiquam mirum debet videri, cum hactenus plerique dictis factisve antiquorum patrum nec oculum videndi nec aurem fidelem sensus percipiendi videantur apposuisse, nedum putem omnes Godefrido nostro in cunctis credere... *atque sequuntur alia etiam* ad excitandam tepidorum ignaviam *dicta. Exspectes, lector candide, intra haec magnifica et vehementia proferri nescio quid rari, stupendi et quod fidem superet. Minime. Res narratur veri prorsus similis, naturae congruens, vulgaris et, ut ita dicam, cotidiana : tempore hiemis, cum sub dio populum* F *suum alloqueretur Godefridus, visum esse prae angustia nimii frigoris cruorem ab eius digitis, — ut erat delicatissimi corporis, — ad solum stillare!*

et hagiographi potius quam historici partes egit.

9. *Quid in hac Vita conscribenda sibi proposuerit Nicolaus, ipse non obscure sub finem significat :* Ceterum reor me satisfecisse credulitati fidelium, dum hinc virtutes interioris hominis, quibus quam praeclare viguit, partim depinxerim, hinc vero [quod] quaedam extrema miraculorum eius partim decerpserim (*III, 42*). *Opus est ergo, ut monuimus, non tam historicum quam hagiographicum, quo res a sancto gestae ideo referuntur ut virtutes eius celebrentur et extollantur miracula. Hinc factum est ut quaedam prorsus reticuerit Nicolaus quibus aegre caremus, maxime vero quasnam partes habuisset Godefridus in constituenda communia, quae dicitur, civitatis Ambianensis. Quam rem, utpote cuius momentum, ut plerique huius aevi scriptores, non recte aestima-*

(1) Cf. Bourgin, p. xxxv-xxxvi. — (2) Cf. G. Schorne, *Kardinallegat Kuno, Bischof von Präneste* (Weimar, 1857), p. 26-28; G. Meyer von Knonau, *Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V.*, t. VI (Leipzig, 1907), p. 317-18.

ret,

AUCTORE A. P.

ret, ita neglexit ut, nisi Guibertus de Novigento de ea meminisset, Godefridum communiae favisse prorsus ignoraremus. Magni tamen momenti illud est ad intellegendos praecipuos quosdam et graves vitae eius eventus. Ex hoc enim adiutorio quod populo suo ad libertatem enitenti praestitit ortae utique sunt contra episcopum inimicitiae, ex hoc multiformes tribulationes et innumerae angustiae, ut taederet eum vivere atque semel et iterum e dioecesi sua abscedere et in Cartusiam confugere cogeretur. Quos casus adversos commemorat Nicolaus (1), *sed nullam aptam indicat causam atque iis verbis utitur ut, si Guiberti narrationem non haberemus, valde nobis obscura esset historiae sancti episcopi pars non minima.*

Vitae exemplaria manu scripta,

10. *Nicolai opus, non praestantissimum quidem, utile tamen atque minime neglegendum, edemus ex uno quod repperimus exemplari integro :*

B = *codice Bruxellensi Bibl. Reg. 11987, saec. XVI, fol. sign. olim CXXXVIII*ᵛ*-CLXV, nunc 100*ʳ*-127. Est hic tomus IV legendarii ab Antonio Gentio († 1543) canonico regulari in Rubea Valle prope Bruxellas* (2). *Non indiligenter exscripta est Vita neque tamen sine mendis manifestis; ad quas tollendas etsi solis coniecturis probabilibus fere nitendum fuit, aliquot tamen in locis alio Vitae exemplari adiuti sumus, sed eo plurimum contracto. Codex enim ex quo Antonius Gentius Nicolai opus in suum legendarium transtulit, in ipsa Rubea Valle vel certe in quapiam vicina bibliotheca servabatur, eundemque prae manibus habuit quadraginta circiter annis ante Gentium eiusdem monasterii subprior Iohannes Gielemans, qui eo usus est ut Vitae epitomen suo* Sanctilogio *pararet. Hanc manu ipsius Gielemanni exaratam nobis servavit*

V = *codex Vindobonensis bibliothecae privatae Caesaris austriaci 9397a, saec. XV, tomo IV, fol. 953*ᵛ*-959* (3). *Prorsus omissa sunt epistula, prologus, libri I capita 9, 10, 26, 27, 30, 31, libri II capita 1, 4, 6, 7, 9-28, 30-35, libri III capita 1-16, 20-24, 31, 40; cetera modo paulum, modo multum contracta sunt, ita tamen ut verba genuina Vitae, quantum fieri poterat, Gielemannus servaverit.*

Eiusdem epitomes, cuius apographum anno 1673 Parisios ad Petrum Nicolaum Grenier miserat Iohannes Baptista De Mez, canonicus Rubeae Vallis (4), *duo exemplaria servantur in bibliotheca nationali Parisiensi, Collection de Picardie, t. LXV, fol. 96-103 et 146-150*ʳ.

editiones,

Unus Vitae editionem paravit Laurentius Surius, qui inter probatas sanctorum historias, t. VI (1575), p. 179-214 illam protulit (5), " *cuius tamen* ", *ut ipse monet,* " *dictionem passim immutavit et plerumque nonnihil contraxit, sola epistola nuncupatoria prorsus nihil mutata.* " *Surio praesto fuisse codicem qui ante medium saec. XII esset exaratus, utpote in quo pro litteris* ae oe *littera* ę *cum cauda scripta esset, censuit v. d. C. Brunel* (6); *perperam, ni fallor. His enim litteris caudatis, si ita loqui fas est, vulgo utitur Surius etiam in documentis quae saeculo XII multo sunt recentiora, ut v. gr. in Vita S. Elisabeth lantgraviae (t. c., p. 442-64) et in Vita S. Homoboni Cremonensis (ibid., p. 294-98), quae ambae saeculo XVI compositae sunt, atque in ipsa sua ad tomum VI — ut alios omittam — praefatione. Id unum, collatione instituta, de codice Suriano affirmare possumus, illum fuisse exemplari Rubeaevallensi simillimum.*

Ex Surio (7) *fragmenta Vitae exscripserunt M. I. I. Brial, in* Recueil des historiens des Gaules ..., *t. XIV (1806), p. 174-81, et L. Le Vasseur, inter* Ephemerides ordinis Cartusiensis, *t. IV (Monstrolii, 1892), p. 99-102.*

versio gallica.

Ad editionem Surii Vitam gallice non tam vertit (8) *quam paucis contraxit Arnauld d'Andilly,* Vies de plusieurs saints illustres *(Paris, 1664), p. 587-94; 2ᵉ ed., t. II (Paris, 1665), p. 266-80* (9).

§ II. De controversiis quas Godefridus cum monachis Sancti Walarici gessit.

Etsi immerito reprehensus est Nicolaus

11. *Illas multis explicavit Nicolaus lib. II, c. 9-24, atque propter hanc maxime narrationem acriter a quibusdam reprehensus est, tamquam qui res a veritate prorsus alienas protulisset et monachos Sancti Walarici falso esset calumniatus. Huius summam ita reddidit Mabillonius* (10): " *Cum dioecesim suam lustraret vir Dei Godefridus, Sancti Walarici adiit monasterium, ubi quidam illarum partium presbyteri calices et lintea, in quibus sacra mysteria tractantur, ei benedicenda offerunt. Tum vero monachi obsistunt, nihil iuris illic episcopis Ambianensibus competere causati. Atqui licet episcopis, inquit ille, ubivis locorum vasa dominici ministerii consecrare. Cessit tamen et illinc abiit. Ubi domum revertit, convocato clero, factam sibi iniuriam exponit. Ad haec commoti omnes, citandum abbatem censent. Adest ille, multoque auro corrumpit non paucos, qui abbatem contra episcopum tueri coepere. Episcopus rem ad Manassem Remorum archiepiscopum defert, quo tempore celeberrimus Galliae procerum conventus illic habebatur. Affuit abbas cum monachis, conquestus a Godefrido iniuste suam immunitatem vexari. Leguntur iussu archiepiscopi litterae immunitatem probantes; quibus applaudunt illi qui muneribus depravati erant. Eas sibi ostendi postulat episcopus; quas cum accurate inspexisset, earum fraudem detexit. Veste siquidem illas leviter abstergens, recentem esse scripturam omnium astantium oculis probavit. Sic pudefacti monachi ad Romanum pontificem provocant ambaeque partes ilico in Urbem per-*

(1) Lib. II, c. 31 extr.; lib. III, c. 8, 26. — (2) De quo videsis quae scripsimus *Anal. Boll.*, t. VI, p. 31-34. — (3) Cf. *Anal. Boll.*, t. XIV, pp. 14-15, 26. — (4) De quo cf. nostra *Anecdota ex codicibus hagiographicis Iohannis Gielemans* (Bruxellis, 1895), p. 302. — (5) Inter easdem historias iterum typis data est in posterioribus editionibus Coloniensibus, t. VI (1581), p. 190-225; t. XI (1618), p. 209-227; in Veneta, t. VI (1581), fol. 57ᵛ-69; in Taurinensi, t. XI (1880), p. 338-69. — (6) *Les actes faux de l'abbaye de Saint-Valery*, in LE MOYEN AGE, t. XXII (1909), p. 190-91. — (7) Ex eodem Surio desumptum est saec. XVIII apographum Vitae integrae quod servatur in Bibl. Nationali Parisiensi, Collection de Picardie, LXV, fol. 112-145, tum etiam fragmenta saeculo XVIII exscripta quae reperta sunt in codice Ambianensi 516, fol. 132-137ᵛ. — (8) Id quod affirmatur in *Histoire littéraire de la France*, t. XI, p. 735. — (9) Recentiores scriptores, qui ad hanc Vitam historiam S. Godefridi narraverunt, aliquot recenset H. MACQUERON, *Bibliographie du département de la Somme*, t. II (Amiens, 1907), p. 398-99. Quibus addendi sunt libri plurimi de historia ecclesiae vel civitatis Ambianensis atque etiam Suessionensis editi, in quibus de Godefrido nonnulla referri solent. — (10) *Annales O. S. B.*, t. V, lib. LXX, § CVII.

" *gunt.*

quod in narranda contentione Godefridi cum monachis S. Walarici

„ *gunt. At monachi episcopo diligentiores mune-* „ *ribus statim obtinent quod petunt, moxque cum* „ *novis litteris alacres et ovantes ad sua redeunt.* „ *Ubi Romam attigit episcopus, cum nihil ab eo* „ *sperandum vidissent causidici, aiunt monachos* „ *iniuste ab ipso vexari. Ita spe sua frustratus,* „ *Barium voti causa proficiscitur. Inde Romam* „ *reversus, honorifice excipitur a pontifice, qui* „ *multa de eius sanctitate post ipsius discessum* „ *rescierat; accepitque ab eo litteras, quibus Sancti* „ *Walarici abbati et monachis iniunctum erat ut* „ *Ambianensi episcopo perinde atque patri et pa-* „ *stori in omnibus oboedirent. Reversus demum* „ *ad suos, accito abbate, litteras coram eo legi* „ *iussit. His auditis et inspectis, abbas cedere* „ *coactus est ac deinceps Ambianensi episcopo* „ *paruit.* „

multa perhibuerit

12. *Iam vero qui contra Nicolaum monachum monachos illos tueri aggressi sunt* (1), *multis rationibus eius dicta impugnant, aliis levissimis, aliis momenti non magni, una gravissima.*

inaudita,

a) *Dixerunt :* “ *Nulla est illius historiolae mentio neque apud Ivonem episcopum Carno-* B *tensem, qui monachis non parsurus esset, si huius fraudis* (*de qua eos accusat Nicolaus*) *rei fuissent, neque in alia ipsius Godefridi Vita, quam ex veteri codice Rubeae Vallis prope Bruxellas accepimus.* „ *Verum quorundam silentium, qui non solum de iis controversiis, sed et de tota Godefridi vita et de historia monachorum Sancti Walarici etiam tacent, testimonio scriptoris paene aequalis praevalere ii soli censebunt qui contra probatissimas artis criticae regulas argumentum quod negativum dicunt alias quidem prorsus spernunt, ubi vero ipsorum sententiae favet acriter obtrudere non dubitant. Aliam autem Vitam S. Godefridi nequaquam attulissent, si attendissent quae qualisve esset. Est autem brevis ista epitome a Gielemanno confecta* (2), *in qua, ut brevitati studebat Gielemannus, cum haec capita, tum alia plurima omisit. Quod qui perspexerit, nullus, opinor, hac omissione adducetur ut coniciat narrationem de qua hic sermo est Vitae esse interpolatam.*

incerta,

13. *b*) *Dixerunt nullum habitum esse concilium Remense in quo Godefridus potuisset monachos* C *falsi arguere. Atqui habitum est, ut monet ipse Mabillonius, anno 1105; in quo Cameracensis episcopus electus est Odo abbas Sancti Martini Tornacensis. Ita enim Herimannus monachus in libro de restauratione Sancti Martini Tornacensis, c. 82 :* Domnus siquidem Manasses Remorum archiepiscopus ad concilium generaliter mandans alios abbates, inter alios nominatim evocavit Odonem abbatem Sancti Martini Tornacensis; cumque exinde ammirantes, quid de concilio nobis referretur attoniti et suspensi expectaremus, ecce repente audivimus ad Cameracensis sedis episcopatum eum fuisse electum et sine mora ab archiepiscopo et comprovintialibus episcopis consecratum (3). *Quae egregie confirmantur monumentis duobus, quae Mabillonius non novit, Gestis Galcheri Cameracensis episcopi, c. 30* (4), *ac maxime annotatione quae manu aequali descripta est in psalterio Sancti Martini Tornacensis, qui iam est codex Parisiensis Bibl. Nat. lat. nouv. acq. 2195, fol. 118*r-*119* (5) : Anno ab incarnatione Domini millesimo centesimo quinto et a restauratione huius cenobii quarto decimo scriptus est liber iste in hoc ipso cenobio a quodam fratre monacho et subdiacono, precipiente viro venerandae memoriae domno Odone, primo monacho et primo abbate huius sancti cenobii. Qui venerandus abbas eodem anno raptus ad episcopatum Cameracensis civitatis, non sine damno totius nostrae congregationis nobis ablatus est, consecratusque est episcopus supradictae Cameracensis civitatis a Manasse Remensi metropolitano et septem comprovincialibus episcopis anno dominicae incarnationis millesimo centesimo quinto, indictione tertia decima, epacta tertia, VI nonas iulii, die dominica *et q. s. Recte autem monet Mabillonius,* “ *si vera sunt quae de causa monachorum* E „ *Sancti Walarici tradit Nicolaus monachus, ea* „ *in illo Remensi concilio acta fuisse oportere.* „ *Certe non prius, quandoquidem anno tantum* „ *praecedente Godefridus sedem Ambianensem* „ *iniit; nec posterius, cum Manasses archiepi-* „ *scopus, cuius tempore id accidisse dicitur, anno* „ *1107 decesserit.* „

AUCTORE A. P.

falsa

14. *c*) *Dixerunt Nicolaum satis aperte innuere Godefridum non multo post hoc concilium Romam esse profectum; reapse autem anno dumtaxat 1109 illum in Italia fuisse, cum narret Hugo monachus Cluniacensis in litteris ad Pontium abbatem suum* (BHL. *4011*) *ipso die quo mortuus est S. Hugo Pontii decessor, id est die 29 aprilis 1109, Godofredum episcopum Ambianensem, cum in Italia apud Papiam esset, vidisse caelitum agmina qui in triumpho gloriae S. Hugoni de hoc mundo migranti obviam procederent* (6). *A qua difficultate ut se expedirent, coniecerunt quidam bis iter italicum a Godefrido esse initum, semel anno 1105 vel paulo post, semel anno 1109; quae est mera coniectura nullo alio documento confirmata. Forsan igitur satius erit dicere cum v. d. C. Brunel non tantae* F *auctoritatis esse hanc Hugonis monachi narrationem. Non solum enim ipse in alio opere, in Vita inquam sua S. Hugonis* (BHL. *4012*), *narrat quidem Godefridum de obitu S. Hugonis die illo in Italia esse monitum, rem tamen alio prorsus modo explicat : ea nocte qua sanctus discessit, cum Godefridus membra sopori dedisset, visum esse ei quod in Cluniaco esset, rogatusque a fratribus abbatem Hugonem oleo sancto inungeret et episcopali redimitus infula missas celebrans, dominici corporis et sanguinis ei viaticum ministraret* (7); *sed ab utraque Hugonis narratione discrepant alii scriptores Vitae S. Hugonis. Gilo enim monachus Clu-*

(1) L. D'ACHERY, *Guiberti de Novigento opera* (Parisiis, 1651), p. 568-72 : “ Parergon de privilegiis abbatiae Sancti Valerici „; Robertus QUATREMARIUS, *Concilii Remensis quod in causa Godefridi Ambianensis episcopi celebratum fertur falsitas demonstrata* (Parisiis, 1663), 101 pp.; MABILLON, l. c.; *Gallia christiana*, t. X (1751), col. 1233-34; *Histoire littéraire de la France*, t. XI (1759), p. 730-35; J. CORBLET, *Hagiographie du diocèse d'Amiens*, t. II (Paris-Amiens, 1870), p. 395-404. Alias praeterea disquisitiones saeculis XVII et XVIII confectas, quae ineditae manserunt, perlegit atque attulit v. d. C. BRUNEL, *Les actes faux de l'abbaye de Saint-Valery*, in LE MOYEN AGE, t. XXII (1909), p. 179-96; qui totam rem docte ac luculenter explicavit et sapienter expendit, sed fassus tandem denique est nodum solvi non posse. — (2) Apographum quod penes se esse dicebat Mabillonius, alterutrum ex illis est quae hodieque Parisiis servari monuimus (supra, p. 892, num. 10). — (3) *MG.*, Scr. t. XIV, p. 313. — (4) Ibid., p. 205. — (5) Hanc edidit L. DELISLE, *Mélanges de paléographie* (Paris, 1880), p. 153-54; inde transiit in *MG.*, l. c., p. 313, ann. 3. — (6) MARRIER et DUCHESNE, *Bibliotheca Cluniacensis* (Parisiis, 1614), col. 558 E; *Act. SS.*, April. t. III, p. 658, num. 2. — (7) MARRIER-DUCHESNE, t. c., col. 446 B.

AUCTORE A. P.

niacensis docet ipso die de morte sancti certiorem factum esse Fulgentium abbatem Affligeniensem (1); *Rainaldus abbas Vizeliacensis duos alios nominat quibus visio huiuscemodi contigerit, Balduinum fratrem religiosum in Anglia degentem et abbatem quendam Cameracensem* (2); *Hildebertus Cenomannensis duos alios, Bernardum monachum Cluniacensem et nescio quem abbatem Noviomensem* (3); *ut veri simile videatur sententiam suam de glorioso S. Hugonis exitu voluisse singulos scriptores, mutatis pro suo quemque genio nominibus atque aliquando, non tamen semper, ipsa rerum gestarum serie, mira quadam visione confirmare. Cum autem Godefridus Cluniacum semel atque iterum divertisset* (4) *atque ibi optime esset notus, in mentem venire potuit Hugoni monacho ut virum illum sanctitatis fama clarum, quem in Italiam iter habuisse ferebant, narrationi suae immisceret.*

et incredibilia,

15. *d*) *Dixerunt etiam multa esse apud Nicolaum veri parum similia et vix non incredibilia. " Nam ut omittamus quod abbas, nulla declinatione facta, se sistit coram episcopo, cuius dicioni* B *se obnoxium esse pernegabat, qui fieri potuit ut tot clerici Ambianenses, Remenses, Romani, auro argentove ac muneribus ab eo corrumpi potuerint? Deinde, ut potuerint, quis credat tantum auri et argenti suppetere potuisse abbati monasterii non admodum locupletis, ut tot hominum cupiditati satisfacere potuerit? An vero abbas ille tam stupidus et insanus fuerit ut viris perspicacibus et oculatis scripturam tam recentem pro veteri producere ausus sit? " Quae omnia illis qui non tam causam monachorum contra monachum agere quam sine ira et sine studio res, quales fuerint, vere aestimare et definire volunt, forsan non ita incredibilia neque ita a vero dissimilia videbuntur. Monuit v.gr. Domnus de Sainte-Beuve, ipse monachus* (5), *optime fieri potuisse ut abbas Sancti Walarici se in synodo Ambianensi praesentem sisteret, non quasi ab episcopo iussus, immo vero ut episcopalem iurisdictionem se declinare publice confirmaret. Certe Nicolao Vitae scriptori id multam fidem conciliat quod qui solet Godefridum resque ab eo gestas tam sedulo praedicare, minime dissimulat ipsum bis, et in ipsa Ambianensi synodo, et coram Romano pontifice, causa cecidisse. Neque omittendum* C *est illum erga abbatiam Sancti Walarici non male affectum esse, immo domum illam egregie laudare, utpote quae* nunc immutatione dexterae Excelsi in melius mutata speculum totius religionis illis in partibus exstet (*II, 9*). *Si quis tamen sibi persuaserit illum more suo res aliquantum auxisse atque, ut adversariis episcopi odium invidiamque concitaret, Godefridi autem repulsam honestaret, finxisse vel saltem in maius praedicasse munera illa quae olim iudicibus a monachis essent oblata, libenter consentiam.*

in exitu tamen controversiae exponendo

16. *e*) *Superest contra Nicolai narrationem argumentum gravissimum et, ut cum Mabillonio loquar, palmare : nusquam repertas, numquam productas esse illas Paschalis II litteras quibus monachi Sancti Walarici Ambianensi episcopo in omnibus oboedire iuberentur; immo in controver-* D *siis quae non raro postea eadem de re inter monachos et Godefridi successores exstiterunt, nequaquam ad postulationes suas confirmandas litteris illis, sed iure communi nisos esse episcopos. Contra prolatas esse a monachis litteras Romanorum pontificum, Benedicti VII an. 981* (6), *Paschalis II an. 1106* (7), *Alexandri III an. 1165 et 1168* (8), *alias etiam recentiores* (9), *quibus factum sit ut certe inde a saeculo XIII abbatia, nemine ad summam rei quod attinet contradicente, ab episcopi iurisdictione esset exempta et Romanae ecclesiae immediate subiaceret. Quae paucis singillatim sunt examinanda. Litterarum quidem a Benedicto VII datarum dubia est fides. Est enim quod in illis laudes, est quod reprehendas, et cum harum, sicut et ceterarum, non supersint nisi apographa recentia, nihil certi statui posse videtur* (10). *Quid tamen obstat quominus coniciamus illas esse litteras a monachis confictas et in membranis conscriptas, — genuinae autem chartaceae seu papyraceae fuissent, — quas Godefridus synodo Remensi spurias esse ostenderit? Sed haec meram coniecturam eamque incertam non superant.* E *Bullam die 12 martii 1106 a Paschali II concessam omnino genuinam esse docet C. Brunel* (11), *cui ultro assentimur. Miror tamen viro docto visum esse illam Vitae S. Godefridi contradicere* (12); *immo cum Vita praeclare congruit. Narrat enim Nicolaus monachos, erogata multa pecunia, Romae causam vicisse,* impetratis omnibus pro voto a Romano pontifice *in patriam esse reversos atque nuntiasse se* a dominio Godefridi praesulis liberos *esse factos* (*II, 14*). *Huc usque ad amussim conveniunt et Nicolaus et litterae. Utrum porro monachi, animo commoti et victoria elati, reapse addiderint Godefridum iam exsulem esse et praesulatum amisisse, an haec rhetorico modo ad adducendos in invidiam Godefridi inimicos finxerit Nicolaus, quis definiet? Neutrum enim improbabile est atque fieri potuit ut, cum monachi rescivissent Godefridum a Paschali II repulsam tulisse, Roma discessisse atque ulterius in Apuliam perrexisse, sibi ultro persuaserint illum in dioecesim suam non iam esse reversurum.*

a vero prorsus aberrasse videtur.

17. *Verum quamvis in rerum summa Nicolao fidendum esse censeamus, singula quaeque in his controversiis ita gesta et dicta esse, ut ille rettulit, tunc tuto credemus quando a teste aequiore et, ut ita dicam, sedatiore erunt confirmata. Unum etiam a Nicolao affirmatum non solum dubitanter accipimus, sed prorsus respuimus, litteras illas quas commentus est tandem a Paschali II Godefrido concessas esse, quibus iuberentur abbas Sancti Walarici et monachi ut* in cunctis obsecundarent Ambianensi praesuli sicut patri et pastori. *Nequaquam datas esse huiusmodi litteras, quae irritam et inanem fecissent bullam nuperrime a pontifice monachis traditam, luculenter ostendunt recentiores litterae, certo certius genuinae, quibus Romani pontifices confirmant exemptionem monasterii* ad exemplar praedecessorum nostrorum felicis memoriae Benedicti et Paschalis

(1) ***BHL.*** 4007; A. L'HUILLIER, *Vie de saint Hugues, abbé de Cluny* (Solesmes, 1888), p. 616-17. — (2) ***BHL.*** 4008; ***Act. SS.***, t. c., p. 653, num. 30. — (3) ***BHL.*** 4010; ***Act. SS.***, t. c., p. 647-48, num. 50, 51. — (4) Cf. infra § IV, ad an. 1112 et ad an. 1114 mense novembri. — (5) In ***Disquisitione de concilio Remensi habito in causa Godefridi Ambianensis episcopi***, quae inedita servatur Parisiis in Bibl. Nat., Collection de Picardie, t. LXV, fol. 154 sqq. De qua cf. BRUNEL, l. c., pp. 189, 192. — (6) JAFFÉ-LOEWENFELD, n. 3805. Nuper eas iterum edidit BRUNEL, l. c., p. 182-84. — (7) JAFFÉ-LOEWENFELD, n. 6071. Iterum ed. BRUNEL, t. c., p. 184-86. — (8) JAFFÉ-LOEWENFELD, nn. 11177, 11386. — (9) Cf. BRUNEL, l. c., p. 186. — (10) Vid. quae sapienter exponit BRUNEL, l. c., p. 194. — (11) Ibid. Idem dicendum esse de recentioribus litteris recte monet Brunel, ibid., p. 194-95. — (12) Ibid., p. 184. " La bulle suivante, par sa date, est en " particulière opposition avec la Vie de saint Geoffroy. "

Romanorum

AUCTORE A. P.

A *Romanorum pontificum, — ita Alexander II anno 1165, — id est commemoratis litteris quas monachis favere diximus, nulla facta mentione litterarum quas accepisset Godefridus. Ergo mentitus est Nicolaus? Fateor me adduci non posse ut id affirmem. Falsa eum dixisse ultro pronuntio; an forsan falsa doctus est monachus Suessionensis ab Ambianensibus nescio quibus, qui iuris episcoporum plus aequo essent studiosi? an, quod minime improbabile censuerim, sibi persuasit Godefridi laudator sanctum suum, qui tandem a Paschali II honorificentissime tractatus esset, non potuisse non impetrare a pontifice ea quae postulasset? Iudicium penes lectorem esto. Equidem in re utique perplexa aequa sententia ea nobis videtur qua Vitae scriptori sua auctoritas* (1), *non summa illa neque in omnibus integra, magna tamen agnoscatur.*

§ III. Quo tempore obierit S. Godefridus.

B

Godefridum anno 1115 obiisse

18. *Alius est locus in quo Nicolaus noster errasse prima specie videatur. Sic enim ultimum Vitae caput claudit.* Pausavit autem piissimus pastor Godefridus, Ambianensium praesul inclitus, in Christo VI idus novembris, hora diei IX, anno sacerdotii sui XI, aetatis vero L, verum iubileum remissionis et requietionis percepturus ab ipso, regnante Ludovico Philippi Francorum regis filio anno XVIII, incarnati autem verbi Dei M. C. XVIII *et q. s. Quae cum rei veritate atque etiam inter se mirum in modum pugnant. Godefridi enim annus pontificatus XI a mense aprili vel maio 1114 ad mensem aprilem vel maium 1115, annus Ludovici regis XVIII a mense augusto 1125 ad mensem augustum 1126 est computandus. Viden' igitur Nicolaum una eademque sententia docentem Godefridum vita functum esse die 8 novembris anno 1114, id est anno 1125, id est anno 1118! Sed, id quod peius etiam est, constat nullo ex his annis, sed anno 1115 Godefridum obiisse. Ut enim alia omittamus et solis testimoniis prorsus luculentis nos contineamus, supersunt litterae a Godefrido die 16 iunii 1115 anno XII episcopatus datae* (2). *Ergo*

certo constat,

C

post diem 8 novembris 1114 superfuit, neque ante diem 8 novembris 1115 mortuus est. At neque postea; die siquidem 10 maii 1116 Ingelrannus Ambianensis episcopus, anno episcopatus primo, in litteris de defuncto *suo* praedecessore Godefrido *cum laude meminit* (3), *atque habemus alias eiusdem Ingelranni litteras datas die 28 octobris anno incarnationis 1124, episcopatus IX* (4).

quamvis aliud doceat Vita

19. *Postquam autem addiderimus — id quod paragrapho insequenti manifestum fiet — testimonia de rebus a Godefrido ab anno 1104 ad annum 1115 usque gestis suppetere plurima, post mensem autem novembrem anni 1115 in nullo documento genuino illum tamquam viventem nominari, nulla narratione illum alicubi praesentem innui, boni consulet lector si ab examinandis et confutandis eorum sententiis abstinuerimus, qui sive hoc loco Vitae, sive litteris spuriis adducti sunt ut sanctum alii anno 1118, alii anno 1121 mortuum esse contenderent* (5). *Ubi enim adsunt testimonia luce clariora, nolumus in inanibus argutiis exponendis* (6) *et nostrum et lectoris tempus oleumque perdere* (7). *Contra iuverit duo saltem attulisse, quibus* E *sententia nostra — immo non tam nostra quam virorum doctorum communis — non male confirmatur. Alterum legebatur in necrologio Montis Sancti Quintini, in quo monasterio adulescentiam suam Godefridus transegerat:* Anno 1115, 8 novembris, obiit dominus Godefridus episcopus Ambianensis, monachus huius congregationis, qui dedit altare de Chuignes cum minutis decimis in eodem loco, item calicem aureum et multa alia bona; pro quo pitancia datur (8). *Alterum est ipsius Nicolai testimonium, qui Iohannem episcopum Tarvannensem († 27 ianuarii 1130)* ferme ter quinis annorum curriculis *post Godefridum in Domino quievisse docet* (*III, 25*). *Quae tam recte et presse dicta sunt* (*ab 8 novembris 1115 ad 27 ianuarii 1130 sunt omnino anni 14, menses 2, dies 19 = ferme ter quina annorum curricula*) *ut minime sit veri simile tam graviter memoria lapsum esse Nicolaum ut alio loco Godefridum anno 1118 mortuum esse affirmaret. Quare, nisi quis velit, quod nulla ratione probari videtur, ultimam Vitae sententiam ab alio postea esse additam, dicendum est in exarando codice quo usi sunt Gielemannus, Gentius et Surius, vel in aliquo codice inter hunc et* F

a librario corrupta.

(1) De qua ii soli olim ambigere visi sunt qui contra Nicolaum monachos Sancti Walarici tuebantur. Hodie autem viri docti multo aequiores in Nicolaum sunt, v. gr., A. MOLINIER, *Les sources de l'histoire de France*, première partie, t. II (Paris, 1902), p. 41; C. BRUNEL, l. c., pp. 179-80, 190-91. Eum tamen carpit v. d. A. LEFRANC, *Le traité des reliques de Guibert de Nogent*, inter ÉTUDES D'HISTOIRE DU MOYEN AGE DÉDIÉES A GABRIEL MONOD (Paris, 1896), p. 303, ann. 1, tamquam qui ad quaelibet credenda facile impelleretur: „Cet hagiographe, crédule à l'excès, dépourvu de „toute espèce de critique... Son œuvre a, au plus haut „degré, un caractère légendaire et suspect „. Equidem vereor ne nimius in reprehendendo fuerit vir ille doctus, atque orationis impetu abreptus ipsum Nicolaum sit imitatus, quem neque in laudando, neque in vituperando modum servasse diximus. Certe id fidem Nicolao conciliat quod, quamvis credulus utique fuerit, ut aequales vix non omnes, tamen in rebus miris afferendis parcus fuit atque tamquam miras nonnumquam vehementibus multisque verbis more suo eas celebravit quae nobis videntur plane vulgares. — (2) MABILLON, *De re diplomatica*, lib. VI, § CLXXV (ed. 2ª, Parisiis, 1709, p. 597-98). — (3) *Gall. christ.*, t. X, instr. col. 303. — (4) Supersunt ineditae in chartulario Lehunensi (cod. Parisiensi Bibl. Nat. lat. 5460, fol. 8-8v). Allatae sunt a C. DUCANGE, *Histoire de l'état de la ville d'Amiens*, ed. Hardouin (Amiens, 1840), p. 282-83, et in *Gall. christ.*, t. X, col. 1173A. — (5) Nomina singulorum qui verum annum 1115, vel qui ad Vitae testimonium annum 1118, vel etiam qui imprudenter annos 1108, 1116, 1127 amplexi sunt, vid. apud CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 433-434 — (6) Annum 1121 multis verbis tuitus est Fr. GUERARD, *Notice sur quelques circonstances de la vie de saint Geoffroy et sur l'époque de sa mort*, in MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE PICARDIE, t. VI (1843), p. 147-202; quae Ambianis eodem anno seorsum prodierunt sub titulo: *Essai sur St Geoffroy, évêque d'Amiens*, 58 pp. Nititur praesertim Guerard litteris spuriis de quibus infra, p. 901, ad an. 1118 et 1121. Illius disceptationem confutavit J. CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 433-41, allatis rationibus aliis aptis, aliis inanibus (v. gr., p. 439 ad 3m, p. 440 extr.). — (7) Qua arte se iis expediat Guerard quae sententiae ipsius clare adversantur, uno saltem exemplo ostendere lubet. Diximus in litteris die 10 maii 1116, anno primo episcopatus, datis, sermonem habere Ingelrannum Ambianensem episcopum de *defuncto praedecessore Godefrido*. Neque tamen his, quamvis luculentis, lumen affertur Guerardo. Immo ea mira et absona interpretatione obscurat: *defunctum* ab Ingelranno ideo dumtaxat dici Godefridum quod ad Cartusiam secessisset; defunctos enim haberi solitos esse qui vitam religiosam profiterentur (l. c., p. 189-90: „l'usage établi alors et qui faisait regarder comme morts ceux qui entraient en religion „). Ad quae recte annotat Corblet (t. c., p. 440): „Guerard confond ici le langage de la mysticité avec celui des chartes, où n'a jamais été admise cette manière de parler. „ — (8) CORBLET, t. c., p. 441.

AUCTORE A. P.

Obiit autem die 8 novembris,

exemplar archetypum intermedio, errasse librarium et tempora perperam exscripsisse.

20. *Licet autem ter hoc loco lapsus sit, in anno episcopatus, in anno Ludovici regis, in anno incarnationis, alia tamen duo recipi et servari posse credimus: alterum prorsus certum, id est diem mortis, quem non solum alio etiam loco Nicolaus distincte tradit fuisse* VI idus novembris, die scilicet Quattuor Coronatorum (*III, 30*), *sed quem confirmant, carminibus in laudem Godefridi scriptis, duo viri aequales, Bernardus decanus Suessionensis:* Coronatorum Quattuor aucte corona (*Vita, III, 31*) *et Goislenus episcopus Suessionensis:* Hic iacet astra petens octava luce novembris (*ibid., III, 32*); *alterum non ita luculentum, valde tamen probabile, Godefridum tunc annum aetatis egisse quinquagesimum; hunc enim numerum ab ipso Nicolao indicatum esse, neque a librario corruptum, ostendunt verba quae subiuncta sunt:* verum iubileum remissionis et requietionis percepturus... *Quo fit ut confidenter hoc loco utamur ad computandos primos Godefridi annos. Id sub principio insequentis paragraphi praestabimus, in qua visum est res a Godefrido gestas paucis comprehendere et certis annis, quantum fieri potest, assignare.*

annos natus, ut videtur, quinquaginta.

B

§ IV. Series rerum a S. Godefrido gestarum.

Godefridus

21. *Postquam §§ II et III ea quae aliquam difficultatem habebant enucleare nisi sumus, reliqua iam plana sunt, et — sive certa, sive probabilia tantum — paucioribus possunt exponi.*

1065-1066. — Nascitur Godefridus in pago Suessionico (*Vita, I, 1*). — *Annus inde sat certo definitur quod an. 1115 vita functus est sanctus, hoc autem tempore annum agebat quinquagesimum* (*Vita, III, 42*).

1070-1071. — Quinquennis in monasterium Sancti Quintini de Monte prope Perronam ingreditur (*Vita, I, 5*).

fit presbyter,

1090-1091. — Cum iam quintum expleret lustrum, *presbyter consecratus est a Ratbodo II Noviomensi episcopo* (*Vita, I, 17*).

Paulo post, " tunc adulescens " (GUIBERTUS *de*

C

NOVIGENTO, De vita sua, *II, 2*), *constituitur abbas Sanctae Mariae de Novigento* (GUIBERTUS, *l. c.; Vita, I, 18*).

abbas S. Mariae de Novigento.

1095, iun. 14. — Confirmat Philippus I rex Francorum donationes abbatiae Sanctae Mariae factas vel faciendas; quibus litteris subscripsit Godefridus abbas eiusdem loci. — Litteras ed. Toussaints DU PLESSIS, Histoire de la ville et des seigneurs de Coucy (*Paris, 1728*), *p. 131* (*quibusdam omissis*), *et M.* PROU, Recueil des actes de Philippe I[er] roi de France (*Paris, 1908*), *p. 340-41. Cf.* MABILLON, Ann. O. S. B., *lib. LXIX, §* VII.

1097. — Concilio Remensi, iubente Manasse archiepiscopo, interfuit atque oblatum sibi regimen abbatiae Sancti Remigii Remensis recusavit (*Vita, I, 26;* GUIBERTUS, *l. c.:* de ditioribus quidem abbatiis primo actum est). — *De concilio cf. Th.* GOUSSET, Les actes de la province ecclésiastique de Reims, *t. II* (*1843*), *p. 137-38.*

1100. — Hugo Suessionensis episcopus, a Godefrido rogatus, monasterio Sanctae Mariae tria altaria concedit. — Litteras ed. L. D'ACHERY, Guiberti ... de Novigento opera (*Parisiis, 1651*), *p. 626; inde* P. L., *t. CLVI, col. 1125-26.*

E

1100. — Ingelramnus Laudunensis episcopus Godefrido abbati tradit altare Otmundicurtis et decem vini modios apud Broncourt. — Cf. Gall. christ., *t. IX, col. 606* D.

1102. — Baldricus Noviomensis episcopus Godefrido abbati, qui ad eum venerat, dat altare S. Petri de Condrinio. — Litteras ed. DU PLESSIS, *t. c., p. 132-33.*

1103. — Subscripsit Godefridus litteris ab Ingelramno Laudunensi datis, quibus monachis Sancti Remigii Remensibus altare Corbiniaci traditum est. — Litteras ed. G. MARLOT, Metropolis Remensis historia, *t. II* (*Remis, 1679*), *p. 232-33.*

1103, nov. 5. — Interfuit concilio Laudunensi ab eodem Ingelramno coacto. — Cf. MABILLON, Annales O. S. B., *lib. LXX, §* XXIV.

1104. — Eligitur Ambianensium episcopus (GUIBERTUS, *l. c.; Vita, I, 29*).

episcopus Ambianensis.

1104, mense aprili ineunte. — Interest concilio Trecensi (1), *in quo electio illa confirmatur* (GUIBERTUS, *l. c.; Vita, I, 30*). — *De concilio cf.* HARDUINUS, Acta conciliorum, *t. VI, 2, col. 1873-1876;* MANSI, Concilia, *t. XX, col. 1179-82.*

F

(1) Hoc loco, quo aptiorem non repperimus, paucis commemoranda est narratio quae legitur in Vita B. Andreae abbatis Averbodiensis (***BHL***. 443), c. 5. Quam Vitam primus editor Sebastianus a S. Paulo Ord. Carm. a se exscriptam affirmat " ex quodam libro in membranis " descripto per Nicolaum Altaterra sive Hoochlant " abbatem Sanctae Mariae de Middelburgo Ord. Praem. (an. 1334-1343); affirmat idem se eam protulisse " stilo eodem " prorsus quo exarata esset ", etsi fatetur " multa, quae " minus latinius exarata essent, a se esse correcta, nihil " tamen de industria mutata sententia. " Ut autem aliis etiam suspectum visum est Sebastiani illius opus (cf. L. GOOVAERTS, ***Écrivains, artistes et savants de l'ordre de Prémontré***, t. I, p. 394), ita nemo non mirabitur ea quae capite hoc 5 narrata sunt; ex quibus alia manifeste falsa sunt (v. gr. anno 1109 coactum esse a Paschali II papa concilium Trecense, Paschalem ipsum concilio interfuisse, in hoc Godefridum episcopum non solum confirmatum, sed et consecratum esse), cetera, ut mitius loquar, sunt prorsus inaudita. Quoniam vero non in omnium manibus sunt Vitae editiones, ex fabulosa narratione ea hic descripsimus quae de S. Godefrido dicta sunt, ut lector ipse rem diiudicet: (Romae mansit Andreas) ***usque ad annum 1109, quo dictus pontifex Paschalis istius nominis secundus eum secum ultra Alpes ad concilium, quod Troiae in Campania convocaverat, adduxit*** (immo concilio Trecensi anni 1107 interfuit Paschalis; vid. infra ad h. a.); ***in quo dictus beatus Andreas unum de singularibus et intimis studiorum consodalibus*** (Coloniae Agrippinae studiis vacaverat Andreas) ***sanctum Godefridum d'Ally*** (unde cognomen hoc acceperit Nicolaus Hoochlant sive Sebastianus a S. Paulo, nescimus) ***Ambianensem episcopum electum et eo in concilio confirmatum*** (immo in concilio Trecensi anni 1104) ***simul et sacratum*** (immo Remis est consecratus) ***invenit. Finito concilio, beatus Andreas, humiliter a dicto summo pontifice Paschali petita benedictione et impetrata venia, dictum episcopum comitatus est Ambianum usque, omnem de monastica vita per totum iter inter se sermonem habentes. Erat enim dictus episcopus religiosus benedictinus, qui reluctans ad illam episcopalem dignitatem assumptus est. Interea beatus Andreas habitum monachalem in monasterio de Nogent assumere decreverat, si sanctus episcopus eum apud se aliquo tempore remanere, ut sibi in dioecesis suae reformatione opitularetur, non rogavisset. Quo tempore in dies magis magisque ipsius ad monasticam vitam anhelabat animus, adeo ut quodam die dicto sancto episcopo gratias rependens, excusaverit se, dicens quod ei ultra adesse non valeret. Nocte eadem sanctus episcopus vidit in somnio beatum Andream in vestibus albis refulgentem et pedum manu dextra gerentem; cui tum revelatum est ut amicum suum beatum Andream, ne monasterium de Nogent ingrederetur, moneret, quia aliter a Deo de eo erat ordinatum. Et, facta die, cum dictus beatus Andreas ad sanctum episcopum veniret benedictionem petiturus, illi visionem a Deo sibi factam manifestavit et altero, quam monasterio de Nogent, a Deo eum esse reservatum declaravit.***

1104.

Praecipuae res gestae

1104. — Remis a Manasse archiepiscopo consecratur episcopus (*Vita, I, 32*).

1104. — In civitatem suam novus episcopus ingreditur, comitantibus Lamberto Atrebatensium et Iohanne Morinensium episcopis (*Vita, II, 2*).

anno 1105 *1105, febr. 26. — Litteris, quas dedit Ambianis IV kal. martii anno primo episcopatus, confirmavit Godefridus episcopus donationes a Roberto Flandriae comite olim monachis Lehunensis ecclesiae factas. — Litteras ed. L.* D'ACHERY, Spicilegium, *t. VIII, p. 163-65; 2ª ed. t. III, p. 438-39; inde* P. L., *t. CLXII, col. 735-37. — Inc.* Adierunt nos...

1105, febr. 28. — Ambianis, II kal. martii, anno incarnationis 1104, episcopatus sui I, concessit Frater Gaudefridus Ambianensis episcopus ecclesiae Sancti Martini in Campis in suburbio Parisiensi sitae ecclesiam de Linigeio. — Litteras ed. M. MARRIER, Monasterii regalis S. Martini de Campis Paris. ordinis Cluniacensis historia (*Parisiis, 1637*), *p. 349-51; inde* P. L., *t. c., col. 737-39. — Inc.* Orthodoxorum patrum...

B *1105. — Corbeiae oratorium S. Thomae consecrat* (*Vita, I, 6*).

(*1105.*) *— Dum dioecesim perlustrat, ad abbatiam Sancti Walarici venit, ubi de monasterii libertate inter ipsum et monachos controversia oritur* (*Vita, II, 9*).

(*1105.*) *— Ambianos redux, in synodo conqueritur de iniuria ab illis monachis sibi illata* (*Vita, II, 10*).

1105. — In synodo Ambianensi confirmat Frater Godefridus Ambianensium episcopus possessiones monasterii Sancti Fusciani de Nemore. — Litterae ed. in Gallia christiana, *t. X, instr. col. 299-301; inde Th.* GOUSSET, Les actes de la province ecclésiastique de Reims, *t. II* (*Reims, 1843*), *p. 161-65;* P. L., *t. c., col. 739-42. — Inc.* Sanctarum scripturarum auctoritate didicimus, fratres mei... (1).

1105. — In eadem synodo Godefridus Ambianensis cathedrae episcopus nonnulla altaria eidem monasterio assignavit et concessit. — Litteras ineditas viderunt scriptores Galliae christianae (*cf. t. c., col. 1169* c), *Ch.* SALMON, Notice historique
C sur l'ancienne abbaye et le village de Saint-Fuscien-au-Bois près d'Amiens *in* LA PICARDIE, *t. I* (*1855*), *p. 234, et seorsum* (*Amiens, 1857*), *p. 6. Earundem exemplar anno 1666 ex abbatia Corbeiensi ad maiores nostros missum servatur in codice Bruxellensi Bibl. Reg. 8936, fol. 59-60ʳ. — Inc.* Quoniam, dilectissimi...

(*1105.*) *— Cum abbas Sancti Walarici vocatus Ambianos venisset et plerique clerici pro monachis atque contra episcopum sententiam dixissent, ad metropolitam suum, Remensem archiepiscopum, appellat Godefridus* (*Vita, II, 10*). AUCTORE A. P.

1105, ineunte mense iulio.— Synodo provinciali Remensi intersunt Godefridus et monachi Sancti Walarici; qui cum tandem causa cecidissent, ad Romanum pontificem appellant (*Vita, II, 11; de tempore synodi, cf. supra, num. 13*).

(*1105.*) *— Romam proficiscuntur monachi Sancti Walarici* (*Vita, II, 11*).

1106, ian. 22. — XI kal. februarii 1105 (*= 1106*) *donavit Godefridus aliquot altaria monasterio Beatae Mariae Brituliensi. — Cf. F.-I.* DARSY, Bénéfices de l'église d'Amiens (*Amiens, 1869, 1871*), *t. I, p. 376, ann. 3; p. 392, ann. 3; t. II, p. 133, ann. 5; p. 170, ann. 3; p. 175, ann. 3.* *1106*

1106, mart. 12. — Litteris Benevento datis Paschalis II papa confirmat possessiones abbatiae Sancti Walarici atque monachos sub sola iurisdictione Romanae ecclesiae constitutos esse decernit (JAFFÉ-LOEWENFELD, *6071; cf. Vita, II, 14*).

(*1106.*) *— Godefridus, et ipse Romam adiens, cum causa cecidisset, Barium ad reliquias S. Nicolai peregrinatur; inde Romam redux, dicitur coram Paschali II papa causam vicisse* (*Vita, II,* E
12, 13, 15-21). *— Fieri potuit ut hoc anno Godefridus cum Paschali papa Romae conveniret, cum Paschalis, licet saepe absens, tamen mensibus maio, iunio ac forsan etiam postea modo Romae, modo haud procul ab ea sit versatus. Cf.* JAFFÉ-LOEWENFELD, *6082-6090.*

(*1106.*) *— Ambianos redux dicitur Godefridus abbati et monachis Sancti Walarici litteras Paschalis II papae ostendisse, quibus hi iubebantur ut in omnibus episcopo Ambianensi oboedirent* (*Vita, II, 24*). *Sed cf. supra, num. 17.*

1105-1106. — Cum Iohanne episcopo Morinensi litem dirimit inter fratres Corbeienses et canonicos Brugenses ortam.— Rem novimus ex litteris quibus Paschalis II papa die 23 octobris 1106 sententiam approbavit (JAFFÉ-LOEWENFELD, *6095*).

1106, post diem 4 augusti (2). *— Subscribit Godefridus litteris quibus Manasses II Remensis archiepiscopus monasterio Sancti Remigii altare de Condeto tradidit. — Litteras ed. G.* MARLOT, Metropolis Remensis historia, *t. II* (*Remis, 1679*), *p. 235.*

(*1106, aug. 23?*) *— Cum dioecesim suam perlustrans in Pontivo moraretur, certior fit Ambianensem urbem incendio esse crematam. Ad quam* F
statim redit (*Vita, III, 22, 23*). *— Id infortunii feria quinta in vigilia S. Bartholomaei accidisse docet Vita; quae si vere dicta sunt, annus indicatur 1106, quo solo, quam diu Godefridus fuit episcopus, dies 23 augusti incidit in feriam quintam* (3).

1106, sept. 23. — Permittente et rogante Lam-

(1) Interpunctione inter salutationem et ipsas litteras perperam facta et uno verbo male lecto, ita in editis inc.: *Si dicimus, fratres mei...* — (2) Datae sunt enim litterae anno Philippi regis XLVII. De initio regni illius cf. M. PROU, *Recueil*, p. XXV-XXVIII. — (3) Res die 3 augusti anni 1107 accidisse dicitur in narratione de miraculis S. Firmini, cuius aliquantam partem edidit Stiltingus noster, *Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 40-41, num. 73, 74 (cf. *BHL.* 3011). In parte enim inedita legitur : ... *destructionem civitatis nostrae, quae ad correptionem nostram facta est, referamus. Anno quippe ab incarnatione Domini millesimo centesimo septimo, die quo beati prothomartyris celebratur inventio, tota paene civitas divino ex parte auxilio destituta quasi sodomitanis ignibus exarsit* (ita apographum saec. XVII " ex ms. Ambianensi ", quod servatur in codice 150 bibliothecae nostrae). Quam narrationem secutus est qui composuit lectiones " in repositione B. Firmini " insertas breviario Ambianensi anno 1554 typis edito, ad diem 16 octobris, quo festum illud celebrabatur; manifesto autem errore factum est ut in *Gall. christ.*, t. X, col. 1170 A, isto die 16 octobris eodem anno 1107 incendium accidisse affirmaretur. Age vero miracula illa S. Firmini tempore Warini Ambianensis episcopi (1127-1144) facta sunt et eodem tempore, ut videtur, scripta (cf. *Act. SS.*, l. c., num. 73). Cum igitur eorum scriptor Nicolao nostro paene aequalis fuerit, utri potius sit credendum res est dictu difficilis. Id nobis certum est perperam censuisse Stiltingum ubi existimavit a Nicolao incendium relatum esse " paulo ante mortem S. Godefridi, ut videatur contigisse ipso anno 1115, quo S. Godefridus obiit ". (*Act. SS.*, l. c., num. 71). In hac enim parte Vitae Nicolaus temporum ordinem minime sequitur. Cf. infra, annot. ad Vitae lib. III, c. 11 extr.

AUCTORE A. P. *berto episcopo Atrebatensi, Godefridus cum Iohanne episcopo Tarvanensi consecrat ecclesiam Arroasiensem. — Ita Fundatio ecclesiae Arroasiensis, auct. Galtero abbate, c. 5* (Act. SS., *Ian. t. I, p. 833, num. 12;* MG., *Scr. t. XV, p. 1120); cf.* Gall. christ., *t. X, col. 1169*D (1).

1106. — Apud Abbatisvillam confirmat donationes a Widone comite Pontivensi prioratui Sancti Petri factas. — Cf. Gall. christ., *t. X, col. 1169*D; CORBLET, Hagiographie, *t. II, p. 429-30.*

1106 (?) — Reliquias S. Firmini in pretiosam hierothecam transfert (Vita II, 26, 27; sed cf. GUIBERTUS DE NOVIGENTO, De pignoribus sanctorum, *l. I, c. 3, § II*).

1106, dec. 25. — Festum natalis Domini cum Roberto II comite Flandriae ad Sancti Audomari celebrat (Vita II, 29); inde Ambianos redit (ibid., II, 30). — De anno vid. ad num. insequentem.

1107 *1107, ian. 19. — Paulo post quam Ambianos reversus est, Pinquiniacum venit, ut Adamum Ambianensem castellanum, a Wermundo ecclesiae Ambianensis vicedomino captum, ex carcere liberaret (Vita, II, 31-35; III, 2-4). — Dicitur sanctus*
B *profectus esse die sabbati in vigilia S. Sebastiani; iam vero dies 19 ianuarii hoc solo anno in sabbatum incidit ab anno 1104, quo Godefridus factus est episcopus, ad annum 1111, quo Robertus comes obiit.*

1107. — Lambertus episcopus Atrebatensis apud Godefridum conqueritur quod quosdam Atrebatenses parrochianos excommunicaverit, inter quos aliquot qui ad Guarmundum transierunt de Pinchegny. — *Litteras ed.* BALUZIUS, Miscellanea, *t. V (1700), p. 356-57, epist. 122;* Recueil des historiens des Gaules..., *t. XV, p. 203-4;* P. L., *t. CLXII, col. 692.*

1107. — Willelmum comitem Pontivensem adit, a quo Wermundus captus et in vincula coniectus erat. Ex quibus, intercedente Godefrido, relaxatus Wermundus ipse etiam Adamum de custodia emittit (Vita, III, 5).

1107, circ. 23 maii. — Interest concilio Trecensi, cui praeerat Paschalis II papa (cf. litteras Lamberti episcopi Atrebatensis ad Paschalem II, P. L., *t. CLXIII, col. 455-56; de ipso concilio vid.* JAFFÉ-LOEWENFELD, *t. I, p. 730). Ibi confirmari curavit ecclesiam Sancti Remigii a se monasterio*
C *Sancti Fusciani prius (vid. ad an. 1105) donatam. — Cf.* Gall. christ., *t. X, col. 1169*D.

1108 *1108, mense maio. — †* Scripsi ad Sanctum Quintinum meas delicias iuxta Peronae villam anno 1108 in maio. *Hortatur Godefridus Baldericum Noviomensem episcopum ut, sicut Cameracensium et Morinensium, ita etiam Ambianensium episcoporum gesta conscribat. — Litteras, in nullo codice postea repertas, primus protulit " ex archivis ecclesiae Ambianensis „ G. Colvenerius in prolegomenis ad* Chronicon Cameracense et Atrebatense *(Duaci, 1615); quae saepe postea editae sunt (v. gr.* P. L., *t. CLXII, col. 742). Illas, pariter atque alias binas Gerardi Cameracensis episcopi et Rainaldi Remensis archiepiscopi, quas primus etiam ibidem dedit Colvenerius, suspectas habuit Petrus Boschius noster* (Act. SS., *Aug. t. II, p. 670, num. 22) et post eum L. C. Bethmann* (MG., *Scr. t. VII, p. 395;* P. L., *t. CXLIX, col. 13); prorsus spurias esse nullus dubito atque vehementer suspicor eas sub initio saeculi XVII ab illo Claudio* D
Despretz confictas esse, cuius manum in simili facinore alias deprehendimus (cf. Anal. Boll., *t. XXIX, p. 241-57). — Inc.* Me indignum...

1108. — Assentiente Godefrido, Baldericus Noviomensis episcopus canonicos regulares in ecclesia Hamensi constituit. — Litterae Balderici ed. Gall. christ., *t. X, instr. col. 372-73.*

1108. — Litteris datis Godefridus confirmat et auget possessiones monialium coenobii Bertolcurtis (Bertaucourt). — Cf. Gall. christ., *t. X, col. 1323;* DARSY, Bénéfices, *t. I, p. 480, ann. 4; t. II, p. 36, ann. 5; p. 82, ann. 3; p. 154, ann. 2. Apographum nescio quale litterarum nobis servavit Grenier in codice Parisiensi Bibl. Nat. Picardie, t. XCIII, fol. 42ᵛ-44. — Inc.* Oportet nos ... — *Ipso petente easdem possessiones confirmavit die 11 maii 1109 Paschalis II papa* (JAFFÉ-LOEWENFELD, *6237*).

1108, nov. 8. — Frater Godefridus Ambianensis episcopus aliquot altaria donat monachis Sancti Arnulfi Crespeiacensibus, dioecesis Silvanectensis. — Litteras ed. Gall. christ., *t. X, instr. col. 208-209;* P.L., *t. CLXII, col. 742-43. — Inc.* Dilectis E
fratribus Cluniacensis monasterii...

1109, april. 29. — Fertur Godefridus, cum hoc 1109
ipso die in Italia apud Papiam versaretur, mira visione de morte S. Hugonis abbatis Cluniacensis certior esse factus. — Ita Hugo monachus Cluniacensis in epistula ad Pontium abbatem (BHL. *4011). Qua de re cf. supra, num. 14.*

1109, maii 11. — Paschalis II papa, petente Godefrido episcopo, approbat canonicos regulares, quos hic in ecclesia Sancti Martini Ambianensi instituerat, eorumque possessiones confirmat. — Cf. JAFFÉ-LOEWENFELD, *6236.*

1109, tempore synodi aestivalis. — Confirmat Godefridus pactum quo capitulum Ambianense monachis Lehunensibus ecclesiam Torsincurtis concessit. — Litterae ed. in Cartulaire du chapitre de la cathédrale d'Amiens, *t. I (Amiens, 1905* — MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE PICARDIE, Documents inédits, *t. XIV), p. 17. Cf.* Gall. christ., *t. X, col. 1170;* CORBLET, Hagiographie, *t. c., p. 430. — Inc.* Agnoscat universa...

1109, indictione II. — Frater Godefridus Ambianensis episcopus bona ecclesiae SS. Firmini, Acii et Aceoli confirmat. — Litteras ed. J. ROUX, F
Histoire de l'abbaye de Saint-Acheul-lez-Amiens *(Amiens, 1890), p. 491-92. — Inc.* Innotescimus vobis...

1110, febr. 1. — Anno 1109, indictione II, episco- 1110
patus Godefridi VII (2), in ecclesia Ambianensi, kalendis februarii, bona eiusdem ecclesiae confirmat Godefridus episcopus. — Litterae ed. ROUX, *t. c., p. 492-93. — Inc.* Cum universis ecclesiis...

1110. — Invitatus Godefridus ab Anschero abbate Centulensi ut miracula S. Angilberti praesens videret et testificaretur, primo Ingutionem sacerdotem praemisit, postea ipse, ut videtur, in Centulense monasterium venit. — Ita Anscherus abbas in opere de miraculis S. Angilberti anno 1110 patratis (BHL. *471), lib. I, c. 37 et lib. II, c. 1* (MABILLON, Act. SS. O. S. B., *saec. IV, 1, pp. 137, 139).*

1110. — Constituisse dicitur parochiam Sancti Remigii in urbe Ambianis. — Cf. A. GOZE, Histoire des rues d'Amiens, *t. III (Amiens 1858), p. 55.*

(1) Ibid., t. IX, col. 1104C affirmatur eodem die 23 octobris 1106 ab iisdem Godefrido et Iohanne episcopis atque a Balderico episcopo Noviomensi consecratam esse basilicam Sancti Quintini de Monte. — (2) Ita in chartulario, quod saec. XIV exaratum est (cod. Londinensi Mus. Brit. add. 15604, fol. 10ᵛ); numerum mendose exscriptum vel additum esse liquet.

1111,

AUCTORE A. P.

1111 *1111, mart. 16. — Lambertum Atrebatensem episcopum certiorem facit se clericos, ipso iubente, ad ordinem sacerdotii, diaconatus et subdiaconatus promovisse eosdemque ad Lambertum remittere. — Litteras ed.* Baluzius, Miscellanea, *t. V (1700), p. 355-56, epist. 120 ;* P. L., *t. CLXII, col. 691. — Inc.* Fratres de titulo...

1111, iun. 11. — Reliquias S. Salvii in aliam hierothecam transfert (Vita, II, 28). — Tempus docet inscriptio litteris maioribus exarata in lamina plumbea, quae anno 1702, cum iterum transferrentur reliquiae, in veteri capsa reperta est: Anno incarnationis Verbi M. C. XI. indictione IIII. XI iunii translatum est praesens corpus sancti Salvii episcopi Ambianensis ab episcopo Godefrido in hoc honorabili vasculo, regnante Ludovico Francorum rege anno tertio. *Cf.* de Lestocq, Dissertation sur la translation du corps de S. Firmin le confesseur... *(Amiens, 1711), p. 232-233 ;* Act. SS., *Oct. t. XIII, p. 4, num. 6.*

1111. — " Anno 1111, episcopatus VIII, Lehunensibus monachis confirmavit ecclesiam de Merin-
B *curte et medietatem altaris de Herboneriis. " — Cf.* Gall. christ., *t. X, col. 1170*e; Darsy, *op. c., t. I, p. 312, ann. 1. Leguntur litterae ineditae in chartulario Lehunensi (cod. Paris. Bibl. Nat. 5460, fol. 13-13ᵛ). — Inc.* Sicut sollers et providus artifex...

1112 *1112, mart. 27. — Lamberto episcopo Atrebatensi mandat Paschalis II papa ut clericorum Atrebatensium et abbatis Sancti Vedasti controversiam, praesentibus (Iohanne) Tarvannensi et (Godefrido) Ambianensi episcopis, disceptet. — Cf.* Jaffé-Loewenfeld, *6312.*

1112, ante d. 18 aprilis. — Parisios convenit cum rege et cum nonnullis archiepiscopis et episcopis, atque subscribit litteris quibus Ludovicus VI abbatiam Beatae Mariae de Puteolis confirmat et ditat. — Litteras ed. Dumesnil, Notice historique sur l'église et la ville de Puiseaux, *in* Mémoires de la Société archéologique de l'Orléanais, *t. I (1851), p. 135-38. Cf. A.* Luchaire, Louis VI le Gros. Annales de sa vie et de son règne *(Paris, 1890), p. 69-70, nº 131.*

1112, sept. 15. — Interest concilio Viennensi (cf. Martene et Durand, Vet. scr. ampl. coll., *t. VII, p. 67); quin illi etiam dicitur praefuisse*
C *pro legato, Widone Viennensi archiepiscopo, ipso petente (Vita, III, 7). De concilio vid.* Hardouin, Acta conc., *t. VI, 2, col. 1913-16 ;* Mansi, Concilia, *t. XXI, col. 73-76.*

1112. — In reditu Cluniacum devertit ibique apud Pontium abbatem aliquot diebus commoratur (Vita, l. c.).

1112. — " Reperitur anno eodem in instrumento compositionis Adelae Veromanduorum comitissae, advocatae villae Fiscampi, cum Nicolao abbate Corbeiae ". — Cf. Gall. christ., *t. X, col. 1171*a.

1113 *1113. — Favet Godefridus Ambianensibus civibus, qui, consentiente rege Ludovico " faciunt communiam "* (Guibertus de Novigento, De vita sua, *III, 14). Cf. A.* Luchaire, Louis VI le Gros, *p. 86, nº 169. — " Tituli primigenii chartae communiae Ambianensis ", quos coniciendo ex litteris Philippi Augusti regis anno 1190 datis excerpsit A.* Thierry, Recueils des monuments inédits sur l'histoire du Tiers État, *t. I (Paris, 1850), p. 37-42, atque coniciendo an. 1117 constitutos esse censuit, mirum plane in modum in* P. L., *t. CLXII, col. 747-50, iterum editi sunt tamquam tituli chartae " anno 1106 a sancto Godefrido, ut videtur, datae ".*

1113, ante 3 aug. (1). — *Catalauni subscribit Godefridus privilegio quod Ludovicus VI rex Francorum monasterio Sancti Victoris Parisiensi concessit. — Litteras vid. cum alibi, tum* Gall. christ., *t. VII, instr. col. 46-48 ; R.* de Lasteyrie, Cartulaire général de Paris, *t. I (Paris, 1887), p. 187-89. Cf. A.* Luchaire, Louis VI le Gros, *p. 82-83, nº 160.*

1113, aug. 19. — Bellovaci subscribit Godefridus litteris Ludovici VI regis Francorum, quibus confirmat tum praeceptum a se concessum, tum donationem sex bolengariorum a Guaffrido Belvacensi episcopo canonicis Beati Petri factam. — E
Litteras ed. L.-H. Labande, Histoire de Beauvais et de ses institutions communales *(Paris, 1892), p. 262-63. Cf. A.* Luchaire, Louis VI le Gros, *p. 89-90, nº 175* (2).

1113, post 1 septembris (3). — *Anno X episcopatus, confirmat Godefridus fratribus Maioris Monasterii possessionem monasterii Sancti Dionysii quod in prato Ambianensis suburbii erat olim aedificatum. — Litteras ed.* Mabillon, Ann. O.S.B., *t. V, appendix, nº* lxxxvi ; P. L., *t. CLXII, col. 744-46. — Inc.* Necessarium ducimus...

1113. — Affirmant scriptores recentes hoc anno S. Godefridum e terra levasse corpus B. Lupicini presbyteri, qui primus invenit corpora SS. Fusciani, Victorici et Gentiani martyrum, illudque in decenti feretro recondidisse. — Cf. Corblet, Hagiographie, *t. III, p. 180-81.*

1114, april. 17. — Frater Godefridus Ambianensis episcopus in synodo Ambianis congregata confirmat monasterio Lehunensi aliquot altaria. — Litteras ed. L. d'Achery, Spicilegium, *t. VIII, p. 171-72; 2ª ed., t. III, p. 464. — Inc.* Notitiae fidelium omnium... 1114

1114, iul. 4. — Ambianis in ecclesia B. Mariae confirmat frater Godefridus monachis Maioris F
Monasterii possessiones cellae de Bodinicurte in Pontivo. Litteras ineditas exscripsit E. Martene inter instrumenta seu probationes suae historiae Maioris Monasterii (in cod. Parisiensi Bibl. Nat. lat. 12878, fol. 317-318ᵛ). Cf. Gall. christ., *t. X, col. 1171* b; *E.* Martene, Histoire de l'abbaye de Marmoutier, *t. I, ed. C.* Chevalier, *in* Mémoires de la Société archéologique de Touraine, *t. XXIV (1874), p. 488-89. — Inc.* Quod tempore Gervini...

1114, sept. 2. — Interest concilio provinciali Remis habito. — Cf. Martene *et* Durand, Thes. nov. anecd., *t. IV, col. 131-34; Th.* Gousset, Les actes

(1) Erat enim tunc annus Ludovici VI regis quintus. — (2) Ita in litteris: ***Actum Belvaci in capitulo Beati Petri XIIII*** (om. Labande) ***kalendas septembris anno incarnati Verbi Mº. Cº. XIII., indictione VI, regnante Ludovico rege sexto anno.*** Iam vero indictio VI et annus regni VI cum mense augusto anni 1113, non autem anni 1114 conveniunt. Insuper inter testes affertur ***Petrus decanus***, is autem ante diem 12 iunii 1114 factus erat episcopus (***Gall. christ.***, t. X, col. 720b). Unde, levissima facta correctione, legendum videtur: ***Mº. Cº. XIII[I]***. Aliter Luchaire (et post eum Labande), qui annum 1114 retinendum putat, diem autem mutandum, ita ut litterae anno 1114 ante diem 12 iunii datae esse censeantur. Qua correctione, non ita levi, tollitur quidem mendum in anno regni, non vero in indictione. Unam autem opinationis suae rationem affert Luchaire (l. c., cf. etiam p. 88-89, nº 174) probabile videri litteras datas esse post mortem Guaffridi episcopi, quem die 2 decembris anni 1113 obiisse dicunt; neque enim litteris subscripsit, neque inter testes praesentes affertur. Verum haec satis esse ut episcopus, qui in litteris dicitur ***dominus Guaffridus Belvacensis episcopus*** (non autem ***olim*** vel ***beatae memoriae Belv. ep.***), reapse defunctus censeri debeat, equidem non video. — (3) Quod ex hoc sequi videtur quod iam erat indictio VII.

de

AUCTORE A. P.

de la province ecclésiastique de Reims, *t. II* (*Reims, 1843*), *p. 178-79.*

1114, sept. 6. — Interest dedicationi ecclesiae Beatae Mariae Laudunensis. — Id testatur HERIMANNUS TORNACENSIS, De miraculis S. Mariae Laudunensis, *lib. III, c. 1* (P. L., *t. CLVI, col. 988-89; MG., Scr. t. XII, p. 654*).

(*1114*). — *Godefridus, Bellovaci hospitatus, ad Ivonem episcopum Carnotensem venit, ei* importabiles miserias suas et angustias, quibus a violatoribus pacis vexatur, lacrimabiliter aperit, *atque eius consilium in tanta sua afflictione anxie expetit. Ipsi autem auctor est Ivo ut ad regem Ludovicum confugiat. — Ita Ivo in litteris ad regem datis, quibus Godefridi causam commendat. Litterae saepe editae sunt, tum inter Ivonis litteras* (*v. gr.* P. L., *t. CLXII, col. 258-59*), *tum alibi, ut in* Recueil des historiens des Gaules..., *t. XV, p. 164-65. — Cf.* LUCHAIRE, Louis VI le Gros, *p. 93, n° 182.*

Relicto episcopatu,

1114, mense novembri. — Relicta sede Ambianensi, ad Cartusiam proficiscitur (GUIBERTUS DE NOVIGENTO, De vita sua, *III, 14; Vita S. Godefridi, III, 8*).

B

1114, mense novembri. — In itinere Cluniacum devertit ibique altare consecrat (GUIBERTUS DE NOVIGENTO, *l. c.*).

ad Cartusiam confugit:

1114, dec. 6 ad 1115, mart. 3. — In Cartusia commoratur (*Vita, III, 11*).

1114, dec. 6. — Bellovaci concilium celebrat Cono Praenestinus episcopus et apostolicae sedis legatus (*testimonia vid. v. gr. apud* HARDOUIN, Acta conciliorum, *t. VI, 2, col. 1925-26;* MANSI, Concilia, *t. XXI, col. 121-24; G.* MEYER VON KNONAU, Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. und Heinrich V., *t. VI, p. 317-18*). *Huc venerunt tum Ambianenses, ut novum episcopum sibi dari postularent, tum legati S. Godefridi deferentes litteras, quibus hic se episcopatu abdicabat* (*Vita, III, 9*).

inde iussus

1115, ian. 6. — In concilio Suessionibus celebrato decernitur Godefrido imperandum esse ut e Cartusia ad sedem suam redeat (*Vita, III, 10*). *Cf.* LUCHAIRE, Louis VI le Gros, *p. 95, n° 188.*

Ambianos revertitur.

1115, mart. 28. — E Cartusia reversus Godefridus (GUIBERTUS, *l. c.; Vita Godefridi, III, 11*) *concilio quod Cono legatus apostolicus Remos acciverat* (*testimonia vid. apud* HARDOUIN, *t. c., col. 1929-30;* MANSI, *t. XXI, col. 129-32; cf.* SCHOENE, Kardinallegat Kuno, *p. 29-31*) *interest.* (*Vita, l. c.; cf. litteras de quibus* MABILLON, Annales O. S. B., *t. V, lib. LXXII, §* XCII; MANSI, *t. c., col. 131-32*).

C

1115, april. 11. — Dominica Palmarum reversus a Cartusia Godefridus Ambianis regem Ludovicum hortatur ut turrem Castellionis expugnet (GUIBERTUS, *l. c.*) *; quae tamen non nisi post biennium capta est* (*Vita, III, 13 sub init.;* SUGGERIUS *abbas, Vita Ludovici VI regis, c. 23, ed. Molinier, p. 83*) (1). *Cf.* LUCHAIRE, Louis VI le Gros, *p. 96, n° 190.*

1104-maium 1115. — Tradit Godefridus Lamberto episcopo Atrebatensi († 16 maii 1115) Theoderannum sacerdotem, sub illius oboedientia futurum. — Litteras ed. BALUZIUS, Miscellanea, *t. V* (*1700*), *p. 343, epist. 96;* P. L., *t. CLXII, col. 683. — Inc.* Hunc sacerdotem nostrum...

(*Ante 16 iun. 1115*). — *Synodum generalem celebrat Godefridus apud Montem Desiderii. Ita Godefridus ipse in litteris de quibus mox.* D

1115, iun. 16. — In plenaria synodo celebrata Ambianis, episcopatus anno XII, ratam habet Godefridus restitutionem quorundam altarium factam ecclesiae Compendiensi. — Litteras ed. MABILLON, De re diplomatica, *lib. VI, §* CLXXV (*ed. 2ª, Parisiis 1709, p. 597-98*); P. L., *t. CLXII, col. 746-48; V.* DE BEAUVILLÉ, Histoire de la ville de Montdidier (*Paris, 1857*), *t. I, p. 498-99; 2ª ed.* (*Paris, 1875*), *p. 486. — Inc.* Quia altaria possidentes...

1115, (*mense iunio*). — *Litteris in synodo scriptis, abdicat se Godefridus in gratiam monasterii Sancti Silvini Alciacensis iure " personatus " in altaria seu paroecias quas monasterium in dioecesi Ambianensi possidebat. — Litteras Godefridi ex chartulario Alciacensi ed. A.* DE CARDEVACQUE, Histoire de l'abbaye d'Auchy-les-Moines (*Arras, 1875*), *p. 183-84; cf. p. 49. Manifestum autem est eum qui chartularium composuit litteras non ad verbum exscripsisse, sed eas aliquantum contraxisse. — Inc.* Quia in domo Domini speculatores... E

1115, iulio ineunte. — Concilio a Conone cardinali et legato apostolico Catalaunis celebrato (*vid. testimonia apud* MANSI, Concilia, *t. XXI, col. 135-136*) *interest Godefridus. Cf. litteras Cononis apud* MABILLON, Ann. O. S. B., *t. V, appendix, n°* LXXXIX; MANSI, *t. c., col. 137.*

1115, iul. in. — Ad Gaudefridum Ambianensem aliosque episcopos cum cardinali in concilio congregatos litteras dat Ivo episcopus Carnotensis. — Litterae saepe editae, tum inter ceteras Ivonis epistulas (*v. gr.* P. L., *t. CLXII, col. 272-73*), *tum alibi ut apud* MANSI, *t. c., col. 138-39;* Recueil des historiens des Gaules..., *t. XV, p. 172-73.*

1114. — Iohannem Morinorum episcopum in ipsius civitate visitat (*Vita, III, 25*).

1115, (*post medium mensem octobrem*). — *Remos proficiscitur* (*Vita, III, 27*).

1104-1115. — Hugo monachus Cluniacensis G(*odefridum*) *episcopum et omnes ecclesiae Ambianensis filios certiores facit de alodio quodam ecclesiae Sancti Luciani Bellovacensi tradito. — Litteras ed.* MABILLON, Ann. O. S. B., *t. V, appendix, n°* LXIX.

1108-1115. — Iudicium de molendino B. Quintini fecit, de quo contendebant abbates Sancti Quintini et Sancti Luciani Bellovacenses. — Id commemorat Ivo Carnotensis episcopus in litteris ad Radulfum archiepiscopum Mettensem (P. L., *t. CLXII, col. 263-64*). F

Prope Suessiones

1115, oct. 25. — Prope Suessiones in monasterium SS. Crispini et Crispiniani devertit (*Vita, III, 27*).

1115, oct. 26. — Inde proficiscitur, sed mox, morbo invalescente, in villa Parvanit haud procul ab urbe consistere cogitur; ubi per triduum commoratur (*Vita, III, 28-29*).

1115, oct. 29. — Ad monasterium SS. Crispini et Crispiniani navigio defertur (*Vita, III, 29*).

vita fungitur.

1115, nov. 8. — Prope Suessiones in monasterio SS. Crispini et Crispiniani moritur ibidemque in medio basilicae choro traditur sepulturae (*Vita, III, 30*).

1116, maii 10. — Ingelrannus Ambianensis episcopus, anno episcopatus primo, laudibus ornat praedecessorem

(1) Nusquam, neque in Vita, neque alibi, dictum est Godefridum in vivis superfuisse cum Castellio expugnaretur. Nullum igitur est argumentum quod ex hoc biennio quidam accipere visi sunt, ut ostenderent Godefridum anno 1118 obiisse.

A *praedecessorem suum Godefridum, de quo inter alia haec scribit :* Defuncto itaque praedecessore praedicto Godefrido atque, ut creditur, iustorum societati aggregato... — *Litterae ed.* Gall. christ., *t. X, instr. col. 303.*

1118, oct. 23. — † Confirmat Godefridus possessiones ecclesiae Beati Dionysii apud Piceium castrum. — Litteras ed. olim P. LOUVET, Histoire et antiquitez du diocese de Beauvais, *t. II (Beauvais, 1635), p. 113-15, tum nuperius ex exemplari saec. XII extr.* F. GUERARD, Notice..., *in* Mémoires de la Société des Antiquaires de Picardie, *t. VI (1843), p. 151-53. — Spurias esse ostendit G.* DESJARDINS *apud* CORBLET, Hagiographie, *t. II, p. 435-437.*

1121, oct. 9. — † Confirmat Godefridus possessiones eiusdem ecclesiae in Pulteiis. — Litteras ex exemplari saec. XII extr. ed. GUERARD, *t. c., p. 153-154. — Spurias esse ostendit* DESJARDINS, *l. c.*

1127. — † In litteris gallica lingua confictis testatur Gualterus Tyrellus tunc adfuisse révérend père en Dieu monseigneur Godefroy évesque
B d'Amiens. — *Fraudem saeculo XVI in eadem Piceiensi ecclesia patratam prodidit* DESJARDINS, *l. c.*

1138, april. 4. — Elevatur corpus S. Godefridi et ante maius altare cum honore reconditur (Vita III, post c. 42)

§ V. De cultu S. Godefridi.

Vir optimus, 22. *Etsi facere non possumus quin ex his quae narrat ipse Nicolaus colligamus Godefridum animo fuisse non semper constanti et offirmato atque saltem aliquotiens difficultatibus se frangi sivisse, vir tamen manifeste fuit multis egregiisque dotibus et virtutibus ornatus, pius, humilis, parce victitans, iustitiae cultor strenuus, in pauperes et tenues quosque propensus, in rebus administrandis non imperitus, qui, ut docet Guibertus de Novigento testis non benignior, ante etiam quam episcopus fieret,* ubique quasi totius religionis speculum putaretur (1). *Postea vero, licet abalienati fuerint ab eo aliquot saltem Ambianensium civium et clericorum animi, maxime quod nascentem huius urbis*
C *communiam sustineret et foveret, ab illa tamen fama et existimatione non cecidisse novimus. Ut enim omittamus ea quae contraria et inter se pugnantia de Godefrido facto episcopo proferunt Guibertus ille et Nicolaus monachus Suessionensis, hic laudator eius forsan nimius, ille detractor non satis aequus, utpote communiae cuilibet valde infensus, quotquot alii de sancto nostro locuti sunt, sive viventem, sive mortuum collaudarunt.*

a multis 23. *Ita Ivo Carnotensis episcopus anno 1114 illum tamquam* virum religiosum et honestum *Ludovico VI regi commendat* (2); venerabilem *episcopum nominat Anscherus abbas Centulensis* (3) *et de eius eleemosynis meminit* (4); *multo magnificentius illum laudat Hugo monachus Cluniacensis, qui eum in Vita S. Hugonis* sanctitate praeclarum *dicit* (5), *in epistula autem sua ad Pontium abbatem* decus pontificum, doctrina praeclarum, sanctitate perspicuum (6). *Ita successor eius Ingelrannus, sex mensibus post mortem elapsis, Godefridum praedicat* multiplici discretionis genere adornatum et, ut creditur, multis virtutum insigniis et carum et acceptum, ... atque, ut creditur, iustorum societati aggregatum (7); *idem in aliis litteris, in quibus eum* beatae memoriae episcopum (8), praedecessorem *suum* sanctae memoriae (9) *dicit. Effusius etiam sanctum laudavit Goislenus episcopus Suessionensis his versibus, quos anno 1138, ut videtur, condidit :* *Auctore A. P.* *egregie laudatus*

Gloria pontificum, cleri decus ac monachorum
Forma, gregis dux, exemplar morum, Godefridus
Hic iacet, astra petens octava luce novembris (10).

Maxime autem in eiusdem Suessionensis civitatis monasterio, in quo obierat et sepultus iacebat, memoria illius coli coepta est. Cuius abbas statim post sancti mortem pectinem eius et cingulum ad monimentum tanti viri *sibi servavit (Vita, III, 10). Etsi postulaverat Godefridus ut intra monasterium in capitulo fratrum humaretur (ibid., 30), videtur tamen ab initio in medio choro basilicae fuisse sepultus (ibid., 37, 38); sed viginti tribus post annis translatum est corpus et in eadem basilica ante maius altare loco magis honorifico reconditum a Goisleno episcopo (ibid., post c. 42), qui etiam adornando sepulcro tres versus composuit, quos supra attulimus.* E *apud Suessiones mox ab obitu velut sanctus honoratus esse videtur,*

24. *Quando autem initium factum fuerit cultus legitimi et liturgici, non satis constat. Silent de Godefrido kalendarium saec. XIII quod coniunctum est obituario ecclesiae Ambianensis* (11), *tum etiam martyrologium eiusdem ecclesiae saeculo XV exaratum* (12); *in libris autem liturgicis Ambianensibus saec. XII-XV, quos multos inspeximus* (13), *ne semel quidem sive in kalendario sive in litaniis sanctorum est nominatus. Inter externa martyrologia primum, quod quidem repertum sit, de eo meminit exemplar Usuardi quod Greveni dicitur, anno 1515 editum* (14) : Ambianis sancti Godefridi episcopi et confessoris; *postea in aliis recensitus est, v. gr. in Usuardo Molani, in Wionis Ligno vitae, in Menardi martyrologio benedictino, in Saussaii martyrologio gallicano, atque in ipso martyrologio Romano inde ab editione principe :* Suessione in Gallia sancti Godefridi episcopi Ambianensis, magnae sanctitatis viri. *In breviario* *in Ambianensi ecclesia multo recentius.* F

(1) *De vita sua*, II, 2 (ed. BOURGIN, p. 111). — (2) *P. L.*, t. CLXII, col. 258. — (3) Miracula S. Angilberti, lib. I, c. 37; lib. II, c. 2 (MABILLON, *Act. SS. O. S. B.*, saec. IV, 1, pp. 137, 139). — (4) Ibid., lib. I, c. 32 (MABILLON, p. 136) : *Quaedam mulier paupercula in urbe Ambianorum, domni Godefridi eiusdem urbis episcopi alimoniis diutius sustentata...* — (5) MARRIER, *Bibliotheca Cluniacensis*, col. 446B. — (6) Ibid., col. 558E. — (7) R. QUATREMARIUS, *Concilii Remensis... falsitas demonstrata*, p. 54-56; *Gall. christ.*, t. X, instr. col. 303BC. — (8) In litteris incerto anno scriptis, quas ed. MABILLON, *Annales O. S. B.*, t. V, lib. LXXII, § CXXVI. Quod has litteras in Annalibus suis ad annum 1116 edidit Mabillonius, id satis utique non est ut cum J. CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 440, affirmemus hoc anno eas esse datas atque inde argumentum desumamus ut ostendatur tunc iam mortuum esse Godefridum. — (9) In litteris anno 1124 monachis Lehunensibus datis, de quibus supra, p. 895, annot. 4; cf. GUERARD, t. c., p. 189. In aliis litteris anno 1126 monachis SS. Crispini et Crispiniani Suessionensibus datis, de quibus ROZE, *Nécrologe de l'église d'Amiens*, in MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE PICARDIE, t. XXVIII (1885), p. 358. — (10) Vita, III, 32. — (11) Amiens, Archives de la Somme, G. 2971, fol. 146. Cf. ROZE, *Nécrologe*, t. c., p. 427. — (12) Amiens, Archives de la Somme, G. 2975, fol. 232-32^{v}. In margine folii 232 ad d. 8 novembris addidit manus saec. XVII : *Eodem die sancti Geoffridi episcopi et confessoris.* — (13) Codices bibliothecae Ambianensis 3, saec. XIII, fol. 150, 152; 20, saec. XV (neque vero XIII), fol. 6, 125; 111, saec. XIII, fol. 1^{v}; 112, saec. XIII, fol. 65^{v}-66; 113, saec. XV, fol. 207-207^{v}; 125, saec. XIV, fol. 60; 126, saec. XV, fol. 6, 106-106^{v}; 136, saec. XIII, fol. 6, 124, 126-126^{v}; 148, saec. XIII, fol. 6, 96-96^{v}; 154, saec. XII extr., fol. 6, 68; 159, saec. XIII, fol. 132^{v}, 134. — (14) SOLLERIUS, *Martyrologium Usuardi*, p. 661.

Ambianensi

AUCTORE A. P.

Ambianensi officium illius anno 1618 insertum est atque ab hoc tempore festum eius celebratum, olim die 9 novembris (cum dies 8 propter octavam sollemnitatis Omnium Sanctorum censeretur impedita), nuperius, id est ab anno 1851, die 14 novembris (1). *In dioecesi autem Suessionensi olim die 8, nunc die 7 novembris sancti memoria in officio liturgico recolitur.*

De eius reliquiis

25. *Reliquiae eius, quae saeculo XVII frustra quaesitae sunt* (2), *nullae videntur superesse. Imagines praeter unam, de qua mox, et* sigillum Geodefrid. Ambianensis episcopi, *in quo communis quaedam episcopi species est adumbrata* (3), *nullae indicantur nisi recentes et nullius momenti* (4). *Optimi episcopi, qui nascenti communiae Ambianensi favit et pro ea multum passus est, non solum in hac urbe via eius nomine insignita, sed etiam pulchra imago lapidea in parte antica aedium curiae Ambianensis publicarum nuper posita* (5) *servant memoriam.*

et imaginibus.

(1) Cf. CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 442-43; t. V, p. 62. — (2) Cf. GIRY, *Les Vies des saints*, t. II (Paris, 1719), col. 1668; CORBLET, t. II, p. 441-42. — (3) Cf. A. DEMARSY, *Armorial des évêques d'Amiens*, in REVUE NOBILIAIRE, nouv. série, t. I (1865), p. 215; CORBLET, t. c., p. 443. — (4) Cf. CORBLET, ibid. — (5) Cf A. DE CALONNE, *Histoire de la ville d'Amiens*, t. I (Amiens, 1899), p. 142.

I. EX GUIBERTI DE NOVIGENTO LIBRIS DE VITA SUA

Cf. Comm. praev., num. 1.

Cum Godefridus, abbatia S. Mariae de Novigento

L. II. c. 2... At quoniam et aevo gravis praedictus (*Henricus Sanctae Mariae de Novigento*) abbas (1) et oculis captus erat, ad opulentiores, quae sua sufficientia facilius regi poterant, duas abbatias (2) se contulit; tertiam hanc, quae sine operosa instantia haberi nullatenus valebat, dimittere proposuit. Qui cuidam suo nepoti monacho cum hanc committere, provocatis ad id ecclesiae fratribus, moliretur, impetrare non potuit (3), sed in quendam tunc adulescentem, nomine Godefridum, qui de locis erat illis oriundus, et Sancti Quintinensis de Monte apud Perronam fuerat monachus (4), ipso etiam aegre ferente, prosiluit electio. Cum ergo sagacissimus ille senior vota eligentium alias transferri conspiceret, locum, quem dignantissime et indulgentissima largitate servaverat, deseruit, et legitimam cessionem illi quem elegerant fecit.

sapienter gubernata,

Igitur electo illo et ad loci promoto custodiam, quoniam ipse cum multa circumspectione se gessit, et tam populares quam proceres cum voluntatem, tum possibilitatem ecclesias augendi habebant, plurima isti terrarum atque redditutuum hoc sequenti tempore commoda confluxerunt. C Bene enim ad qualitatem exteriorum hominum idem habere se noverat, quoniam eis affabilem et dapsilem se praebebat, et in actione forasticarum causarum, in quibus addiscendis non minimum operam dederat eis (5). Re autem vera homines ea tempestate, de qua in huius operis initio egi (6), liberales ad instituenda coenobia animos habentes, terras et multas pecunias conferentes, laetius sua in talibus expendebant quam filii eorum bona nobis his diebus verba impendant. Quoniam igitur in monasteriis circumcirca positis minus quam oportuerat religionis studium habebatur, et iste in talibus cum suis plurimum exerceri videbatur, sicut lumen parvissimum mediis in tenebris habet locum, sic ad comparandam nominis claritatem personae quae praeerat exhibita temperantia subiectorumque ad eius imperium obtemperantia tempus obtinuit oportunum. E

magnam laudem adeptus esset,

Simoniacum itaque quippiam in eadem ecclesia aut fieri aut haberi vetuit, et, exclusis mercimoniis, solam admisit gratiam, non dissimiliter exsecrationi ducens lucri turpis et opus et nomen. Igitur quoniam vir isdem in forensibus negotiis coabbatum suorum pluribus argutior putabatur, et proinde oppidis ac urbibus notior habebatur, de ditioribus quidem abbatiis primo actum est (7), postmodum super episcopatu sibi ferendo tractatum. Pontificium tunc temporis Ambianense biennio ferme vacaverat (8); ipse etiam idem cuiusdam urbis praedictae archidiaconi, qui aliquarum cleri ac populi partium favore petebatur, procurator exstiterat (9). Unde et pro astutia saeculari et habitudine quam gerebat regulari, dum alteri id peteret, ipse expetitur, et sub Richardo, quondam Albanensi episcopo, F apostolicae sedis in Franciam tunc legato, qui in civitate Trecassium coegerat concilium, praefatae Ambianensium sedi episcopus datus, a suo constat Novigento translatus (10).

ad regendam ecclesiam Ambianensem

Qui cum in multa inibi gloria ac felicitate se gereret, et tantopere ab omnibus coleretur ut ab iis etiam qui sibi praeerant pontificibus cum speciali veneratione potissimum timeretur, et, ne diu morer, cum ubique quasi totius religionis speculum spectaretur, repente ad id, — quod utrum affectabat,

(1) De quo plura Guibertus in priore parte capitis. Is ante annum 1059 Humiliarensis monasterii (Homblières, apud oppidum Sancti Quintini), ab anno circiter 1074 abbatiae Sancti Remigii Remensis abbas factus, postea una cum duabus illis tertiam hanc abbatiam Sanctae Mariae de Novigento regendam susceperat. *His igitur*, ita Guibertus, *tribus monasteriis praesidens, ex ditiorum copiis duorum tertii huius, quod coalescere coeperat, supplebat indigentias.* Quam indigens reapse fuerit docet Nicolaus in Vita S. Godefridi, lib. I, c. 19; quem tamen, ut Godefridum more suo extolleret, res aliquantulum auxisse opinatur G. BOURGIN, *Guibert de Nogent* (1907), p. 107-108, ann. 5. — (2) Humiliarensem et Sancti Remigii Remensem. — (3) Hac de re tacet Nicolaus in Vita. — (4) Mirum in modum lapsus est v. d. G. BOURGIN, l. c., p. 109, annot. 2 et 3, ubi scripsit Godefridum nostrum non tantum monachum, sed et abbatem Sancti Quintini fuisse, et quidem ab anno 1058-1059; immo hoc anno ne natus quidem erat Godefridus. Oblitus esse videtur vir doctus alterum fuisse Godefridum, qui reapse monasterio Sancti Quintini praefuisset, Godefridum nostrum baptizasset, proprio nomine donasset, quinque annos natum in monasterium recepisset ac plus viginti post annos ex monacho suo abbatem Sanctae Mariae de Novigento fieri aegre esset passus. Cf. Nicolaus in Vita, lib. I, c. 2-5, 18, 19. — (5) His a Guiberto laudatum esse Henricum abbatem intellexit G. BOURGIN, l. c., p. 109, ann. 5. Immo manifestum est haec de Godefrido cum laude esse dicta. — (6) Lib. I, c. 8. — (7) Vid. Vita, lib. I, c. 26. — (8) Vid. ibid., c. 29. — (9) Hac de re tacet Nicolaus in Vita. — (10) Vid. Vita, lib. I, c. 30.

est electus; Prov. 20, 21. *in qua primo prospere res gessit;*

affectabat, novit Deus, an verebatur (1) — emersit. Didici autem quod hereditas ad quam festinatur in principio, benedictione caritura sit in novissimo. Initia plane cum solitae plena laudis habuerit et per annos aliquot rumor ei praeconiosus accesserit, iam, ut est videre, quicquid apud hominem gloriarum excandescere videbatur, non modo intepuit, sed refrixit. Prima enim intra urbem suae susceptionis die, cum locuturus ad populum pulpiti editiora teneret (2), protestatus est se sic ardua sectaturum, quippe qui nollet illud sibi poeticum in suis defectibus coaptari, scilicet :

HORAT. Epist. II, 3, 139.

Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.

Quae sententia ad eius aucupanda facta sequentia universorum animos impraegnavit; eius enim status in dies copiose lentescens seipsa deteriorem coepit indesinenter facere sponsionem (3). Sed de his interim sileamus, habituri forsitan in sequentibus loca ubi... (4).

B

sed cum Ambianenses burgenses, favente episcopo, communiam constituissent,

L. III, c. 14... Igitur Laudunensis provincia cum his sub utroque malignitatibus quateretur, in Ambianensem, Deo iudice, est translata calamitas. Nam post funestum excidii Laudunensis eventum (5), Ambiani, rege illecto pecuniis (6), fecere communiam (7); cui episcopus nulla vi exactus debuisset praestare favorem (8), praesertim cum et nemo eum urgeret (9), et coepiscopi sui eum miserabile exitium (10) et infaustorum civium confligium (11) non lateret. Videns itaque Ingelrannus (12) urbis comes ex coniuratione burgensium comitatus sibi iura vetusta recidi, prout poterat, iam rebelles armis aggreditur. Cui etiam non defuit Adam (sic enim vocatur) et suae, cui praeerat ipse, turris (13) auxilium. A burgensibus ergo urbis pulsus, ab urbe in turrem se contulit. Qui cum in comitem irremissis assultibus grassarentur, et Thomam (14) quasi amantiorem suum dominum ad communiae illius sacramenta vocantes, contra parentem, ut putatur, suum filium suscitarunt. Ignominiosam enim valde matrem habuit, et ideo semper patris affectu caruit. Perpendens interea Ingelrannus, quia sui aevi gravitatem caupones et macellarii irriderent, accersito Thoma pactoque cum eo foedere, etiam novercam illam, praebitis C innumeris sacramentis, novo ei insinuavit amore. Quae nimirum sibimet non ignava, non parvi ponderis gazas ab eo exegit pro innovata pace.

AUCTORE GUIBERTO DE NOVIGENTO

Exhausto denique Thomas plurimo quem habebat thesauri cumulo, opem quoque Ingelranno spopondit contra burgenses, quibus cum vicedomino (15) adnitebatur episcopus. Thomas igitur et Adam, qui turri praesidebat, coeperunt acerrime insistere vicedomino atque burgensibus, et quam primum, quoniam episcopum et clericos factae cum burgensibus factionis arguebant, res pervasit Thomas ecclesiae. Et in una quidem villarum eius praesidium sibi firmat, per quod ceteras mox incendiis et praedis exterminat. Ex una earum cum maximam captivorum abduxisset catervam multamque pecuniam, residuum promiscui sexus et diversae aetatis vulgus, cohortem certe, quae illo confugerat, plurimam in ecclesia concrematа cremavit. Inter captivos autem quidam, qui panis emendi gratia in villam venerat, heremita captus ante eum ducebatur; erat vero imminens, postridie scilicet, festum beati Martini. Cumque flebiliter inclamasset ad Thomam cuius professionis esset, qua pro causa eo devenisset, saltem pro honore sancti Martini E sibi miseresceret, ille, e vagina pugione exempto, eius traiecit pectus et viscera : " Accipe „, dicens, " propter sanctum Martinum. „

tanta exorta est contra eum procella,

. . . .

At noverca sua (16), videns tantis hominem (Thomam) inserere se periculis, avida perimendi eum, mandat vicedomino (17) ut Thomae subtiliter excursus observet. Qui cum illum nescio qua euntem nocte quadam circumfudisset insidiis, confossus membra vulneribus, etiam in poplite lanceam hostis pedestris accepit. Qui cum alias, tum in geniculo durissime laesus, vellet nollet, a coepto desiit.

ut tandem,

At episcopus, antequam ecclesia sua tale exterminium pateretur, quodam die festo missas acturus erat. Quidam vero specie religiosus presbyter sacramentum ante eum ex sola aqua nescius confecerat; post quem et episcopo idem accidit. Cumque libamen assumpsisset, et non nisi aquam esse sensisset, dixit : " Magnum pro „ certo, malum ecclesiae imminet isti. „ Quod ipsum infortunia presbyteri, quae ante contigerant, astruebant (18). Cum ergo vidisset suam F nec clero nec populo praesentiam esse gratam, quia neminem iuvare poterat, assumpto quodam

(1) Haec cum praecipua quadam in Godefridum benevolentia scripta esse nemo censebit. Non negandum tamen est, ipso Nicolao, quin etiam ipso Godefrido docente (Vita, lib. I, c. 28), sanctum nostrum de episcopatu mox suscipiendo cogitasse, ut haec res in somnis etiam ipsius menti obversaretur. — (2) Cf. Vita, lib. II, c. 2. — (3) Cf. Comm. praev., num. 22. — (4) Ita desinit caput mutilum vel a Guiberto non perfectum. — (5) Atrocia facinora a Laudunensibus ad defendendam suam communiam anno 1112 admissa superius, c. 7-12, multis narravit Guibertus. — (6) Ludovicum VI regem pecuniae avidum fuisse norunt omnes. Cf. A. LUCHAIRE, *Louis VI le Gros*, p. XXXV. — (7) Unus hac de re posteros docuit Guibertus, ad cuius narrationem scriptores moderni de origine communiae Ambianensis scripserunt, praesertim Augustinus THIERRY, *Recueil des monuments inédits de l'histoire du Tiers État*, 1re série, Région du Nord, t. I (Paris, 1850), p. 25-33 (= *Œuvres d'Augustin Thierry*, IX, Paris, 1867, p. 434-47); ID. *Lettres sur l'histoire de France*, lettre XIX (= *Œuvres...* I, Paris, 1867, p. 293-302); A. DE CALONNE, *Histoire de la ville d'Amiens*, t. I (Amiens, 1899), p. 123-42. — (8) Intellegendum utique : *cui episcopus, etiam quantalibet vi exactus, non debuisset p. f.* — (9) Quaesitum est utrum solius boni communis studio et benevolentia erga tenues ad ita se gerendum inductus sit Godefridus, an etiam eo quod, quo magis demittebatur potentia comitis, contra quem Ambianis communia maxime fiebat, eo magis in civitate auctoritas episcopi confirmaretur. Vix non omnium qui hac de re scripserunt sententia seu potius coniectura est — solis enim coniecturis, ubi testimonia desunt, ad intima hominum consilia pervenitur — utramque causam aliquid apud Godefridum valuisse. — (10) Id est infanda Gualdrici Laudunensis episcopi occisio, de qua Guibertus, lib. III, c. 8. — (11) De quo bello intestino ibid., c. 9-12. — (12) Ingelrannus Botuensis (Boves) seu de Cociaco, comes Ambianensis ab anno 1085. De quo cf. BOURGIN, t. c., p. 133, ann. 1. — (13) Eadem dicebatur *Castellio*, atque ita ab ipso Guiberto infra vocatur. De Adamo illo castellano plura tradit Nicolaus in Vita, lib. II, c. 30-35; lib. III, c. 1-5. — (14) Thomas de Marna, Ingelranni filius, " homo perditissimus, Deo et hominibus infestus „ (ut ait Suggerius abbas in Vita Ludovici VI, c. 7; ed. A. MOLINIER, p. 15); de quo cf. BOURGIN, t. c., p. 177-78, ann. 6. — (15) Guermundo ecclesiae Ambianensis vicedomino, de quo etiam infra et apud Nicolaum in Vita, lib. II, c. 30; lib. III, c. 2-5. — (16) Sybilia, quae, relicto viro Godefrido III comite Namurcensi, facta erat uxor Ingelranni comitis, postquam ipse Adam coniugem suam, Thomae matrem, repudiaverat. — (17) Guermundo, de quo supra. — (18) Hanc narrationem non habet Nicolaus in Vita.

AUCTORE GUIBERTO DE NOVIGENTO

nostro monacho, inconsultis omnibus, clero suo ac populo libellum, ut ita dicam, repudii dedit et archiepiscopo Rhemensi anulum sandaliaque remisit, et se in exsilium iturum numquamque deinceps episcopum futurum utrobique mandavit. Expontifex ita factus, cum Cluniacum attigisset, rursus sponte propria episcopus factus altare inibi consecravit (1). Inde digressus Cartusiam perrexit, de quo loco in huius opusculi primordio nobis sermo fuit (2). Ibi extra conventum in cellula commanens, sex de viatico suo argenti sibi marcas retinuit. Qui post duos menses non ab aliquo suorum, sed ab archiepiscopo remandatus, moras in reditu non fecit (3); ad hoc enim marcas sibi utiles futuras scivit (4). Clerus autem et populus eum non sine maerore recepit (5), qui eo absente super altero eligendo non sine magna ipsius aspernatione non sategit (6). Ipse enim turbam moverat quam sedare non poterat.

dimissa ecclesia, ad Cartusiam confugeret.

A qua cum Ambianum esset reversus,

Thoma itaque ad sua translato et ex vulnere praelibato iam impotenter agenti, quoniam filius Adae (7), nomine Adelelmus, puer pulcherrimus, in futuram desponderat coniugem ipsius filiam (8), quae (9) Thomam iam laeserat in Adam et in turrim eius ipsa Ingelranni turpis concubina arma convertere parat. Ipse autem in fidelitate Ingelranni huc usque contra burgenses steterat. Rege ergo conducto, turrim obsidione circumdat. Et certe Adam regi hominium fecerat, nec ab eo defecerat, rexque eum in sua fide susceperat. Referri non possunt ab aliquo, ne ab eis quidem quorum pars periclitabatur, factae neces de burgensibus per turrenses, cum ante obsidionem, tum postea crebriores. Nullus enim apud urbanos actus erat, sed passio sola. Quod primum, promoto nondum malo, facile Godefridus episcopus, sicut omnibus notum est, sedasset, nisi vicedominum (10), qui maximo eum semper habuit contemptui, timuisset. Eius plane moris est ut neminem revereatur, nec cuiquam beneficus sit, nisi aut de ipso male loquatur, aut sibi male faciat; qui dum ab uno morderi timet et scienter perfidissimo placere gestit, Deo iusto iudice, ab ipso potissimum et ab omnibus laceratur.

B

turbae in civitate sedatae non sunt,

C

Thomas itaque turri subvenire non potuit, intra quam et filiam et militum suorum probiores dimiserat. Mala autem ubique tanta egerat...

D

. . . .

Igitur dominica Palmarum reversus a Cartusia Godefridus episcopus, longe alia quam ibi didicerat, incipit propagare. Regem ergo arcessit, et die celebri ac verendo ipsum et astantem populum adversus turrenses, sermone habito non Dei, sed catilinario, irritare intendit, spondens regna caelorum his qui turrim expugnando perierint. Postridie pro muro Castellionis (sic enim vocatur) ingentes machinae porriguntur, eisque milites imponuntur. Turrenses ante cortinis sese protexerant, ne esse eorum proderetur. Episcopus vero nudipes ad Sanctum Aceolum (11), non tunc pro hoc exaudiendus abierat. Interea turrenses permittunt eos se muris ingerere, machinas admovere. Quibus applicitis, Alerannus quidam, talium peritissimus, duas quas instituerat phalaricas opponit, et quater vicenas paene mulieres ad saxa quae imposuerat intorquenda disponit. Milites autem interni contra externos praelia cominus ense tractabant. Cumque achilleis animis sua propugnacula defensarent, mulieres, viris aequiparandae, missis ex tormento lapidibus utrasque confregerunt, et, fervescente iactu missilium, quater vicenis, ut relatum est, vulneratis, etiam regem iaculo in pectore loricato laeserunt. De his autem qui spiculis sunt traiecti praeter unum nullus evasit. Hoc episcopi nepos Rothardus clericus retulit.

immo magis concitatae.

E

At milites qui de machinis pendebant, obrui se videntes, fugam ineunt; nec mora, ceteri. Quibus aliquantisper amotis, turrenses prosiliunt, machinas concidunt materiemque ad se convehunt, cum eos a longe conspicerent, nec aggredi auderent tria paene millia, qui prius oppugnarunt. Videns igitur rex inexpugnabilem locum, cessit, obsideri iubens, dum fame coacti se redderent. Huc usque perseverat obsidio (12), et dici non potest quot de burgensibus solis cotidie paene depereant. Adam vero, extra positus suburbia, et Ingelrannum atque vicedominum crebris hostilitatibus urget. Unde etiam si vexatio intellectum daret auditui, scire possent quia, etsi Thomas succubuit, non omnes tamen causae sunt pares, nec Dei penes omnes aequa iudicia, ut sit episcopo ad neces licentia provocandi.

Isai. 28, 19.

F

(1) Neque hac de re meminit Nicolaus. — (2) Lib. I, c. 11. — (3) Res non ita expedite peractas esse docet Nicolaus (Vita, III, 9-11), qui in hac saltem parte verior videtur. — (4) Sex illas marcas, de quibus bis Guibertus, in toto hoc loco erga Godefridum minime benevolus, vel ignoravit Nicolaus, vel non tanti aestimavit quae recenserentur. — (5) Immo, si Nicolao credas (Vita, lib. III, c. 11) *votis omnium sollemniter est exceptus.* Sed utri credendum? an etiam alterutri plena fide assentiendum? Si maerorem dicendo auxit Guibertus, annon gaudium etiam auxit Nicolaus? Certe laetitiam non tantam omnibus fuisse censebit qui secum reputaverit nuper coactum fuisse Godefridum ut ad Cartusiam confugeret atque paulo post reditum eundem, docente ipso Nicolao, iterum de Cartusia adeunda cogitasse (Vita, lib. III, c. 26). — (6) Ita editiones. Videtur tamen legendum esse: *non sine magna ipsius aspernatione sategit.* Sategerunt siquidem in concilio Bellovacensi de quo Vita, lib. III, c. 9. — (7) Castellani, de quo supra. — (8) Melisendis vocabatur haec Thomae filia. — (9) *Quae ... concubina*, id est Sybilia Thomae noverca. Ut nonnumquam alias, ita maxime hoc loco minime luculentus est Guibertus. Ceterum res ipsae videntur esse valde implicatae. Quae vereor ut bene enodaverit B. MONOD, *Le moine Guibert et son temps* (Paris, 1905), p. 165-67. Sed nostri officii non est in hac historia immorari. — (10) Guermundum. Quam insigniter viri indolem in insequentibus descripserit Guibertus, ostendunt narrationes Nicolai in Vita, lib. II, c. 30; lib. III, c. 2. — (11) Nota abbatia prope Ambianos. — (12) Biennio illam esse continuatam docuerunt Nicolaus monachus et Suggerius abbas (vid. supra, p. 900, ad an. 1115, april. 11).

A

II. VITA S. GODEFRIDI AUCTORE NICOLAO MONACHO SUESSIONENSI

Ex codice Bruxellensi Bibl. Reg. 11987, saec. XVI (= **B**) *collato, ubi fieri poterat, cum epitome Vitae quam exhibet codex Vindobonensis bibl. priv. Caesaris austriaci 9397a, saec. XV* (= **V**). — *Cf. Comm. praev., num. 10.*

Epistula Nicolai monachi ad Rohardum decanum Suessionensem de vita sancti Godefridi Ambianensis episcopi et confessoris.

Rohardo decano iubente,

Reverendo patri Rohardo, sanctae Suessionensis sedis ac matris ecclesiae decano, Nicolaus beatorum martyrum Crispini et Crispiniani ipsius urbis apostolorum et patronorum servus, debitae venerationis obsequium.

Saepius, pater amantissime, tua [1] sanctitas parvitatem meam commonefecit ut aliqua de gestis
B piae memoriae Godefridi, Ambianensis civitatis praesulis, in laudem omnipotentis Dei stilo contraderem fidelium posteritati. Quod, ut ipse, reor, meministi, primo dure suscepi. Nec mirum. Etenim a tanti viri piis laudibus exprimendis hinc me revocabat aetatis immaturae debilitas; ut enim relatione obstetricis insertum memoriae retinebam, non amplius quam quinque lustrorum orbitam attigeram. Hinc vero humilis scientiolae tarditas maxime retrahebat; nam, ut de reliquis taceam, nondum complexiones syllabarum, nondum ipsius alphabeti elementa plene cognoveveram. Cumque modernos acutiores et, ut ita dixerim, lyncum more obstantia quaeque subtiliter penetrare intueor, dum unumquemque in suo sensu abundare contemplor, dumque paene universos eloquiorum flores perquirere simul et compendio studere perpendo, nimium nimiumque vereor quod, si tantilli exercitii ruditas incultique ingenioli tarditas pythagoricas seu platonicas pervenerit ad aures, fastidium magis quam emolumentum generans inter argutos videar gravis anser [2] perstrepere olores. Enimvero moris vituperandae fertur picturae, ut a longe quidem per-
C pulchra pareat, cum vero obtutus attentius subtiliusque defixeris, amplius vilescat. Quod et ego, ne simile quid incurrerem, admodum formidabam; sicque potius subsannationi cunctorum iudicio merito paterem quam laudi, cum durum nimis sit iuxta cuiusdam dicti sententiam, cuiuspiam calamo meritum efferre cuius imitator esse desistis. Haec aliaque quam plurima cum mihimet ipsi obicerem, his meam pusillitatem refoves, tarditatem desidiamque commones, non aequum fore si verbi Dei talentum acceperim de caelestibus, reticendo occiduam vitam, — iuxta illud Crispi ubi bruta animalia, quae natura finxit prona et oboedientia ventri, — praeterire silentio, quod etiam est minam reponere in sudario; sed dignum piumque actus servi Dei ad ipsius favorem simulque fidelium exhortationem, prout unctio Spiritus de omnibus nos doceret, non in immensum, cognitioni mortalium commendando, exarare calamo. His aliisque tuis tam allocutionibus quam et allegationibus inclinans animum, quamquam pridem ad id peragendum flagraret, tamen vehementer timebam ruditati hebetis intelligentiae, ne, si illud aggrederer, quasi contra torrentem conarer, sicque succumberem mole praeconandae pressus historiae. Rursus itaque illo tuo excellenti more, his pigritantem suscitas, ut videlicet meminerim me reum detineri, si ad exornandam veri summique sacerdotis vestem nollem, cum possem, competenter offerre. Et ne de inaequalitate virium id exsequendi minime diffiderem, nec de ingenii tarditate titubarem, saepius inculcabas ut in ipso qui fabricatus est surdum et mutum spem ponens, hoc opus universis imitari cupientibus utile mihi esset in voluntate, orationibus autem ipsius servi Dei E suffragantibus quam citius feliciter futurum in perfectione. Quia vero iuxta quod legitur:

Nicolaus, multum licet cunctatus, — Rom. 14, 5. — VERG. Ecl. 9, 36. — SALLUSTIUS, Catil. 1, 1. — Luc. 19, 20. — I Ioh. 2, 27. — *Vitam Godefridi iam scripturus est.* — Exod. 4, 11.

Quoque magis tegitur, tectus magis aestuat ignis, — OVID. Met. 4, 64.

praecepto tuo, cui non obaudire [3] nefas duxi, nimium nimiumque moratus, tandem ad scribendum animum appuli, egregios mores gloriosi Godefridi dignosque relatu, ad favorem illius qui in sanctis suis mirabilis praedicatur, quamvis scientia imperitus, recitandos statui. Itaque, venerande pater, nequaquam in his perquiras sapientiam sermonis, sed praepollentem vitam viri, ad imitationem positam cunctis qui sobrie et pie et iuste versantur in domo Dei. Sed quia nosti quod ad evolvendum tam immensae profunditatis pelagus pluma imbecillis est, orationibus tuis obtine, quatenus aura paracleti Spiritus nobis advenire iam iamque cursum dignetur dirigere, ut quo nos [4] ducit oratio, illaesa rate possimus pertingere.

Ps. 67, 36. — Tit. 2, 12.

Exoro, valeas, felix cum tempore curras;
Post obitum carnis paradisi pace fruaris.

Finis epistulae. F

Sequitur prologus in vitam divae memoriae Godefridi Ambianensis episcopi.

Ut reliquorum sanctorum res gestae sunt narrandae,

Moris antiquorum exstitisse recolitur praeclara dicta vel gesta virorum litterarum apicibus ad monimentum egregiae virtutis successioni nepotum delegasse, necnon ipsorum imagines seu nomina aureis vel aereis laminis sculptas ad excitandam animi audaciam prae oculis exposuisse. Porro si hoc ad protelandam famam momentaneae laudis sagacitati mortalium placuit, quos non solum supervacuis plausibus efferri, nedum imitari, extremae dementiae est, cur non potius athletarum Christi pios actus ad laudem omnium Creatoris simul et ad corroborandam fidem, seu quorumlibet incitandam ignaviam auditorum, saltem vilibus schedulis non imprimamus, quos divina dignatio ad hunc apicem gloriae triumphalis evexit ut filii Dei dicerentur et essent; quibus non tantum comparticipes regni caelestis, quin etiam heredes Dei, coheredes autem Christi fore praestitit? Et hoc

Cf. I Ioh. 3, 1. — Rom. 8, 17.

Epist. — [1] *add. in marg. B.* — [2] videar *add. iterum B.* — [3] abaudire *B.* — [4] *ita Surius;* non *B.*

ne

AUCTORE NICOLAO MONACHO

(Ps. 150, 1. Philip. 2, 15. 16.) ne cui abs re videatur, meminerit fideles quosque egregii cytharedi vatis [1] laudare Dominum in sanctis eius compelli, quos superna clementia ab ipso mundi primordio in medio nationis pravae et perversae ut verbum vitae continerent, ad hoc constituit. De quibus quamquam multa in hunc modum proferri possent, tamen aliquantulum semel inceptus sermo, ne cuiquam forsitan quod dicitur videatur onerosum, reprimendus est. (*ita scriptor historiam S. Godefridi*) De quorum collegio electum Christi antistitem, domnum videlicet Godefridum Ambianensium civitatis pastorem, nunc ad medium libet producere, quem sacrata electio Salvatoris ex suis penetralibus in specula orthodoxae matris ecclesiae tempore gloriosi Philippi, Henrici Francorum regis filii, uti sidus eximium ad irradiandas peccatorum tenebras cunctis in propatulo proposuit. Qui quantae sanctitatis quantaeque innocentiae fuerit finis indicat, in quo, secundum quod ante nos dictum est, omnis laus secure canitur. De quo cum superemineant plura ac memoriae occurrant quam plurima, libet solum B illa lectioni inserere quae paene universis innotuere. Sed dum de ipsis quid potissimum eligam quidve credulitati mortalium imprimam funditus ignoro, dum fluctuat animus utrum prima an extrema assumat, quam maxime undique angustor, inscitia praevalide deprimor ac demum impar tanto oneri succumbensque piorum gestorum immensitati, cum quodam exclamare placet: (Ovid. Met. 3, 466.) *Inopem me copia reddit.* Nempe, si promere vellem quam saepius ipsi a Deo de statu praesentis ecclesiae ostensas revelationes, quam creberrime illi intimo supremorum spirituum coetui, ultra quam communi naturae hebetata permittit infirmitas, admixtus, sublimium huius saeculi infidelitatem ac in subditis tyrannicam dominationem necnon pelicum matronarumque infandam commixtionem districta aequissimi iudicis lance — nam foetor eorum in conspectu ipsius pervenit — illic praeiudicata ultricibusque averni ignibus deputata praenoverit; quodque igne fraternae caritatis succensus gladium divinae animadversionis iam iamque imminere cunctis annuntians, innumeras laborum suorum [ne] angustias sit perpessus; item si frigorum, nuditatum ieiuniorumque C cruciatus, quibus quam maxime corpus edomuit, rursusque si universa castitatis, patientiae, humilitatis ac reliquarum ipsius opera virtutum, (Ps. 118, 32.) quibus quam praeclare vigens viam mandatorum Dei dilatato corde hilariter percucurrit, ad plenum prosequi gestirem, fateor quod modum voluminis, quin immo fidem auditorum excederem, adeo innumera exstitisse dinoscuntur. (*saltem breviter explicabit*) Quid igitur? si omnia nequimus, numquid ad excitandam desidiam tepidorum, ad igniendam ad ardorem uranicorum ignaviam pigritantium, saltem aliquanta ex plurimis, utpote desides, (Matth. 5, 15.) perstringere neglegentes, lucernam Christi clementia ad praebendum mortalibus iter caelestis patriae accensam silentio, uti sub modio repositam, tradere patiemur? Sed quid hoc impudentius quidve dici valet miserabilius? Nempe de tanto viro spectabile proloqui, de illo honestum dignum aeque piumque profari, de illo plane locis, horis et momentis salubre meditari, quin etiam quo iam praecessit optabile est pro viribus imitari. His itaque finem loquendi facientes, praeeunte Spiritus paracleti dignatione necnon ipsius Godefridi precum instantia suffragante, (*ad ea praesertim*) ortum ipsius, pios mores felicemque a luteis excessum, non adulterando, sed ex sinceritate, (II Cor. 2, 17.) sed ex Deo, coram Deo, in Christo loquentes, scribere aggredimur. Sed primo videndum quod eorum quae dicturi sumus pauca quidem proprio lumine, reliqua vero omnia veridicorum virorum, (*quae a testibus aequalibus audicit.*) qui illum familiarius videre simul et audire promeruere, fideli omnimodis relatione accepimus, Reingerii videlicet monachi coenobii Christi testis Quintini oppido quod Perona dicitur contigui, quique ab ipso puerili aevo istius nostri praedicandi Godefridi felici discipulatui inhaesit; qui etiam, ex quo cum eodem ego ipse collocutus [2] sum, aetatis quidem sexagesimum sextum, monachatus vero quinquagesimum iam evolverat annum; Rohardi etiam venerabilis viri, qui nunc, Deo dispensante, sanctae Suessionensis matris ecclesiae decani fungitur officio; quem idem Dei servus ab ipsis cunabulis, — nam erat ex sorore ipsius, quae dicebatur Hodierna, nepos, — secum retinens educavit et ad reverendos mores provexit, viri in aevum pia memoria E digni; qui de illo tanto valet verius proloqui, quanto ipsius praeclara dicta vel gesta omnique veneratione dulcedinis amplectenda familiarius intueri promeruit; Gisleberti quoque viri aeque per omnia fidelissimi, qui individuus terra marique usque ad exitum vitae illius comes indissociabilis exstitit. Quod si quisquam contra nos mordaci dente oblatrare tentaverit, ut quid magis audita quam visa protulerim, accipiat illud Dialogi beati Gregorii papae et doctoris, quod Lucas (Dial. I, prol.) et Marcus evangelium quod scripserunt non visu sed auditu didicerunt. Igitur, quia doctoris gentium voce fidem ex auditu constare veraciter (Rom. 10, 17.) percepimus, tantorum virorum subnixi auctoritate ad ea quae de beato viro proposuimus compendio succingamur. Sed quia ad id prosequendum vires omnino nobis deesse perpendimus, inhabitatoris illius, scilicet Spiritus sancti, (Cf. Rom. 8, 11.) gratiam nobis affore medullitus imploremus, ut de tanto talique patre digna concipere ac auditoribus proficua valeamus proferre, quem plurimis charismatibus sua gratuita clementia dignatus est praeclare perlustrare.

Explicit prologus. F

Sequuntur capitula primi libri.

Prol. — [1] *supplendum* voce *vel* monitis ? *cf. p.* 907 D. — [2] collocatus *B*.

A XV. Quod a cunctis sit dilectus.
XVI. Quod ingluviem competenter subegerit.
XVII. Quomodo ad presbyteratus gradus sit promotus.
XVIII. Quomodo sit constitutus abbas ecclesiae beatae Dei genetricis Mariae Novigenti.
XIX. Quomodo Novigentum venerit.
XX. De duobus patribus qui regimina coenobiorum ducti amore eius reliquerunt.
XXI. Quod ciborum delicias spreverit.
XXII. Quod humanus erga subditos fuerit.
XXIII. Quod iusserit sellam exuri.
XXIV. Quod orationibus propriis sanctimoniali amissa restituerit.
XXV. De siccitate quae eius aetate accidit.
XXVI. Quod regimen pauperculae ecclesiae noluerit relinquere.
XXVII. De vicecomitissa Adeleyde.
XXVIII. Quod plurima illius praetermittimus, et quomodo praeviderit se infula sublimari.
XXIX. Quod letaniis et ieiuniis pontifex Ambianensium civitatis sit a Christo postulatus.
B XXX. Quod in concilio Trecas Burgundiae convocato ab universis sit electus.
XXXI. De muliere Emma nomine, quae imprecata est Christum se ab eodem tumulari.
XXXII. Quomodo Remis sit perductus ibique infulatus.

VI idus novembris.
Primus liber vitae eiusdem venerabilis viri.

Pii coniuges Frodo et Elisabeth,

1. Igitur venerabilis Godefridus pago Suessionico oriundus fuit parentibus secundum saeculi dignitatem ingenuis, fide [1] et opere catholicis. Pater eius Frodo, mater Elizabeth [2] dicta est. Qui in praedio, cui nomen Moulicurtis (1), commanentes, coenobio Beatae Mariae Novigenti (2) ex propriis reditibus, terris vineisve quam plurima contulerunt; in quo idem Frodo sub monachi habitu aliquantis annis degens, praeclara patientiae et innocentiae se spectantibus reliquit exempla; mater vero post orbationem mariti more turturis aliquo casu coniugem amittentis [3], in viduitate ac animi puritate perpetim permanens, adeo [4] supervixit quousque filium suum proprio cerneret lumine eiusdem loci regimen obtinere.

Godefridi abbatis S. Quintini de monte

2. Est autem famosum monasterium in memoria beati Quintini martyris in Viromandensium solo constructum, oppido quod Perona vocatur contiguum (3); cui tunc temporis praeerat vir piae memoriae, Godefridus [1] nomine (4), tam morum pollens probitate, quam etiam carnis germine. Exstitit quippe patruus Ydae filiae comitis nobilissimi Alberti de Namurco, quae copulata matrimonio egregio consuli provinciae Boloniensis Eustachio, Godefridum [2] simul et Balduinum, gratia Christi sibi prospiciente, procreavit ex ipso (5); quique postea, procedente tempore, Ierozolimitani itineris, quod illis diebus ex praecepto domni Urbani universalis episcopi tunc primo inchoatum est, praeceptores ac duces invictissimi a Deo constituti, ipsam urbem in qua totius mundi vita patibulo sacrosanctae crucis suspensa, iuxta cytharedi vatis vocem de torrente in via *Ps. 109, 7.* bibens atque ad horam in sepulcro iacens propterea exaltavit caput, illam, inquam, ipsius Dei et hominis filii amminiculante clementia, armis bellicis viriliter expugnantes imperiumque ipsius unus post alterum obtinentes, per aliquot annorum curricula ad honorem et decorem summi regis degentes, ethnicorum ferocitatem ultra citraque debellantes, debitum occiduae vitae illic beato fine sortiuntur, sicque in prospectu amplectendi Salvatoris sepulcri condigno honore tumulantur. Haec ob commendationem excellentis prosapiae tanti patris dixerim. Hic itaque venerabilis pater super gregis sibi commissi curam admodum sollicitus, religione celeberrimus, scientia litterarum sapientiaque mundialium apprime E experiebatur instructus.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

precibus adiuti,

3. Cum ergo quadam die per Suessionicum pagum transitum haberet, hospitandi gratia divertit in domum praefati Frodonis. Quem cum honore debito una cum coniuge, utpote Christi servum, excipiens et ei omni officio caritatis plurimam humanitatem impendens, substrati pedibus ipsius devoto corde percipiebant verbum salutis ab ore illius, — nam omnis sermo illius erat de divinis paginis, de gloria iustorum, de poena reproborum, de contemptu visibilium caducorum labentium fugientium, de ambitu invisibilium permanentium ac sine meta laetantium; — inter loquendum vero sciscitatur si iam de liberis suis, — nam acceperat illos gemino natorum pignore fultos (6), — aliquem Deo devovissent. Ad hoc uterque medullitus gemere profusiusque faciem lacrimis rigare; id nondum se profitentur egisse, sed geminos, quos pridem fuderant, quorum unus Fulco, alter vero dicebatur Odo, iam saeculi militia implicatos fore; de cetero iam plene decennio exacto sese steriles permanere, ex hoc in senium vergere et ab omni spe sobolis effetos manere; suppliciter exorare F illius meritis Christum virilem sexum sibi impertiri, quem monasticae professioni quirent mancipare. Tunc senior: " Ad id ", inquit, " promerendum poscenda sunt merita iustorum, lacrimae " piorum, orationes monachorum ac circumquaque servorum Christi suffragium. Ad hoc " quippe obtinendum non me solum sufficere " video; sed quia, psalmographo docente, didicimus fidelem Dominum in omnibus verbis suis *Ps. 144, 13.* " esse, ipsius vocem tale quid in evangelio polli- " centem

quamquam senescentes tertium filium gignunt:

I, 1. — [1] fideque *V.* — [2] *ita V;* Elyzabeth *B et sic deinceps.* — [3] amittens *B* (*nihil in V*). — [4] tam diu *V.*

2. — [1] Godfridus *hic V.* — [2] Godfr. de Bullyon *explicat V, qui reliqua om.*

(1) Nomen mirum, quod in solo apographo *B*, saec. XVI, traditum est; exspectes vero saltem *Moli-* vel *Mulicurtis.* Crediderim autem nomen in *B* perperam esse exscriptum et forsan legendum *Morellicurtis;* certe apud Morellicurtem bona possidebant Godefridi parentes (cf. infra, c. 3). Ceterum sive Moulicurtis, sive Morellicurtis legas, sive cum quibusdam (*Gall. christ.*, t. IX, col. 605 A) Monticurtis corrigas, locus aeque incognitus manet. Vid. ea quae erudite, acute et inaniter collegerunt viri docti interrogati a CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 373-75; cf. p. 376, ann. 3. — (2) Nogent (dép. Aisnes, arr. Laon, cant. Coucy-le-Château). Ibi sex circiter ante annos quam nasceretur Godefridus, conditum erat anno 1059 monasterium O. S. Benedicti, cui abbates praefuerunt Henricus primus, Godefridus noster secundus, tertius vero ille Guibertus, qui de origine et de primis temporibus suae domus multa narravit, *De vita sua*, lib. II, c. 1-3. Cf. etiam *Gall. christ.*, t. IX, col. 602 sqq. — (3) Saint-Quentin du Mont vel Mont-Saint-Quentin (dép. Somme, arr. Péronne, comm. Allaines). Cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 1097 sqq. — (4) Abbas factus est circa initium anni 1059; obiit 23 febr. 1099. — (5) De B. Ida cf. *Act. SS.*, April. t. II, p. 139-50. Non huius Idae pater fuit Albertus III comes Namurcensis. Cetera quae profert scriptor sunt notissima. — (6) Natos dicit, non natas. Iam vero filias etiam vel saltem filiam genuerant Godefridi parentes, de qua in prologo.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

Cf. Ioh. 15,16; 16, 23. „ centem cordis aure fideli percipite : *Quicquid,* „ *inquit, Patrem petieritis in nomine meo, dabit* „ *vobis.* „ His[1] itaque peroratis, ad propria parans repatriare, illis faciens vale, orationibus pietatisque operibus ammonet operam dare; et quia non erant exsortes[1] a visceribus caritatis, duas vineas, unam apud Morellicurtem (1), alteram vero apud Cufeyas (2), una cum reditibus illi tradunt ad supplementum indigentiae fratrum sub manu ipsius consistentium. Quae cum gratiarum actione suscipiens, regressus ad monasterium, convocatis fratribus cunctis sub unum, aperit quae in itinere acciderant, quae gesta dictave fuerant, devotionem pietatemque viri simul et mulieris, utilitatem etiam beneficii ab ipsis sibi perenniter delegati. Haec monachi audientes, Christo rependunt multimodas grates; sacra dia pie percelebrant; ieiuniis, letaniis omnium Creatorem, ut ita loquar[2], aggrediuntur, ut quam citius illorum votis satisfacere dignetur. Quid Iudith. 9, 16. multis immoror? Itaque Christus, cui humilium Ps. H. 10, 17. semper et mansuetorum placet deprecatio, desiderium pauperum exaudivit, conceptum praefatae B Elizabeth dedit, quae florem liliorum et luminare magnum in domo sua, quae est Ecclesia, protulit, puerum Deo dignum. Fit ergo maximus concursus affinium ac vicinorum, ingens laetitia magnumque tripudium. Congratulabantur tanto partui non solum homines, verum et supernorum phalanges, concives aeque ipsiusque futuri consortes.

qui a Godefrido illo baptizatus et Godefridus vocatus,

4. Igitur saepe dicto Christi famulo Godefrido ob baptismi percipiendam gratiam a parentibus iussu genetricis defertur ad montem sancti martyris Quintini. Quem ille cum omni honoris affectu amplexus, sacramenta novae regenerationis tradidit, ipsumque de illo sacro fonte manu propria excipiens proprium nomen imposuit, et nescio quid divini in eo praesagiens[1], cum omni diligentia nutrire mandavit, quo in templo Domini velut I Reg. 2, 18. alter Samuel congruo tempore, ephoth accinctus lineo, iugiter desudaret ac demum, procedente gratia spiritus, intrans in sancta sanctorum, logyon, id est iudicii veritatem et rationem, in pectore gestans, offerret pro delictis filiorum Israel. Quod et factum est, uti ex subsequentibus liquebit.

in abbatia S. Quintini fit monachus;

5. Ablactatus itaque cura parentum, cum iam C quinquennis esset, iterum obtutibus praedicti patris praesentatur. Quem iterato deosculans, habitum religionis tradidit ac disciplinis tam monasticis quam liberalibus affatim instruxit. Itaque puerulus Godefridus, uti terra nimio fervore solis exusta supervenientem imbrem festinato ebibit, ac veluti tellus optima, excepto semine, messori fructum centenum afferre solita amplius excolitur, sic audita a didascalo avide suscipiens, pio opere avidus implere satagebat. Inde et a patre monasterii, patrino videlicet suo, magis magisque diligebatur, necnon et a coaevis quam maxime venerabatur. Augmentabatur in Luc. 2, 52. illo gratia divina ac coram Deo coramque hominibus proficiebat in dies aetate et sapientia.

ubi, postquam

6. Cum itaque puerulus Godefridus solus per claustrum deambularet, offendit in itinere gruem, quae defessa senio, adunco, uti natura dedit, armata rostro, illud tam valide pupillae oculi eius ex improviso adegit ut crederes attigisse ulteriora sincipitis. Hinc ergo cum quilibet non solum dolorem, verum quam citius ipsam incurreret mortem, hic Christo amabilis, illius nomen fide credula inclamitans signumque salutare pollice crebrius vulneri superimprimens, non dico letum seu luminis dispendium, sed nec quidem, Paracleti sibi suffragante gratia, dolorem persensit minimum. Ad hoc cuncti fratres una cum patre monasterii certatim ruere, lacrimas suspiria intimo affectu fundere, quippe ilico credebant illum lumen amittere atque interiora cerebri, quo avis improba rostrum adegerat, solo tenus profluere sicque ultimum lucis diem maturato claudere. Sed Deus praescius futurorum, conservator fixorum, noluit illum proprio lumine deturpari, quem iam providerat praenomine abbatis simul et pontificis infula sublimari. At ubi viderunt eum nichil dispendii deformitatis incurrisse, sanum incolumemque coram assistere, suspiria in gaudium, maeror luctusque in laetitiam vertuntur, Christi nomen in commune laudatur, praedicatur, magnificatur, qui suorum verus esse custos fideliter dinoscitur. Attamen ad monimentum tam praeclarae virtutis, quam diu E supervixit, in oculo eius, qua ales rostrum infixerat, cicatrix absque deformitatis nota permansit.

grave sanitatis periculum evasit,

omnibus virtutibus elucet

7. Hic itaque in coetu fratrum positus quodammodo angelico vultu praecluebat et non solum coaevos, sed et maiores se annis morum honestate ac gravitate praecellebat. Erat enim pernox in vigiliis, creber in orationibus, divinarum scripturarum sollertissimus indagator, et non, sicut plerique, ut solummodo docti videantur, sed dulcedinem lucis intimae lacrimarumque flumina in ipsis perscrutabatur, sicque intellectus sui pennis ad superna se erigens, ea quae legerat, velut mundum animal ad praesepe domini religatum, perenni memoria ruminabat. Abstemius exsistebat valde in cibis et potibus, memor illius Boetii Anicii, quo naturam paucis minimisque Cons. phil. II, prosa 5. rebus astruit esse contentam. Quocirca non dico superflua, sed et necessaria corpori frequentius subtrahebat, adeo ut plerumque, fratribus reficientibus, solus in ecclesia remanens, meditationi seu lectioni operam dans, sicque usque ad noctem ieiunium protrahens, demum attenuatos artus non diversis epulis opplebat, sed sufficiebat illi panis et unda. Os suum a detractionibus otiosisque F verbis perenniter oppilarat, nec auribus suis haec venena inferri sinebat. Cunctis vero non tantum superioribus vel comparibus, verum et inferioribus, Salvatoris vel a longe ardens imitari vestigia, omni se oboedientia summiserat, ut extrema quaeque ab ipsis sibi imperata, ac si ipse iuberet, moram pati in agendo nesciret. Portionem vini quae illi propinabatur numquam omnino visus est sorbuisse, sed plerumque medietatem, frequentissime etiam totam egenis reservabat; de piscibus ac reliquis ferculis quae illi apponebantur idipsum faciens, mendicis distribuebat. Quid plura, coram obtutibus omnium ceu quoddam speculum positus erat, ut cuncti liquido in illo conicere possent quantum a perfectionis culmine distarent.

atque ad orationem

8. Duo oratoria illic erant constructa, beati videlicet Thomae apostoli sanctique Aegidii confessoris; quorum unum domui infirmorum, alterum dormitorio erat contiguum. In his vir beatus creberrimis noctibus erat solitus excubare.

3. — [1] exortes *B*; extorres *V*. — [2] dicam *ante corr. B*.

4. — [1] *ita V*; praesagians *B*.

(1) Incertus locus. Vid. supra, p. 907, annot. 1. — (2) Cuffies (dép. Aisne, arr. et cant. Soissons).

Nam

impense incumbit. Nam de lectulo proprio, ignorantibus fratribus, consurgens nocturnasque vigilias anticipans, illo convolabat, hymnis Deo et laudibus vacans, cordis puritate lacrimarumque imbre satietatem perennis vitae sitiebat, cum psalmista pie decantans:
Ps. 41, 4. *Fuerunt mihi lacrimae meae panes die ac nocte.* His delectabatur, perfruebatur, consolabatur;
Ps. 62, 1. talibus comitatus desertum Ydumeae, videlicet ariditatem huius exsilii, desiderio flagrans urani-
Philip. 3, 14. cae vitae persequendo ad bravium vocationis supernae evolabat securus.

In eodem monasterio, non una re mirabili **9.** Et quia ecclesiolae Beati Aegidii abbatis se mentio intulit et ad id loci venimus, quid dignum relatu in illa contigerit breviter proferamus. Ea nocte qua praesepis angustia filium hominis suscepit vagientem, unus e monachis, qui dicebatur Richardus, vir admodum reverentissimus, qui etiam in monasticae professionis ordine quinquaginta et eo amplius annis aetatem duxisse ferebatur, processit eo, ut sacrificia de media
Luc. 22, 19. nocte ipsi offerret qui haec in sui commemoratione suis agere mandavit. Cumque, oppansis
B linteaminibus, calicem et reliqua ad id sacramenti pertinentia desuper posuisset, incaute illic ardentem cereum dereliquit, moxque in chorum psallentium rediit. Inde sextam lectionem a praecentore sibi designatam evolvens, inter legendum id ipsum ad memoriam revocans, hiscit, trepidat, angitur, quia nec coeptum relinquere, nec illo properare, nec cuiquam sufficiebat intimare; demum, decursa lectione, quasi exanimis eo properat. Cumque iam universa edaci flamma depasta penitusque in favillam crederet redacta, ecce cereum deprehendit desuper linteamina decidisse comarumque flammam in immensum proferre; sed illaesa repperit omnia, et, quod vix credibile dictu est, ignem non super stramina, sed in marmoris, ferri seu cuiuslibet insolubilis metalli congeriem corruisse putares. Ad huius insoliti eventus spectaculum convocat quam plurimos; qui cuncta curiosius perscrutantes, nec vestigium ustionis valuerunt rimari. In ipso altario sancti Aegidii inferius collocato, reliquiae de praesepio Salvatoris, simul et de vestibus theothocon vel christothocon ac plurimorum sanctorum repertae; quod dubium non est ipso-
C rum virtute, ne praevaleret, incendium vires amisisse. Quae, illo tempore quo a venerabili Adeleyde (1), comitissa ipsius castri Peronae, altarium una cum oratorio fuit dirutum, — nam locus ad exstruendum dormitorium admodum erat artus, — inventae atque in maiori ecclesia loculo condigno sunt positae. Ipsa domus illius industria sumptibusque, ut hodie cernitur, fabricata pulchroque opere ad perfectum est usque perducta.

praeclaro, **10.** Per idem tempus, nocte inventionis pretiosi martyris Stephani, multitudo captivorum in ipso oppido saepissime commemorato retrusorum audientes voces in monasterio Beati Quintini de monte psallentium monachorum, ipsius martyris fidelibus vocibus implorantes auxilium, quam praeclare mellifluum experti sunt remedium. Non enim prius matutinorum sollemnitas est evoluta quam, laxatis catenis, compedibus, manicis, cunctisque reseratis custodiis, nimium gratulabundi coram sacro prociderent altari ab omnibus nexibus expediti. Quam plurima de ipsa possemus referre miracula; sed quia abhinc nos tempestive retrahit oratio, iam repetatur a quibus paululum gratia commendationis loci digressi sumus. AUCTORE NICOLAO MONACHO

11. Itaque pater monasterii perpendens Godefridum caduca vilipendere virtutumque ardua omni conamine celerrime scandere, gaudio spirituali replebatur. Cupiens autem illum mortalibus probabilem reddere virtute oboedientiae, iniunxit ipsi curam fratrum languentium, ut illorum votis in cunctis pareret omniaque necessaria pro viribus suppeditaret. Hoc praecepto Christi servus tam alacriter quam dulciter eis obsecundabat; manus, pedes ac reliqua artuum liniamenta propriis manibus abluebat, saepissime pio cordis affectu desuper profundens lacrimarum flumina; umeris suis imponens, illos ad requisita naturae ferebat ac referebat; cubilia ipsorum diligenter pulvinaribus ac reliquis consternebat, ceteraque humanitatis obsequia melliflue impendebat. Confidens se talibus beatitudinem illius nancisci, qui pollicens dicturus est suis: *Quam diu haec uni ex minimis meis fecistis, et mihi fecistis; venite, possidete paratum vobis regnum.* *creditam sibi infirmorum curam* *diligenter agit,* Matth. 25, 40. Ibid. 34.

12. Quadam vero die advesperascente, acciunt illum fratres, ut afferret victus necessaria enixius deprecantes. Quibus ipse: *daemonis artes eludit,*
" Hesperus en quamvis terras obduxerit umbris[1],
" Pergo tamen quo me vestra iubet ire voluntas.
" Et tamen pro me Christo preces dignemini
" fundere. Nam noveritis in hoc me itinere per-
" pessurum dolos fraudis malignae. " His dictis, ne forsan inoboedientiae infamaretur ignavia, exsiliens cum fervore zeli Dei celeriter popinam petebat, ut deferret imperata. Sed veternosus leviathan, qui quondam Romanum monachum, panem beato Benedicto ministrantem, frangendo tintinnabulum molitus est ab opere caritatis avertere (2), ita et huic Dei servo, ut illud iter oboedientiae abhorreret, huiusmodi calliditatis suae astu conatus est illudere. Inter refectorium itaque et popinam intererat humilis casula, per quam transitus erat. Cum igitur ad id loci pervenisset Godefridus, conspicit prope umbram deterrimam, foedissimam, nigerrimam, adversus se impetu vasto consurgere. Erat enim daemon in effigie cuiusdam monachi nuperrime defuncti F transfiguratus, manibus ligatus institis, cucullo pullo circumamictus, ut, si coram adesses, nil aliud quam principem tenebrarum cernere indubitanter confideres. Ad huius ille, quamquam praecogniti, tamen insoliti occursus eventum aliquantulum hiscens, quippe qui ipsum totius invidiae magistrum, qui nunc se angelum lucis II Cor. 11, 14.
simulans, nunc vero, uti exsistit, sathanam se mortalibus ostentans, mille modis piorum innocentiam impetit, prae oculis carneis retinens, quis vel ad quid venisset intueri ardens, cum ecce, Christi sophia sibi revelante, intellegens insidias imaginis fucatae eius, signum quo idem Salvator ad se traxit omnia vel quo ipsum triumphavit, Cf. Ioh. 12, 32.
fidenter opponit. Tum inimicus fulmen tantae deitatis abhorrens, ab oculis ipsius evanescens, evidentibus indiciis totum casulae spatium intolerabili foetore replens, quis esset apparuit. His aliisque tentationibus diabolo resistere instru-

12. — [1] (t. o. u.) tetras o. umbras *V*, *forsan rectius.*

(1) Uxor Roberti I domini Perronensis; quae obiit 12 sept. 1121 (cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 1105A). — (2) Cf. Vitam S. Benedicti seu GREG. MAGN., *Dial.*, lib. II, c. 1 (*P. L.*, t. LXVI, col. 130A).

ctus,

AUCTORE NICOLAO MONACHO

ctus, tanto in Dei ac proximi amore flagrabat, quanto totius boni aemulum acrius adversus se saevire sentiebat. In suscipiendis vero hospitibus, peregrinis, pauperibus, — nam id officii ipsi iniunctum fuerat, — se hilarem exhibebat, sciens quoniam maxime Christum in ipsis suscipiens, illis etiam propria indumenta dabat, perferens rigorem hiemis ac frigoris.

socium vitae habet Odonem fratrem, virum sanctum.

13. Habebat in eodem monasterio germanum, nomine Odonem, mirae simplicitatis et innocentiae virum. Quem de saeculari militia orationibus mellifluisque sermonibus quasi quibusdam praecantationibus abstractum placido contubernio asciverat monachorum. De eius conversatione, quia nunc se mentio intulit, in transitu loquamur. Quadraginta et eo amplius annis in sacrae professionis regula sobrie, pie et iuste conversatus est. (Tit. 2, 12.) Sacros quidem apices ignorabat, sed divina praecepta ab aliis percepta pio opere implere satagebat. Decem et octo annis ab omni carne seu sanguine abstinuit, donec abbatis oboedientia reliquorumque fratrum constrictus sententia communem monasterii regulam vel invitus exsequitur; B diebus quadragesimae ab omni verbo, excepto gratia confitendi peccata, decennio conticuit. In quibus non solum pane et aqua, sed et aliis per annum diebus quam plurimis crucibus corpus perdomuit, id ipsum etiam cotidie atterens virgis ac taureis. In rebus vero ecclesiae [1] sibi creditis adeo fidelis exstitit ut, incredibile dictu, non dico extraneis, verum nec consanguineis volens obolum aliquando gratis dederit. Cui [2] cum dies extremus advenisset, coram astantibus fratribus dominicis sacramentis participans, hilari vultu, manibus in oratione protensis, ultimum spiritum efflavit. Haec idcirco dixerim ut fideles quique meminerint quam piam stirpem generis Godefridus duxerit.

Ab abbate iussus, vinum monasterio procurat

14. Igitur provincia illa, omnibus paene frugibus referta, solum vinearum fructibus maxima ex parte cernitur infecunda. Quocirca incolae a munere bacchi redduntur extranei, nisi aliunde illas in partes delatum fuerit. Abbas ergo et monachi perpendentes Godefridum ad id valde idoneum, imperant illi ut summopere invigilet vinum ad usus fratrum inibi degentium, pauperum hospitumque illuc divertentium undecumque C advehere. Quod vir Dei primo dure accepit; nam noverat animos per mundialia vagantes vix posse in virtutibus proficere. Sed quia vera est humilitas quam comes oboedientia non deserit, quia decreverat non suo arbitrio sed alieno parere imperio, cum omni subiectionis reverentia imperata suscepit. Qui non suo confisus merito, fratrum sedulo flagitabat auxilium; qui [1] etiam sanis, debilibus pauperibusque plurima humanitatis impendebat obsequia, quatenus Christum attentius exorarent, ut regium iter incedens arcamque foederis cervici cordis superimpositam humiliter gestans, Bethsames, videlicet domum solis, non deflectendo ad dexteram vel laevam, viriliter mereretur attingere. (Cf. I Reg. 6, 12.) Cui in tantum gratia divina prospexit ut res ecclesiae a prioribus suis dissipatas [2] ac aere alieno implicitas omnipotentis Iesu Christi auxilio se in omnibus protegentis a debitis omnino absolutas propriae matri restitueret, necnon ad usus fratrum inibi commorantium reliquorumque illo confluentium affatim necessaria suppeditaret.

et rem domesticam optime administrat.

Iter etiam belli tempore incolumis agit;

15. Ea tempestate, stimulante invidia anguis, factione seditiosorum, Roberti videlicet Peronensis, Odonis etiam Namurcensis (1), necnon Clarembaldi domini Vendoili (2) castri ceterorumque satellitum Satanae in dies amplius grassante, horrida belli facies per Viromandensium, Suessionensium Laudunensiumque fines adeo perstrepebat ut nullus, non dico clericorum monachorumve, sed neque quisquam rectorum ecclesiarum semitas illarum plagarum auderet terere. At Godefridus non solum plebi, verum ipsis principibus carissimus notissimusque exsistens, nullius terrorem verens, hac illacque securus discurrebat; E qui si quando ipsos, propria sive proximi interveniente necessitate, adiisset, quod nulli mortalium, huic beato viro nimium gaudentes indulgebant clementer. Ideo Creatori dilectus, a creatura medullitus excolebatur.

in quo monachorum Suessionensium

16. Quodam tempore, dum Suessionicum pagum, nativum videlicet suum, circuiret, pervenit ad quoddam monachorum coenobium (3). Eadem die sanctorum illic quiescentium, martyrum videlicet Crispini et Crispiniani, cum magno occursu plebs fidelis celebrabat sollemnia, quorum memoriam Christi servus prae oculis perpetim retinebat. Associatus itaque monachorum clericorumque psallentium choro devotionem sincerae suae mentis in psalmis, hymnis et canticis spiritualibus suave sonantis ecclesiae innotuit liquido. Erat enim non tantum legendi, sed et canendi apprime imbutus peritia, adeoque modulata suavitate laudes Christi dulciter reboabat ut ab audientium luminibus eliceret lacrimas.

solutos mores graviter reprehendit.

Cum igitur paulo antequam missarum sollemnia celebrarentur, refectorium fuisset ingressus, fortuitu quam plures illic monachos offendit potationibus carniumque esibus [1] vacantes. F Quem simul ac viderunt, paululum verecundantur; sed quia illorum carissimus erat, ut secum reficeretur, represso rubore, deprecantur. Quibus Godefridus: " Nolite, fratres ", inquit, " nolite istud mihi " imponere "; ac demum non sine magna admiratione: " Aequumne est ", annectit, " cibum " ventris praeponere refectioni mentis? Nondum " enim sunt missarum celebria exacta et iam " ventrem epulis refarciri iuvat? Oremus, psal" lamus, debita laudum munia Christo et sanctis " eius persolvamus. Esurientem animam pingue" dine verbi Dei saginemus. (Cf. Ps. 102, 5.) Impleatur in bonis " desiderium

13. — [1] (In r. v. e.) In r. e. *V*; In reliquis vero e. *B*; In <rebus *add. al. m. in marg.*> reliquis v. e. *B corr.* — [2] *Ita B, V.*

14. — [1] quin *V*. — [2] stirpatas *B ante corr.*

16. — [1] *ita V*; usibus *B*.

(1) Immo Hamensis (Ham, dép. Somme, arr. Péronne), ut recte monuit CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 380. Reapse hoc tempore Hamensis dominus erat Odo I (cf. Ch. GOMART, *Les seigneurs et gouverneurs de Ham*, in MÉMOIRES DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE PICARDIE, t. XVIII, 1861, p. 328), Namurcensis autem comes Albertus III. Cum hic locus in uno codice recenti *B* sit traditus, veri videtur simile non ipsum Nicolaum in nomine errasse, sed potius librarium. — (2) Vendeuil (dép. Aisne, arr. Saint-Quentin, cant. Moy). Inter viros nobiles qui post concilium Claromontense anni 1095 cum Roberto comite Flandrensi iter Hierosolymitanum inierunt, recensetur Clarenbaldus de Vendolio cum ab aliis, tum ab Herimanno abbate, in Libro de restauratione ecclesiae Sancti Martini Tornacensis, c. 19 (*MG.*, Scr. t. XIV, p. 283, l. 8). — (3) Saint-Crépin-le-Grand prope Suessiones; in quo monasterio vivebat Nicolaus Vitae scriptor.

Matth. 6, 33. „ desiderium nostrum. Primum quaeramus
Ibid. 22, 21. „ regnum Dei et iustitiam eius. Reddamus quae
„ sunt Dei Deo, et postea quae sunt Caesaris
„ Caesari restituamus. „ Quibus illi perceptis,
unde ad meliora debuere provehi, inde ad
deteriora sunt devoluti. Nam furva [1] bile suffusi
felleque commoto, his illum aggrediuntur :
Act. 23, 3. “ Veni, veni, paries dealbate; accede, deaurate.
„ Ex hoc cibo pinguissimo sapido infice arterias,
„ ut clarius vox tua transverberet aures nostras.„
Aliis etiam quam plurimis, quae hic inserere
respuimus, mordaciter sanctum virum conviciabantur.
Nulli ergo prudentium est ignotum perversos
subdole interpretari etiam recta facta piorum.
Itaque Godefridus, his acceptis nil motus,
illud viri sapientis ad memoriam revocans, quod
Prov. 9, 7. qui arguit derisorem ipse sibi facit iniuriam, summisso
capite, deiectis in profundum luminibus, ad
ecclesiam quantocius remeans, semel coeptum
diei festum cum timore et tremore divino,
cum spirituali gaudio sollemniter peregit. O gnarum
Cf. Matth. 10, 16. virum, columbina simplicitate refertum,
serpentinae astutiae non inscium, qui noverat
B susurronum venena humiliter perferre ipsasque
versutias sapienter declinare. Nempe uti quondam
Gen. 25-27. Iacob, contempto lenticulae rubrae edulio, patris
benedictione perfrui, sic et iste noster luctator
his aliisque virtutum sudoribus hereditate simul
et benedictione patris, omnium creatoris, potiri
iam promeruit. Hoc in ipso coenobio recenti
adhuc fratrum fertur relatione; in quo, Christi
nunc dono praeeunte, sanctorum illic merito
quiescentium interveniente, necnon labore monachorum
inibi degentium subsequente, religio
professionis monasticae refulget quam maxime.

Presbyter ordinatus,

17. Cum iam Godefridus quintum expleret
lustrum, perpendens pater monasterii illum terrea
vilipendere et ad uranica totis viribus suspirare,
decernit ipsum ad presbyteratus gradum
promovere. Ilico Godefridus vestigiis eius, patrini
videlicet, advolutus, flebat uberrime, et non sicut
plerique verbo tenus vel ficte, sed interiori mentis
affectu proclamabat se non fore dignum ministerio
lectoris, nedum sacerdotis. Quid plura,
perducitur ad sanctam Noviomensem ecclesiam,
cui tunc temporis praeerat Ratbodus [1] pontifex (1)
C omni scientia apprime eruditus. Cui tametsi
notissimus carissimusque esset, tamen ipsi vita
simul et mores perfecti monachi Deoque digni
singillatim recitantur. Quem accersitum amplectitur
ac deosculatur. De divinis paginis coram
Hebr. 13, 17; cf. Col. 3, 22. satis luculenter disputat subiectos praepositis
suis oboedire oportere per omnia. Itaque sine
aliqua procrastinatione sacerdos Godefridus efficitur,
ipso praesule admodum exsultante, quod
meruisset minister fieri tanti viri ordinatione.
Igitur vir venerandus, quanto crescebat gradus
culmine, tanto proficiebat actuum bonorum probitate;
castissimae vitae ipsius fama non solum
in vicinia, sed longe lateque, Christo auspice, se
diffundebat. Ardebant omnes hunc habere
pastorem. Quis enim illius magisterio erudiri
institutisque imbui, quisve non flagraret ipsius
felici regimine perfrui?

Auctore Nicolao monacho

18. Monasterium Beatae Mariae genetricis
Dei, quod Novigenti habetur venerabiliter constructum,
sub regimine seu procuratione Henrici
abbatis Sancti Remigii Remorum urbis tunc temporis
erat (2). Ingelrammus ergo comes castelli
Cociaci, pater videlicet Thomae famosi in
militia (3), una cum Elinando praesule Lauduni
(4), intuentes ipsum tam in spiritualibus
quam in mundanis minus quam vellent augmentari,
miserunt ad praedictum Henricum, suppliciter
exorantes ut illud pauperrimum Novigenti
chenodochium melius quam inchoaverat instauraret;
sin alias, ab eodem se omnino extraneum
redderet; se non velle ulterius illius aporiari
detrimento quorum beneficio fundatum erat et
studio. Tunc senior perpendens tum corporis
aegritudine, tum senii impediente gravedine,
nequaquam se ad ista sufficere, liberam praestat
illis optionem super eligendo pastore (5). Mox
illi, inito cum domno Raynaldo archimandrita
Remensi (6) et aliis episcopis consilio, domnum
Godefridum, — nam ad illos fama bonitatis ac
modestiae ipsius pervenerat, — huic oneri communi E
assensu destinant supponendum. Quae
cuncta seriatim Philippo Francorum principi
referuntur. Qui valde congratulans electioni
tanti viri, negotium iubet citius maturari (7).
Accito itaque commentariensi, apices regia
maiestate [1] insignitos dirigit Godefrido, patri monasterii
montis Sancti Quintini, orans ut domnum
Godefridum monachum, filiolum discipulumque
suum, ad quod electus fuerat nutu Dei
traderet promovendum. At ubi senior haec tremulis
auribus hausit, suffusus oculos lacrimis,
talia prosequens: “ En „, proclamat, “ en meae
„ senectutis baculum, en a quo a vorticibus fluctuum, Tob. 5, 23.
„ a vertiginibus undarum recurrere, ecce
„ in quo ventis validis iactatus et austris solitus
„ respirare, certe quem huius loci deliberabam
„ regimen subire. Num turrem Libani, quae respicit Cant. 7, 4.
„ contra Damascum, in qua nimirum desudavi,
„ nunc mihi properatis auferre? „ Ad haec
monachi medullitus collacrimari, “ heu, heu „
frequentius ingeminare, desolationem loci vereri,
malle mori quam talis tantique civis amica
societate frustrari praesentiaque privari. In
hunc omnium unanimis sententia; hunc patrem,
hunc sperabant promereri rectorem. Attamen F
non audentes regiae voluntati nec primatum
obniti postulationi, proferunt ex penetralibus
sanctorum purpuram, hyacinthum coccumque Exod. 25, 4.
bis tinctum amodo perpessura obfuscationem
pulverum, vim imbrium vel pluviarum seu ceterarum
impetus tempestatum, quos solent perpeti
pelles rubricatae arietum ciliciaque protegentia
foederis tabernaculum. Quod si quisquam
quid purpura, quid hyacinthus quidve
coccus bis tinctus praetendat velit cognoscere,
accipiat virum exsistentem, id est purpura
mundissime; intellegat quoque mentem suspirantem
ad promissa caelestis patriae, id est
hyacintus † parie; simul etiam meminerit cor
ignitum praecepto caritatis, id est coccus bis
tinctus gemine. Itaque venerabilis Godefridus a

mox abbas S. Mariae de Novigento eligitur;

16. — [1] turva *B*.
17. — [1] Rachodus *B ante corr., Surius;* Racbodus *B corr.* (*nihil in V*).
18. — [1] mte *B*.

(1) 1068-1098. — (2) Vid. supra, p. 902, annot. 1. — (3) De Ingelranno comite Ambianensi et Thoma illo de Marna vid. supra, p. 903, annot. 12 et 14. — (4) 1052-1098. — (5) Vid. de tota re narrationem Guiberti de Novigento (supra, p. 902) modo distinctiorem, modo ieiuniorem. — (6) 1083-1096. — (7) Partem aliquam in Godefridi electione habuisse Ingelrannum comitem, episcopos, archiepiscopum, regem, non tradiderat Guibertus l. c.

Godefrido,

AUCTORE NICOLAO MONACHO

Godefrido, patrino videlicet suo, Laudunum Clavatum perducitur, Elinando praesuli quasi quoddam fidele depositum praesentatur. Quique cum cunctis coram positis crebra trahens suspiria sibimet obiceret immaturitatem aetatis vel morum, inscitiam litterarum, sapientiae scientiaeque indigum, nondum se idoneum in templo Dei ministrum seu aedituum extimum, quanto minus custodem vasorum; cumque haec et his similia declamaret, non solum non exauditur, immo nec auditur, sed statim benedicitur, honore pastorali sublimatur, Novigentum cum condigno honore adducitur, non tantum terrigenis, verum etiam, ut credere dignum est, caelitibus super hoc gaudentibus.

in quo monasterio, eius opera restituto,

19. Cum igitur pastor dominici ovilis Godefridus illo venisset, non amplius inibi quam sex monachos binosque offendit puerulos (1); penu et horreum ab omni spe bacchi vel cereris inane et vacuum; officinulas admodum humiles et artas, vel potius mappalia virgis seu viminibus repperit intexta. In illo loco dumeta, cardeta, rubeta et
B reliqua passim excreverant arbusta. Quibus succisis et in planum redactis, eruderato agro, a fundamentis claustrum, dormitorium vel cetera quaeque habilia diligenter praeparat usibus monachorum. Exstruxit et domum ad susceptionem debilium vel pauperum, ad procurationem quorum terras vineasque delegavit. Eo itaque cotidie properabat, abluebat pedes illorum, vestes tribuebat, defunctos quoque officiosissime sepulturae tradebat.

multi sub illius disciplina vivere cupiverunt,

20. Hinc ad illum, velut examen apum ad dulcorem thymi vel cytisi seu reliquorum nectareorum, gregatim multi festinabant. Inter quos duo egregii patres, Lambertus videlicet coenobii Floriniacensis (2) necnon Walradus Sancti Nicolai de Ribodimonte (3), nativum solum regimenque coenobiorum relinquentes, discipulatui ipsius tota se denuo devotione subdentes, vel extrema factorum eius cupiebant attingere. Horum itaque Godefridus, cum inter prandendum quasi sidus praefulgidum accumberet medius, cumque coram ad ipsius nutum ferculorum copia affatim exhiberetur, vix umquam nisi rarissime parum quid inde praegustans, herbis virentibus seu nascentiis fructuum delicatum corpusculum sustentans,
C reliqua egenis vel in lectulis, debilitate carnis interveniente, constitutis alacriter porrigebat; et hoc omnes vehementer admirabantur quod tanto calce abstinentiae ingluviem subegisset.

utpote qui secum austere ageret,

21. Praeterea relatu Gisleberti quondam illius coqui, nunc vero ipsius ecclesiae monachi, quod dicturi sumus compertum habemus. Quadam die dum idem Gislebertus ollam[1], quae futurae caenae Godefridi praeparabatur, igni applicuisset, — seorsum quippe nil liquoris nisi aquae, addito modico sale, undique compilatis agrestibus herbis, retinens coquebatur, — cum ecce fortuitu panis candidi frustum defricans simul immiscuit, ut
quasi hoc ille delectatus avidius sorberet. Itaque D
post refectionem secretius Godefridus alloquens Gislebertum: " O homo „, inquit, " cur hoc facere „ es ausus? Quare tam delicatum, immo, ut „ verius loquar, tam piperatum epulum exhibere „ mihi misello tentasti? An ignoras quod „ superbae, quin infelicis, carnis incentivum non „ nisi variis nimiisque cruciatibus queat edomari? „ Ceterum cave ne hoc adicias; alioquin me tibi „ iure indignari scias „. Talibus ergo gloriosus Godefridus assuefactus filiorum adoptivorum
mentes de virtute in virtutem promovere nitebatur, donec revelata facie gloriam Dei possent speculari. Ps. 83, 8. II Cor. 3, 18.

cum aliis

22. Itaque sub manu Godefridi militum Christi exercitus merito et numero cluebat, qui adversus
principes et potestates huius aeris contra spiritualia nequitiae in caelestibus illius exemplo eruditus vel informatus gratia Dei, dimicaturus atque ipsius amminiculo feliciter erat triumphaturus. Eph. 2, 2. Eph. 6, 12.
Is nempe dulcissimus pater, quamquam cunctis
praelatus esset gradus culmine, parvulus tamen in I Thess. 2, 7.
medio illorum factus erat, quodammodo nesciens
se. Admonebat ipsos meditari sedulo unde vel ad E
quid venissent, quo tenderent, qua irent; peculio carere, voluntatem propriam frangere, puritatem a corde, veritatem ab ore, munditiam a corpore omni vitae momento Christo exhibere, atque ut athletae electi, in procinctu pugnae spiritualis positi, fraterna acie stipati, caritatis visco agglutinati, sollicitius invigilarent, ne quoquo modo in ipsis pateret locus tentatoris insidiis.

benigne et misericorditer,

Super aegrotos vero nimia ducebatur compassione animi, more gallinae super pullos infirmantis, adeo ut perferre quodammodo videretur quod et ipsi patiebantur; quique nec facultatibus gratia sospitatis eorum parcebat, quin nec sibi, si foret
necessitas. Quid plura, omnia omnibus factus I Cor. 9, 22.
fuerat, ut cunctos Christo lucrifaceret. Ergo cum erga rectos corde, ut iam dictum est, totus foret melleus et summissus, hunc tamen a via Dei exorbitantes vel pravicordes rigidum vel, ut ita loquar, quodammodo experiebantur myrrhatum. Enim vero noverat quid naturae quidve vitio debebatur. Hos itaque vehementer arguebat, cogebat, cauterio spirituali medicinae acriter adurebat, omnimodis satagens ut quoquo modo
perfectae restituerentur sospitati. F

ita tamen ut male moratos,

23. Quidam igitur venit ad eum obnixe deposcens ut imperaret sellam ad equitandum sibi accommodari. Mox Christi servus, accito praeposito monasterii, nomine Theobaldo, praecepit ut quam citius exhiberet quod poscebat petenti. Ilico monachus, superbia turgidus, arrogantia elatus, bile suffunditur proponitque in animo nequaquam huic obtemperare praecepto. Tamen cogitationem nequam occulte dissimulans, hortatur hominem exspectare pro[1] foribus, quoadusque ipse reverteretur. Illic ergo diutissime ipsius praestolans exitum immoratur; at ubi comperit se a

21. — [1] *ita V;* olam *B.*

23. — [1] prae *V.*

(1) Cf. quae docet Guibertus (*De vita sua*, II, 2, ed. BOURGIN, p. 107) de statu rei familiaris eo tempore quo conditum est monasterium, id est anno 1059: *non enim multo uberiores quam sex monachorum usui apparati loco illi redditus videbantur*. Etsi autem sub regimine Henrici abbatis aliquantum profecit monasterium, minime tamen opulentum erat et, Guiberto teste (l. c., p. 108), *sine operosa instantia haberi nullatenus valebat*; cf. supra, p. 902. — (2) Florennes in dioecesi tunc Leodiensi. Cave ne intellegas, quod incauto lectori nullo negotio persuaserit laudator Godefridi Nicolaus, ideo Lambertum praelatura se abdicasse ut sancti nostri familiaritate frueretur. Reapse qui malis artibus abbas factus erat Lambertus, paulo post, anno 1099, *redarguente se conscientia, abbatiam Florinensem sponte deseruit* (Chronicon S. Huberti Andaginense, c. 89; *MG.*, Scr. t. VIII, p. 620, l. 44-45). Cf. U. BERLIÈRE, *Monasticon belge*, t. I (1890-1897), p. 8. — (3) Ribemont, in dioecesi Laudunensi. Walradus non ante annum 1092 abbas factus est (cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 617 C-D, E); nihil praeter id de eo certi novimus, neque in chartulario monasterii, quod v. cl. H. Stein edidit, est nominatus.

monacho

nominatim vero inoboedientes, monacho falli, recurrens ad Godefridum, conqueritur non solum non accepisse, verum et graviter delusum fore. Interea Godefridus coram cunctis fratribus interrogat monachum, si iam implesset praeceptum. Ad quod ille non sine fastu : " Nequaquam ", inquit, " quippe imperia tua " omnimodis adeo sunt gravia ut vix ab ullo mor- *severe castigaret.* " talium queant perferri, nedum exsequi. " Perpendens itaque Godefridus quod, si hoc [2] quasi dissimulans vel parvipendens sineret inultum [3] ire, his similibus reliquos insolescere, tunc inoboedientem fratrem graviter redarguit ac pro contemptu competenti subdidit correctioni. Inde festinato imperat in virgulto ingentem pyram instrui, sellam quoque in medium proferri. Quae cum iam flammarum globos in immensum produceret, arripiens sellam : " En filioli ", proclamat, " edictum doctoris gentium ad memoriam reduca-
I Cor. 5, 13. " mus, quo nos instruit auferre malum ex nobis. " En malum quod in domo pacis et iustitiae; en ", inquit, " scandalum quod non licet in aula oboe-
Cf. Ps. 68, 10. " dientiae permanere. " Sicque zelo domus Dei B animam ipsius comedente, in rogum proiciens combussit in cineres. Eia, huius nostri tantilli opusculi perlectores, intuemini, quaeso, diligen-
Cf. Matth. 10, 16. ter istic astutiam serpentis quam maxime insertam columbinae simplicitati; quibus si careret infidelis sive una [4] sive altera, stolidus vel potius rite censeretur crudelis.

Egregiae cuidam moniali, **24.** Quaedam matrona, nomine Viveta, ex Flandrensi provincia nobili prosapia orta, spretis saeculi pompis, relictis carnalibus copulae impedimentis, postpositis mundi oblectamentis, ecclesiam gloriosae Dei genetricis Mariae ac perpetuae virginis intra muros Suessionicae urbis nunc decenti recentique lapideo opere constructam, quae etiam nostra aetate miraculorum signis ac fere hactenus inauditis prodigiis toti orbi habetur celebris (1), adiit simplici sinceraque devotione cordis. Admixta itaque sanctimonialium illic degentium venerandis praecluentissimisque choris, vero sponso vere nupsit, caput sacro velamine velavit, plurimisque annis in castimonia animi et corporis illic permansit. Haec autem sexus melioris inops, trina naturarum prole virebat, quarum prima Yda, secunda Helvidis, tertia C dicebatur Havydis. Harum autem natu maior non amplius quam undennis [1] cernebatur; reliquae vero paene † et indociles infantes gerebant annos; quas una secum advexit atque sacrae professioni subdidit. Triginta annis in sacro ordine supervixit. Orationibus et lacrimis sacrisque meditationibus perpetim insistebat; cilicio asperrimo subtus ad carnem induebatur, pane et aqua seu legumine deficientes sustentabat artus, nihil cibi vel potus extrinsecus nisi raro sero praegustans aliisque quam plurimis angustiis membra sua super terram exsistentia adeo perdomuit ut cuncti mirarentur quomodo vel subsistere quiret. Ad ultimum iter hierozolymitanum, quod tunc temporis recens flagrabat, aggressa, eo perveniens, loca quae Salvator sua dignatus est insignire praesentia nudipes circumiens, tam corporis aegritudine quam et itineris longitudine adeo angebatur ut e vestigiis eius cruor stillare videretur. Paucis quoque inibi diebus supervixit, sicque corporis molestia percussa, multis pro Christo defatigatum spiritum [et] paradisiacas elysias emisit ad sedes. Haec itaque de conversatione tantae ac talis feminae per excessum dixerimus, ut omnes noverint quod haec praeclarissima huius beati viri se medullitus disciplinis submittebat, orationibus commendabat, ipsius etiam vel a longe vestigia flagrabat. Enimvero si illa evangelica Anna, quae de templo Domini ieiuniis et orationibus vacans non discedebat, praesens affuisset, nec puncto temporis quidem ab istius Godefridi nostri melliflua praesentia separari vellet, quem videre laetitia, quem audire vita, quem sectari salus fuit aeterna. Quaedam ergo venerabilis abbatissa praefatae ecclesiae, nomine Ogyva (2), illam ad se iubet acciri. Quae cum vocata coram adesset, imperat, excusatione postposita, theutonicam provinciam pro responsis ecclesiae seu communis utilitatis adiret, eo quod idioma regionis illius cunctis accuratius nosset. Quod cum omni subiectionis reverentia suscipiens, instructo decenter apparatu, illo iter arripuit; sed non ausa domnum praeterire Godefridum, deflectens comitatum una cum sociis venit Novigentum. Illic illum repperit. Cui cum seriatim quo vel ad quid proficisceretur retulisset, cum omni contritione cordis solitam benedictionem flagitabat. Qua accepta, silvam illam quae inter Carisiacum Sanctumque Paulum (3) interiacet est ingressa. Ille locus tunc temporis tum obsidione latronum, tum incursione praedonum quam maxime infamis habebatur, ut quicumque illas in partes devenisset, aut iugularetur, aut captus in ergastulum truderetur. Illo ergo perveniens ancilla Christi latrones fauces viarum obsidentes offendit. Quam strictis pugionibus minaciter circumvallantes, absque reverentia sacri ordinis, absque pudore muliebris condicionis, in terram deiciunt, abducunt una secum illius omnia, famulos, equos et cetera; cunctos coniciunt in carceris ima, pedesque affigunt in ligni duritia, loris durissimis constringunt manus et brachia. Inde nimium gratulabundi pro tali victoria, epularum seu potuum replentur luxuria. Inter epulandum quoque statuunt in crastino dividenda spolia. Sed illorum vota divina praevenit clementia ac longe aliter quam sperabant immutat consilia. Nam quaquaversum dispergruntur madefacti potatione nimia, sicque carcer deseritur ab omni custodia. Illi ergo colligati urebantur gelu, quod solito asperius inhorruerat; metus, anxietas, suspiria cunctorum impleverant intranea et quod adhuc exspectabant perpeti deteriora. Igitur sanctimonialis, ut iam dictum est, sola relicta, omni humano auxilio vel consortio destituta, retrogradum iter arripiens, flens et eiulans, iam hespero exorto, Novigentum remeat. Quam venerabilis Godefridus tali hora solivagam incedentem prospiciens, admiratur, obstupet, ingemit, et quid acciderit diligenter perquirit. Quae statim vestigiis eius provoluta, quae sibi acciderant pandit omnia. Quibus compertis, Dei servus, infortunio illius admodum compatiens, hortatur a fletu paululum temperari, pauxillum cibi vel potus indulgere defesso corpori. At illa : " Nequaquam " quicquam

Marginalia (right column): AUCTORE NICOLAO MONACHO; Luc. 2, 37.; E; *a latronibus captae et spoliatae,*; F

[2] *ita V;* h^c *B.* — [3] *ita V, B m. pr.;* inulta *B corr.* — [4] (s. u.) *scripsi;* simia *B* (*nihil in V*).

24. — [1] undenis *B.*

(1) De miraculis B. Mariae Suessionensibus libellum edidit scriptor Nicolao nostro aequalis Hugo Farsitus (*P.L.*, t. CLXXIX, col. 1777-1800; cf. *BHL.* 5410). — (2) De qua cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 444 c. — (3) Quierzy et Saint-Paul-aux-Bois (dép. Aisne, arr. Laon, cant. Coucy-le-Château), qui ambo loci haud procul absunt a Novigento.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

„ quicquam „, inquit, “ pater, sumam, quousque „ divina pietas me miseram consolari meique „ benigne memor ea quae paulo ante amisi gratuita sua clementia restituens, mihi dignetur „ misereri. Nunc itaque super his interpella deitatem et misericordiae matrem, piissimum „ etiam Nicholaum confessorem, cuius celebritate „ haec iactura mihi accidit partis adversae insidiis; et incunctanter credens profiteor quod „ nullatenus frustraberis a voto. „ Vir ergo Dei, quamvis nimium obstitisset, proclamando non se fore idoneum per quem Salvator vel extremum exhiberet miraculum, tamen fletuum illius instantia devictus, ingreditur propitiatorium, orationibus ac lacrimis incumbit ante Dei genetricis altare; quem e vestigio prosequitur femina Deo sacrata, et in aede coram ara, super quam icona Salvatoris dependebat, in simili opere pernoctat. Illis ergo cum devotione animi supplicantibus, ille qui suis fidelibus tale quid pollicetur: “ Antequam me invocetis, dicam: Ecce assum „, affuit et exaudivit gemitum pauperum; solvit misericorditer ac mirabiliter vincula compeditorum. Derepente quippe repagula carceris dissiliunt, nexus lacertorum seu manuum omnino dispereunt, cippus etiam quo vestigia haerebant scinditur per medium. Quorum unus, nomine Guntardus, iam se a vinculis sentiens omnino immunem, nisi quam citius hoc ipsum sociis indicaret, exitiabile ducens, Iohannem commilitonem et concaptivum his silentio prior aggreditur: “ O huius „ nostri itineris ac periculi comes indissociabilis, „ num eadem ipse, quae et ego, experiris? „ Ad quod ille adeo gratulabundus ut immensitas gaudii lacrimas a luminibus excuteret: “ Quid, „ inquam, mi dulcissime, quid nisi quod, nescio „ cuius interveniente merito, immo imperio, a „ compedibus me absolutum cerno. „ Quod cum et reliqui una gestientes faterentur, ecce lignum quo paulo ante pedes astricti fuerant, nullo manus apponente, sed divina virtute cogente, sursum erigitur recto cacumine. Sic itaque redduntur liberi paulo antea gravibus astricti catenis; patent fores, nullo reserante; exsiliunt laeti et alacres, nullo obsistente, atque per opacissimam [1] silvam, per anfractus viarum perque vada, torrentes vel flumina, quae hiemalibus imbribus vehementer intumuerant, Christo duce, Novigentum perveniunt recto itinere. Cum in atrio ecclesiae starent obstupefacti, utpote loci ignari, ignorantes quo tenderent, nimiumque verentes ne iterato quo evaserant incurrerent, unus qui, ut reor, maioris fidei vel animi erat, trepidantes refovens exclamat: “ Fortunae socii, „ nunc tanta pericula passi, ne timueritis, ne titubaveritis. Christi dextera protegimur invicta, „ qui pauperem facit et ditat, humiliat et „ sublevat. En mihi videtur stare nos in platea „ ecclesiae, unde hesterna die sumus digressi. „ Ad hoc omnes luminum orbes hinc inde circumvolventes, cum iam se confinio mortis, veluti a voragine aestuantis maris et euripi, ereptos iam iamque praeoptato cernerent litore potitos, verum illum sentire astruentes, usque ad ianuam ecclesiae magno cum tripudio properant. Quorum vocibus vel sonitu sanctimonialis excitata advolans suosque recognoscens, non aperuit prae gaudio, sed procurrens quo vir Dei Godefridus orationi incumbebat: “ Iam nunc, venerande pater „, exclamat, “ exsurge; exauditae „ sunt preces tuae, penetrarunt aures supernae „ clementiae lacrimae tuae. En simul assunt pro quibus Christi dilectione refertus exorasti. „ Tunc ille a solo erigens ora lacrimis rorantia [2], — nam inter orandum quoque inerat illi tanta lacrimarum copia ut in giro terra, quo vultum demittebat, videretur unda, — conversus ad eam: “ Ne ita „, inquit, “ loquaris, ancilla Christi; non „ hoc meo merito, sed tuae fidei prorsus reputo. „ A contrario sanctimonialis: “ Hoc plane cunctorum aeterna memoria dignum non meae „ pusillitati, sed tuae humilitati, innocentiae, „ dilectioni iure recenseo. Nempe non solum ego, „ sed et omnes qui sanum sentiunt una cum „ Christo istic te operatum veraciter pronuntient. „ Sicque hac alterna amica altercatione ad ianuam usque progredientes pulsantibus aperiunt. Sciscitantur ab ipsis quid secum gestum fuerit; quomodo evaserint, qua, quando redierint ordine referunt. Quibus agnitis, in commune Christo et sanctis eius rependunt innumeras grates cum magno tripudio. Cum vero iam noctis vespera in lucem prorumperet, pergens Godefridus ad diverticula praedonum, verbis mordacibus illos aggreditur, ut quid feminam Deo Christoque dilectam manibus scelestis ausi fuerint contingere, iter impedire, universa diripere; mirum quod non ilico igne caelesti conflagrati [3], vel terra dehiscente absorpti, vel aliquo alio insolito exitii genere sint consumpti, nisi quod supereffluens propitiatio Dei non statim criminosos in scelere damnans propellit in abyssum vel retrudit in tartarum; hactenus quae nequiter egerant corrigerent, sibique quod pridie diripuerant redderent. Quibus perceptis, facibus furoris succensi, — nam verba sapientis in corde impiorum erant quasi stimuli in altum defixi, — ignem spirantes animo, ad carcerem currunt praecipites. Existimabant quippe in ipsos insaniam suam posse retorquere. Quo dum perveniunt, nec quos reliquerant inveniunt, quin immo universa carceris claustra penitus disperisse, nimium attoniti ac veluti fulminati, certatim genibus beati viri advolvuntur, se peccasse, se nimium nequiter egisse lacrimosis profitentur vocibus. Referunt etiam cuncta quae ceperant, vasa, iumenta et reliqua. Nihil omnino defuit, excepto parvulo cultello, qui traditus fuerat oblivioni. Quibus Christi servus receptis, a reatu misellos absolvens, remeat mulierique restituens omnia, brevi ammonet ut, si quando tale quid contigerit, non pusillanimis fiat, sed aequo virilique animo sic adversa uti prospera perferat. Sic igitur illam affatim de omnibus instructam cum Christi pace dimisit de reliquo securam.

precibus suis adest — *atque impetrat* — *ut illius socii liberentur* — *et res sublatae eidem restituantur.* — II Mach. 9. 7. — I Reg. 2, 7.

25. Eo igitur tempore quo Godefridus cluebat abbatis praenomine praevaricatores praeceptorum Dei gravi conflagrantur aetheris perustione. Nempe quod omnium creator pridem iudaico populo mosayca voce comminatus est: *Si*, inquit, *non oboedieritis mihi, dabo vobis caelum desuper sicut ferrum et terram aeneam,* moderni atrociter sunt experti. Nam ignea vis solis caelum terramque perurit, adeo ut ipsam quam incolimus plagam assidue exurendo, subtractis incolis, penitus redderet inhabitabilem, nisi superna propitiatio more solito quam citius terrigenis prospexisset

Maximam siccitatem — Levit. 26, 18, 19.

24. — [1] opacacissimam *B.* — [2] *scripsi;* orantia *B.* — [3] conflagranti *B.*

perpessos Suessionenses prospexisset ex alto (1). Etenim arbusta vel alia virgulta omnino suco carentia arefiunt, sata ac quaecumque germina ab omni umore inania mortalibus spem messis ademerant funditus. Alvei quoque fluminum maxima ex parte nudantur ab unda, ac ex ignescente vel etiam vaporante acie natatilia, quae in profundis innatabant gurgitibus, vi [1] quadam immitis naturae praefocata, desuper ferebantur ab unda. Iumenta quoque, pecudes et pecora ac reliqua animantia sitis ardore domi vel per agros passim corruebant mortua. Ipsa etiam humana membra ex corrupto aere tabo quam maxime infecta speciem leti praetendebant, cute turgenti et livida. Quid plura? cuncta paene miscentur elementa et, si dici fas est, sicut in antiquum chaos una confunduntur omnia. Itaque (Isai. 46, 8.) transgessores paterna ammoniti plaga redeunt ad cor videntque in se compleri illud sapientis: (Sap. 5, 21.) *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* (Ps. 103, 29.) Iam iam aufertur spiritus eorum et deficiunt et in (Ps. 143, 5.) pulverem suum revertuntur; iam tacti montes fumigant, iam perpendunt quam vilis est carnis B materia, sicque confugiunt ad paenitentiae lamenta. Interea domnus Hugo Suessorum praesul (2) graviter angebatur animo, quod gregem sibi commissum atroci cernebat depopulari exterminio, nec divinae et iustae sententiae valebat *sapientibus monitis adiuvat,* contraire ex aequo. Mittit ergo Novigentum, accersit inde pretiosum Godefridum, eiusdem loci ducem et patronum; consulit quid facto opus sit, ut desisteret ira caelestis. Ad nutum igitur Godefridi indicitur per omnes fines dioeceseos urbis non solum rationali, verum et irrationali (Ionas 3, 7.) creaturae, more Ninivitarum, ieiunium, ut quod nocentum contraxerat culpa, saltem lactentium insontum seu brutorum animalium dilueret abstinentia. Indicta ergo die ieiunii congregatur infinitus populus utriusque sexus Suessionis, una secum vehentes sanctorum pignora ad ecclesiam Christi protomartyris Stephani, eo quod ipse locus plenior ac pro tanta populi excipienda *verbis solatur,* frequentia videretur esse spatiosior. Pontifex ergo decens tantae auctoritatis viro, tantae eloquentiae spiculo, tamque perspicuo sacrae doctrinae rivo, precatur ut verbo consolatorio circumstantes, diutina calamitate quam maxime C astrictos, consoletur ac demulceat, proclamans quod meritis suis una cum sanctorum, quorum sacrata hic retinentur pignora, miserebitur Christus populo suo. Quod Godefridus non refutavit. (Aug. Conf. 4, 16.) Adoriens igitur cunctos, non sicut plerique buccis crepantibus sapientiam ventilantes, auditores potius attonitos quam emollitos reddunt, sed more fermenti massam cui inicitur ad superiora elevantis proprioque sapore dulcorantis, ita lepore ac dulcedine verbi, in gratia sale conditi, auditorum mentes ad compunctionis suavitatem *et impetrata pluvia recreat.* medullitus accendebat. Cum ergo longius sermonem protraheret, subito obnubilatur aer, fit densa coruscatio, ingens pluviae emissio, adeo ut rivuli vehementis imbris passim per plateas camposque decurrerent, populusque ad propria festinato remearet. Nam diluvium cataclysmum (3) publice et privatim accidisse ferebant. Quis, oro, haesitet meritis servi sui suffragiisque beatorum, quorum illic cineres pia fidelium memoria venerabantur, hoc pernecessarium Omnipotentem in momento mortalibus impartisse[t] remedium? Nempe quid mirum, si iusti quique a Christo postulata impetrant, qui, quamvis corpore detineantur in convalle plorationis, mente tamen cum ipso inhabitant in caelis, cum quo etiam unus spiritus sunt, sicut scriptum est: *Qui adhaeret Domino, unus spiritus est.* (I Cor. 6, 16.)

Auctore Nicolao monacho

26. Quadam die domnus Manasses, Remorum archipraesul (4), accivit venerabilem Godefridum, Novigenti patrem, in Remensem synodum (5), obsecrans coram omni frequentia ut monasterii Sancti Remigii confessoris, contigui urbi, suscipiens regimen fratribus inibi degentibus pastoris fungeretur officio (6), eo quod emineret Novigenti coenobio divitiis, honore et gloria. Hoc vir altioris consilii audiens, opponit primo non se adeo prudentem ut tanti regiminis aequo animo valeret volumina perferre, deindeque nequaquam se velle semel a Christo susceptae ecclesiolae consortium deserere. Itaque cum E ab archimandrita reliquisque praesulibus super hoc iterum iterumque propensius precibus pulsaretur, ipse inflexibili rigore animi illius Nicaeni capituli (7) conservator, prosiliens in medium proclamat se nec posse nec velle foedera pauperculae sponsae ob ditioris adulterae amplexus spernere. Quo audito, cuncti qui assistebant admirantur constantiam viri, quod divitias paupertati, quod mundanam gloriam postponeret intimae humilitati. Satis itaque superque in illo conicere poterant quam vicino caelo [1] quantumque a celsitudine humilitatis ipsius discreti labentem gloriam fallacesque divitias toto sinu mentis amplectentes, alto volverentur in limo. *Regimen abbatiae S. Remigii Remensis refutat.*

27. Adeleydis castri Cociaci vicecomitissa, totius largitatis et castitatis sua aetate mortalibus praeclara praebens exempla, huius nostri Godefridi melleo affatu ad haec exsequenda quam maxime informata, expenso magna ex parte in usu pauperum et pupillorum necnon in utensilibus ecclesiasticis proprio aerario, — nam tabulam sacrosancto altari Novigenti beatae Dei genetricis appositam auroque fabricari fecit opere exclusorio, consimilem etiam sancti Eligii F Noviomensis praesulis altario, — relictis saecularibus pompis, Novigentum venit illicque in omni puritate et sanctitate perstitit, quam diu acceptabilis Christo Godefridus inibi permansit. Quam plures etiam id ipsum hortatu ipsius implentes, ut credimus, iam perceperunt quae promisit Christus diligentibus se, cum ipso perpetuo conregnantes. (Iac. 1, 12.) *Adeleydem vicecomitissam aliosque ad sancte vivendum informat.*

28. Quam plurima aeterna memoria digna vir beatus illic positus exercuit; quae nos ad reliqua ipsius properantes nimium inertes hic inserere supersedimus, atque uti grex invalidus apum seu formicarum sub fasce ruit, ita nos mole praeclarae et admirabilis historiae victi extrema quaeque, ut verius loquar, potius decerpendo quam aliquid subtexendo, fidelium posteritati qualicumque stilo contradimus. Nunc ergo quo- *Quod in somnis*

25. — [1] ĩ (= in *pro* ui) *B* (*nihil in V*).

26. — [1] *videtur aliquid excidisse.*

(1) *Hoc anno* (1097) *magna pars aestatis sine pluvia fuit, et erat necessaria valde arboribus et satis.* Ita Annales Sanctae Columbae Senonensis, *MG.*, Scr. t. I, p. 106-7. — (2) 1093-1103. — (3) Hic et alibi, quando congesta sunt ἀσυνδέτως verba synonyma (v. gr. I, 30 : *exspectans, operiens;* II, 8 : *misit, legavit;* III, 2 : *campanam, nolam*), manum non librarii glossas inserentis, sed verbosi Nicolai deprehendere mihi videor. — (4) 1096-1106. — (5) Anno 1097. Cf. supra, p. 896, ad h. a. — (6) Idem, licet obscurius, non nominato monasterio, testatur Guibertus. Vid. ibid. — (7) Notissimus erat canon ille 15 concilii Nicaeni.

modo,

Auctore Nicolao monacho

modo, Christo sibi revelante, ad gradum pontificalis dignitatis se praenoverit promovendum, et quando et qualiter, auspice Christò, sit adeptus, amminiculante gratia inhabitatoris ipsius, evolvamus. Cum itaque quadam die Godefridus multa de supernorum concivium ineffabili dulcedine secum in animo volveret, noctem quoque in id continuans, in lacrimis et orationibus atque in Dei laudibus insomnem protraheret, exorto lucifero, cum iam crepusculum inchoasset defessumque corpusculum, uti fragilis naturae exigit infirmitas, — quippe ea hora mortalium membra gravi sopore solent deprimi, — in lectulo collocasset, sicuti ipse postea cuidam sibi carissimo, secretius colloqui solito, referebat, nec plene vigi- *a S. Firmino* lans, nec omnino dormiens, videt quendam sibi assistere aetatis seu staturae mediocris, barba prolixa, flammantibus luminibus fulgidum, togamine candidiori circumtectum, angelici vultus speciem praetendentem, apices quosdam atque anulum aureum in manibus ferentem. Super quo cum vir venerandus haesitaret, — quippe noverat quam plures ab angue versuto illusione fanta- *B* smatica delusos, — vexillum regis aeterni sibimet imprimens, his illum prior aggreditur : “ Quis sis, unde vel a quo, et ad quid veneris aperire perge. „ Ad haec senior, paululum veneranda lumina deflectens nimiumque gratulabundus : “ Ne verearis „, respondit, “ neque horreas, serve Dei. Non sum adversae partis. Quod si perquiris quis sim, hinc luculenter advertere potes, cum crucis mysterium non abhorrens, immo amplectens, medullitus triumphali signo inhaerere ardeam. Si vero unde, noveris me missum a throno [1] claritatis supernae. Si autem ad quid, accipe quod aequissimo placuit censori [2] super multitudinem populi, quem dato pretio sanguinis de faucibus leviathan eripuit, iam te pastorem constitui, hoc aureo anulo subarrari, necnon pontificali cathedra sublimari. „ Ad quod iterato Godefridus: “ Quamquam „, inquit, “ in [3] multis satisfaciens [4], non sim incredulus sermonibus tuis, obsecro tamen enixius ut cuius urbis sim pastor futurus promas, et quando sint quae vaticinaris implenda. „ Tunc senior subridens : “ O „, proclamat, “ civis pacis aeternae, amplius ne apponas sciscitari. *C* Implevi praeceptum mihi divinitus iniunctum; *Eph. 6, 10.* de cetero confortare in Domino et in potentia virtutis eius. Nam quae cecini tempore suo complebuntur. „ His peroratis, in momento eripitur ab oculis inspicientis. Mox vir venerandus conversus ad dexteram intuetur quandam mirae pulchritudinis et magnitudinis aulam, haud longe positam; quam introgressus, multitudinem candidatorum virorum hinc et inde contemplatur. Cui cum universi reverenter assurgentes, demissis in profundum luminibus, ut sibi benedicere dignaretur exorarent supplices, ille tam fulgore luminis quam insperato eventu multitudinis aliquantulum stupefactus, crucis sibi signum imprimens qui essent et cur talia promererent *ipsi praenuntiatum erat,* sciscitatur. Ad quod illi : “ O venerande pater „, proclamant, “ non tibi mirum videatur quod dicitur. Nam noveris iam ab illo incommutabili omnium Creatoris consilio sententiam processisse, quod citius sis praesul futurus, quod super concives nostrosque consortes pastor ordinandus, quod oves pascuae Dei virga aequi- *Ps. 73. 1.* tatis recturus, quodque ipsas illuc unde proto- *Hebr. 1, 8.* plastus corruit perducturus. „ Haec et his similia illis in hunc modum prosequentibus, attollens vir venerandus oculos, videt in editiori parte regiae quendam celso solio residentem, fulminei vultus et ultra quam comprehendi valet corusci habitus gloriam praetendentem. Cui cum appropiare vereretur, ille protensa manu innuit, imperat, ut accedere non cunctetur. Quique cum vocatus propius adesset ac vestigiis eius advolvi cuperet, illum senior prohibens his cum eodem sermocinatur : “ Accipe diligenter, serve Dei, quae dico ac iugi memoria conservare memento. En ego sum cuiusdam civitatis gallicae regionis primus praesul testisque invictus, qui summi *E* verique pastoris pium imitatus exemplum, corpus proprium usque ad effusionem sanguinis innumeris exposui iniuriis ac pro hoc ipso, ut ipse animadvertere sufficis, iam sum donatus serto [5] immortalitatis. Hanc itaque nunc tibi sub testimonio Christi committo, hanc tuae custodiae reconsigno; huic sedi nostra vice, nostra auctoritate, immo Dei confisus voluntate, ut fidelis dispensator diligenter praeesse curato, ut super omnia bona ipsius in die retributionis constitui merearis, sicque nostro collegio fideliter associari. „ Cum vero vir venerandus haec omnia fideli aure perciperet, nomenque illius simul et commissae urbis cognoscere satageret, nequaquam ad haec animum ipsius inclinare, nequaquam hoc illius ab ore praevaluit extorquere. Sicque in haec verba a somno evigilans nimiumque super visionem admirans, rem tacitus conservabat in animo, credens quia quae promittit Christus potens est et facere. Haec itaque relatu reverendi Andreae, ipsius Novigenti coenobii monachi, comperi, qui et ipsius loci regimen tertius post istum nostrum praedicandum Godefridum per aliquot annos obtinuit (1), quique *F* universa haec ab ipsius ore, uti sunt exarata, fidem Christi saepius obtestando, se audisse affirmabat.

29. Igitur Girvinus Ambianensis episcopus, *ab Ambianensibus* non adeo sanae mentis vir (2), quibusdam infortuniis irruentibus, propriam sedem funditus reliquit (3), sicque ecclesia Christi aliquamdiu viduata pastore permansit (4). Verentes itaque Ambianenses quod, si quasi filii Belial, id est *Iudic. 19, 22.* absque iugo, remanerent, in deteriora corruere valerent et simul etiam perpendentes quod nequaquam pontificalis cathedra sine rectore quiret consistere solida, tunc clerus, proceres ac reliqua plebeia cohors a summo pastore ieiuniis,

28. — [1] throna *B.* — [2] *ita V*; conditori *B.* — [3] *om. B.* — [4] satisfeceris mihi et *V*, *ex emendatione Gielemanni, ut videtur; nam Nicolaus alibi simili syntaxi usus est, v. gr. infra, p. 918* B, VIII; *p. 920* E *extr.* — [5] certo *B.*

(1) Iam vita functus erat anno 1138. Cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 607 D. — (2) Acerrime Gervinum carpit et accusat Hariulfus abbas in Chronico Centulensi, lib. IV, c. 36 (ed. F. Lot, 1894, p. 274-84). Quae qui iuste et aeque aestimare voluerit, recordetur oportet infensissimos erga Gervinum animos gessisse Hariulfum. — (3) Hariulfus, l. c. (p. 282-83) : *Deficiente sumptu et omnibus clericis in eius contumeliam aspirantibus, compulsus est relinquere sedem et, ignorante clero vel populo, secessit Turonis ad Maius Monasterium, ubi ... paucis supervixit mensibus et IV idus ianuarii de hac vita recessit.* — (4) Ut docet Guibertus de Novigento, *De vita sua*, II, 2 : *Pontificium tunc temporis Ambianense biennio ferme vacaverat.* Igitur, cum Godefridus ante mensem aprilem anni 1104 electus sit episcopus, videtur Gervinus anno 1102 Ambianis recessisse et 10 ianuarii 1103 esse defunctus (cf. annot. 3).

misericordiae

episcopus expetitur, misericordiae operibus ac [1] orationibus hoc negotium decernentes implendum, indicitur universale ieiunium non solum intra moenia urbis, sed et in omnibus finibus totius dioeceseos urbis (1). Quibus
Matth. 7, 7. digne petentibus, quaerentibus, pulsantibus, ipsa misericordia ostium clementiae suae aperiens, ex penetralibus suis vas gratiae nitidum, oleoque laetitiae refertum destinat illis, domnum videlicet Godefridum Novigenti coenobii patronum. Is
II Cor. 2, 15. nempe venerabilis pater Christi bonus odor erat in omni loco; unde et opinio bonitatis eius quasi pretiosissima aromata illas in partes, auspice Christo, sese diffuderat. Cum igitur, ut iam dictum est, pro pastore universus populus letanias devote celebraret, divino ammonitus instinctu, pari voce, unanimi sententia, Godefridum Novigenti abbatem sibi eligunt in pontificem. Qui non sua auctoritate contenti, tantam ac talem electionem declarant Philippo Francorum regi. Quod audiens gloriosus princeps Christo multimodas laudes rependit; quippe idem vir pro suae sanctitatis reverentia carissimus ac familiarissimus illi exsistebat; quem etiam praesulatus culmine, interveniente temporis opportunitate, sublimari,
B annuente Christo, disponebat. Quique congaudens ac benigne ipsorum petitionibus favens, more regio imperat ut maturato in illo peragantur divina munia.

et in concilio Trecensi invitus constituitur. **30.** Illis autem diebus Richardus, sedis apostolicae cardinalis et legatus (2), Trecas Burgundiae acciverat maximum conventum episcoporum, abbatum utriusque professionis Galliarumque procerum (3). Eo legati Ambianensium advolant, in medium prosiliunt, orbatos se proprio pastore conqueruntur, unanimem populi sententiam, permissionem etiam regiam super electionem domni Godefridi declamatorie prosequuntur. Quo audito, omnes qui ipsum tam vultu quam actu noverant, innumeras Deo grates referunt. Interim Christi servus Godefridus inter alios delitescens fugae aditum perquirebat; sed interceptus a circumstantibus, iussu pontificum atque cardinalis statuitur in medium. Quo viso, exclamant una hunc ecclesiae Christi dignum ministrum, dispensatorem strenuum; beatum fore populum cui praestitum sit talem habere patronum; atque, ut fertur, mixtis cum
C supernis spiritibus vocibus in commune multimode iubilant *Te Deum laudamus.* Inde servus Dei Novigentum revertitur, exspectans, operiens (4) illic Remorum praesulem Manassem suae consecrationis ministrum. Interim fama tam felicis facti circumquaque diffunditur, et Godefridum iam subire praesulatum ubiubi praeconatur. Exhinc autem maeror ingens in cunctorum oboritur pectoribus qui ipsius praesentia delectati, hac se privari perpendebant citius.

Sepulta prius **31.** In villa quae dicitur Guni (5), quae fere duobus miliariis a Cociaco disparatur, tunc temporis commanebat quaedam matrona, nomine Emma, matertera videlicet Adonis ac reliquorum fratrum ipsius. Haec autem mulier in omni castimonia aetatem ducebat, altrix pupillorum et viduarum. Nudos vestimento operiebat, infirmis subveniebat ac ceteris practicae vitae operibus pie insudabat. Ad ecclesiam beatae Dei genetricis et perpetuae virginis quam saepius Novigentum concurrebat; quam etiam lychnorum [1] cereorumque fulgoribus decenter illustrabat; cui quoque ex propriis reditibus plurima contulit donaria. Comperiens itaque ad pontificatus culmen promoveri Godefridum, propero cursu tendit Novigentum, diligenter perquirit si vera forent quae fama ferebat. Nam super illum nimio pii cordis ducebatur affectu, cuius affatu et exemplo informata, quae de ipsa praelibavimus alacriter perficiebat. At ubi indubitanter accepit quod ita se res habebat, quasi exanimis procumbens in terram, deprecatur omnium Creatorem ut non prius Godefridus ab illo loco recederet quoadusque corpusculum ipsius sepulturae traderet. Mira res, illius vocem aegritudo, aegritudinem vero subsequitur mors. Et quidem ilico acri febre corripitur atque, invalescente aegritudine, lectulo decubans ab eodem patre oleo inungitur atque sacramenta dominica de manu ipsius accipiens, mirum in modum, quod meruisset exaudiri laetabunda et exsultans, hominem exuit et corpusculum in claustro ab eodem Dei servo honorifice, ut decebat, est tumulatum. E

AUCTORE NICOLAO MONACHO

pia matrona eius discipula,

Remis pontifex consecratur. **32.** Cum igitur archiepiscopus Manasses remeasset, proceres Ambianensium Novigentum veniunt, domnum Godefridum magno cum favore Rhemis perducunt, ut illic more provinciae inthronizaretur. Fit maximus pontificum totius regionis occursus, inter quos piae memoriae Lambertus Atrebatensium (6), necnon Iohannes Morinensium (7) praesules, sapientia scientiaque insignes, religione et sanctitate celebres, robur sponsae Christi et bases, huic servo Dei ante omnes famulabantur speciali devotionis obsequio. Cum quanta vero animi puritate, corporis humilitate lacrimarumque fonte ad sacri unctionem unguinis accesserit, nequit humani intellectus acumine comprehendi, nedum inculti stili expressione evolvi. Noverat etenim quod, etsi grandis honor, tamen et grave pondus, quia, teste scriptura, potentes potenter tormenta patientur, Sap. 6, 7 et 9.
fortioribusque fortior instat cruciatio, nisi ministerium sibi creditum sobrie, pie et iuste studuerint adimplere. Tit. 2, 12.
Funditur itaque sacrosanctae benedictionis oleum super caput Godefridi atque, uti mos ecclesiastici ritus exigit, sacerdotalibus F
vestibus infulatur. Cum vero de more textus evangeliorum capiti ipsius superpositus aperiretur, ad primum capitulum reperitur: *Elizabeth impletum est tempus pariendi, et peperit filium.* Luc. 1, 57.
Quo audito, universi qui suspensi astabant, diutissime cunctorum Salvatori Deo iubilant, atque illi de quo Veritas dicit quod nemo inter natos mulierum ipso surrexit maior, in hac parte simillimum Matth. 11, 11.
praedicant. Nam matrem illius Helizabeth illum etiam de sterili et anili parente divino procreatum consilio ad dandam scientiam salutis plebi eius Luc. 1, 77.
recolebant, huius vero genetricem eodem nomine dictam iamque decennio sterilem permanentem atque in senium vergentem orationibus ac misericordiae operibus quasi divino oraculo ecclesiae catholicae promissum proclamant. Ipsum quoque Dei gratia refertum et ut iter asperum adventui

29. — [1] at *B.*

31. — [1] lignorum *B.*

(1) Cf. supra, p. 915 B: *per omnes fines dioeceseos urbis.* — (2) Episcopus Albanensis post d. 20 novembris 1100, legatus apostolicus in Gallia ab an. 1102. De quo cf. BRIAL, in *Histoire littéraire de la France*, t. XIII (1814), p. 24-28. — (3) Ineunte mense aprili anno 1104. Cf. supra, p. 896, ad h. a. — (4) Cf. supra, p. 915, annot. 3. — (5) Guny. — (6) 1093-1115. — (7) 1099-1130. De quo cf. *Act. SS.*, Ian. t. II, p. 794-806; *BHL.* 4439. Colitur die 27 ianuarii.

eius

AUCTORE NICOLAO MONACHO

eius planaret nutu Dei in hoc ipso constitutum astruebant. Competens profecto divinae dignationi videbatur servi sui vitam sibi beneplacitam tam felici auspicio terrigenis demonstrare, qui
Ioh. 10, 1-5. per ostium et non aliunde intrans in ovile ovium, illas, ut vocem Christi et non alienorum sincere audirent, verbo instruere, et ut quam citius ad supernam angelorum curiam satagerent pervenire, piae conversationis exemplo nitebatur informare.

Explicit liber primus.

Incipiunt capitula libri secundi.

<LIBER SECUNDUS.>

Factus episcopus,

1. Hactenus eorum quae pretiosus Christi odor Godefridus monachus est operatus ultima decerpsimus, nihil extrinsecus apponentes quam quod fidelium, ut iam fati sumus, rata relatione cognovimus. Quocirca, ne notam mendacii incurreremus, simplicem historiae sensum magis quam doctorum faleras verborum expressimus, id ipsum etiam praecaventes propter auditorum fastidium. Uterque enim digne mendacii crimine infamatur, et qui vera piorum facta subdole subtrahere conatur, et qui fallacias quoquo modo inserere molitur. E
Neque enim iustorum facta hoc egent ut commentis seu eloquiorum fucis apud aures mortalium astruantur, quasi hoc ipso vel augeri vel minui possint, quorum iudex est in caelo et con- Cf. Iob 16, 20.
scius in excelso, quique coram Patre coramque angelis ipsos confitentes una secum accumbere facit genitoris in regno gloria et honore decoratos. Nunc itaque ad Godefridum recurrentes, ad ea quae in episcopatu gessit, auspice Christo, succingamur.

postquam Ambianos venit.

2. Igitur Godefridus unguento quod a capite Ps. 132, 2.
in barbam Aaron, quodque in oram vestimenti eius profluxit delibutus, a Rhemorum urbe digreditur. Inde cum ad susceptam sedem approximaret, fama praecurrente, ruit obviam omnis civitas festina, proprium patronum susceptura. Cum vero ad ecclesiam Sancti Acioli martyris extra muros urbis sitam accessisset, de iumento in terram desiliens, per asperrimam et horridam viam, silicibus et cautibus consitam, utrumque latus ipsius praesulibus, Lamberto scilicet et Iohanne, ambientibus, textum evangelii reverenter in pectore gestans, crebris singultibus pectus quatiens, ad ecclesiam Beati Firmini martyris nudipes, cunctis inspectantibus, progreditur. F
Inde gregem a summo pastore sibi creditum pabulo verbi Dei affatim imbuit. Huic rei plane intererant quam plures grammatici, rhetores, oratores, multi etiam qui postea praesules, abbates ac catholicae matris ecclesiae facti sunt rectores; qui una invicem declamabant numquam se ex ullius ore tam divina, tam mystica, tam profunda quam ab illo tunc percepisse, atque, uti rei veritas cogebat, hunc vere sancti Spiritus esse organum fatebantur.

summam erga omnes humilitatem

3. Itaque Godefridus in pontificali cathedra constitutus atque a Christo in monte sancto, videlicet orthodoxa ecclesia, dux primus confirmatus, spectaculum angelis et hominibus factus, I Cor. 4, 9.
Salvatoris pia vestigia sequens, plus agere aliquid quam dicere tentabat, adeo ut, tacente lingua, quo subditi spectare vel tendere sine intermissione deberent, clamaret vita, fidelium votis merito praeconanda. Nequaquam ex hoc exalta- Ps. 130, 1.
tum est cor eius, non elati oculi; non ambulavit in magnis vel in mirabilibus super se. Sed quid? comparem se, immo infimum, recta gerentibus, primus de pusillis Iesu Christi factus, reddebat, succrescens de virtute in virtutem, donec, rupto Ps. 83, 8.
pariete

Ps. 83, 8. pariete carnis, illum qui penetrat, scilicet Deum deorum, in Sion liberius intueri mereretur. Non pomposarum cultu vestium oblectabatur, sed simplici habitu monachi, videlicet cucullo, ac de- *et caritatem,* super non ambitioso pallio amiciebatur. Cotidie ad mensam propriam tredecim pauperes, manus pedesque illorum deluens ac cibariis affatim reficiens, secum discumbere faciebat et, utpote senator curiae caelestis, revera devotissime deserviebat. Nempe domicilium eius non episcopi, sed Christi regia cernebatur; orphanorum, pupillorum miserorumque sollicitudinem quam maxime in animo gerens, erga illos caritatis visceribus affluebat, atque iuxta psalmistae praeceptum, Ps. 34, 10. eripiendo inopem de manu fortiorum eius, egenum et pauperem a diripientibus eum, ut inter deos vel filios Altissimi mereretur computari, totis nisibus elaborabat. Unde et a nonnullis venenatis linguis decerpebatur; quos Christi servus, quasi rabidos canes, obturata aure praetervolans, the- Luc. 12, 33. saurizabat in caelo, quo fur non appropiat nec tinea corrumpit.

B 4. Accepi praeterea a quodam illius familiari, veraci reverendoque valde viro ac Christi digna- Matth. 5, 15. tione super candelabrum in domo ipsius, quae est Ecclesia, constituto[1], quod aestivo tempore pauperibus occurrens, quos multi naribus obturatis praeteribant, quippe nec balneis deluti, nec mutatoriis vestibus reinduti, aliquantulum foetoris, uti fragilis carnis fert materies, emittunt; hos utique *effusam in pauperes benevolentiam,* Godefridus amplexabatur ac deosculabatur, ut non solum melleis affatibus, necnon multimoda stipe ipsorum inopiam clementer sublevabat. Haec quidem plurimis gravia, innumeris vero videri non toleranda, quae Godefridus, ipsa boni consuetudine assuefactus, immo delectatus, strenue adimplebat. Nempe, uti poeta veraciter Horat. Epist. I, 2, 70. luculenterque canit : *Quo semel est imbuta recens servabit odorem testa diu,* ipse plane ab ipso paene Matth. 11, 30. matris utero iugum Christi suave et onus eius leve ferre pluribusque sudoribus carnem domare solitus, non poterat non servare quo semel fuerat imbutus.

insignem in miseros 5. Quadam itaque die multitudo leprosorum curiam Godefridi intrantes sciscitantur quonam ipse pontifex recessisset. A clientibus in atrio C domus excubantibus accipiunt quod in ecclesia martyris Christi Firmini de more orationibus operam daret. Quem statim e vestigio prosequentes, felicem illius egressum una cum reliquis egenis exspectant. Erat enim hic mos beato viro ut matutinali hora a liminibus exiens ecclesiae, pauperibus cunctis sibi occurrentibus propria manu auri vel argenti impartiretur munera. Vix umquam quisquam egens illi occurrit, qui non accepta eleemosyna seu agape laetabundus abscesserit, iuxta illud edictum Salvatoris : *Omni* Luc. 6, 30. *petenti*[1] *te tribue.* Igitur Godefridus ab ecclesia progressus, turma leprosorum stipatur. Qui de pietate illius, utpote sibi familiarissimi[2], confisi, imperando quodammodo, vel potius cogendo, ut sibi victus necessaria suppeditaret acclamabant. Erant autem lurida cute decurrenteque sanie adeo squalidi ut extremum vultus sub uno vulnere obsitum videretur. Unde et nonnulli ab illorum intuitu lumina deflectebant; nec enim intueri prae nimio horrore valebant. Hos itaque beatus vir non abhorrens, sed officiosissime salutans, inclinato capite, ut sibi benedicerent supplicabat. Angebatur vero nimium animo, hinc quod nihil habebat in manibus quod ipsis largiretur, hinc autem quod sibi quam maxime instantes patiebatur. Tandem, accito dispensatore domus, imperat absque dilatione ciborum copiam egenis ministrari. Sed ille alias intentus, praeceptum patris parvi pendens, oblivioni tradidit. Exinde quasi trium seu quattuor horarum emenso intervallo, gregatim ante fores domus praesulis irruentes, correptis scyphis (1), e quibus nodi dependebant, more suo ingenti fragore perstrepebant. Protinus Godefridus prorumpit. Quo viso, vocibus quibus valebant se delusos a dispensatore conqueruntur. Quid tamen ageret? Nihil enim rutilantis monetae in arca remanserat; *liberalitatem* quippe iam reliqua in usus similes disperserat. *exhibet.* Artatus demum propero[3] gradu petit culinam, et quam numquam ex quo regimina adeptus fuerat nec postea aliquando intraverat, tunc, propulsante vera humilitate, immo praevia non ficta caritate, introgressus, repperit mirae magnitudi- E nis piscem, qui futurae caenae servabatur, quem salmonem vulgo vocitamus. Hunc itaque, oblitus infulae pontificis, propriis umeris imponens, — nam tantae enormitatis erat ut a nullo mortalium prae manibus ferri posset, — hunc, inquam, ante pedes illorum exponens : " Hoc ", inquit, " tantillum meae parvitatis donum accipite, meique " memores, cum defecero, in aeterna taberna- Luc. 16, 9. " cula me recipere dignemini. " Qui ad propria remeantes et secum piscem vehentes, cunctis, rei sinceritate cogente, praeconabantur nullum mortalium tantae pietatis viro posse aequiparari. Cum ergo dispensator domum reversus esset, non reperiens piscem, quem pridie iusserat deferri, cum cognovisset hunc episcopum leprosis distribuisse, ut fertur, ille furia infernali succensus, quo venerandus vir lectioni vacabat prorumpens, magis magisque daemone vires suppeditante, in ipsum mille ructat convicia, asserens non esse sani capitis hominem qui cuncta nescio in quos usus stirparet; iam iamque aerarium exhaustum fore ac, nisi ab inceptis temperaret, miserae mendicitati succumbere. Godefridus ergo nihil motus, blanda allocutione quasi satisfaciens : " Aequumne est ", ait, " ut illi qui uno pretio F " redempti, Christi sanguine potati, aeterna bea- " titudine sunt donandi, famis inopia crucientur " et mihi extremo homuncioni deliciosorum luxu- " ries ferculorum reservetur? " Huic revera sagaci sophistae illud psalmographi rite valet coaptari : *Dispersit, dedit pauperibus, iustitia* Ps. 111, 9. *eius manet in saeculum saeculi.* Enimvero dignum est ut ipsius iustitia maneat in aeternum, qui Ps. 110, 3; 118, 142. decreverat in praesenti omnia pro ipso distribuere, ut cum illo valeret cuncta perenniter in futuro possidere.

6. Cum igitur Godefridus pontificalem susce- *Ritus dedicationis ecclesiae,* pisset cathedram, vir piae memoriae Nicolaus abbas ecclesie Beati Petri Corbeiensis (2) accessit ad eum, obsecrans ut oratorium sancti Thomae apostoli in pratis eiusdem villae constructum encaeniaret. Statim illius precibus sacerdos clementer annuit. Die itaque indictae dedicationis fit illic maximus concursus populorum

AUCTORE NICOLAO MONACHO

II. 4. — [1] constitutus *B.*

5. — [1] potenti *B.* — [2] -mo *B.* — [3] proprio *B ante corr.*

(1) Id est vasis concavis, intra quae dependebant globuli (nodos scriptor dicit); his veluti crotalis leprosi de sua praesentia homines obvios monebant. — (2) Ab anno saltem 1096 ad annum 1123.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

utriusque sexus, virorum ac mulierum. Affuit etiam memoratus pater una cum monachis ac liberalium artium quam plures grammatici peritissimi. Habebat autem beatus Godefridus paedagogum (1), nomine Gislebertum, qui a pluribus infamabatur. Hunc ergo potius cogente necessitate quam voluntarie secum detinebat. Nam apprime ritu ecclesiastico imbuendus, utpote adhuc neophytus, rudimentis sacerdotalis officii ab eo catechizabatur. Sentiebat etiam idem a beato viro obliquo se lumine respici, a quo et frequentius arguebatur ob levitatem mentis, infamiam morum inconstantiamque cordis. Unde nimium exacerbatus, plurimas illi moliebatur insidias, obloquendo ac ipsius omnia in hypocrisi retorquendo. Cum ergo Godefridus coram tanta populi foret infulatus frequentia, ratus Gislebertus aptum tempus, quod praesuli iniuriam inferret, invenisse, ut videlicet ab omnibus ignaviae inscitiaeque argueretur, si absque paedagogo arriperet, quasi interclusus a circumstantibus vel a populo circumsaeptus inter illos delitescens defuit. Hoc sacerdos comperiens, ad memoriam revocat quod, ubi deest humanum suffragium, necesse est adesse divinum; de Christi adiutorio confidens, semel coeptum ministerium, — nam unctio eius docebat eum de omnibus absque carnis et sanguinis amminiculo, — tam sollemniter percurrit ut cuncti crederent nil aliud eum ab ineunte aetate egisse, cum quidem adhuc id exsequendi initium mirum in modum et ipse admirans arripuerit.

magistro officiorum se subtrahente, B *optime peragit.*

7. Et quia nunc sacramentorum ecclesiae fecimus mentionem, dignum quoque censemus relatu quam devote cotidiano usu sacrosancta missarum mysteria celebrabat. Etenim admodum veremur ne forte ab illis qui noverant iuste arguamur, si tacemus, ubi tanta copia dicendorum affuisse cernitur. Cum itaque sacerdos, vestibus ad id officii pertinentibus indutus, processisset ad aram, pium memoriae commendandum quam largo Spiritus sancti munere praeventus, — etenim non in vacuum gratiam Dei accipiebat, — quodammodo angelicae dignitatis gloriam ipso vultu praeferre videbatur. Enimvero inter immolandum omnipotenti Deo[1] sacrificium non sinebat defluere cogitatum, sed nec quidem ullo involucro detentus fantasmatum, etiam se ipsum transcendens, oculis fidei humanati Verbi Dei contemplatur mysterium, simul et ministratoriorum frequentiam beatorum spirituum; sicque super extremos articulos pedum toto corpore innisus, nusquam defigens genua, nusquam latera, nusquam inclinans brachia, adeo ex abundantia mundi cordis os loquebatur, adeo vox consona menti[2] credebatur, adeo internorum desiderio in holocaustum suavissimi odoris concremabatur, adeo piarum fonte lacrimarum affatim perfundebatur, ut vix vocem attollere, vix lumina quiret aperire. Sic, sic coeptum devotus mysterium explebat, sic mundus omni hora in conspectu salvatoris et iudicis persistere, omni custodia cor suum servans, totis animi nisibus elaborabat.

Missam piissime cotidie celebrat. II Cor. 6, 1. C Matth. 12, 34. Iob 11, 4. Prov. 4, 23.

8. Sanctimoniae adeo tam praeclarus ac studiosus cultor ubique habebatur ut infames clericos vel impuro matrimonio copulatos non solum a consortio suo, verum et a[1] chori ingressu viriliter arceret. Ob id quam maxime ab illis conviciis impetebatur et quam plures insidias ipsis inferentibus perpessus, cuncta virili animo alacris percurrebat, omnibus contestans se beatum fore, si propter iustitiam mereretur affligi. Itaque coluber lividus, qui quondam protoplastum, propinando per mulierem pocula mortis, a lucis intimae munere exsortem[2] reddidit, ita etiam et hanc praefulgidam Ambianensium lucernam per idem instrumentum sibi notissimum tali calliditatis suae astutia conatus est exstinguere. Mulier quaedam, cuiusdam clerici partibus factionis faventis concubina, adversus Godefridum, quod de impudicitia ipsos culpare auderet, magno furoris igne succenditur, atque partem ipsius inter mortuos maturato ponere festinans, quadam die quasi pro xenio misit illi poculum nectareis radicibus infectum, sed intus celatum elleborum, quam maxime mortalibus infestum. Quod servus Dei cum gratiarum actione suscipiens atque prae oculis ponens diutissime intuetur. Sed sancti viri ignorare quid possunt, qui Christum scientes omnia sciunt? Enimvero spiritu ipsius sibi revelante, intellexit ibi virus letale latere. Catulus itaque casu inter aulam[3] discurrere solitus affuit. Cui Godefridus offam panis in ipsa letali potione intinctam porrexit. Quid plura, suscepit, comedit, recessit, seseque cubitum in lectulo beati viri collocans, occasum una cum somno sortitus est. Interdixit vero cunctis ne quisquam illud[4] attingeret, eo quod letale virus totis habenis in illo regnaret. Cum ergo nox atra olympum texisset, unus e cubiculariis ad lectum beati viri accedens conspiciensque illic catulum decubantem, per auriculas sursum arrigens, putabat somno deprimi. At ubi intellexit illum alta morte sopitum, non sine trepidatione concurrens festinato ad episcopum: " En ", proclamat, " pater beatissime, catu„ lus cui panem intinctum porrexisti, en, inquam, „ gelida morte super stratum tuum distenditur. „ Quod si et ipse ex hoc quod tibi paulo ante „ infandissima mulier misit, legavit (2), attigisses, „ nulli dubium quod eadem quae catulus exper„ tus, iam nunc te pastore carens plebs tibi „ commissa " heu, heu „ creberrime congemi„ naret. „ Hoc audito, Godefridus omnipotenti Domino gratias referens: " Num ", ait, " o filioli, „ num praedixi futurum quod nunc videtis? „ Sed ne quisquam me zelo ductum vel inani „ gloria deceptum crederet, porrexi catello vene„ num, ut, si non verbis, saltem operibus crede„ retis. Nunc itaque una mecum exaltate nomen Ps. 33, 4.
„ Domini in id ipsum, qui in se sperantes salvifi- Ps. 16, 7.
„ cans a laqueo venantium, prout vult, immunes Ps. 90, 3.
„ reddit. „ His dictis, imperat vas una cum letifero haustu talem in locum proici quo a nullo mortalium quiret vel lumine deprehendi. Talibus itaque Godefridus contra diabolum contraque satellites eius dimicabat, quod amminiculante Christi gratia, triumphans prosequebatur ad Philip. 3, 14.
bravium supernae vocationis.

Venenatum poculum D *ab impudica muliere missum* E *prudens eludit.* F

9. Quodam tempore dum praesul Godefridus creditam sibi a Deo dioecesim perlustraret, venit ad Beati Gualerici coenobium (3). Hoc monachi una cum patre, nomine Lamberto (4), comperto,

Monachi S. Walarici

7. — [1] Dei *B.* — [2] mente *B.*
8. — [1] *ita V; om. B.* — [2] exortem *B.* — [3] *ita V;* aulea *B.* — [4] illum *V.*

(1) " Magistrum caeremoniarum „ recentioris temporis scriptor diceret. — (2) Cf. supra, p. 915, annot. 3. — (3) Saint-Valéry-sur-Somme. De narratione quae sequitur (c. 9-24) cf. Comm. praev., § II. — (4) Ad Lambertum abbatem monasterii Sancti Gualerici datae sunt Paschalis II litterae de quibus supra, p. 897, ad an. 1106, mart. 12.

cum Godefrido de monasterii sui exemptione litigantes, comperto, raptim in cryptam, qua vir Dei resederat, properant; sciscitantur cuius rei gratia advenisset. Quibus Godefridus: " Isti „, inquit, " presbyteri „ — nam turma illorum vallatus erat — " longe ab Ambianensium urbe semoti parvitati „ meae supplicant ut calices seu vel linteamina „ vel corporales [1] in quibus dominici corporis „ peragantur mysteria, more ecclesiastico conse„ crem et benedicam. „ Ad hoc ipsi magno furore succensi, ut vix ab illius iniuria manibus temperarent, una efferis vocibus infremunt : " Num„ quam istic Ambianensium praesul consecratio„ nis vel benedictionis alicuius explevit officium.„ Quos [2] cum Godefridus acerrime perpenderet adversus se infrendere, miti affatu bile qua tumebant cupiens lenire: " Omnibus „, inquit, " episcopis vasa dominici ministerii benedicere, „ cathecuminos [3], vel tale quid agere ubique licet. „ Quod ergo cunctis passim licet, istic mihi „ exsequi non licet? „ Sicque ad tempus cedens invidiae, de loco quo assederat assurgens lacri-
Matth. 21, 13. mando " proh dolor „ ingeminat, quod domus orationis facta est spelunca latronis. Nam tunc tem-
B poris ipsa ecclesia septeno vitiorum dominatu videbatur obsita, quae tamen nunc immutatione
Ps. 76, 11. dexterae Excelsi in melius mutata, speculum totius religionis illis in partibus exstat.

postquam Ambianis victores, **10.** Itaque Godefridus inde progrediens Ambianis revertitur, convocatisque clericis in unum, aperit quod monachi coenobii Sancti Gualerici iactitarent se fore liberos a subiectione Ambianensis ecclesiae, et ob id semet a loco propulsum magno cum dedecore. Moxque, missis epistulis, illo praefatum abbatem accersivit. Itaque Ambianis ventum est. Sed quem non astringit gravissimis catenis dira cupido? Etenim quam plures, ab ipso
II Mach. 10, 20. abbate didragmis acceptis argenti, quam maxime partibus monachorum faventes, adversus patrem familias contraque matrem ecclesiam acerrime dimicabant. Quod Godefridus acuto lumine intuens, decernit in praesentia domni Manasses Rhemorum archimandritae rem defamandam. Itaque sic a loco discessum est.

Remis victi, **11.** Interim monachi frivola privilegia confingentes ac cuiusdam Romani praesulis nomine falso consignantes (1), cum multa frequentia
C Remis adveniunt. Celebrabatur illic maximus primatum gallicae regionis conventus; interfuit etiam venerabilis Ambianensium pontifex Godefridus. Igitur pater monasterii saepe dicti una cum monachis suae curae in medium prosiliens, conqueritur se ab Ambianensis ecclesiae praesule quam maxime iniuste affligi, simul etiam privilegia quae, ut iam diximus, sibi paulo ante ad votum confinxerat, quibus nulli mortalium, nisi soli Romano praesuli, semet debere subici declarabatur, proferens. Quibus iussu archipraesulis perlectis, subito ingens fragor ab invinctis [1] seu ab illis, qui [2] iam virentis specie auri corrupti fuerant, adversus Godefridum oboritur. Nam talia ructabant: " Desiste, o praesul sanctissime, o „ columba carens felle, persequi innoxios mona„ chos, qui quondam studebas et inimicos diligere; „ nec ad id te infula seu gradus celsior propellat, „ nisi quod non mirum vel recens si honores „ mutant mores. „ Cum his itaque aliisque innumeris subsannationum probris serpentinisque morsibus illustrem virum lacerarent, in medio illorum, uti agnus inter lupos, columbino vultu, ut erat et animo, immotus perstabat. Facto itaque ad nutum archimandritae praesidentis silentio, Godefridus, non satis illorum credulus dictis, postulat sibi scripta ad perspiciendum. Quae dum sagaciori cordis acumine rimaretur, veste qua amiciebatur desuper leviter confricans (2), fraudemque opertam investigans: " En „, inquit, " peritissimi scholasticique viri, huc lumina con„ ferte diligentius. En vetus pergamenum, incau„ stum vel scriptum recentissime conficta nec „ romano more consignata. Haec plane refutanda „ et penitus universa percenseo respuenda. „ Quo cum certatim universi aciem oculorum defigerent, vera esse omnimodis quae a prudenti Godefrido dicebantur comprobantes, illi qui paulo ante ipsum canino ore corroserant, apertae rationi non valentes obniti, prudentiam illius mirari, virum venerari, elevatisque vocibus in sublime ad caelos
usque efferre. Ex hoc monachi nimium attoniti E
ac merito rubore confusi, ignorantes qua evaderent parte, sedis apostolicae dignitatem appellantes, eo deflectunt ocius iter. *Romam confugerunt,*

AUCTORE NICOLAO MONACHO

Luc. 10, 3.

12. Vir ergo venerandus, quia decreverat cuncta propter iustitiam perpeti adversa, illos subsequi non cunctatur. Enimvero admodum verebatur ne Christi ecclesia, cui vice eius praesidebat, aliquid sui iuris, intercedente propria ignavia, quandoque amitteret. Itaque in comitatu ipsius intererant quam plures reverendi heroes, qui postea, annuente Christo, illius sponsae constituti sunt rectores. Cum igitur abinde ferum accessissent Appenninum, socios se praecedere iubet; nam inter equitandum inerat illi praedicanda consuetudo ut comites anteire se vel subsequi praeciperet, nec quemquam, ne forte otiosus seu noxius sermo incurreret, propius sibi approximare patiebatur; sed psalmis atque meditationibus sacris intentus, advenam se ac peregrinum a caelitibus Ps. 38, 13.
recolebat gemebundus. *eodem proficiscitur sanctus;*

13. Cum itaque Alpium convexa, arta et horrida semita glacie nivibusque obsita foret emensus *qui in itinere*
parte ex maxima, audiens illic cuiusdam gemitum pertenue, substitit, erigensque aures ac F
diligentius circumvolvens lumina, deprehendit pauperculam quandam in ipsis nivibus naufragium passam nimioque gelu contractis artuum nervis, supremum spiritum prae dentibus trahentem. Qua visa, in lacrimis paene totus effluens nimiumque illius miseriae pio cordis affectu condolens: " Vae mihi „, ingeminat, " omnium mor„ talium ultimo, quod tam pomposo comitatu „ coeptum iter evolvens, quod natura praestat „ commune, mihi arrogans speciale, et abundan„ tiis vitae fugientis utor superflue, et ista pau„ percula cruciatur immodice, tenui, proh dolor! „ carens veste. „ Ilico melleus Godefridus vestem qua induebatur, ut paene nudus cerneretur, sibi pietate extrahens, illi velut alter Martinus tradidit, sicque membris sensim recalescentibus viae *pauperi feminae vestem suam elargitur.*

9. — [1] (v. c.) c. v. *B.* — [2] Quod *B.* — [3] *deest verbum, ut videtur,* baptizare.

11. — [1] *valde dubitans scripsi;* invictis *B.* — [2] in (i) *B.*

(1) Sunt hae forsan litterae dubiae Benedicti VII papae, de quibus supra, p. 894, num. 16. — (2) Haec recentiores variis modis interpretati sunt, alii ut fraudem monachorum confirmarent (v. gr. quod pergamenam recentem, ut vetustior appareret, pulvere conspersissent, qui a Godefrido esset detersus), alii ut ostenderent Vitae scriptorem falsa finxisse et veri non similia (v. gr. significare Nicolaum atramentum adeo recens fuisse ut illud episcopus pallio applicato exporrigeret).

restituit.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

restituit. Demum comites insequitur. Cumque iam ad illos, immitis angustia frigoris paene dissolutus, pertigisset, admodum stupidi, — nam tremulus coram astabat, cilicio tantum et cucullo circumtectus, — sciscitantur quo vestem liquisset. Quibus ille omnimodis occultare satagens quod egerat, protestatur prae se grandi fasce praegravatum nequaquam potuisse iuga montis attingere, vestem tuto loco recondidisse, denuo sibi reparandam larga Christi miseratione. Haec nempe dicens, sobrie quod egerat abscondens, revera sapienter prosecutus est, videlicet nullum pondere divitiarum depressum montem Dei sanctum valere subire, se reliquosque misericordiae operibus solo remunerationis aeternae respectu assiduos centuplum, ipso pollicente, veraciter recipere. *Cf. Matth. 19, 29.*

Cum monachi Romae causam vicissent,

14. Igitur monachi Romam pervenientes, auro vel argento profusius erogato, repatriant laeti et alacres, impetratis omnibus pro voto a Romano pontifice (1), ingressique Ambianensium fines, cum ingenti fremitu elato cachinno: " En ", inquiunt, " a dominio Godefridi praesulis liberi, B „ patriam incolumes sumus reversi. Ipse vero „ exteram regionem exsul incolit. Nam noveritis „ illum pro hoc ipso praesulatum amisisse et in „ foveam, quam nobis aperuit, corruisse. „ Quo audito, populus timere ac faciei perfundi rubore coepit. *Ps. 7, 16.*

Godefridus de sua repulsa

15. Godefridus Romam ingressus limina summorum apostolorum Petri et Pauli devotus expetiit, ac deinde papae Paschalis praesentiam adiit. Quem ilico stipant Romulidae, se fortunatos felicesque profitentur fore; nam sperabant se ab illo diversa gazarum pondera accipere. Sed Godefridus, qui non confidebat in homine nec ponebat carnem brachium suum, ut a Domino cor eius recederet, cuius rei gratia tantum laborem suscepisset absque fucatione verborum, sine promissione talentorum, edicit simpliciter. Quae dum perorasset, verba ipsius a circumstantibus vehementer oppugnari, monachos ab illo iniuste vexari, — nam perpendebant nihil emolumenti ab eodem se valere consequi, — ideoque illum iustam habere causam infitiari. Itaque humano quidem, sed non divino destitutus amminiculo, — quippe noverat in cunctis persistere quadrus et idem, noverat etiam omnes in Christo pie vivere cupientes[1] pati persecutionem, — magno mentis vertice cuncta labentia parvi pendens, exclamat: " O pastor orthodoxae matris ecclesiae, ad hoc „ te Christus loco suo voluit praeesse ut lucem a „ tenebris, verum a falso discerneres; nempe „ sicut capite membra reguntur atque ad illius „ nutum artuum vitia corriguntur, sic a te uni„ versorum non solum infaustus actus, verum et „ cogitatio reprimenda, ac ne quoquo modo „ praevalere queat, pro posse radicitus est rese„ candus. Sed, proh dolor! quia nunc cerno „ aequum rectumque confundi atque, uti poeta „ canit, iustum quandoque crimen iniqui occulto „ Christi iudicio perpeti, iustius commodiusque „ arbitror mihi me privatum utcumque degere „ quam Ambianensem ecclesiam, a superno mihi „ censore creditam, fas iusque suum tam iniuste „ amittere, me qualicumque praesule exsistente. „ *Ier. 17, 5.* *II Tim. 3, 12.* *Boet. Cons. phil. I, metr. 5, 35.*

apud Paschalem II papam acriter conquestus,

Quo dicto, illi faciens vale, Barensium civitatem, ad invisendos artus mellifluos gloriosi confessoris Christi Nicolai (2) citato gradu, fervido animi anhelitu adiit. *Barium proficiscitur,*

papa interim paenitente

16. Quo egresso, sciscitatur diligentius Paschalis papa cuius meriti cuiusve auctoritatis Godefridus exsisteret, qui tam libera voce logos, id est rationis verba, ad liquidum perorasset. Itaque quia iuxta veritatis vocem non potest civitas abscondi supra montem posita, Deo dilectus Godefridus, qui sanctitatis praeconio per citeriora Alpium Appenninarum loca cunctis fere habebatur celebris, Romuliae quoque urbi exhinc quam maxime fit insignis. Nam percunctati de vita viri Romulidae qui astabant, qui pridem ex parte mores ipsius[1] tam † experimento didicerant, seriatim papae referunt quod a cunis disciplinis ecclesiasticis mancipatus, quod de gradu ad gradum virtutibus succrescens, primo ad abbatis officium, deinde iuste et pie ad pontificatus sit fastigium piis operibus provectus, quod religione praeditus, quod universis sacerdotibus vitae merito praeferendus, quod altor viduarum seu pauperum studiosissimus, quod praepotentibus E Galliarum notissimus, quod paene cunctis carissimus, quodque universis charismatibus foret refertus. Ilico sacerdos coepit graviter pectus tundere, creberrimos singultus ab imo trahere, se stulte nimiumque insipienter profitetur egisse, quod talem tantumque virum vel ad momentum leviter exacerbasset, quod non cum magno favore excepisset, quod non libenter ipsius votis in omnibus paruisset. Imperat itaque suis familiarissimis ut, si quando Godefridus reverteretur, citius illius praesentiae sisteretur. *Matth. 5, 14.* *quod sanctum non bene excepisset.*

Barii reliquias S. Nicolai veneratur Godefridus

17. Igitur sacer Godefridus Barensium urbem ingressus, ante mausoleum praeclari confessoris et gloriosi in miraculis Grayorumque antistitis Nicolai advolvitur, illicque diutissime cum imbre lacrimarum immoratur. In crastino vero anulo aureo, infula ac reliquis sacerdotalibus redimitus, sacrosancta missarum sollemnia super ipsos oleiferos artus devotissime sollemniterque peregit.

et a Bariensi episcopo

18. Tunc archiepiscopus loci, perpendens Godefridum constantis ac incommutabilis animi cunctos pontifices praecellere, ultra quam dici F valet ammiratur. Nam Gallicae regionis ac reliquarum provinciarum praesules illas in partes devenientes, ne deprehendi quirent, habitum servulorum vel scurrarum accipientes, omnimodis quod erant occulere elaborabant; Godefridus vero nec longinquitatem peregrini itineris, nec feritatem abhorrens barbarae nationis, nusquam habitum mutavit, nec quod erat occultare studuit. Quippe, ut leo absque terrore confidens, omnes sibi amicos reputabat, quia nulli obesse cupiebat. Haec itaque universa antistes in beato Godefrido, ut iam dictum est, perlustrans persistere, fidei mentis oculo medullitus amplectitur virum, illiusque amori quam maxime inclinans animum, prae cunctis mortalibus non ficte praedicat colendum. Ipse etiam comitibus eius quam plurima humanitatis obsequia officiosissime impendens, ad ultimum oleum, quod de sacrosancto pretiosi antistitis Nicolai corpore resudat, in *Prov. 28, 1.* *oleum de eisdem emanans*

15. — [1] cupientibus *B ante corr.*

16. — [1] quā *add. m. pr. in marg. Deest aliquid; forsan conicias :* tam <fama> quam experimento.

(1) Reapse litteris datis, de quibus supra, p. 897, ad an. 1106, mart. 12, causam illis adiudicavit Romanus pontifex. — (2) Celeberrima utique tunc erat S. Nicolai fama, cuius corpus triginta ante annos, anno inquam 1087, Barium translatum esse libelli multi multumque lecti narrabant. Cf. *BHL.* 6179-6195.

ampulla

in ampulla inclusum accipit; ampulla vitrea pro benedictione ad diversorium, quo commanebat, cum multa frequentia sollemniter de more ecclesiastico transmisit. Quod Godefridus magna cum devotione ingentique venerationis timore excipiens, topazio obriso seu pretioso margarito carius amplectens digniusque pendens, multimoda laudum modulamina devote omnipotenti Deo illiusque famulo persolvit Nicolao, quod tanta ac talia de eius membris promeruerit donaria. Quod etiam collo tenus dependens, inexpugnabile munimen contra omnium incursantium versutias arbitrabatur fide credula.

quam in mare lapsam 19. Cum ita visendi gratia loca sanctorum circuisset, ascensis equis, una cum sociis portum maris, quo fama ferebat corpus beati Nicolai navigio appulsum, ingreditur. Nam locus adeo est habilis ut inter naves, quae iactis ancoris illic stabiliuntur, absque naufragio seu aliquo interveniente infortunio queat transvadari. Illuc ergo obambulans contemplatur diutius piscatores retia piscium densitate referta ad litus <trahentes [1]>, cum interim applicans pectori manum B nec reperiens ampullam, quasi exanimis effectus, nimio maerore afficiebatur. Quem comites ita stupidum intuentes, perquirunt quis casus tam repentini doloris irruerit. Tunc lacrimis obortis, flens uberrime: " Heu mihi ", proclamat, " infelici, quod tanto iuvamine frustratus, tali patrocinio destitutus, nec diu a Deo concessa benedictione perfrui sum meritus. Nam noveritis ampullulam ab antistite mihi pridie missam, incuria, immo peccatis meis exigentibus, in istis fluctibus rupto funiculo decidisse ac, nisi Christi Iesu larga dignatio affuerit, nusquam reperiendi locum patere. " *miro modo recuperat.* Dixit conversusque ad dexteram videt illam quasi plumam levissimam super undam ferri, cum tantae molis fuisse cuncti memorarent ut, mirum dictu, non vitream, sed marmoream, stagneam vel aeneam seu cuiuslibet ponderosi metalli effigiem praeferre crederes. Quis illam usque ad aquam illaesam crederet pervenisse? Quis non pedibus equorum proculcatam, vel impulsione navium vel remorum seu etiam praeruptorum scopulorum, qui maxime illic redundant, crederet collisione, ut dicitur, centenis frustis minutatim confractam? Hanc C itaque Godefridus, Christi suffragante clementia, ab ipsis fluctibus cum ingenti gaudio eripiens diligenterque omni ex parte intuens, sanam et ab omni vestigio collisionis reperit immunem, ac si super mollissima pulvinaria de humili loco decidisset, ut nec quid parum olei defluxisse, nec linteolum, quo eminentior pars umbonis obturatur, cerneretur decidisse. Hinc gaudia geminari, Christi virtus efferri, illiusque famuli Nicolai beatum nomen amplius declarari. Hoc quippe non ad iacturam vel crimen accidit Godefridi, sed ut cunctis ubique declararetur cuius pietatis secum reliquias ferret.

Romam reduci 20. Haec vero singillatim antistiti civitatis referens, cum magno tripudio inde egressus Romuliae civitati iterato invehitur. Mox itaque ab aulicis in praesentiam universalis episcopi, videlicet domni Paschalis, intromittitur. Cui idem reverenter assurgens, cum maximo pietatis affectu deosculato, una secum accumbere cogit. Cuius prudentiam fama praecognitam experiri flagrans, multa tam de divinis quam de mundanis proponens ad enodandum et quae difficilia intellectu videbantur, nequaquam habuit imparatum.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

Paschalis II causam contra monachos adiudicat. *Luc. 12, 42.* 21. Videns ergo Paschalis in Godefrido totius prudentiae et pietatis culmina redundare, supplicat ne graviter ferret quod pridie non adeo ut fidelis dispensator domus Dei ab ipso exceptus, auditus exauditusque fuisset; noverit animum dispersum per innumera nequaquam posse sufficere ad singula. Non videbatur durum Godefrido quomodo in se delinquenti proximo condonaret ex animo. Exhinc Paschalis apices suo charactere insignitos ipsi tradit, inter alia interserens ut pater coenobii Beati Gualerici una cum monachis in cunctis obsecundaret Ambianensi praesuli sicut patri et pastori (1). Apostolica itaque auctoritate simul et benedictione munitus Ambianis revertebatur et repatriabat quam citius.

Cum in Italia, iubentibus sociis, alieno nomine Herveus vocatus esset, 22. Cum autem in cisalpina Gallia Godefridus commoraretur, visum est ipsius itineris comitibus ut, mutato proprio nomine, Herveus diceretur, ut, mutato proprio vocabulo, persona etiam celaretur. Nomina etenim divitum, ut ait quidam, ubique celebrantur, multique agnoscentes nomen hominis deprehendunt et personam divitis. Ideoque ipsi admodum verebantur ne, si noto vocabulo in externis censeretur, aliquid infortunii incurrerent, ne rebus vel vita, stimulante barbarae nationis perfidia, privarentur. Hoc itaque servus Christi primo dure accepit; sed quia nequibat illorum obniti voluntati, adulterinum nomen sibi falso impositum invitus tulit, et tamen ubicumque hospitandi gratia divertebatur, omnes mirum in modum quod praesul exsisteret praeconabantur. Sed quid in orbe antiquo serpente callidius? quid in mundo malignitate versutiaque eius artificiosius? qui non solum noxia, verum et otiosa nostra conservans iugi memoria, nititur nos in conspectu Dei nostri accusare die ac nocte.

hac re abutitur diabolus 23. Erat igitur tunc temporis in Pontivorum [1] solo apud castellum, quod dicitur Domnum Medardum (2), quaedam mulier Deo dilecta, in reclusione posita. Quae cum gravi paralysi veterno corporis vexaretur, adeo ut penitus standi copiam amisisse cerneretur, spiritus tamen interioris hominis, qui renovatur in timore Dei, vigore F vegetata, vitiorum enervitati succumbere nescia, contra incentiva carnis viriliter dimicabat. Quinquaginta et eo amplius annis, ut fama ferebat, in ipso loco immobilis perstitit. Cui venerabilis Ambianensium praesul Godefridus hordeaceam farinulam mittere solitus erat. Exhinc illa, addito modico sale seu herbis virentibus, fatiscentes artus sustentabat, hoc plane deliciosis ferculis natatilium seu quadrupedum praeponens. Hic itaque tam artus [2] victus paene in omni vita illi beatae exstitit feminae. Per omne temporis spatium quo vir Dei Godefridus exteram incoluit plagam vel regionem, obnixius omnium Creatorem deprecabatur, ut cum salute et sospitate quam citius ad propria redire mereretur; adeo felicem regressum illius in urbem egeni ac religione praediti praestolabantur. Huic igitur quadam die oranti ac pro hoc ipso ardentius supplicanti callidus daemon, qui mille habet nocendi artes, in *Sulp. Sev. V. Martini 22.*

19. — [1] *supplendum duxi.*

23. — [1] Pontinorum *B.* — [2] arti *B.*

(1) Nequaquam litteras huiusmodi a Godefrido esse impetratas monuimus supra, p. 894-95, num. 17. —

(2) Domart-en-Ponthieu (dép. Somme, arr. Doulens).

effigie

effigie cuiusdam religiosi viri prae oculis eius apparuit; cui et dixit: " Super quo tam profuse „ lacrimando Christum deprecaris sedulo? „ Ad quod illa: " Pro domino meo „, respondit, " Godefrido Ambianensi praesule. „ Cui versutus daemon: " Nequaquam Ambianensium praesul „ vocatur modo Godefridus, sed Herveus. „ E contrario mulier: " Desiste amplius fallere me; „ novi enim et bene novi beatum virum. „ Ausus est iterato Sathan inculcare eadem verba fallaciae: " Ut video „, infit, " oblivionem <seu [3]> „ lethargum pateris. Ideo ignoras quid loquaris. „ Iam tibi dixi, et id ipsum iterum iterumque „ replico, ne adicias ulterius Christum pro Godefrido episcopo deprecari, sed pro Herveo. Non „ enim modo Godefridus dicitur, sed Herveus. „ Credisne mihi? Mirum si non credis, utpote tibi „ vera praeconanti. „ At illa: " Quam diu „, ait, " advixero, Iesum Christum pro Godefrido pastore „ et patrono meo deprecabor, ipsius corpus et animam passioni unigeniti Filii Dei commendabo, „ ut sospes cum alacritate queat repatriare. „ Cui protinus daemon: " Agnoscisne me? „ Ad quod illa paulum reticens, tandem, sibi Christi flamine revelante, intellegens versutias Sathanae, in haec erumpit: " O artifex totius per- „ versitatis, o aemule totius pietatis, o insectator „ totius sacrae virtutis, desine iam nunc a piorum „ infestatione, quorum iudicio tradendus eris in „ ignem gehennae. Spiritu etenim Iesu Christi „ subnixa agnosco quis sis; in cuius virtute impero „ tibi, spiritus immunde, quam citius a facie mea „ recede. „ Tum vero, uti pruinosus radio solis scissus ab oculis intuentium deperit, ita quoque hic antiquus regulus, tantae maiestatis nomen ferre non praevalens, nec signo tropaei regis aeterni resistere sufficiens, quasi fulminatus a conspectu illius religiosae magno cum sonitu terroris ululando aufugit.

ut piam mulierem, sancto valde addictam, conturbet.

B

Quas daemonis fraudes, postquam Ambianos reversus est

24. Itaque Godefridus Italiam pertransiens anulum gloriosi Christi confessoris Honorati Ambianensis pontificis, quem Girvinus praedecessor eius illis in partibus vendiderat (1), dato condigno pretio, secum referens, ad propriam sedem revertitur. Quo votis sollemniter excepto, abbas Sancti Gualerici accersitur iterato; in medium profert Godefridus apices ab apostolico sibi delegatos, atque Symoni magistro ac praeposito tradens, imperat coram omni frequentia recitari. Cum ergo ad id ventum esset quo domnus Paschalis patrem coenobii Beati Walerici Ambianensium pontifici in omnibus praecipiebat obsecundare sicut patri et pastori, cumque abbas et monachi criminarentur illum aliter quam scripta se habebant profari, ipsi quoque relegentes cum perspicerent veracia fore quae a Symone fuerant recitata, non valentes nec audentes adversus Romani praesulis edictum obniti, pedibus beati viri provolvuntur, pro leviter gestis veniam precantur; quam congrua satisfactione consequuntur. Sicque hactenus abbas praedicti coenobii Ambianensi praesuli omni oboedientia more ecclesiastici ritus in cunctis subditur.

C

et monachos S. Walarici in suam potestatem redegit,

25. Exhinc ergo cum Godefridus parrochiam ex more circuiret, ut ovibus sibi creditis verbi Dei pabulum ministraret, vel, si qua circa divini cultus ministerium neglegentius agerentur, in melius reformaret, ad praefatam Christi ancillam, pro ipsius amore in reclusione constitutam, accessit; nam talibus victus necessaria suppeditabat et ex suis abundantiis illorum inopiam diligentissime supplebat. Quem videns illa: " Num tu es „, inquit, " dominus meus Godefri- „ dus? Quis igitur ille fuit qui te a memoria mea „ delere et nescio quem Herveum moliebatur „ proterve inserere? „ Sic orsa concinnat, quae et quanta ab improbo daemone super hoc pertulerit singillatim pronuntiat. Quod audiens Godefridus nimium horret, paululumque in semet Herveus magno cum dolore memorat illam vera profari; postremo solo tenus procumbens pugnisque pectus diutissime tundens, admodum maeret se quoquo modo cessisse ad horam nomini simulato. O beatum virum omnique praeconio favoris prosequendum! Quomodo enim in gravibus ardere poterat, qui se ipsum tam districta examinis sententia et in levissimis strictim examinabat?

magno cum dolore agnoscit.

E

26. Firminus gloriosus martyr et Ambianensium primus praesul, exacto felicis agonis cursu, in eadem urbe tumulatus, se veraciter cum Christo vivere incolis [1] innumera beneficia impertiendo declarat. Quadam itaque die, dum sacerdos Godefridus verbi Dei semina gregi commisso sollemniter de more erogaret, inter colloquendum flectens lumina ad cineres eiusdem praeclari agonistae Firmini, — nam hactenus humili continebantur urna (2): — " O filioli „, proclamat, " intuemini quantum beatis martyribus „ obnoxii quantumque debitores sumus, quorum „ patrocinio in praesenti ab ingruentibus peri- „ culis eripi, quorum suffragiis caelestia confidi-

S. Firmini reliquias

F

[3] *addidi ad ea quae habet ipse scriptor III, 14.*

26. — [1] in caelis *legit Surius.*

(1) Saltem bis, an. 1091 et 1093, Gervinus in Italiam ad Urbanum II pontificem iter habuit. — (2) Quin in illa S. Firmini genuinae reliquiae conditae essent, non dubitabat Nicolaus, neque Godefridus. Contra vehementer dubitare se manifestavit Guibertus de Novigento atque, praeter alias, tamquam rationem dubitandi attulit ea quae ab ipso praedecessore suo Godefrido sibi essent narrata. Ita ille in praeclaro illo tractatu *De pignoribus sanctorum*, lib. I, c. 3, § 2 (*P.L.*, t. CLVI, col. 625): *Plane decessor meus Ambianensis episcopus, cum corpus Firmini martyris, ut putabat, quatenus de theca in thecam efferret, nullum inibi pitacium, ne unius quidem litterae testimonium, quis ibidem iaceret, invenit. Ab Atrebatensi et ipso Ambianensi episcopis audivi quod refero. Qua de re urbis episcopus plumbeae laminae mox inscripsit quod illic conderetur Firminus martyr Ambianorum episcopus. Nec mora, in monasterio Sancti Dionysii idem actitatur. Parata ab abbate ornatiori capsa, dum inde extollitur, dum cum membris caput evolvitur, membranula in martyris naribus reperitur, in qua quod esset Firminus Ambianensis martyr expromitur. Igitur Ambianensibus cum nil in tanto astipuletur negotio, aliis autem e regione, cum vel vocem testimonia qualiacumque suppeditent, ratio, quaeso, cuiuslibet iudicium factura consedeat. Quicquid in plumbea a domino episcopo scriptum est lamina nonne iure cassabitur, cui in conscriptione illa nil prorsus testificatur? Et certe Dionysienses illi quomodocumque vel mutiunt, qui saltem litterulis utcumque subnixi sunt* et q. s. Utrum recte iudicaverit Guibertus, hic non inquirimus ultroque fatemur reliquias Sandionysionenses, etiam opportuna illa membranula reperta, non satis contra alias dubitandi rationes confirmari. Sed, omisso ipso boc iudicio, vera protulisse Guibertum crediderim neque assentiri possum Stiltingo nostro, qui fervidius quam sapientius in Guiberti narrationem atque in Guibertum ipsum est invectus (*Act. SS.*, Sept. t. VII, p. 43-46). Putavit Godefridus Ambianis servari Firmini Ambianensis martyris reliquias; imprudenter putasse propter hanc solam rationem quod nullum pitacium in capsa inventum esset, nemo prudens dixerit. Cetera, quae obscura videntur, huius loci non sunt et ad eos pertinent qui de S. Firmini historia et cultu inquirunt.

„ mus

in theca pulcherrima conditas

„ mus nancisci. Ideoque memoriam ipsorum „ interim diligenter frequentare studeamus in „ hac convalle plorationis, ut memores nostri „ fieri dignentur in astris. Proinde fidelium „ placuit devotioni in honore illorum basilicas „ exstrui, busta eorum electro, auro seu argento „ contegi, non quod his indigeant vel clariores „ beatioresque exinde reddantur, sed ut talibus „ fidei pietatisque, quo erga eos fervent, appa- „ reat devotio. Itaque advertentes quam angusto „ artus beati Firmini praesulis et martyris patro- „ nique nostri detineantur loculo, rutilantis me- „ talli speciem ad fingendum condignum tanto „ martyri receptaculum prompto mentis voto „ offerte. „ His dictis, omnibus quam maximus id exsequendi innatus est ardor. Hinc cerneres aurum argentumque plerosque ex penetralibus proferre, hinc armillas, anulos, inaures certatim auri<bu>s digitisque propellere, nonnullos etiam sinuosa pelagi volumina transnavigare, quam plures quoque ignotas terrarum plagas exaestuanti animi desiderio petere, aurea pallia vel holoserica magnosque tapetas ad exornandum

B ipsius agonistae Christi basilicam deferri. Igitur perfecto eleganter zelatoris Christi loculo, adveniente die quo sancitum fuerat pretiosi martyris transferri membra, adeo occurrit infinita multitudo ut omnem Europam illuc confluxisse putares in momento (1). Accedit Godefridus praesul cum reliquis sacerdotibus quo caelestis servabatur thesaurus et ponit omni<a> singillatim cum ingenti animi tremore ante obtutus circumstantium. Quae cernens fidelis populus, cum maximo lacrimarum imbre Iesu Christo laudum munia persolvit, quod eius testis invicti meriti fuissent [a] artus intueri. Hortatur cunctos servus Christi Godefridus loca sanctorum saepius invisere, illic vota fidelia persolvere, illorum tutelae se suosque committere, asserens fidelibus ex hoc innumera beneficia provenire. Sicque omnibus benedicens, ad propria singulos cum gaudio solvit abire. Huic pio spectaculo fere universi Ambianensis urbis suburbici defuerunt, alii hospitibus affinibusque excipiendis occupati, alii nundinis operam dantes, proceres quique ac nobiles, ne quid tumultus vel seditionis in tanta populi multitudine exoriretur, sollicite invigilantes. His

coram innumera multitudine transfert.

C itaque transactis et, ut iam dictum est, singulis ad propria digressis, Ambianensium cives una cum reliqua multitudine mixti, occurrentes praesuli Godefrido, orant ut diu desideratos martyris artus, pii videlicet patroni sui, obtutibus illorum exponeret. Quibus Dei amicus non sine grandi ammiratione : " Quo „, inquit, " nudius tertius „ recessistis, quando cunctis qui affuere propria „ manu martyris membra ostendi?|„ Cui cum universi diversa opponerent, nec ad id animum illius posse flecti viderent, lacrimosis vocibus una conqueruntur, talia prosequentes : " En „, inquiunt, " ab illius intuitu privabimur, cuius amore ducti „ auro argentoque aerarium exspoliavimus, inau- „ res, anulos ac reliqua ornamenta a propriis „ uxorum natarumve digitis auribusque detraxi- „ mus atque ipsam vitae lucem parvi pendentes, „ fragili rate maris pericula, saepissime in con-

Ambianensibus postulantibus ut sibi etiam reliquiae ostenderentur,

Auctore Nicolao monacho

„ finium mortis incidentes, cum gravi difficultate „ praeterlegimus ac barbararum nationum con- „ termina, in barathrum leti creberrime inciden- „ tes, attigimus, hinc et inde aulea et cetera „ ornamentorum insignia ad exornandam huius- „ cemodi martyris, episcopi patronique nostri, „ basilicam cum ingenti sudore detulimus. Er- „ gone tanta ac talia pro Firmino passi, ab eius „ sacrosanctis cineribus contemplandis arcebi- „ mur ut ethnici? „ Haec et his similia illis et in hunc modum prosequentibus, Godefridus, ut erat clementissimi cordis, flectitur ad preces eorum atque in die celebritatis omnium sanctorum, praemisso ieiunio, censet adimplere desiderium ipsorum.

morem gerit

27. Eo tempore regionem illam iugis nebula densaque caligo adeo obtexerat ut solis globus lapsus ab aethere putaretur. Nam viginti et eo amplius dierum exacto spatio ab omni die recesserat, nec aliquando in tanto dierum termino lampade eius mortalibus uti concessum fuit. Unde incolae regionis dira conicientes omnia, triste quid sibi accidere nimium formidolosi verebantur. Adve-

et ita efficit

E niente igitur omnium sanctorum sollemnitate, tenebras rumpente diliculo, expergefacti omnes ad ecclesiam martyris coeunt, praestolantes praesulis Godefridi promissum. Quique adveniens capsam in qua paulo ante artus beati martyris reconderat, solo tenus iubet deponi. Qua effracta, pontificalibus vestibus redimitus, nudipes, crebris singultibus quatiens pectus, reverenter appropians, — nam in talibus valde timoratus devotusque exsistebat, — sacros artus super pallium purpureum effundens ac pectori astringens, in editiori loco, quo a cunctis quiret videri, constitit. Demum post sollemnia adhortationum verba: „ En, carissimi „, proclamat, " en super quo „ pridem vestra flagravit devotio; en, inquam, „ Firmini Christi testis ac protectoris nostri sacra „ membra vel busta. „ Ad hoc verbum solis iubar totius basilicae spatium, uti fulget in virtute sua, perlustravit; cum, sicut iam dictum est, exacto prope uno mense nec tenue radii vestigium quisquam incolarum intueri quiverit. Ex hoc nimium exhilarati talia proclamabant : " Glo- „ ria tibi, Christe, lumen indeficiens, qui sanctos „ tuos laurea immortalitatis remunerans in cae-

Cf. Apoc. 1, 16.

ut caelo serenitas restituatur.

F „ lis, digne pro meritis tanta ac talia per ipsos „ operari dignaris in terris. Petimus Firmini „ precibus muniri, cuius signis evidentibus tibi „ mors pretiosa complacuit. „ Haec et quam plurima in Christi laudibus declamantes, deprecabantur servum Dei Godefridum, ut dexteram martyris seorsum poneret, ut eam intueri exoscularique, cum rei poposcisset utilitas, opportunius quirent. Quod et factum est. His rite gestis, innumeras grates Godefrido pro tantis beneficiis rependentes revertuntur ad propria.

28. Transtulit etiam venerabilis praesul corpus sanctissimi Salvii confessoris ac Ambianensium pontificis in locum quo nunc pia fidelium memoria veneratur, aliorumque plurimorum (2). Haec autem quando et quomodo, Christo auspice, gesta sint, et quae vel quanta, ipso Deo et hominis Filio merita servorum suorum terrigenis

S. Salvii reliquias transfert.

[a] fuisset *B*.

(1) Res more suo auget Nicolaus et hic et in tota narratione, ut cum affirmat, etsi ingens illa multitudo ad spectaculum concurrisset, vix paucos Ambianenses ei praesentes interfuisse. Quae qui aequo animo consideraverit, non movebitur acerrima boni Acherii vituperatione, qua Nicolao exprobrat quod haec omnia ex industria composuerit ut fucum faceret et obnubilaret veritatem (*Guiberti de Novigento opera*, p. 566; *P.L.*, t. CLVI, col. 1027-29). — (2) Cf. supra, p. 899, ad an. 1111, iun. 11.

declarante,

Auctore Nicolao monacho

declarante, acciderint, propter vitandum lectorum auditorumve fastidium huic opusculo inserere non temere supersedimus.

In oppido S. Audomari

29. Libet etiam huius servi Christi humilitatem et iugem contra perversorum insaniam conflictationem ad medium deducere fideliumque memoriae tradere, quibus duobus quasi clipeo seu ancipiti gladio munitus, hinc assultus incursantium telaque inimicorum provide ac constanter excipiebat, hinc vero truculent<or>um ferocitatem luporum, gregi dominico insidiantium, nec aliquando nisi ficte parcentium, pro posse procul pellebat. Robertus Flandrensium comes, saeculari militia gazarumque pompa famosissimus duxque Hierozolimitani itineris praevius, diem dominici natalis statuit apud Sanctum Audomarum festivam ac sollemnem ducere (1). Affuerunt illic duces, comites ac diversorum locorum magnates totiusque provinciae milites, gallicae etiam regionis episcopi quam plures; inter quos et Godefridus piae memoriae praesul. A quo et officiosissime susceptus, relictis omnibus, cum illo, utpote B magnae auctoritatis viro, secretius diutiusque collocutus est, inter cetera supplicans ut eadem sacrosancta nocte, uti mos ecclesiasticus exigit, omnipotenti Deo sacrificium offerret. Quod Godefridus humiliter suscipiens, devotus peregit. Igitur post lectionem sancti evangelii, omnibus indistincte suas oblationes oblaturis ad altare properantibus, praesul inclitus Godefridus cunctorum qui intonsi comis cernebantur, absque acceptione personarum, vultuum vestiumque, oblationem reppulit, indignum ducens eorum recipere munera qui instar muliercularum cervice comantes gestarent iubas [1]. Ex hoc omnes stupefacti efferis vocibus sciscitantur cuius nominis vel momenti sacerdos exsisteret, qui tanta ac talia et in externis positus ausus fuisset. <At[2] ubi cognoverunt eum esse Godefridum Ambianensium praesulem, quodque ipsos reppulisset> ob crinium omnimodam[3] intonsionem, mirum dictu, cerneres quam plures gladiis seu cultellis, — nam forcipibus carebant, — certatim comas resecare, infelices se ac miseros clamare, si ob id tanti viri privarentur benedictione; celebrique fama non solum in aula comitis, sed et in cunctis finibus gallicae regionis, C huius praeclari ausus aeternaque memoria digni fama percrebuit, videlicet Godefridum et in externis positum in huius regionis principibus exercuisse quod reliqui pontifices in propriis sedibus constituti neglegunt vel nequeunt etiam in ultimis homuncionibus agere. Ob id non solum reliquae multitudini, verum etiam quam maxime reverendus habebatur ipsi comiti.

quorundam mores effeminatos severe coercet.

Adamum castellanum Ambianensem

30. Igitur praesul Godefridus ad propriam urbem revertebatur, ducens in comitatu suo Adam principem ipsius civitatis (2). Cum itaque proprios fines intrasset, respiciens idem vir ad episcopum : “ Num „ ait, “ venerande pater, „ ignoras quantas Guermundus, municipii Pinqui- D „ niaci vicedominus (3), mihi moliatur insidias ? „ Nempe a multis praecedentibus annis ad invicem rixantes, vario eventu duelli dimicavimus; „ nunc vero mihi valde est compertum quod, si „ quoquo modo comprehendor, aut inaudita suppliciorum luam genera, vel certe gladio feriendus addicar. Nunc itaque, si tibi videtur, alia „ via digrediar; nam auxilio militum meorum „ destitutus, si nobis obvius venerit, nequaquam „ resistere valebo illius tyrannidi. „ Ad hoc Godefridus nimium admirans : “ Num „ inquit, “ ipse meus est sicut et tu? Nonne pridie iureiurando pollicitus est mihi, utpote domino suo, „ honorem pacemque sequestra fide perenniter „ servaturum? Fido equidem in omnipotenti Deo, „ quod, si modo millenis militum cohortibus circumvallatus adveniat, nec saltem durius verbum „ proferre, nedum te audeat a latere meo seu consortio abducere. Quod si mutata facie tam immane facinus nefasque non timuerit admittere, „ testor Christum quod te catenatum, te manibus „ vinctum prosequar, quocumque te voluntas „ tyranni abduxerit. Sed unde tam ineptus sermo? E „ Omnem timorem pelle ex animo. Ergo talia „ relinquamus et coeptum iter evolvamus. „ Haec illis alterno sermone reciproce conferentibus, ecce vicedominus turma equitum fretus, equis sudantibus, fit obvius; consalutatoque episcopo, conversus ad laevam : “ Num tu es „, praefurens exclamat, “ Adam, mihi semper infestissime ? O „ infelicissime mortalium! quod infaustum omen „ huc usque te appulit, cum melius tibi foret privatam tenuemque vitam peragere quam interceptum tali homine? Sed quid opus verbis? „ Quid plura? Itaque absque reverentia sacerdotis tanti, sonipede exturbatur, solo tenus deicitur, strictis ensibus hinc inde impetitur. Quod cernens Godefridus, equo desiliens ac super miserum toto corpore procumbens, protenso iugulo, imbre lacrimarum perfusus : “ Quaenam „, inquit, “ inclementia, quae insatiabilis rabies, quae dira „ erinys, Guermunde, ad hoc usque te impulit ut „ me coram, videlicet domino tuo, fidem fasque „ transgrediens molireris ? Nunc itaque, quia „ extrema adesse praesentio, propriam cervicem, „ si placet, lictori protendo, animam meam pro „ Adam meo pono, dum illi vita, dum illi redire F „ concedatur ad propria. „ Haec cernentes omnes illius itineris comites, relicto eo, hac illacque diffugiunt; nam sperabant illum una simul cum Adam occubuisse. Matth. 26. 56. Tandem de pulvere campi miserabilis attollitur, sonipedi imponitur, catenatus cum ingenti tripudio Pinquiniacum perducitur. Quem praedicandus Godefridus flens et eiulans capillosque sacro vertice divellens, solus prosequitur, se illius proditorem tantique mali se protestans auctorem. Ventum est ergo Pinquiniacum. Intromissis omnibus, iubet tyrannus Godefridum arceri pro foribus. Exhinc magis magisque ingemiscens, omni humano destitutus auxilio,

a Wermundo ecclesiae vicedomino captum

29. — [1] *ita V;* iubar *B.* — [2] (At ... reppulisset) *Haec in B casu praetermissa ex epitome V supplevimus.* — [3] *om. B.*

(1) Anno 1106, ut videtur. Cf. supra, p. 898. — (2) Id est dominus Castelli Ambianensis, de quo Guibertus supra, p. 903. Adami filius Adelelmus in litteris anno 1151 datis se *Ambianis civitatis principem quartum* dicit (A. de Calonne, *Histoire de la ville d'Amiens*, t. I, p. 144), id est, ut videtur (cf. ibid.) unus e quattuor principibus seu dominis (reliqui tres erant episcopus, comes et vicedominus). Eundem Adamum Suggerius abbas, in Vita Ludovici VI regis, c. 23 (ed. A. Molinier, p. 83) tyrannum dicit : *civitatem Ambianensem regressus* (rex) *turrim eiusdem civitatis Ade cuiusdam tiranni, ecclesias et totam viciniam dilapidantem, obsedit.* Etsi rem non luculentam esse fateor, crediderim tamen ipsum Adamum a Nicolao nostro infra notari (lib. III, c. 21), ubi de *Adelelmo huius urbis tyranno* loquitur (cf. annot. ad h. l.). — (3) Picquigny (dép. Somme, arr. Amiens). Erat Guermundus Pinquiniaci incola seu dominus, vicedominus autem ecclesiae Ambianensis. De quo argute scripsit, nomine viri non prolato, Guibertus abbas supra, p. 904.

multa

nulla ratione a se liberari posse multa secum conquerens, solus Ambianis revertitur. Inde clerum ac reliquam multitudinem convocans, refert cuncta quae sibi acciderant. Quo comperto, universam urbis faciem dolor ingensque obnubilat confusio; hinc illi insperatam domini sui captionem immitemque custodiam, hinc illi amplius iniuriam praesulis gravius ferebant.

plurimum dolens Godefridus, **31.** Itaque Godefridus corpora sanctorum Firmini ac reliquorum solo tenus deponit, ecclesias provinciae infidi vicedomini claudit, ipsum cunctosque ipsi faventes ore manuque anathematis
I Cor. 5, 5. virga percutiens, Sathanae tradit in interitum carnis. Exhinc ab utrisque partibus punica bella acerrime geruntur; hinc assidue quatiebat aures Godefridi depopulatio agrorum et vicorum depraedatio, virorum et mulierum seu parvulorum subversio, vel concrematio ecclesiarum. Quibus Dei servus angustiis interceptus, flebat uberrime, miserum se protestans quod tali fuisset reservatus in tempore.

Ps. 101, 6. **32.** Ergo a voce gemitus [1] eius adhaeserat
B os ipsius carni suae, infirmioribus videlicet compatiendo, priorisque conversationis quietem, quam monachus exercebat, reminiscens,
Ibid. 7. similis erat pellicano solitudinis; ceterisque in peccati somno stertentibus, spiritualem animae cibum piis operibus sollicite perquirens,
Ibid. factus erat sicut nycticorax in domicilio; et ne inimici insidiantis irretiretur laqueis, neve pedicam incurreret desperationis, fide ac dilectione Dei et proximi fretus, ad sublimia
Ibid. 8 evolans, uti passer singularis manebat in tecto; nullumque omnino carnis et sanguinis admittens
Ps. 9, 10. solacium, nisi illius qui est verus adiutor in oppor-
I Cor. 10, 13. tunitatibus, in tribulatione, nec patitur tentari quemquam supra id quod potest, sed facit cum tentatione proventum, ut queat sustinere, sitiens
Ps. 41, 4. ad fontem vitae perennis, factae sunt lacrimae panes eius die ac nocte.

a piis viris, **33.** Habebat autem secum egregius Godefridus duos heroes, spiritu pauperes, religione animique puritate praecipuos, morum honestate egregios, quorum unus Godefridus, alter dicebatur Otbertus. His itaque domus curam, alendorum animalium operam necnon agriculturae
C exercitium iniunxerat. Quique Godefridus, cum penitus litterarum elementa ignoraret, accepta tamen a Godefrido benedictione, verbi Dei semina per populos adeo disseminabat strenue ut tam ipse beatus pontifex quam et reliqui nimium mirarentur oratores, unde illiteratus et idiota tam mystica tamque profunda proferret,
Amos 7, 14-15. nisi quod ille qui quondam armentarium replens puerum prophetam effecit, non mirum si et istum scientia sapientiaque sua gratuita clementia perlustraverat. Ad istos ergo vir beatus inquietudinem tumultumque saecularium ferre non sufficiens, confugiebat saepissime, quippe talium assiduitate ac sincera collocutione oblectabatur quam maxime.

quos familiariter inviserat, **34.** Quodam igitur die superveniens Godefridus in cella qua degebant, reperiens ipsos pauperum pedes abluentes propriaque vestimenta ipsis tribuentes ac cibis, quos paulo ante a dispensatore domus acceperant, — hos quippe crebro ventri subtrahebant, — egenos reficientes, hilari, ut erat, vultu: " Quid agitis ", reverenter exclamat, " o felices ac Deo digni? " Ad quod illi: " Pater beatissime ", respondent, " orationibus " tuis amminiculantibus, bonum et iucundum. " Quibus Godefridus: " Aptius vel enucleatius " quod profertis edisserite. " — " Nam, " aiunt, " bonum et iucundum tibi, pater, videtur paupe- " res recreare? Ex hoc enim promerentur gaudia " beatorum spirituum, iucunda regna iustorum, " felix ac iugis contemplatio Christi regis regum " omnium. " Quibus Godefridus, summissa cervice: " Ut asseritis ", inquit, " ita est. Nunc ita- " que, quaeso, pro me Christum exorate, ut cum " istis in regiam merear introire. " AUCTORE NICOLAO MONACHO

accepto consilio, **35.** Cum itaque sacerdos intra penetralia domus solus resideret, accessit ad eum saepe dictus humillimus Godefridus. Quem cum insolito angore animi angi perpenderet, ausu familiarissimo ipsum prior affatur: " Cur, praesul vene- " rande, tanto maerore afficeris? unde faciem " tuam operit tam repentini casus doloris? Credo " quod non aliqua mentis levitate ducaris, nec " terreni cuiuslibet commodi iactura laedaris. " Ad hoc Godefridus, utcumque poterat, — nam
E ex intimis luminibus affatim profluebant lacrimae: — " Unde ", ingeminat, " unde mihi gau- " dendum, quidve dulcius seu commodius quam " fragili carne exspoliari et cum caelitibus pacis " visione perfrui? Proh dolor! en, uti nauta, " amisso clavo, quorsum tempestas ratem in " scopulos vel cautes impegerit coactus sequitur, " ita mens inops, undique immensis tribulatio- " num fluctibus artata, hac illacque titubat, nec " usquam quietis dulcedinem apprehendit, quam " pridem reliquerat. Etenim considero ecclesias " Christi subverti, gregem mihi commissum pes- " sumdari, regionem ad tuendum creditam, sub- " tractis incolis, ferro, flamma, fame eversum iri; " hi gladiis sudibusque confossi, illi luminibus " privati, alii in incendio concremati, praecipi- " tiis aquisve praefocati, innumeris exitii cladi- " dibus excedere luce referuntur praesenti. Atta- " men unum solum superesse video, scilicet in
" Christo uti erinaceis in petra unicum confu- Ps. 103, 18.
" gium. " His Gaufridus subnectens: " O praesu- " sulum serenissime ", inquit, " quamquam supre- " mae sapientiae culmina attigeris, quamvis etiam " mundanae scientiae thesauros iam plene cogno-
F " veris, ac pro hoc nequaquam nostri tantilli " consilii indigus videaris, causa fomesque tantae " cladis [1] est Adam de turre huiuscemodi urbis, " quem infaustus vicedominus prae oculis prae- " que manibus tuis arreptum hactenus in vinculis " non veretur, immo gestit, retinere. Hunc quia " nequis precibus regum comitumve a sententia " deflectere, regis aeterni pium imitans exem- " plum, humilitate illum ac satisfactione aggre- " dere. " His dictis, recedit (1). *rem humilitate perficere decernit.*

Explicit liber secundus.

Capitula libri tertii.

32. — [1] *scripsi secundum Ps. l. c.*; Godefridus *B*.

35. — [1] clades *B*.

(1) Inconcinne terminum libro II hic posuit Nicolaus et reliquam huius narrationis partem in librum III reservavit.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

<LIBER TERTIUS.>

(Scriptor fidem suam in narrando commendat).

1. Praeclarum quid, o cultores deitatis, ac hactenus, ut reor, inauditum vix balbutiendo pergit evolvere ineptus sermo, quod non dico summorum praesulum, sed nec quisquam secundi ordinis dignaretur aggredi sacerdotum. Vos rogo, mihi credite, quia, ut iam praemisimus, non ex propriis commentamur, sed ex fidelium, qui videre et audiere, haec omnia pia relatione didicimus. Quod si quisquam incredulus fuerit, ipse peccabit. Recolo quendam, cuius nomen parvi E pendo ad medium deducere, nuper mihi dixisse quare tantis naeniis seu deliramentis festinarem schedulas implicare. O virum miserabilem et, ut ita dixerim, daemone deteriorem! Nempe, attestante et astipulante Iacobo apostolo, daemones (Iac. 2, 19.) credunt et contremiscunt. Revera etenim agnoscunt actus prophetarum et apostolorum ac reliquorum sanctorum, velint nolint, venerantur et contremiscunt; ast contra hic infelix, non dico non veneratur, immo nec cognoscere satagit. Hoc quippe perversorum est proprium, bonum quo se perpendunt carere, et in reliquis odisse. Igitur hic iste quam probum quamque sibi fidum me ipsum toto mentis affectu praedicaret, si [1] Ganymedis impurum raptum, si Iovis et Iunonis [2] incestum ac reliqua illi [3] spuria gesta, quam maxime cunctorum ore fidelium improbanda atque locis, horis et momentis omnibus devitanda, scriptitarem. Ergo quisquis talis es, iuxta illud Augustini Aurelii: *Exinanire, quo plenus es, ut queas impleri quo inanis es.* Hoc tantum adversus aemulos et obtrectatores dixerim. Nunc qualicumque stilo huius praeclari viri reliqua expediamus gesta.

Godefridus ergo, cum Pinquiniacum

2. Igitur Godefridus nocte soporatus, residens in lectulo, plurima revolvit in animo, utrum Gaufridi pareret consilio an non. Hinc enim illum rigor sacerdotalis, ne reliqui praedones humilitate illius insolescerent, detinebat; hinc autem ad subveniendum captivo pietas propellebat. Attamen inter multa cogitationum perpendens volumina illum de Christi grege, quibus et ipse: *Nolite,* inquit, *timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum,* (Luc. 12, 32.) non infimum exsistere, quodque nil aliud quam quod ipse summus pastor gregis illi revelarat posset edicere, deliberat in omnibus eius consilio oboedire. Itaque post expletam matutinorum omnipotenti Deo laudem, advocans Gaufridum una cum collega Otberto, uni propria calciamenta collo tenus dependens, alterius vero umeris palliolum imponens, cilicio simplicique habitu monachi, videlicet cucullo, circumtectus, nudipes horrendum ac peregrinum iter aggreditur Pinquiniacum ducens; quod municipium octo milium spatio, ut fertur, ab urbe separatur. Erat autem sabbatum

1. — [1] *suppletum m. pr. in marg. B.* — [2] (si I. et I.) *dubitans scripsi ;* Semonis et Vlonis *B ; verba in exemplari suo etiam, ut videtur, corrupta omisit Surius.* — [3] *post* illi *breve spatium vacuum in B ; forsan corrigendum :* illa.

ac

A ac vigilia praecelsi martyris Sebastiani, cuius aeque celebritas in crastino, id est prima sabbati, erat futura. Iam autem sol signum aquarii intraverat, iam saevis aquilonibus stridentibus algidior bruma inhorruerat, iamque adeo urebant montana nives camposque patentes, nec duraturae conspecto sole pruinae, hirta[1] comis tellus, ut non solum homines, sed et armenta ac pecudes nec gratia depascendi gramina e stabulis prorumpere quirent. Nemora, amnes, stagna semitarumque itinera gelu niveque candebant, ut vix etiam sagaci lumine rimata posset reperiri semita. Ita se telluris superficies habebat. Hoc itaque tam delicatum iter praesul magnificus ac cum omni cordis orisque reverentia nominandus Godefridus nudipes, dilectione vera proximi cogente, arripiens, perveniensque ad ecclesiam in honore beati Remigii confessoris Christi in nemore sitam (1), Christi monachorum inibi degentium excipitur occursu. Hiscunt atque cum ingenti maerore sollicitius perquirunt unde et quo et cur tam lugubris habitus speciem tantus sacerdos praetenderet? Incipiunt etiam una simul cum ipso, si dignaretur, si pateretur, pergere. Quos servus Christi nequaquam passus est extra saepta monasterii gressum evolvere, asserens illos solacio sibi fore, si dignentur omnium Creatori pro ipso preces fundere. Sic itaque cunctis benedicens ac valedicens, tantum illorum duorum, quos supra memoravimus, nobili comitatus consortio, inter eundum Domino psalmodiam illo suo more dulciter decantans, quo tendebat pervenit. Quo ingressus, caputio faciem, ne agnosceretur, obvelatus, vicedominum in platea, turma utriusque sexus stipatum, offendit. Cuius vestigiis advolutus, propriis manibus astringens deosculabatur lacrimisque rigabat propensius, cum ille torvo, ut erat aspectu: " O quisquis es, unde et cuius rei gratia „ adveneris, pandere ne cuncteris. „ Ad quod Godefridus, rarescente anhelitu, — nam intolerabilis frigoris angustia interceptus, adeo ut sanguinem exspuere videretur: — " Ego sum „, inquit, " Godefridus Ambianensium praesul, tuus etiam „ rite qualiscumque temporalis dominus. Ea cari„ tate qua Christus trophaeum crucis conscendit, „ protoplastum Adam de zabuli erepturus fauci„ bus, ut meum Adam, quem in vinculis detines, „ mihi reddas, huc venire compulsus. „ Tunc assistentes rei novitate, quasi igne ab aethere elapso, fulminati, in terram pariter corruentes, nihil poterant eloqui. Tandem laxato dolore, ubi vox invenit iter gemitusque in verba soluti, imbre lacrimarum inundante, una exclamant: " O pontificum splendor, o omnium iustorum „ forma, o Ambianensium gloria, o patriae decus „ et tutela, o omnium nostrum spes et laetitia, „ cur ante cruenti tyranni tam summissus provol„ veris vestigia? quare nos inter aspides tigri„ desve computans, huc advenire voluisti ut „ advena seu alter Ninivita? „ Haec aliaque multa cum ingenti animi dolore facieique rubore prosequentes, in ulnas imponentes, vi cogunt illum surgere a loco in quo procubuerat. Is autem vicedominus scelestus, in mortibus crucibusque hominum inhians, furia arreptus huc illucque bacchando ferebatur. Ergo uti aspis surda iacto cominus saxo erigitur, totosque agitata per artus convocat in fauces ac squamea colla venenum, sic ille humilitate viri ac verbis servi Dei velut iaculo transfixus corda, terribiliter contra infrendens talia ructat: " O monache, qua fronte ausus „ es vultus conspicere nostros? Nunquid me „ effeminatum ac penitus virilis animi expertem " censuisti? Anne ita me tibi expositum decernis „ ut quasi pavore perculsus hunc a vinculis „ absolvere properem? Noveritis igitur, Adam, „ quem sors dedit, teneo et longe longumque „ tenebo; quae pridem intulit prae oculis ponens, „ perferat aeternum meritas miserabile poenas. „ Sed quae levitas huc te invexit? Utinam sic „ a Deo in cunctis exaudiaris[2] quomodo relaxem „ tuum Adam a vinculis. Hinc iam usque procul „ maturato recede, ne nostris exturberis a laribus „ cum dedecore. „ His aliisque quam plurimis verborum irritamentis lacessitus Godefridus, nil motus, in ecclesiam Beati Martini inibi constructam secessit illucque, sicut erat nudipes, coram altari flexis genibus, matta supposita, prosternitur; sicque noctem duxit insomnem in omnipotentis Dei laudibus. Quid itaque praesul Godefridus apud cogitationes tumidi divitis, cum nudipes cilicioque circumtectus pedibus illius advolveretur, nisi lampas contempta exstitit? Etenim, <ut> verbis egregii Romani praesulis et doctoris, beati videlicet Gregorii, utar, lampas erat, quia intus flagrabat flamma caritatis; contempta, quia foris nulla resplendebat gloria decoris. Inde etenim derisionum verba, irritamentorum probra contumeliasque recepit, unde humilitatis, innocentiae, patientiae benignitatisque exempla praerogavit. Sed numquid haec lampas semper occulitur? numquid non aliquando vim sui fulgoris exserit? Exserit plane, iam parata est ad tempus. Ut ergo de illo tempore, quo cum Christo adveniens fulgebit ut sol, praetermittamus, etiam in praesenti parvulam sui fulgoris scintillam, uti sequentia declarant, ostendit.

[Margin notes: Lucanus, 4, 52-53. — supplex venisset — C — Stat. Theb. 5, 606-607. — Ps. 57, 5. — Stat. Theb. 2, 411-14. — Auctore Nicolao monacho — et frustra vicedominum esset precatus, — Ibid. 2, 429. — Iob 12, 5. — Moralia, 10, 51. — Iob 12, 5. — Matth. 13, 43.]

3. Igitur rarescentibus tenebris fulgore luciferi, iubet campanam nolam[1] Godefridus ad accien-dum populum pulsari. Itaque non solum ex illo oppido, verum ex finitimis etiam agris et vicis certatim, — nam sperabant pacem ecclesiae redditam, — occurrit infinita multitudo. Quos ipse pastor de divinis abundanter affatimque instruens, praemonet damna temporalium incommodorum F patienter toleranda, Deum sibi obsequentes multimode corripere omnemque filium quem recipit benigne flagellare. Ad ultimum protestatur se ob id ab urbe illo venisse nudipedem, cilicio indutum, vestigiis vicedomini, ut illum ad pietatem humilitate flecteret, procidisse, suumque Adam a compedibus relaxando gremio restitueret matris ecclesiae; se ipsum vero super hoc nil profecisse, quin immo quam plurimis lacessitum iniuriis derisui patuisse. Cumque a circumstantibus acclamaretur ut mitius quam coeperat in vicedominum loqueretur, inflexo animi robore primum se de illis de quibus doctor egregius: *An nescitis,* inquit, *quoniam angelos iudicabimus, quanto magis secularia,* reputans, tyrannum cunctosque illius factionis complices illi de quo in Apocalipsi legitur: *Et nomen illi mors,* omnia ipsorum tradidit in perditionem. O cultores aequi et recti, o scrutatores divinae legis, libet intueri verus iste israelita in quo dolus non est, noster inquam Godefridus, quam mundo corde radio solis iusti-

[Margin notes: coram populo de repulsa sua conqueritur — Hebr. 12, 6. — I Cor. 6, 3. — Apoc. 6, 8. — Ioh. 1, 47.]

2. — [1] hirca *B.* — [2] exacccieris *B.*

3. — [1] *Vid. supra, p. 915, annot. 3.*

(1) Hic erat prioratus Dominae Nostrae de Gratia, alias Sancti Remigii in Nemore, prope Ambianos ad occidentem.

tiae

AUCTORE NICOLAO MONACHO

tiae perfruebatur, ideoque beatus; quique celso meritis vertice residens, nec timori succumbens, nec labori cedens, pro uno homine tanta ac talia, caritate cogente, perpessus, multimode satellitem Sathanae nunc rigore nunc humilitate, nunc blanditiis nunc terroribus, iustitia propellente, aggressus, illum exemplar morum, iustitiae seu
Tit. 2, 12. misericordiae speculum, formam omnium sobrie et pie et iuste in hoc saeculo viventium, si etiam calamus reticeret, insignis misericordiam et veritatem vitae sinceritas aeternae efferret. Quantum
Levit. 19, 15. etenim in ipso fuit, nec abhorruit personam pauperis, nec accepit vultum potentis, sed in cunctis naturam communis condicionis, non gazarum sublimitatem miseriarumve deiectionem attendit,
Rom. 8, 17. meritorum heres, Christi coheres, ne Dei nomen frivole praedicaretur[2].

et Ambianos redux rem Domino committit.

4. Sic vero Godefridus ab oppido, infecto negotio, gressum dirigens, pedes vesperi Ambianis rediit, populumque per plateas discurrentem repperit. Quo viso, occurrunt, stipant, obstupescunt, lamentantur. Quos ipse brevi alloquens demulcet,
B sicque ad asylum praeclari Christi testis Firmini usque progrediens, prosternitur ante sacros cineres ipsius, supplicans ut memor laborum illius, memor etiam omnium quae in ipsum nefandus Guermundus vicedominus exercuerat, quam citius iuxta sua merita retribueretur illi. Dixit, et in propriam domum sese recepit. Sed, sicut ore viri
Eccli. 35. 17. sapientis edocemur, quia non despiciet Dominus preces pupilli nec viduae, si effundat loquelam gemitus, videns vidit afflictionem servi sui sta-
Iob 24, 12. tuitque ulcisci Godefridum, qui nullum delictum derelinquit abire inultum.

Mox autem vicedominus, a comite Pontivensi captus,

5. Igitur paucis evolutis diebus, insanissimus vicedominus, provinciam late depopulans, insidiis militum Guilhelmi consulis Pontivorum (1) decipitur illiusque obtutibus cum magno triumpho praesentatur. Quem nimiis iniuriis excruciatum ferroque religatum trudi iubet in carcerem, illicque non pauco tempore detinetur, angustiatur, nec quorsum voluntas ferebat ei discurrere licitum; dum per singula horarum momenta occasui inhians, incertus vitae redditur, quam multis ad sobrietatem felix reverti cogitur. Perpendens igitur in nullo mortalium nisi in solo Godefrido
C Ambianensium episcopo spem figendam evadendi letum, immodice angebatur animo et quod ipsum innumeris exagitatum iniuriis crudeliter affecisset. Tandem, angustia cogente, de illius unica pietate, qua et inimicos sincera amplectebatur dilectione, sumens ausum, summisse per virum fidelem Godefrido supplicat ut immemor eorum quae pridem, venenosi anguis astutia deceptus, ipsi intulerat, se miserans advenire miseroque dignaretur subvenire. Simul etiam spondet ecclesias, quas infelix subverterat, restaurare, Adam quoque insuper, pro quo supplicarat, pro quo infinitum laborem assumpserat, quem ipse infandus hactenus in vinculis retinebat, illi libentissime reddere ac de reliquo magis sobrie mitiusque aetatem ducere. Hoc audito, Godefridus a

auxilium episcopi postulat

II Cor. 10, 13. Christo, non in immensum gloriando vel inaniter se efferendo, recolit se exauditum. Attamen, quia bona reddere pro malis noverat, quod perfectorum esse constat, condolet illius miseriae profiteturque se posse misero subvenire, atque eo citius properat, subnixus vera caritate. Quo viso, Guermundus, uti oculus post densissimas opacae noctis tenebras hausto novo Phoebi iubare hebet, tanti viri melliflua, immo praeoptata, praesentia conspecta, hiscit ac, veluti iam ex ipsis fuisset inferni faucibus erutus, immenso tripudio gestit. Ecce qui lampadem cilicio circumamictam nulloque fulgoris decore renitentem, paulo ante pedibus suis advolutam turgidus irriserat, nunc quantulacumque illius splendoris fulgurante scintilla, tremiscit ac versa vice ipsius vestigiis prosternitur, seque beatum fore profitetur, si vel ultima fim- Matth. 14, 36.
briarum vestis eius meruisset attingere. Longum est evolvere singula. Reducit Godefridus Ambianis Adam ab omnibus liberum, ipsum etiam Guermundum cum plurimo sudore revocat Pinquiniacum.

et ipse liberatus

Adam liberum abire sinit.

Talibus itaque studebat Godefridus, magnopere satagens ne ille qui circuit, quasi leo rugiens quae- I Petr. 5, 8.
rens quem devoret, subditorum animas in diversa dispergeret, ne praevaleret neve de interitu illorum gauderet. Et quia attestatione psalmographi noverat in pace locum Dei factum, omnimodis Ps. 75, 3.
invigilabat unanimitati illius de qua scriptum est: *Una est columba mea, una est genitrici suae,* Cant. 6, 8.
universos inserere.

In hieme sub divo plebem alloquitur Godefridus,

6. Quoddam compendio dicturus sum, quod forte incredibile videbitur, nisi illi<us> revelatione ac multorum qui interfuere astipulatione ratum haberetur, nisi adeo quis infidelis sit ut aestimet Godefridum de se velle frivola commentari seu ceteros ob gratiam ipsius captandam de illo posse mendacia praeconari. Res ita gesta est. Eo itaque tempore quo laeta campi albicant, id est in hieme, cana nive, dioecesim perlustrans, ut filiorum corda ad piorum exempla innovaret, secessit ad quandam villulam, cuius nomen excidit a memoria, gratia etiam ecclesiolae dedicandi seu encaeniandi, quae inibi habebatur constructa. Ad istud ergo spectaculum concursus populorum ob diversa animarum captanda remedia confluxerat; et quia spatium ecclesiolae non sufficiebat tanto excipiendo populo, iubet sibi Godefridus ex plaustris rotarumve axibus sub aere vel divo in planitie campi ad colloquendum sedem parari. Quo cum subisset, manibus protensis, — nam perpetue filiorum saluti insistebat, oblitus sui, — adeo immobilis perstitit ut prae augustia immitis frigoris cruor videretur ad solum F
stillare ab ipsius digitis. Erat enim delicatissimi corporis et, ut iam dictum est, ad omnes iniurias patientissimi, quod gelu ardorisve leviter quiret affici inclementia. Fides Christi nihil me nisi fidelia compellit promere, quamquam non dubitem auditorum animos super his titubare; sed condonandum censeo, nec cuiquam mirum debet videri, cum hactenus plerique dictis factisve antiquorum patrum nec oculum videndi nec aurem fidelem sensus percipiendi videantur apposuisse, nedum putem omnes Godefrido nostro in cunctis credere. Qui si huius praecluentissimi viri meruissent praesentiae interesse, nullum suae aetatis conservatorem legis Excelsi ipsi Eccli. 44, 20.
aequipararent, quin immo omnium mortalium pia dicta vel gesta illum transcendisse iure censerent. Sed ita se natura habet. Hinc meae <........> concordat, ni fallor, ille biformis poeta, HORAT. Carm. II, 20, 2-3.
qui inter sua facunda carmina proloquens :

frigore contempto.

[2] praedicatur *B*.

(1) Erat is Willelmus Talavacius, comes Alentionensis et Pontivensis, filius Agnetis Pontivensis et Roberti Bellismensis, comitis Alentionensis.

Segnius

HORAT. Epist. II, 3, 180-81. *Segnius irritant animum dimissa per aures quam quae sunt oculis subiecta fidelibus,* breviter pulchreque artius visa quam audita inhaerere memoriae comprobat. Hoc perpaucis ad excitandam tepidorum ignaviam non absurde dixerim.

Viennensi consilio interest;

7. In diebus illis infandus Lotaringorum Romanorumque imperator (1) universalem praesulem, domnum videlicet Paschalem, post pedis orisque deosculationem dolo captum secum abduxit. Ob id ergo Guido Viennensis archipraesul, qui et postea effectus papa dictus est Calixtus, multitudinem utriusque sacri ordinis in praefata urbe advocavit (2). Missis etiam epistulis ad Godefridum Ambianensium praesulem, — quippe ex multis praecedentibus annis illi carissimus exsistebat, — ut illo pergeret suppliciter petiit. Qui protinus illius parens voluntati, citato gradu Viennam pervenit. Quem advenisse Guido comperiens laetus efficitur, dimissisque cunctis, ut illius vices in synodo ipsa exsequeretur interpresque suus fieret, — aliquantulum quippe impeditioris linguae fuisse dinoscitur, — quam pluribus
B precibus illum aggreditur (3). Godefridus, acri licet febre ageretur, animo tamen ut erat columbinus, destinat pro posse illius votis parere in omnibus. Percepta itaque benedictione, conscenso gradu, cum de inaequalitate virium id exsequendi diffideret, tanta illum spiritus sui infusione inhabitator eius implevit, vegetavit et perlustravit ut universi obstupefacti proclamarent hunc vere Christi discipulum, paracleti filium, ipsius nitidum instrumentum, spiritu vatum refertum, comparem illorum, huncque unum iam ex caelitibus factum. Gratia compendii praeclara quae in ipsa synodo vel provincia exercuit praetermittimus, ne nimium auditoribus verbosi videamur. Itaque

Cluniacum devertit.

Godefridus a plausu pontificum ipsiusque celeberrimae synodi frequentia cum magno favore progressus ab urbe, Cluniacum perveniens, a domno Poncio, ipsius loci tunc temporis patre (4), quamquam invitus, sollemniter exceptus, per aliquot dies inibi commanens ac sacrosancta missarum sollemnia festive percelebrans, auribus illius spectabilis multitudinis verba Dei excellenter more suo infundens, cum maerore omnium
C profectus, ad propriam sedem revertitur. Adeo Godefridus per climata quadrifidi orbis egregiae merito vitae habebatur celebris.

Relicta sede sua

8. Considerans ergo pater Godefridus valde difficile nimiumque intolerabile tanta volumina saecularium tumultuum aequo animo perferre, non diutius passus in his immorari, egressus de
Gen. 11, 31. Ur Caldeorum, cum fideli Abraham patriarcha
Gen. 12, 1. patriam cognationemque propriam linquens, ut hereditate possideret veram terram promissionis filiorum Israel, memoratam infulam omnemque fructum mundani culminis mentis solido robore

ad Cartusiam confugit;

proculcans, comperiens praeclaram famam servorum Dei in partibus Gratianopoleos urbis, videlicet in promunctorio Carthusiae, degentium,
Luc. 12, 49. illo igne quem Christus venit mittere in terram suaviter flagrans, citatior austris eo pervolat, ut quietius soli vacaret Deo. Itaque eiusdem loci prior, nomine Guigo (5), omni scientia imbutus, innocentis vitae praeconio egregius cunctorumque fidelium ore extollendus, vultus angelici simplicisque naturae virum, immensas grates omnipotenti Christo referens, statim illum placido sanctissimoque monachorum ascisset collegio, nisi quod verebatur quod, Romani praesulis vel archiepiscopi archimandritae Remensis seu reliquorum gallicae regionis praesulum constrictus oboedientia, illic nequaquam diutius immorari posset, nec ipse etiam tantae auctoritati obviare sufficeret. Attamen interim, quousque id fieret, collocat eum in cellula. Nam seorsum singuli disparatis casulis commanent; ad ecclesiam hora competenti una conveniunt; inde discedentes ad propria silentio redeunt. De quorum excellenti conversatione omniumque mortalium rite prosequenda favore, hic aliqua temptabimus dicere (6), quomodo iugiter subtus ad carnem asperrimo cilicio induantur; quomodo bis in hebdomada, videlicet quarta et sexta feriis, pane tantum et aqua contenti, corpus castigent ac servituti I Cor. 9, 27.
subiciant; quod adeo divinae contemplationi inhaereant ut de illis revera illud doctoris gentium proferri queat: *Nostra conversatio in caelis est;* Philip. 3, 20.
quod ipsorum precibus una cum sanctorum meritis mundus constare credatur. Sed dum veremur ne forsitan metam orationis excessisse videamur, hoc aliis maioribus expediendum relinquentes, hinc iam ad incepta recurrimus, ut quae nos movent explicemus. Ex hoc ergo servus Christi Godefridus valde delectatus, quod scilicet imperturbati animi puritate frueretur, quamquam et pridem, populorum importunitate circumvallatus, mente elongaret se a turba desideriorum Ps. 54, 8.
carnalium, in altam Dei se contemplationem sublevando, et maneret in solitudine perseverans irremota mentis actione; istum vero praeoptatae solitudinis locum, Deo sibi propitio, nactus, in ieiuniis, orationibus, lacrimis sacrisque meditationibus ac divinis lectionibus adeo fervidus ferebatur ut, quamvis ab ipsis cunabulis his, uti praetaxatum est, foret assiduus, tunc tamen initium serviendi Deo se mirum in modum gratulabundus arripuisse arbitrabatur.

Iam sordent terrena viro, subit aethera voto, STAT. Theb. 10, 837.
cum psalmista iugiter deplorans quod a visione omnipotentis Dei esset separatus, quodque inco- Ps. 119, 5.
latus eius multum prolongaretur. Cum itaque F
venerandus Guigo cellulam monachorum gratia consolationis pia circuiret sollicitudine, pervenit quo Godefridus perstabat repperitque illum nescio quid de divinis tractatibus legentem lacrimisque propensius faciem vestesque irrorantem, ac semet hostiam vivam in ara cordis dulcedine mirabili Christo Domino mactantem. Quem ita affectum intuens cunctisque nisibus animi amplectens, etiam si valeret aequo vultu vel animo probra verborum perferre noscere temptans, inter cetera quasi spirituali ioco illum adoriens: « Num », ait, « o episcope, num ex sacris ordinibus quos largiebaris auri vel argenti seu alicuius emolumenti temporalis gratiam consequebaris? » Hoc quippe quam plures ecclesiarum tunc temporis rectores, heu, heu! tenebantur vitio, ut vix aliquod ecclesiasticum alicui traderent, nisi munus a manu se posse consequi viderent. Ad quod Godefridus amplius ingemiscens:

(1) Heinricus V. — (2) Cf. supra, p. 899, ad an. 1112, sept. 15. — (3) Haec, ut Nicolaus in Godefridi laudibus modum tenere non solet, saltem dubia habenda esse censuerim, donec aliunde confirmentur. — (4) 1109-1122. — (5) 1110-1137. — (6) Cf. alterum paulo antiquius atque uberius testimonium de vita primorum Cartusianorum apud GUIBERTUM DE NOVIGENTO, *De vita sua*, I, 11 (ed. BOURGIN, p. 33-34). Haec doctus erat Nicolaus ab Odone abbate de quo infra, c. 10.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

" Non ", inquit, " pater beatissime, marsupium " vel crumenas replebam. Sed, proh dolor! cor " meum miserum! supervacua favoris aura " miser ego quam saepius, venenosi hostis ille- " ctus versutia, etiam nolens inficiebar. " Quod ille audiens admiratur quod se non palparet, sed acerrime in se extrema quaeque, et quae sola humilitas cogebat fateri, diiudicans puniret. O beatum virum, o vere Christi alumnum et qui omnino carens typho pharisaico, non dedignatur confiteri se legis transgressorem! Nempe pullum corvorum, prophetarum scilicet et apostolorum, dixerim, qui in nullo degenerabat ab eorum nigredine, id est humilitate. Revera Deum invocans ac diabolum triumphans, ut credimus, una cum illo
Luc. 13, 29. accumbit in regno polorum, daturque ei edere
Apoc. 2, 7. de ligno vitae.

sed a praesulibus in synodis Remensi

9. Interim a domno Conone, sedis apostolicae cardinali et legato (1), necnon a Radulpho Remorum archiepiscopo (2) agitur concilium apud Belvagus civitatem Galliae, ob id quam maxime quod urbs Ambianensium destituta cer-
B neretur proprio pastore (3). Assunt illic ipsius urbis cives, se privatos tanto patre conquerentes. Tunc Remorum antistes : " O disertissimi viri ", inquit, " cur talia nostris auribus inferre estis " ausi? Nonne spectabilem virum, pudicum, " orthodoxum omnique vitae merito adornatum " canino more ad invicem corrodentes a propriis " finibus pepulistis? Numquid post illum non " dico sanctiorem, sed nec quidem eiusdem " meriti habere valebitis aliquando sacerdotem? " O ignavi, o infelices, o degeneres, o miseri, qui " tanto patrono vel ad momentum caruistis!
Tit. 1, 7. " Num illum turpis lucri gratiam sectantem " obscenisve inhiantem, seu ecclesiastica stipen- " dia venumdantem umquamve invenistis dan- " tem? " Ad quod omnes exclamant illum ab his omnino immunem. Quibus ita ait : " Et peri- " tum domus Dei architectum ovilisque dominici " custodem strenuum sollicite perquirentes vobis- " cum reducite. Testor nempe Verbum, quod " conterit omne superbum quod, quamdiu in " naribus Godefridi spiritus vitalis afflaverit, " nullum praeter illum sacerdotem habebitis. " Ista illis conferentibus, assunt legati, prae mani-
C bus ferentes epistulas servi Christi Godefridi, quibus infulae omnique mundani culminis gloriae se fatebatur abrenuntiasse; iam alium patrem quaererent; se nequaquam ulterius ad eos reversurum esse. Igitur inter cetera prosequitur, numquam se aliquando idoneum regimen subire; se
III Reg. 3, 19. alteram mulierem, quae apud Salomonem legitur, quae proprium filium, quem vigilans lactare consueverat, dormiens oppressit; se utique quidem scientia vigilasse, sed vita reproba obdormisse; auditores suos per vigilantiam praedicationis nutrisse, sed ipsos, proh dolor! reproba vita stertendo oppressisse. Ad hoc dictum paene ex oculis omnium imber lacrimarum profluere; ipsius humilitatem admirari, venerari, qui, cum vitae merito omnium haberetur sublimissimus, cordis vilitate verborumque deiectione cernebatur humillimus. Hactenus etiam cum nonnullos reverentissimos
D patres, qui interfuere, super his confabulantes ad invicem perpendo, rursus singultus, rursum suspiria, rursus lacrimas effundentes faciemque irrorare video. Ideo universorum pectoribus humilis ac mellifluae gratanter insedit amor epistulae.

et Suessionensi congregatis

10. Igitur statuunt die Epiphaniorum una Suessionis occurrere, et quid super his facto opus sit in commune discernere. Ventum itaque Suessionis est (4). Nunc ex praecepto gloriosi Ludovici, Francorum regis, accersiunt Henricum abbatem ecclesiae praecelsi Christi martyris Quintini Montis, castello quod Perrona vocatur adiacentis (5), in qua idem servus Dei Godefridus, uti superiora declarant, ab ipsis cunabulis sobrie et pie educatus ad summum virtutum apicem evolarat; Hubertum quoque, magnae auctoritatis virum, celeberrimi coenobii, quod Cluniacum nuncupatur, monachum; quos cum epistulis proprio charactere munitis, fratribus Carthusiae dirigunt, obsecrantes, immo imperantes, ut Godefridum Ambianensium praesulem illic non paterentur ulterius immorari, sed cogerent quam citius ad propriam sedem reverti. Ipsum etiam E
Christi servum auctoritate ecclesiastici vigoris coercent, ut citissime ad desolatum suae curae gregem redeat; non debere illum semel a Deo susceptam plebem tam facile deserere. Nam noverit plus noxae ex ipsa gregis destitutione ac per abrupta vitiorum corruentis, quam aliquid contrahere praemii, si ipse privatus vitam austerissimam exerceret in qualibet remota solitudine. Ad ultimum astruunt sacros canones vetuisse ne quis in alterius loco subrogaretur episcopus, nisi ipse, aegritudine praeventus, ut id fiat suppliciter postularet, seu crimine convictus illi ulterius ministrare non liceret. Hoc comperto, Godefridus mente consternatus, vestigiis monachorum prosternitur, cum ingenti fletu exorans ne sinerent illum ad fornacem Babylonis, quae succensa Dan. 3, 46-47.
stuppa vel pice protendit in immensum noxiam flammam, a qua iam semel pedem extraxerat, ulterius redire (6). Quem illi plurimis una collacrimantes alloquuntur, consolantur: ne titubet eo virili animo ire; non esse quid magnum bonum fore inter bonos, sed praeclarae virtutis atque egregii meriti exsistere bonum inter perversos; nosset etiam quod ubi durior pugna, illic et dignior F
laurea. Sic itaque non valentes auctoritati regiae dignitatis simul et praesulum obniti, dimittunt cum pace Christi, deducentes illum luminibus lacrimis suffusis. Huius cingulum quo renes succingere, pectinem quo caput fuerat solitus pectere, postquam in ecclesia sanctorum Christi martyrum Crispini et Crispiniani, quae in suburbio Suessionensis civitatis constructa cernitur, hominem exuisset, venerabilis Odo, qui tunc temporis inibi praeerat (7), ad monimentum tanti viri secum retinuit. Quique non post multum, auctoritate Romana constrictus, <cum> famosi coenobii Beati Remigii, Remensis urbis patroni, regimen excepisset (8), non plene bis denis annis illic exactis (9), promunctorium Carthusiae, quibusdam intervenientibus causis, devotus expetiit. Illic etiam per aliquot dies felici monachorum insertus

(1) Episcopus Praenestinus 1108-1122. De quo cf. G. SCHOENE, *Kardinallegat Kuno, Bischof von Präneste*, Weimar, 1857. — (2) 1108-1124. — (3) Cf. supra, p. 891, num. 8, et p. 900, ad an. 1114, dec. 6. — (4) Cf. supra, p. 900, ad an. 1115, ian. 6. — (5) Ab anno saltem 1101 ad an. 1133. — (6) Longe aliter GUIBERTUS DE NOVIGENTO, *De vita sua*, III, 14, qui non solum docet — id quod verum est et episcopo oboedienti in laudem cedit — Godefridum moras in reditu non fecisse, sed non sine irrisione meminit de sex marcis quas sibi idem servasset, quibus in reditu itineris impensas solveret. — (7) Ad an. 1118. — (8) Ab an. 1118 ad mortem usque († 1151). — (9) Certe non post annum 1137, quo obiit Guigo prior Cartusiae.

coetui

A coetui deguit atque in omni puritate, uti relatu fidelium accepimus, aetatem duxit. Igitur cum ad illum memoratus Guigo profectus animae gratia veniebat, inter cetera spiritualium adhortationum verba, mentionem de conversatione pretiosi Godefridi non sine gemitu faciebat, quam sobrie, quam pie, quam iuste illic demoratus fuerat. Adiciebat etiam se vehementer super hoc admirari, quod a Christo tantam gratiam compunctionis promeruerit, ut quodam modo fons lacrimarum emanare iugiter cerneretur ab ipsius oculis. Attamen nullus fidelium abnuerit tam excellens donum divinitus datum mundo et simplici cordi. Ad quod venerabilis Odo : " Haec ", inquit, " omnia, pater beatissime, ita esse in illo, ut " astruis, plenius cognovi. Nam mihi admodum " familiarissimus exstitit. Exsequiis quoque eius " interfui, corpusculumque illius in ecclesia " Beatorum Crispini et Crispiniani, ubi ipsi " praeclari Christi testes corpore requiescunt, " cui, Deo dispensante, tunc temporis praeeram, " propriis manibus sepulturae tradidi. Cuius cingulum simul et pectinem ob devotionem illius " necnon tutelam mei, ex quo tunc in Christo " quievit, penes me iugiter conservavi. " Audiens haec memorandus Guigo, incredibile est relatu cum quanto piae recordationis affectu haec ipsa amplectens deosculabatur, fidem Christi obtestans revera fore felices qui non solum cineribus, sed et qui fimbriis vestis ipsius potiri mererentur. Tantus ac talis Godefridus in cordibus piorum habebatur. Hoc ab ipsius venerabilis patris Odonis ore accepimus. Quod etsi praepropere, non tamen, spero, infructuose dixerim.

Tit. 2, 12.

B

redire iussus,

11. Igitur Godefridus vi potius quam spontanee a monte descendens, crebrius illo retorquebat ocellos imbre madidos; se miserum, se infelicem protestans amarissime, qui in illo angelico contubernio non fuisset meritus usque ad finem vitae praesentis permanere, quodque non posset quietius soli Deo vitam theoricam exercere. Fuit autem illic a festivitate beati Nicolai, quae recolitur VIII° idus decembris, usque in caput quadragesimae (1), innumeras gratiarum actiones omnipotenti Deo iugiter persolvens; adipe et pinguedine, supernae videlicet spei infusione, animam suam replens, exsultabat in Domino et delectabatur super salutari suo, quod semotus a terrenorum voluminibus optata quiete potiretur. Multa etiam et amplectenda totius probitatis illic reliquit exempla, ut hodieque ad invicem de ipso conferant quam plurima. Itaque, ut iam dictum est, inde digressus Remorum Galliae civitatem, — nam illis diebus memoratus Cono cardinalis maximum illic concilium acciverat (2) — ingreditur. A domno Radulpho archipraesule in medium per manum deducitur, ieiuniis, vigiliis ac reliquis sacris exercitiis adeo extenuatus ut vix subsistere quiret. Quem cum vidissent, nimium admirantur quod adeo mundo, mundus ipsi crucifixus cerneretur, ut nec mundum diligere, nec ab illo posse diligi crederetur. Tunc itaque

Ps. 62, 6.

Ps. 34, 9.

Remos ad concilium venit

Galat. 6, 14.

venerabilis Cono paulo durius ipsum alloquitur, ut qui iniunctum officium liquisset. Deinde hortatur ut, multorum necessitati propriam utilitatem postponens, Ambianis reverteretur, munia Christi vice ipsius devotus exsequeretur; commodius illi fore cum multorum salute, quam propria contentum regiam supernae visionis intrare, ut a Christo super omnia ipsius bona constitui mereretur. Qui non valens illius ac reliquorum auctoritati obviare, ad propriam cathedram regreditur, votis omnium sollemniter excipitur (3). Exhinc non multo post huius occiduae miseriae metam transcurrisse dormitionemque a pio remuneratore operum bonorum laetabundus dinoscitur accepisse. Hoc quando vel quomodo acciderit scribere iamiamque libello finem tentabimus imponere. Sed quia nunc quaedam ipsius memoranda occurrunt memoriae, nulli onerosum si compendio perstringamus, dum omnimodis censemus digna relatu (4).

AUCTORE NICOLAO MONACHO

Matth. 24, 47.

atque Ambianum revertitur.

12. Instante sacrosanctae quadragesimae ieiunio, confluxit multitudo utriusque sexus in ecclesiam praeclari Christi testis et episcopi Firmini, eo videlicet die quo pia fidelium traditione, quod et hactenus observatur, cineres vertici cunctorum fidelium imponuntur (5). Nam ex hoc natura quid sit quandoque futura reminisci cogitur, atque ut omnis homo vivens nil de se aliud praesumat quam quod in primo parente transgrediente verbum vitae, proh dolor! promeruisse non ignorat. Igitur cunctis occurrentibus, intererat etiam praesul Godefridus nudipes more suo cilicioque circumtectus. Inter reliqua correptionis seu piae exhortationis verba, auctoritate divinarum paginarum indiscrete universis interdicit ne quis animalium carnes ore contingeret, quousque, dominicae resurrectionis rite peractis sollemniis, carnibus agni prolapsum genus humanum proprio cruore redimentis et salvantis cibari, sanguine simul etiam mereretur potari. Hoc itaque omnes auribus carnis, sed pauci auditu perceperunt mentis. Sequenti namque prima sabbati (6) respuentes Godefridi edictum, dissolvuntur edulio carnium, proclamantes illum ex corde coniectare immitia, proferre inaudita; ipsius nequaquam universa praecepta ferenda; nullatenus se velle vel posse linquere assueta; aequum fore cibis non solum uti, verum et abuti, ac reliquis dulciter aetatem ducere oblectamentis. Hoc Godefridum non latuit, qui rem memoriter in animo conservans, aptum tempus quo condignam inferret iniunctionem praestolans, feria quinta ante sacratissimam nostrae redemptionis celebritatem, quae ore cunctorum fidelium venerabiliter dies absolutionis nuncupatur, concurrente fidelium multitudine ad memorati martyris basilicam ob diversa scelerum remedia promerenda, procedit et praesul Godefridus sacerdotalibus redimitus. Quique cum suo <more> coram de divinis luculenter perorasset multa, etiam de contemptu inoboedientiae pertractans quam plurima, rememorans delictum protoplasti, quod

Legem abstinentiae

E

plebi suae inculcat

F

et in inoboedientes severe animadvertit;

(1) 6 dec. 1114 - 3 mart. 1115. *Post duos menses* Godefridum reversum esse scribit GUIBERTUS DE NOVIGENTO, l. c. — (2) Cf. supra, p. 900, ad an. 1115, mart. 28. — (3) Cf. supra, p. 904, annot. 5. — (4) Postquam huc usque in narratione sua temporum ordinem fere secutus est Nicolaus, illa sententia clare innuit se quaedam iam inserturum esse quae in priore parte Vitae praetermissa sint et loco non suo iam proferantur. Quod quidam non animadverterunt atque ea quae c. 12-23 tradita sunt anno 1115, postquam e Cartusia Godefridus reversus esset, gesta esse censuerunt. Tamen non solum ultimis verbis c. 11, sed et primis verbis c. 24 (*Hinc iam vertatur stilus...*) meliora doceri poterant. — (5) Quae hoc capite narrantur anno 1115 gesta esse affirmat CORBLET, *Hagiographie*, t. II, p. 420. Quod vel ex eo manifeste falsum ostenditur, quod hoc ipso die cinerum huius anni seu die 3 martii Godefridus a Cartusia profectus est. Cf. supra, annot. 1 et 4. — (6) Ex quo non inmerito colligas solis diebus dominicis Ambianenses illos praeceptis episcopi non stetisse.

pro

AUCTORE NICOLAO MONACHO

pro solo pomi morsu incurrens mortem se suamque sobolem aeternae damnationi irretractabiliter, proh dolor! substraverit, " heu, heu! „ quam crebrius ingeminans, " quod pro tantillo tam gravia animae et corporis aeternae sustinet dispendia, quod vos[1], quamvis experti atrociter, immo veteribus nova adicientes, nec aurem interiorem nostris consiliis, nec animum sagittis Dei pervium, proh dolor! hactenus exhibuistis. Quid? inquam, num me frivola commentari decernitis, cum me vices Christi agere illiusque verba vobis fideliter proposuisse denegatis? Et (II Cor. 13, 3.) ut egregii doctoris utar exemplo, num experimentum quaeritis eius qui in me loquitur Christus? Nonne ipse Salvator de me nostrique (Luc. 10, 16.) similibus proloquitur quod: *Qui vos audit, me audit?* Ergo quia nunc compendio Christum in me ipsiusque voluntatem iustitiamque vobis fideliter annuntiasse probavimus, cur, inquam, meo, quin ipsius, imperio, ut ab esu carnium abstineretis, obsecundare contempsistis? Ergo casum protoplasti incidistis; en ruinam contemptoris incurristis; en mihi Christus iamiam condonet, merito poenas estis luituri. „ B Ad hoc dictum mandati transgressores certatim solo tenus ruentes, pugnis caedunt rea pectora, crebris singultibus publice profitentur errata, ab Omnipotente lacrimarum imbribus veniam postulant, et ut adipisci <mereantur> Godefridum summisse (Matth. 3, 8.) flagitant. Quibus ille: " Condignos „, inquit, " paenitentiae fructus exhibentes, spe certa indulgentiam a superno iudice postulate, confusionemque tam impurae transgressionis sustinentes, a participatione vivifici sacramenti usque ad secundam sabbati (1) abstinete, ut quod admisit iniqua praesumptio, quandoque pia valeat abolere confessio. „ Igitur cum ingenti rubore seu maerore a loco multa secum conquerentes discedunt, quod pro momentanea delectatione die tantae celebritatis fidelium privarentur communione. Itaque Godefridus districtionem virgae pastoralis sollicitius districtiusque protendens, universos presbyteros commonefecit ut omnes huiuscemodi pravae commixtionis praevaricatione foedatos ab eucharistia arcerent, nec ullius rei interveniente gratia approximare sinerent. C Studebat etenim quam maxime ne talibus de reliquo insolescerent. Sed quid humana sapientia stolidius quidve carnali calliditate impudentius? Hoc etenim quod ante nos dictum est, (I Cor. 3, 19.) scilicet quod divina sapientia comprehendit sapientes in astutia ipsorum, hic satis superque habemus expertum. *(ex quibus unus in peccato contumax)* Igitur die sancto sacrae resurrectionis dominicae, concurrente fidelium multitudine ob perceptionem eucharistiae ad sinum matris ecclesiae, unus ex huius mundi sapientibus, immo ut verius loquar, quantum ad Deum insipientibus, qui transgressionis saepe dictae accusante conscientia reus detinebatur, assumpto teristro, videlicet muliebri ornamento (2), cauda vestis muliebris schemate vestigia verrens, flammeolo (3) accurate caput obvolutus, — necdum quippe lanugo malas obduxerat, — strophio prominente varioque colore intexto renes succinctus[2] et, ne longius orationem protraham, vix subtalaribus prae mollitie solum tangens umerosque leviter gestans, adeo composito D gradu incedebat ut, si coram adesses[3], nil nisi muliebrem sexum absque ullo discrimine, mirum dictu, te intueri crederes. Ergo lumina se intuentium fallere, sed illius cui nuda et aperta sunt (Hebr. 4, 13.) omnia iudicium nullatenus valuit declinare. Hic igitur noster histrio immiscens se reliquae multitudini, quasi complicibus suis demum insultaturus, quod videlicet, magni pendentes praesulis Godefridi edictum, a sacri communione altarii in tanta frequentia, uti ethnici, seclusi viderentur, procedit ad altare, non diiudicans corpus Christi, (I Cor. 11, 29.) neque rememorans quod qui comedit et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Ipsi ecclesiolae in honorem Christi confessoris Remigii constructae vir reverentissimus, qui dicebatur Fulco, tunc temporis sacerdotis fungebatur officio. Itaque hic iste, de quo sermo se habet, ad altare, ut iam dictum est, accessit, obtutum ministri sacramentorum utcumque ad momentum decipere credens, sed veri sacerdotis iuxta ordinem (Ps. 109, 4.) Melchisedech in aeternum permanentis sententiam nequaquam potuit evadere, quia nec irrideri, E nec fallaciis, uti filii hominum, aliquando valet decipi. Quid multis immorer? De manu sacerdotis, proh pudor! panem angelorum indigne suscipiens, non prius pedem a crepidine arae retraxit quam, divina ultione illum prosequente, *(divinitus punitur.)* solo tenus corruens immensis viscerum torsionibus angustiaretur. Namque prope nequam spiritum exhalans, spumas cruentas ab ore eiciens, quod indignus usurpaverat per illud oris maxime foramen magno cum profluvio sanguinis, cunctis spectantibus, evomuit. Quo cum certatim cuncti confluerent illiusque miseriae — nec enim adhuc sexum discriminare sufficiebant, — quam maxime condolerent, etiam praedictus sacerdos quasi exsanguis advolat. Sciscitatur quae sit, et unde advenerit, et quomodo istud tam horrendum ipsi acciderit. Nec enim sine causa tale quid evenisse declamabat. Tum infelix, paululum vires resumens, — nec enim ultra dissimulare quod erat praevalens, — muliebria indumenta reiecit, et qui latebat, vellet nollet, diu tortus mox claruit. Quem venerabilis presbyter Fulco his aggreditur: " Hic age, o homo, quid cogitaveris, quidve in abdito nebulosi cordis molitus sis, ut tam inauditi praestigii infaustum omen aggredereris? F Cur, inquam, virilem sexum, simulato habitu, totis habenis perfidae mentis in femineum transmutans usum, contra praesulis egregii Godefridi praeceptum, terrificis vivificisque sacramentis te immergere, uti canis impudens, non veritus es? Quid, inquam, tibi subrepsit, ut talia conareris? Quid, si Christus, quasi non videns scelus tuum, in praesenti tibi parceret, num tortorum poenas in futuro evadere quires? Evangelicis itaque te verbis alloquens, amen dico tibi, nequaquam inde exies, quousque (Matth. 5, 26.) novissimum quadrantem reddes. „ Ad hoc ille infelix nimium discerptus nimiumque confusus: " Heu mihi! „ proclamat, " heu! „ simul ingeminat, " qui diu, sicut equus et mulus, quibus non (Ps. 31, 9.) est intellectus, per illicita defluens, ad omnia quae impudenti placebant animo, uti pullum (Iob 11, 12.) onagri me liberum natum putabam. Inde con-

12. — [1] nos *B.* — [2] succincturus *B.* — [3] ad ōnes *B.* (*in exemplari videtur fuisse* adēēs, *inde* ad ōēs *seu* ad omnes). *Cf. I, 12; III, 20 extr.* : si coram adesses; *III, 14 med.* : si adesses.

(1) Id est usque ad feriam II paschatis. — (2) Theristrum genus pallii muliebris, DUCANGE, s. v. — (3) Id est velo. Cf. DUCANGE, s. v. *Flamines.*

„ tigit

AUCTORE NICOLAO MONACHO

Prov. 18, 3. „ tigit ut in profundum peccatorum veniens, „ omnium malorum ultima, contemptum scilicet „ infidelitatemque incurrerim, sicque culpam „ accumulans, erecta cervice, adversus gloriosi „ praesulis Godefridi salubria praecepta pro Isai. 28, 19. „ posse recalcitrans, tandem, ipsa vexatione „ intellectum dante auditui, nunc ad liquidum „ satis expertus sum quod neque verba illius „ ferri per inane, nec ad terram defluere, sed „ firmiter, — nam revera Christi [5] fuit, — in „ aevum stare et implenda esse profiteor in suo „ tempore. „ Hinc cerneres populum ex auditu infandi sceleris admodum horrere ac, ne talium Rom. 2, 15. occurrerent in vicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium, pallere; hinc vero Christi iudicia, qui occulta in lucem produxerit, amplecti; Godefridi meritum in sublime efferre, ac de reliquo artius illius praeceptis se contestantur inhaerere. Hoc ad terrorem illorum dictum sit qui magistrorum spiritualium praecepta utcumque prolata despicere seu orthodoxae ecclesiae sacramenta pro posse conantur exinanire.

Monachum qui, furto facto,

13. Exstat monasterium in honore praeclari Christi testis Dionysii foras muros Ambianensis urbis venerabiliter situm (1), in quo devota cohors monachorum regulari tramite incedens, iugiter omnium Creatori persolvit munia laudum. Illuc itaque quam plures Ambianensium cives auri argentique ac diversarum gazarum, gratia conservandi, deportarant pondera fratribusque inibi degentibus pro libitu assignarant diligentius observanda. Nam ea tempestate intestinorum bellorum [1] seditionum [2] nudipes publice et privatim in ipsa atrocius currebat, universamque urbis superficiem sicariorum incertus discursus quam maxime attonitam reddiderat. Quippe turris in ipsa, inexpugnabili moeniorum ambitu vallata, simul sublimitate pinnarum seu densitate munita propugnaculorum, instante Ludovico Francorum rege necnon piae memoriae Godefrido ipsius loci praesule, fere biennio (2) multimode obsessa, tandem fame ad deditionem coacta, ne ulterius finitimas depopularet provincias, demum funditus est subversa. Itaque unus ex fratribus cernens cotidie diversarum opum congeriem, clandestina cogitatione percellitur, C atque sub spem boni se palliat illicitae persuasionis virus, dumque caput draconis in medio limine conterere contemnit neglegens, sive alias OVID. Rem. 83. intentus dum non attendit: *Sic mora dat vires*, heu, heu! sensim totus illabitur. Nam saepius revolvit in animo quod, si quoquo modo cupitis potiri quiret, in usus egenorum liberationemque captivorum seu restaurationem ecclesiarum dispertiendo tutius conservaret quam si millenis repagulis octavianus ipse vel neronianus satelles artius custodiret. Haec aliaque quam plurima in miserabili mente quasi quaedam barbaries nocte dieque perstrepebant; quibus ipse quasi ex aperta ratione condescendens, ignorabat quod, etsi I Cor. 6, 12. omnia licent, non tamen omnia expediunt. Exspectato vero quo reliqui fratres dormitum perrexissent, ipse quasi praeclara famosaque moliturus Ps. 120, 4. non dormit neque dormitat, nec indulget palpebris suis quantulamcumque quietem, — sed, Ioh. 3, 20. arrepta securi, nocte intempesta, — quippe qui male agit, odit lucem, — effractis seris quibus aerarium claudebatur, prout voluntas seu facultas suppetebat, quae manibus occurrebant subtrahit quam plurima ac, ne ab ullo mortalium deprehendi posset, deducente se mammona, ocius austris, — nam timor addebat alas, — compitorum aggreditur arva.

e coenobio fugerat,

Evigilantes autem fratres a somno unum e suis concivibus deesse sentientes, perlustrando angulos, cameras, dum non reperitur, comperientes aerarium effractum simul et exspoliatum, nimio maestitudinis dolore afficiebantur, hinc ex discessione fugitivi patentis rictibus vel morsibus leonis, hinc quod, penuria cogente, non valebant amissa restituere instanti homini, — nam, hoc audito, eo advolarat, — quam maxime autem quod impurae opinionis adurebantur infamia. Quid agerent, quo se verterent ignorantes, ad asylum miserorum, domnum videlicet Godefridum, confugientes, advoluti ipsius vestigiis, infortunium quod acciderat singillatim referunt flebilibus vocibus; quid super hoc sit agendum, satis summisse supplicant. Non erat ille imparatus ad hoc, quin competens consilium a Deo inspiratus mox proferret proximo, E ut illud egregii doctoris: *Quis infirmatur et ego non infirmor? quis scandalizatur et ego non uror?* II Cor. 11, 29. una cum ipso revera ipsis rebus depromere posset. Ait autem: „ O carissimi, nolite mirari, nolite „ contristari. Nam noveritis instare tempus quo, „ dominica area ventilata, triticum in horreum, palea proiciatur in ignem aeternum. Matth. 3, 12. Quod si diabolus ex angelo lucis Sathanas, II Cor. 11, 14. Iudas vero ex apostolo apostata, nunc „ quid novum si iste ex monacho sit factus „ gyezita [3] (3)? Quod si cives supernae patriae „ vos fore recognoscitis, cum Paulo meo nunc „ falsos fratres sustinere memineritis; nec istud „ vobis peregrinum videatur, quia, sicut ante nos „ sobrie prolatum est, nullus potest fieri Abel GREG. MAGN. Hom. in Ezech. I, 9, 22. „ quem Cain malitia non exercet. Hoc itaque „ rogo, hoc mentibus vestris inserere, immo „ inhaerere, cupio quid sit illud daviticum: *Latum* Ps. 118, 96. „ *mandatum tuum nimis*. Proinde extendite dilectionem vestram usque ad collectionem inimicorum; orate pro persequentibus et calumniantibus vos, Matth. 5, 44. ut quandoque ex persecutore fieri „ valeat exsecutor bonorum. Ego quoque pro „ modulo meo super hoc ipso Christo supplicabo; F „ pauperibus, viduis et orphanis stipem ministrabo, et credens polliceor quod quam citius „ miser convertetur ad cor. „ Ps. 84, 9. His monachi perceptis, inter spem metumque positi regrediuntur ad coenobium, praestolantes amplecti praesulis promissum. Quibus egressis, in orationibus Godefridus prosternitur, omnipotenti Deo sacrificium offerre illo suo pio sanctoque more non cunctatur; in his quoque pro revocatione fugitivi propensius immoratur.

orationibus suis ad bonam frugem reducit.

Inde ad praedictum coenobium gratia consolandi egreditur. Sed quid non meretur piae fidei postulatio quidve non consequatur sincerae orationis, maxime pro proximi utilitate, iusta fusa affectio? Nondum vir venerandus medium itineris evolverat, et ecce monachi occurrunt admodum gratulabundi, referentes multimodas grates ipsius sanctitati. Nam talia succlamabant: „ O patrone pie, o caelestis demonstrator

[5] *anne supplendum* minister, praeco *vel quid simile?*
13. — [1] (N. ea t. i. b.) *bis in B.* — [2] *locus corruptus vel mutilus. Forsan corrigi potest:* seditio. — [3] gyerita *B m. pr.*

(1) Est hic prioratus Sancti Dionysii a Pratis, de quo supra, p. 899, ad an. 1113 post 1 sept. — (2) Idem testatur Suggerius abbas. Cf. supra, p. 900, ad an. 1115, april. 11. — (3) Id est ut alter Giezi (cf. IV Reg. 5, 20-27) lucri cupidus.

 „ doctrinae,

AUCTORE NICOLAO MONACHO

„ doctrinae, ecce ovis quae instinctu haedi de ovili
„ egressa barathrum perditionis inciderat, mu-
„ tato animo, mutata perversitatis semita, meritis
„ tuis suffragantibus, nunc intra saepta semper
„ virentis pascui est regressa. Nihil etiam defuit
„ eorum quae paulo ante diripuerat. Quid revol-
„ vamus quam plurima? Languet in tuo praeco-
„ nio lingua. „ Quibus vir reverendus : " Dei
„ donum, Dei plane propitiatio est, qui nil eorum
I Tim. 2, 4. „ quae bonitate sua facit, odio habens, omnes
Eph. 2, 9. „ vult salvos fieri. Hoc quippe non ex operibus,
„ seu proprio merito, ut ne quis glorietur. Quo-
„ circa nomini eius, non nobis, gloria. De cetero,
„ filioli, confortate in caritate, ut in hoc ipso,
„ opitulante Christi clementia, de reliquo per-
„ stare valeat usque in finem. „ His ergo aliisque
quam plurimis circumstantes exhortatus, cum
ingenti pietatis gaudio discessum est loco.

Piam monialem

14. Apud Durlense oppidum (1), situm in
territorio Ambianensi, retinetur memoria beati
Michaelis archangeli, in qua ecclesia feliciter
conversatur Deo dicatarum virginum chorus (2).
Quadam itaque die mater illius loci protrahens
B usque ad vesperam horam caenandi, advocata
una ex sanctimonialibus, imperat sibi assistere
caenanti. Haec vero religione ac simplicitate
praedita nulloque viro cognita, quae etiam tertio
gloriosum Iesu Christi, quod Hierozolymis habe-
tur, sepulcrum adierat, in quo itinere pro ipsius
nomine quam plures cruces, labores agonesque
pertulerat, de qua quoque publice et privatim
ore fidelium dicebantur praeclara, quae hic inse-
rere supersedimus, ne forsan infirmorum men-
tibus incredibilia videantur; huic ergo tam prae-
dicandae, ut iam dictum est, imperat ritu
ancillarum astare, manu cereum tenere, reve-
renter cum timore et tremore obsecundare,
lumina summisse deflectere ac, quousque a loco
surgeret, nusquam discedere. Quae cum omni
subiectionis reverentia, ac si Christus caelitus
intonuisset, implere iniuncta satageret, nescio
quo interveniente delicto, et ecce lumen a manu
delapsum solo tenus decidit totumque illius cellae
spatium densae noctis umbra, heu, heu! insperato
operuit. Tunc ipsa immitem irrationabilemque
matris furorem admodum verens, ipsius vesti-
giis advoluta flebiliter supplicat, ut quod propria
C admiserat neglegentia, condonare dignaretur sua
clementia. Iunguntur reliquae sorores in pre-
cibus. Sed quid furia erupit feminea immitius?
Nequaquam poterat ad hoc tam facile inclinari,
ut in momento ignosceret supplicanti [1]. Quod si
adesses, ipsius vultum, non uti natura dedit, sed
in varias beluarum serpentiumve formas hor-
rende demutatum cerneres.

OVID. Met. 4, 106. Surgit et a mensa totoque expalluit ore.

Tunc vero coepit dentibus frendere, amictum
capitis crinemque rotare, vix se ipsam continere
ac reliquis artuum nutibus ferinam mentis insa-
niam patulo aperire, infandissimam illam anathe-
matizandamque proclamare, sicque a communis
vitae consortio depellendam merito censere.
ab improba abbatissa Demum ad hoc usque prorupit ut in ipsam
pugnis calcibusque excederet, ac nimiis in dies
afficiendo iniuriis, ad ultimum de monasterio
exire compelleret. Itaque sanctimonialis coenobii
saepta egressa, quamquam uti bidens ferocitati
luporum videretur exposita, tamen a pio pastore
gressus illius diriguntur, ne in aliquo dilabatur.
Quippe iustus, cum ceciderit, non collidetur, *e monasterio exturbatam*
quia Dominus supponit manum suam. Ange- Ps. 36, 24.
lum consilii, scilicet Christi servum Godefridum
Ambianensium patronum, adiens, quae et quanta
et quo interveniente excessu a matre mona-
sterii pertulerit, lacrimabiliter conqueritur. Quod
audiens ille, admodum cordis affectu condolet,
quippe cum Paulo flere cum flentibus sobrie Rom. 12, 15.
noverat. Admiratur quoque nimium. Nam famam
simplicitatis eius quam maxime compertam habe-
bat. Exhortatur etiam ut haec patienter ferat;
postremo iubet illam in domum cuiusdam reli-
giosae matronae, Eremburgis nomine, in vicinia
positam secedere, nec quoquam progredi, donec
annueret ipse. Recessit sicque, quousque a prae-
sule revocaretur, domi permansit. Ilico Gode-
fridus, missis epistulis ad praedictum virginum
coenobium, in Durlensi oppido situm, imperat
ut, visis epistulis, mater eiusdem loci absque ali-
cuius vehiculi amminiculo quam citius Ambianis
perveniat. Hoc illa comperto, hiscit, hac illacque
discurrit, fugam meditatur, angitur. Noverat
quippe quod minime tam districta praeceptio
incassum processisset Godefridi ab ore. Quid E
ageret? Si refugeret, nequaquam sibi in pro-
sperum cederet. Si remaneret nec praeceptum
perficeret, ruinam inoboedientiae incurreret. Cum
ergo innumeras ambagum tortiones in animo
volvisset, tandem perpendens se minime valere
praecepto praesulis contraire, cunctis inspectan-
tibus, cum ingenti rubore pedes Ambianis aggre-
ditur, sicque vestigiis Godefridi advolvitur. Tunc,
uti in nitro [2] inicitur acetum, amplius fervescit, Prov. 25, 20.
sic ipsa ex hoc quam maxime lacessita in Gode-
fridum evomit inaudita convicia, et non solum
ore, sed et reliquo gestu corporis insaniam cordis
pergens aperire. Godefridus autem nec ex his
motus, nec pavefactus : " O mulier „, proclamat, *acerrime tuetur.*
" omnem a corde propelle dementiam, sicque
„ miseram mentem deflecte ad sententiam. En
„ ego vice Christi tribunali iudicii praesideo,
„ teque nunc ex tuis infaustis gestis discutere
„ propero. Animam sororis, quam desponsavi II Cor. 11, 2.
„ uni viro virginem castam exhibere Christo,
„ quam tuae custodiae tuaeque tutelae, ut credo,
„ iam meministi, nisi oblivionem seu lethargum
„ patiaris, commendavi, requiro a te, quam, ut
„ fama fert, barathrum perditionis defleo incur- F
„ risse. „ Tunc illa ignorans quid ad obiecta
responderet, profitetur se quid loqueretur nescire;
famam frivolam volitare; nullam ex ovibus sibi
creditis aliquando amisisse; sobrie se et iuste et Tit. 2, 12.
pie curam ipsarum exercere. Ad haec Gode-
fridus : " Video te vera profari, cum te prorsus
„ ignorare, quod dico, proh dolor! profiteris.
„ Nempe si expertum teneres quod iudicium in Sap. 6, 6.
„ his qui nequiter praesunt fiet, si ipsam gehen-
„ nam, quae stirpatoribus dominici ovilis prae-
„ paratur, incidisses, quod proposui iugi memo-
„ ria conservares. Sic age, o mulier, si ab eunte
„ aetate cuiuslibet temporalis commodi damnum
„ seu dispendium pertulisses, num aliquando a
„ corde vel leviter deleri valeret? Quid multis?
„ Quae excusatio in peccatis? Illam, illam soro- Ps. 140, 4.
„ rem, illam, inquam, egregiae opinionis virginem,
„ cui pridie astare tibi caenanti lumenque <mini-
„ strare> praecepisti, quodque incuria solo tenus
„ decidente, ob id quam multis afficiendo de ovili
„ exire compulisti, hanc plane a te exposco, san-

14. — [1] susplicanti *B.* — [2] vitro *B.*

(1) Doullens. — (2) De monasterio Sancti Michaelis O. S. B. in Durlensi oppido cf. *Gall. christ.*, t. X, col. 1324-25.

„ guinem

Ezech. 3, 18. „ guinem eius de manu tua requiro. Forsan „ foveam desperationis ingressa, forsitan in fornicibus, theatris lupanaribusve iacet prostituta; „ forsitan leviathan fauce retinetur absorpta. Ubi, „ rogo, fides Christi? ubi edictum apostoli, quo
I Ioh. 3, 16. „ iubemur pro fratribus non solum exteriora „ dare, sed etiam, si necesse fuerit, pro ipsis „ animam nostram ponere? Quid, inquam, detestanda, tibi subrepsit [1], ut pro tantillo animam, „ pro qua Christus mortuus est, quam latice „ ac cruore proprio de latere manantibus redemit ac diluit, in avernum detrudere conareris? „ Quid ad haec? Numquid non auditum interioris „ tui hominis vox ista transverberavit? „ Cum
Gen. 19, 26. illa, ac si in statuam salis versa, ad haec omnia, depressis in profundo luminibus, reticeret, servus Christi magno cum fremitu: " Surge, surge „, inclamat, " misera, iam nunc infelix vel sero
Prov. 6, 4-5. „ propera; ne dederis somnum oculis tuis, nec „ dormitent palpebrae tuae. Eruere quasi damula „ de manu ac velut avis de insidiis aucupis;
Ibid. 3. „ suscita amicum tuum, si forte condonare, si „ forte animam, quam propria culpa amisisti, „ quoquo modo dignetur restituere. „ Cum vero ad haec surgere cunctaretur: " Vivit Dominus „, increpat Godefridus, " quod nec cibi, nec potus „ quicquam praesumes, donec ovem naufragium multimode perpessam meae parvitati „ assignes. „ His dictis, deputatis custodiis, a loco discedit. Perpendens itaque mater familias nullum umquam sibi provenire remedium, si non
Cant. 3, 2-3. pro viribus compleret praeceptum, exsurgit, discurrit per plateas vicosque civitatis, sciscitatur vigiles si non noverint sicubi sanctimonialis suae curae latitaret, sicubi maneret. Audierat namque quod illo advenisset. Dum igitur id usque ad vesperam continuasset, nec quicquam effectui provenisset, occiduo sole repetit limina Godefridi, confitens cum lacrimis errata: non repperisse quod quaesierat; noxam dignaretur condonare; ob id, donec invenisset, quoad viveret, se perlustraturam pontumque terramque. Godefridus ergo intellegens illam laboribus, ieiuniis aliisque iniuriis valde defessam, iubet sanctimonialem a penetrabilibus domus prodire atque ad medium prosilire. Qua visa, exclamat: " En „ ovis permulta pericula passa, vix caput attollere praevalet, saturata afflictione et miseria. „ Hanc tibi restituo, hanc sub testimonio fidelium reconsigno. Libuit autem in te aliquantulum exercere diritorio (1), ut de reliquo „ mitius cautiusque tecum agas, et iuxta illud
Ter. Andr. 1, 1, 34. „ comici: *Ne quid nimis*. Nam noveris esse „ artem artium regimen animarum. „ His expo-
Greg. Magn. Reg. past. I, 1. sitis, mater familias recipiens suam in sua, sic utrimque cum Christi pace discessum est ad propria (2).

Martyrii cupidus,

15. In pectore nostri, nostri inquam imitandi pontificis, uti quondam in illa Moyseos arca, virga cum manna; quia etsi transgressores sciebat competenter percutere, noverat et supplices clementer refovere. Hinc etenim conicere possumus quid pro grege sibi commisso, si necesse foret, pateretur, si tanta et talia pro una muliercula, sincera interveniente pietate, aggredi non cunctatur; quam beatum se fore arbitraretur, si proprium sanguinem pro dilectione proximi fundere mereretur. Parce [1] si attestatione divinarum paginarum celebraturi in mente martyrium [1], illum martyrii laurea non dubito potiri qui tanto acriori quanto interius discerptus est illo gladio spirituali, de quo, teste evangelista, Symeon ad beatissimam Dei genetricem dixisse fertur: *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius*. Putasne, Luc. 2, 35.
rogo, quod leviter ferret, cum subditorum mentes per incentiva et abrupta criminum dilabi visu vel auditu perciperet? Huius rei gratia, ut dicitur, millies tortus milliesque discerptus, non poterat os, manum mentemque continere, quominus non doleret, quin verborum Dei contemptores districte argueret. Enimvero si neroniana seu diocletiana rabies temporibus illius incubuisset, pro fidei catholicae defensione ultroneus eculeum subiisset; si autem cruentus craticulam minaretur, credo quod, Dei praesentia roboratus, candentis ferri machinam intrepidus conscendisset; quod si iudex insanus illum de medio tollere properans flammis iniecisset, profiteor quod trium puero- Dan. 3, 51 sqq.
rum vestigia sequens, hymnum Deo in camino cecinisset; cum etiam, si reliqua tormentorum genera, quibus milites Christi principem mundi una cum satellitibus suis, duce gratia, devicerunt, incurrere contigisset, forti animo, facie laeta, iamque conscius coronae victor cucurrisset; sicque proprio cruore laureatus, caeli palatia, regem in decore suo visurus, felix feliciter intras- Isai. 33, 17.
set. Haec igitur fidelibus ruminanda dimittentes, reliqua cursim prosequimur.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

subditos delinquentes

graviter reprehendit;

16. Adveniente sacrosancta nostrae redemptionis sollemnitate, cum a clericis de propria domo vespertinali hora sollemniter in ecclesiam fuisset inductus, percelebrato opere Dei, iterato ab illis aeque festive ad propria revocatus, universis inibi residentibus, poculorum copia ex more propinatur. Intererat fortuitu inter illos quidam clericus, quem facie quidem et nomine scio, sed celanda persona est, ne, si fortassis hoc quod de illo proferimus agnoverit, in insaniam vel certe in deteriora proruere non timeat. Hic itaque ex illis, quos supra memoravimus, impuro conubio copulatus [1] exsistens non infimus, adversus quos Godefridus multa in superioribus exercuisse disputavimus, arrepta patera, qua venerandus praesul erat bibere solitus, merum superinfundens epotare cum cachinno non veretur. Quod Godefridus perpendens, ne forte in tantae sollemnitatis gaudio iniuriam propriam inconsulte persequi videretur, exacerbationem animi intra fauces comprimens, tandem, cunctis egressis, advocato [2] Nicolao dispensatore domus, his illum affatur: " O homo, cur scyphum in sterquilinium perdere „ voluisti meum? Nescis quod nulla sit commu- II Cor. 6, 14.
„ nicatio luci ad tenebras? „ Cumque ad haec ille vehementer exterritus proclamaret tuto loco illum reposuisse, subnectit Godefridus: " Recede „ hinc maturato, ipsam pateram ad nundinas „ ferto, condignoque pretio accepto, Christi pau„ peribus erogato. „ Quod et ilico impletum est. Adeo ignitum eloquium Dei, quod et vehementer Ps. 118, 140.
diligebat, ipsius interiora decoquebat ut, iuxta Pauli vocem, cum fratre qui nominatur fornicator I Cor. 5, 11.
aut avarus, cum eiusmodi plane nec cibum sumeret. Sic, sic vitam suam absque contaminatione custodire, sic, sic ad eos qui foris seu ex adverso sunt sine querela studebat ambulare. Quocirca talem tantumque patrem dignum est venerari,

15. — [1] *Locus corruptus.*

16. — [1] cōpulatus *B.* — [2] adnotato *B.*

(1) Id est dire, severe? — (2) De huiusmodi syntaxi vid. supra, p. 916, annot. [4].

pium

AUCTORE NICOLAO MONACHO

pium aeque imitari, ut quandoque propriis pertrahat meritis quo iam post huius exsilii inviam terram atque desertam feliciter cum Christo regnans pervenit.

ipse autem vino se abstinens

17. De abstinentia eius quamvis aliquanta dicta sint, tamen non abs re est si aliquid adhuc mirandum seu potius imitandum fidelibus proferamus. Godefridus itaque, cum frequentia clericorum equitumve fretus in symma (1) discumberet, propinabatur illi aqua in scypho argenteo, decenti caelationis opere polito, ut recumbentium multitudo refertum crederent mero; se vero quisque valde fortunatum putaret, si illum vel semel ore contingeret. Alius aeque ligneus vino refertus obtutibus illius inferebatur; quem diutissime intuens, ut ex hoc amplius cruciaretur, nihil exinde gustans, propria manu egenis propinabat. Hoc quippe sobrie exercens, ne aliquo supervacuo applausu extolleretur, mortalium cognitioni, quantum in ipso fuit, occultum esse satagebat. Inter prandendum vero cum diversorum altilium, animalium agrestium seu volatilium
B carnes cunctis ad votum affatim apponerentur, ipse arbuteo fructu vel herbis, et modice, fruebatur. Hoc quippe lautioribus aliorum cibis et in omni vita veraciter praeposuisse dinoscitur.

et tenui victu contentus,

18. Quoddam praeclarum, referente illius dilecto, nomine Reyngero, veracissimo valde monacho, de ipso comperi, videlicet illum numquam quolibet cibo vel potu adeo distentum quin semper quam maxime permaneret famelicus; adeo egregius cultor abstinentiae sobrietatisque habebatur.

vigiliis

19. De instantia autem vigiliarum eius quid referam, cum haec quodam modo familiarissime inediam comitari soleant? Etenim, expletis matutinorum vigiliis, cum singuli ad propria maturarent reverti, ipse solius Dei beatorumque spirituum consortio delectatus, in ecclesia solus remanens, vestem calciamentumque sibi extrahens, geniculis in oratione defixis, reliquum noctis in id devote deducebat. Creberrime gratia sanctorum visendi loca, beati Severini Coloniensis antistitis informatus exemplo (2), nudipes uno tantum puero contentus, ipsa hora circuiens, demum muros civitatis egressus[1] ad leprosorum
C mappalia[2] pia sollicitudine se transferebat, ad singulorum quoque lectos accedens, lurida prurientiaque membra propriis manibus contrectans deosculabatur, signumque salutare imprimens, in melius recreabantur (3). Quibus etiam mysteria corporis et sanguinis Iesu Christi, praemissa confessione delictorum, tradebat, ceteraque humanitatis obsequia summisse impendebat; sicque ad propriam domum, ne deprehendi quiret laude humana, clam quam citius panniculis obsitus revertebatur.

et piis operibus instat.

A S. Firmino in visione monitus,

20. Igitur dum nocte quadam in huiusmodi operibus excubaret, ac coram artubus beati Firmini episcopi et martyris, pro excessibus gregis sibi commissi supplicaturus, cum fletibus procidisset, gravi sopore depressus, vel potius in ecstasi positus, videt se ambitum urbis excessisse ac in itinere quod ad ecclesiam sancti martyris Acioli ducit constitisse; et ecce a parte austri contemplatur raedam ferventium equorum, equitum quoque sulphuream flammam evomentium, D
infinita multitudine tumultuantium, morem exercituum imitantium; collisionem etiam multiformium armorum, scutorum, galearum, thoracum spiculorumque ignitorum. Ad horroris quoque cumulum, heu, heu! perpendit praecipites excidio urbis imminere, a strepitu quorum opinabatur orbem terrarum intremuisse. Ergo vir venerandus tam horrendae visionis articulo interceptus, salutare signum obicit fide firmissima, cui cuncta genua curvantur, quo quisque fidelis munitur, sine quo nulla salus, sine quo nullatenus caelum nanciscitur. Cumque vehementer paveret subversionemque urbis nimium horreret, ecce subito intuetur sibi astare super radio solis splendidum quendam herilis formae virum, pontificalibus indutum, anulum aureum palmamque prae manibus vibrantem, sertum quoque rosis liliisque refertum, in quo etiam dominicae crucis signaculum apprime erat insertum, capite vehentem. Ad hoc paululum vir egregius respirans, cum vestigiis illius advolvi, et quis vel ad quid venisset cuperet sciscitari: " Desiste ", proclamat ille, E
" ab incepto, o sacer Godefride sacerdos, nostrae
" sedis felix successor, nostri laboris seu studii
" fidelis exsecutor. Ego sum Firminus, praesentis
" civitatis primus martyr, praesul aeque simul
" et patronus, auxilium excidendae urbi pro
" meritis pro posse laturus. " Cui Godefridus:
" Dic age, sancte Dei, quibus intervenientibus
" causis tanta calamitas, instar quondam Gomor-
" reorum, immineat urbi. " Tunc sanctus:
" Peccata populi tui clamorque, proh dolor! in
" conspectu districti censoris ascendit. Namque
" iuxta illud propheticum: *Mendacium et furtum* Ose. 4, 2.
" *inundaverunt, et sanguis sanguinem tetigit.* Nunc
" ergo exsurge et quae videris simul et audieris
" insistendo opportune, importune, arguendo, II Tim. 4, 2.
" obsecrando, increpando, neminem formidando
" seu palpando, viriliter expone, ac simul mecum
" Christi misericordiam, ut avertatur furor ipsius
" a populo et a civitate, enixius deprecare. "
His aliisque quam plurimis quae, quia valde prolixa sunt relatu, depingere devitavimus, sanctus Dei cum illo collocutus, benedicens ac valedicens in sublime attollitur. Quem vir egregius acie oculorum prosequitur, donec immensa huius aeris F
vastitate visus hebet, nec diutius intueri potuit caelo receptus. Igitur Godefridus evigilat, ac ne forte aliquid simile, quibus mortalium spiritus in somnis illuduntur, accidisse putares, vestem ipsius, incredibile relatu, lacrimis respersam, hasque solo tenus decidentes, si coram adesses, cerneres; adeo rata visio. Adveniente autem die dominico, convocato in ecclesiam omni populo, stans in gradu, super visione quidem, ne fortuitu in immensum videretur gloriari, nihil locutus, II Cor. 10, 13.
his exorsus est:

ipse populum suum monet

21. " Aut nutu aut permissu Dei in specula
" matris ecclesiae quisque constitutus, gladium
" imminentem conspiciens, si non annuntiaverit,
" omnium pereuntium sanguinis reus ipse merito
" detinetur. In hac ipsa, o utinam nutu Dei, me
" positum ad proferendam scientiam salutis Luc. 1, 77.
" plebi eius, perpendens, si subtraxero quippiam,
" sententiam districti iudicis in me retorquen-

17. — [1] *ita V*; cymma *B*.

19. — [1] *ita V*; progressus *B*. — [2] *ita V*: ĩ appalia *B*.

(1) In camera vel ad mensam. Cf. DUCANGE, s. v. *simma* et *sigma*. — (2) Cf. GREGORIUS TURONENSIS, *De virt. S. Martini*, lib. I, c. 4. — (3) De syntaxi cf. supra, p. 916, annot. 4.

" dam

A „ dam admodum verens, iterum iterumque,
„ carissimi, vos commonefacio, dum vacat, fugite
Ier. 25, 38. „ a facie irae columbae, dumque supernus censor
Luc. 1, 79. „ gladium suspendit ultionis, dirigite pedes
Isai. 1, 16. „ vestros in viam pacis. Quocirca auferentes
„ malum cogitationum vestrarum ab oculis Do-
Zach. 8, 16. „ mini, loquimini veritatem unusquisque cum
Prov. 20, 10. „ proximo suo. Nam noveritis quod pondus et
„ pondus, mensura et mensura, utrumque abo-
„ minabile est apud Deum. Noveritis etiam quod
Matth. 7, 2. „ in qua mensura mensi fueritis, remetietur
„ vobis. Eia, huius mundi amatores turpisque
„ lucri sectatores, qualem fructum tunc habuistis,
„ quando subversionem ecclesiarum, depopula-
„ tionem pupillorum[1] et viduarum, direptionem
„ quoque bonorum ipsorum ab Adelelmo huius
„ urbis tyranno (1) ac reliquis satellitibus
„ Sathanae unanimiter exactam, cum gaudio ex-
„ spectabatis? Qualia, Deo deorum iudice appa-
„ rente, pro talibus factis recipietis, vultis nosse?
Rom. 1, 32. „ Paulus vas electionis tubicinat nobis quod non
„ solum qui faciunt, sed et qui consentiunt,
Ier. 17, 5. „ digni sunt morte. *Maledictus,* ait propheta, *qui*
„ *spem suam ponit in homine,* non in homine Deo,
Eccli. 10, 13. „ sed in homine terreno; qui, cum mortuus fuerit,
„ hereditabit serpentes et bestias et vermes.
„ Cotidie videmus, velimus nolimus, cotidie
Horat. Carm. I, 4, 13. „ experimur quod pallida mors aequo pulsat
„ pede regum turres pauperumque tabernas.
Eph. 4, 22, 24. „ Nunc igitur, carissimi, deponite veterem homi-
„ nem cum actibus suis, et induite novum, qui
„ secundum Deum creatus est in iustitia et sancti-
„ tate veritatis, si forte districtum iudicem placa-
„ tum nobis reddere, si quoquo modo iram vobis
„ imminentem possitis evadere. Quod si neglexe-
Act. 4, 20. „ ritis, praedico vobis, — quippe non possumus
„ quae vidimus et audivimus non loqui, — quod
„ quam citius aut illo quondam sodomitico incen-
„ dio concremandi, aut ipso Dathan et Abiron
„ horrendo excidio funditus estis subruendi.
„ Proinde, ne una vobiscum silentii involverer
Act. 20, 26-27. „ crimine, mundus ego a sanguine omnium
„ vestrum; non enim subterfugi quo minus
„ annuntiarem omne consilium Dei in vos. Quin
„ ut ipsi, credo, meministis, quam saepe usque
„ ad divisionem corporis et spiritus pro hoc ipso
C „ sum periclitatus. Testificor iterum omni au-
„ dienti, ne parvipendens concessum remedium
„ incidat damnationis barathrum. „ His faciens
finem loquendi, recessit. Sed quia, iuxta viri
Sap. 1, 4. sapientis sententiam, non introibit in malevolam
Luc. 24, 11. animam sapientia, verba servi Dei visa sunt illis
quasi deliramenta, vociferantes una simul illum
infinitis quaestionibus ac quibusdam naeniis
Ps. 93, 13. operam dare. Sicque in deteriora proruunt, donec
Matth. 12, 45. fodiatur peccatori fovea, fiuntque novissima ipso-
rum peiora prioribus. Iamiam inevitabilis divini — AUCTORE NICOLAO MONACHO
examinis ira scelus ipsorum in diem perditionis
reservans, visitare ac demum ultricibus flammis
iuste pro meritis volebat detrudere. Attamen[2],
quia facturae suae pio semper dominatur affectu,
— nam et ore cytharedi vatis patiens multaeque Num. 14, 18;
misericordiae fore praedicatur, — precibus patro- Ps. 144, 8.
norum ipsius populi, ut creditur, flexus[3] ad mise-
ricordiam, maluit illos momentanee castigari
quam sempiterne suppliciis infernalibus depu-
tari.

22. Nam quinta sabbati, vigilia videlicet beati *de proximo urbis Ambianensis*
apostoli Bartholomaei (2), cuius aeque sollemne
festum fidelium devotio in crastino susceptura
simul et celebratura erat, nubes densissima, ut
universi lucem in noctem nimium gemebundi
mutatam crederent, urbem occuluit; moxque
egressus ignis stantes passim per agros stipulas
immensosque frugum acervos consumens in
momento, vehementissimis aquilonibus flantibus,
inter moenia civitatis illabitur. Cumque absque
aliquo discrimine saxeas uti ligneas vel domos
vel casas edax flamma lamberet, nec propius
quisquam ad dimovendum ausus erat accedere; E
quippe adeo acerrimum incendium universam
superficiem obtexerat, ut non plures sed unum
rogum te intueri crederes. Tunc quoque simul
omnia misceri, flammarumque globi ad sidera
usque efferri; porro adeo occulto iusto et pavendo
iudicio divinitatis, universa fuerant passim tra-
dita, ut rara, immo potius nulla, excepta ecclesia
Christi testis Firmini, domo quoque Godefridi
necnon quorundam egenorum tuguriis, inibi
remanerent domicilia, quin funditus subversa;
vixque a loco quippiam est semotum, quod illo
horrendo incendio non statim fuisset depastum.
Coria simul etiam diversorum animalium in pro-
fundis praeterfluentis fluminis Somenae gurgiti-
bus dimersa, incredibile relatu, contra naturam
elementi extrahebantur semiusta, ut si fortuna te
illo tulisset, nihil ab ipsis infernalibus stygiis
differri cerneres. Hoc omnino fidem excessisset
nullatenusque auditum apparuisset, nisi certior
intuitus credulitatis pennas suppeditasset. Inte-
rim in illis etiam aves corvis similes, macie
omnique horroris deformitate plenae, ignem
rostris deferentes visae sunt per urbem infestan- F
ter volasse; unde et velox[1] fama[2] percrebuit locum
infernali incendio flagravisse. Fit ergo altum
silentium in urbe et quae pridem gloria luxuria-
bat et honore, nunc angustiatur repleta amari-
tudine; quaeque finitimorum ac longe positorum
depopulationem sitiens cervicem erexerat, nunc,
vindice Christo, recipiens digna, sedet in tristitia.
Relinquuntur in illa derelictae sub divo parieti-
nae, ac si simul omnis inhabitator funditus depe-

21. — [1] pupillarum *B.* — [2] Ut tamen *B.* — [3] flexus est *B ante corr.*

22. — [1] vorax *B ante corr.* — [2] flamma *B ante corr.*

(1) Locus difficilis. Novimus filium Adae castellani Ambianensis, nomine Adelelmum, quem anno 1113 puerum pulcherrimum fuisse docet Guibertus de Novigento (*De vita sua,* III, 14). Illum hic non designari vix non certum est; crediderim autem designari ipsum Adamum, quem alio nomine Adelelmum dictum esse docent litterae anni 1069, quibus subscripserunt *Drogo Turrensis,* id est castellanus Ambianensis, et *Adelelmus filius eius* et successor (*Cartulaire du chapitre de la cathédrale d'Amiens,* t. I, p. 10; cf. A. de Calonne, *Histoire de la ville d'Amiens,* t. I, p. 145). Neque tamen sic res est expedita. Si enim Nicolao credimus, incendium quod c. 22 narratur anno 1106 accidit (cf. infra, annot. 2), ac proin oratio quae hic profertur eodem anno est habita. Iam vero non nisi aliquot post annis, anno inquam 1115, vel certe non ante annum 1113, Adam contra cives Ambianenses, qui libertati studebant, partes comitis defendit atque ea saeva facinora edidit quae ei et Nicolaus hoc loco atque etiam Suggerius abbas (vid. verba allata supra, p. 926, annot. 2) exprobrant. Quid ergo? Qui meliora doceri cupio, velim animadvertatur orationem illam non a Godefrido esse totidem verbis pronuntiatam, sed a Nicolao fictam. Crediderim ergo errasse Nicolaum et tempora permutasse, ita ut induceret Godefridum anno 1106 — quem annum non indicat Nicolaus, sed ex his quae profert nobis definiendum relinquit — de his loquentem quae anno dumtaxat 1113 vel 1115 accidissent. Haec ut in re obscura. — (2) Monuimus supra (p. 897, ad an. 1106, aug. 23) solo anno 1106, quam diu Godefridus episcopus fuit, diem 23 augusti incidisse in feriam quintam.

risset,

Auctore Nicolao monacho

risset, quolibet infausto ingruente omine. Illa, illa quondam prae amoenitatis affluentia dicta quondam Somanobria(1), nunc iam rite censetur Ambianis, gurgitibus amnium, scilicet tentationum impulsione, undique ambita.

incendio. **23.** Illis diebus Godefridus tantae cladis praemonitus, propriam dioecesim perlustrans, in Pontivorum solo commorabatur. Hoc comperto, quam citius adveniens, ubi universa in favillam prospexit redacta, obortis lacrimis, — nec enim hoc ingratis denegabat : — " O filioli „, ait, " oportuerat ut, voci meae credentes, hanc iacturam lucrifaceretis, sicque in velamentum alarum Dei a facie arcus extenti condignis paenitentiae lamentis confugeretis. Quod vel nunc sero aurem nostris sermonibus inclinare ac flagella Dei aequanimiter ferre, mores etiam vestros de reliquo in melius o si studeatis innormare, polliceor quod Christi larga propitiatio universa bona in vos redundare ac novissima prioribus praestabit gaudiis praecellere. „ Haec illi omnia pro viribus spondent adimplere. Itaque, non plene exacto biennio, adeo necessariis vitae praesentis B implentur omnia ut, iuxta sermonem viri Dei Godefridi, oblivioni traderetur omnis retro transacta miseria. Hoc fama cunctorum recolitur, hoc opinione inibi degentium, quasi adhuc recens, praeconatur, matresque docent liberos Godefridum satis refertum flamine prophetico.

Act. 27, 21. Ps. 60, 5. Isai. 21, 15.

Mortis suae praescius, **24.** Hinc iam vertatur stilus quo ordine vir venerandus terris eximi et ad elysiaca se promovendum praeviderit. Intellegens autem vir sanctus dissolutionem lutei fragilisque vasis iam iamque sibi imminere, tanto [1] misericordiae operibus insistebat enixius, quanto his ipsam se promereri confidebat propensius. Itaque inter reliqua quae ecclesiis, pauperibus, viduis et orphanis exhibuit, — quae quia nimium sunt relatu prolixa, exprimere devitamus, — etiam monasterio Sancti Quintini martyris de Monte, in quo, uti praefatum est (2), iuste et sancte disciplinis regularibus educatus fuerat, calicem aureum ad sacrosancta dominici corporis et sanguinis sacramenta celebranda contulit, alia etiam quam plurima, necnon et altare de villa cui nomen Cymimolis (3), ad luminaria ecclesiae concinnanda et ut ipso die, quo terris exemptus recolitur, C cura seu providentia thesaurarii ciborum potuumque copia in refectorio cunctis fratribus vel pauperibus affatim subministretur. Quod et hactenus ad monimentum egregii viri observatur. Hoc et plures sanctorum fecisse constat, ut etiam nec commemoratio subtractionis eorum a visibilibus inanis videatur a misericordiae operibus.

Sulp. Sev. Epist. III, 6. *eleemosynas liberaliter elargitur:*

Iohannem episcopum Morinensem invisit. **25.** Morinorum urbem adiit, ut aliqua de spiritualibus seu de statu praesentis ecclesiae conferret cum Iohanne, ipsius loci magnae auctoritatis praesule, de quo et in praesenti opusculo reminiscor me aliqua praelibasse (4). Cum igitur de his coram fratribus plurima perorasset : " O frater Godefride „, flens uberrime proclamat Iohannes, " pro absolutione delictorum meorum D omnipotenti Deo sacrificium offerre meisque exsequiis, si facultas assit, memento adesse. „ Ad haec Godefridus, pedibus ipsius provolutus, cum ingenti respondit gemitu : " Nequaquam, pater beatissime, ante me hinc es migraturus; nequaquam me ad regnum es praecessurus. En ego fragili carne exspolior; en ego viam universae carnis, Christo mihi propitio, laetabundus ingredior; en debitum humanae conditionis exsolvo. Hoc ergo quod parvitatem meam vis pro tua sanctitate facere, id ego qualiscumque homuncio ea caritate, qua invicem honoramus portare, qua etiam pro invicem praecipimur exorare, paternitati tuae supplico ut in me digneris implere. „ Ilico ex oculis omnium lacrimae affatim profluxere, memorantes nequaquam vel pertenue verbum illius ab ore incassum prodire. Ut ergo cognosceres illum nullatenus hoc in irritum eructasse [1], ferme ter quinis annorum curriculis ante ipsum memoratum pontificem comprobatur in Christo quievisse(5). Istud autem praeclarum relatu Herberti E simul et Walterii archidiaconorum (6), peritia litterarum non infimorum, qui tunc interfuere, accepimus, ne quis nos frivola proferre calumnietur.

Ios. 23, 14. Eph. 4, 2. Iac. 5, 16.

26. Et quia exsistens ipsius comparticeps in catena de quo [1] vox divina : *Ego,* inquit, *ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati,* ut opinari pium est, consors aeque futurus erat in gloria, volens Deus multiformibus tribulationum generibus ipsius amplius augeri merita, iterum adversus illum versutiae invidorum, maledicta et convicia divinae legi adversantium exoriuntur, nec tutus ei in illa regione ad commanendum locus, rursus fugam, rursus latebras, exsilium, rursus vitam solitariam agere, rursus promunctorium Carthusiae, Christo annuente, meditatur adire. Is nempe locus quam maxime sedebat eius animo. Nam et de quodam fratre inibi commanente quiddam praeclarum ac memoriae iugiter commendandum solitus erat narrare, quod videlicet numquam omnino manum pube tenus per triennium demiserit, qualibet ingruente necessitate; adeo pius sectator sanctimoniae habebatur. Illuc ergo citissime Godefridus pervolasset pioque desiderio satisfecisset, nisi debitus F finis a Christo ei affuisset. Interim quippe exacerbatus innumerisque angustiis, ut taederet eum vivere, erat interceptus; adeo supra modum virtutis suae aporiatus ferebatur ut creberrime omnium creatorem precaretur ne in illis partibus umquam lucis occiduae metam sortiretur. Quod et accidit, et in hoc Christum paruisse cerneres ipsius voluntati. Id ergo quando, ubi et quomodo evenerit, brevi expediamus.

Act. 9, 16. *Cum ad Cartusiam iterum confugere cogitasset.* II Cor. 1, 8.

Remos profectus **27.** Nescio cuius rei interveniente gratia, Remorum Galliae metropolim expetiit, collocuturus cum venerabili Radulpho, agnomine Viridi, ipsius loci archipraesule. Illis diebus praeerat

24. — [1] tante *B*.

25. — [1] eructuasse *B*.

26. — [1] qua *B*.

(1) Immo Samarobriva, ex ponte in Samara seu Somena facto. Cf. A. Holder, *Alt-Celtischer Sprachschatz,* t. II (1904), col. 1336-37. — (2) Lib. I, c. 5 sqq. — (3) Legendum credo *Cyviniolis* vel *Cyvinniolis*, id est *Ceviniolis*, vulg. Chuignolle (dép. Somme, arr. Péronne, cant. Bray), qui locus non ita procul Perrona abest ad occidentem. Haec quidem ecclesia a Godefrido donata erat monachis Lehunensibus atque penes eosdem erat etiam post mortem sancti, anno 1124 (cf. *Gall. christ.*, t. X, col. 1173 A; Darsy, *Bénéfices de l'église d'Amiens,* t. I, p. 307, annot. 3). Verum fieri potuit, quod reapse factum est in ecclesiis huic vicinis (vid. v. gr. Darsy, t. c., p. 308, annot. 2), ut reditus partim monasterio Lehunensi, partim monasterio Montis Sancti Quintini essent assignati. — (4) Lib. I, c. 32; lib. II, c. 2. — (5) Obiit Iohannes 27 ianuarii 1130. Cf. supra, p. 895, num. 19. — (6) Morinensium seu Tarvannensium, de quibus cf. O. Bled, *Regestes des évêques de Thérouanne,* t. I (1904), p. 14; t. II (1907), p. 137.

coenobio

in coenobio S. Crispini Suessionensi subsistit

coenobio Christi martyrum Crispini et Crispiniani, primorum Suessionicae urbis apostolorum et martyrum, reverentissimus vir, Odo nomine (1), totius sacrae religionis et honestatis praecipuus cultor, qui universa illius coenobii habitacula, murum quoque quo haec munita cernuntur, a fundamentis reaedificavit, atque ipsum locum, uti hodieque relucet, monastici ordinis regula, Christi praeeunte gratia sanctorumque suffragio, quorum illic pia retinentur patrocinia, quam maxime perlustravit. Is igitur venerandus pater die celebritatis sanctorum Crispini et Crispiniani, quae recitatur VIII° kalendas novembris, audiens Godefridum praesulem Ambianensem per Suessionicam civitatem transitum habere, imperat pueris fauces semitarum anticipare, ut, si forte vir Dei occurreret, suaderent, immo cogerent, ut quam citius ad sollemnitatem martyrum adveniret. Et ecce Godefridus per aggerem publicum iter conficiens, quasi diei hora tertia adveniebat. A quibus statim detentus, vi pia, immo Dei providentia, ad ecclesiam martyrum adducitur. A domno Odone ipsius loci abbate
B
sollemniter exceptus, instantem celebritatem festivus et ipse ac cum ingenti cordis iubilo peregit. Sed quia iam Christus pro sudore patientiae, castitatis, humilitatis ac reliquarum virtutum, quae in eo confertissime una coierant, decreverat iam pariter cum caelestibus immortalitatis serto servum suum remunerare, placuit etiam ipsius ineffabili pietati ut cineribus testium suorum, quorum memoriam sedulo excolebat, admisceretur, altera tantummodo distante urna.

et frustra

28. Nocte itaque sequenti, cum beata membra dedisset quieti, modica pulsatur febre; in crastino vero in oratione ante ipsorum martyrum corpora prosternitur, ac deinde coeptum iter cupiens evolvere, processerat usque ad villam cui vocabulum Parvanit, pertinentem ad possessionem praefatae ecclesiae; quae, ut reor, trium miliariorum spatio separatur ab illa. Et ecce, aegritudine invalescente, indicat comitibus itineris non ultra se posse ingredi [1], sed oportere se ad monasterium Sanctorum Crispini et Crispiniani reduci, illicque diem ultimum praestolari. Mox omnes mixtim gemere, flere; nequaquam illum vera opinari; non debere talia profari; quin
C
potius inibi paululum quiescens lassescentem stomachum pauxillum cibo reficeret, sicque quo coeperat, resumptis viribus, attingeret.

ulterius progredi conatus,

29. Sed ipse fatiscentes artus praesentiens: " Nequaquam, o filioli, nequaquam istud valet „ fieri. Nam nocte transacta, defessos artus cubitum collocans, videbar mihi videre a quattuor „ heroibus toga nive candidiori praeclare praetectis me lectica in quoddam oratorium deferri, „ mihique molarem lapidem, cunctis spectantibus „ simulque super hoc admodum maerentibus, „ superponi. „ Ad hoc cuncti cum maximo maerore exclamant: " Fiat voluntas Dei! „ Habebat in comitatu quendam egregiae indolis iuvenem, nomine Nicolaum, Beati Petri apostolorum principis Cluniacensis coenobii monachum; qui praecurrens ad genitorem suum, nomine Henricum, olim quidem saeculari militia inclitum, tum vero saepe dictae martyrum ecclesiae monachum, tum quoque procuratorem ipsius villae fidelissimum, mirae simplicitatis et innocentiae virum, refert dominum Godefridum Ambianensem episcopum advenisse et viribus impotentem non valere ultra procedere. Ilico exsiliens senior in praeparata domo cum condigno honore excepit praesulem, innumeras grates omnipotenti Deo referens, quod in hospitio talem tantumque promeruisset excipere hospitem. Illic ergo vir venerandus tribus permanens diebus amplius viribus corporis destituitur. Hoc comperto, venerabilis Odo, praedicti coenobii pater, instructo comitatu, equis sudantibus, venit ad eum. Quo salutato crebriusque deosculato, impositum reverenter navi ad coenobium martyrum Suessionis cum magno gemitu deduci navigio fecit (2). Itaque vir venerandus tanto attentius orationibus ac lacrimis insistebat quanto sibi celerius occasum vitae praesentis adesse sentiebat. Patienter ergo perferebat flagella patris, sciens quod, si II Cor. 5, 1.
terrestris domus habitationis suae dissolvatur, quod aedificationem haberet, domum non manufactam aeternam in caelis.
E

AUCTORE NICOLAO MONACHO

in eodem pie moritur.

30. Igitur, adveniente hora qua domum luteam exiret, sacramenta dominici corporis et sanguinis de manu domini Lysiardi, Suessionicae civitatis piae memoriae antistitis (3), fide integerrima suscepit. Inde, deosculatis fratribus, benedicens ac valedicens astantibus, supplex exorat ut in capitulo, quo fratres frequentius incedere, genua flectere, proprios excessus accusare, deflere, corrigere, simul et, Christo condonante, veniam soliti erant percipere, ante tribunal scilicet sacrosanctae crucis, quae etiam illic perpulchre depicta in vitrea retinetur, illo inquam amplectendo loco ipsius corpusculum humaretur, ut adiens ad thronum gratiae eius qui in ipsa totius Hebr. 4, 16.
saeculi tulit offensam, misericordiam consequeretur et gratiam in auxilio oportuno invenire mereretur. Sicque trophaeo regis aeterni ad Aug. Civ. Dei 10, 21.
devincendas aereas potestates munitus, manibus protensis simul et luminibus erectis, in oratione debitum communis condicionis exsolvit, sicque, ut pie credimus, intrans in gaudium domini sui — Matth. 25, 21.
nam fidelis in omni domo sua exstitit — hereditatem incorruptibilem et immarcessibilem et I Petr. 1, 4.
incontaminatam conservatam in caelis de manu
F
ipsius perpetuo cum illo feliciter conregnaturus accepit. Facies eius, niveo roseoque colore interstincta vernans, pium pulchrumque spectaculum fidelibus praestabat, adeo ut non leto, sed depressum crederes somno levissimo. Hoc modo Godefridus Ambianensium praesul VI idus novembris, die scilicet Quattuor Coronatorum, bonum certamen certans, fidem servans, cursum II Tim. 4, 7.
consummavit (4), a Deo et ipse indutus stola Luc. 15, 22.
prima securusque de reliqua. Lysiardus vero ipsius urbis praesul nitebatur glebam pretiosi corporis Godefridi ad episcopalem sedem, ecclesiam videlicet sanctorum Gervasii et Prothasii, transferre; sed non fuit fas, obnitente reverendo Odone ipsius loci patre, Theulpho quoque piae memoriae priore, qui et pauco post emenso tempore illi successit in regimine (5), ac reliquis

28. — [1] progredi *V*, *forsan rectius*.

(1) De quo supra, p. 932, c. 10. — (2) Flumen enim Axona monasterium praeterfluit neque longe abest a via quae Suessionibus ducit Remos. — (3) 1108-1126. — (4) Anno 1115. Vid. supra, p. 895-96, num. 18-20. — (5) Abbas SS. Crispini et Crispiniani fuit ab anno 1118 ad annum saltem 1136; cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 397. Cui anno 1138 successerat Ernaldus (vid. infra post c. 42), qui anno 1155 obiit; cf. *Gall. christ.*, t. c., col. 397-98.

monachis

AUCTORE NICOLAO MONACHO

monachis inibi consistentibus, immo beatorum martyrum Crispini et Crispiniani pietate ipsiusque amici Dei voluntate. Etenim dignum congruumque fuit ut locum quem ob amorem beatorum martyrum pio cordis affectu, quoad vixit, excoluerat, ipsum etiam sua corporali insigniret praesentia.

Defuncti laudes celebrant Bernardus decanus,

31. Super hoc dominus et magister Bernardus, sanctae Suessionensis ecclesiae decanus (1), plurima cecinit; qui, quamvis podagrico morbo, ut vix incedere posset, nimium foret constrictus, amor tamen gloriosi confessoris, ut ad ipsius tumulum, quasi nil pateretur incommodi, quam saepius adveniret, illi ministrabat vires. Ait autem sic :

Sanctorum meritis effectum creditur horum
quod dormis hic in Domino, Godefride sacerdos.
Nam festis interfueras devotus eorum.
Hinc et abibas, sed sistit te morbus euntem;
hucque revectus obis et cum sanctis requiescis,
unde Coronatorum Quattuor aucte corona.
A puero sacra regula te direxit erasque
B *quo maior, melior, prius abbas, postea praesul,*
pontificando solum tutatus Ambianensem;
nunc ad tutelam tua servant membra Suessi.
Huic de qua satus es bene te Deus appulit urbi.

et Goislenus episcopus.

32. Domnus etiam Goyslenus, quondam Bituricensium archidiaconus ac Parisiacensis magister totius Europae insignissimus, nunc autem, Dei annuente gratia, Suessorum episcopus (2), pater patriae iure vocandus, suaque aetate plurimorum coenobiorum, monachorum, clericorum sanctimonialiumque fundator sollertissimus, totius pravitatis inimicus, omnisque munditiae certissimus cultor, omnia paene ipsius Godefridi brevi complexus est ita :

Gloria pontificum, cleri decus ac monachorum
forma, gregis dux, exemplar morum, Godefridus
hic iacet astra petens octava luce novembris.

Quae, ne ulla umquam quirent deleri oblivione, in giro lapidis illius mausolei, qui a Cameracensi urbe illuc advectus cernitur quique anulum, infulam pastoralemque ferulam reliquumque episcopalem ornatum, sed et iconam venerabilis Godefridi perpulchre in semet retinet, praecepit sculpere. Plures etiam disertissimi oratores de
C hoc ipso praeclara cecinere. Haec idcirco protulerim ut tam futuri quam moderni norint cuius meriti vel orthodoxae famae Godefridus apud mortales sua aetate exstiterit, de quo tanta ac talia concentus rhetorum unanimi cordis voto prompserit. Ex illis duos egregios ad medium deduximus; nam in ore duorum triumve testium omne verbum stare fideliter praedicatur. (Deut. 19, 15.) Nunc itaque perstringamus ubi et quomodo sit tumulatus venerabilis praesul.

Plurimis viris primariis

33. Ut ergo tam luctuosi nuntii fama ad aures populorum pervenit, certatim utriusque sexus et aetatis infinita multitudo beati viri occurrit exsequiis. Interfuit quoque domnus Lysiardus Suessorum praesul, Clarembaldus aeque Silvanectensium praesul (3), venerabilis Odo ipsius coenobii tunc temporis patronus, circa sepulturam valde sollicitus, Radulphus Beati Medardi pater (4) cum toto ipsius ecclesiae spectabili D conventu, Petrus chenodochii Sancti Iohannis Vinearum (5) cum filiis adoptivis; Mathildis almae Dei genetricis ecclesiae abbatissa (6), cuius temporibus a fundamentis perpulchre exstructa plurimisque miraculorum signis est illustrata (7), cum commisso sibi grege advolat citissima; Benedictus, quondam ipsius loci, tunc vero pastor coenobii Sancti Petri apostoli Cathalaunensis civitatis (8); Helbertus prior monasterii Lehunensis in territorio Viromandensium constructi, vir mirae simplicitatis et compunctionis et quo suo tempore in monasticae perfectionis ordine iustius nihil exstiterit; cuius fama sanctitatis, puritas cordis, munditia corporis adeo spectata habebatur ut non post multum monasterio virginum quod Maxciliacum dicitur (9) praeficeretur. Affuerunt etiam alii quam plurimi ecclesiarum rectores. Quodque magis mirandum video, quod tot ac tanti patres ex tam diversis orbis regionibus tam subito tamque insperato eo confluxerint, nisi quod legimus Christum servorum suorum et post subtractionem a luteis curam E agentem, angelos suos frequentius misisse, ut exsequiis eorum obsequia ferrent. Pie etiam credendum censeo istos omnes instinctu ipsius commonefactos, ut ex diversis sedibus illic in momento advolarent et exsequiis servi Dei devote obsequia impenderent.

ad eius exsequias

34. Itaque de more aquis ablutus, anulo, thiara ac reliquis sacerdotalibus decenter adornatus, lectica tristi monachorum officio ante pretiosa martyrum Crispini et Crispiniani membra defertur.

confluentibus,

35. Universis igitur chorum ingressis, una sanctimonialium, Helvydis nomine, cuius superius mentionem fecimus (10), funus pontificis intuens et ad memoriam visionem nocte praeterita sibi ostensam reducens, super hoc angebatur immodice quod neminem cui exponeret, ut opinabatur, adesse cerneret. Quam [1] quidam fratrum, Amatus nomine, ita stupidam exsanguemque perspiciens, silentio percontatur, in penetralibus cordis quid versaret, quid ei accidisset, cur tam insperato obfuscata videretur ipsius facies. Tum ipsa : " Proferrem ", inquit, " si quoquo „ modo competentem explanationem accipere F „ valerem. „ — " Ne cuncteris ", subsequitur, " o „ virgo, ulterius. Profiteor etenim, si contrito „ corde ad Godefridi beati exsequias accessisti, „ nil anxietatis, nil in corde permanebit difficul- „ tatis quin quam citius laetabunda revertaris ad „ propria. „ Quae nimium morata nimiumque suspensa : " O utinam ", respondet, " Amate, „ prospera relatio, o utinam magis condigna, „ auspice Christo, subsequatur interpretatio! „ Videbar mihi nocte soporata [2] quendam virum „ in quoddam oratorium deferri, circumstantes „ alloquentem, benedicentem ac valefacientem, „ in ipso loco, incredibile relatu, tumulari vivum.„ Ad quod Amatus, uti rei veritas exigebat, sacro sibi revelante flamine, prudenter visa coniectans: " Verum est ", inquit, " o virgo, verum est. Hic „ est enim Godefridus, Dei servus, ille religionis

35. — [1] *ita V;* Nam *B.* — [2] sopora *V.*

(1) Saltem an. 1107-1126. Cf. ibid., col. 386. — (2) 1126-1152. — (3) 1115-cca 1133. — (4) Abbas Sancti Medardi Suessionensis post an. 1093 usque ad an. 1119 vel 1120. — (5) Abbas monasterii Suessionensis Sancti Iohannis in Vineis ab anno saltem 1100. — (6) Successit Adelaidi abbatissae, quae 5 septembris 1116 obiisse dicitur in *Gall. christ.*, l. c., col. 444. Qui locus cum Nicolai testimonio est componendus. — (7) Cf. supra, p. 913, annot. 1. — (8) 1110-1118. — (9) An potius Marciniacum (*Marcigny*), coenobium virorum et mulierum O. S. B. — (10) Lib. I, c. 24.

„ sanctitatisque

A „ sanctitatisque praeconio totum fere per orbem, „ quem sol flammifera quadriga utrumque recur„ rens aspicit oceanum, famosissimus; qui quam„ quam ad horam mortalium obtutibus, debi„ tum condicionis exsolvens, abstractus videatur, „ cum Christo tamen ei perpetuo iure vivere „ datur portionem ipsius †. Nam et haec verba „ ultimo eructasse [a] dicitur. „ Mox sanctimonialis obortis ingeminat lacrimis: “ Vera visio, vera, „ verissima plane. Verissima, Christo suppedi„ tante clementia, subsecuta est interpretatio. „ Ipsius ad Deum ut pro nobis supplex fiat „ intercessio. „

atque tanta etiam multitudine

36. Interim populus tigna, tegulas, laquearia, anfractus arcuum basilicae, gratia conspiciendi exsequias, festinato scandit. Erat autem ascensus per scalam quae, perductis in immensum lateribus, tignorum fastigia cacumine tangere cernebatur. Quae cum ad instar apum, favos mellis stipantium, numerositate utriusque sexus, virorum, puerorum mulierumque praegnantium conserta cerneretur ab imo usque ad summum, tantum onus ferre non praevalens, scinditur per medium. Itaque ab ipsius fragore atque multitudinis solo tenus ruentis clamore pulverisque se in altum ferentis obfuscatione vastum basilicae spatium adeo intremuit ut universi crederent cunctam fabricam discompaginatam solo tenus corruisse funditusque disperiisse. Exhinc omnes obstupefacti altius gemere omniumque ora gelidus sudor opplere. Quis etenim ipsos usque ad terram corruentes immunes a laesione crederet? Quis non in ipsa collisionis ruina inter ruendum clamaret illos vitalem subito spiritum exhalasse? Sed, ut omnibus innotesceret quanti meriti apud Christum foret cuius gratia exsequiarum eo coierant, non solum a dolore mortis, verum ab omni laesionis nota redduntur extranei. Ex quibus una matronarum, nomine Ava, uxor Ingelramni, praedivitis ac Suessionicae urbis civis, quae etiam cernebatur onere uteri gratia prolis praegravari, Christo valde amabilis, orationibus ac eleemosynis intenta assiduis, perpendens, ut iam dictum est, omnes super repentino eventu collacrimari: “ Cur, o cives „, exclamat, cur estis „ tam attoniti? Cur, rogo, tanti doloris maesti-
C „ tudine estis aporiati [1]? Ecce nihil dispendii, „ nihil ruinae nihilque periculi incurrimus. Ecce, „ Deo propitio, coram una incolumes omnes „ astamus. En virtutem beatorum Crispini et „ Crispiniani Christi testium gloriosique Gode„ fridi praesulis nunc satis superest quam prae„ clare [2] experti sumus. „ Erat igitur ibi quidam qui altius corruisse videbatur, ut, omnium compage membrorum dissoluta, occubuisse putaretur; qui haesitantes alacri voce refovens, ad testimonium tam egregiae virtutis, camisiam, interulam, femoralia, caligas, subtalaria cunctis ostentans discissa, nihil passus incommodi, a loco, cunctis spectantibus gaudentibusque ac super hoc nimium stupentibus, exsilivit incolumis. Huius rei tot adhuc exsistunt testes quot etiam interfuere inspectores. Tunc omnis maeror omnisque luctus in gaudium convertitur. Godefridi nomen meritumque magis praeconiis cunctorum ore ad caelum usque effertur.

ut scala in ecclesia rumperetur,

Lucanus, 4, 623.

nemine tamen laeso,

AUCTORE NICOLAO MONACHO

sepelitur in basilica

37. Igitur oblato pro devotione animae Godefridi omnipotenti Deo sacrificio, omni basilica cereorum lychnorumque [1] fulgoribus radiante ac thymiateriis suave redolente, gleba beati viri ad tumulum, sarcophago novo lapideque pario decenter instructum, cum ingenti maerore simul et gaudio defertur. Sicque egregii praesulis verique pastoris dominici ovilis corpus, intactum ab omni labe pollutionis, quippe ab ipso matris utero, uti veraciter, teste Christo, comperimus, Nazareus permansit, terrae reconditur, in superni examinis die induendum gloria et honore a supremo censore.

SS. Crispini et Crispiniani.

38. Sepultus est itaque beatus vir in medio chori basilicae Sanctorum Crispini et Crispiniani, in suburbio Suessionicae urbis, inter duas pyramides sub maximo arcu qui dextra laevaque totum aedis spatium sinuoso ambit anfractu(1); super quem a domno Theulpho, ipsius loci venerabili patre, cuius supra mentio facta est (2), insistente domno Arnulpho, praesentis coenobii E monacho simul et thesaurario, turrem mirae magnitudinis, magnaeque proceritatis miro lapideo tabulatu a fundamentis constructam nostra aetate vidimus. Quod <si> indagator pretiosi corporis Godefridi fueris, summittens lineam perpendicularem [1] ab ipsius arcus pinna recta semetra †, remota omni ambiguitate, te pro certo invenire praesumas.

Ambianenses de praesulis sui obitu

39. Ut ergo obitus pastoris ad notitiam gregis suae curae pervenit, universam urbis totiusque provinciae superficiem intolerabilis maestitia, luctus gemitusque replevit; publice et privatim desolationem patriae gemere, ineluctabile contra universos incursantium aestus robur, peccatis exigentibus, ingeminabant, proh dolor! amisisse. Nequeo evolvere quot phalanges utriusque condicionis sexus et aetatis ad ipsius venerabile mausoleum a finibus illis progredientes, catervatim properent, ipsum fletibus lacrimisque irrorantes ac velut adhuc calens ipsum deosculantes. Illic etiam vota fidelia persolvunt, oblationes suas more fidelium superponentes, cum ingenti animi maerore, quod non fuissent meriti ipsius sacris cineribus potiri, protestantes.

plurimum dolent.

40. Recolo me conventui fratrum psallentium admixtum, et ecce, ut opinor, quinque anus vix incedere sufficientes, canis respersas vestibus vilissimisque pannis obsitas, illuc advenisse, quae genibus flexis sacrum tumulum ambientes pedesque iconae superpositae complectentes, talia depromebant:

“ Te Godefride pater, flemus amore pio,
„ o solamen miseri, viduae pater, altor egeni,
„ o lumen oculorum nostrorum, o paupertatis et miseriae nostrae refugium, qualem „ te modo videmus! His manibus nobis nostri„ que similibus vestes alimenta ceteraque neces„ saria solitus eras impartiri; his vestigiis, „ nostri profectus gratia, uti servulus omnium, „ discurrere. Quo nobis refugium cuiusve amodo „ implorandum suffragium? En hac illacque, uti

[a] eructuasse *B*.
36. — [1] apporiati *B*. — [2] preclari *B*.

37. — [1] lignorumque *B*.
38. — [1] perpendi culmine *B*.

(1) Non explicat Nicolaus cur non sepultus sit Godefridus in capitulo fratrum, uti petierat (cf. c. 30); neque liquet quid differat inter locum quo primum est humatus et illum in quem anno 1138 est translatus (vid. infra, post c. 42); idem certe locus non est, cum alterum Theulfus abbas ornaverit, in altero sub Theulfi successore Ernaldo Godefridi corpus sit conditum. — (2) C. 30.

AUCTORE NICOLAO MONACHO

„ grex pastore destitutus, vagantes, nec quem„ quam tui similem reperire sufficientes. O quam „ felices qui tuis exsequiis potiri, tuo patrocinio „ protegi, tua praesentia merentur perfrui! „ Haec et quam plurima questuosis vocibus prosequentes adeo perstiterunt, quousque voces monachorum a psallentio deflectentes una secum flere cogerent. Adeo vir beatus, quamdiu flatum vitalem captavit, erga inopes devotus sollicitusque exstitit.

Eius opem implorat presbyter Suessionensis.

41. Quidam presbyter in Suessionica civitate commanens ab episcopo, Lysiardo nomine, nescio cuius gratia adeo impetebatur ut paene e provincia proturbaretur. Qui nimium artatus, nec locum effugii quorsum reperiens, accedens ad quendam suum compresbyterum, nomine Rotbertum, genere Nortmannicum, moribus non infimum, reserat quae et quanta a praesule pateretur, quidque super hoc sit agendum sciscitatur. Cui ille: " O mi dilecte „, respondet, " si meo „ consilio aurem commodaveris, polliceor quod „ celere remedium experiaris. „ Ad quod ille:
B " Nulla „, inquit, " erit in exsequendo qualis„ cumque difficultas, quin quam libens maturato „ impleam imperata. „ Et ille: " Propera „, infit, „ ad patrocinia beatorum martyrum Crispini et „ Crispiniani; prosternere ante sepulcrum gloriosi „ praesulis Godefridi, illic nuperrime tumulati, „ credens te super his omnino exaudiri. En una „ tecum pergo, similia adepturus pro voto. „ Quid multa? ad tumulum beati viri magna cum devotione accedunt, in precibus illic advolvuntur, cum lacrimis diutius immorantur. Inde presbyter recedens[1] de reliquo aetatem duxit securus.

Scriptoris epilogus.

42. Haec de ortu, vita et excessu venerandi Godefridi, Ambianensis patroni Deoque per omnia digni, qualicumque stilo protulimus, quam plurima relatione digna praetermittentes, ne forte in immensum ferri videremur. Ceterum reor me satisfecisse credulitati fidelium, dum hinc virtutes interioris hominis, quibus quam praeclare viguit, partim depinxerim, hinc vero [quod] quaedam extrema miraculorum eius partim decerpserim. Rogo autem eos in quorum manibus hoc tantillum nostrii studii pervenerit opus, ut ignoscant humili audaciae, veniam dent aetati immaturae, condonent etiam contemptibili inscitiae. Quod si
C perquiras faleratorum superfluam ventositatem verborum, nusquam reperies. Nec etenim haec D
sancti viri enixius perquirunt, illud egregii doctoris reducentes ad animum quo regnum Dei I Cor. 4, 20.
non in sermone sed in virtute spiritus consistere protestatur. Itaque haec ego homunculus non in Ibid. 2, 1, 4.
sublimitate sermonis, nec in doctis humanae sapientiae verbis descripsi, magis rei prosequens veritatem quam comptorum eloquiorum accumulans exaggerationem. Nunc igitur illius opitulatione ubique et in omnibus a maligni eruamur tentatione, cuius amore ducti etiam obtrectatorum dementiam postponentes tantum laborem assumpsimus. Pausavit autem piissimus pastor Godefridus, Ambianensium praesul inclitus, in Christo VI idus novembris, hora diei IX, anno sacerdotii sui XI, aetatis vero L, verum iubilaeum remissionis et requietionis percepturus ab ipso, regnante Ludovico Philippi Francorum regis filio anno XVIII, incarnati autem Verbi Dei M.C.XVIII (1), imperante ipso Dei et hominis filio Deo et domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Translatio S. Godefridi anno 1138 facta.

Anno humanati Verbi Dei M.C.XXXVIII translatum est venerabile corpus Deo digni praesulis Godefridi, Ambianensis episcopi, a venerabili Goisleno, Suessionicae civitatis praesule, atque ante maius altare, sub arcu lapideo, qui propitiatorium sinuoso ambit anfractu, cum pio recordationis affectu honorifice reconditum. Quo loco salvator mundi vota exaudit supplicum. Hoc actum est nonis aprilis, feria III sollemnitatis paschalis, astantibus venerabilibus patribus domno videlicet Ernaldo ipsius coenobii abbate (2), necnon Guidone ecclesiae Sancti Iohannis gubernatore (3); hoc, inquam, gestum vidimus, ad honorem Dei summi, cui, ut legitur, non pereunt moriendo corpora nostra, sed mutantur in melius, quando busta sanctorum suorum in die examinis gloria et honore induens configurabit corpori claritatis suae, cum etiam ex Philip. 3, 21.
angelis et hominibus unam civitatem, unam quodammodo exhibebit rempublicam.

Explicit liber III et ultimus vitae beati Godefridi Ambianensis episcopi, quae recolitur VI[II]° idus novembris. F

41. — [1] resedens *B.*
42. — [1] *Ita etiam epitome V:* Repausavit autem beatus Godefridus in Christo, ut supra tactum est, VI° idus novembris, hora diei nona, anno sacerdotii sui XI°, etatis vero quinquagesimo, incarnati vero Verbi millesimo centesimo decimo octavo. *Eosdem numeros exhibet Surius.*

(1) Immo anno sacerdotii XI<I>, Ludovici regis [X]VIII, incarnationis MCXV[III]. Cf. supra, p. 895-96. — (2) Cf. supra, p. 941, annot. 5. — (3) De Guidone abbate Sancti Iohannis in Vineis cf. *Gall. christ.*, t. IX, col. 457.

ADDENDA

A D

ADDENDA ET EMENDANDA

Pag. 2 A, de S. Amantio. — Lege : t. II, 1, p. 270-87.

Pag. 10 F-11 A. — Idem dicendum de Protevangelio armenio; cf. Is. DAIETSI, Libri spurii Novi Testamenti, THESAURUS LITTERARUM ARMENIARUM VETERUM ET RECENTIUM, t. II (Venetiis, 1898), p. 258-59. Protevangelium aethiopicum plene interim editum est ab eodem v. d. Mario CHAÎNE, Apocrypha de B. Maria Virgine, CORPUS SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM, Scr. aethiop. ser. 1ª, t. VII (Parisiis, 1909), textus p. 3-19; versio, p. 3-16.

Pag. 12 B, lin. 1. — Lege : ἀγγέλων.

Pag. 12 D, lin. 18. — Lege : ποῦ ἔστιν.

Pag. 13, num. 33, lin. 4. — Lege : Iohannis stylitae.

Pag. 21 A. — Lege : § VII ... de SS. Zacharia...

Pag. 21, annot. 2. — Hanc partem synaxarii
B coptici interim edidit I. FORGET, Synaxarium alexandrinum, t. I, fasc. 2, CORPUS SCRIPTORUM CHRISTIANORUM ORIENTALIUM, Scr. arab., ser. 3, t. XVIII; cf. p. 270-71.

Pag. 49, annot. 3. — Lege : Khirbet Fenân.

Pag. 64, num. 10, l. 9|10. — Lege : inter 14 sanctos.

Pag. 73 B, l. 1|2. — Lege : ex simulatione.

Pag. 77 A, lin. 11. — Lege potius : incumberet orae.

Pag. 80. — Cf. iam B. KRUSCH, in MG., Scr. rer. merov. t. V (1910), p. 230, annot. 2.

Pag. 80, num. 3, lin. 17. — Lege : Venerianus.

Pag. 85. Annotatio 4ª fiat 5ª, et 5ª fiat 4ª.

Pag. 85, annot. 6. — Adde iam W. LEVISON, in Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde, t. XXXV (1909), pp. 38, 45-46.

Pag. 86, num. 10, lin. 7. — Lege : magna ex parte.

Pag. 91 A, ad lin. 11 in marg. — Lege : Vita S. Albini, V. 14.

Pag. 104 A, lin. 3. — Lege : fuisse ferunt.

Praetermissi sunt numeri pagellarum 113 et
C 114.

Pag. 128 A, de Condeloco, lin. 5. — Lege : Conwoionis.

Pag. 145, annot. 1, l. 3|4. — Lege : quasdam.

Ibid., annot. 22. — Lege : PARASCANDOLO.

Pag. 176 C, lin. 1. — Lege : In Provincia.

Pag. 187 F, lin. 3|4. — Lege : in lacum.

Pag. 190, annot. 1. — Lege : Cf. p. 200, annot. 15.

Pag. 192 A, lin. 5. — Interpunge : Otto, de Weylach.

Pag. 205, annot 2. — Scribe : vid. enim fol. 43ᵛ.

Pag. 222, num. 19, lin. 9/10. — Lege : discipuli.

Pag. 240 C, lin. 1. — Lege : Eurico.

Pag. 251-52. — Postquam haec typis erant mandata, prodiit liber optimus v. cl. Marii BESSON, Contribution à l'histoire du diocèse de Lausanne sous la domination franque, 534-888 (Fribourg-en-Suisse, 1908), in quo docte et sapienter de S. Protasio sermo fit p. 19-24. Opinatur vir doctus reapse Lausannensem episcopum fuisse Protasium.

Pag. 251, annot. 14. — Cf. M. BESSON, in Revue historique Vaudoise, t. XII (1904), p. 192. Monasterium haud procul ab Orbe ac proinde in dioecesi Lausannensi situm fuisse nuperius censuit M. REYMOND, Des origines du prieuré de Baulmes, in REVUE HISTORIQUE VAUDOISE, t. XIII (1905), pp. 335-42, 367-72, probante M. Besson (Contribution..., p. 19).

Pag. 252, num. 5. — De his fabulis etymologicis vid. E.-L. BURNET, Bière, Bérolles, Basuges et Saint-Prex, in REVUE HISTORIQUE VAUDOISE, t. XIII (1905), p. 65-71; BESSON, Contribution..., p. 22-23.

Ibid. — Docet BESSON, ibid., p. 21-22, in Helvetia varia esse loca quorum nomina illi Venesiae non multum sint dissimilia, v. gr. La Vounaise, Vaunaise, Venèse (rivulus), en Venise; ipse autem probabilius existimat Venesia scriptum esse pro Veuesia seu Vevesia, hoc autem nomine designari notum Helvetiae oppidum quod alibi latine dictum est Viviacum seu Vivesium, vulgo autem olim E
Vivois, Vives, Vivex, nunc Vevey.

Pag. 253 A, lin. 12. — Lege : Maelrubha.

Pag. 253 sqq. — Vitas et miracula SS. Audomari, Bertini, Winnoci ea qua solet diligentia et sollertia examinavit atque singulorum antiquiores recensiones nuper edidit v. cl. Wilhelmus LEVISON, MG., Scr. rer. merov. t. V (1910), p. 728-86. Inter quae de Winnoci historia p. 735-36, de antiquissima trium sanctorum Vita p. 739-44, de reliquis opusculis ad Winnocum spectantibus p. 750-752, breviter sed dilucide atque plene tractavit. Vitam Winnoci antiquiorem (supra, p. 263-66, c. 1-10) edidit p. 769-75 ex codicibus nostris A3, A2, A1, B2 (non autem B1) ac praeterea ex Oxoniensi Bodl. 354, saec. XII, et Sancti Audomari 716, saec. XIII. Miracula a nobis ex codice A1 exscripta (supra, p. 266-67, c. 11-15) edidit p. 780-82, c. 1-4, ex eodem et ex codice Sancti Audomari 716. Ex hoc insuper protulit, p. 782-86, c. 5-11, narrationem aliorum miraculorum hactenus ineditam, quam optime perspexit esse fontem ex quo scriptor Vitae recentioris hausit ea quae narrat c. 15-21 (supra, p. 272-74).

Pag. 255 E, lin. 6. — Lege : Holder-Egger. F

Pag. 257, num. 16 sqq. — Chartam Heremari dubiae fidei esse docuit W. Levison, t. c., p. 736.

Pag. 260, num. 30, lin. 10. — Lege : codice quodam saeculi IX.

Pag. 325, num. 1. — Deleantur ultimae sententiae : " Quamquam plane reprobanda... mendaciunculo. "

Pag. 327 C, lin. paenult. — Lege : Antonium et Matronianum.

Ibid. D, lin. 12|13. — Lege : Antonius.

Pag. 338. num. 2 extr. (cf. p. 339, num. 5 init.). — Addendum erat episcopatum Achillae, quem trium mensium fuisse scribit Epiphanius, ab eodem collocari inter episcopatus Alexandri et Epiphanii (Epiphanii episcopi Constantiae opera ed. G. DINDORF, t. III, 1, Lipsiae, 1861, p. 153).

Pag. 367, num. 20, lin. 1. — Lege : (461-468).

Pag. 383 E, lin. 12. — Lege : Leonardus episcopus...

Pag. 395 sqq. — De S. Florentio videri etiam possunt quae nuper collegit Paulus WENTZCKE, Regesten der Bischöfe von Strassburg, t. I (Innsbruck, 1908), nn. 14, 15, 60, 495-497, 572.

Pag. 396, num. 3, l. 14. — Lege : Haslach.

Pag. 397,

A *Pag. 397, num. 6. — Alteram Vitam metricam paulo antiquiorem, rebus narratis Vitae prosae simillimam, nuper invenimus in codice Coloniensi archivi civitatis Walrav. 164 a (prius 171, olim VI,13), saec. XV, fol. CVI*^{v}*-CVIII*^{r} *(al. 107*^{v}*-109*^{r}*).*
Incipit :

Qui legis hos numeros tenui dulcedine comptos,
Illius ammoneo meritum venerare supremum,
Cuius honore micant et cuius gesta renarrant.
Francorum celebris Dagoberti tempore regis
Sanctus ab occiduis venit Florentius oris...

Desinit :

Tecum syderia fungamur pleniter aula,
Qua Patrique nitet equalis Spirituique.

Pag. 397, annot. 11, et p. 400, annot. 6. — Cf. iam P. Wentzcke, Die elsässischen Königspfalzen Kirchheim und Marlenheim, *in* Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins, *t. LXIII (1909), p. 18-28; ex quibus liquet prorsus incerta esse ea quae de Kirchheim villa regia sunt affirmata.*

Pag. 423 B, *lin. 4. — Lege :* († 1110).

Pag. 428, annot. 1, lin. 8. — Lege : anno 728.

Pag. 436 A, *lin. 16. — Ad verba*: furtivis noctium B lucubratiunculis *annota :* Hier. Ep. 119, 1.

Pag. 458 E, *lin. 5. — Ad verba :* illesa cuculla *annota :* Hier., Vita S. Hilarionis, 46.

Pag. 466 E, *lin. 4. — Lege :* immolaticium.

Pag. 472, annot. 3. — Crediderim Thiofridum, utpote qui Vitam S. Amalbergae legerit (cf. p. 477-78, c. 30; p. 497, c. 30), ex illa hunc errorem decantasse. Cf. Vitam S. Amalbergae, num. 38 (Act. SS., *Iul. t. III, p. 100).*

Pag. 477 E, *lin. 12. — Lege :* saxeis.

Pag. 499, vers. 230-231. — Lege: sub duce nullo interiere.

Pag. 623, annot. 3. — Venerunt tandem Vindobona, postquam haec folia dudum prelum reliquerant, imagines Sanctilogii *illius photographicae. Ex quibus comperimus in hoc exemplari (=* **1 b**) *contineri brevem epitomen librorum I et II atque capitum 50 et 56 libri III. In qua cum fere ipsa verba Caesarii servata sint, modo concordat epitome cum codice 1 a, modo cum codicibus 2 ab; quo fit ut horum vel illius lectiones nonnullae confirmentur, etiam eae quas, cum huius epitome copiam non haberemus, in textum recipere noluimus. Aliquando a ceteris exemplaribus recedit 1b, sed* C *ita ut a genuino etiam textu simul manifeste recedat. Lectiones aliquot, quae magis notabiles visae sunt, recensuimus.*

Lib. I, c. 2^{15} *non om.* 1 b. — c. 5^{5} virtutis opera 1 b; 5^{8} imperii 1 b; 5^{10} sed petenti 1 b; 5^{17} cum ep. gl. sp. et cum duc. gl. mat. 1 b; 5^{29} pecuniis] sed penitus 1 b. — c. 6^{4} scilicet *add.* 1 b. — c. 7^{9} D quidquid discere 1 b; 7^{14} Hyldegardis 1 b. — c. 8^{10} omnes 1 b; 8^{14} Spiritu 1 b. — c. 9^{8} tocius *non add.* 1 b; 9^{9} sic dilexit 1 b; *p. 651* D, *lin. 2 :* quinquaginta marchas 1b; *lin. 14 et 16* transmissis... fieri] transmissum... aptari 1 b. — Lib. II, c. 1^{15} *non om.* 1 b; 1^{22} dissimularent 1 b; 1^{23} querimoniis 1 b. — c. 2^{8} inveniri 1 b. — c. 3^{15} Meldensi *1 b m. pr.*, Mindensi *in marg.*; 3^{10} Mindensis *etiam* 1 b. — c. 7^{10} vestra 1 b; 7^{60} Gisellerus quidam 1 b; 7^{83}Hemmerode 1b; 7^{84} captivus 1 b; 7 *post* ^{104} <in qua hospitari consueverat et> in qua... 1 b; 7^{105} <adhuc> vivus 1 b. — c. 9^{7} (per eccl. B. V.) *om.* 1 b. — c. 10^{7} totum *add.* 1 b; 10^{11} fruens 1 b. — c. 14^{4} ego *add.* 1 b. — c. 15^{5} tantum 1 b. — c. 16^{18} quomodo 1 b; 16^{39} decentissime 1 b; 16^{43} novembri 1 b; 16 *post* ^{44} anno pontificatus sui X° <vite vero XL°> 1 b. — c. 17^{10} caput 1 b; 17^{14} Ysenberch 1 b; 17^{19} consilio 1 b; 17^{21} illi 1 b; 17^{23} nequirent 1 b; 17^{28} suam 1 b; 17^{31} pro 1 b. — Lib. III, c. 50^{8} (in quo nunc altare constructum est) *non add.* 1 b. — c. 56^{10} (quasi... venerint) *non om.* 1 b; 56^{11} ubique 1 b.

Pag. 637, num. 40, lin. 9. — Lege : intererant. E

Pag. 646. — In stemmate, inter filios Arnoldi comitis de Altena, ultimo loco : Bruno praepos. Traiectensis (?), praepositus et dein ep. Osnabrugensis, † 1259. *Cf. p. 654, annot. 5.*

Pag. 646 A. *— Engelberti proceram staturam atque elegantem corporis formam in sigillis quibus tamquam " electus " Coloniensis annis 1216 et 1217 usus est, etiam nunc possumus perspicere. Cf. W.* Ewald, Rheinische Siegel. *I.* Die Siegel der Erzbischöfe von Köln *(Bonn, 1906), Tafel 15, nn. 4, 5.*

Pag. 646, annot. 1. — Anno circiter 1185 natum esse Engelbertum docet epitome Vitae a Gielemanno confecta, cum illum 40 annis vixisse affirmet. Vid. paulo superius inter var. lect. codicis 1b, ad lib. II, c. 16 post^{44}.

Pag. 652 A, *lin. 14. — Pro* patris *lege :* fratris.

Pag. 656 E, *lin. 7. — Forsan legendum :* Heu me miserum ! Nimis factum est.

Pag. 657 E, *lin. 22. — Pro* latum *lege :* lotum.

Pag. 690 E, *in marg. — Lege :* provinciae suae.

Pag. 709, annot. 8, lin. 1. — Lege : Maiori...

Pag. 717, annot. 6, lin. paenult. — Lege : F Iacobum de Marchia.

Ibid., lin. ult. — Lege : num. 405.

Pag. 748 D. *— Lege :* Senatoris... quorum translatio.

Pag. 766 C, *annot. 1, lin. 2. — Lege :* pro lapide.

INDEX

A D

INDEX HISTORICUS

IN TOMUM III NOVEMBRIS

A

Aldgilsus

B

Baldigiani

Bionda

C

D

† Daniel

E

† Elisabeth

F

G

† Gonsaldus

H

A D

I

K

L

Ludovicus

M

† Maximus

N

† Nectarius

O

P

A D

P

Q

R

A D

R

Romunck

S

† Servatius

A D

T

Tobias

U

V

Villanova

W

X

Y

Z

A D

Z

INDEX TOPOGRAPHICUS

Hominum locorumve nomina quae nullo addito numero proponuntur, vel in indice historico vel alibi in hoc indice topographico sunt requirenda.

B E

A

A D

B

B E C F

C

A D

C

Collemadium

D

E

F

Fresia,

G

H

I

K

L

M

N

Noming

O

C P F

A D

Q

R

Rupes

S

Setia

T

Thana

U

V

W

Witislingen

Y

Z

INDEX ONOMASTICUS

A. VOCUM GRAECARUM

Κογχάριον,

B. VOCUM LATINARUM

C ——— F

INDEX REALIS

Baptismus

FACULTAS

R. P. PRAEPOSITI PROVINCIAE BELGICAE S. I.

Cum tres theologi Societatis nostrae in lucem prodire posse censuerint tomum tertium Actorum Sanctorum mensis Novembris, collectum et illustratum a Carolo De Smedt, Francisco Van Ortroy, Hippolyto Delehaye, Alberto Poncelet et Paulo Peeters, Societatis eiusdem presbyteris theologis, ego infrascriptus praepositus provinciae Belgicae, potestate mihi facta ab Adm. R. P. Francisco Xaverio Wernz, eiusdem Societatis praeposito generali, concedo facultatem hoc volumen in lucem edendi. In quorum fidem hasce litteras manu propria subscriptas consuetoque officii sigillo munitas dedi Bruxellis die prima novembris anno MCMX.

L. S.

I. DE VOS, S. I.
PRAEP. PROV. BELG.

APPROBATIO ORDINARII

Imprimatur.

Mechliniae, 9 novembris 1910.

✠ D. I. CARD. MERCIER,
ARCH. MECHLIN.

PROTESTATIO AUCTORUM

Quod olim protestati sunt decessores nostri, in hoc de Actis Sanctorum opere se servatas velle Urbani papae VIII constitutiones, neque suis aliorumve hic relatis commentariis aliud pondus tribui quam sit historiae ab hominibus errori obnoxiis scriptae, idem nos etiamnum protestamur.